School of Theology at Claremont
10011445890

Theology Library
SCHOOL OF THEOLOGY
AT CLAREMONT
California

# ACTA
# SANCTORUM
## NOVEMBRIS

TOMI SECUNDI PARS POSTERIOR

WETTEREN (IN BELGIO)
EXCUDEBANT J. DE MEESTER ET FILII
*Actorum Bollandianorum typographi*

BX
4655
A2
V. 65
pt. 2

# ACTA SANCTORUM

## NOVEMBRIS

COLLECTA DIGESTA ILLUSTRATA

AB

HIPPOLYTO DELEHAYE, PAULO PEETERS ET MAURITIO COENS

SOCIETATIS IESU PRESBYTERIS

---

## TOMI II PARS POSTERIOR

QUA CONTINETUR

HIPPOLYTI DELEHAYE

COMMENTARIUS PERPETUUS

IN

MARTYROLOGIUM HIERONYMIANUM

AD RECENSIONEM

HENRICI QUENTIN O. S. B.

---

BRUXELLIS

24, Boulevard Saint-Michel

—

1931

PIO · XI · PONT · MAX ·

INTER · VRBIS · ET · ORBIS · SOLLICITVDINES

ECCLESIASTICAE · ERVDITIONIS

FAVTORI · CONSVLTISSIMO

HAGIOGRAPHI · BOLLANDIANI

D · D

ACTA SANCTORVM OMNIVM
ANNVNTIATA A. MDCVII
PVBLICARI COEPTA A. MDCXLIII
INTERMISSA A. MDCCXCVI
RESVMPTA A. MDCCCXXXVII

Cum anno 1892 typis excuderetur tomus II Novembris cuius pars extrema Vitam S. Caroli Borromaei complexura erat, procedente iam opere, hagiographis Bollandianis consultius visum est commentarium non exspectare qui nondum erat ad unguem elimatus et dimidiatum tomum, qui absolutus erat, sine mora seorsum in lucem edere. Dilationis is effectus fuit ut b. m. Pater Franciscus Van Ortroy, cuius erat hunc commentarium adornare, sibi ademptam crederet excusationem qua fretus materiam prope infinitam quadantenus circumscripserat. Itaque documenta inedita quam plenissime fieri poterat, anquirere coepit Mediolani praesertim et Romae. Horum moles in immensum crevit. Praeter exploratos iam fontes, alii continuo detegebantur, tot numero, ut imprudens videretur materiam iam comparatam ordinare et in fabricam convertere, antequam de universa traditione exploratius constaret. Senescebant interea commentarii partes olim informatae, quem funditus retractare aut denuo conscribere carissimus collega noster in futura otia distulerat. Hoc consilium, cui variae interturbationes infeliciter obstiterant, adversa tempora demum everterunt. Postquam autem, die 20 septembris anni 1917, inter belli calamitates, morte nobis ademptus est P. Van Ortroy, non statim patuit quomodo cladi mederi oporteret. Certe non satis erat tironi etiam exercitato, qui in derelictum a meritissimo veterano locum succederet, collectas a decessore notas et schedulas tradere, quibus insuper eximio munere accesserant adversaria digesta ab erudito insigni qui nunc est SS. D. P. Pius XI. Experientia quippe nos docuit aliquam regulam praestituendam esse ad quam deinceps enarretur vita recentiorum sanctorum, eorum praesertim qui fama et rerum gestarum nobilitate inclaruerint. Et re quidem vera si sanctis qui in propatula historiae luce vixerunt et quorum causa ad normam iuris a S. Congregatione Rituum examinata est, eadem disserendi regula adhibebitur quae necessaria est in vestigandis priscorum martyrum et confessorum obsoletis memoriis, quis non videt fore ut cum per-

tenui

tenui aut plane nulla legentium utilitate operis nostri compages omnes dissiliant? Non diffitemur tamen hactenus nobis nondum perspectam esse viam mediam quam in Actis recentiorum sanctorum teneamus, nec sine diligenti maturoque consilio et nostro et alieno confidimus eam nos doctum iri.

Interea ne longius in Actorum nostrorum serie commissura hiaret, interruptum tomum II Novembris supplere statuimus commentario historico Martyrologii Hieronymiani. Eius modi elucidatio quam necessaria sit, ipsius operis nostri argumentum ad omnium mensium singulos dies inde a principio nimis luculenter ostendit. Neque importuno loco haec enarratio in eiusdem voluminis parte altera coniungetur cum tripartita illa martyrologii Hieronymiani editione, qua intricatissimi illius libri aditus tandem reclusus est.

Ut in edendo superiore volumine IV Novembris, ita etiam in isto eximiam benignitatem experti sumus Curatorum Aerarii Academici altioribus studiis iuvandis in Belgio constituti. Clarissimorum virorum beneficio factum est ut sine temeritate operis sumptus non modicos adire possemus. His et amicis omnibus, qui nobis officiosa voluntate adfuerunt, in primisque typographis nostris, quorum sollertem industriam iterum experti sumus, gratias agimus quam maximas.

Bruxellis, VIII kalendas ianuarias an. MCMXXXI.

COMMENTARIUS

IN

# MARTYROLOGIUM HIERONYMIANUM

---

## PROLEGOMENA

*Commentarii perpetui*

*Commentario quem edendum suscipimus multa praefari non oportet cum quasi in fundamento innitatur editioni Martyrologii Hieronymiani, amplis instructae prolegomenis, qua ante annos circiter quadraginta Acta Sanctorum auxerunt viri doctissimi Iohannes Baptista De Rossi et Ludovicus Duchesne* [1]. *Quae ab ambobus de codicum discrimine, de fontium exploratione, de ipsius martyrologii origine disputata sunt, neque senuerunt neque utilitatem amiserunt. Eorum opinioni de loco et tempore in quibus documentum ad hodiernam formam redactum sit, ab aliquibus eruditis contradictum est. Nostro tamen iudicio stat illa inconcussa. Utique in quibusdam ratiocinationibus eam coniecturis admixtam esse non negamus. Sed istis oppositae non fuerunt nisi aliae coniecturae minus probabiles* [2].

*in Martyrologium Hieronymianum*

*Verum enimvero, quantacumque subsidia ad martyrologii elucidationem summi viri egregie contulerunt, experientia docet libri aditum et usum non multo expeditiores factos esse. Plerique eruditi, paucissimis exceptis, satis habuerunt ex ista farragine laterculos vel etiam elogia seorsim investigare, de loco adiacenti, de totius operis compage, de singulari ratione qua eius elementa coaluerint parum aut nihil curantes. Simplicius sane quam prudentius. Neque mirum viros doctos et acutos in eius modi divinationibus oleum et operam perdidisse. Conspicua prostant exempla disputationum in quibus eruditio exquisita et diligens a vero infeliciter aberravit. Via igitur aperienda erat in tam saltuosa et intricata silva. Sane nos minime fugit hoc opus esse periculosae plenum aleae. Sed pervicit necessitas ut consilium exsequeremur quod iamdudum animo conceperamus, Martyrologium Hieronymianum perpetuo commentario, quantum res ferebat, enucleandi. Locis obscuris omnibus lucem plenam offundere posse quis sibi blandiatur? Sed etiamsi in multis victas manus dare oportebit, certe inutile non erit singulas difficultates indicasse et quocumque loco tendicula vel salebra in itinere latent, apposito veluti signo, legentem cautum reddere.*

*huiusque novae recensionis*

*In ipso limine non modica difficultas occurrebat, quaenam libri forma eligenda esset cui eius modi commentarius inhaereret. Annotationes appendere ad tres praecipuas recensiones quales singillatim in tripartita editione exhibentur, opus foret infiniti laboris et perplexitatis. Neque multo facilius erat unum codicem seligere collatis lectionibus aliarum recensionum. Quis enim non videt in dispersa indagatione quaestiones exsurgere prope infinitas, quibus commentarius totus silvesceret? In re tam ancipiti* (*utilitas.*) *virum adivimus in re martyrologica consultissimum, R. P. Henricum Quentin; qui nobis suasit ut recensio adornaretur quae codicum nostrorum exemplar ea similitudine referret quantam probus labor assequi poterat. Id qua via cum bona spe attentari oporteret vir peritus iam perspicere sibi videbatur, et subsidia sibi comparaverat quibus magnum opus aggrederetur. Itaque suam operam sponte et peramanter nobis obtulit et hanc laboris difficilem partem se suscepturum pollicitus est, ut e codicum varietate textum critice constitueret quem commentarius historicus commode persequeretur. Sponsionem gratissimo animo excepimus. Rebus igitur ita compositis, R. P. Quentin ad opus se*

[1] *Act. SS.*, Nov. t. II, pars prior, pp. [I-LXXXII], [1-196]. — [2] L. Duchesne, *A propos du Martyrologe Hiéronymien*, in *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 421-47; *Un dernier mot sur le Martyrologe Hiéronymien*, ibid., t. XX, p. 241-45.

*accinxit*

accinxit. Quam normam, in efformanda sibi archetypi imagine tenuerit, ipse in primo capitulo huius proloquii patefaciet. Nos autem in capitulo secundo de ratione et adiumentis commentarii legentes monebimus.

## CAPUT I

### De nova Martyrologii Hieronymiani recensione.

*Non prima libri forma*

Quod martyrologii hieronymiani novam recensionem aggressus sum quae hagiographici commentarii quasi statumen et adminiculum foret, non ideo factum est quod editio amplissima in his Actis Sanctorum bollandianis a I. B. De Rossi et L. Duchesne adornata, paucis post lustris, obsoleta videatur, aut novis codicibus insperato detectis aliqua ex parte labefactata sit. Sed utcumque diligenter et accurate ambo viri summi codices hactenus repertos mirabili forma et ratione ad lucem ediderunt, ab his tamen non tam editio critica instructa fuit quam apparatus exquisitae plane et elegantissimae eruditionis, ex quo lector ipse sibi eruere posset, arduo et perdifficili labore, memorias quarum lineamenta in laterculis singulorum dierum varie dispersa et deformata sunt. Ratio autem quae doctissimos editores movit ut apographa qualia exstant ad codicum fidem exprimerent haec fuit, quod uterque et praesertim Ludovicus Duchesne existimabat, in editione critica, ipsum martyrologium, quale ab ipso auctore primum compositum fuisset, redintegrandum esse. Extremo aetatis suae tempore haec scribebat vir eximius: « Quicumque in Martyrologio Hieronymiano aliquantam operam posuerunt, iisdem quasi votis optaverunt ut monumentum tam pretiosum, in quo antiquissima quaeque kalendaria praecipuarum ecclesiarum Orientis et Occidentis inserta fuerunt, ea forma, quantum fieri potest, restitueretur qua primum in lucem prodiit [1]. » Sed hoc in universa operis compagine praestari non potest; quod ipse ultro fatebatur v. cl. Ludovicus Duchesne. Haec eius verba: « Quid primus auctor notaverit expiscari difficillimum semper, saepe desperatum paene est [2]. » Profecto, in locis quibusdam, pristinam libelli speciem assequi nobis videmur; sed ad summam rei quod attinet, tanta librariorum aut imperitia aut neglegentia fuit ut editio adornari plane non possit, in qua genuina forma totius operis redintegretur, nisi editionem vocare placeat aggerem et molem coniecturarum.

*restituenda*

Equidem in opere aggrediendo non mihi blanditus sum ut assequerer quod Ludovico Duchesne in votis erat sed cum codices qui nobis Martyrologium Hieronymianum servaverunt omnes, quotquot exstant, ad duas stirpes pertineant, quae ambae derivatae sunt ex archetypo gallicano ineuntis saeculi VII, hoc archetypum, ultra quod investigatio prudenter ascendere non potest, redintegrare volui, quantum fieri poterat, forma perspicua, quam eruditi viri commode adirent et legendam proferrent. Praeterea utilem operam facturus esse mihi visus sum si, una cum archetypo, in luce collocarem quicquid alterutri stirpi codicum singillatim proprium sit et ab utraque secernerem additamenta adventicia quae, lapsu temporum, sive in minore quadam familia codicum sive in erratico exemplo, cum ipso opere concreverint. Quam lectionum varietatem ut ipsa pagina coram legentium oculis distincte exhiberet, hac dispositione usus sum. Textus particulae quas ad archetypum pertinere utriusque stirpis concordia ostendit, crassioribus litteris in lineis plenis expressae fuerunt. Inter has particulas, bipartitis lineis et exiliore littera, hinc et hinc, intercurrunt verba et sententiae quae seorsim in alterutra tantum recensione leguntur, prima familia sinistram obtinente, dexteram altera. In hoc quasi conspectu, qui solum archetypum legere volet, id in lineis plenis expedite inveniet; qui alterius stirpis textu egebit, ex archetypo pro re nata ad columnam divertet sive sinistram sive dexteram. Quod si iuvet reperire additamenta quae minoribus tantum familiis codicum vel codici cuipiam singulari propria sint, ea in apparatus critici prima parte, sub lemmate: Addunt codices pleniores, requirantur. Altera huius apparatus pars exhibet varias lectiones praestantiorum codicum, ex quibus restituta fuerunt archetypum et duae recensiones praecipuae. In tertia tandem parte subiuncta sunt excerpta quaedam e breviariis hieronymianis et historicis martyrologiis, quae visa sunt notatu digniora. Haec de ipso operis consilio.

*sed archetypum*

*codicum qui supersunt.*

Iam pauca attingenda sunt de codicibus quibus usus sum. Horum autem tria sunt genera. Primum est codicum pleniorum Martyrologii alterum breviariorum eiusdem, tertium martyrologiorum quae historica nuncupantur et hieronymianorum excerptis ditata sunt. Codices pleniores sunt:

*Codices pleniores.*

**E.** Codex Epternacensis, bibliothecae Nationalis Parisiensis Lat. 10837, manu anglo-

[1] Miscellanea Geronimiana (Romae, 1920), p. 223. — [2] Act. SS., Nov. t. II, 1, p. [III].

saxonica

Epternacensis. *saxonica ante medium saec. VIII conscriptus* [1]. *Martyrologio Hieronymiano integro (fol. 2-32) adiecta sunt cum alia nonnulla tum praecipue kalendarium ann. circiter 702-706, alia manu sed et ipsa anglo-saxonica, exaratum (fol. 34v-41). Quae in margine fol. 39v leguntur, videtur S. Willibrordus sua manu addidisse* [2]. *Iam mediante saec. VIII kalendarium et martyrologium simul congregata erant. Notatu dignum est memorias sanctorum Italiae inferioris quae huius codicis propriae sunt et in secundae stirpis exemplis desiderantur, ad scrutandam ipsius martyrologii originem nihil prorsus conferre. Recordasse iuverit in codice Epternacensi, ceterum praestantissimo, non pauca consulto resecta esse quae pertinent ad indicia topographica, ecclesiarum dedicationes et elogia quae hinc inde in martyrologio inserta sunt.*

Laureshamensis. **A.** *Codex Laureshamensis, bibliothecae Vaticanae Palat. 238, fol. 75-77, saec. IX exaratus* [3]. *Fragmentum est solos dies VIII kal. ian. ad II non. ian., et VI kal. feb. ad II kal. feb. complectens, et elogia non pauca. Maximi codicem Laureshamensem faciebat I. B. De Rossi, ita ut ipsi Epternacensi illum praeponeret (non tamen consentiente L. Duchesne), et ex eadem familia ad nos pervenisse probabilius existimaret quam directe a Cassiodoro eiusque bibliotheca Vivariensi* [4]. *Equidem demonstravi fragmentum aliud non esse atque inchoatum et, nescio qua de causa, derelictum exemplar codicum secundae stirpis. Etenim pars aversa folii 77 quae februario parata erat, vacua remansit.*

Bernensis. **B.** *Codex Bernensis, bibliothecae civitatis 289, olim Mettensis, dein Bongarsii, saec. VIII exeunte scriptus* [5]. *Fine mutilus est, id est ab XI kal. dec. ad VIII kal. ian. Ceteris eiusdem secundae stirpis codicibus praestat. Mettensem originem testantur plurimae huius ecclesiae commemorationes propriae.*

Senonensis. **S.** *Codex Senonensis, bibliothecae Nationalis Parisiensis, Nouv. Acq. lat. 1604 et bibliothecae Vaticanae Reg. 567, saec. X exaratus, sed et ipse mutilus* [6]. *Fragmentum Parisiense dies ab VIII kal. ian. ad VI id. iun. complectitur; Vaticanum ab VIII kal. aug. ad non. sept. Quae ad anni finem usque desunt in codice Reginensi, suppleta sunt ex breviario quodam. In margine ascriptae fuerunt Notae Senonenses, unde codex nomen accepit. Martyrologii formam exprimit ea paulo antiquiorem quam servavit Corbeiensis.*

Corbeiensis. **C.** *Codex Corbeiensis, bibliothecae Nationalis Parisiensis lat. 12410, saec. XI exaratus. Martyrologii exemplum integrum est, solis deficientibus postremis duobus anni diebus, X et IX kal. ian., quibus partim suppletum est ope Bedani martyrologii* [7]. *Est et in eadem bibliotheca codex (lat. 17767, olim Corbeiensis 5) martyrologii Adonis ex recensione Autissiodorensi, quem ante medium saec. XII exaravit Nevelo, monachus Corbeiensis. Huic autem subiuncta sunt (fol. 193 sqq.) fragmenta Martyrologii Hieronymiani, ab eodem Nevelone scripta, quae constant laterculis dierum VI id. iul. ad VI kal. sept., et V kal. nov. ad X kal. ian. Agnovit I. B. De Rossi ex autographo illo descriptum esse apographum Corbeiense, nunc Paris. 12410, ab ipso Nevelone recognitum variisque in locis emendatum. Ambo codices procul dubio ad secundam testium stirpem referendi sunt. Praeter additamenta Corbeiensia, multis nominibus per totum anni decursum ditati sunt, quae tamen non videntur praecipua consideratione digna, quoniam desiderantur in ceteris eiusdem stirpis codicibus sive antiquioris recensionis, ut B S, sive posterioris, ut W M K L V, de quibus nunc dicendum.*

Wissemburgensis. **W.** *Codex Wissemburgensis, bibliothecae Guelferbytanae Wiss. 23, saec. VIII exeunte exaratus, ut constat e quibusdam excerptis chronologicis in fol. 1 prima manu appositis seu chronico a nativitate mundi, itidem e computo paschali (fol. 4-6), utroque in annum 772 desinente. Integrum est martyrologium, a die 1 ian. ad 31 dec., ex recensione Fontanellensi, cum plurimis in margine ascriptis notis usum Monasterii Sancti Petri Wissemburgensis referentibus. Hinc transiit in bibliothecam Henrici Iulii de Blum, unde nuncupatus est codex Blumanus* [8]. *Ceteros quidem codices pleniores contuli, adhibitis plagulis photographicis; hunc autem ex apographo quod in bibliotheca Guelferbytana fieri curavit et cum codice contulit L. Duchesne; cuius haeredes libri usum benigne mihi concesserunt.*

Florentinus. **M.** *Codex Florentinus Sancti Marci 673, nunc bibliothecae Laurentianae 151, saec. XII exaratus. Aetate quidem codicibus Lucensibus, de quibus nunc dicam, minor est, non tamen recensione.*

Lucensis. **K.** *Codex bibliothecae civitatis Lucensis 428, saec. XI exaratus. Franciscus Maria Florentinius, vir doctissimus, medicus Lu-*

[1] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [VIII-IX]. — [2] H. A. Wilson, *The Calender of St. Willibrord from Ms. Paris. Lat. 10837.* London, 1918. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [X-XI]. — [4] Ibid., p. XI. — [5] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [IX-X]. — [6] Ibid., p. [XIV-XV]. — [7] Ibid., p. [XI-XIV]. — [8] Ibid., p. [XV-XVII].

censis

*censis, qui anno 1668 Martyrologium Hieronymianum commentariis illustratum edidit, usus est codicibus E C W, sed praecipue codicibus duobus Lucensibus, altero e propria bibliotheca, olim in Cathedrali Sancti Donati, altero e bibliotheca Capituli. Et prior quidem postea in bibliotheca Civitatis repositus, anno 1822 incendio paene consumptus est, ita ut I. B. De Rossi crediderit vix eius fragmenta ustulata superesse. Reapse tamen, ut ego ipse, anno 1901 perspexi, solum martyrologium Adonis, quod eodem in codice continebatur, partim periit, integro relicto hieronymiano. Hoc autem, anno 1924, operam conferente R. P. A. Brunet, contulimus.*

*Lucensis alter.*

**L.** *Codex Capituli Lucensis 618, saec. XI exaratus. Martyrologia Adonis et Wandelberti excipit hieronymianum integrum, vix non in omnibus simile codici K.*

*Vallumbrosanus.*

**V.** *Codex Florentinus, olim Vallumbrosanus, nunc in bibliotheca Laurentiana, Conventi soppressi 331, saec. XII exaratus, codicibus K, L affinis.*

*Breviaria.*

*Breviaria, quae adduximus, haec sunt :*

*Cambrense.*

**Cambr.** *Codex bibliothecae Collegii Sanctissimae Trinitatis Dubliniensis, signatus A. 4. 20, olim Gulielmi Bedelli, episcopi Kilmoriensis et Archadensis, saec. XI, id est ante annum 1082 exaratus. Liber Ricemarchi, episcopi Meneviensis (1056-1099) dictus, praeter Psalterium, complectitur Martyrologium Hieronymianum, cum epistula pseudo-Hieronymiana ad Chromatium et Heliodorum et Breviario apostolorum, quod primum edidit H. Delehaye* [1] *deinde H. I. Lawlor, addito commentario et exemplo photographico* [2]. *Ad progeniem pertinet codicis Epternacensis, cui arte cognatus est.*

*Tamlachtense.*

**Taml.** *Martyrologium Tamlachtense nomen originemque ducit a monasterio sito haud procul a Dublinio, in loco olim dicto Tamlachta, hodie Tallaght. Nominibus excerptis ex Hieronymiano subdita sunt Hibernorum sanctorum nomina, saeculo, ut videtur, IX ineunte. Inter apographa eminet liber dictus Lageniensis, olim Glendalochensis (post medium saec. XII), Hibernicorum monumentorum ingens collectio, nunc discerpta et mutila. Partem praecipuam Dublinii servat Collegium Sanctissimae Trinitatis, sign. H. 2. 18; sed Martyrologium legitur in foliis saec. XVII e codice avulsis, nunc in conventu Dubliniensi Fratrum Minorum. Codex bibliothecae Regiae Bruxellensis 5100-5104, chartaceus, saec. XVII ineuntis, exscriptus ex apographo deperdito Libri Lageniensis, aliquot dies exhibet, qui in mutilis foliis Dubliniensibus hodie desiderantur. Sed cum scriptor, omissis hieronymianis, Hibernos tantum sanctos retinuerit, vix quicquam ad nostrum propositum conferet. De reliquis codicibus, qui omnes e Lageniensi videntur defluxisse, plura vide apud eruditos viros R. I. Best et H. I. Lawlor, qui martyrologium Tamlachtense typis ediderunt* [3]. *Quae prius de argumento scripta erant, iam omnino obsoleverunt. Neglectis sanctis Hibernis, inter excerpta cotidie relata sunt nomina deprompta e plagulis typographicis, quas sociis Bollandianis humanissime commodaverunt doctissimi editores. Interim liber prodiit, anno 1931. Desiderantur sanctorum nomina, qui Hiberni non sunt, diebus 30 ianuarii ad 11 martii, 20 maii ad 2 augusti, 1 novembris ad 16 decembris.*

*Richenoviense.*

**Rich.** *Codex Richenoviensis, nunc Turicensis, bibliothecae Publicae, Hist. 28, e coenobio Augiae Divitis* [4]. *Ad quamnam codicum prosapiam referendus sit non satis perspicitur.*

*Adduximus et excerpta e codicibus Sangallensibus 914, 915, et in apparatu ad Breviarium Apostolorum lectiones e codicibus Parisiensi bibliothecae Nationalis 12048* (**Gell.**) *et Treverensi 1245* (**Trev.**). *Haec plerumque levioris sunt momenti et veluti exempla afferuntur. Donec universum genus horum libellorum ratione et via exploratum erit, nonnisi caute et dubitanter eorum testimonium afferri poterit.*

*Martyrologia historica.*

*E martyrologiis historicis unum tantummodo non carptim et quasi per transennam allatum fuit* **Mon.**, *codex Monacensis bibliothecae Baiuvaricae lat. 15818, saec. XI exaratus. Martyrologium Bedae, compluribus supplementis ditatum e codice hieronymiano classis prioris, cui elogia non pauca inserta erant* [5].

*Excerpta sunt et alia Bedae exempla, variis additamentis aucta : codex Bibliothecae Mettensis signatus Salis, 8* (**Met.**) ; *Vaticanus Regius 435* (**Vat. 435**); *codex basilicae Sancti Petri in Vaticano H. 58* [6] (**Cod. S. Petri**) ; *martyrologium Lugdunense Floro antiquius in codice Parisiensi* (**Lat. 3879**) ; *martyrologium Flori Parisiense* (**Lat. 10018**) ;

[1] *Anal. Boll.*, t. XXXII, p. 369-407. — [2] *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, 2 vol., London, 1914. — [3] *The Martyrology of Tallaght* edited with introduction, translations, notes and indices. London, 1931. — [4] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xxxiv]. — [5] Quentin, *Les extraits du martyrologe hiéronymien du manuscrit 15818 de Munich et leurs notices historiques*, in *Rivista di archeologia cristiana*, t. I, p. 123-39. — [6] Editum in *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 50-97.

*martyrologium*

*martyrologium Adonis item Parisiense* (**Lat. 5256**)*; martyrologium pseudo-Flori, olim Sancti Quintini* (**S. Quint.**)*; tandem Rhabani martyrologium* (**Rhab.**). *De his uberius in libro nostro de Martyrologiis*[1]. *Excerpta illa, quae et per modum exemplorum dedimus, primis tantum anni mensibus afferre visum est. Ceterum martyrologia ista non secus ac breviaria elucidationem exspectant, in qua universim dedita opera comprehendantur. Sed haec ad alia tempora.*

***Codicum classes.***

*Diximus ad textum constituendum solos adhibitos fuisse codices pleniores, de quorum prosapia et ordine consentio cum L. Duchesne, quamquam, ut candide fatear, non mihi plane constat certa esse omnia quae idem vir doctus et I. B. De Rossi coniecerunt de informatione archetypi. Liquido ostensum est universam codicum traditionem originem habere ex archetypo quod saec. VI extremo in Burgundia efformatum est, eosque in duos dispesci ramos, unum, cuius solus codex E testis est, alterum a quo pendent reliqui omnes. Huius autem secundae recensionis formam antiquiorem exhibent codices B A, posteriorem S C, Fontanellenses denique W M K L V.*

*Age nunc ex his codicibus omnibus archetypi vestigia utilia pariter erui posse nemo prudens dixerit. Et re quidem vera secundae stirpis recentiora exempla e propagine orta sunt cuius exstant articuli antiquiores, neque aliud fere proprium habent praeter nomina casu depravata et alia similia quae ad textus imaginem informandam vix aliquid conferunt. Solos igitur codices (I) E, (II) A B S W integros contulimus: E codicibus C M K L V ea sola dedimus quae communi recensioni addiderunt; reliqua, utpote minoris momenti, praetermisimus, cum praesertim in editione tripartita commode reperiri possint.*

***Martyrologii Hieronymiani indoles propria.***

*Antequam tamen expono qua ratione et via id praestari posse existimaverim, paucis mihi dicendum est quo veluti charactere textus Martyrologii Hieronymiani distinguatur. Nempe monumentis litterarum sua cuique species propria est et forma, ad quam attente respiciat oportet qui librum critica ratione examinare et ad obrussam redigere volet. Iamvero, si quis Martyrologii Hieronymiani totam compagem uno conspectu complectatur, id ante omnia eius oculos percellet: in locis prope innumerabilibus eadem nomina iterari atque frequentari. Quod variis modis contingit: aut enim in eodem laterculo, consentiente utroque codicum familia, singula quaedam nomina iterum recitantur; vel iteratur eadem nominum series, ordine sive eodem sive immutato; aut in aliis laterculis eadem recurrunt sive procul positis sive loco proximo; aut tandem aliquot nomina hic in una familia comparent, alibi in alia. Quae singula si semel accidissent, aut singillatim acciperentur, vix non neglegenda diceres. Sed qui has omnes nominum redundantias simul conferat vel ex iis certas species quoquo modo affines simul considerabit, is multa docebitur quae perspectiorem faciant ipsius libri naturam, originem, mutationes et stadia varia per quae ad hodiernum statum perductus sit.*

***Iteratae memoriae***

*Hic proferre iuvat, exempli gratia, apostolorum memorias quae in martyrologio genus efficiunt apprime definitum. Norunt enim omnes uniuscuiusque apostoli in martyrologio insertas esse mentiones non minus trinas quaternasve, de quibus in prolegomenis L. Duchesne eruditissime, suo more, exposuit quicquid ex historia ad eas singillatim illustrandas conferri potest. Sed non una historia hic audienda erat. Respicere iuvat quoque ad criticam artem cuius est explicare cur, certo die et loco, istae mentiones in textu compareant. Aliae enim in ipsa fronte laterculorum eminent; aliae in corpore interiore delitescunt. Atqui huiusmodi iterationes aspicienti statim manifestum fit eas ab uno eodemque scriptore factas non fuisse sed in iis se prodere manum interpolatoris. Si quis autem attentius rem considerabit, ilico deteget elogia apostolorum quae in laterculorum initiis collocata sunt, apprime congruere cum apostolorum indiculo seu catalogo qui significatur in praefatoria epistula* « Constat Dominum nostrum » *ipsum catalogum proxime antecedente, cuius auctor probabilius et ipsas epistulas pseudo-Chromatii et pseudo-Hieronymi fabricasse videtur.*

***apostolorum***

*Istius indiculi varias formas protulimus (Notitia de locis, Festa Apostolorum et Breviaria Apostolorum). Aliae quidem ab aliis multifariam discrepant, sed de diebus festis omnes plane consentiunt. Iamvero mentiones apostolorum quae in laterculorum principio positae sunt, iisdem omnino diebus insertae sunt quos exhibent catalogi. Inde colligitur compilatorem, qui has mentiones addidit, aliquo ex illis catalogis usum esse et apostolorum elogia in fronte laterculorum praefixa recentiora esse quam ea quae in laterculorum corpore inserta sunt. Supradicta quidem apostolorum elogia in utraque codicum stirpe*

[1] *Les martyrologes historiques du moyen âge,* Paris, 1908.

*iisdem*

*iisdem et locis et verbis expressa sunt: ideo, ad ipsam archetypi compagem pertinere censenda sunt, et si in iis investigandis verum assecuti sumus, nostrae conclusiones aliquatenus saltem ostendunt ad quam libri aetatem varia eius elementa pertineant et quas mutationes textus, qualis in archetypo nostro apparet, iam antea perpessus sit.*

***et aliorum sanctorum.*** *Alia vero ex istis elogiis quae bis aut saepius otiose iterari diximus, certa quaedam indicia praebent peropportuna ad discriminandum archetypi textum a particulis quae ei postea additae sunt, elogia dico quae verbis consimilibus aut plane iisdem alibi in aliis familiis codicum inserta sunt. Exempli gratia, pridie kal. ian., romanorum martyrum agmen Donatae, Pauli, Rogatae, cet. in prima familia in principio laterculi incedit; in altera autem, paulo inferiore loco, alios sanctorum ordines subsequitur. III id. feb. in ipso laterculi limine prioris familiae, haec legimus:* Romae natalis Soteris et via Lavicana Zotici et Amanti. *Hos martyres sequitur coetus Alexandrinus. In altera autem stirpe, primi occurrunt Alexandrini, quorum post mentionem sequitur:* Romae Soteris, via Appia Zotici, via Lavicana miliario X Hierene. *His exemplis alia plurima subiungi possunt. Quid est igitur causae cur eaedem mentiones aliis verbis et alio loco utrobique expressae sint? Id crebrius accidisse cernimus quam ut duos correctores in idem incidisse credamus, qui pro se quisque ultro et sponte eandem mentionem alter in prima, alter in secunda recensione inseruerint.* ***subsidia praebent*** *Liquet igitur has mentiones ab unico interpolatore, aut si a pluribus, in margine eiusdem codicis inserta fuisse, in archetypo scilicet exeunte saeculo VII in Gallia confecto, ex quo duo descripta sunt exempla, unde rursus fluxerunt hinc codex Epternacensis, inde Bernensis eiusque familia. Sic enim non aliter, uti iam supra non semel diximus, explicari potest qua ex causa occurrant tot loci paralleli inter se situ non congruentes, qui tamen loci, abnormiter paralleli partim sint inter se similes, partim dissimiles, prout librarii glossas marginales diligentius vel ineptius intellexerint atque descripserint.*

***ad archetypi*** *Haec qui attente considerare volet, nullo negotio normam perspiciet, qua usi, in nostra interpretatione, archetypi textum distinxerimus ab additamentis quae in utraque familia codicum ei accreverunt. Ad archetypi textum pertinere censemus laterculorum partes in quibus ambae codicum stirpes eadem elogia, eodem loco, iisdem verbis referunt. Utrique vel alterutri stirpi proprias iudicavimus mentiones omnes quae, vel in alterutra familia tantum leguntur, vel utrobique occurrunt, non tamen eodem loco aut non similibus verbis.*

***compagem restituendam.*** *Haec igitur, ad summam rei quod attinet, nostra fuit diiudicandi regula. Sed viros doctos, qui archetypo utentur a nobis restituto, fidenter precamur ne istud angustius animo sibi effingant quam nobis ipsis videtur, qui illud pro modulo nostro formavimus. Nempe critica indagatio nostra tota quanta nititur in glossis quae e marginibus apographi cuiusdam in alium textus locum in aliis codicum familiis permearunt, vel in ambabus familiis eodem loco, non iisdem tamen verbis, descriptae sunt. Verum si glossa aliqua in utraque familia iisdem et loco et verbis intercalata fuerit, quod sane non raro acciderit necesse est, ecquod nobis erit indicium quod interpolatoris manum prodat? Nullum sane quod equidem videam, nisi ad criticam internam, quam dicunt, confugere volueris. Nostra sententia, non paucae mentiones praesertim Romanae in archetypum iam constitutum irrepserunt, praeter eas quas alterutri familiae proprias esse iudicavimus. Has tamen in ea parte textus inclusimus quae lineis plenis hic expressa fuit, quod a norma recedere nolebamus quam nobis praestitueramus, norma quam fateor aliquid habere mechanici, sed quae sola perspicua et tuta videatur, dum interna illa critica errori obnoxia est et in dubitatione anceps haesitare solet. Ut igitur omnia summatim complectar, satis constare videtur partes, quas utrobique alio loco deprehendimus et quas alterutri familiae seorsim restituimus, archetypo iam constituto olim additas fuisse. Sed valde incautus sit qui crediderit elementa omnia quae hic quasi ad archetypum pertinentia exhibentur, in ipso reapse exstitisse. Quinimmo, in lineis nostris plenioribus, certe latent additamenta aetatis prorsus novissimae et nihilo antiquiora iis quae singulis familiis restituta sunt. Haec igitur viri docti, qui nostra editione utentur, detegant et certae aetati assignent, si tantum poterit eorum eruditio et sagacitas.*

***Lectionum delectus.*** *Ad formam textus quod attinet, lectiones additamentorum prioris familiae peculiarium ex codice Epternacensi descripsimus: aliter quippe agere non licebat. In plerisque eorum quae alterius familiae propria sint, Bernensem codicem secuti sumus. Quaecumque autem in utraque familia leguntur, hac lege et norma enucleata fuerunt: lectiones quae cum Epternacensi tum alterius familiae codicibus vel saltem uni ex istis communes sunt, omnes recepimus. Si quando autem idem nomen sancti alia forma in Epternacensi*

si

*si, alia in complexu codicum alterius familiae occurrebat, cum Epternacensi standum iudicavimus, nisi huic refragabatur certum quoddam scriptum testimonium. Contra ubi discrimen est de nomine loci aut de notulis historicis, plerumque apud nos praevaluit alterius familiae auctoritas, siquidem dudum compertum est has documenti particulas in Epternacensi consulto omissas vel intercisas fuisse.*

*De additamentis codicum singularium*

*Quod attinet ad ea additamenta quae non solidae familiae, sed quibusdam tantum codicibus vel codici unico propria sunt, et idcirco ad primum apparatum criticum amandata fuerunt, res nullo negotio expeditur ubi codices in quibus elogia illa seu mentiones occurrunt, ad secundam familiam pertinent. Ubi vero de Epternacensi iudicium ferendum est, quod prioris familiae solum exemplum integrum superest, res nonnunquam ambiguam habet quaestionem. Et re quidem vera plane demonstratum fuit in Epternacensi intercalatas esse mentiones aliquot, cuius modi sunt mentiones sanctorum in insulis Britannicis vel in Italia meridionali cultorum. His aliquot alias ipse addidi, indicio fretus quod in mentem mihi occurrit conferenti hunc codicem cum breviario hieronymiano, cui martyrologium Cambrense nomen indidit qui primus illud publici iuris fecit. Constat enim hoc breviarium prioris familiae exemplis accenseri posse et ab Epternacensi tam prope abesse ut ex illo descriptum credideris. Iamvero, postquam locos omnes notavi in quibus alterius familiae codices quoquo modo ab Epternacensi recedunt, comperi plerasque lectiones Epternacensi proprias in Cambrensi quoque occurrere, etiam eas quae suo, ut ita dicam, situ breviatoris oculos in se convertere minime debuerunt. Deinde, ad postremum circuli annui exitum, aequabilis quaedam constantia deprehenditur in iis partibus ubi Epternacensis breviariumque Cambrense cum exordio textus alterius familiae non congruunt. His fretus indiciis, perspicere mihi visus sum mentiones quae Epternacensi et breviario Cambrensi unice propriae sunt, additamenta fuisse in apographo unde fluxerunt Epternacensis et breviarium Cambrense tam conspicuo loco posita, ut quasi necessario oculis se obtulerint tum illius qui Epternacensem exaravit, tum excerptoris qui breviarium concinnavit. Itaque in primo apparatu critico hos locos omnes inserendos iudicavi.*

*praecipue Epternacensis et Cambrensis.*

*Hanc Martyrologii recensionem inter labores et negotia paravi quorum moles in dies gravior facta est. Tot impedimentis interturbatum me non modice iuvit ad constituendum textum confrater meus D. Rogerius Pierret, e monasterio Claravallensi (Clervaux), qui alteram textus partem inde a iunio ad extremum diem decembris cum codicibus contulit et mecum apparatum criticum secundum coniunctis curis confecit. Perutili eius auxilio memori animo testimonium hic perhibeo. Patres Bollandiani plagulas typotheticas emendarunt, adhibita imagine photographica codicum E B S. Eorum etiam curis selecta fuit magna pars excerptorum quibus constat ima strues apparatus critici. Iis etiam grates habeo quod insperatam mihi opportunitatem obtulerunt, sine qua haud scio an haec mea recensio lucem nunquam vidisset, et inter arduas editionis curas mihi tamquam Bollandiani operis socio coniunctis viribus animisque subvenerunt. — Hactenus R. P. H. Quentin.*

## CAPUT II

### De commentarii ratione et subsidiis.

*Recensionis Gallicanae*

*Ex nova martyrologii recensione, quae ad archetypum codicum superstitum proxime accedit, multa colligi posse quae ad libri pleniorem notitiam plurimum conferant, nemo negaverit. Duo tamen erant quae legentium in votis remanere nobis videbantur. Primum est ut novis accedentibus subsidiis ad harum litterarum originem gradus fieret, et nativa, quantum fieri posset, martyrologii facies restitueretur. Alterum ut in tanta nominum congerie, de singulis statueretur quis et cuias sit qui eo vocabulo designatur. Ad primum quod attinet, fallaci occurrendum est opinioni eorum, qui perspiciunt quidem ad martyrologii litteram, qualis saec. V constituta est, neminem perventurum esse, nullo tamen negotio eandem exprimi posse putant qualis erat cum ab Italia in Gallias intravit. Plurimos quippe laterculos duabus partibus constare animadvertunt, quarum una ab altera facile secernitur. Principio enim nomina varias ad regiones referenda, incompto habitu, densa plerumque sed parum ordinata acie procedunt. Ad calcem autem subiecta sunt additamenta gallicana, pauca, perspicua omnino et quae nullam fere postulant emendationem. Hinc mentem subit cogitatio remotis istis additiciis memoriis recensionem italicam residuam fore. Id tamen probabile non est, cum varia ostendant indicia non tantum memoriolas sanctorum indigenarum in Galliis martyrologio accessisse, sed ipsam laterculorum compagem hinc inde immutatam et interturbatam fuisse, ea ratione ut de pristino*

ordine

ordine restituendo prorsus desperandum sit [1]. Singulares sanctorum memorias, antiquioris libri verbis expressas ex hodierna farragine passim emergere non infitiamur. Librum ipsum, vel maximam eiusdem partem in primam et genuinam formam redintegrari posse nos quoque negamus; quo iure ex dicendis palam fiet.

*corruptelae:* Quoniam igitur integris laterculis reformandis supersedendum est, quid singulis vocabulis subsit nobis investigandum, quae recta scribendi ratio, quae significatio, quae cum ceteris conexio. Sicubi de nomine sancti constat, necesse est ut ab homonymo quocumque secernatur, ideoque haec duo reperienda sunt: primum quo loco obierit vel coli coeptus sit, alterum quo mense, quo die eius commemoratio agi solita sit. Omnibus numeris absoluta erit memoria utramque referens notam, topographicam dico et liturgicam, qualis est, exempli gratia: XVIII kal. oct. Carthagine Cypriani. Utinam omnium sanctorum qui in fastis hieronymianis inscripti sunt nomen et diem et locum eruere contigisset. At saepius de alterutra nota indagatur frustra, quando non de ipso nomine ambigitur. Id enim fert natura operis a librariis indoctis saepius exscripti, a sciolis plurimum aucti, ab aliis truncati vel retractati, verbo ultra modum depravati. His ut medeatur pro modulo nostro enitendum est, cavendum tamen ne coniectandi libidine menda mendis addamus, nedum errores aliorum corrigamus. Quare de genere et causis corruptelarum librorum nostrorum primum sedulo inquiramus oportet, si eas sollicite et prudenter sanare volumus.

*nomina hominum et locorum* Ordiemur a vitiorum communium genere quibus passim deturpantur libri plurimum lectitati, et ex antiquis ac detritis plerumque exemplis saepius descripti. Quicquid enim a librariis inscitia, incuria, festinatione peccari potuit, collecta reperies in hisce fastis, ipsa eorum indole errandi occasiones multiplicante. Vocibus quippe insolitis constant seu nominibus propriis, quae non raro inaudita vel incerta scribentibus occurrebant. Qui similitudine aliqua aliorum vocabulorum decepti, ad usitatam, ut putabant, formam ea reduxerunt, vel, nulla adhibita diligentia, quae properanter legerant calamo expresserunt. Nartzali, qui unus est ex martyribus Scillitanis (iul. 19), ne semel quidem nomen rite scriptum reperimus, eique suppositus est Nazarius, e fastis Mediolanensibus notissimus. Die 11 feb. Basilianus, Basilius legitur pro Blasio. Commemorationis apostoli Thomae in Aegypto, die 9 feb., rationem multi quaesierunt, nemo perspexit. Invecta est, ni fallor, a librario qui nomini peregrino Thonius usitatissimum Thomas suffecit. *a librariis* Nec semel accidit ut, iterato adhibitis curis, nomina a pristina forma ita detorquerentur, ut qui singula μεταμορφώσεως momenta non perspexerit, veram lectionem nullo pacto assequi possit. Quis enim, ad diem 30 aprilis, nomen legens Reducti, de Claudio cogitaverit? Haec quippe fuit mutationum series:

Claudi
Clugdi
Dugdi
Ducti
Reducti.

Ad diem 1 iun., ex eodem Claudi factum est Dati, hoc, ni fallor, ordine:

Claudi
Cladi
Clati
Dati.

Loco Aemiliani legendum esse Aureli vix exspectaveris. Qua ratione unum ex altero fluxerit ad diem 21 iul. ostendetur.

*depravata:* Novam induxit apostoli Mathei memoriam, ad diem 10 maii, qui Mothei legens, nec capite truncatum agnoscens nomen Timothei, unius litterulae mutatione veram restitui lectionem sibi persuasit. Ubi in exemplo erat nomen civitatis Attaliae, fuit qui legeret Italiae, vel etiam item aliae. Nomina locorum passim non ita raro, leviter nutante calamo, in sanctos commutantur, sanctorum in loca. Die 6 aprilis Sirmi seu Sirmium in Pannonia inter sanctos computatur sub nomine Firmi. Non in Pamphilia sed Ampeli martyris memoria ad diem 12 sept. scripta erat. Parenti ad diem 8 iulii, non martyris nomen est, sed Perinthi, civitatis in Thracia, quae postmodum Heraclea dicta est. Genus errorum est quod ex notis perperam solutis ortum esse patet, exempli gratia, CAP quod die 14 oct. et 17 nov. legendum erat Capua, intellectum est Cappadocia. Ita pro CI(miterium) ad diem 18 iunii, habetur CI(vitas); EX(ercitus) pro EX(orcista) ad diem 14 februarii. Iterum iterum-

[1] Anal. Boll., t. XLVII, p. 368-75.

que

*que e MIL(i a r i o) facti sunt MIL(i t e s), et numerus martyrum computatur ad numerum miliariorum. In universum autem, numeros quod attinet, mendorum fons uberrimus est usus romanarum litterarum quibus exprimi solent, et raro admodum, collatis codicibus, notas numerales quales scriptae fuerant, assequi contingit. Ceteros scribendi errores taceo, quos qui manuscriptos libros terere solent optime norunt, et eorum in martyrologio amplam colligent segetem. Unum addere necessarium duco, quod in his litteris non minimi momenti est. Ex codicum varietate manifestum est librarios non in solis difficilioribus locis menda cumulasse, sed et quae communia et trita sunt indiligenti calamo expressisse. Nominum enim genera permutantur, cum forma simplici commiscetur derivativa, ita ut saepe ancipites haereamus sitne scribendum D o n a t u s an D o n a t a, R u f u s an R u f i n u s, M a x i m u s an M a x i m i n u s. Sed de his satis.*

*ordo rerum turbatus;*

*Quicumque obiter inspexerit martyrologii laterculos, in plerisque non solum omne genus vitiis nomina sanctorum et locorum perversa esse deprehendet, sed et nominum rectum ordinem mirum in modum perturbatum videri, sanctos in sua civitate celeberrimos in aliena regione collocari, vel nullam prorsus patriam habere; integras catervas martyrum, quos variis in locis passos esse constat, ad unam deputari palaestram; hinc inde oppidi nomen in sanctorum ordine reponi, quasi unus ex illis censeatur; memorias quae ad certum diem pertinent ad alium relatas esse. Sed imprimis notabile est crebro contingere ut diversis martyrologii locis recurrant nomina eadem, quae variorum sanctorum cognominum credideris, sed et longiores catalogi et insignes memoriae quas casu iteratas nemo dixerit. Exemplis quae passim afferenda erunt declarabitur quibus de causis simplex et plana, ut erat fastorum tabula cum primum exarata est, facta sit promiscua et horrida nominum strues. Id autem eorum opera effectum est qui codices variis additamentis auxerunt, vel eosdem imperite recensuerunt.*

*eorundem sanctorum nomina*

*De geminatis vel multiplicatis sanctorum memoriis primum dicendum. Horum tria sunt genera.*

*Primum genus est sanctorum quorum nomina in unius diei laterculo vel proximo quovis loco, pridie aut postridie vel saltem die parum dissito iterantur. Huius modi innumerabilia paene habentur exempla.*

*Alterum memoriarum genus est quae procul a proprio die geminantur, iis tamen diebus qui eodem numero kalendarum, nonarum, iduum in kalendariis signantur. Exempli gratia S e v e r u s Ravennas non solum k a l. f e b., sed et k a l. i a n. occurrit; A g i l e u s, tum VIII k a l. i a n., tum VIII k a l. f e b.; G e r v a s i u s et P r o t a s i u s primum XIII k a l. i u l., iterum XIII k a l. a u g. nuntiantur. P h i l i p p u s memoratur p r i d. i d. i u n., sed et p r i d. i d. i u l. Alia plurima in commentario docebimur.*

*Postremum tandem genus est memoriarum quae qualicumque die nec propinquo nec quovis signo notabili frequentantur.*

*De singulis nonnulla notanda sunt.*

*multoties iterata;*

*Quod bis, vel ter quandoque, eodem die eadem scripta sunt nomina, facile explicatur. Additamenta congregata esse patet ex collatis eiusdem libri exemplis, et primum ad instar variarum lectionum in marginibus vel inter lineas scripta, a librariis deinde tanquam nova laterculis imprudenter inserta. Haec autem ascripta erant prout spatia vacua ferebant, proprio die ad latus, vel paulo superius vel inferius, et inconsulte loco propinquiore assumpta sunt, sive is esset sanctorum istorum natalis dies, sive antecedens sive subsequens vel etiam paulo remotior. Exempli gratia quae ad X k a l. mensis pertinebant, marginis angustia cogente, posita fuerant contra diem VIIII k a l. vel XI k a l., proindeque inter sanctos qui vel pridie vel postridie colebantur admissa. Accedunt quandoque eorumdem nominum interpolationes, ut cum memoriae martyris e kalendario quopiam receptae, altera additur e libello Passionis. Ita actum esse putamus ad diem 19 maii, ubi P a r t h e n i u s et C a l o c e r u s bis memorantur, semel astricto et admodum simplici enuntiato, sanctorum nomina et locum sepulturae referente, et iterum adiecto elogio ex eorum Gestis. Iamvero quocumque ex fonte desumpta erant quae interponebantur, laterculorum compagem disrumpi necesse erat, tumultuario inductis vocabulis, quibus nulla, ut ita dicam, sedes parata esset. Et haec causa est cur plurimos martyres a sua civitate remotos, alios locis quibuscumque falso assignatos, agmina sanctorum, quorum numerus non ignoratur, ultra modum aucta et peregrinis permista reperiamus.*

*Non aliter dicendum de supervacaneis sanctorum memoriis secundi generis, de earum ad oram paginarum adiectione et in laterculos intrusione. Illud solum proprium habent quod certa quadam lege, ut notatum est, cum die natali colligantur indeque praebeant*

opportunitatem

*opportunitatem de homonymis certiora statuendi. Qui huius modi interpolationibus ansam dedit, in antiquo exemplo vel in suo solum dierum numerum advertit, errat in mensibus, et quod magis mireris, nullam quandoque rationem habere videtur kalendarum, nonarum, iduum. Martyres* T o m i t a n i *memorantur diebus 27 maii et 8 iun., qui eodem numero VI exprimuntur, addito tamen hinc* k a l. i u n. *inde* i d. i u n. *S.* C r i s p o l i *commemorationes 29 maii et 10 iunii declarantur similitudine numerorum* V I k a l. i u n. *et* V I i d. i u n. *Ter signatur* P r i m i t i v u s, *24 feb., 2 mart., 26 april., id est* VI k a l. m a r t., V I n o n. m a r t., V I k a l. m a i. *Summae indiligentiae arguendi sunt qui talia perpetrarunt, nec mirum vitiatos fuisse codices quos haece manus tractaverunt.*

*quas ob causas.* *Sed neque hic tetigimus in martyrologio metam errandi. Restat enim ut tertiam consideremus speciem depravationis ortam ex memoriis multoties iteratis, non tamen propter dierum vicinitatem neque propter quandam numerorum similitudinem, vel ob quamcumque probabilem rationem. Unius sancti duplex commemoratio intellegi potest, si episcopus est, de consecratione et depositione; si martyr de festivitate quae duabus in ecclesiis variis diebus agitur. Haec tamen ex sola coniectura assequi vetamur. Est et ubi quaeri possit num praeter martyris natalem etiam alio die basilicae dedicatio fastis inscripta fuerit, quod ex codicum formula quandoque discerni non potest. Exemplo sit memoriola diei 16 dec., quam plene refert codex W:* A r e l a t o d e d i c a t i o b a s i l i c a e (e t) a l t a r i s s a n c t i G e n i s i m a r t y r i s, *truncatam vero codex E:* s a n c t i G e n i s i m a r t y r i s. *Quod veluti festum sanctorum Laurentii et Hippolyti nuntiatur die 2 feb., collatis eiusdem commemorationis aliis diebus inscriptae formulis, dedicatio basilicae esse apparet. Et iteratae huiusce mentionis aliquatenus ratio perspicitur. Quam ob causam communis martyrum in coemeterio Maiore viae Nomentanae memoria, quae die 16 sept. agitur, ut ex titulo antiquo comprobatur, etiam die 20 aprilis hisce fastis inscripta sit, nemo facile dixerit. Sed multo maior exsurgit difficultas de solidis paene laterculis ab uno ad alium diem traductis. Ad diem 13 septembris, sublatis Gallicanis additamentis, haec sola leguntur:*

i n A p u l i a F e l i c i s S e c u n d i (n i)
i n A l e x a n d r i a T h e o d o r i
i n A n t i o c h i a T i m o t h e i

*quae ad diem 2 sept. integre assumpta sunt. Laterculi diei 16 novembris pars, sex constans nominibus, die 11 ianuarii, eiusdem nomina novem 24 februarii, quattuordecim 8 maii reperiuntur. Diebus 17 novembris et 12 septembris septem communia sunt nomina. Quae 2 martii leguntur, paene omnia in diem 24 februarii relata sunt. Tum 2 februarii, tum 5 iunii haec habentur: Victoris, Urbici, Orbani, Hilari, Iulianae, Privatae, Fortunati, Feliciani, Primi, Candidi, Castolae, Secundini, Secundolae, Gai, Gregorii, Cappae, Felicis, Marcialis, Maurici, Ingenui, Mustulae, Rogati, Saturnini. Martyres Caesaraugustani, qui die 22 ianuarii coluntur, partim 4 aprilis, partim 12 aprilis recurrunt. Et quidem amplus diei 12 aprilis laterculus frustatim per multos dies, ad 25 novembris usque, dispersus est. Quid de uberrimis in principio mensis iunii positis martyrum catalogis? De his legi poterunt quae ad diem 1 iunii notata sunt. Nonnulli sunt laterculi quorum nomina paene omnia asciticia sunt. Die 15 ianuarii, post ablatum Gallicanum additamentum, quattuor remanent memoriae sanctorum, quorum natalis inter alios dies requirendus est. Item 2 septembris, exceptis Gallicanis qui ad calcem, et martyribus Nicaenis qui in principio positi sunt, nulla ex septem remanentibus memoriolis huius diei propria est. Solus Polycarpus diem 26 ianuarii legitime obtinet; ceteri omnes adventicii sunt. His aliisque quae adduci possent exemplis doceri videmur laterculos vacuos vel exiles aliunde ex uberioribus allatis copiis suppletos fuisse.*

*Inter locupletissimos martyrum catalogos principem veluti locum tenent qui sub indicio* i n A f r i c a *ponuntur, ut, qui rem obiter inspexerit, integros Africanae ecclesiae fastos in nostros transiisse facile credat. Ne tamen ex sola nominum frequentia praeceps iudicium feratur, haec sedulo consideranda sunt. Tres sunt martyrum Africanorum qui in martyrologio feruntur classes. Prima eorum est qui ex kalendariis ecclesiarum assumpti sunt, ut puta e kalendario Carthaginiensi. Plurimae enim memoriae sive martyrum singularium, ut Agilei, sive manipulorum, qui addito patriae nomine designantur, — exempli gratia, Timidensium — tum in Carthaginiensibus tum in Hieronymianis tabulis recensentur. Alia Africanarum ecclesiarum kalendaria, praeter Carthaginiense, aetatem non tulerunt. Proinde quae ex huius modi fontibus fluxerunt nonnisi coniectura agnoscuntur. Quanta autem cautela* *Sanctorum Africanorum*

*in*

*memoriae* *in his procedendum sit, ostendunt memoriolae non paucae, quas laterculorum perturbatio fortuito Africanas fecit, verbi gratia, die 14 februarii: in Africa Valentini, quod legatur oportet: Interamne Valentini. Ad alteram classem referimus martyres illos Afros quorum nomina libellus Passionis subministravit, ut sunt Passio Perpetuae et sociorum ad diem 7 martii, Passio martyrum Scillitanorum ad 17 iulii, Passio Lucii et Montani ad 23 maii. Tertia denique classis est Afrorum qui densis agminibus totum martyrologium pervaserunt, et solo nomine noti sunt. Nemo est inter studiosos martyrologii lectores qui catalogorum illorum fontibus reperiendis non allaboraverit, sed frustra. Lucis plurimum e commentario nostro allatum iri sperandum non est. Id unum considerari velim, plerumque bipartitas esse martyrum Afrorum series, easque constare partim nominibus in Africa sola usitatis, partim in toto orbe Romano communibus.*

*saepius incertae.* *Qui punico vocabulo nuncupantur, ut sunt Baric, Miggin, cet., etiam nullo addito ad Africam deputandi sunt. Sunt et latina quaedam nomina in his partibus ita vulgaria, ut quamquam et alibi usurpantur, quasi Afrorum propria haberi possint. Talia sunt, v. gr. Donatus, Saturninus, Rogatus, Restitutus, quae si in Africa ponuntur, loco movenda non sunt* [1]. *At saepe non pauca interseruntur nomina quae sonitus ipse alio avocare videtur, et de his sedulo inquirendum. Peregrinos enim plurimos induxit sollemnis illa ex quibusvis laterculis memoriarum communicatio de qua in superioribus dictum est. De his legi poterunt quae ad dies 17 feb., 8 maii et 1 iun. notata sunt. Ne tamen existimes, advenis omnibus amotis, residuum fore martyrum coetum uno die immolatorum. Exemplum sumatur e die 9 ian., ubi in Africa praeter Epictetum, alias quoque obvium, nuntiantur martyres novem ex societate S. Perpetuae, quorum dies natalis est 7 martii, et duo tresve e numero Scillitanorum, qui 17 iulii coluntur. Laterculus Africanus diei 10 ian., cui interponitur memoria Miltiadis pontificis, fere totus constat martyribus iam pridie nuntiatis. Quapropter occurrente quacumque martyrum Afrorum caterva, iure suboritur suspicio eam neque litterarum neque publici cultus monumentis traditam esse, sed artificiose congregatam.*

*Praeter illas, quas adduximus, causas interpolandi, unde natae sunt eorundem sanctorum iteratae commemorationes, alia est quae ad scholiastarum, ut ita dicam, artem pertinet. Eo nempe die qui sancto cuipiam in sua ecclesia sacer est, alii adiuncti sunt qui aliis diebus in eadem ecclesia coluntur, vel homonymus quispiam, vel quivis alius cuius nomen menti legentis evocabatur. Exemplo sit dies 19 iunii, quo memoratur Mediolani inventio et depositio reliquiarum SS. Gervasii et Protasii. His autem additi sunt Nazarius et Celsus, et ipsi martyres Mediolanenses, sed qui 28 iulii proprium habent diem. His etiam subiunguntur Vitalis et Ursicinus, qui quidem Mediolanenses non sunt, sed quos in societatem SS. Gervasii et Protasii hagiographi induxerunt. Similiter ad diem 28 iul., cum SS. Nazario et Celso recoluntur Gervasius et Protasius. Inter martyres Afros qui die 9 ianuarii recensentur, adest Felicitas illa quae cum Perpetua aliisque Carthagine passa est. Fuit qui legisset gesta alterius Felicitatis, quam septem filiorum matrem mentiti sunt hagiographi; unde apposuit ille: et aliorum septem, et praeterea nomina Vitalis, Felicis, Marcialis, Ianuarii, qui ex his septem sunt. Ad diem 23 maii, quo memoria agitur S. Montani, in Africa cum Lucio aliisque perempti, adductus est e die 26 martii Montanus alter, martyr Sirmiensis. Porro haec additamenta et alia similia, in ora paginis primum inscripta fuisse credenda sunt et a librariis postmodum inducta in laterculos, perturbandi ordinis nihil sollicitis. Alia subinde consecuta sunt detrimenta, ubi, verbi gratia, nomen martyris alteri homonymo suppositum est. Ad diem 11 augusti recta et sincera martyrologii lectio erat: Romae via Lavicana inter duos Lauros natale Tiburti. Iamvero alter est Tiburtius, die 14 aprilis via Appia cultus, una cum Valeriano et Maximo, quos S. Caeciliae socios esse voluit ille qui virginis istius gesta conscripsit. Huius Tiburtii memoria mentem subiit hominis a quo nomina Valeriani et Caeciliae ad marginem 11 aug. appicta sunt, deinde a scriba nescio quo inconsiderate in laterculum introducta; unde in eadem memoria, sub uno viae Lavicanae indicio, mira permixtio martyrum qui tribus locis distinctis, id est in*

*Nomina sanctorum*

*per modum scholiorum interpolata;*

[1] Nomina in Africae provinciis maxime usitata requirenda sunt in indicibus *C.I.L.*, t. VIII, S. Gsell, *Inscriptions latines de l'Algérie*, t. I, et apud R. Mowat, *De l'élément africain dans l'onomastique latine*, in *Revue archéologique*, N. S., t. XIX (1869), p. 233-56.

in coemeteriis Praetextati, Callisti, et inter duas Lauros quiescunt.

*item nomina locorum*

Non sanctorum tantum nomina ad modum interpretamenti interpolata sunt, sed et topographica, falsa plerumque, et tituli honoris vel muneris per fas et nefas collati. In laterculo diei 23 maii pro nomine civitatis Halmyride scriptum fuit Almeridae. Almerida autem prava lectio est in nostris codicibus passim usurpata loco Emeritae, urbis in Hispania. Non aliam ob causam additum fuisse in Spaniis, ad locum ubi nullus recensetur martyr Hispanus, mihi certum est. A die 15 februarii Agape, quae habebatur virgo Interamnensis, cum aliis nonnullis ad 1 maii migravit, ubi transmutata est in Agapiti, quo nomine appellatur martyr Praenestinus die 18 augusti fastis inscriptus. Nec defuit commentarius: Praeneste miliario ab urbe XXIII, quo ultima martyris Interamnensis vestigia deleta sunt. Similis fuit mutatio, ad diem 6 ianuarii Anastasii, martyris Aegyptii, in Anastasiam, cui nunc adhaerent haec verba: apud Sirmiam, procul dubio interpolata. Martyrum Palaestinae, quorum gesta conscripsit Eusebius, memoriae plerumque referuntur sub Caesarea, cui deinde accedit inepta interpolatio Cappadociae.

*et dignitatum;*

De titulis et honoribus praeter ius concessis breviter dicam. Ad diem 1 iulii depositio Gaii episcopi non parum vexavit viros doctissimos inter Romanos, qui probe sciebant Gaium pontificem alio die commemorari. Neque perspexerunt hunc Gaium alium non esse a martyre Bononiensi, e kalendis ianuariis perperam ad kalendas iulias translato, ubi interpolatum est vocabulum episcopi. Episcopum quoque fecerunt Felicem Nolanum, qui fastis bis inscriptus est, 14 ianuarii et 27 iulii. Et prior quidem memoria recte exprimitur: Passio sancti Felicis, minime vero altera: Felicis de ordinatione episcopatus eius, quandoquidem constat Felicem presbyterum, non episcopum fuisse. Commentarius hic est seu potius commentum eius qui duplicis festi rationem frustra quaesierat, nec aliter rem expediri posse credebat. Qui ad diem 20 aprilis Victor episcopus nuncupatur, martyr non episcopus fuisse comprobatur memoria diei 16 septembris. Postquam ad diem 21 maii e nomine Timothei martyris prava lectio Mathei deducta est, mox accessit vox apostoli. Martyrum Romanorum Marii et Marthae, qui die 20 ian. coluntur, pridie anticipatur memoria, parum emendate: Mariae et Marthae. Egregia interpolandi materia, e qua nemo miretur natum esse: Hierosolymis Marthae et Mariae sororum Lazari.

*quaedam suppressa.*

De his quae indebite et otiose laterculis addita sunt hactenus disseruimus. Quae ex iisdem detracta sunt et suppressa breviter indicanda. Plurima nomina periisse, sive casu exciderint sive consulto deleta fuerint, nemo negaverit [1]. Die 7 iunii, quae S. Procopio, martyri Caesariensi in Palaestina sacra esse e monumentis certissimis efficitur, sancti nomen desideratur, non tamen nomen civitatis Caesareae, quod in rei testimonium relictum est. Eodem pacto 25 ianuarii Agileus evanuit, non tamen loci indicium Carthagine. Die 12 februarii in Alexandria quondam nuntiabatur Candidus, qui eo die nunc frustra requiritur. Paucissima quae ad diem 25 martii ex eius elogio servata sunt verba testantur Matronae nomen ibi supplendum esse. Nazarium, loco Nartzali, olim laterculo 20 iulii inscriptum fuisse nemo foret qui suspicaretur, nisi Celsus, comes Nazarii individuus, veluti testis adesset. Perierunt et notae geographicae multis in locis, et coniectura supplendae, quamquam rarissime id tuto fieri potest, ut ad 5 octobris, ubi scriptum est alibi Baric, cuius ipsum nomen Africam clamat. Esto haec omnia casu fortuito sublata sint, insciis vel inconsciis librariis. Alia sunt quae scientes et volentes tanquam superflua resecuerunt, vel ut brevitati consulerent. Die 6 augusti, quo celebratur festum S. Xysti II pontificis, adducta est, e die 2 februarii, memoria dedicationis basilicae SS. Xysti, Laurentii et Hippolyti, sed deletum nomen Xysti, quia iam in superioribus prolatum erat. In laterculo 24 iunii tres memorabantur sancti Iohannes nuncupati: Iohannes Baptista, Iohannes evangelista, Iohannes tandem martyr, cum Festo Romae quiescens in coemeterio ad VII Palumbas. Tertius iste Iohannes omissus est, relicto solo Festo. In amplioribus quibusdam laterculis nomina non pauca amputata videntur, eorumque loco scriptum: et aliorum, adiecto numero, qui de sanctis simul uno loco interemptis nequaquam intellegi debet.

[1] Quae in codicibus nonnullis, ut Epternacensi et Wissemburgensi data opera omissa sunt vel suppressa, in superioribus indicata sunt. p. XI.

Qui

*Ex iteratis memoriis*

*Qui Martyrologium Hieronymianum quale nobis servatum est attente legens, nomina aut depravata aut otiose iterata, laterculos singulis fere pagellis misere interruptos aliaque huiusmodi naeva deprehenderit, profecto intelleget quanta cautela in textu emendando et in nominum historica interpretatione utendum sit. Vix non ubique mentem ultro subeunt coniecturae, probabiles quidem, sed a quibus tamen praestat temperare donec certiori fundamento niti possint. Quapropter ubi silentibus documentis coniectando divinandum fuisset quid sub nudis nominibus vel mutilis lateret, aut qua arte in formam idoneam restituenda essent, maluimus aperte nostram ignorantiam confiteri. Miretur fortasse quispiam, cum plurimis in locis legens nomina eadem repetita fuisse, nullam ulteriorem a nobis propositam explicationem reperiet. Caveat tamen ne otiosas illas iterationes detexisse minoris faciat quam par est. Et re quidem vera eruditorum qui in elucidando Martyrologio operam posuerunt is error fuit ut sanctos alios sed homonymos designatos crederent quoties nomen idem occurrit, praesertim si in eodem laterculo bis aut saepius compareat. Inde factum est ut in sanctorum catalogos irrumperent sancti cognomines nescio quot, de quibus plane silent litterae hagiographicae, nisi forte improbus quidam falsarius ex ipso martyrologio ansam arripuerit vesanam quandam fabulam licenter excogitandi. Ab hoc errore, qui varias historiae ecclesiasticae provincias infecit, converso itinere recedendum est, et plane agnoscendum eodem nomine, quod vel decies occurrat, unum eundemque martyrem appellari potuisse.*

*critica petuntur adiumenta.*

*Exempla prope innumerabilia ostendunt istas nominum iterationes indicium esse maximi momenti, ad quod attente respiciat oporteat qui martyrologium recte intellegere volet. Ex his exemplis aliquot hic exposuisse iuvabit. Ad diem 3 iunii iterata est ex 17 februarii mentio S i l v a n i e t a l i o r u m L X X X I I I. Quod ubi agnoveris, ilico manifestum fit turmam istam octoginta trium martyrum nihil aliud esse nisi miliariorum numerum. Ex A g a p i t o diei 1 maii, regressu facto ad diem 15 februarii, iam agnosces non Agapitum Praenestinum, sed A g a p e n Antiochensem martyrem designari. Quid de V e n o d o sive F i n o d o martyre diei 28 maii, cuius nomen eruditorum mentem frustra diuque fatigasset, nisi eiusdem iterata mentio 28 iunii liquido ostenderet eo non martyrem appellari sed Synodum ecclesiasticam ? Fac comperias in larvato illo S e r g i o 24 feb. G e o r g i u m diei 2 maii iterum occurrere, statim agnosces nec Georgium adesse nec Sergium, sed utrobique unum martyrem G o r d i u m nominandum fuisse.*

*De martyrum turmis.*

*Neque in hoc uno decepti sunt commentatores quos fugerat eadem nomina bis aut saepius otiose iterata fuisse. Eadem de causa inducti sunt ut sibi persuaderent nomina, quae sub eodem indicio loci coniunguntur, ad unum eundemque coetum martyrum pertinere; non advertentes mentionibus hinc interpolatis inde resectis totam laterculorum compagem multis in locis perturbatam fuisse, adeoque nomina locorum et sanctorum praepostero ordine modo coniuncta modo disiuncta fuisse. Sic igitur accidit ut ad aliquas civitates solida agmina martyrum accenserentur quae ab iis prorsus aliena sunt. Inde historicis multo difficilior et incertior via facta est inquirendi ad quae loca persecutiones christianorum reapse se extenderint.*

*Laterculi illustrati*

*Ut autem corrupta nomina et perturbatae enuntiationes in meliorem formam prudenti coniectura restituerentur, non satis erat ad normas attendere ex quibus critici de antiquariorum et librariorum arte moribusque iudicant. Non intermisimus ad fontes redire unde martyrologium profluxit; fontes inquam, cum verius dicendum esset avaros latices qui ex his fontibus supersunt. Norunt eruditi a martyrologii primo compilatore adhibita fuisse martyrologia propria variarum ecclesiarum seu kalendaria, qualia sunt Depositio martyrum et Depositio episcoporum ecclesiae Romanae [1] et kalendarium Carthaginiense [2]. De kalendario Gothico, cuius exigua pars aetatem tulit silere praestat [3]. Ad suum quoque usum assumpsit martyrologium quod dicitur Orientale, antiquius anno 411, e quo descripta fuit syriaca epitome quam repperit v. cl. W. Wright [4]. Huic in hoce commentario nostro nomen esto Breviarium Syriacum. Quanti faciendum sit hoc insigne monumentum supervacaneum est ostendere, cum singulae operis nostri paginae huius criticam utilitatem luculenter demon-*

[1] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 10-12; Mommsen, in *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 70-72. — [2] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [lxx-lxxi]. — [3] H. Achelis, in *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft*, t. I, p. 309-73; Stamm-Heyne, *Ulfilas*, (Paderborn, 1908), p. 274; *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 276. — [4] *Journal of Sacred Literature*, N. S., t. VIII (1866), pp. 45-56, 423; *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [lii-lxv]; F. Nau, in *Patrologia Orientalis*, t. X, p. 11-26.

*strent*

*adductis kalendariis.*

*strent. Huius tamen fontes non satis hactenus eliquati sunt neque de ipsa libelli indole certo constat. Exemplum quo nobis innotuit unicum est nec leviter depravatum. Menses iunius et iulius interturbati sunt, forsitan quod e codice folium deciderit, uti iampridem ab eruditis notatum est. Neque mendis conspicuis caret. Locorum multa nomina omissa sunt, quae latinis exemplis et Graecorum synaxariis adhibitis restitui possunt. Verbi gratia, memoria diei 20 ianuarii: ἐν Νικομηδείᾳ Κυριακὸς καὶ Κίνδος καὶ Βίτιος καὶ Φλῶρος partim iteratur eiusdem mensis 25: ἐν Νικομηδείᾳ Τίτος καὶ Φλῶρος, die 26: ἐν Νικομηδείᾳ Τίτος. Ad diem 22 maii, martyres saltem quattuor sub Nicomedia referuntur quorum natalis variis locis celebratur. Vide annotata ad diem 23 maii. In laterculo diei 4 maii: ἐν Νικομηδείᾳ Ἀντωνῖνος ὁ μάρτυς, nominanda erat A n t o n i n a non Antoninus. Die 18 aprilis, ἐν Σαλώνῃ annuntiantur ambo martyres Σεπτίμιος et Ἑρμογένης, quod de Septimio verum est de Hermogene falsum, qui Salonitanus non fuit. Alii huius modi errores corrigi possent, si documenta adessent cum quibus aliae martyrologii particulae componerentur. Imprimis difficile est discernere quid in martyrologium e libris defluxerit, quid e kalendariis singularum ecclesiarum. Ita ex Eusebio certe deprompta est mentio diei 27 octobris: ἐν Εὐμενείᾳ τῇ πόλει τῶν Φρυγῶν Τάρσος καὶ Πολύκαρπος καὶ Γάιος καὶ ὀκτὼ ἕτεροι, ut suo loco demonstrabitur. Exploratum quoque est formulam ἐκ τῶν ἀρχαίων, latine d e a n t i q u i s, intellegendam esse de libro Eusebiano.*

*antiquis monumentis et libellis*

*Quantum intersit inter martyrologii elogia quae e litterariis fontibus derivata sunt et ea quae kalendaria alicuius ecclesiae referunt ostendere supervacaneum est. Ista enim traditionem usumque ecclesiasticum certissime exprimunt, dum contra hagiographorum aliorumque scriptorum commentarii usus liturgici testes non sunt satis certi, quorum dictis quanta fides debita sit, singillatim quaerendum est. Et utinam certo nobis constaret ad utrum genus referenda sint singula elogia. Sed tantum abest ut e contractioribus martyrologii formulis id communiter perspici possit. Mentionem in qua nihil aliud dicatur nisi in urbe illa martyrem illum occisum fuisse, ad libellum Passionis non minus quam ad kalendarium referri posse nemo non videt. Quod si ex Passione fluxerit, dies festi per se omni dubitatione non caret; quippe crebro accidit ut narrationes hagiographicae de die commemorationis sileant; quod ubi accidit, martyrologus arbitratu suo diem forsitan elegerit. Etsi vero nos fugit quanta pars memoriarum quas martyrologium complectitur in fontes hagiographicos refundenda sit, non desunt tamen in variis martyrologii locis indicia ubi litterarum illarum vestigia se prodant.*

*veterum hagiographorum,*

*Interrogatum non semel fuit num in prima compage martyrologii praeter contractas et ieiunas martyrum memorias inserta quoque fuerint elogia ad modum Bedae, Adonis et cognatorum. Profecto cum in codicibus plenioribus tum etiam in epitomis comparent mentiones ad quas narratiuncula quaedam adiuncta sit, aut truncata sententiarum membra, quae ex huius modi historiis certo supersint. Qui exempla requirat, adeat dies 3, 12 ianuarii, 25 martii, 14, 16, 30 aprilis, 18 maii, 11 iulii, alios. Sunt et memoriae quae minime intercisae videntur, sed his verbis conceptae sunt ut e Passione aliqua depromptas fuisse liquido perspicias. Exempli gratia, ad diem 23 februarii annuntiatur martyr celebratissimus Smyrnensis episcopus Polycarpus, cuius elogium non e kalendario Smyrnensis ecclesiae sed ex Passione Polycarpi derivatum est. Quod ex clausula c u m a l i i s X I I perspicue constat. Neque magis in kalendarium Smyrnense refundi potest mentio S. Pionii, ad diem 12 martii, siquidem cum eo annuntiatur Metrodorus presbyter, martyr Marcionita, qui sane in ecclesia Smyrnensi non recolebatur. Constat ergo a martyrologo adhibitam fuisse Passionem S. Pionii. Nihilo obscurior est origo memoriae quae ad eundem diem legitur: i n A s i a C a r p i, P a p y l i, A g a t h o n i c a e. His martyribus dies sacer est 13 aprilis. Quod autem die 12 martii in hieronymianis annuntiantur, inde factum est quod Eusebius in eodem Historiae suae capite eos memorat cum Pionio, cuius 12 martii sollemnitas agitur. Die 12 maii legitur: N e r e i e t A c h i l l e i f r a t r u m, quae formula aliunde duci non potuit nisi ex Passione horum martyrum. Marcianus et Nicander, qui die 5 iunii annuntiantur i n A e g y p t o, martyres Moesi sunt, qui hic tanquam Aegyptii inducuntur, profecto quia martyrologus narratiunculam hagiographicam legit, ubi martyres isti Aegypto vindicantur. Alia exempla missa facio. Hic tamen cavendum est ne, ubicumque inter Martyrologium Hieronymianum et libellos hagiographicos aliqua similitudo intercedit, ilico concludamus libellum inter fontes martyrologii computandum esse. Quippe haud raro accidit ut hagiographi ex ipso martyrologio*

*logio argumenta sumpserint quae arte sua evolverunt. Exemplo sint Passio S. Susannae* [1] *et Passio SS. Marciani, Macarii, Stratoclinii et Protogenis* [2], *quas ex martyrologio fictas esse demonstratum est. Alias quoque non ita raro id factum esse aut comperimus aut suspicamur; quae tamen provincia cum hactenus non satis explorata sit, praestat interim disputationem hic non movere, cuius explicatio longa est et in aliud tempus differenda.*

*recentiorum quoque commentationibus.* *Veterum eruditorum pace dixerim qui olim in Martyrologio Hieronymiano interpretando docte nec sine acumine insudarunt, omnes, quotquot fuerunt, frustra laboraverunt donec a viro cl. W. Wright, anno 1866 repertum est breviarium Syriacum. Itaque parum nos iuverunt disquisitiones scriptorum qui dedita opera Martyrologium Hieronymianum commentariis suis prosecuti sunt. Cum honore hic nobis salutandus est vir probati ingenii et eruditionis F. M. Florentinius Lucensis* [3], *cui tamen cum martyrologium fuerit liber clausus, ex eius doctissimis elucubrationibus parum utilitatis percepimus. Multo plus adiumenti nobis attulerunt disquisitiones virorum doctorum qui editione novissima uti potuerunt, ut sunt H. Achelis* [4], *H. Quentin* [5], *F. Lanzoni* [6]. *Ipse L. Duchesne qui de Martyrologii Hieronymiani prima forma redintegranda olim cogitaverat, ad hoc opus schedulas collegerat, quas vir summus nobisque amicissimus, post obitum suum hagiographis Bollandianis tradi voluerat. Sed operis quod animo informaverat, vix prima lineamenta duxit. Quicquid enim in his adversariis utilius erat comperimus in aliis eius operibus corrivatum esse, praesertim in editione Libri pontificalis, in Fastis episcoporum Galliae et ipsa Martyrologii Hieronymiani recensione; quae opera in nostro commentario iamdudum exhauseramus. Ne quid tamen e scientia tanti viri deperiret, quod novum et utile in eius schedis manuscriptis repertum est, id in annotationibus rettulimus, appositis siglis L. D.*

*Huius commentarii ratio* *In hac editione opportunum visum est singula cuiusque laterculi verba numero signare, qui pro re nata in commentario et in indice voluminis refertur. In ipsa elucidatione cuiusque elogii, quantum res ferebat, curavimus ut testimonia omnia colligerentur ex libris liturgicis, ex locorum notitiis quae de sepulcro sancti vel de cultus propria sede habentur, et de formis quibus pristina aetate hic cultus agi solitus sit. Quae in Actis Sanctorum iam disputata et edita sunt hic iterum afferre supervacaneum duximus. Contra si antiquitatis christianae periti saeculo nuper elapso monumenta aut nova eruerunt aut iampridem cognita clariori in luce collocarunt, non intermisimus notitia hic uti quam maioribus nostris aetatis eorum conditio negaverat. Officii quoque nostri visum est legentes identidem cautos facere ubi compilatores Martyrologii Romani ex hieronymianis laterculis elogia deprompserunt, quae ab eruditis illius temporis perperam intellecta fuisse nemo indignanter feret. Editione usi sumus non novissima illa anni 1922* [7], *quae minus feliciter concinnata esse constat* [8], *sed ultima typica quae anno 1913 emissa est* [9]. *Baronii annotationes legimus in editione quae opera et studio nostri Heriberti Rosweydi anno 1613 Antverpiae prodiit* [10].

*et exitus.* *Haec de ratione quam in hoc commentario secuti sumus. Utique nobis non ita blandimur ut credamus opera nostra praestitum esse quicquid viri docti postulare aut saltem exoptare poterant. Fecimus quod in nostra erat facultate; quae si ab incoepto excidit, iustam fortasse excusationem habebit, cum elucidandus erat liber tam depravate traditus ut vix alius in christianis litteris. Hercules non adfuit qui die uno Augiae stabulum purgaret. Succedant nobis alii qui, favente summo Numine, nostrum iter relegant et multo longius in omnes partes praetergrediantur. Utinam iis vires temporaque faveant, ut, quod a nobis inchoatum est, ad gloriam Dei sanctorumque et ad Ecclesiae utilitatem ipsi perficiant.*

[1] *BHL.* 7937. Cf. Duchesne, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVI, p. 28-42. — [2] *BHL.* 5265 b. — [3] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, Lucae, 1668. — [4] *Die Martyrologien, ihre Geschichte und ihr Wert*, in *Abhandlungen der kön. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, Philol.-Hist. Klasse, N.F., t. III, 3, 1900. — [5] *Les martyrologes historiques du moyen âge*, Paris, 1908. — [6] *Le origini delle diocesi antiche d'Italia*, Roma, 1923. Opus retractatum et auctum inscriptum est: *Le diocesi d'Italia dalle origini al principio del secolo VII (an. 604)*, Faenza, 1927.— [7] *Martyrologium Romanum.* Prima post typicam editio. Romae, 1922 (reapse prodiit anno 1924). — [8] H. Quentin, in *Anal. Boll.*, t. XLII, p. 387-406.— [9] *Martyrologium Romanum.* Editio typica Vaticana. Romae. 1913.— [10] *Martyrologium Romanum* Caesaris Baronii *Sorani notationibus illustratum. Accedit vetus Romanum Martyrologium una cum martyrologio Adonis cura et studio* Heriberti Rosweydi, e Soc. Iesu. Antverpiae, 1613.

# MARTYROLOGIUM

**Domino sancto fratri Hieronimo presbytero Chromatius et Eliodorus episcopi in Domino salutem.**

**Cum religiosissimus Theodosius Augustus Mediolanensium urbem fuisset ingressus universosque episcopos Italiae ad se invitasset ob causam aliquantorum episcoporum qui ex arriana fece suas animas inquinassent, contigit et nostram parvitatem in eodem devenisse concilio in quo cum dicenda dicta essent et definienda definita, coepit christianissimus princeps sanctum Gregorium Cordubensis ecclesiae in eo praeferre antestitem , quod, omni die, sive non ieiunans matutinas, sive ieiunans vespertinas explicans missas, eorum martyrum quorum natalicia essent plurimorum nomina memoraret. Factumque est ut omnes pariter statuerimus ad tuam nos scribere caritatem ut famosissimum feriale de arcivis sancti Eusebii Caesariae Palestinae sacerdotis inquirens, martyrum ad nos dirigas festa, ut possit hoc officium per tuam sanctam industriam melius et perfectius Dei martyribus exhiberi.**

**Chromatio et Eliodoro sanctis episcopis Hieronimus in Deo aeterno salutem.**

**Constat Dominum nostrum omni die martyrum suorum triumphos excipere quorum passiones a sancto Eusebio Caesariensi episcopo scriptas repperimus ; nam Constantinus Augustus cum Caesaream fuisset ingressus et diceret memorato antistiti ut peteret aliqua beneficia Caesariensi ecclesiae profutura, legitur respondisse Eusebium opibus suis ditatam ecclesiam nulla petendi beneficia necessitate compelli, sibi tamen desiderium immobile extitisse ut quicquid ubique in republica romana gestum sit erga sanctos Dei, iudices iudicibus succedentes in universo orbe romano sollicita perscrutatione monimenta publica discutiendo perquirerent, et quis martyrum, a quo iudice, in qua provincia vel civitate, quo die quave passione, perseverantiae suae obtinuerit palmam, de ipsis arcivis sublata notitia, ipsi Eusebio regio iussu dirigerent. Unde factum est ut idoneus relator existens**

*Variae lect. codd.* EBW *Cambr.* (*in quo prior epistula omittitur*). — *Praemittunt :* Incipit epistola chromati et eliodori episcoporum ad hieronimum prb̄ B ; incipit epistola cromati et eleodori episcopis ad hieronimum presbiterum W ; *inc. omissa inscriptione* E | 5. prb E ; prb̄o B ; prsbt̄ro W | 6. cromatius W | 14. relegiosissimus BW ; relegiosisimus E | 15. *inv.* aug. theod. BW | 16. agūs E | 21. universos (que *om.*) B ; universisque W | 22. aepiscopos E ; episcopis W | 26. invitaret W ; invitare fecit B | 27. ut BW | 30. aepiscoporum E | 33. ariana W | 37. *add.* perquireret B ; perquirerent W | 38. contiget W | 45. divinisse W ; devenire B | 55. difinita E ; finita BW | 60. *add.* episcopum E *mg* BW | 61. cordobensis BW | 62. aeclesiae E | 64. *om.* in eo W | 68. *add.* in eo W | 72. eiunans E | 78. misas E | 82. natalitia B | 86. memorarent W | 92. statueremus B | 95. *om.* BW | 97. *add.* quod BW | 99. famosisimum E ; famosissimus W | 102. archivis W | 104. eusebię W | 105. cessareae E ; caesarie W | 106. palestin(a)eque BW | 112. diregas E | 124. perfectiusque BW | 125. *om.* B | 127. exhibere W ; *add.* item hieronimus E ; explicit. item rescriptu sancti hieronimi prb̄i B ; explicit. rescriptio hieronimi W | 128. cromatio W ; choromatio *Cambr.* | 130. heliodoro B | 131. *om.* BW | 133. hieronymus *Cambr.* ; *add.* presbyter *Cambr.* ; prb̄t BW | 134-137. *om.* BW *Cambr.* | 138. dm̄ W | 146. celebrasse *Cambr.* | 148. passione W | 149. ab *Cambr.* | 150. *om. Cambr.* | 152. cesariense W *Cambr.* ; cessariensi E | 154. scribtas EB ; scripta *Cambr.* | 155. reperimus W *Cambr.* | 157. constantius B *Cambr.* | 158. augs̄ B ; aḡus E | 160. cessaream E ; cesaria W *Cambr.* | 162. egressus *Cambr.* | 164. dicere W | 166. antestiti E *Cambr.* ; antestite W ; ep̄o B | 168. petiret W | 171. cesariensi *Cambr.* ; cesariense W ; cessariensi E | 172. aecł E ; aeclesiae *Cambr.* | 173. profura W | 179. *add.* esse E *in ras.* B | 180. aeclesiam E *Cambr.* | 181. illa B | 182. petenti W ; petendo B | 183. benefici E | 184. necessitudine W ; necessitudinem B | 185. conpelli EBW | 189. inmobile EBW *Cambr.* | 190. exstitisse E ; exstetisse W ; extetisse *Cambr.* | 192. quid E (*et in marg. add.* quid) | 193. *om. Cambr.* | 203. iudicibusque W *Cambr.* | 204. succidentes W | 210. scrutatione *Cambr.* | 211. monumenta W² *Cambr.* | 212. puplica E ; publice *Cambr.* | 214. perquererent W ; perquireret *Cambr.* | 223. provintia W | 226. qua BW *Cambr.* | 230. perseverentiae EW | 232. obteneret W ; obtinerent B *Cambr.* | 233. palma W | 236. archivis W *Cambr.* | 237. sublatam E | 238. *om.* EW | 242. iusu E *Cambr.* ; iusso W | 243. diregerent EBW | 248. idonius W | 249. relatur W | 250. exsistens *Cambr.* ; *add.* et BW |

**ecclesiasticam**

**ecclesiasticam historiam retexere, omnium festa martyrum provinciarum omnium Romanorum diligens historiographus declararet. Et quoniam omni die sacrificium Deo offerentes eorum nomina meminisse studetis qui, die ipso quo offertur sacrificium victores diaboli extiterunt, martyrii sui triumpho pollentes atque ovantes ad regem suum pervenerint Christum, hac de causa, singulorum mensium singulorumque dierum festa conscripsimus ut iubere dignati estis, perennem nostrae parvitatis memoriam fore credentes cum diebus omnibus per tota anni spatia sanctorum fuerit nominum festivitas celebrata. Et quoniam per singulos dies diversarum provinciarum diversarumque urbium plus quam octingentorum martyrum nomina sunt nominanda ut nullus dies sit qui intra quingentorum numerum repperiri possit adscriptus, excepto die kalendarum ianuariarum, considerans, inter innumeras turbas, lectorum animum intra unum mensem posse lassescere, ne id eveniat, succincte et breviter eorum qui sunt in amplissima festivitate in suis locis tantum pro omnibus memoratus sum, ut amputato fastidio unus de omnibus sufficiat libellus adscriptus. Sane in prima parte libelli omnium apostolorum festa conscripsimus ut dies varii non videantur dividere quos una dignitas apostolica in caelesti gloria fecit esse sublimes.**

251. aeclesiasticam E *Cambr.* | 252. hystoriam W | 253. retexerit BW ; retexit *Cambr.* ; *add.* et BW *Cambr.* | 255. pene EBW. | 257. provintiarum B | 260. dilegens E | 261. historiografus E ; hystoriographus W | 268. *om.* B | 269. offerentis W ; offerens E | 272. meminissent BW *Cambr.* | 273. studetis *restituit Duchesne;* studentis W ; studentes B *Cambr.* ; studens E | 270. qua W *Cambr.* ; quo B | 276. ipsa W *Cambr.* ; ipsum B | 277. qua BW *Cambr.* | 278. offeruntur BW ; offertur *Cambr.* | 280. victoris W | 281. diabuli EW*Cambr.* | 282. existentes *Duchesne;* existerent E ; extitissent B ; extetissent *Cambr.* ; exstetissent W | 283. martyri E ; martyrio W | 284. suo EW | 285. triumphos B | 286. phollentis W ; opulantes E (*corr. in marg.* pollentes) | 288. obantes E ; viantes W *Cambr.* | 292. pervenirent *Cambr.* ; pervenissent BW | 294. ac W | 295. die $B^{1}$ | 297. singulorumque B | 298. mensuum W | 298-299. *om.* B | 302. conscribsimus B | 304. iubire W | 306. dignamini BW *Cambr.* | 307. perennae $B^{1}$ ; perenne $B^{2}$ | 309. *add.* nomen BW | 310. memoria W ; *add.* habiturum BW *Cambr.* | 311. fore W | 315. annibus B | 318. tot annorum BW *Cambr.* | 319. facta W ; spatia facta *Cambr.* | 321-322. nominum fuerint *Cambr.* | 321. fuerint BW | 322. nomina B | 323. festivitates B *Cambr.* ; festivitatis W | 324. caelebrate W ; *om. Cambr.* | 331. provintiarumque B | 332. *om.* B | 336. octogentorum *Cambr.* ; *add.* et nongentorum milia BW ; et nonagentorum milia *Cambr.* | 340. nominata BW ; *om. Cambr.* | 345. *add.* non W *Cambr.* | 347. *sic* E, *in textu, sed in marg. add.* CCCLXV | 348. numero B ; *om. Cambr.* | 349. reperire W *Cambr.* | 351. adscribtus B ; ascribtus E ; adscriptos W | 354. calendarum W ; kłd E | 355. iañ E | 357. *om.* $E^{1}$ (*add. 1 m. int. lin.*) ; intra *Cambr.* | 358. innumerabiles BW*Cambr.* | 360. lectoris B *Cambr.* ; lectores W | 364. mense W | 366. lasescere E ; lassiscere BW | 368. idem EBW *Cambr.* | 369. veniat BW | 373. eos B | 377. amplissimam W | 378. civitate E | 388. ampotate W | 391. pro B | 395. adscribtus B ; ascriptus E | 398. *transp.* prima in B | 404. conscribsimus B | 410. videre $B^{1}$ | 414. apostolatus $BW^{2}$ ; apostolatos W ; apostolotos $W^{1}$ | 416. caeleste W | 420. sublimis W ; *add.* explicit B.

### Notitia de locis sanctorum Apostolorum.

**III kl. ful. Natale apostolorum sancti Petri et Pauli Romae.**
**II kl. decemb. Natale sancti Andreae apostoli in civitate Patras provinciae Achaiae.**
**VI kl. ian. Natale apostolorum sancti Iacobi fratris Domini et Iohannis evangelistae.**
**VIII kl. iul. Natale dormitionis sancti Iohannis apostoli et evangelistae in Epheso.**
**XII kl. ian. Natale sancti Thomae apostoli in India et translatio corporis eius in Edessa.**
**VIII kl. aug. Natale Iacobi apostoli fratris Iohannis evangelistae in Hierosolimis.**
**Kal. mai. Natale sancti Philippi apostoli in civitate Hierapoli provinciae Asiae.**
**VIII kl. sept. Natale sancti Bartholomei apostoli qui decollatus est in India iussu regis Astiagis.**
**XI kl. oct. Natale sancti Mathei apostoli qui passus est in Persida.**
**V kl. nov. Natale apostolorum Simonis Cannanei et Simonis Zelotis qui a templorum pontificibus occisi sunt in Suanis civitate Persarum.**

*E solo codice* E, *ubi sequentia notanda sunt:* 9. nat. | 15. rome | 19. nt | 27. achiae | 31. nt | 32. apoř | 38. iohañ | 43. nt | 46. ioћ. | 55. nt | 57. tome | 66. edesa *et add. 2 m. in marg.* V kal. iul. | 67. VII $E^{1}$ ; VIII $E^{2}$ | 70. nt | 74. ioћ | 77. hieroš | 80. nt | 85. ciũi | 87. provin | 88. assiae | 93. nat. | 98. decolatus | 102. iusu | 104. *sic 1 m. sed corr. 2 m.* astragis | 108. nt | 119. noemƀ | 120. nat | 121. apos | 135. civit.

### Incipiunt festa omnium Apostolorum.

**III kl. iul. Natale apostolorum Petri et Pauli Romae.**
**Prid. kl. decemb. Natale Andreae apostoli in civitate Patras provinciae Achaiae.**
**Kl. mai. Depositio Philippi apostoli in civitate Hierapoli provinciae Asiae.**
**XII kl. ian. Natale Thomae apostoli qui passus est in India.**
**VII kl. ian. Ordinatio episcopatus sancti Iacobi apostoli fratris Domini qui ab apostolis primus ex Iudaeis Hierosolimis est episcopus ordinatus et adsumptio sancti Iohannis evangelistae apud Efesum.**

### Incipiunt festa Apostolorum.

**III k. iul. Natale Petri et Pauli.**
**II k. dec. Passio sancti Andreae apostoli.**
**VIII k. aug. Natale sancti Iacobi.**
**VI k. ian. Assumptio sancti Iohannis et ordinatio Iacobi.**
**XII k. ian. Natale sancti Thomae apostoli.**
**K. mai. Natale Philippi et Iacobi.**
**VI k. ian. Natale sancti Iacobi apostoli.**
**VIII k. sep. Natale sancti Bartholomei apostoli.**
**XI k. oct. Natale sancti Mathei apostoli.**

**VII kl. aug. Natale apostoli Iacobi fratris Iohannis evangelistae.**

**VIIII kl. sep. Natale Bartholomei apostoli qui decollatus est in India citeriore pro Christo iussu regis Astriagis.**

**XI kl. oct. Natale sancti Mathei apostoli et evangelistae qui pro Christi nomine passus est in Ethiopia civitate Tharrium.**

**V kl. nov. Natale apostolorum Symonis Cananei et Iudae Zelotis qui a templorum pontificibus occisi sunt in Suanis civitate magna apud Persidam.**

*E codicibus* B (*fine mutil.*) C — 2. festas̄ B | 7. *praem.* rome C | 8. natał B ; natalis C | 9. apostulorum B | 13. rom̄ B ; *om.* C | 17. provintiae BC | 24. acaiae B | 26. *invertit* in civitate iherapoli provintię asię depositio philippi apostoli C | 32. hierapuli B | 33. provintia B | 34. asia B ; *add. in marg.* eodem die passio sancti iacobi fratris domini ierosolimis C$^{2}$ | 38. natł BC | 39. thome B | 40. apostole B$^{1}$ | 46. VI B | 65. iudeis C | 67. hierusolimis B ; iherosolime C | 67. assumptio C | 69. iōħis C | 72. ephesum C ; *add. in textu* cuius corpus translatum est apud efesum civitate B ; *add. loco eraso al. ut vid. manu sed coaeva* cuius sepulcrum manna scaturit C | 73. VIII B$^{2}$ | 76. natał B ; natł C | 78. sancti iacobi apostoli C | 80. iohañ B | 82. VIIII B$^{2}$ | 85. natał B ; natł C ; *add.* sancti C | 93. interiore B | 95. *cetera om.* B | 102. natł C | 115. in ethiopia *eadem manu coaeva, ut supra, loco item eraso* C | 121. natł C | 135. *1 m.* suanis ; *corr. 2 m.* susis C | 139. *add.* explicit C.

**V k. nov. Natale apostolorum Symonis et Iudae.**

**VI k. mar. Mathias de LXX discipulis unus et pro Iuda Scarioth duodecimus inter apostolos subrogatur, electus sorte et solus sine cognomento; cui datur evangelii praedicatio in Iudea.**

*E codicibus* LV — 1. incip̄ V ; incipit L | 7. nāt LV *ubique* | 20. aug. *om.* L | 23. iacobi *litt. min. et al. m. ut videtur in* L | 29. iōħis LV | 37. *om.* L$^{1}$ | 38. thcme L | 48. *sic 1 m. in* LV, *sed corr.* VIII k. aug. V$^{2}$ | 51. iacobi *litt. min. in* L | 74. iude V.

**Incipit breviarium Apostolorum ex nomine vel locis ubi praedicaverunt, orti vel obiti sunt.**

**Simon qui interpraetatur oboediens, Petrus agnoscens, filius Iohannis, frater Andreae, dicitur ortus vico Bethsaida, provincia Gallileae; qui propter Simonem magum, licet Dei occulto nutu, Romam pervenit, ibique praedicans evangelium, viginti et quinque annorum eiusdem urbis tenuit pontificatum; sexto autem et tricissimo anno post passionem Domini, sub Nerone Cesare, ut voluit, cruce suspensus est; cuius natalicium tertio kalendas iulias celebratur.**

**Paulus qui interpraetatur pius ortus ex tribu Beniamin apostolus gentium; hic secundo post ascensionem Domini anno baptizatus et, sub Nerone, Romae, eodem die quo et Petrus capite truncatus, ibique sepultus est.**

**Andreas qui interpraetatur virilis vel decorus, frater Petri; hic praedicavit Scythiam et Achaiam ibique in civitate Patras cruce suspensus occubuit pridie kalendas decembres.**

**Iacobus qui interpraetatur subplantator, filius Zebedei, frater Iohannis; hic Spaniae et occidentalia loca praedicatur et sub Herode gladio caesus occubuit sepultusque est in Achaia Marmarica octavo kalendas augustas.**

**Iohannes qui interpraetatur gratia Dei, apostolus et evangelista, filius Zebedei, frater Iacobi, dilectus Domini, praedicatur Asiae et in Effeso, sexto Kalendas ianuarias sepultus; alii dormitionem eius octavo kalendas iulias dicuntur quando nativitas sancti Iohannis Baptistae celebratur.**

*Ex codicibus* BW *Camb. Gell. et Trev.* — 1. in christi nomine *praemittit Gell.* | 2. breviarius B *Cambr.* | 3. apostulorum W *Gell.* | 4-13. *om. Cambr.* | 8. un W | 10. et ubi orti *Gell.* | 11. ubi W | 14. *praem. num.* I *codd.* W *Trev.* | 16. interpretatur *Cambr.* | 19. agnuscens *Gell.* | 21. ioħs *Gell.* | 26. vigo *Gell.* | 27. betsaida W | 28. provintia B ; provinciae W *Cambr.* | 29. Galileae *Cambr.* | 37. simon B$^{1}$, *corr. 2 m.* | 36. occulo *Cambr.* | 37. nuto W *Gell.* | 47. eiudem W ; ęiusdem *Gell.* | 54. trigessimo *Cambr.* ; trigisimo *Trev.* ; tricensimo B ; tricissimum W | 55. *om. Cambr.* | 61. cęsare W *Gell.* ; cessare *Cambr.* | 68. natalitium B ; *om. Gell.* ; *add.* caelebratur W | 70-71. kalendis iuli *Cambr.* | 79. tribo *Gell.* | 81. apostolos W$^{1}$ ; apostulus W$^{1}$ | 84. vero *Cambr.* | 88. *om. Cambr.* | 90. *om. Cambr.* ; est et B | 93. roma BW ; *om. Trev.* | 94. eadem *Trev.* | 95. dię *Gell.* | 97. *om.* W. | 101. ubique W$^{1}$ | 104. *praem. num.* III W *Trev.* | 104. scytiam *Gell.* ; scithiam *Cambr.* ; scitiam *Trev.* ; sitiam W | 119.civitatē *Gell.* | 121.cruci B *Cambr. Gell*$^{1}$ | 123. obcubuit *Gell.* ; est W ; *add.* cuius natał B | 126. decembris *Trev.* ; decƀ BW ; dcƀr *Gell.* ; *add.* colitur B ; *add.* celebratur *Gell.* | 127. *praem. num.* IIII W *Trev.* | 130. supplantator B ; subplantatur W$^{1}$ *Gell.* | 134. ioħs *Gell.* | 136. hispaniae *Cambr.* | 137. *add.* in *Cambr.* | 140 predicatur W ; predicavit *Cambr.* | 145. cęsus *Cambr.* ; cesus *Gell.* | 150. acaia *Gell*$^{1}$ ; achaiam W *Cambr.* | 151. marmorica *Cambr.* ; marmaricam W | 152.octo *Cambr.* | 154. agustas *Gell.* ; ag̃s *Gell.* ; ag̃ *Trev.* ; septembris *Cambr. et, ut vid.*, W$^{1}$ (*in cod.* W *nota* VIII k. ag̃. *inserta fuit supra lin., litt. subter erasis*) | 155. iohannis BW *Gell. Trev.* ; *praem. num.* V *codd.* W *Trev.* | 162. evangelistes *Cambr.* | 167. dilictus *Gell.*$^{1}$ ; delictus *Gell.*$^{2}$ | 169. praedicavit *Cambr.* | 171. *om.* W | 172. *om. Gell.* | 173. epheso W ; effiso *Gell.* | 176. ianuarī *Gell.* ; iañ *Cambr. Trev.* | 177-184. *locus in codd. turbatus* : natł alii dormitionem eius VIII kł iul. dicuntur B ; sepultus natł alii VIII kł iulias dicuntur W ; sepultus alii dicunt octavo kalendas iuli *Cambr.* ; nat. eius alii dormitionem eius VIII kl. iuł dicuntur *Gell.* ; natalis eius alii dormitionem eius VIII kł iuł dicunt *Trev.* | 186. *pro* nativitas *legunt* et W *Cambr.* | 188. ioħs *Gell.* | 189. baptiste *Gell.* ; baptista W ; bap̄ B ; *add.* nativitas *Cambr.* | 190. caelebratur *Gell. Trev.* ; celƀ B ; *om.* W |

**Thomas**

**Thomas qui interpraetatur abysus, Didimus, hoc est Christi similis ; hic Partis et Medis praedicatur et distinans orientalem plagam, ibique evangelium praedicavit, lancea enim ibi transfixus occubuit in Calaminicae Indiae civitate ; ibi sepultus est in honore duodecimo kalendas ianuarias.**

**Philippus qui interpraetatur os lampadis a Bethsaida civitate ortus, unde et Petrus, Gallis praedicavit Christum, deinde in Hierapuli Frigiae provinciae crucifixus et lapidatus obiit ibique cum filiabus suis quiescit ; cuius natalicium kalendis maii celebratur.**

**Iacobus, frater Domini, Hierusolimorum primus episcopus ; hic, dum Hierusalem Christum Dei filium praedicavit, de templo a Iudaeis praecipitatus, lapidibus obprimitur, ibique iuxta templum humatur ; eius natalicium et ordinatio sexto kalendas ianuarias creditur.**

**Bartholomeus apostolus nomen ex syra lingua suscepit et interpraetatur filius suspendentis aquas ; Liconiam praedicavit ; ad ultimum in Albano maioris Arminiae urbe vivens a barbaris decoriatus atque per iussum regis Astragis decollatus, sicque terrae conditus nono kalendas septembres.**

**Matheus apostolus et evangelista qui interpraetatur donatus, hic etiam ex tribu sua Levi sumpsit cognomen, ex publicano a Christo electus primum quidem in Iudaea evangelizavit, postmodum in Macedonia et passus in Persida requiescit in montibus Portorum undecimo kalendas octobres.**

**Simon Zelotis qui interpraetatur zelus, hic prius dictus est Cananeus, zelo Dei fervens, par in cognomento Petri, et similis in honore ; hic accepit Aegypti principatum et post Iacobum Iustum cathedram dicitur tenuisse Hierosolimorum et post annos centum viginti meruit sub Adriano per crucem sustinere martyrium passionis ; iacet in Portoforo, eius natalicium celebratur quinto kalendas novembres.**

**Iudas qui interpraetatur confessor, frater Iacobi, in Mesopotamiam atque in interioribus Ponti praedicavit, sepultus est in Nerito Arminiae urbe, cuius festivitas celebratur quinto kalendas novembres.**

**Mathias de septuaginta discipulis unus et pro Iuda Scarioth duodecimus inter apostolos subrogatus, electus sorte et solus sine cognomento ; cui datur evangelii praedicatio in Iudaea.**

191. *praem. num.* VI *codd.* W *Trev.* | 194. abisus W ; habyssus B | 195. dydimus B *Cambr.* | 201. parthis *Cambr.* | 204. predicavit *Cambr.* | 206. destinans B ; distinans *Cambr.* ; distans *Gell.* | 212. Cantia W ; lanceam *Gell.* | 218. calaminice B ; calaminiae *Cambr.* ; cala minię W ; cala minicę *Gell.* ; caliminicae *Trev.* | 219. indie BW *Trev.* | 220. civitates B$^1$ ; civitatis B$^2$ ; civitatem *Gell. Trev.* | 221. ibique W | 222. sepult. *Cambr.* | 224-225. *om. Gell.* | 227. kalendarum *Cambr.* | 228. iañ B *Gell. Trev.* ; ianuarii *Cambr.* ; *hic inserit Cambr. memoriolam Iacobi, dein Philippi* | 229. *praem. num.* VII *codd.* W *Trev.* | 235. bethsaide B | 236. civī *Gell.* | 237. ortus est W | 242. predicavit *Cambr.* | 246. hierupuli B ; hierapoli *Cambr.* ; *om.* W | 248. provintiae B *Trev.* ; provincia *Cambr.* | 249. crucifixus est W | 252. obit *Cambr.* | 254. eum B$^1$ | 259. natalitium B | 261. kł maī B *Gell. Trev.* ; kalendas maii *Cambr.* ; K.maias W | 262. caelebratur W *Trev.* ; cełB ; *om. Cambr.* | 263. *praem. num.* VIII *codd.* W *Trev.* | 269-275. *om. Trev.* | 271. hięrusalem *Gell.* ; hierūs B | 275. predicaret W | 276. de templum *Gell.* | 279. iudeis W *Cambr.* | 280. precipitatus *Cambr.* | 281. lapidibusque BW *Gell. Trev.* | 282. obpremitur W ; obp̄mitur *Gell.* ; oppremitur B$^1$ ; opprimitur B$^2$ ; obpressus *Trev.* ; *add.* Kł mai *Trev.* | 283-288. *om. Trev.* 287. ęius *Gell.* ; cuius *Cambr.* | 288. natalitium B ; natalicia *Gell.* ; *add.* kł. mai *Gell.* | 290. *add.* eius *Trev.* | 293. ianuarii *Cambr.* ; iañ B *Gell. Trev.* | 294. *om. Gell. Trev.* | 295. bartolomeus *Gell.*$^1$ ; bartholoms̄ B ; *praem. num.* VIIII *codd.* W *Trev.* | 296. *om. Cambr.* | 299. sira *Gell. Trev.* ; syria W ; sirica *Cambr.* | 300. linga B | 302. *om. Gell.* | 307. licaniam B$^1$ ; licaoniam B$^2$ ; liaconiam W | 312. in abano *Cambr.* ; in albanū *Gell.* | 313. maiores W | 314. armeniae *Cambr.* | 315. urbae *Trev.* | 316. vivenis B | 319. decoratus W *Gell.* | 320. adque W *Gell.* | 322. iusum *Cambr.* | 325. *om. Cambr.* | 327. terre B *Gell.* | 328. conditur *Gell.* | 331. septembris *Gell.* ; sempƀ W ; sƀ B ; sep̄ *Trev.* | 332. mattheus W ; *praem. num.* X *codd.* W *Trev.* | 337. interpretatus *Cambr.* | 344. lęvi *Gell.* | 348. puplicano *Cambr.* ; poplicho *Gell.* | 349-350. *om.* W | 352. primo *Gell.* | 355. iudea W *Cambr.* | 356. ęvangelizavit *Gell.* | 357. postmodo W | 364. requiescet *Trev.* | 367. parthorum *Cambr.* | 368. XII B. | 369. kalendarum *Cambr.* | 370. octobris *Cambr. Gell. Trev.* ; octubris W ; octƀ B ; *add.* colitur B$^1$ *in marg.* | 371. *praem . num.* XI *codd.* W *Trev.* | 377. primus B *Cambr. Gell. Trev.* | 378. doctus *Gell.* | 380. cannaneus *Gell.* ; chananeus B ; channaneus *Cambr.* | 381. zelus *Cambr.* | 384. pār *Cambr.* | 385. *int. lin.* W | 386. incognomenti *Trev.* | 388. *om.* B *Cambr.* | 393. accipit W *Cambr.* | 394. aegipti *Cambr. Gell.* | 400. kathedram *Cambr.* ; cathedra B *Gell. Trev.* | 401. *om. Cambr.* | 402. tenuit *Cambr.* | 403. hierusolymorum B ; hierusolimorum *Cambr. Gell. Trev.*, hierusol. W | 404. *om.* W *Cambr.* | 406. annus *Gell.* | 411. adriaano B ; atriano W | 415. martirium *Cambr.* | 416. passus W | 417. iacit B$^1$ *Gell.* | 419. porto foro *Trev.* ; porforo W$^1$ ; bosphoro *Cambr.* | 421. natalitium B ; nataliū *Gell.* | 422. caelebratur B *Trev.* ; *om. Cambr.* | 423. VI *Cambr.* | 425. novembris *Trev.* ; novenbris *Gell.* ; novemƀ W ; novmƀ B | 426. *praem. num.* XII *codd.* W *Trev.* | 430-431. iacobi frater W *Cambr.* | 431. iacubi *Gell.* | 433. mesophotamiam W *Trev.* ; messo potamiā *Gell.* ; mesopotamia *Cambr.* | 434. adque *Gell.* | 435. *om.* W | 438. predicavit *Cambr.* | 442. merito W$^1$ ; monte W$^2$ | 443. armeniae *Cambr.* | 444. urbe B$^1$ ; urbis B$^2$ ; urbę W ; urbae *Trev.* | 446. festa B ; nativitas *Cambr.* | 447. caelebratur B *Gell. Trev.* ; *om. Cambr.* | 448. II *Trev.* | 450. novembris *Trev.* ; novenbris *Gell.* ; novmƀ W ; noƀ B | 451. *praem. num.* XIII *codd.* W *Trev.* ; *memoriolam Mathiae om. Cambr.* | 454. discipulos W ; discipulus *Gell.* | 459. sacrioth W ; etscarioth *Trev.* | 462. apłs *Gell.* ; apostolis B | 464. ęlectus *Gell.* | 472. evangelium W | 475. iudeam W ; iudea *Gell.* ; *additque* VI kł marcias *Gell.*

## ANNOTANDA

*Ipsum Martyrologii corpus antecedit praefatio quaedam duabus epistulis constans, quarum prima Chromatius et Heliodorus episcopi S. Hieronymum rogant ut sibi martyrum feriale sumministret, altera autem S. Hieronymus illis rescribens exponit, quonam pacto votis eorum obsecundare visum fuerit. Ambas epistulas consequitur catalogus festorum apostolorum. In nonnullis tamen apographis sive ante catalogum sive catalogi loco legitur libellus paulo amplior lemmate inscriptus:* Breviarius apostolorum ex nomine vel locis ubi praedicaverunt, orti vel obiti sunt. *De*

*De Chromatio et Heliodoro non ambigitur. Uterque reapse episcopus fuit, Chromatius Aquileiae Altini Heliodorus. Ambo cum S. Hieronymo epistularum commercio coniuncti fuerunt et apud eum gratia et amicitia satis valuerunt ut Hieronymus eorum hortatu non semel ad scribendum se accinxerit* [1]. *Chromatio dedicatos voluit commentarios suos in Abacuc prophetam* [2] *et Paralipomenon interpretationem* [3]*; Chromatio et Heliodoro interpretationem Tobiae* [4] *et librorum Salomonis; de quibus eos alloquens ita scribit: « Commentarios in Osee, Amos, Zachariam, Malachiam, quos poscitis, scripsissem si licuisset prae valetudine* [5]. » *Nec defuere fraudatores, qui figmentis suis sancti doctoris auctoritatem conciliarent, et mendacium mendacio tegentes litteras adulterinas comminiscerentur, in quibus itidem Chromatius et Heliodorus Hieronymum ingenii sui fructum poscebant, Hieronymus vero iis satisfactum nuntiabat. Exemplo sit* Liber de ortu beatae Mariae et infantia Salvatoris [6] *cui praemissa est epistula Chromatii et Heliodori* Dilectissimo fratri suo Ieronymo presbytero, *et altera Hieronymi* Dominis sanctis ac beatissimis Chromatio et Heliodoro episcopis [7]. *Eadem Chromatii et Heliodori epistula, cum eodem aut plane simili responso Hieronymi* [8] *nonnumquam praefixa fuit* Evangelio, *quod dicunt,* de Nativitate Mariae [9]. *Neque difficiliori artificio martyrologio nostro illustre patrocinium comparatum est.*

*Ut primum res hagiographica paulo diligentius explorari coepta est, fraus manifesto patuit. Molanus dimidiata quadam suspicione motus, binas litteras existimavit* ex parte confictas [10]. *Baronius autem postquam easdem in praefatione martyrologii Romani* [11] *accuratius expendit, nullam iis fidem deberi luculenter ostendit. Baronii censuram enervare aggressus est Florentinius* [12] *qui in hoc ancipiti iudicio acquievit: « adductae sub Hieronymi nomine et ad Hieronymum epistolae neque falsitatis vitio neque sancti doctoris stylo conscriptae. »*

*Causam iterum recognovit St. E. Assemanus* [13], *qui ad Baronii sententiam asseveranter accessit. Neque exinde suspiciosae istae litterae defensorem invenerunt; defensorem, inquam, nam quod Theodorus Mommsen* eas epistulas adlegatas iam a Cassiodoro temere omnino ficticiis hodie vulgo annumeratas [14] *dixit, id a summo viro per transennam eruptum existimo, quasi eum pigeret pervagatae sententiae astipulari. Eius tamen auctoritas, nec mirum, aliquot viros doctos a communi opinione dimovit* [15], *sed ad redintegrandam harum epistularum fidem argumentum nullum allatum est. Quidni stilum paulo diligentius inspexissent, ab Hieronymi charactere tam insigniter recedentem? Neque Hieronymo digniores sunt ineptiae quae de scriptis historicis Eusebii et de numero martyrum effutiuntur. Sed in iudicata iamdudum causa* [16] *diutius immorari non vacat. Satius erit ementitarum litterarum vestigia persequi. Inter eos qui fraude decepti fuisse videntur notissimus est Cassiodorus, qui in Exhortatione ad monachos haec scripsisse fertur:* Et ideo futurae beatitudinis memores vitas Patrum, confessiones fidelium, passiones martyrum legite constanter (quas inter alia in epistola sancti Hieronymi ad Chromatium et Heliodorum destinata procul dubio reperitis) qui per totum orbem terrarum floruere; ut sancta imitatio vos provocans ad caelestia regna perducat [17]. *De quibus verbis lis exorta est, quae forsitan omni causa caruisset, si Cassiodori liber in quo ista leguntur, ad codicum fidem debita cum cura recognitus fuisset. Nempe comma, quod uncis conclusimus, a sententiae compagine aberrat, adeo ut illuc intrusum fuisse dubitanter coniecerit I. B. Lightfoot* [18]. *In Libro pontificali, Marcellini papae elogium haec inter alia continet:* Fuit autem temporibus Diocletiani et Maximiani ex die kal. iul. a consulatu Diocletiano VI et Constantio II, usque Diocletiano VIIII et Maximiano VIII, quo tempore fuit persecutio magna, ut intra XXX diebus XVII milia hominum promiscui sexus per diversas provincias martyrio coronarentur christiani [19]. *Ad haec Mommsen: « Pendet scriptor ex epistula praefatoria martyrologii hieronymiani:* Per singulos dies diversarum provinciarum diversarumque urbium plus quam octingentorum et nongentorum [20] milia martyrum nomina sunt nominanda ut nullus dies sit, qui intra quingentorum numerum reperiri possit excepto die kal. ianuariarum: *scilicet verbis illis traditis ita, sed omnino corruptis, auctor sibi persuasit significari 8000 + 9000 = 17 000, quorum cum singuli dies habuerint quingentos, spatium efficitur dierum 34 vel rotunde 30: absurde omnino sed tali homini convenienter. Ipse Hieronymus scripsisse videtur* centum et nongenta milia, *scilicet martyrologium habens nomina 190 000, si per anni dies aequabiliter dividitur, singuli dies habent nomina 467, pro quibus rotunde positus*

[1] Testimonia diligenter collegit P. Braida, *Sancti Chromatii episcopi Aquilegensis scripta*, ed. altera (Utini, 1823), p. lxxxi-xc. — [2] *Sancti Eusebii Hieronymi opp.*, Vallarsi, t. VI, p. 587. — [3] Vallarsi, t. IX, p. 1045. — [4] Vallarsi, t. X, p. 1. — [5] Vallarsi, t. IX, p. 1293. — [6] *BHL.* 5335-5337. — [7] *BHL.* 5334. — [8] *BHL.* 5344, 5345. — [9] *BHL.* 5343. — [10] *Usuardi martyrologium* (Lovanii, 1568), c. 2. — [11] C. VII: *De fide epistolarum quae Chromatii Heliodori et Hieronymi nomine inscriptae sunt.* — [12] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium* (Lucae, 1668), p. 57-71. — [13] *Acta sanctorum martyrum orientalium et occidentalium* (Romae, 1748), t. II, p. 39-46. — [14] *Liber pontificalis*, p. xi, n. 1. — [15] B. Krusch, in *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XXVI, p. 374-76, subdubitando; M. Schanz, *Geschichte der römischen Literatur*, 2e Aufl., t. IV, p. 441-42. — [16] Praeter Duchesne et De Rossi, e recentioribus adduxisse sufficiat H. Achelis, *Die Martyrologien, ihre Geschichte und ihr Wert* (Berlin, 1900), p. 93-97; G. Grützmacher, *Hieronymus*, t. III (Berlin, 1908), p. 164; Bardenhewer, *Geschichte der altkirchlichen Literatur*, t. III, pp. 548, 636. — [17] *De Institutione divinarum litterarum*, XXXII, *P. L.*, t. LXX, p. 1147. — [18] *Eusebius of Caesarea*, in *Dictionary of Christian Biography*, t. II, p. 321. — [19] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 16; Mommsen, *Lib. pontif.* p. 41. — [20] Vid. apparat. crit., n. 336.

*est*

*est numerus intra 500. In prooemio quidem ad Acta Silvestri, etsi cum ementita Hieronymi epistula proxime id non conectitur, attamen de Eusebiana hagiographia quaedam attinguntur, quae cognatam originem redoleant:* Historiographus noster Eusebius Caesariensis Palaestinae episcopus, cum historiam ecclesiasticam scriberet praetermisit ea quae sunt in aliis opusculis vel quae se meminerit retulisse. Nam viginti libros, id est duas decades, omnium paene provinciarum passiones martyrum et episcoporum et confessorum et sacrarum mulierum ac virginum continere fecit [1]. *In altero prologo decem illae decades sufficere non visae sunt: Eusebius nempe scripsit* duodecim decadas et unicuique decadae nomen imposuit [2]; *et ne quis hoc addubitet earum decadum nomina duodecim proferuntur. Propius cum spuria epistula Hieronymi coniunctus est locus e prooemio Actorum S. Anthimi, in quo rursus duodecim illae decades occurrunt:* Vir Dei doctissimus sanctus Eusebius Caesariae, Palaestinae urbis, antistitis, duodecim decadas ecclesiasticae historiae idonea assertione contexuit. Petiit enim Constantinum augustum, christianissimum virum, ut universarum provinciarum iudicibus iniungeret de archivis colligere gesta sanctorum et ad ipsum dirigere, et non solum totius Orientis totiusque Meridiani atque Occidentis sed etiam Britanniarum et trans Britannias Fortunatarum insularum, et quocumque meminit extitisse martyres [3].

*In falsi Hieronymi responso tamquam martyrologii pars prima inducitur libellus de festis Apostolorum, qui triplici forma hic editus est: e quibus prima melius tradita videtur, etsi secundae et tertiae lemmata cum epistula aptius congruunt. De catalogo illo festorum, in Prolegomenis olim dedita opera disputavit Duchesne* [4], *cuius argumenta rursus exponere supervacaneum est. Quae ad Apostolorum festa singillatim annotare iuvat, suo quoque loco in hoce commentario reperientur. Si quis autem ipsius catalogi coagmentationem perspicere cupiet neque vastae eruditionis mole terretur, legat opus quod de apostolorum Actis apocryphis* [5] *conscripsit R. A. Lipsius aut Th. Schermann de catalogis Apostolorum* [6]. *Ne tamen omittat consulere quae ritu suo sobrio et perspicuo exposuit Duchesne, in opusculo de apostolorum libellis* [7]. Breviarium, *quamvis a nativa operis forma videatur alienum* [8], *hic omittendum non duximus. Subsidia ad eius explicationem opportuna subministrabunt cum disquisitiones modo allatae, tum etiam documenta in* BHG., BHL., BHO. *recensita ad cuiusque apostolorum nomen. De nominum origine et interpretatione adeantur P. de Lagarde* [9] *et F. Wutz* [10].

[1] *BHL.* 7725. — [2] *BHL.* 7742 *b.* — [3] *BHL.* 564; cf. W. LEVISON, *Konstantinische Schenkung und Silvester-Legende*, in *Miscellanea Francesco Ehrle*, t. II, p.177-81. — [4] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXV-LXXIX]. — [5] *Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden.* Braunschweig, 1883-1890, 4 vol. — [6] *Propheten- und Apostellegenden nebst Jüngerkatalogen*, Leipzig, 1907, in *Texte und Untersuchungen*, t. XXXI, 3. — [7] *Les anciens recueils de légendes apostoliques*, in *Compte rendu du troisième Congrès scientifique des catholiques*, t. V (Bruxelles, 1895), p. 67-79. — [8] DUCHESNE, *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXIII]. — [9] *Onomastica sacra*, 2e Aufl., Göttingen, 1887. — [10] *Onomastica sacra; Untersuchungen zum Liber interpretationis nominum hebraicorum des hl. Hieronymus*, Leipzig, 1914-1915, 2 vol., in *Texte und Untersuchungen*, t. XLI, 1, 2.

# VIII KAL. IAN.

**In Bethleem nativitas Domini nostri Ihesu Christi secundum carnem. Romae Iovini Pastoris Basilei Victorianae Agellei Euticeti Simforiani Saturnini Temedi Ignati Cyriaci Gagi Ianuariae Dativi. et in cimiterio Aproniani via Latina Romae passio sanctae Eugeniae virginis. et Sirmi Anastasiae [a] quae de Roma sanctos secuta qui ad martyrium ducebantur haec gloriosam pertulit passionem. Mediolano Felicitatis. et in Pergamo Saturnini. Constantinopoli sancti Anastasi.**

*Addunt codices pleniores :* a) et dedicatio basilice beati petri apostoli S.

*Variae lectiones codicum* EABSW. — *Praemittit* S : incipiunt tituli de nataliciis sc̄orum. — 1-2. *om.* E | 2. bethlem W | 3.*add.* salvatoris BSW | 6-9. *om.* E | 10. et rom̄ E | 13. *om.* ABS | 14-25. *om.* S | 14. victoriane B ; victorine A | 15. accilae E ; acellei W | 16. eutici EW | 17. simfroniane B ; simfronianę W ; simproniane A | 19. timedi ABW | 20. agnati W | 21. ciriaci W | 22. zagii E | 25-30, 32. *om.* E | 27. cim̄ B ; cimīt W | 28. amproniani A | 31. rome A | 33. *om.* S | 36. *om.* ABSW | 37. sirmę W ; *om.* S ; *add.* et ABSW | 38. anastasiae E | 39-51. *om.* EBSW | 45. quae $A^1$ | 52-60 *om.* S | 52. mediolañ EB | 58. constantinop̄ E ; constantinopł B | 60. *add.* virgiñ B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. *in fine anni :* In Bethlem̄ Iuda nativitas domini nostri Iesu Christi. *In principio martyrologii* : Nativitas domini nostri Iesu Christi. Romae natale sanctorum Iuvini Pastoris Basilei Anastasi et passio sanctae Eugeniae virginis et in Sirmio Anastasiae quae de Roma sanctos secuta est qui ad martirium ducebantur haec et gloriosam pertulit mortem. — TAML. : Nativitas Domini nostri Iesu Christi Iunii Pastoris Bassilei Achillei Appromiani Victorianae Euticitae Heliae Eufegiae Dorozoli Simfroniani Saturnini bis Teuinidi Ignatii Ciriacii Zachii Ianuariae Dativi Eugeniae virginis Anastasiae Anastasii Iuliani Marciani.— RICH. : Bethleem nativitas salvatoris domini nostri Iesu Christi secundum carnem...

## DEC. 25

*1.* IN BETHLEEM] *Depositio martyrum :* VIII kal. ian. natus Christus in Betleem Iudeae. *Hinc palam fit Romae festum diem Natalis Domini observatum fuisse ante annum 336. Aliorum esto indagare qua de causa anniversaria Christi secundum carnem nativitatis dies, de qua nihil ab apostolis traditum esse constat* [1]*, 25 decembris celebrari coepta sit. Multum enim abest ut de re omnes consentiant* [2]*. Eandem festivitatem ecclesia Antiochena anno circiter 375 primum recepit* [3]*, teste S. Iohanne Chrysostomo « in Servatoris nostri diem natalem » contionem habente, anno 386 :* καίτοι γε οὔπω δέκατόν ἐστιν ἔτος ἐξ οὗ δήλη καὶ γνώριμος ἡμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα γεγένηται [4]. *Mox secutae sunt non Asiae Minoris tantum ecclesiae, sed et Constantinopolitana* [5] *et etiam Aegyptiae* [6]*, non vero Palaestinenses, quae non nisi longiore decurso temporis spatio communem iam usum etiam suum fecerunt. Nam saec. VI Hierosolymis, proinde et in Bethleem, sola Epiphania, omissa Nativitate, observabatur, quod diserte notat et carpit Cosmas Indicopleustes* [7]. *Certe non defuisse videntur qui variis temporibus ritum occidentalem in Palaestinam invehere conarentur* [8]*. Hinc tamen minime extenuatur Cosmae testimonium* [9]*. Palaestinenses enim, non sine pertinacia, ad sua usque tempora propriis usibus inhaesisse aperte asserit Abraham Ephesinus :* μόνον δὲ μέχρι τήμερον Παλαιστιναῖοι, καὶ οἱ προσκείμενοι τούτοις Ἄραβες οὐ συμφωνοῦσι τῇ κοινῇ τῶν πάντων γνώμῃ, καὶ τὴν ἡμετέραν ἑορτὴν τῆς ἁγίας Χριστοῦ γεννήσεως οὐχ ἑορτάζουσιν· οὔσπερ ἔχρην, εἰ καί τινα λόγον ἔχειν δοκοῦσιν, μὴ ἐνίστασθαι περὶ τούτου, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἀνυπερθέτως ἀκολουθεῖν ἐπιτάγμασιν διὰ τὸ ἐκείνοις πάντα εὐσεβῶς δεδόχθαι [10]. *Saeculo tandem VI exeunte vel VII intrante Hierosolymis ad diem 25 decembris relatum est festum Nativitatis Domini* [11]*, ut ex Sophronii verbis in homilia de SS. Apostolis Petro et Paulo deducitur :* τρίτην γὰρ μετὰ τοῦ Χριστοῦ σωτήριον γέννησιν Στεφάνῳ δεδωκότες πανήγυριν, τετάρτην ἑαυτοῖς διετερήσαντο [12]. *Quapropter*

[1] Lege S. Hieronymi homiliam *de Nativitate Domini*, ap. G. MORIN, *Anecdota Maredsolana*, t. III, 2, p. 396. — [2] L. DUCHESNE, *Les origines du culte chrétien* [5], p. 271-81 ; MOMMSEN, in *C.I.L.*, t. $I^1$, p. 410 ; H. USENER, *Das Weihnachtsfest* [2], Bonn, 1911. — [3] Cf. H. LIETZMANN, ap. USENER t. c., p. 379-84. — [4] *P. G.*, t. XLIX, p. 355. — [5] A. BAUMSTARK, *Die Zeit der Einführung des Weihnachtsfestes in Konstantinopel*, in *Oriens Christianus*, t. II (1902), p. 441-46. — [6] S. VAILHÉ, in *Échos d'Orient*, t. VIII (1905), p. 213. — [7] *Topographia Christiana*, lib.V, WINSTEDT, p.139. Cosmae locum afferemus ad diem dec. 27. — [8] VAILHÉ, t. c., p. 216-17. — [9] M. JUGIE, in *Byzantinische Zeitschrift*, t. XXII (1913), p. 45-46. — [10] M. JUGIE, *Homélies mariales byzantines*, in *Patrologia Orientalis*, t. XVI, p. 443.— [11] G. PERADZE - A. BAUMSTARK, *Die Weihnachtsfeier Jerusalems im siebten Jahrhundert*, in *Oriens Christianus*, S. III, t. I (1927), p. 310-33. — [12] *BHG*.1495.

propter

*propter, quamvis in capite huius laterculi scriptum est in Bethleem, Romanum morem non Palaestinensem exprimit martyrologium. Quod autem hae voces non legantur in Epternacensi, non ideo credendus est testis antiquior et verior fuisse. Hic enim, ut saepius, abbreviatus est, et collatis codicibus* Cambr. *et* Rich. *perspicuum fit hoc loco priorem recensionem non differre ab altera, et in utraque scriptum fuisse :*

**In Bethleem nativitas salvatoris domini nostri Iesu Christi secundum carnem.**

*10.* ROMAE] *Ad hunc laterculum ordinandum, prae oculis habere iuvat Sacramentarium Leonianum ad hunc diem :* VIII kal. ian. natale Domini et martyrum Pastoris, Basilei et Ioviani et Victorini et Eugeniae et Felicitatis et Anastasiae [1]. *Quamquam mihi certum non est haec non in ipsum martyrologium refundenda esse. Etenim orationes missarum quae sequuntur de sola Domini Nativitate sunt nec ulla fit martyrum commemoratio. Certe peregrini cum romanis martyribus permixti sunt. Oportet igitur nomina singillatim expendere.*

*11.* IOVINI] *In Actis S. Stephani papae* [2] *Iovini simul et Basilei mentio est, ubi clerici sancti pontificis capite truncati referuntur* in via Latina iuxta formam aquaeductus, *positi autem a Tertullino* iuxta corpora sanctorum Iovini et Basilei via Latina. *Utrique autem Adonis arbitrio dies 2 martii assignata est* [3].

*12.* PASTORIS] *Nomen saepius recurrit, nunc veluti patris S. Xysti papae* [4] *nunc fratris S. Pii papae* [5], *de quibus nostri olim disseruere* [6]. *In Actis SS. Marii et Marthae Pastor presbyter S. Cyrini corpus sepelisse fertur* [7]. *Mitto titulum Pastoris in Actis S. Stephani papae* [8], *S. Pudentianae* [9] *aliisque in libris obvium. Horum tamen nullus martyr nuncupatur iis in locis neque in scriptis eorum qui medio aevo romana coemeteria perlustrarunt.* Oratorium beati Pastoris martyris *a Leone p. IV exornatum esse habemus ex Libro pontificali* [10]. *Verum hoc loco Pastoris nomine S. Petrum apostolum designari palam est* [11].

*13.* BASILEI] *Supra, ad Iovini, n. 11. Eorum certo reicienda sententia est qui S. Basilium Caesariensem hodie commemorari existimant* [12].

*14.* VICTORIANAE] *Consonant fere codices nostri in feminino vocabulo. Einsidlensis tamen 236 Victurianum et Sacramentarium Victorinum legunt. Victorianam romanam martyrem aliis in libris non reperimus, Victorinum saepius, ut in Actis SS. Nerei et Achillei, ubi apud Cotylas in Sabinis cum aliis martyrium fecisse et ab Amiternensibus passus esse perhibetur* [13]. *Victorinus martyr in mare proiectus interiit, si fides sit Actis S. Sebastiani* [14]. *Aliter rem narrant Acta SS. Quattuor Coronatorum* [15], *nec melius. Victorinus enim iste martyr est Albanus* [16] *de quo ad diem 8 augusti dicemus. Lege quoque quae annotata sunt ad n. 23.*

*15.* AGELLEI] *Romanus non est, et ita legendum censemus :*

**<Carthagine> Agelei.**

*Ageleus enim a die VIII kal. februarias, in quo colitur, ad VIII kal. ianuarias incaute transcriptus est.*

*16.* EUTICETI] *Nudum nomen, nisi Eutyches ille sit qui cum Victorino, de quo ad n.14 modo dictum est, et Marone martyrio coronatus asseritur in Actis SS. Nerei et Achillei* [17].

*17.* SIMFORIANI] *Lectio codicis C, Sinfroniani, ceteris anteponenda videtur, si martyr ille est qui in ecclesia Sanctae Eugeniae, via Latina, iacebat, quemque Simpronium nuncupat libellus de Locis sanctorum martyrum* [18]. *Notasse iuverit hodie quoque S. Eugeniae, n. 34, memoriam agi.*

*18.* SATURNINI] *Infra, n. 57. Cf. n. 19, 23.*

*19.* TEMEDI] *Hominis an loci nomen sit quis diiudicabit ? Sane in sanctorum fastis nullus adhuc Temedus repertus est, sed Thimidenses martyres fuisse e kalendario Carthaginiensi habemus :* II kal. iun. sanctorum Timidensium, *e civitate Africae proconsularis, cuius erat anonymus quidam*

CVRATOR SPLENDIDISSIMAE REI PVBLICAE
THIMIDENSIVM REGIORVM [19]

*et varii episcopi* [20]. *Sequuntur mox nomina quorum nonnulla, ut Ianuariae, n. 23, Dativi, n. 24, Saturnini, n. 57, Afris usitatissima sunt; non ideo tamen Thimidensium martyrum asserere ausim.*

*20.* IGNATI] *Inter sanctos Romae passos vel cultos Ignati, Cyriaci et Gagi seu Gai nomina occurrere nemo negaverit : sunt enim inter notissimos de quibus singillatim ad cuiusque diem agendum erit. Eosdem tamen hodie communem quoque commemorationem liturgicam habuisse nullo argumento comprobatur.*

*23.* IANUARIAE] *In Actis S. Saturnini et sociorum martyrum Carthaginiensium* [21] *nomina quoque Ianuariae et Dativi recensentur, sed et Victoriani et Victoriae, ita ut Victorianam illam, n. 14, alias Victorinum, de qua supra, inter afros potius quam romanos reponendam esse aliquam veri speciem habeat. De Saturnino, n. 57, idem dicito, ita tamen ut nihil ve lut certum asseratur.*

*28.* APRONIANI] *Infra n. 34.*

*34.* EUGENIAE] *Corpus S. Eugeniae positum fuit* non longe ab Urbe via Latina in praedio eius proprio. *Ita eiusdem Passio* [22]. *Etiam via Latina sepulchrum eius et ecclesiam sitam esse notant antiqua*

[1] C. L. FELTOE, *Sacramentarium Leonianum* (Cambridge, 1896), p. 159. — [2] *BHL.* 7845. — [3] H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 576. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 128. — [5] ID., ibid., p. 132. — [6] *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 299. — [7] *BHL.* 5543, n. 4. — [8] *BHL.* 7845, n. 3. — [9] *BHL.* 6988, n. 2.— [10] DUCHESNE, t. c., p. 116. — [11] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae U. R.*, t. II, p. 227, n. 11. — [12] FELTOE, *Sacramentarium Leonianum*, p. 217. — [13] *BHL.* 6058, n. 20. — [14] *BHL.* 7543, n.76. — [15] *BHL.* 1837, n. 22. — [16] *Act. SS.*, Nov. t.III, p. 759. — [17] *BHL.* 6058, n. 20.— [18] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t.I, p.180.— [19] *C.I.L.*, VIII. 883.— [20] MORCELLI, *Africa Christiana*, t. I, p. 325. Cf. *C.I.L.*, VIII, p. 111. — [21] *BHL.* 7492. — [22] *BHL.* 2666.

*tiqua itineraria* [1]. *Iohannes p. VII* (*705-707*) restauravit basilicam sanctae Eugeniae, qui longo per tempore distecta atque diruta fuerat. *Hadrianus p. I* (*772-795*) basilicam sanctae Eugeniae tam intus quamque foris restauravit. *Tandem Leo p. III* (*795-816*) in monasterio sanctae Eugeniae qui ponitur foris porta Latina pari modo fecit canistrum ex argento pens. lib. V et semis [2]. *Tum coemiterii Aproniani tum basilicae vix rudera agnoscuntur* [3]. *Nihilominus lectio certo erat :*

**Romae via Latina in cimiterio Aproniani passio sanctae Eugeniae virginis.**

*S. Eugeniam ex antiquis laudarunt Avitus* [4], *Fortunatus* [5], *Aldhelmus* [6]. *A Graecis eius memoria agitur die 24 decembris* [7].

ADDITAMENTA] *D e d i c a t i o est basilicae Senonensis, monasterii quod dictum est Sancti Petri Vivi. Apostolis Petro et Paulo sacra erat* [8]. *In apographo interlinearis emendatio est: b e a t i a p o s t o l i* [9].

*37.* SIRMI] *Sirmiensis utique martyr fuit Anastasia. Sirmio enim allatae sunt eiusdem reliquiae Constantinopolim a Gennadio patriarcha* (*458-471*) : ἐπὶ τῆς αὐτοῦ [Λεόντος] βασιλείας καὶ ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σερμίου τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. *Ita Theodorus Lector* [10]. *Passio Anastasiae quam excerpsit martyrologus haud dissimilis erat ei quam adhuc habemus* [11], *quaeque eo fine scripta videtur ut ostendatur non peregrinam sed Romanam esse quae Romae cultum habuerit. Hanc ipsam legisse anonymum — Arnobium iuniorem eum dicunt — qui librum Ad Gregoriam medio circiter saeculo V conscripsit, res non adeo certa est* [12]. *Basilica S. Anastasiae ad Palatini radices in regione XI, seu titulus S. Anastasiae, Anastasiae titulus primum dictus est a matrona cognomine conditus* [13] *:*

**Sirmi Anastasiae, quae de Roma sanctos secuta qui ad martyrium ducebantur, [haec] gloriosam pertulit passionem.**

*52.* MEDIOLANO] *Cum nulla sit Mediolanensis Felicitas, translationem reliquiarum hodie commemorari existimat L. Duchesne* [14], *et quidem S. Felicitatis martyris Romanae, ea praecipue motus ratione quod Felicitas hodie Sacramentario Leoniano inscripta sit, quo ex lemmate parum profici posse dictum est supra ad n. 10. Romanam etiam non Africanam illam censuit F. Savio, eiusque reliquias in ecclesia S. Dionysii repositas esse, quod adducto catalogo reliquiarum et festorum huius ecclesiae comprobare conatus est* [15]. *Verum haec recentioris sunt aetatis quam ut satis certum praebeant argumentum. Notatu dignum est quod addit Savio, Felicitatem, quae VIIII kal. decembres martyrologio inscripta est, ad VIII kal. ianuarias obvio neque infrequenti errore transferri potuisse. Quae si vera sunt, nulla fiebat hodie Felicitatis commemoratio neque Romae neque Mediolani. Martyris autem qui in hac civitate colebatur nomen periisse arbitramur.*

*56.* PERGAMO] *Hoc quoque loco nomen martyris excidisse, cum Saturninus ad laterculum Africanum pertinere videatur, dicendum est.*

*57.* SATURNINUS] *Iam supra, n. 18. Cf. n. 19, 23.*

*58.* CONSTANTINOPOLI] *Martyris Sirmiensis reliquias a Gennadio patriarcha in ecclesia regiae Urbis repositas esse dictum est ad n. 37.* Ἀναστασίας τῆς φαρμακολυτρίας, *nomine graecis usitato, festum agebatur die 22 decembris, non 25, propter* μέγα μυστήριον *Nativitatis Domini, quo sanctorum commemorationes excludebantur* [16]. *Reiecta lectione codicum A n a s t a s i, scribendum est :*

**Constantinopoli sanctae Anastasiae.**

[1] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 180-181. — [2] L. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, pp. 385, 509 ; t. II, p. 25. — [3] T m. MARUCCHI, *Il cimitero d'Aproniano, detto anche di S. Eugenia sulla via Latina*, Roma, 1840 ; M. ARMELLINI, *Gli antichi cimiteri cristiani* (Roma, 1893), p. 347-52 ; O. MARUCCHI, *Le catacombe Romane* (Roma, 1903), p. 251-53. — [4] *Poem.*, VI, 503-33, PEIPER, p. 289-90. — [5] *Carm.*, VIII, 3,35, LEO, p. 182. — [6] *De virginitate*, pros. XLIV, carm., 1883-1924, EHWALD, pp. 296-98, 431-32. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 339 ; *BHG*², 608. — [8] Cf. *Gallia Christiana*, t. XII, p. 132-33. — [9] L. DELISLE, in *Notices et extraits des manuscrits*, t. XXXI, p. 423. — [10] *Hist. eccl.*, II, 65, *P.G.*, t. LXXXVI, p. 216. — [11] *BHL.* 401. — [12] G. MORIN, *Études, textes, découvertes*, t. I (Maredsous, 1913), p. 391-92. — [13] De quo L. DUCHESNE, *Sainte-Anastasie*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. VII (1887), p. 387-413 ; J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum* (Paderborn, 1918), p.18-23 ; F. LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda* (Roma, 1925), pp.11-12, 58-59. — [14] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXIV]. — [15] *Rivista delle scienze storiche*, 1906, t. I, p. 383 ; *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano (Firenze, 1913), p. 830-31. — [16] *Synax. Eccl. CP.*, p. 333.

# VII KAL. IAN.

**[a] In oppido Hierosolimitano villa Cafargamala passio sancti Stephani primi martyris diaconi qui lapidatus est a Iudaeis. Romae in cimiterio Priscillae depositio Dionisi episcopi. et alibi Heliae Dorostoli. Antiochiae Iuliani [b] Martiani Neandri [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) et est dedicatio ipsius basilicae in uuizenburgo W² *int. lin.* — b) et passio sancti marini B. — c) marini martiniani A ; ianuarię C.

*Var. lect. codd.* EABSW. — 1-2. *om.* E | 2. opido W | 3. hierosōl E ; hierusolimitano BW ; hierosolymitano A | 4-6. *om.* E | 5. capharga mala S ; cafarga malaa W | 7. *om.* W | 8. stefani E ; *add.* diaconi E | 10. *om.* E¹, *add.* E² *int. lin.* | 11-16. *om.* E | 11. et diaconi S ; *add.* et apostoli BS | 16. iudeis SW¹ | 17-31. *om.* S. | 17. et romae E | 18-20. *om.* EBSW | 21. *add.* sancti ABW | 22. dyonisii A | 23-25. *om.* ABW | 28. antioc̄h EA ; anthiochia B ; anthiocia W | 30. marciani A ; martini E | 31. menandri E.

*Excerpta ex variis.*— Cambr. : Hierusolimae passio Stephani martiris primi Romae in cymiterio Priscillae via Salaria depossitio Diuni episcopi et passio Marini martyris. — Taml. : Zephani protomartiris Dionisii episcopi Nichandrii episcopi Iuliani Martini Dorozoli Eliae. — Mon. : In oppido Hierosolimino (*corr.* hierosolimitano) Cafargamala passio sancti Stephani primi martyris diaconi apostolorum qui lapidatus est a iudeis. Romae Dionisii confessoris alibi Mariani martyris primi Priscillae. — Rich. : ... Rome Dionisii confessoris... — Met. : ... Rome Dionisii confessoris.

## DEC. 26

*8.* STEPHANI] *De festis sanctorum quae celebritatem nativitatis Domini excipiebant, varia sunt testimonia. Hoc ordine a S. Gregorio Nysseno in laudatione fratris Basilii enumerantur : Στέφανος, Πέτρος, Ἰάκωβος, Ἰωάννης, Παῦλος* [1]. *Ab Aphraate vero in homilia XXI :* Post eum [Iesum] exstitit Stephanus martyr fidelis quem Iudaei lapidaverunt, similiter Simon et Paulus perfecti martyres fuerunt ; Iacobus quoque et Iohannes Christi magistri sui tenuerunt vestigia [2]. *Breviarium Syriacum, die 26 dec. : ὁ πρῶτος μάρτυς ἐν Ἱεροσολύμοις Στέφανος ὁ ἀπόστολος, ἡ ἀρχὴ τῶν μαρτύρων. Die 27 : Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος ἀπόστολοι ἐν Ἱερουσαλήμ. Die 28 : ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει Παῦλος ὁ ἀπόστολος καὶ Συμεὼν Κεφᾶ ἡ ἀρχὴ τῶν ἀποστόλων τοῦ κυρίου ἡμῶν. Kalendarium Carthaginiense, dec. 26 :* sancti Stefani primi martyris. *Dec. 27 :* Iohannis, Iacobi. *Dec. 28 :* sanctorum infantum. *Quamdiu in Palaestina observatus est ritus nativitatem Christi in Epiphania celebrandi, die 25 decembris Iacobi apostoli et David regis memoriam agebant Hierosolymitani* [3]. *Postquam autem ecclesiarum occidentalium et orientalium paene omnium more natalem Domini celebrare coeperunt, diem 27 S. Stephano, diem 28 SS. apostolis Petro et Paulo sacratas esse videmus, teste Sophronio in laudatione apostolorum : τρίτην γὰρ μετὰ τοῦ Χριστοῦ σωτήριον γέννησιν Στεφάνῳ δεδωκότες πανήγυριν, τετάρτην ἑαυτοῖς διετηρήσαντο* [4]. *In diem autem 26 reiecta est commemoratio Iacobi et Davidis* [5], *die 29 Iohanni et Iacobo reservata, ut habetur in vetustis kalendariis* [6]. *In libris Graecorum haec est festorum series : dec. 26 : ἡ σύναξις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Dominica post Nativitatem : μνήμη τῶν ἁγίων Ἰωσήφ, Ἰακώβου ἀδελφοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Δαβίδ. Dec. 27 : ἄθλησις τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου* [7]. *Hinc certum videtur hodiernum S. Stephani laterculum e kalendario Palaestinensi minime deductum esse, et loci indicium* in oppido Hierosolymitano *ad martyris palaestram non ad cultum referendum esse. Ut recte advertit Duchesne* [8], *verba* villa Cafar Gamala *subministravit epistula Luciani de Inventione reliquiarum S. Stephani anno 415* [9]. *Genuina lectio haec esse videtur :*

**In oppido Hierosolymitano passio sancti Stephani diaconi, primi martyris, qui lapidatus est a Iudaeis.**

*22.* DIONISII] *Est ille Dionysius papa (259-268), quem alii die 27, alii die 26 obiisse ferunt. Depositio martyrum :* VI kal. ian. Dionisii in Callisti. *Consentit Liber pontificalis :* qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VI kal. ian. [10]. *Catalogus autem Liberianus martyrologio assentitur :* VII kal. ian. [11]. *Codicum lectio*

¹ *BHG.* 244, n. 1. — ² *Dem. XXI*, 23, Parisot, p. 987 — ³ Ita Cosmas Indicopleustes, cuius testimonium ad diem 27 afferemus. — ⁴ *BHG.* 1496. — ⁵ Omittenda non sunt quae ad commemorationem Palaestinensem diei 26 dec. referuntur in Itinerario Antonini Placentini : « Nam et depositio Iacob et David in terra illa alio die de natale Domini devotissime celebratur, ita ut ex omni terra illa Iudaei conveniant, innumerabilis multitudo, et incensa offerentes multa vel luminaria et munera dantes ad servientes ibidem. » Geyer, *Itinera Hierosolymitana*, p. 179. Ubi non Iacobus frater Domini, sed Iacob patriarcha intellegitur. — ⁶ C. Kekelidze, *Ierusalimskij Kanonar* (Tiflis, 1912), p. 49-50. Cf. Goussen, *Ueber Georgische Drücke und Handschriften* (München-Gladbach, 1923), p. 5-6. — ⁷ *Synax. Eccl. CP.*, p. 343-49. — ⁸ *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [lxxx]. — ⁹ *BHL.* 7851-7856. — ¹⁰ Duchesne, t. I, p. 157, cf. p. 70. — ¹¹ Ibid. p. 6.

*genuina*

*genuina videtur esse, ut est in Dubliniensi et Laureshamensi:*

**Romae in cimiterio Priscillae depositio Dionisii episcopi.**

*Verum errat in assignando loco depositionis. Dionysius enim in coemeterio Callisti quiescebat, quod testantur tum catalogus episcoporum et martyrum in eodem depositorum iussu Xysti III marmori incisus* [1], *tum libelli itinerarii ad sanctorum sepulchra* [2]. *Recurrit Dionysius p. die 9 augusti, non vero 14 septembris, quod nonnullis placuit* [3].

*26.* HELIAE] *Helias martyr Tomitanus aliis quoque in locis Moesiae colebatur, etiam Durostori, ut ex hodierno laterculo patet. Ex Passione SS. Macrobii et sociorum, cuius epitomen ad diem 13 septembris promunt Graecorum synaxaria* [4], *habemus sanctum* ‘Ἡλεῖ *Tomis capite truncatum fuisse, et in martyrologio nostro, ad diem 27 mai,* in Thomis Helias *nuntiatur. Alii martyres Tomitani, celeberrimi illi Marcianus et Nicander quorum dies natalis est 5 iunii, cum Helia hodie copulandi sunt. Latent enim sub nominibus* Martini, *n. 30 al. Martiani, et* Neandri, *n. 31, eosque Durostori cultos fuisse etiam ex laterculo 8 iunii demonstratur. Nomina ergo ita ordinanda sunt:*

**Dorostoli Heliae Marciani Nicandri.**

*Ubi tamen dubium remanet fueritne a primo martyrologii compilatore scripta trium sanctorum in eadem civitate commemoratio an Heliae solius, cui interpolator addiderit, more suo, Marcianum et Nicandrum eodem loco cultos.*

*27.* DOROSTOLI] *Ita scribunt codices nostri pro* Durostori, *quod est oppidum in Moesia inferiore, postmodum Silistria dictum* [5], *cultu martyrum non incelebre* [6].

*28.* ANTIOCHIAE] *Nimium contracti hoc loco videntur codices nostri, unde falso inducta est festivitas S. Iuliani, de quo ad diem 16 martii. Reapse in ecclesia S. Iuliani Antiochena festum agebatur* S. Marini, *cuius nomen simul cum* Martiani *in unum coaluit:* Martini *(n. 30), ita ut scribendum sit:*

**Antiochiae, <in ecclesia Sancti> Iuliani, Marini.**

*Testatur enim Malalas, anno circiter 529 S. Marini reliquias Antiochiae in ecclesia Sancti Iuliani repositas esse.* *Εὑρέθη δὲ ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ καὶ τὸ τίμιον λείψανον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μαρίνου εἰς τὴν πρώτην Συρίαν ἔξω τῆς λεγομένης Γινδάρου πόλεως, τοῦ περιοδευτοῦ τῆς χώρας ἐν ὀπτασίᾳ πλειστάκις ἑωρακότος τὸν τόπον ἔνθα ἔκειτο ὁ ἅγιος, ἔχων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κατὰ παντὸς τοῦ σώματος αὐτοῦ ἥλους σιδηροῦς, εἰς σανίδα παραπλωθεὶς προσηλώθη καὶ ἐτέθη εἰς πέτραν γλυφεῖσαν αὐτῷ τάφον. Καὶ ἐπήρθη τὸ λείψανον αὐτοῦ καὶ ἠνέχθη καὶ κατετέθη ἔξω τῆς Ἀντιοχέων πόλεως, ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰουλιανῷ* [7]. *S. Marini Passio graeca* [8] *die quidem 16 decembris legenda proponitur, ad quam et in synaxariis inserta est* [9]. *Eiusdem vero versio latina antiqua hoc lemmate inducitur:* Passio sancti Marini pueri in loco qui vocatur Columnas quod est VII kal. ianuarii, [10]. *Haec cum nostris libris, ut patet, plane congruunt.*

*29.* IULIANI] *Lege* ecclesia S. Iuliani, *supra, n. 28.*

*30.* MARTIANI] *Lege* Marini, *ut habent codices B, A in additamentis, et insuper* Martiani. *Cf. appar. crit. et annotata ad nn. 26, 28.*

*31.* NEANDRI] *Lege* Nicandri, *supra, n. 26.*

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 33-48. — [2] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180-81. — [3] J. P. Kirsch, *Der Stadtrömische Festkalender im Altertum* (Münster, 1924), p. 98. Cf. De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 98. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 40. — [5] *C.I.L.*, III, p. 997; Patsch, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie*, t. X, p. 1863. — [6] *Saints de Thrace et de Mésie*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 260-72. — [7] *Chronogr.*, XVIII, Dindorf, p. 452. — [8] P. Franchi de' Cavalieri, in *Studi e Testi*, t. XXVII, p. 85-93. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 313. — [10] *BHL.* 5538.

# VI KAL. IAN.

**Adsumptio sancti Iohannis evangelistae apud Ephesum. et ordinatio episcopatus sancti Iacobi fratris Domini qui ab apostolis primus ex Iudaeis Hierosolimis est episcopus ordinatus et medio pascha martyrio coronatus.**

*Var. lect. codd.* EABSW. — 3. iōh E; iōhis S | 4. euanḡ EA; euangeł B; euglṫę S; euangelis̄t W | 6. efesum BW | 9. *om.* E¹; aepiscopatus E² *in marg.* | 14-28. *om.* E¹ *sed ea in marg. inf. ipsa forsitan prima manus restituit; lege quae n. 28 notantur* | 20. hierusolimis W | 22. aepiscopus E; *om.* B¹, *add. int. lin.* B² | 25-26. in medio paschae E | 25. medium A | 27. martirio W | 28. coronatur S; *add.* hierosōl. cuius pas(sio) VIII k. Ap̄. E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: Adsumptio sancti Iohannis evangelistae apud Effesum et ordinatio episcopatus sancti Iacobi fratris Domini qui ab apostolis primus ex Iudeis Hierusolima ordinatus est et medio (*cod.* medo) paschae coronatus martyrio. — Taml.: Iohannis apostoli et evangelistae assumptio et ordinatio Iacobi apostoli [fratris (?) Iohannis *in marg.*] — Rich.: In basilica montis Oliveti natale sancti Iohannis evangelistae...

## DEC. 27

*3.* IOHANNIS] *Breviarium Syriacum:* *Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος οἱ ἀπόστολοι ἐν Ἱερουσαλήμ.* *Kalendarium Carthaginiense:* VI kal. ian. sancti Iohannis Baptistae et Iacobi apostoli quem Herodes occidit. *Mendum librarii est Baptistae loco evangelistae. Hic quoque notandum est*

*est hodiernum laterculum Palaestinensem non esse. Ut enim ex dictis ad diem 26, n. 8 manifestum est, festivitatis Iohannis et Iacobi, filiorum Zebedaei, die 27 dec. priscis temporibus celebratae nullum satis manifestum vestigium superest. Afferendum imprimis Cosmae Indicopleusti testimonium: Μόνοι δὲ οἱ Ἱεροσολυμῖται ἐκ στοχασμοῦ πιθανοῦ, οὐκ ἀκριβῶς δέ, ποιοῦσι τοῖς Ἐπιφανίοις· τῇ δὲ γεννᾷ μνήμην ἐπιτελοῦσι τοῦ Δαυῒδ καὶ Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου, οὐ πάντων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ τῶν δύο τελευτησάντων, ἀλλ' ὥς γε οἶμαι, ἵνα καὶ αὐτοὶ μὴ ἔξωθεν τῆς ἑορτῆς μείνωσιν τῶν κατὰ σάρκα συγγενῶν τοῦ Χριστοῦ, ἐκτελοῦσι μνήμην πάντες, τὸν Θεὸν διὰ πάντων δοξάζοντες* [1]. *Hierosolymis igitur, etiam saeculo VI, die 25 dec. non natalis Christi, sed regis David et Iacobi apostoli memoria agebatur, et hunc quidem Iacobum fratrem Domini appellabant. Hesychius quippe presbyter Hierosolymitanus una in contione laudat Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου καὶ Δαυῒδ τὸν θεοπάτορα* [2]. *Et in his quidem cum Armeniis conveniebant, qui 25 dec. fratrem Domini cum Davide consociant, die vero 28 Zebedaeidas* [3]. *Qua ratione post inductum natalis Domini festum kalendarium Hierosolymitanum reformatum fuerit, ad diem 26 exponere conati sumus. Commemoratio Iacobi et Davidis ad 26 dec. remota est; commemoratio vero Iohannis et Iacobi die 29 instituta, nisi potius a die 28, quo fortasse ad Armeniorum normam olim agebatur, huc delata est. Qui primus Hieronymianos fastos compilavit, eo fere modo, quo breviarium Syriacum, apostolos nuntiasse credendus est. Cetera infeliciter addita, attamen plana sunt, et ut codicum nostrorum lectio retinenda:*

**Adsumptio sancti Iohannis evangelistae apud Ephesum et ordinatio episcopatus sancti Iacobi fratris Domini, qui ab apostolis primus ex Iudaeis Hierosolimis est episcopus ordinatus et medio pascha martyrio coronatus.**

*6.* EPHESUM] *Quod dicitur Iohannes apud Ephesum* assumptus, *apocryphorum placita sequitur de S. Iohannis exitu seu potius ἀθανασίᾳ* [4].

*8.* ORDINATIO] *Cum I a c o b u s, quem fratrem Domini putabant, m e d i o p a s c h a (n. 26) passus haberetur, eiusque depositio die 25 mart. celebraretur, ordinationis anniversariam diem hodie commemorari finxerunt.*

*11.* IACOBI] *Iam dictum est hodie pro filio Zebedaei Iacobum fratrem Domini libris nostris inscriptum esse. Notasse iuverit hunc quoque cum Iacobo Alphaei hinc inde commutari, et intricatissima esse quae de gestis Iacoborum narrantur* [5].

*16.* AB APOSTOLIS] *Hegesippus: Διαδέχεται τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου μέχρι καὶ ἡμῶν* [6]. *Rufinus autem haec ita reddidit:* suscepit ecclesiam cum apostolis frater Domini Iacobus [7]. *Syriaca autem versio habet:* ab apostolis. *Eusebius: ἐπὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Κυρίου τρέπονται ἀδελφόν, ᾧ πρὸς τῶν ἀποστόλων ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκεχειρίστο θρόνος* [8]. *Idem in Chronico:* ecclesiae Hierosolymorum primus episcopus ab apostolis ordinatur Iacobus frater Domini [9]. *Georgius Syncellus: Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος πρῶτος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται* [10]. *Hieronymus:* Hegesippus, vicinus apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit ecclesiam Hierosolymae post apostolos frater Domini Iacobus cognomento Iustus [11].

*26.* PASCHA] *Hegesippus: Ἔλεγον οὖν συνελθόντες τῷ Ἰακώβῳ...: παρακαλοῦμέν σε πεῖσαι πάντας τοὺς ἐλθόντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα περὶ Ἰησοῦ* [12].

*27.* MARTYRIO] *Teste Hegesippo, sepultus est Iacobus frater Domini prope templum: ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ* [13]. *Alii deinceps, ut scribit Theodosius:* positus est in monte Oliveti [14], *reluctante Hieronymo:* quidam e nostris in monte Oliveti eum conditum putant, sed falsa eorum opinio est [15]. *Hinc illustratur lectio codicis* Rich.: in basilica montis Oliveti, *quae tamen non cum Iohanne, sed cum Iacobo conectenda est.*

[1] *Christiana topographia*, lib. V, WINSTEDT, p. 139. — [2] PHOTII *Bibliotheca*, cod. 275, *P.G.*, t. CIV, p. 241. — [3] DUCHESNE, *Origines du culte chrétien* [5], p. 282. — [4] *Acta Iohannis*, *BHG*. 915, n. 115, BONNET, p. 215: *καὶ ἐλθόντες μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν καὶ ὀρύξαντες οὐχ εὗρον τὸ σῶμα αὐτοῦ.* — [5] *BHG*. 763, 764-66, 767-68; *BHL*. 4056-4085, 4086-4099. De Iacobo fratre Domini, LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 238-57. De fratribus Domini, LIGHTFOOT, *The Brethren of the Lord*, in *Saint Paul's Epistle to the Galatians*, p. 252-91; Th. ZAHN, *Brüder und Vettern Iesu*, in *Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons*, t. VI, p. 227-364. Cf. M. J. LAGRANGE, *Évangile selon Saint Marc*, p. 72-89. — [6] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, II, 23, 4. Cf. ZAHN, *Forschungen*, t. VI, p. 228-35; E. SCHWARTZ, *Das Martyrium Jacobus des Gerechten*, in *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft*, t. IV, p. 48-61. — [7] MOMMSEN, p. 167. — [8] *Hist. eccl.*, II, 23, 1. — [9] FOTHERINGHAM, p. 257; HELM, p. 175. — [10] *Chronogr.*, ad ann. 5534, DINDORF, p. 620. — [11] *De viris illustribus*, II. — [12] Apud EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, II, 23, 10. — [13] Ibid., II, 23, 18. Cf. ZAHN, t. c., p. 232-34. — [14] *De situ terrae sanctae*, 9, GEYER, p. 142. — [15] *De viris illustribus*, II.

# V KAL. IAN.

**Bethleem natale sanctorum infantium et lactantium qui sub Herode pro Christo passi sunt. Ancira Galatiae Eutici presbyteri Domitiani diaconi. et in Africa Castori Octavi Victoris Gattae Rogatae Eusebi Probati Ianuari Saturi Catonis Restituti Saturninae. et in Tracia Gaiani Domiciae. et in Edissa translatio corporis sancti Thomae apostoli.**

*Var. lect. codd.* EABSW. — 1. bethlem EBW ; in b. A ; *add.* iuda E | 3. *om.* E | 4. infantum E | 5-13. *om.* E | 5-6. *om.* W | 9. hero (de *add.*) W | 14. ancyra A | 14-39. *om.* S. | 15. gallatiae B | 17. prb̄ EW ; prb̄i AB | 18. domician AW | 19. diāc EAB ; diacō W | 20. *om.* W | 22. aff̄ E | 26. zatte E ; gatte A | 27. rogati ABW | 29. propati E | 30. ianuarii A | 31. *om.* W | 32. catono B[1] ; *add.* saturi W (*cf.* 31) | 33. restitutae BW ; *om.* A | 35. ** A | 37. trachia A | 42 edisa W ; ędisse | 43. transl̄ E | 44-45. *om.* E | 46. tomę E ; thomę B ; thome AS | 47. apōs E ; apostoli ***** W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Bethlem nat. infantum. — TAML. : Infantum pro Christo occisarum Castorii Octoviani Victoris Gade Probati Rogati Ianuarii Saturi Eutitii Eusebii Victuriae Don...

## DEC. 28

*1.* BETHLEEM] *Kalendarium Carthaginiense:* V kal. ian. sanctorum infantum quos Herodes occidit. *Scite monet Duchesne variis in locis pueros ab Herode mactatos commemorari, uti v. gr. in Prudentii carminibus* [1] *et patrum homiliis ; ubi tamen nulla liturgicae celebrationis mentio est* [2]. *Non desunt qui sermones S. Augustini* de die octavarum infantium, de octavis infantium, *a Possidio in indiculo allatos* [3], *in die octava sanctorum Innocentium dictos esse existiment. Infantes vero Augustino sunt recens baptizati ; sermones enim habiti sunt in die octavarum Paschae* [4]. *Festum τῶν ἁγίων νηπίων a Graecis agitur die 29 decembris* [5], *a Mozarabis* allisio infantum *die 9 ianuarii* [6].

**Bethleem natale sanctorum infantium et lactantium qui sub Herode pro Christo passi sunt.**

*14.* ANCIRA] *Mira rerum et nominum perturbatio. Martyres enim qui Galatiae tribuuntur, ad Thraciam pertinere videntur et vice versa. Εὐτυχής enim et in breviario Syriaco et in nostro martyrologio Perinthi in Thracia nuntiantur ad diem 29 septembris; de E u t i c e t e vero vel Euticio Galata silent libri omnes. At contra, die 31 augusti et 4 septembris G a i a n u s prodit martyr Ancyranus. Temeritatis ergo non arguemur si scripserimus:*

**Ancira Galatiae Gaiani**

*licet incomperta nobis sit hodiernae commemorationis ratio.*

*16.* EUTICI] *Ut modo dictum est, martyres Thraces commutandi sunt cum Galatis, et E u t i c e t i adiungemus D o m i t i a n u m (n. 18, 39), diaconum presbytero:*

**in Tracia Eutici presbyteri, Domitiani diaconi.**

*De Euticete rursum die 29 septembris. Laterculum, qualis nunc est in codicibus, exscripsit Usuardus unde transiit in martyrologium Romanum:* Ancyrae in Galatia sanctorum martyrum Eutychii presbyteri et Domitiani diaconi.

*18.* DOMITIANI] *Vid. n. 16.*

*22.* AFRICA] *Martyrum nomina quae sequuntur (nn. 23-34) pleraque in Africa vulgaria sunt, martyres ipsi ignoti. V i c t o r (n. 25), S a t u r u s (n. 31), S a t u r n i n a al. Saturninus (n. 34) etiam die 29 commemorantur. G a t t a e (n. 26) pro R o ] g a t a e (n.27) scriptum esse crediderim. Quae ex his selegit martyrologium Romanum:* in Africa natalis sanctorum martyrum Castoris, Victoris, Rogatiani (*hic autem est pro R o g a t i*), *reperies in auctariis Usuardi* [7].

*37.* TRACIA] *Supra, n. 14, 16.*

*38.* GAIANI] *Supra, n. 14.*

*39.* DOMICIAE] = *D o m i t i a n i, n. 18.*

*42.* EDISSA] *Tres in libris nostris praeter hodiernam S. T h o m a e apostoli commemorationes recensentur : 3 iunii, 3 iulii, 21 decembris, huius autem diem octavam hodie celebrari censet L. Duchesne* [8]. *De his amplior tractatio ad diem 3 iulii instituetur. Interim cum codicibus scribendum:*

**in Edissa translatio corporis sancti Thomae apostoli.**

[1] *Cathemerinon*, XII, 93-136. — [2] *Origines du culte chrétien*, p. 257.— [3] *P.L.*, t. XLVI, pp. 18, 20. — [4] Legendi sunt sermones 224, 259, 260, 353, *P.L.*, t. XXXVIII, pp. 1093, 1196, 1201 ; t. XXXIX, p. 1560. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 353.— [6] M. FÉROTIN, *Le Liber ordinum en usage dans l'église wisigothique et mozarabe d'Espagne*, p. 450, cf. p. 493. — [7] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 772. — [8] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXVIII]. His subicimus quae in eiusdem schedis reperta sunt. « C'est probablement l'octave de la fête d'hiver de S. Thomas, qui commençait le 21 décembre. Théodoret (*Graec. affect. cur.* VIII, *P.G.*, t. LXXXIII, p. 1033) dit qu'à la place des fêtes païennes les chrétiens ont celles *Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ καὶ Σεργίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Λεοντίου καὶ Παντελεήμονος καὶ Ἀντωνίνου καὶ Μαυρικίου καὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων.* Ce texte, évidemment, ne vise aucun jour du calendrier ; cependant l'association de S. Thomas avec les apôtres Pierre et Paul donnerait lieu de croire à une réminiscence de la fête d'aujourd'hui.

# IV KAL. IAN.

**I** **II**

**In Africa**

**natale Victoris |**

**Domici**

**| Victori**

**Crescentis et Primiani Libosi episcopi Secundi, Saturnini Honorati Victurinae Saturi Felicis. et Romae**

**item | in cimiterio Calisti**

**Felicis et [a] Bonifati episcopi de ordinatione [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) primiani AB. — b) et est dedicatio basilice sancti ioh(annis) evangelistae in uuizen(burgo) W²; hierosolimis david regis S².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) ABSW. — 1-18. *om.* S (*sed cf.* 29) | 2. af̄f E | 5. domiti E | 6. victuri W ; victurini A | 7. crescenti A ; criscenti BW | 8. *om.* ABW | 11. *om.* A | 15. victoriae AB ; victorie W | 16. *om.* A | 17. felicis **** A. | 18-25. *om.* W | 18. *om.* E | 19. rom̄ EAB | 20-23. *om.* B | 20. *om.* S. | 24. cęlesti S | 26. bonifatii A ; bonifacii S ; bonifaci W | 28-29. *om.* E | 29. oratione W : *add.* et alibi natale sanctorum primiani libosi episcopi secundi saturnini S (*cf. supra* 9).

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. occissorum Domici Victuri Criscenti Primiani Libosi episcopi Felicis Fi (*sic*) et Bonifatii episcopi. — TAML. : Victoris papae (?) Demetri Crescentis Primiani Catonis Librosi Victori Secundi Saturnini Honorati Victoriae Saturi Felicis bis Bonifatii Domicii. — RICH. : In Affrica Victoris Librosi episcopi Honorati Saturi Secundi Saturnini Victuriae et Rome in cimiterio Calisti Felicis et Bonifacii episcopi. — RHAB. : In Affrica natale Domici Victuri Crescentii Primiani Lybosi episcopi et Rome in cimiterio Callisti Felicis et Bonifacii episcopi de ordinatione. — S. QUINT. : Iherosolima depositio David regis...

## DEC. 29

*1.* AFRICA] *Uno excepto Liboso, de ceteris martyribus Afris nihil habemus quod promere operae pretium sit.* L i b o s u s *autem episcopus Vagensis, cuius altera commemoratio est die 1 februarii, interfuit concilio Carthaginiensi anni 256* [1]. *Martyr postea effectus est et Carthagine* in novis areis positus [2]. *Nec alius videtur ab eo qui cum Cypriano aliisque Felici presbytero et Aelio diacono litteras dedit* [3]. *Cum Vagensi episcopo alios Vagenses martyres nuntiari suspicatus est Duchesne* [4]. Vagensium *enim memoria inscripta est kalendario Carthaginiensi ad diem 29 octobris, potueruntque inconsiderate, ut passim fit, a IIII kal. nov. ad IIII kal. ian. transferri. Sitne haec satis certa coniectura, videant alii. Nomina pleraque etiam proximis diebus signata sunt ; nonnulla die 9 ianuarii, collatisque laterculis id saltem efficitur non omnia et singula Vagensium esse.*

| | |
|---|---|
| *4, 6. V i c t o r i s* | *dec. 28, ian. 1.* |
| *7. C r e s c e n t i s* | |
| *9. P r i m i a n i* | *ian. 1.* |
| *12. S e c u n d i* | *ian. 5, 9.* |
| *13. S a t u r n i n i* | *dec. 28, 31, ian. 9.* |
| *14. H o n o r a t i* | *ian. 1, 5.* |
| *15. V i c t u r i n a e* | |
| *16. S a t u r i.* | *dec. 28, ian. 9.* |
| *17. F e l i c i s* | *ian. 5, ian. 9.* |

*S e c u n d u s, S a t u r n i n u s, S a t u r u s e societate S. Perpetuae sunt ; de F e l i c e ambigi potest, quod ostendere conabimur ad diem ianuarii 9.*

*5.* DOMICI] = *D o m i t i a n u s , de quo heri, n. 16, 18. In martyrologio Romano Domitianus ille seu Domicius factus est Dominicus, antesignanus turmae martyrum Afrorum (nn. 4, 9, 10, 13, 7, 12, 14)* : in Africa passio sanctorum martyrum Dominici, Victoris, Primiani, Lybosi, Saturnini, Crescentii, Secundi et Honorati. *In his Bedam se secutum esse opinatur Baronius.*

*19.* ROMAE] *Anticipata ex die sequenti annuntiatio*

**Romae in cimiterio Callisti Felicis.**

*26.* BONIFATI] *Ordinatus est Bonifatius papa die 29 decembris ann. 418* [5]. *Legatur proinde*

**<item Romae> Bonifatii episcopi de ordinatione.**

*Eiusdem pontificis depositio die 4 septembris. Ex utroque laterculo Romano (n. 19, 26) male consulto enata est annuntiatio quae adhuc legitur in martyrologio Romano :* Romae sanctorum martyrum Callisti, Felicis et Bonifacii, *ubi Callistus est pro coemeterio, et ceterorum episcopale munus reticetur.*

En Orient, en effet, le 28 décembre était la fête de S. Pierre et de S. Paul ; elle est marquée dans le syriaque, *ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει Παῦλος ἀπόστολος καὶ Συμεὼν Κηφᾶς ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν.*

[1] *Cypriani opera*, HARTEL, p. 448. — [2] Ibid., ex codice Veronensi nunc deperdito. — [3] Ibid., p. 735. — [4] « Il est possible que les dix autres soient aussi de Vaga. Les *vagenses* sont marqués au calendrier de Carthage le IIII kal. nov. » L. D. — [5] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 227-28.

# III KAL. IAN.

I | II

**In Alexandria natale Mansueti Severi**

**et Appiani** |

**Donati [a] Honori Policliti**

| **Appiani, et Oia insula sancti**
| **Florenti confessoris**

**Sereni Pauli**

| **Stephani**

**Papiani Cleti [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) Romae felicis episcopi AB. — b) et beati perpetui qui sancti martini basilicam aedificavit et oia insula sancti florenti confessoris A ; Turonus perpetui episcopi (*bis*) et confessoris W ; Turonis perpetui (perpetuo KLV) episcopi et confessoris MKLV ; clementis. Turonis civitate perpetui episcopi et confessoris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) ABSW. — 2. alāx E ; alexañd W ; alexandr̄ A | 3. *om.* ABSW. | 5. securi ABSW | 10. polecliti ASW ; pole perpetuę cliti B | 12-17. *hic om.* A. *Cf. supra in add.* | 16. florentii S | 17. *om.* SW | 21. papia api B ; pampiani W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. Mansueti Severi et Appiani et depositio Felicis episcopi. — Taml. : Manseti Severi Securi Appiani Donati Honorati Policleti Florentii Pauli Rerenei Pauli Cleti Papiani Turoni Zefani. — Rich. : In Alexandria Mansueti Honorii Pauli Polecliti Stephani Cleti Rome Felicis episcopi Perpetuae Florenti confessoris et dedicatio aecclesie.— Mon. : In Alexandria Mansueti Securi Adriani Donati Honorii.— Rhab. : Turonis depositio beati Perpetui episcopi qui sancti Martini ecclesiam aedificavi'.

## DEC. 30

*1.* in alexandria] *Quinam fuerint martyres Alexandrini hodie fastis ascripti nemo facile dixerit.* Mansuetum *Alexandrinum non esse non est multis demonstrandum.* Serenus *aliquis fuit, immo bini fuerunt cognomines discipuli Origenis* [1]*. Horum alterutrum hodie commemorari (n. 18) nec affirmare neque negare ausim.*

*5.* severi] *Ignotus est, nisi idem sit cum* Sereno *(n. 18) de quo modo.*

*7.* appiani] *Infra, n. 11, et 21:* Papiani. *Non sancti nomen esse suspicor sed residuum laterculi de sancto Felice (de quo infra)* via Appia *quiescente.*

*8.* donati ] *Ille procul dubio qui postridie Carthaginiensium martyrum agmen ducit.*

*9.* honori] *Non alium esse ab* Honorato *qui die 29 dec. inter martyres Afros numeratur equidem crediderim.*

*10.* policliti] *Conflatum ex* Poli *seu* Pauli *et* Cleti, *qui iterum seorsim (nn. 19, 22) proferuntur. Pertinent, ni fallor, ad indiculum Romanorum pontificum qui inter sanctos diei 31 dec. insertus est, et ita exordiebatur :*

**<Romae Petri,> Pauli, Cleti.**

*11.* appiani] *Supra, n. 7.*

*13.* oia] *Nunc l'Ile-d'Yeu (Vendée), de qua in Miraculis S. Philiberti* [2]*. Nullius pretii sunt Acta S. Florentii quae circumferuntur* [3]*. Eius festum ab Usuardo nuntiatur die 22 septembris* [4]*; 27 iun. in libris nostris, eiusdem translatio* [5]*.*

**Oia insula sancti Florentii confessoris.**

*18.* sereni] *Supra, ad n. 1 et 5.*

*19.* pauli] *Apostoli, qui cum Petro in principio indiculi pontificum Romanorum 31 dec. collocandus est. Supra, n. 10.*

*20.* stephani] *Est ille Stephanus papa, quem codices omnes die 31 dec. inter pontifices Romanos reponunt.*

*21.* papiani] *Supra, n. 7, 11,*

*22.* cleti] *Romani pontificis, supra, ad n. 10.*

additamenta] Felicis, *heri in omnibus codicibus, hodie in solis A, B,* Cambr., Rich., *sed primum in omnibus, ni fallor, ut vel ex* Appiani *(n. 7) constare videtur, dein deletum, tandem alio loco restitutum fuisse censeo. De Felice I (269-274) Depositio episcoporum :* III kal. ianuar. Felicis in Callisti. *Plurimum ergo emendanda sunt quae de Felice leguntur in Libro pontificali :* Martyrio coronatur... qui et sepultus est in cimiterio suo via Aurelia miliario II, III kal. iun. *Ita editio prior ; altera vero :* hic fecit basilicam in via Aurelia ubi et sepultus est [6]*. Haec totidem verbis narrantur et de Felice II, cui applicata sunt quae Felicis cuiusdam martyris, in via Aurelia sepulti, propria erant. Nec enim martyr fuit Felix papa, nec basilicam fecit in via Aurelia. De die depositionis revera non dissentit Liber pontificalis dum scribit* III kal. iunias,

[1] Eusebii *Hist. eccl.*, VI, 4, 2, 3. Cf. Delehaye, *Les martyrs d'Égypte*, p. 9-32. — [2] *BHL.* 6809, n. 61. — [3] *BHL.* 3047, 3048. — [4] *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 410-38. — [5] Cf. *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 249. — [6] Duchesne, t. I, pp. 71, 158.

*ex*

*ex crebro errore legentium* iun(ium) *pro* ian(uario). *Locum sepulturae diserte expressit martyrologus heri, nec omnino reticet hodie* (*n. 7, 11, 21*). *Iure meritoque igitur scribetur:*

**Romae in cimiterio Callisti via Appia depositio Felicis episcopi.**

*Perpetui. Notissimus est episcopus Turonensis de quo Gregorius variis in locis* [1] *et Sidonius in epistula Lucontio inscripta:* Basilicam sancti pontificis confessorisque Martini Perpetuus episcopus, dignissimus tanto praedecessore successor, multum priore quae fuit hactenus capaciorem novavit. Magnum est, ut ferunt, opus nominandumque quod in honorem talis viri factum talis vir fecisse debuerit. Huius me parietibus inscribere supradictus sacerdos hoc epigramma compellit, quod recensebis... Martini corpus totis venerabile terris [2] *cet. Obiit Perpetuus anno 491* [3].

**Turonis civitate beati Perpetui episcopi et confessoris, qui sancti Martini basilicam aedificavit.**

[1] *Hist. Franc.*, II, 14, 26 ; X, 31 ; *Virtut. S. Martini*, I, 2, 6. — [2] Epist. IV, 18. — [3] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II, p. 304.

---

# PRID. KAL. IAN.

| I | II |
|---|---|
| **Romae Donatae Paulinae Rusticianae Nominandae Serotinae Saturninae Hilariae. et in cymiterio Priscillae depositio sancti Silvestri episcopi.** | |

**Kartagine Donati Caelestini Saturnini.**

| I | II |
|---|---|
| | **Bononia Gagi.** |

**et Romae**

| I | II |
|---|---|
| | **via Salaria in cimiterio Iordanorum Donatae Pauli** |

**Rogatae Dominandae Hilarinae.**

| I | II |
|---|---|
| | **et depositio sancti Silvestri episcopi.** |

**Retiaria Hermetis exorcistae. in provincia Sicilia civitate Cathiniensium Stephani Pontiani Attali Fabiani Corneli Sixti Floridi Cottae Quintiani Minerviani Simphoriani Ammoni Furtunati Sancti Sequentis Apionis Kalendionis Evelpisti Exuperanti Saturnini Agnetis**

| I | II |
|---|---|
| | **Paulinae Nominandae Donatae Rogatae.** |

**Senonas passio sanctae Columbae virginis** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) Senones beatorum saviniani et potentiani episcoporum qui a pontifice romano ad praedicandum directi eandem metropolim martirii sui confessione illustrem fecerunt et in eandem urbem (in villa quae vocatur erdona *2 m. in marg.*) sanctę columbę praeclarę virginis et magnę constantię martiris quę magni inmensique superata valitudine rogi mucrone cesa et capite truncata quę aureliani spurcissimi imperatoris impleverunt iussa S[2] *in ras. annot.* 43 *cet.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) ABSW. — 1. rom̄ E | 11. cym̄ E | 17. Kartağ E ; cartagine ABSW | 19. celestini S | 23. *om.* EA | 24. rom̄ EBW ; rome S | 25-29. *om.* EBSW | 30. donati SW | 32. rogate S ; rogatiae A | 33. dominande BS ; domi nandae W | 34. romae S[2] *in ras.* | 35. *om.* AS | 40. ritiaria BSW | 42-44. *om.*E | 42. exhorcistae B | 43-77. *erasit* S *ut insereret notas senon. de quibus in add. codd. plen.* | 44. provintia B. | 45. siciliae AW | 46. in civī. E ; civit BW | 47. athinensium E ; cathenas B ; cateñ A ; cateññ W ; *add.* pontiani A (*cf.* 49) | 48. stefani E | 52. cornili BW | 53. sexti E ; syxti A | 54. floredi W | 55. quottae B ; gothe A | 57. menervini ABW | 58. simforiani B[2] ; sinfuriani W ; furiani B[1] | 60.fortunati A | 61. sc̄i ABW | 62. equentis B | 63. appionis AB | 64. kalendini E ; calendionis AB | 65. cuelpisti B | 66. exuperati E ; exsuperanti AB | 67. saturnini B | 68. agneti B | 70. nominande B | 73. senones senonis B[1] ; B[2]W | 76. *add.* martyris et B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae in cimiterio Iordanorum via Salaria nat. Paulini Donatae Rusticianae Nommandae Serotinae Saturninae et Hilariae et depossitio Silvestri episcopi et passio sanctae Columbae. — TAML. : Donati Celestini Saturnini Silvestri papae Paulinae Donatae Rusticanae Nominandae Serotinae Saturninae Hilariae D.....ti Priscillae Rogatae Bononi Aggagi Pauli Ermetis Cintiani Ret(i)a(ria)e Pontiani Attali Fabiani Cornolii Sixti Floridi Cintiani Menernini Simforiani Ammoni Exoperati Euelpisti Fortunati Sequentis Opiones Kalendionis Saturnini Agnetis Sexti.

DEC.

## DEC. 31

*1.* ROMAE] *In Libro pontificali haec leguntur in vita Hadriani (772-795):* cimiterium Iordanorum, videlicet sanctorum Alexandri, Vitalis et Martialis martyribus seu sanctarum septem virginum noviter instauravit [1]. *Qui libellum scripsit De locis sanctorum martyrum, viam Salariam lustrans, nomina virginum profert:* ibi et VII virgines id est S. Saturnina et S. Hilaria, S. Dominanda, S. Serotina, S. Paulina, S. Donata, S. Rogantina requiescunt [2]. *Ita quoque Notitia ex Willelmo Malmesburiensi cuius lectio est* Hilarina *pro Hilaria. Hanc solam meminit Itinerarium Salisburgense:* postea pervenies eadem via ad speluncam ubi S. Hilaria martyr. *Codices nostri nunc septem virginum nunc trunca serie bina subministraru nt exempla:*

| | |
|---|---|
| *2. D o n a t a e* | *30, 71. D o n a t a e* |
| *3. P a u l i n a e* | *31. P a u l i, 69 P a u-l i n a e* |
| *4. R u s t i c i a n a e* | |
| *5. N o m i n a n d a e* | *31, 72. R o g a t a e* |
| *6. S e r o t i n a e* | *33. D o m i n a n d a e* |
| *7. S a t u r n i n a e* | *70. N o m i n a n d a e* |
| *8. H i l a r i a e* | *34. H i l a r i n a e* |

*Licet certa non sit singulorum nominum norma scribendi, laterculus, cuius membra dispersa habemus, is videtur esse:*

**Romae via Salaria in cimiterio Iordanorum Donatae, Paulinae, Rogatae, Dominandae, Serotinae, Saturninae, Hilariae.**

*Praeter nomina nihil de septem virginibus traditum est. Notasse iuverit cum coemeterio Iordanorum conexam esse memoriam septem martyrum quos dicunt filios S. Felicitatis et in re hagiographica universim numerum septenarium iusto crebrius occurrere. Ut omittamus septem diaconos anno 258 passos [3], septem quoque filios martyres habuisse ferunt S. Symphorosam, nec desunt aliis in locis turmae septem virginum canonicarum [4].*

*4.* RUSTICIANAE] *Ita soli codices E et Cambr., ceteri R o g a t a e, et liber De locis sanctorum: R o g a n t i n a.*

*5.* NOMINANDAE] *Ita codices non pauci. Alii cum libro De locis sanctorum: D o m i n a n d a e.*

*15.* SILVESTRI] *Depositio episcoporum:* Prid. kal. ianuar. Silvestri in Priscillae. *Eodem die in sacramentariis Leoniano, Gelasiano, Gregoriano, et in kalendario marmoreo Neapolitano. Liber Pontificalis:* Hic sepultus est in cymiterio Priscillae via Salaria ab urbe Roma miliario III prid. kal. ianuar. [5]. *Index coemeteriorum:* Coemeterium Priscillae ad S. Silvestrum [6]. *Ecclesiam S. Silvestri seu basilicam [7] se vidisse testantur quotquot loca sacra viae Salariae Novae obierunt [8]. In tertia Urbis regione situs erat titulus a conditore Equitii dicto, quae nunc est ecclesia SS. Silvestri et Martini in Montibus [9]. Iam saeculo IV eo loci S. Silvester coli coeptus est, ubi et reperta est lampas cum hac epigraphe:*

SANCTO SILVESTRIO
ANCILLA SVA VOTVM SOLVIT

*saeculo IV exeunte vel V ineunte oblata [10]. Pervulgata sunt Acta S. Silvestri [11] sed plane commenticia. Vera est annuntiatio:*

**<item Romae> in cimiterio Priscillae depositio sancti Silvestri episcopi.**

*17.* KARTAGINE] *Trium martyrum, n. 18-20, sola nomina nota sunt. Donatum quendam habuimus 30 dec., Saturninum 29 dec.*

*21.* BONONIA] *Bononia castellum erat in Moesia superiore, hodie Vidin, decimo septimo vel decimo octavo a Ratiaria situm [12]. Heri legebatur in breviario Syriaco: Ἑρμᾶς ὁ ἐξορκιστὴς ἐγένετο μάρτυς ἐν τῇ πόλει Βονωνίᾳ. Bononiae tribuunt libri nostri non Hermetem, qui mox (n. 41) ut martyr in Ratiaria prodit, sed Gaium; hodie quidem soli codices alterius recensionis, postridie vero omnes, et die 4 ianuarii Hermetem simul cum Gaio [13]. Vicina oppida Bononiam et Ratiariam communes habuisse martyrum commemorationes nemo mirabitur. Quare tuto accipi potest:*

**Bononia Gagi.**

*29.* IORDANORUM] *Supra, ad n. 1.*

*31.* PAULI] = *P a u l i n a e, n. 3.*

*33.* DOMINANDAE] = *N o m i n a n d a e, n. 5.*

*34.* HILARINAE] = *H i l a r i a e, n. 8.*

*40.* RETIARIA] *Colonia R e t i a r i a vel Ratiaria, in Moesia superiore, nunc Arcer [14]. Lege quae dicta sunt ad B o n o n i a, n. 21. Teste breviario syriaco, Hermes Bononiae martyrium fecit, in propinqua etiam Ratiaria venerationem consecutus est.*

**Retiaria Hermetis exorcistae.**

*Iteratur laterculus breviatus die 1 ianuarii, n. 47.*

*45.* SICILIA] *Romani sunt non Siculi Stephanus, Pontianus cet. quorum nomina statim*

[1] DUCHESNE, t. I, p. 509. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 155-56. — [4] « Le supplice des sept vierges canoniques et diaconesses est un fait qui se constate, en dehors de Rome, à Sirmium, à Corinthe, à Ancyre. Il a pour pendant masculin le massacre des sept diacres romains en 258. On peut s'étonner qu'un tel événement n'ait donné lieu à aucune légende et qu'on ne sache même pas à quelle persécution on le rapporte. » L. D. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 187. Cf. p. 188-201. — [6] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [7] De coemeterio et basilica DE ROSSI, *Bullettino*, 1880, p. 43-54; 1890, p. 97-122; MARUCCHI, *Nuovo bullettino*, 1908, p. 5-125. — [8] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176-77. — [9] J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen*, p. 41-45. De ceteris S. Silvestro in Urbe dicatis ecclesiis, Chr. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 464-69. — [10] DE ROSSI, *Bullettino*, 1872, p. 38; 1890, p. 104. — [11] *BHL.* 7725-7735; *BHG.* 1628-1634. Cf. W. LEVISON, *Konstantinische Schenkung und Silvester-Legende*, in *Miscellanea Francesco Ehrle, Studi e testi*, t. XXXVII, p. 159-247. — [12] *C.I.L.*, t. III, p. 1020. — [13] De his breviter diximus in *Saints de Thrace et de Mésie*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 257-58. — [14] *C.I.L.*, t. III, pp. 263, 1020.

*sequuntur. Acute F. Lanzoni*[1] *S. Agatham latere perspexit sub lectionibus n. 55:*

A] cottae E.
A] quottae B.
A] gothae A.

*Proinde legendum est:*

**in provincia Siciliae civitate Cathiniensium Agathae.**

*Celeberrimae martyris natalis agitur die 5 februarii. Hodiernae commemorationis ratio esse videtur quod septem virginibus virgines illas clarissimas Agatham et Agnetem (n. 68) sociandas esse putaverit interpolator.*

*48.* STEPHANI] *Pontificum Romanorum series, cuius principium die 30 decembris (n. 10, 19) habuimus. Si temporum ordinem observaveris, ita sese excipiunt:*

| | | |
|---|---|---|
| *n. 49* | *Pontianus* | *† 235* |
| *50* | *Anterus* | *† 236* |
| *51* | *Fabianus* | *† 250* |
| *52* | *Cornelius* | *† 253* |
| *48* | *Stephanus* | *† 257* |
| *53* | *Sixtus* | *† 258* |

*Casu vel consulto omissus est Lucius († 256). Anterus pro Attalo (n. 50) obvia est emendatio. Qua de causa hodie et diebus 9 augusti et 23 decembris insertus sit catalogus pontificum nos latet. Porro ita scribamus oportet, ratione habita eorum quae pridie ad n. 10 praenotata sunt:*

**<Romae Petri,> Pauli, Cleti, Stephani, Pontiani, Anteri, Fabiani, Cornelii, Sixti.**

*Codicum nostrorum depravata lectione decepti, e pontificibus martyres Catanenses effecerunt quibus nomina martyrum incertae originis (cf. n. 54, 56) addiderunt Romani martyrologii compilatores:* Catanae in Sicilia passio sanctorum Stephani, Pontiani, Attali, Fabiani, Cornelii, Sexti, Floris, Quinctiani, Minervini et Simpliciani. *Ad haec Baronius in Notis: « De his tabulae ecclesiae Catanensis, ubi celebris est eorum memoria.» Aliter Ferrarius: « Etsi Card. Baronius horum martyrum memoriam Catanae in Sicilia celebrem esse testetur, Acta tamen ipsorum non extasse intelleximus: neque adeo illos celebrari in ea urbe accepimus ut ab operibus servilibus propter eos cessetur, cum hic dies S. Silvestro papae praecipue dicatus sit*[2]. » *In antiquo, quem prae manibus habemus, Ordine divini Officii dioecesis Catanensis ut et in recentioribus*[3], *nulla in die S. Silvestri fit martyrum commemoratio.*

*54.* FLORIDI] *Nudum nomen. In martyrologio Romano: Floris. Supra, ad n. 48.*

*55.* COTTAE] = *Agathae. Supra, ad n. 45.*

*56.* QUINTIANI] *Incertae sunt originis nomina a Quintiani ad Apionis, n.63. Quintianus et Minervianus seu Minervinus ut martyres Siculi nuntiantur in martyrologio Romano. Supra, ad n. 48.*

*64.* KALENDIONIS] *Martyr Nicomediae nuntiatur Calendion die 30 octobris, et nullo satis certo passionis loco 15, 17, 20, 21 novembris.*

*65.* EVELPISTI] *Cum Calendione (n. 64) in nonnullis codicibus die 21 novembris nuntiatur. Ceterum ignotus est.*

*66.* EXUPERANTI] *Ignotus.*

*67.* SATURNINI] *Pariter ignotus, nisi sit pro Saturnina, n. 7.*

*68.* AGNETIS] *Supra, ad n. 45, unde:*

**<item Romae> Agnetis.**

*69.* PAULINAE] *Cum tribus sequentibus, martyres quattuor ex septem de quibus supra ad n. 1.*

*73.* SENONAS] *Prodiit instrumentum Emmonis Senonensis episcopi, anno 660* Agoni abbati et omnium fratrum congregationi consistentium in basilica ubi sancta Columba et beatus Lupus pontifex sub opidum Senonis civitatis requiescunt in corpore[4]. *Huius coenobii historiam texere nostrum non est*[5]. *Si Actis eius credas, quae tamen nullam merentur fidem*[6], *apud Senonas Columba virgo martyrium perpessa est*[7].

**Senonas passio sanctae Columbae virginis.**

*In libris mozarabicis omnibus memoratur ad diem 31 dec. S. Columba Senonensis*[8].

ADDITAMENTA] *Savinianus seu Sabinianus et Potentianus in serie episcoporum Senonensium primi leguntur*[9]. *Gesta eorum edita sunt*[10]. *Laterculus Senonensis plane concordat cum Usuardino, qui et ipse Adonianum exprimit, exceptis verbis a pontifice romano, quorum loco ab Adone scriptum est:* a beatis apostolis[11].

[1] *Le diocesi d'Italia*, p. 626. — [2] Ph. FERRARIUS, *Catalogus sanctorum Italiae* (Mediolani, 1613), p. 820. — [3] *Ordo divini officii... servandus anno Dom. 1628* (Catanae, 1628), p.69. ; *Ordo divini officii... servandus hoc anno 1831*, p. 35 ; it. *anno 1845*, p. 46 ; it. *anno 1855*, p. 46. — [4] PARDESSUS, *Diplomata*, t. II, p. 109. — [5] *Gallia christiana*, t. XII, p. 146-50. Cf. G. BAPST, *Tombeau de sainte Colombe*, in *Revue archéologique*, 1887, t. I, p. 155-57. — [6] TILLEMONT, *Mémoires*, t. IV, pp. 437, 681. — [7] *BHL.* 1892-1895, 1896. — [8] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 494-95 ; ID., *Le Liber mozarabicus Sacramentorum*, pp. 75, 812. — [9] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p.399-415.— [10] *BHL.* 7413-7428 ; A. FLICHE, *Les Vies de S. Savinien premier évêque de Sens*, Paris, 1912, 110 pp. — [11] De cultu S. Saviniani cf. J. PERRIN, *Le martyrium de S. Savinien, premier évêque de Sens* (Sens, 1921), 572 pp.

# IANUARIUS

**Mensis Ianuarius habet dies XXXI.**

---

## KAL. IAN.

**Laetanias indicendas.**

**I** | **II**

**Circumcisio Domini nostri Ihesu Christi [5] secundum carnem.**

(I) **Natale Coronae qui [10] iubente Asclepio Urbis praefecto cum [15] diceret hodie octaviae Dei caeli [20] sunt cessate a superstitionibus idolorum [25] et sacrificiis pollutis a gladiatoribus [30] hac de causa occisus est [35].**

**In Oriente Stefani. Nicomedia Eufrosini [40] episcopi Primiani et aliorum VIIII [45]. in Retia Evanti Hermetis. in [50] Bononia Gai Acti Heracli. in [55] Africa Victoris Felicis Narcissi Argiri [60] et aliorum IIII Papa Primiani [65] Saturnini item Saturnini Victoris Honorati [70] Leusi Hermetis. Romae via Appia [75] Coronae et milites XXX [a].**

(II) **Natale [80] Alamachi qui iubente Alypio urbis [85] praefecto cum diceret hodie octavas [90] dominicae diei sunt cessate a [95] superstitionibus idolorum et sacrificiis pollutis [100] a gladiatoribus hac de causa [105] occisus est.**

**Ravenna depositio sancti [110] Severi confessoris. Agustoduno depositio beati [115] Agrippini episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) et martini martyris B. — b) in civitate ruspensi depositio beati fulgentii episcopi et confessoris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) ABSW.— *Lemma* : Ianuarius dies XXXI E ; dies XXX A kl. A ; dies XXXI. LV. XXXW ; *om.* laetanias indicendas E.— 1. circisio B | 1-2. (circum)cisio dñi *in ras.* E² | 3-7. *om.* E | 8-10. E² *in ras.* | 28 pullutis E | 38. stephani ABS | 39. nicomēd E ; necomedia B¹ | 40. B¹ ; eofrosini B² | 42. priani E ; priamiani B¹ | 47. ritia S ; ricia BW | 49. ermetis W | 51. bonoma W | 52. gagi BASW | 53-54. ********racli A | 53. iacti E ; appi W | 54. eracli BW | 56. affr̄i E ; affrica W | 59. narcisci W | 60. arciri B | 64. papatis ABSW | 65. primi ani W | 67-68. *om.* S | 69. ris *int. lin.* E | 72. ermetis W | 73-76. *erasa fuere in* E ; via apia (appia S²) rome conone S | 78. milit̄ E ; militis B¹ ; militum S | 79. XXXV S | 80-107. *ex solo* A, *cet. om.* | 108. raveñ E ; | 112. cum ffb : suis E | 113. agustiduno ABW ; augustiduno S. | 114. *om.* S. | 115. sancti S ; *om.* E | 116. agripini SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Circumcisio domini nostri Iesu Christi et nat. qui venti Alipio urbis prefecto cum diceret hodie octavae dominicae diei sunt cessate a superstitionibus idolorum et a sacrificiis pullutis a gladiatoribus hac de causa occissus est Almachi m(artiris) Severi confessoris. — Taml. : Circumcisio Domini Zephani Effroseni episcopi Priminiani et aliorum VIII Evantii Hermetis Victoris Felicis Bononi Agaci Acti Eracli Narcissii Argiri et aliorum VII Papatis Primiani Saturnini Victoris Honorati Leusii Hermetis Coronae Prisci et Militis et aliorum XLIII Severi Augusti Duno cum sociis suis Agripini Natal(is). — Beda : ... et natale Alamachi qui, iubente Alypio urbis praefecto, cum diceret : hodie octavae dominicae diei sunt cessate a superstitionibus idolorum et sacrificiis pollutis, a gladiatoribus hac de causa occisus est. — Florus :... item Romae via Appia coronae militum XXX. — Rich. : ... Romae Martinae martyris. — Mon. : ... Romae natalis sanctae Martinae uxoris sancti Adriani. — Cod. S. Petri : ... Roma nat. sancte Martine posita ad sanctum Adrianum in onichinum. — Einsidl. 117 : ... Rome Martini monachi.

### IAN. 1

*1.* circumcisio] *Romae kalendarum ianuariarum dies* Octavae Domini *nuncupabatur, ut est in sacramentario Gregoriano* [1] *; in gallicanis autem libris est* dies circumcisionis Domini. *Ita in missali Gothico* [2] *et sacramentario Bobiensi* [3], *et concilii Turonensis anni 567 patres haec statuerunt :* Excipitur triduum illud quo ad calcandam gentilium consuetudinem patres nostri sta-

[1] Wilson, p. 16. Cf. Duchesne, *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xl] ; *Origines du culte chrétien* [5], p. 288. — [2] H. M. Bannister, *Missale gothicum*, p. 16.— [3] E. A. Lowe, *The Bobbio Missal*, p. 32.

tuerunt

tuerunt privatas in kalendis ianuarii fieri litanias, ut in ecclesiis psallatur et hora octava in ipsis kalendis circumcisionis missa Deo propitio celebretur [1]. *Eodem die a Graecis agitur* ἡ κατὰ σάρκα περιτομὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ [2].

*9.* CORONAE] *Infra, ad n. 76.*

*12.* ASCLEPIO] *Ita solus E. In codice Cambr. et recensione II: A l y p i o, infra, n. 84.*

*36.* IN ORIENTE] *Infra, ad n. 38.*

*38.* STEFANI] *Stephanum papam pridie et tertio kal. ianuar. nuntiatum repperimus; crastina die signatur H i e r o s o l y m i s S t e p h a n u s, sane protomartyr. De alterutro Stephano hodierna annuntiatio intellegi potest. Solum Stephani nomen primum hoc loco scriptum crediderim, verba i n O r i e n t e addita ab interpolatore qui inventionis reliquiarum in Caphar Gamala recordatus sit* [3]. *Hac enim dictione utitur libenter, ubi de sanctis Palaestinensibus utriusque Testamenti.*

*40.* EUFROSINI] *Episcopus Nicomediensis fuit non E u p h r o s y n u s sed Euphrasius, qui concilio Constantinopolitano an. 381 interfuit* [4], *quemque S. Gregorius Nyssenus laudat in epistula ad presbyteros Nicomedienses* [5]. *Non ideo tamen omni seposita dubitatione probanda videtur emendatio:* Nicomediae Euphrasii episcopi [6]. *Lectio vulgata E u p h r o s y n i ansam praebuit sanctae E u p h r o s y n a e, virginis Alexandrinae memoriam fastis inserendi. Nec reponas ex eiusdem Actis* [7] *Euphrosynam kal. ianuar. spiritum tradidisse. Diem enim obitus scriptoribus latinis ab hieronymiano laterculo subministratum esse vix non certum est. Deest enim in Actis graecis* [8], *et Euphrosynae memoria a Graecis die 25 septembris agitur* [9].

*42.* PRIMIANI] *Iam die 29 dec., n. 9, P r i m i a n u s cum sociis nuntiatus est, non Nicomediensibus sed Afris annumeratus, reditque hoc ipso die, infra n. 65. In altero autem hoc laterculo, sociorum quoque nomina exprimuntur. Neutro tamen in loco numerus VIIII certo attingitur.*

*47.* RETIA] *Id est R e t i a r i a. Iteratur ex 31 decembris:*

**in Retiaria Hermetis.**

*48.* EVANTI] *Martyris Evanti in Moesia nulla memoria est. Evantus quidam inter martyres incerti loci,sed quos Africae tribuendos esse probabile est, die 12 aprilis recensetur, Eventus seu Eventius Romanus die 3 maii.*

*49.* HERMETIS] *Supra, ad n. 47.*

*51.* BONONIA] *Ut 31 decembris, n. 21, et 4 ianuarii, n. 13:*

**Bononia Gaii.**

*53.* ACTI] *Al. I a c t i, A p p i, vocabuli ceterum deperditi fragmenta.*

*54.* HERACLI] *Nudum nomen.*

*56.* AFRICA] *Iam die 29 decembris, in Africa passi leguntur V i c t o r, F e l i x, P r i m i a n u s, S a t u r n i n u s, alter S a t u r n i n u s seu S a t u r u s, H o n o r a t u s.*

*59.* NARCISSI] *Africae quoque tribui videtur Narcissus cum sociis. Latio eosdem restituemus, adducta Passione SS.Marciani presbyteri et soc.* [10], *De quo argumento fusius infra, ad n. 73.*

*60.* ARGIRI] *Lege A r g e i. Infra, ad n. 78.*

*62.* ALIORUM IIII] *Haec non suo loco scripta esse opinor, sed iterata ex a l i o r u m V I I I I, supra, n. 45.*

*64.* PAPA] *Alias P a p a t i s. Scriptor Passionis S. Marciani, de qua modo, qui martyrologio usus est, nomen appellativum p a p a t e m intellexit. Infra, ad n. 78. Erravit sane. Quid vero sub alterutro P a p a vel P a p a t i s subsit ignoro.*

*71.* LEUSI] *Nisi corruptum sit ex L i b o s i, qui cum ceteris martyribus Afris die 29 decembris, n. 10, nuntiabatur, ignotum.*

*72.* HERMETIS] *Idem qui supra, n. 49.*

*73.* ROMAE] *Lectionem codicum aliquatenus cum Floro secutus ita scripsit Ado:* Romae via Appia coronae militum triginta, *additque, ut videtur, ex ingenio:* has sub Diocletiano pro confessione verae fidei percipere meruerunt [11], *quae ferme in martyrologium Romanum recepta sunt. Cum miliaria in milites transmutare soleant martyrologi nostri, ex loci nomine Cora (nunc Cori) coronas illas contextas esse coniectura est, quam subdubitans pronuntiavit Duchesne* [12], *certam asseruit Achelis* [13]. *Cora enim est Latii oppidum ad viam Appiam XXX° circiter ab urbe miliario situm* [14]. *Sergius papa II basilicam Sancti Theodori* quae in Coranis videtur finibus posita miliario ab urbe trigesimo *ornasse perhibetur* [15]. *Plurimum autem conferunt ad rem definiendam quae leguntur in Passione S. Marciani presbyteri* [16]*:* Fugit Protogenis in fundum suum in territorio Corano quod dicitur Suplicianum. Hoc audiens Cornelius misit et tenuit eum qui nec discussum cum servis suis Narcisso et Argeo et Marcellino et papate suo iussit ut ibidem decollarentur in fundum Supplicianum territorio Corae miliario ab urbe $XXX^{mo}$ ubi hodie corpora eorum requiescunt. *Iamvero, inter reliquias quas Leo IIII papa e suburbanis coemeteriis congregasse fertur sunt* CORPORA. SANCTORVM. MARTYRVM... ARSEI. AQVI(LI)NI. NARCISI. ET MARCELLI, *ut est in titulo basilicae sanctorum Quattuor coronatorum et in Libro pontificali* [17]*; quorum nomina praeter Aquilinum tum in Passione tum in codicibus nostris legimus. Die enim 3 ianuarii eadem ita proferun-*

[1] Can. XVII. BRUNS, t. II, p. 229. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 363. — [3] Supra, die 26 decembris, ad n. 8. — [4] MANSI, *Concilia*, t. VIII, p. 573.— [5] *Epist. XVII*, PASQUALI, p. 49. — [6] I. FERNHOUT, *De martyrologii hieronymiani fonte quod dicitur martyrologium syriacum* (Groningae, 1922), p. 7-8. — [7] *BHL.* 2723. — [8] *BHG.* 625, 626. — [9] *BHG.*, p. 277; *Synax. Eccl. CP.*, p. 78. — [10] *BHL.* 5265 b. — [11] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 326, 583.— [12] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXVIII]. — [13] *Die Martyrologien*, p. 81.— [14] H.NISSEN, *Italische Landeskunde*, t. II, p. 643; HUELSEN, in PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie*, t. IV, p.1216. — [15] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 93.— [16] *BHL.* 5265 b.—[17] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 755-56.

*tur*

*tur:* trium fratrum Argei, Narcissi et Marcellini (*n. 16-21*). *Hodie* M a r c e l l i n u s *reticetur qui certe restituendus est:*

**Romae, via Appia, miliario XXX, Corano <territorio> Narcissi, Argei <et Marcellini>.**

*76.* CORONAE] = *Cora oppidum.*

*78.* MILITES] = *miliario.*

*81.* ALAMACHI] *Etiam Cambrensis:* A l m a c h i. *Nomen omissum in E, supra n. 9.* Adlakas *scribit Iohannes Niciensis. Haec forma, de qua consentiunt codices, propius abest ab* A l m a c h i o *quam a* T e l e m a c h o. Adelmâkas *rescripsit Zotenberg* [1], *Τηλεμάχιος Theodoretus, qui eum martyrium sub Honorio passum esse ita enarrat: Ὀνώριος μὲν γὰρ τῆς Εὐρώπης τὴν βασιλείαν δεξάμενος τὰς ἐν Ῥώμῃ πάλαι γιγνομένας μονομαχίας κατέλυσεν, ἀφορμὴν τοιάνδε λαβών. Τηλεμάχιός τις ἦν τὸν ἀσκητικὸν ἀσπαζόμενος βίον. Οὗτος ἀπὸ τῆς ἑῴας ἀπάρας καὶ τούτου χάριν τὴν Ῥώμην καταλαβών, τῆς μυσαρᾶς ἐκείνης ἐπιτελουμένης θέας, εἰσελήλυθε καὶ αὐτὸς εἰς τὸ στάδιον, καὶ καταβὰς παύειν ἐπειρᾶτο τοὺς κατ' ἀλλήλων κεχρημένους τοῖς ὅπλοις. Τῆς δὲ μιαιφονίας οἱ θεαταὶ χαλεπήναντες καὶ τοῦ τοῖς αἵμασιν ἐκείνοις ἐπιτερπομένου δαίμονος εἰσδεξάμενοι τὴν βακχείαν, κατέλευσαν τῆς εἰρήνης τὸν πρύτανιν. Τοῦτο μαθὼν ὁ θαυμαστὸς βασιλεὺς τὸν μὲν τοῖς νικηφόροις συνηρίθμησε μάρτυσι, τὴν δὲ πονηρὰν ἐκείνην ἔπαυσε θεωρίαν* [2].

*Aliter facta non alia narrari ab anonymo scriptore Passionis S. Almachii, cuius epitomen exhibent codices nostri, olim data opera declarare conati sumus* [3]. *Haec autem non a primo martyrologii compilatore assumpta est, sed codicum nostrorum archetypo accessit* [4]. *Rem primum intuenti Almachius cum Cora vel Corano coniungendus esse videbitur, sed vereor ne cum dictis de Narcisso et sociis id male componatur.*

**<item Romae> natale Almachii qui, iubente Alypio Urbis praefecto, cum diceret: Hodie octavae dominicae diei sunt, cessate a superstitionibus idolorum et sacrificiis pollutis, a gladiatoribus hac de causa occisus est.**

*84.* ALYPIO] *Solus E scripsit* A s c l e p i o, *supra, n. 12, ceteri* A l y p i o *et quidem recte. Fuit enim praefectus Urbi an. 391 et iterum postea, ut videtur, Faltonius Alypius Probus* [5], *neque ullus unquam Asclepius* [6].

*90.* OCTAVAS] *Hac dicendi formula usum romanum apte exprimi patet ex dictis ad n. 1.*

*108.* RAVENNA] *Plana est codicum lectio:*

**Ravenna depositio sancti Severi confessoris.**

*Iteratur die 1 februarii, qui Severi episcopi Ravennatis natalis est. Teste enim Agnello, defunctus est* sub die kalendarum februariarum [7]. *Hodierna commemoratio addita est ab interpolatore qui erravit in mense.*

*112.* CONFESSORIS] *Vocabulum in codice E compendio inepte scriptum est ita ut legere cogamur:* cum fratribus suis.

*116.* AGRIPPINI] *Ille qui concilio Aurelianensi interfuit an. 533 et iterum an. 538* [8].

**Augustoduno depositio beati Agrippini episcopi.**

ADDITAMENTA] M a r t i n i m a r t y r i s *unius codicis B lectio est;* R o m a e M a r t i n a e m a r t y r i s *cod. Rich. et aliae nonnullae epitomae. Unum Martinum martyrem novimus, qui die 9 augusti in Briva Curretia colitur; unam Martinam Romae, cuius Acta deterioris notae habentur* [9]. *Huius autem veneratio sequiore aetate in Urbe increbruit* [10], *eiusque nomen in hieronymianis agnoscere coeperunt martyrologi saec. IX. Nobis probabilius falsam lectionem* M a r t i n i *primum, postea* M a r t i n a e *in codices invexit vox* mart(yrum) *compendio scripta.*

EXCERPTA] *In cod. Mon.* M a r t i n a, *quae ceterum virgo audit, uxor est sancti Adriani. Qui primus haec scripsit basilicam sanctae Martinae ecclesiae sancti Adriani* in Tribus Fatis *adiacere noverat; illa enim in loco Secretarii senatus posita est, haec vero in ipsa aula senatus* [11].

*Codex Sancti Petri* M a r t i n a m *positam refert ad Sanctum Adrianum* i n o n i c h i n u m, *quod ex Passione S. Martinae acceptum est:* adduxerunt sanctum corpus eius cum canticis et hymnis spiritalibus in sextam regionem et posuerunt in onychinum larnacem [12].

*In codice Einsidl.* 117: M a r t i n i m o n a c h i, *dupliciter depravata lectio, nullo pacto iis favens quibus non displicet Martinum nuncupari monachum illum qui Theodoreto Telemachus (supra ad n. 81) nobis Almachius est* [13].

[1] ZOTENBERG, *Chronique de Jean évêque de Nikiou*, in *Notices et extraits des manuscrits*, t. XXIV, 1, p. 226. — [2] *Hist. eccl.*, V, 26, PARMENTIER, p. 327-28. — [3] *Anal. Boll.*, t. XXXIII (1914-1920), p. 421-28. — [4] Cf. QUENTIN, in *Memorie della pontificia accademia di archeologia*, t. I, 2, p. 107. — [5] *Cod. Theodos.*, XIV, 2, 2; SYMMACHI *Epist.* VII, 66-71, *M. G.*, Auct. Antiq., t. VI, 1, p. 195-96. — [6] Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 425-26. — [7] *Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis*, XI, 15, TEST RASPONI, p. 49. — [8] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 49. — [9] *BHL.* 5587, 5590. — [10] De S. Martina disseruit P. FRANCHI DE' CAVALIERI in *Römische Quartalschrift*, t. XVII (1903), p. 222-36. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 344. — [11] Cf. HUELSEN, *Le Chiese di Roma nel medio evo*, pp. 260, 381. — [12] *BHL.* 5587, n. 51. — [13] Cf. G. MORIN, in *Revue Bénédictine*, t. XXXI, p. 325.

# IV NON. IAN.

**Antiochia Isiridoni episcopi. et in alio loco Stratonici Maccari Abbani Saturi Possessoris Firmi Maximiani Acutionis Timothei Herissi Artaxi Vitalis Acuti Tobiae Eugendae. et in Aethiopia Rutilae Claudiae Aurigae Vitalis. Hierosolima Stephani.**

*Addunt codices pleniores :* a) tubiae B ; tubie A.

*Var. lect. codd.* EABSW. — 1. anthiochia B ; antiocia W ; *om.* E | 2. siridoni ABSW | 3. *add.* antioc̄ E | 4-7. eiusdem loci ABSW | 8. stratoni A ; stranici S | 9. machari BS[1]W ; macharii AS[2] | 10. abbatis ABSW | 12. *evanid. et rescript. in* E | 15. acucionis W | 16. thimothei SW | 17. hersii BSW | 18. arthaxi W ; artasi S | 19. *evanid. et rescript. in* E | 20. acutae BW ; acute AS | 21. tubię B ; tubie ASW | 22. eugende SW | 25. ethiop̄ E ; ethiopia W ; ethipia S | 26. rutulae AB ; rutule SW | 27. claudie SW | 28. aurige SW | 30. de hirosoł E ; hierosolyma A ; hierusolima BW | 31. stefani EW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Isiodori episcopi et martyris Stratonici Macari Marciani et in Affrica nat. Firmi et Maximiani et Mancheani. — Taml. : Esridoni episcopi Stratonici Saturi Sircioni Antecluti Possessoris Acutionis Timothei Herisi Artaxis Vitalis Acutae Tobiae Eugendae Rutulae Claudiae Aurigae Zephani Vitalis Abbani Macari Marciani Firmi Maximiani Siritioni Amphitinae virginis. — Mon. : Antiochia Isiodori episcopi eiusdem loci... — Vat. 435 : Antiochiae Syriae Doni episcopi eiusdem loci... — Met. : ... Stephani Marciani Firmi Maximi.

## IAN. 2

2. ISIRIDONI] *Ex uno nomine, varie lecto, varios finxerunt sanctos, qui adhuc martyrologio Romano inscripti sunt :* Antiochiae passio beati Isidori episcopi ; Nitriae in Aegypto beati Isidori episcopi et confessoris ; sancti Siridionis episcopi, *quod iamdudum observarunt Rosweydus et Holstenius, apud Sollerium* [1]. *Vera lectio est :*

**Antiochia Syriae Domni episcopi.**

*Domnus ille est qui Paulo Samosateno in cathedra Antiochena successit* [2].

6. ALIO LOCO] *Id est, ni fallor, in civitate Tomis, ut mox ostendetur.*

8. STRATONICI] *Lectio codicis A : Stratoni seu Stratonis ceteris anteponenda est. Videtur enim haec annuntiatio conferenda cum laterculo diei 15 septembris :* in Tomis Stratonis, Macrobi cet., *unde veri dissimile non est Maccari loco Macrobi scriptum fuisse, deinde additam appellationem abbatis, qua celebres illi Macarii tum Aegyptius tum Alexandrinus designari solent* [3]; *alterutri enim Macario ascetae hisce in fastis locum datum esse vix crediderim. Accedit quod e plerisque codicibus evanuit Marcianus, quem servavit epitome Dubliniensis, et cuius gesta, utique commenticia, narrantur in Passione S. Marciani presbyteri, hoc ipso die legenda* [4]. *Porro Marcianus martyr fuit ἐν Τόμει τῇ πόλει, quemadmodum in breviario Syriaco 5 iunii et 10 iulii nuntiatur. Locus autem passionis nescio quo casu ex hodierno laterculo excidit in diem sequentem :* in civitate Tomis. *Quo reducto, scribatur oportet :*

**in civitate Tomis Stratonis, Macrobi, Marciani.**

*Fueritne revera Straton martyr Tomitanus, aptius ad diem 15 septembris expendetur.*

9. MACCARI] *Pro Macario legendum esse putamus Macrobi, supra, ad n. 8.*

10. ABBANI] *In libris nostris Abbani Scoti* [5] *memoria certe nulla est. Lectio depravata ex abbatis, quam ipsam interpolatam diximus, supra, ad n. 8.*

11. SATURI] *Nomina quae sequuntur pleraque cum epitome Dubliniensi in Africa collocanda videntur, nec 2 ianuarii propria sunt :*

| | |
|---|---|
| *11. Saturi* | *dec. 29, ian. 1, 9, 10.* |
| *12. Possessoris* | *ian. 3, 9, 10.* |
| *13. Firmi* | *ian. 3, 9, 10.* |
| *14. Maximiani* | |
| *15. Acutionis* | *infra, n. 20.* |
| *16. Timothei* | *ian. 8.* |
| *17. Herissi* | *ian. 13.* |
| *18. Artaxi* | *ian. 9, 10.* |
| *19. Vitalis* | *ian. 9, 10, infra n. 29.* |
| *20. Acuti* [6] | *ian. 3, 5, 6, 9, supra n. 15.* |

21. TOBIAE] *Miraberis sane Tobiam cum Maximiano (n. 14), in forma breviori Maximi, et Vitali (n. 19) etiam die 19 novembris occurrere.*

22. EUGENDAE] *Eugendi, abbatis Iurensis, quem die 1 ianuarii in martyrologium primus excepisse videtur Florus Lugdunensis, legenti statim subit cogitatio. Verum, qui Eugendi Vitam conscripsit* [7], *ipse diem obitus eius ignoravit ; unde suspicamur codicum nostrorum lectione motum fuisse Florum ut Eugendum in principio anni collocandum putaret. Errasse tamen nobis videtur. Diebus enim sequentibus saepius recurrunt nomina Eugeniae, Eugenti et similia, a quibus hodierna Eugenda repetenda est. Haec autem omnia et singula a Theogene derivata esse suo loco ostendemus (ian. 3, ad n. 13).*

[1] *Martyrologium Usuardi*, p. 5. — [2] Eusebii *Hist. eccl.*, VII, 30, 17 ; 32 2. — [3] Cf. *Act. SS.*, Ian. t. I, pp. 84, 1005 ; *Synax. Eccl. CP.*, pp. 401, 402. — [4] *BHL.* 5265 b. — [5] *BHL.* 1. — [6] Cognomen Afris usitatum. *C.I.L.*, VIII, 2564, 5776, 6401, 7513 ; 6207 (Acuta). — [7] *BHL.* 2665.

25. AETHIOPIA] *Singularis est in martyrologio huius regionis mentio, quae ceterum nec Rutilam, nec Claudiam nec Aurigam suis martyribus annumeravit unquam.*

27. CLAUDIAE] *Die 3 ianuarii, n. 12, C l a u d i o n i s ceterum ignoti. Ne levissima despexisse videamur indicia, notasse velim S. Marcianum presbyterum, qui hodie colitur (supra, ad n. 8),* *si gestis eius credamus, Forum Claudii martyrio suo consecrasse.*

28. AURIGAE] *Nomen nisi corruptum certe ignotum.*

29. VITALIS] = *supra, n. 19.*

31. STEPHANI] *Dies octava a festo S. Stephani protomartyris :*

**Hierosolyma Stephani.**

---

# III NON. IAN.

I | II

**In Helisponto civitate Parethia Cirici Primi Theogenis. et in civitate Tomis Claudionis Eugenis Rodi et trium fratrum Argei Narcissi et Marcellini pueri christiani filii episcopi qui sub Licinio inter tyrones comprehensus cum nollet militare caesus ad mortem carcere mancipatus missus in ceppo est donec relatione esset responsum demersoque in mare delato corpore eius in litore a religiosissimis viris depositum est in villa Amanti religiosi viri ubi fiunt orationes magnae et Diogini Eugenti Rodonis Primae. in Africa**

| **Lucidei**

**Martialis Statuliani Constanti Possessoris Hilarini**

| **Pennicei**

**Firmi Candidi Rogatiani Eugeniae**

**Lucidae** |

**Acutae** [a]

**Paenicae**. |

**Parisius depositio sanctae Genefevae virginis. Vienna depositio beati Florenti episcopi** [b].

*Addant codices pleniores :* a) Romae antheri pape B ; item candidi C.— b) et est transitus domni ermberti epi W².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) A (*usque ad* 83) BSW. — 2. helispoñ E ; helesponto *corr.* S² ; elisponto W ; ellesponto A | 4. pharetia B | 5-6 S² 6,5 | 5. cyrici B ; cirini S² | 7. theoginis E ; theugenis AB¹W ; theucenis S¹ | 10. civi E | 11. themis BSW | 12. claudonis E | 13. eugeni ABSW | 15. *om.* E | 18. arget B | 23-24 xp̄i anifili B | 23. cristiani W | 24-69. *om.* E | 24. filii *correximus* ; fili A(B)S ; feli W | 26-69. *om.* B | 29 69 *ex solo* A ; *om.* (EB)SW | 71. digo iuni B ; digeiuni W ; diguini S ; vico iuvini A | 73. sodonis A ; codonis B | 74. primę W | 76. aff E ; affrica W | 77. luci dei W ; lucidae A | 78. marcialis BSW | 79. statu*liani E ; statuliane S | 81. possessores W | 82. helarini S ; halarini *corr.* S² | 83. pennice S ; p(er)ennice W ; *abhinc deficit* A, *usque ad VI kal. febr.* | 85. candedi BW | 87. eugenię W | 89. agute W | 91. parisi E | 92-93 *om.* E | 93. *om.* W | 94. genoveve BW ; genovefę S² | 96. vieñ E | 98. *om.* E | 99. florentii S² | 100. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Argei Argenti Narcisi et Marcellini Cigni et Theogeris Primae et Marcialis Anteri pape Genufefae virginis. — TAML. : Ciriacii Primi Caudionis Eugenii Rodii et trium fratrum Argei Argenni Primae Narcisi Marcialis Marcelli Se(at)uliani Pueri Constantii Christiani Possessoris Filii episcopi Hilarii Teogenis Firmi Eugetii Candidi Rodonis Rogatiani Eugeniae Lucidae A(c)utae Peoni Parisii(... Florenti episcopi Genovefae virginis. — FLORES : In Ponto civitate Thomis trium fratrum Argaei Narcissi et Marcellini pueri qui sub Licinio inter tyrones comprehensus cum nollet militare caesus ad mortem et diu in carcere maceratus in mare mersus martyrium consummavit corpus eius ad littus delatum et a religiosis viris depositum magnis coruscat virtutibus.— RHAB. : In Tomis civitate nat. Phili episcopi qui sub Licinio inter tyrones comprehensus cum nollet militare caesus ad mortem carcere mancipatus missus in cyppo est donec relatione esset responsum demersoque in mare delato corpore eius in litore a religiosissimis viris depositum est in villa Amontii religiosi viri ubi fiunt orationes magnae.

## IAN. 3

1. IN HELISPONTO] *Ex hodiernis laterculis inordinate congestis nemo unquam expedire se potuit, cui S. T h e o g e n i s seu Theagenis Acta tum graeca* [1] *tum latina* [2] *praesto non essent. Nec mirum martyrologii Romani compilatores hanc ab Usuardo mutuatos esse annuntiationem :* in Hellesponto sanctorum martyrum Cyrini (*Usuardus :* Cyrici), Primi et Theogenis. *Passionis enim verbis perlectis statim apparet C y r i c u m et P r i m u m (n. 5, 6) e sanctorum albo delendos esse, cum utrumque vocabulum ad loci rationem spectet :* In Cyzico quae est prima Hellesponti [3], *ex*

[1] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche*, fasc. 4, p. 179-85. — [2] *BHL.* 8106-8108. — [3] De his lege P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *l. c.*, p. 164-65.

*ex graeco: ἐν Πάρῳ τῇ Ἑλλησπόντου, ἥ ἐστιν Κυζίκου πρώτη. Quae nunc corrupte codices nostri exhibent ita fere legebantur:* in Hellesponto civitate Pario quae est Cyzici prima Theogenis. *Sequebantur Acta eiusdem, in epitomen redacta, quae M a r c e l l i n o (n. 21) male aptantur, et nos Theogeni restituimus:*

**In Helisponto civitate Par(io) <quae est> Cyzici prima, Theogenis pueri christiani filii episcopi, qui sub Licinio inter tirones comprehensus, cum nollet militare, caesus ad mortem, carceri mancipatus, missus in ceppo est donec relatione esset responsum; demersoque in mare, delato corpore eius in litore, a religiosissimis viris depositum est in villa Amanti religiosi viri, ubi fiunt orationes magnae.**

*4.* PARETHIA] *Graece ἐν Πάρῳ.*

*5.* CIRICI] *Pro C i r i c i P r i m i lege C y z i c i p r i m a, supra, n. 1.*

*11.* TOMIS] *Sancti Tomitani hoc loco reticentur, et inter laterculos diei 2 ian., ad n. 8 cet. requirendi sunt.*

*12.* CLAUDIONIS] *Heri, n. 27, C l a u d i a e. Lege et quae notata sunt infra, ad n. 14, R o d i.*

*13.* EUGENIS] *Mox etiam E u g e n t i, n. 72, E u g e n i a e, n. 87, heri (n. 22) E u g e n d a e, postridie (n. 5) rursum E u g e n t i. Crebrae nominis eiusdem iterationes non levem crearent difficultatem, nisi vocabulo E u g e n i s et similibus subesset truncatum [T h] e u g e n i s, seu T h e o g e n i s (n. 7), quod et alia ratione corruptum latet in D i o g i n i, n. 71, D i g o i u n i (var.), V i c o i u v i n i (var.), C i g n i (cod. Cambr. prius C i g i n i). Illum tamen qui die 4 ian. E u g e n t u s nuntiatur, episcopum Eugenium Carthaginiensem esse probabilis est non certa coniectura.*

*14.* RODI] *Infra, n. 73, R o d o n i s, al. C o d o n i s, S o d o n i s, et fortassis, n. 12, C l a u d i o n i s, al. C l o d o n i s, incerta omnia.*

*17.* FRATRUM] *Sintne tres fratres antecedentibus potius quam sequentibus iungendi, ancipites haeremus. In Passione S. Marciani presbyteri* [1] *Narcissus et socii (n. 18, 19, 21), non fratres dicuntur sed Protogenis servi.*

*18.* ARGEI] *De A r g e o binisque sociis, fusius ad diem 1 ianuarii, n. 73.*

*22.* PUERI] *Haec et sequentia non ad Marcellinum sed ad Theogenem referenda sunt, supra, n. 1.*

*71.* DIOGINI] = *T h e o g e n i. Supra, n. 13.*

*72.* EUGENTI] = *T h e o g e n i. Supra, n. 13.*

*73.* RODONIS] *Supra, ad n. 14.*

*74.* PRIMAE] = *P r i m i, n. 6, corrige p r i m a. Supra, ad n. 1.*

*76.* AFRICA] *Non omnes qui sequuntur Afris annumerandi sunt. Eos primum expediamus quorum memoria cum aliis diebus communis est.*

| | |
|---|---|
| *78. M a r t i a l i s* | *ian. 9.* |
| *81. P o s s e s s o r i s* | *ian. 2, 9, 10.* |
| *84. F i r m i* | *ian. 2, 9, 10.* |
| *89. A c u t a e* | *ian. 2, 5, 6, 9 (Acuti).* |

*77.* LUCIDEI] *In altera recensione L u c i d a e, n. 88.*

*79.* STATULIANI] *Rectius, ni fallor, S t a t i l i a n i quod non raro in Africae titulis occurrit* [2].

*83.* PENNICEI] *In prima recensione P a e n i c a e, n. 90.*

*85.* CANDIDI] *A laterculis Africanis non exsulat, v. gr. 2 februarii, 10 martii, 15 decembris. At proximus est, die 7 ianuarii, n. 32, C a n d i d u s, martyr non in Africa sed Heracleae, in Thracia.*

*86.* ROGATIANI] *Nomen Afris usitatissimum.*

*87.* EUGENIAE] = *T h e o g e n i. Supra, ad n. 13.*

*88.* LUCIDAE] *Supra, n. 77.*

*90.* PAENICAE] *Supra, n. 83.*

*94.* GENEFEVAE] *Virginis Parisiensis c. annum 500 defunctae, habemus Vitam antiquam* [3], *de qua multum disceptatum est* [4]. *Recte:*

**Parisius depositio sanctae Genefevae virginis.**

*99.* FLORENTI] *Episcopus Viennensis qui concilio Valentiae habito anno 377 interfuit* [5]:

**Vienna depositio beati Florentii episcopi.**

ADDITAMENTA] *Codici B, cuius lectionem etiam praebet epitome Dubliniensis, anteponendus est codex Einsiedlensis 117:*

**Romae Antheri episcopi.**

*Antherotem, qui anno 236 obiit, non recenset Depositio episcoporum. Diem natalem subministrat catalogus Liberianus:* Antheros... dormit III non. ian. [6]. *Locum depositionis addit Liber pontificalis:* qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia III non. ianuar. [7]. *Cum ceteris pontificibus via Appia sepultus perhibetur in topographia Einsiedlensi et Notitia Willelmi Malmesburiensis* [8]. *In ipso loco repertus est titulus sepulchralis*

*ΑΝΤΕΡΩC ΕΠΙ* [9]

*Sunt qui existiment huius pontificis ordinationem die 24 novembris in hieronymianis inscriptam esse. De his ad illum diem* [10].

[1] *BHL.* 5265 b.— [2] V. gr. *C.I.L.*, VIII, 1243, 4313, 8414. Est et S t a t u l e n i u s, VIII, 8389. — [3] *BHL.* 3334. — [4] Ch. Kohler, *Étude critique sur le texte de la Vie latine de sainte Geneviève*, Paris, 1881; Id. in *Revue historique*, t. LXVII (1898), p. 182-320; L. Duchesne, in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. LIV (1893), p. 209-214; Id. in *Bulletin critique*, 1897, p. 373-476; B. Krusch, in *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichte*, t. XVIII (1893), p. 11-50; t. XIX (1894), p. 444-59; t. XL (1915), pp. 131-81, 265-327; t. XLV, p. 382-83; *M.G.*, Script. rer. Merov., t. VII, p. 817; G. Kurth, *Étude critique sur la Vie de sainte Geneviève*, in *Études Franques*, t. II (Bruxelles, 1919), p. 1-96; E. Vacandard, in *Études de critique et d'histoire religieuse*, t. IV, p. 67-124; L. Levillain, in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. LXXXII (1921), p. 5-116; t. LXXXVI (1925), p. 5-99. Cf. *Anal. Boll.*, t. XII, p. 470; t. XIV, p. 334; t. XVI, p. 86; t. XVII, p. 368-69; t. XXXIX, p. 376-77. — [5] Mansi, *Concilia*, t. III, p. 493. — [6] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 4. — [7] Ibid., p. 131. — [8] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 181. — [9] Ibid., t. II, p. 55-58, pl. III. — [10] Interim lege De Rossi, t. c., p. 55-56.

*Erimberti*

*E r i m b e r t i, monachi Fontanellensis et episcopi Tolosani t r a n s l a t i o memoratur die 30 april.* [1], *ubi vide quae annotabuntur.*

EXCERPTA] *Florus martyres tres A r g e u m et socios (n. 18, 19, 21) cum loci indicio i n c i v i t a t e T o m i s (n. 10, 11) conectit, et codicum lectionem sequens ad Marcellinum refert quae ad Theogenem pertinent. Haec fere in martyrologio Romano, ad diem 2 ian. recepta sunt, addita clausula :* fratres vero eius gladio perempti sunt.

*Rhabanus historiam Theogenis refert ad nomen P h i l i e p i s c o p i, quod legit pro f i l i i e p i s c o p i, n. 26, 25.*

[1] Interim cf. *Act. SS.*, Maii t. III, p. 389 ; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 307.

---

# PRID. NON. IAN.

**In Africa Aquilini Gemini Eugenti Marciani Quinti Theodoti Trifonis. in Oriente civitate Bononia Hermetis Aggei et Gai [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) Aedui episcopi E ; Senoñ dedicatio ęcclesię sancti salvatoris quę est in campo longo sita S².

*Var. lect. codd.* EBSW.— 2. aff̄ E ; affrica W | 5. e gentii S | 8 theodotii *corr.* S² ; theodoci W | 11. orieñ E | 12-13 bononia civitate B(S)W | 13. bonania E ; bonia S | 14. ermetis W | 15. agei S¹ ; argei W | 16. *om.* E | 17. gag BSW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Africa nat. Quilini Augenti Gemini Marciani Quinti Theodoti Arifinae et depositio Pauli monachi Triponis. — TAML. : Aquilini Argenti Gemini Marciani Eugetii Hermetis Gugi Aggei Quinti Teothoti Trifinae. — RICH. : ... Quinti Theodoti et Trifinae...

## IAN. 4

*1.* IN AFRICA] *Ab A q u i l i n o (n. 3) ad T r i p h o n e m (n. 9) nomina exscripserat Florus Lugdunensis. Quae cum assumpsisset Ado, haec addidit, ex ingenio, ni fallor :* praeclarissimorum martyrum quorum gesta habentur [1]. *Gesta illa quidem desiderantur ; verius, nunquam scripta sunt. Adonianum laterculum, praeter ultima tria verba, suum fecit martyrologium Romanum. Fuerintne omnes hi martyres Afri prudenter dubitaveris. De his singillatim agere praestat.*

*3.* AQUILINI] *Reliquias martyrum e suburbanis coemeteriis a Leone IIII summo pontifice, quas inter corpora SS. Argei et Aquilini, collectas fuisse dictum est ad 1 ian. n. 73. Hodie autem praeter A q u i l i n u m etiam A r g e u s, n. 15, memoratur. Latium ergo non Africam Aquilini patriam esse suspicamur.*

*4.* GEMINI] *Cetera ignotum G e m i n u m, qui et 4 februarii, cum Aquilino recurrit, Africa sibi retineat.*

*5.* EUGENTI] *Kalendarium Carthaginiense :* non. ian. depositio S. Deogratias et Eugeni episcoporum. *Nisi, quod non prorsus negaverim, Eugentus ille sit qui iam die 3 ian., n. 72 refertur, legendum erit :*

**<Carthagine> Eugeni.**

*6.* MARCIANI] *M a r c i a n u s, martyr Tomitanus, qui e plerisque codicibus ad diem 2 ian. (n. 8) evanuerat, hodie in omnibus redit.*

*7.* QUINTI] *Inter martyres qui diebus 9 et 10 ianuarii recensentur Q u i n t u s est unus ex sociis S. Perpetuae.*

*8.* THEODOTI] *Nonnisi valido suadente argumento T h e o d o t u m, quicumque iste est, Africae tribuerim.*

*9.* TRIFONIS] *Celebris est martyr in Phrygia T r y p h o n, cuius memoriam Graeci agunt die 1 februarii* [2], *Latini 10 novembris* [3]. *Sitne hic noster ambigitur.*

*10.* IN ORIENTE] *Ex usu librorum nostrorum haec Bononiae (n. 13), quae Moesiae civitas est, minime aptantur. Interpolatoris esse videntur qui sanctos Palaestinenses tam veteris quam novi Testamenti i n O r i e n t e collocare solet ; ita S. Stephanum die ian. 1, Abacuc prophetam ian. 15, Andream feb. 5. Hodie enim sibi visus est detexisse A g g e u m (n. 15) prophetam, qui tamen propheta non est.*

*13.* BONONIA] *Bononia in Moesia superiore. Ex his quae die 31 decembris n. 21, et 1 ianuarii, n. 51 animadvertimus legendum est :*

**<in> civitate Bononia Hermetis et Gai.**

*Martyrologium Romanum :* Bononiae sanctorum Hermetis, Aggaei et Caji martyrum, qui sub Maximiano imperatore passi sunt. *Baronium contra veteres omnes testes tyrannum apposuisse Maximianum iam observaverat Rosweydus* [4]. *Haec Bononiensis ecclesiae tabulis comprobari in notis affirmat Baronius. Bononiam, ut patet intellegit*

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 326, 582. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 437. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 318-25. — [4] Apud SOLLERIUM, *Martyrologium Usuardi*, p. 10, ex epistula data 12 maii 1628. Cf. ibid. pp. 5.9.

*Felsinam, ubi hosce martyres quiescere iamdudum fama ferebat* [1].

*15.* AGGEI] *De Aggeo propheta nemo cogitet. Librariorum prava scriptio est. Veram lectionem habet cod. W: A r g e i, supra, ad n. 3, et die 1 ianuarii ad n. 73.*

ADDITAMENTA] *In solo codice E notatur commemoratio A e d u i e p i s c o p i. Hominem plane ignotum episcopis Aeduorum incaute annumeraverat Duchesne* [2], *qui tandem, re melius perspecta, in seriem episcoporum Augustodunensium eum non admisit* [3]. *De Aeduo breviter et accurate Bollandus ad hunc diem* [4]. *Episcopum Scotum illum fuisse, qui teste S. Columbano altare in monasterio Luxoviensi consecravit, contendit W. Gundlach* [5].

EXCERPTA] *Loco T r i f o n i s codex Dubliniensis legit A r i f i n a e, Rich. vero et Taml. T r i f i n a e.*

*In solo Cambrensi martyrologio habetur d e p o s i t i o P a u l i m o n a c h i. Cum his conferenda sunt haec verba Vitae S. Tillonis, monachi Sollemniacensis, qui saec. VII extremo obiit:* Fuit vir vitae venerabilis ex genere Saxonico, Tillo nomine, quem prae reverentia sanctitatis Pauli nomine vocare coeperunt [6]. *In plerisque martyrologiis commemoratur die 7 ianuarii, in nonnullis die 5* [7].

[1] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 165. — [2] *Act. SS.*, Nov. t. II,1, p. [XLI]. — [3] *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, t. II², p. 176.— [4] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 157. — [5] *M.G.*, Epist., t. III, p. 167. — [6] *BHL.* 8291, n. 5. — [7] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 376.

---

# NON. IAN.

I | II

**In Africa Felicis Secundi Honori [5] Luciani Candidi Ianuariae Caelifloriae Iocundi [10] Acuti Petri Marci Sereni Senni [15] Anastasiae.**

(II) **Hierusolima Symeonis prophetae cum [20] obtulit ei Dominum Ihesum Christum [25] Maria et Ioseph et depositio [30] ipsius prophetae.**

(I) **In [33] Antiochia Simeonis monachi [36].**

(II) **et [37] Antiochia [a] depositio sancti [40] Symeonis confessoris qui in columna [45] stetit [b].**

*Addunt codices pleniores :* W *in principio add. int.lin. et 2 m. :* An.DCCCX. trans uistulfi episcopi.— a) in ecclesia quę vocatur pęnitentiae (concordia S²) S. — b) Senoñ depositio sanctorum episcoporum honoberti et hounulfi eiusdem civitatis. fuerunt autem pater et filius honobertus pater et hounulfus filius et filius primum episcopus fuit. requiescunt in ecclesia sancti desiderii quae est in suburbio senoñ. S² *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. afř E ; affrica W | 7. candedi BW | 8. ianuari B ; ianuarii SW | 9. caelisfori BW ; caelisforii S | 11. caitq(ue) W | 14-15. severi E | 14. serini W | 15. sinni S | 16. anastasi E ; anastasie S | 17. hierosolima S | 18. simonis W | 21. obtullit W | 22. eum S | 29. *om.* B¹, *add. 2 m.* | 36. moña E | 37. in *add.* S | 38. anthiochia B ; antiocia W¹ ; anthiocia W² ; antiochiam S | 39. *om.* W | 41. simonis W¹ ; simionis W².

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Africa nat. Secundi Honori Luciani Candidi Ianuarii Simeonis qui accepit Christum.— TAML. : Semionis bis Marci Felicis Sereni Floriae Secundi Honori Luciani Candacii Anastasiae virginis Ianuariae Ianuarii Acuti Petri Anastasii Iocundi Telefini. — MON. : Hierosolimis depositio Simeonis prophetae cui obtulit dominum nostrum Ihesum Christum Maria... — FLORUS : Apud Antiochiam depositio sancti Simeonis monachi. — RHAB :... et in Antiochia depositio Simeonis monachi qui in columna stetit...—MET. :... Antiochia Symeonis monachi.

## IAN. 5

*1.* IN AFRICA] *Nomina martyrum a Felice (n. 3) ad Marcum (n. 13) praeter Lucianum et Candidum (n. 6, 7), qui Afris male intermisti sunt, proximis quoque diebus consignata reperimus :*

*3. F l i c i s* — *dec. 29, ian. 1, 8, 9.*
*4. S e c u n d i* — *dec. 29, ian. 8, 9.*
*5. H o n o r i* — *dec. 29, 30, ian. 1, 6 (etiam H o n o r a t i).*
*8. I a n u a r i a e* — *ian. 6, 8, 9 (etiam I a n u a r i).*
*9. C a e l i f l o r i a e* — *ian. 6, 8 (etiam T a l e s f o r i, F o r i, cf. infra n. 9).*
*10. I o c u n d i* — *ian. 6, 8, 9.*
*11. A c u t i* — *ian. 2, 3, 6, 9.*
*12. P e t r i* — *ian. 6, 8.*
*13. M a r c i* — *ian. 6.*

*Praeter dies modo relatos, T e l e s f o r u s cum F e l i c e, H o n o r i o (H o n o r a t o), I o c o n d o 30 aprilis, T a l i s f o r u s cum H o n o r i o 31 mai etiam recensentur.*

*6.* LUCIANI] *Martyr Nicomediensis, de quo die 7 ian.*

*7.* CANDIDI] *Martyr Heracleensis, de quo die 7 ian.*

*9.* CAELIFLORIAE] *Mira diversitas lectionum in codicibus hodie, 6 et 8 ianuarii, v. gr. Caelesfori, Talesfori,.*

*Talesfori, Tilisflori, T e l e s f o r i ; et haec quidem ceteris anteponenda videtur. Telesforum Afris primus eripuit Florus Lugdunensis :* Romae natale sancti Telesphori qui septimus post Petrum apostolum pontifex ordinatus, illustre martyrium duxit [1]. *Quem exscripsit Ado, unde in martyrologium Romanum error transiit. In hieronymianis enim nullum esse locum Telesphoro pontifici nunc apud omnes in confesso est. Martyrem tamen illum fuisse testatur Irenaeus : Τελέσφορος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν* [2]. *Sed si audiendus est Liber pontificalis,* fuit sepultus iuxta corpus beati Petri in Vaticano IIII non. ianuar. [3]

*14.* SERENI] *= Senni, n. 15, id est S e r m i.*

*15.* SENNI] *Melius codices MW : S e r m i, seu Sirmi, unde :*

**Sirmi Anastasiae,**

*qui est laterculus ex sequenti die assumptus.*

*18.* SYMEONIS] *Duos Symeones, senem illum qui Christum in ulnas accepit, et stylitam (n. 35, 41) nuntiant libri nostri. Nam etsi primum omittat codex E, contractus hoc loco ostenditur, collatis codicibus Cambrensi, Monacensi et Richenoviensi. Stylitam primum martyrologio inscriptum esse, qui deinde homonymum prophetam ad se traxerit opinatus est L. Duchesne* [4]. *Quod equidem non libenter concedam. Nullam enim Symeonis stylitae commemorationem novimus praeter eam quae orientalium est et in nostro martyrologio recepta, die 27 iulii, et aliam, quam 1 septembris Graeci servant* [5]. *Non aliam video annuntiationis hodiernae rationem quam glossatoris studium homonymos cum homonymis conferendi.*

*19.* PROPHETAE] *Symeonem senem post Adonem* [6] *die 8 octobris nunc recolunt Latini* [7]*; die 3 februarii, id est postridie festi Occursus Domini* [8]*, in Graecorum fastis est* [9].

ADDITAMENTA] *U i s t u l f i, lege A i s t u l f i. Fuit huius nominis episcopus Moguntinensis, quem Wissemburgensem monachum fuisse ferunt. Huius autem obitus in alium diem et annum incidit* [10].

*Symeonem stylitam depositum esse in e c c l e s i a q u a e v o c a t u r P a e n i t e n t i a e in antiquum fontem refunditur. Sunt enim codices Vitae Symeonis auct. Antonio qui referant eius corpus translatum esse εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν τὴν λεγομένην Μετάνοιαν* [11].

*S e n o n a s. In fontes elogii episcoporum H o n o b e r t i et H o n n u l f i frustra indagatum est* [12].

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 293. — [2] *Haer.* II, 31 ; EUSEBII *Hist. eccl.* V, 6. — [3] DUCHESNE, t. I, p. 129. — [4] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXX]. — [5] De his disseruimus in libro *Les saints stylites*, pp. X-XV, XX-XXI. — [6] In altera codicum eius stirpe. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 477, 601, 665. — [7] *Act. SS.*, Oct. t. IV, p. 4-23. — [8] De quo festo F. M. FIORENTINI, *Vetustius ecclesiae occidentalis martyrologium*, p. 225-26. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 439. — [10] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 160. Cf. *Gallia christiana*, t. V, p. 444. — [11] H. LIETZMANN, *Das Leben des hl. Symeon Stylites*, p. 77. — [12] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 418, annot. 2.

---

# VIII ID. IAN.

| I | II |
|---|---|

**Epiphania Domini [a] in Africa [4] Talesfori [b] Iocundi Petri Marci Acuti Ianuariae [10]**

| I | II |
|---|---|
| **et [11] alibi Honori Iuli** | **Iuli [15] Honori** |

**Antonini [c]. apud Sirmiam Anastasiae [20]. in Antiochia passio sanctorum Iuliani [25] et Basilissae. in India [29] Celsi [d] Iuliani [e]. in civitate Redonis**

| I | II |
|---|---|
| **natale [35] sancti Melani episcopi** | **nativitas et [40] ordinatio episcopatus et transitus sancti [45] Melani episcopi [f] ibidem celebratur [g].** |

*Addunt codices pleniores :* a) nostri Ihesu Christi CW. — b) flori E. — c) item fori C. — d) pueri C. — e) antonini C. — f) et confessoris qui C. — g) et passio sanctę faustę C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. epifania E ; epyphania S ; ephy fama W | 2. *om.* S | 3. *om.* B | 4. aff E ; affrica W | 5. fori BSW | 10. ianuarie W ; ianuarii S | 15. iulii S | 16. honorii S | 17. antotini E | 18. aput E | 19. syrmiam BS ; syrmiani W | 20. anastasi E | 22. antiō E ; anthiochia B ; antiocia W | 27. balissę B | 33. ciuī E | 34. redoñ E | 45. *om.* B¹ | 46. meliani B ; miliani W ; mellani S¹ | 49. caelebratur BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Epiphania et Theophania id est apparitio domini nostri Iesu Christi et nat. Telisfori Iocundi Petri et Marci Iuliani Basilissae Celsi Meliani Ialiani (*corr.* Iuliani). — TAML. : Epifania Domini Iuliani Antoni Celsi et aliorum VIII Telisfori Anastasii et aliorum X Sinfori Maelani episcopi cum sociis suis Euliae Acuti Petri Iulii Honorii Redontii Antonini Iocundi Anastasiae Marci Marcianillae Ianuariae Basillae Sabastiani.

IAN.

# IAN. 6

1. EPIPHANIA] *Breviarium Syriacum: ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐν Ἡλιουπόλει Λουκιανός. Kalendarium Carthaginiense:* VIII idus ian. sanctum Epefania. *In Oriente initium habuit festum Epiphaniae Domini* [1]. *Antiquissimum testem habemus Clementem Alexandrinum, qui diem observari scribit a Basilidianis, aliis ian. 6, aliis ian. 10: Οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλείδου καὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσι προδιανυκτερεύοντες ἐν ἀναγνώσει* [2]. *Insigne est de Epiphaniae festo Cassiani collatoris testimonium:* Intra Aegypti regionem, mos iste antiqua traditione servatur, ut peracto Epiphaniorum die, quem provinciae illius sacerdotes, vel dominici baptismi vel secundum carnem nativitatis esse definiunt, et idcirco utriusque sacramenti solemnitatem non bifarie ut in occiduis provinciis, sed sub una diei huius festivitate concelebrant [3]. *Quicquid de prima huius festivitatis institutione et indole censendum est* [4], *plures hac una die memorari coeptae sunt* manifestationes *Domini et Salvatoris: Nativitas, Magorum adoratio, Baptismus Christi, primum in Cana patratum miraculum, quae apte carmine exponit Paulinus Nolanus:*

> Sic aeque divina feruntur munera Christi:
> ut veneranda dies cunctis, qua virgine natus
> pro cunctis hominem sumpsit Deus, utque [deinde
> qua puerum stella duce mystica dona ferentes
> subpliciter videre magi, seu qua magis illum
> Iordanis trepidans lavit tinguente Iohanne
> sacrantem cunctas recreandis gentibus undas,
> sive dies eadem magis illo sit sacra signo,
> quo primum Deus egit opus, cum flumine verso
> permutavit aquas praedulcis nectare vini [5].

*Principio Epiphaniae festum non agebatur Romae, neque in Philocaliano kalendario est, ubi sollemnem Christi Nativitatis commemorationem die 25 dec. inscriptam repperimus. Sensim in universas Occidentis partes diffusa est Epiphaniae festivitas, ita tamen ut Nativitatis Domini commemorationem non exstingueret. Ex Ammiano Marcellino constat Viennae anno 361 Epiphaniam observatam fuisse:* feriarum die quem celebrantes mense ianuario Christiani Epiphania dictitant [6]. *Caesaraugustanum anni 380 concilium inter sollemniores dies memorat* diem Epiphaniae qui est VIII id. ian. [7]. *Et Augustinus, in contione ad populum:* Istum diem nunquam haeretici Donatistae celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec Orientali ecclesiae, ubi apparuit ista stella, communicant [8].

*Hinc ab initio in martyrologio scriptum fuisse credendum est:*

**Epiphania Domini.**

*De Luciano illo, quem hodie memorat breviarium Syriacum videsis notanda ad ian. 7, n. 3.*

4. AFRICA] *Ad nomina Talisfori, Iocundi, Petri, Marci, Acuti, Ianuariae (n. 5-10) quae cum Honorio (n. 13-16) iam heri veluti martyrum africanorum nuntiata sunt, pauca admodum, sed quaecumque dicenda occurrebant, annotavimus. Videsis ian. 5, n. 5, 9-13.*

12. ALIBI] *Honorium (n.13) Africae restituendum duximus.*

14. IULI] *Ter saltem Iulius seu Iulianus (n. 14, 25, 31) in laterculis huius diei agnoscitur, immo quater, si verum est, quae mea est sententia, sub India (n. 29) Iulianum quoque latere.*

17. ANTONINI] *Coniungendus est Antoninus cum Iuliano, cuius socius in passione fuit. Infra, ad n. 22.*

20. ANASTASIAE] *Pristinam lectionem servaverunt codices qui habent Anastasi. Huius enim nominis martyr est inter socios S. Iuliani. Anastasiam intellexit qui locum passionis Sirmium proprio marte ascripsit, et emendandum censuit:*

**apud Sirmium Anastasiae**

*quanquam nec Sirmii nec alibi 6 ianuarii festum S. Anastasiae agitur, sed 25 decembris.*

22. ANTIOCHIA] *In Passione graeca* [9], *qui ceterarum omnium fons est* [10], *Anti(noi) non vero Anti(ochiae) passi leguntur SS. Iulianus et Basilissa cum sociis Celso (n. 30), Antonino (n. 17), Anastasio (cf. n. 20). Ut ex incondita nominum serie colligitur, primum inscripti sunt antesignani, dein, adhibita Passione, socii in marginibus additi, mox in textum recepti, tandem Anastasius in Anastasiam martyrem Sirmiensem mutatus. Hinc:*

**in Antinoo Iuliani, Basilissae, Antonini, Anastasii, Celsi.**

*Iulianus et Basilissa a Graecis die 8 ianuarii coluntur* [11]; *die 7 in kalendario marmoreo Neapolitano* [12]:

PASSIO SANCTORVM IVLIANI ET BASILISSAE

*et etiam in kalendariis mozarabicis nuntiantur* [13]. *Inter sanctas virgines Basilissa a Venantio Fortunato carmine laudatur* [14].

[1] DUCHESNE, *Origines du culte chrétien* [5], p. 272-75. — [2] *Stromata*, I, 21, 146. — [3] *Conlat.* X, 2, PETSCHENIG, p. 286. — [4] Multa de his collegit K. HOLL, *Der Ursprung des Epiphanienfestes*, in *Sitzungsberichte der kön. preuss. Akademie*, 1917, p. 402-438, cuius tamen placitis non omni modo assentimur. — [5] *Carm.* XXVII, 43-52, HARTEL, p. 264.— [6] *Rerum gestarum* l. XXI, 2.— [7] MANSI, *Concilia*, t. III, p. 634. — [8] Sermo 202, n. 2, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1033. — [9] *BHG.* 970. — [10] *BHL.* 4529-32. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, pp.66, 86, 117-118.— [11] *Synax. Eccl.CP.*, p.375.— [12] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 335. — [13] FÉROTIN, *Le Liber Ordinum*, p. 450. — [14] *Carm.* VIII, 3, 35.

*29.* INDIA] *Nomen martyris excidisse vix crediderim, sed ex iterata eaque depravata lectione* *I u l i a* [*n i*] *regionem esse confictam.*

*34.* REDONIS] *M e l a n i episcopi Redonensis* († *c. 530*) *Vita edita est* [1]. *Eius depositio incidit in diem 6 nov., et in 6 ian. n a t a l e o r d i n a t i o n i s, quod compendio scriptum :* NAT. ORD., *a librario perperam intellectum est de* natali et ordinatione, *natale autem de ingressu in vitam temporalem simul et aeternam* [2]; *quae facile emendantur :*

**in civitate Redonis natale ordinationis sancti Melani episcopi.**

ADDITAMENTA] *Nec Vita nec Passio S. F a u s t a e exstat, sed historia translationis reliquiarum, an. 864* [3].

EXCERPTA] *Cod. Taml. : S i n f o r i, cf. Telesfori, n. 5. R e d o n t i i = Redonis, n. 34.*

[1] *BHL.* 5887, 5888. — [2] L. DUCHESNE, *Saint Mélaine, évêque de Rennes*, in *Recueil de Mémoires de la Société des Antiquaires de France* (Paris, 1904), p.105-109 ; *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 344-45 ; *BHL.* 5887-5891. — [3] *BHL.* 2832.

# VII ID. IAN.

I | II

**In Nicomedia Luciani presbyteri [a] qui quattuor partibus factus est et reliqua.**

**et in Antiochia Luceri diaconi.** |

**in Melitana civitate natale Poliucti [b]. in Eraclea Felicis [c] et Januari. et in Grecia Spolicosti Palladae Candidae. alio loco Poliarti Filoronis Candediani**

| **Eucti.**

*Addunt codices pleniores :* a) antiocenę ecclesię S² *int. lin.* — b) candidę C. — c) esidori episcopi eductio ihesu de egypto B ; et relatio pueri Iesu ex egipto S².

*Var. lect. codd.* I (E) ; II BSW. — 1. nicom̄ E | 5-9. *om.* E | 10-11. *om.* ES | 14. antioc̄ E | 16. diac̄ E | 17-21. *erasa fuerunt in* S *et rescriptum :* et (in m)are missus alia die integer est inventus S² | 18. melitā E ; militana BW | 19. ciuī E | 20. *om.* E | 21. poliotti B ; piliocti W | 22-23. *in ras.* S² | 23. heraclea WS ; eracla E | 25-29. *om.* B | 26. ianuarii S | 27. *om.* W, S | 29. grec̄ E | 30. polecostin W ; costini B | 31.palladi B ; palati W ; paladi S¹, palladii S² | 32. candide W | 35. poliasti W | 36. filonis E ; philoronis W | 37. candedi ani W, candidiani S² ; candidae E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Nat. Luciani prespiteri. in Antiochia nat. Liceri diaconi et in Eraclia Tracie Polieucti et in Grecia Felicis Ianuarii Ysidori episcopi (*add. 2 m.* Initium ieiunii Christi.) — TAML. Luciani presbiter Lucei diaconi Poliucati Clerici Felicis Ieiunarii Deoclati Policostini Palladii Corcani Candidae Poliarti Philoronis Candidi Sión Euduti Lucei Antichini Spolicasti et aliorum X.— MON. : Nicom.Luciani presby.qui quattuor partibus fractus est in̄ singulis lapidibus ligatus et in mare missus alia die Helenopolim integrum corpus cum ipsis lapidibus inventum ibidem sepultus est et aliorum VIII Luceri Sotheri episcopi. — MET. : Nicomedię Luciani presbiteri Antiochię Liciri diaconi. In Grecia Felicis Palladii Ysidori episcopi. — LAT. 3879 : Nicomediae natale sancti Luciani presbyteri et martyris qui in quatuor partes discerptus quatuor lapidibus alligatus in mare mersus est, sed alia die Helenopoli corpus eius integrum cum ipsis lapidibus inventum ibidemque sepultum. Eodem die Clerici antiocheni postquam septies torti sunt, de carcere producti ac decollati. — FLORUS : ... Item apud Antiochiam beati Cleri diaconi qui ob confessionem Christi septies tortus et in carcere diu maceratus, ad ultimum decollatus, martyrium consummavit. — RICH. : ... Liceri diaconi...

## IAN. 7

*3.* LUCIANI] *In breviario Syriaco, ad diem 6 ianuarii : ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐν Ἡλιουπόλει Λουκιανός, ubi legendum ἐν Ἑλενοπόλει, qui locus depositionis est. Hieronymi Chronicon :* Drepanam Bithyniae civitatem in honorem martyris Luciani ibi conditi Constantinus instaurans ex vocabulo matris suae Helenopolim vocavit [1]. *Chronicon Paschale, ad ann. 327 : Δρέπαναν ἐπικτίσας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐν Βιθυνίᾳ εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ ὁμώνυμον τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἑλενούπολιν κέκληκεν, δωρησάμενος ἄχρι τοῦ νῦν ἕως φανερᾶς περιοχῆς πρὸ τῆς πόλεως εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ ἀτέλειαν* [2]. *Sitne 6 ianuarii dies quo tandem perpetuae sepulturae fuerit mandatum sacrum corpus, ignoramus. Certe obiit Lucianus postridie festi Epiphaniae. Nicomediae* [3], *ubi et recte nuntiatur in eodem breviario Syriaco : ἐν Νικομηδείᾳ Λουκιανὸς ὁ πρεσβύτερος, et Antiochiae*

[1] FOTHERINGHAM, p. 313 ; HELM, p. 231. Cf. *De viris illustribus*, 77, RICHARDSON, p. 42. — [2] DINDORF, t. I, p. 527. Cf. BIDEZ, *Philostorgius Kirchengeschichte*, p. 205. — [3] *BHG.* 997, n. 13.

*S. Luciani dies natalis celebrabatur. Laudationem enim eius dixit S. Iohannes Chrysostomus* [1] *τῇ ἐπαύριον τῶν φώτων, uti contionis initium aperte demonstrat. Die 7 iunii quoque in nostris libris inscriptus est Lucianus martyr, ex errore legentis* V I I i d. i u n. *pro* V I I i d. i a n. *Elogium breve et a librariis depravatum quale est in codicibus plenioribus, non integrum quidem sed minus contractum habetur in epitomis. Etsi cum Passione S. Luciani, quae narratur in graecis codicibus* [2] *non convenit, ex antiquo certe fonte emanat, a quo etiam attingitur anonymi Commentarius in Iob, lib. II :* Nam post universa tormenta recludentes eos [*martyres*] in carceres et testas pollinas in eis sternentes et per quatuor partes eos impii ipsi extendentes crudeli morte eos pernecabant. Ita consummatus est beatus atque gloriosus Lucianus, lucidus vita, lucidus et fide, lucidus etiam tolerantiae consummatione. Ob hoc enim Lucianus cognominatus est, tanquam lucidus aut proprio lumine sibi fulgens, aut aliis lucens. Hic namque beatus duodecim diebus supra testas pollinas extensus tertia decima die est consummatus [3]. *Ubi scriptum est* q u a t t u o r p a r t i b u s f a c t u s, *codices alii habent* q u a t t u o r p a r t i b u s f r a c t u s *(M et breviarium Monac.),* i n q u a t t u o r p a r t e s d i s c e r p t u s *(Paris. lat. 3879), non recte. Fuit enim martyr in quattuor partes extensus, non discerptus. Qua ratione certo emendandus sit laterculus equidem non video et vocabula nonnulla excidisse suspicor :*

**in Nicomedia Luciani presbyteri qui quattuor partibus... factus est et reliqua.**

*15.* LUCERI] *Solus E e codicibus plenioribus* G l y c e r i u m *seu Lucerium hodie habet, inductum, ni fallor, ab interpolatore cui ad laterculum* i n A n t i o c h i a L u c (i a n i) *alterum similem :* i n A n t i o c h i a L u c (e r i) *a die 14 ianuarii advehere placuit. De Glycerio plura ad hunc diem. In codicibus breviatis hodie nuncupatur* L i c e r i u s, L i c i r i u s, C l e r i c u s *et tandem* C l e r u s, *quae est lectio Flori, Adonis, Usuardi et martyrologii Romani :* Antiochiae sancti Cleri diaconi *cet. Elogium clericorum Antiochenorum, reapse S. Glyceri* (C l e r i c i) *quod inter excerpta promitur e cod. Parisiensi 3879 minime convenit cum iis quae de eodem martyre* (C l e r i) *ibi scripta sunt ad diem ian. 14.*

*21.* POLIUCTI] *Breviarium Syriacum : ἐν Μελιτηνῇ Πολύευκτος. S.* P o l y e u c t i *Passionem tum graece tum latine* [4] *scriptam habemus. De basilica eius Melitinensi ita Vita Euthymii : τὸν αὐτόθι τῆς πόλεως πλησίον ἱερὸν οἶκον τοῦ ἁγίου ἐνδόξου καὶ καλλινίκου μάρτυρος Πολυεύκτου... τὸ τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου μοναστήριον* [5]. *Certa igitur lectio est :*

**in Melitana civitate natale Polieucti.**

*Celebratur a Graecis die 9 ianuarii, et quidem Constantinopoli, in proprio μαρτυρείῳ* [6], *quod antiquissimum erat : τὸν δὲ ἅγιον Πολύευκτον ἀνήγειρεν Ἰουλιανὴ θυγάτηρ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ κτίτορος τοῦ ἀγωγοῦ... γυναικαδέλφη δὲ ἦν τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου* [7], *de quo etiam audiverat Gregorius Turonensis* [8]. *Nicomediae colebatur Polyeuctus, si tamen idem est qui die 22 ianuarii breviario Syriaco inscriptus est : ἐν Νικομηδείᾳ Πολύευκτος καὶ Εὐψύχιος. De Polyeucto qui 20 maii ibidem nuntiatur, inquirendum ad diem 21 maii. Ravennates S. Polyeucto oratorium erexerant, eiusque dedicationis anniversarius dies 9 aprilis, n. 25, recolitur. Ad Aegyptios quoque S. Polyeucti venerationem transisse constat* [9].

*23.* ERACLEA] *Breviarium Syriacum : ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ πόλει τῇ ἐν τῇ Θράκῃ Κνόδινος ὁ μάρτυς. In locum igitur* F e l i c i s *et* I a n u a r i i *(n. 24, 26) supponendus est* C a n d i d u s, *in libris nostris* C a n d i d a e *(n. 32). Thraciam diserte exprimit codex Dubliniensis ;* i n T h r a c i a *latere sub* i n G r e c i a *(n. 29) mihi probabile est :*

**in Eraclea Thraciae Candidi.**

*24.* FELICIS] *Saepius recurrunt* F e l i x *cum* I a n u a r i o, *v.gr. 5, 8, 9, 11 ianuarii, 11, 14 februarii. Notasse iuverit par martyrum Felicem et Ianuarium recenseri tum inter romanos athletas quos S. Felicitatis filios nuncupant* [10], *tum inter Scillitanos* [11], *insuper una cum Victore kalendario Carthaginiensi inscriptos esse ad 9 februarii. Certe Heracleenses non sunt. Nihilominus, cum Usuardo hodie martyrologium Romanum :* in civitate Heraclea sanctorum martyrum Felicis et Ianuarii.

*29.* GRECIA] *Martyres graecos frustra quaero, in sequentibus et die 14 februarii quo hodiernus laterculus iteratur. Quisnam nomine* P a l l a d a e *(n. 31) al.* P a l l a d i, P a l a t i *designetur non constat, fortasse* p a l a t i n u s *quispiam,* C a n d i d u s *aliusve ?* G r a e c i a *pro* T h r a c i a *positum esse nostra est coniectura. Supra, ad n. 23.*

*30.* SPOLICOSTI] = P o l i e u c t i, *n. 21.*

*31.* PALLADAE] *Al.* P a l l a d i, P a l a t i, *supra, ad n. 29.*

*32.* CANDIDAE] *Lege* C a n d i d i, *supra, ad n. 23.*

*34.* ALIO LOCO] *Id est Alexandriae, ut est in Passione trium martyrum quae hunc laterculum suppeditavit* [12], *cuius vera lectio est :*

**alio loco Polyeucti Philoromi Candidiani.**

P o l y e u c t u m *martyrem Armenium (n. 21),* C a n d i d u m *Thracem (n. 32) cum* P h i l o r o m o, *qui die 8 ianuarii sub Nicomedia in breviario Syriaco recensetur, sociavit hagiographus, eosque uno loco unoque die passos esse mentitus est* [13].

[1] *BHG.* 998. — [2] *BHG.* 997 ; P. Franchi de' Cavalieri, *Di un frammento di una vita di Costantino.* in *Studi e documenti di storia e diritto*, t. XVIII, (1897), p. 89-131 ; Bidez, t. c., p. 184-201. — [3] *P.G.*, t. XVII, p. 470-71. — [4] $BHG^2$, 1566, *BHL.* 6885.— [5] *BHG.* 648, *Analecta graeca*, pp. 6, 12. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 379. — [7] Pseudo-Codinus, III, 57, Preger, p. 237. — [8] *In gloria mart.*, 102. — [9] *Les origines du culte des martyrs*, p. 210.— [10] Iul. 10, *BHL.* 2853. — [11] Iul. 17, *BHL.* 7527. — [12] *BHL.* 6887 b, 6888. — [13] Duchesne, in *Mélanges*

35. POLIARTI] = *P o l y e u c t i, n. 21, cf. n. 34.*

36. FILORONIS] = *P h i l o r o m i, cf. n. 34.*

37. CANDEDIANI] = *C a n d i d i, n. 32, cf. n. 23, 34.*

38. EUCTI] = *[P o l y] e u c t i, n. 21. E trunco hominem fecerunt qui E u t h i c i cum codice C, cum aliis nonnullis E u o t i scribunt.*

ADDITAMENTA] *E s i d o r u s episcopus, in solo codice B nuntiatus, prorsus ignotus est. E d u c t i o Iesu de Aegypto die 8 ian. in cod. Cambrensi* [1].

EXCERPTA] *Cod. Taml. : C l e r i c i = Luceri, n. 15. Cf. infra, Florus. I e i u n a r i i = Ianuarii, n. 26. C o r c a n i. Ex hibernis in latinos laterculos irrepsit. Corcanus, qui episcopus habetur, ceterum ignotus est* [2]. *S i o n = Esidori, cum B? E u d u t i = Eucti, n. 38 = Polyeucti. A n t i c h i n i = Antiochia, n. 14.*

*d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p. 179-99 ; cf. *Les martyrs d'Égypte*, pp. 42-44, 121-22. —

[1] Cf. SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p.16.— [2] O'HANLON, *Livesofthe Irish Saints*, t. I, p. 96.

# VI ID. IAN.

**I** **II**

**In Grecia**

**Eucti |**

**Rustici Pissei Timothei**

**Secundi Luci Felicis Ianuari [a] |**

**Iocundi Ratitis**

**| Luci**

**Petri Flori Tilis Flori Anastasiae. et alio loco Pathei [b]. Augustoduno depositio beati Egemoni episcopi [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) et in Brundi(sio) Leuci et in Sirmis Anastasi E. — b) marci C. — c) in gallia civitate belloacus passio sanctorum Luciani Mariani atque Iuliani martyrum C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. grec̄ E | 4. rusitici W | 5. phisei B ; physei SW | 6. thimothei S²W | 12. raditis W ; ratiti S | 13. lucii S² | 15. florii S² | 15-17. floritilis fori W | 16-17. tilisfori B ; talisfori S¹ ; talisforii S² | 16-18. tiliss floriani taciae E | 22. sathei BS ; satthei W | 23. augustod̄ E ; agustiduno BW ; augusti duno S | 25. *om.* E | 26. agemonis *corr.* S² | 27. confessoris S¹ ; et episcopi *add.* S².

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Grecia nat. sancti Cipisei Ianuarii Secundi Timothei Luci Felicis Ianuarii et in Brandisio Leuci in Sirmis Anastasi et eductio Christi ex Egypto. — TAML. : Euchti Rustici Phissei Timothei Iocundidi Ratidis Petri Luci Florii Anastaciae Floritidis Sathei Agusti Egemoni episcopi Vitalis Ieiunarii Felicis Anastasi-Euticii. — MON. : Augustiduno depositio beati episcopi Egemuni Timothei in Grecia Felicis Rustici mart. et aliorum XII. — RICH. : In Grecia Cipisei Secundi Timothei...

## IAN. 8

1. IN GRECIA] *Iam heri (n. 29), nullo martyris nomine adiecto, mendum pro i n T h r a c i a.*

3. EUCTI] *Heri (n. 38) in codicibus alterius recensionis = P o l y e u c t i, per aphaeresim.*

4. RUSTICI] *De quo ian. 9, n. 20.*

5. PISSEI] *Vocabulum certe depravatum, forsitan e F i r m i, quod suggerunt variae lectiones p h i s e i, f i s t i (cod. M.) et ipse Firmus, qui Rustico, comiti individuo, die 9 ian. sociatur.*

6. TIMOTHEI] *Die ian. 2, n. 16.*

7. SECUNDI] *Proximis diebus dec. 29, ian. 5, 9.*

8. LUCI] *Forsitan L u c i [ a n i ] vel L u c [ e r i ] quorum memoria agebatur ian.7, n. 3, 15, nisi sit pro L e u c i o Brundisino, quem soli E in Additamentis et Cambr. aperte hodie nuntiant.*

9. FELICIS] *Dec. 29, ian. 1, 5, 7, 9.*

10. IANUARI] *Dec. 29, ian. 5, 6, 7, 9 (etiam I a n u a r i a e).*

11. IOCUNDI] *Ian. 5, 6, 9.*

12. RATITIS] *Monstri simile, r a ] t i t i s seu r a ] t i l i s, e primo membro T i l i s [ f o r i ] (nn. 16, 17) et prothesi incertae originis.*

13. LUCI] *Supra, ad n. 8.*

14. PETRI] *Ian. 5, n. 12, Ian. 6, n. 7.*

15. FLORI] *Iterum n. 17. Membrum avulsum T i l i s f ( l ) o r i seu T e l e s f o r i, quod ex varia nominis scriptione diebus 5, n. 9, 6, n. 5, manifestum fit.*

16. TILIS] *Male seiungitur a F l o r i, n. 17, ut dictum est ad n. 15.*

18. ANASTASIAE] *Cf. ian. 5, n. 15, ian. 6, n. 20. Rursum addit E : in S i r m i s A n a s t a s i.*

*22.* PATHEI] *Al.* *Sathei, lectio corrupta, forsitan ex Anastasiae, n. 18* (*cod. K: Anasthasiae; E: Taciae*).

*23.* AUGUSTODUNO] *Saec. IV exeunte Augustoduni sedit Hegemonius episcopus, inter Cassianum et Simplicium* [1]. *De eo mentio habetur in Vita Simplicii* [2].

**Augustoduno depositio beati Egemoni episcopi.**

ADDITAMENTA] *Sub Luci, supra, n. 8, 13, Leucium Brundisinum latere suspicio est. Codices E et Cambr. addunt:*

**in Brundisio Leuci,**

*et omnium codicum lectio est:* Leuci confessoris *die 11 ian., quo in propria ecclesia colitur, et nos de eo paulo fusius dicemus.*

*De lectione Anastasi quam habet E, legenda sunt annotata ad diem ian. 6, n. 20. Hic rursum scribendum erat fere ut ian. 5, n. 16 et ian. 6, n. 20:*

**in Sirmis Anastasiae.**

*Quem solus servavit codex C, Marcus, unus illorum esse videtur qui ex laterculis ian. 5, n. 13 et 6, n. 8 hodie iterantur.*

*Martyr Bellovacensis qui Luciano et Iuliano in Passione* [3] *comes adiungitur, Maximianus vocatur, non vero Marianus, ut est in codice C, nec Messianus ut alias. Laterculus ergo ita emendandus est:*

**in Gallia civitate Bellovacus passio sanctorum Luciani, Maximiani atque Iuliani martyrum.**

EXCERPTA] *Cipisei nomen quod nuntiant Cambr., Rich. et alii nonnulli ortum est ex* [*Rusti*]*ci Pissei, supra, n. 4, 5.*

*Christi eductio ex Egypto nuntiabatur heri in codice B.*

*Cod. Taml.: Floritidis = Flori Tilis, n. 15, 16.*

*Agusti = Augustoduno, n. 23.*

*Vitalis, ian. 9, n. 9.*

*Ieiunarii = Ianuarii, ian. 7, in additamentis.*

[1] GREGORII TURONENSIS *In gloria conf.*, 73, 75, 76. — [2] *BHL.* 7787, 7788. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 37; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 174-76. — [3] *BHL.* 5009-5012.

---

# V ID. IAN.

I | II

**In Africa Epicteti**

| **Iocundi**

**Quinti** [5] **Secundi**

**Iocundi** |

**Saturnini Vitalis**

**Quinti** [10] **Vincenti et Felicitatis** [13] | **Eventi**

**item** [15] **Quinti Felicis Artaxis Furtunati Rustici** [20] **Silli Quieti et aliorum VII** [25] **Marcialis**

| **Saturi.**

**in Smerna Revocati** [30] **Firmi** [a] **Possessoris Ianuari Saturnini** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) silli C. — b) saturi C ; et bellovacus (*corr.* bel**vacus S²) passio sancti luciani S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. aff̄ E ; affrica W | 3. epictiti BS ; epictati W | 5-6. *om.*W | 14. *om.* S | 15-16. *om.* B. | 22. quaeti B | 25. sex E | 27. saturnini W | 29. smirna B²S | 31. firmini BSW | 32. possesoris E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Africa nat. Epictiti Iocundi Secundi Saturnini Vitalis Felicis Rustici Quinti et Arthaxes Furtunati. — TAML. : *nomina tria deleta* Martia(lis) Revocati Possesso(ris) Ianuarii Quinti (.......) Furtu(nati) (...) Saturni(ni) Sat(uri) (Ru)s(tici ?). — MON. : Epicteti Iocundi Quinti Secundi Africa Iuliani martyris et aliorum XII.

## IAN. 9

*1.* IN AFRICA] *Maximam partem constat laterculus martyribus quorum nomina suppeditavit Passio S. Perpetuae* [1], *Perpetua ipsa exclusa. Iam dies ian. 2 nonnulla ab hodierno mutuatus erat.*

*4, 7. Iocundi*

*5, 16, 22. Quinti*

[1] *BHL.* 6633.

*6. Secundi*
*8, 34. Saturnini*
*13. Felicitatis*
*18. Artaxis*
*20. Rustici*
*27. Saturi*
*30. Revocati.*

*Praeter eos, quorum natalem diem ignoramus,* Iocundum et Saturninum et Artaxium, qui eadem persecutione vivi arserunt et Quintum qui et ipse martyr in carcere exierat [1], *martyres illi 7 martii passi sunt. Quare hodie eorum memoria fiat, nos ignorare fatemur. Cum in Felicitatis mentionem incidisset, recordatus est nescio quis alterius Felicitatis, martyris Romanae, et aliorum VII, illorum nempe quos filios eius asserunt* [2], *quorum nomina saltem quattuor ascripsit:*

*9. Vitalis*
*17. Felicis*
*26. Marcialis*
*33. Ianuari.*

*In tota autem binis ex manipulis coadunata martyrum cohorte, tria deprehensa sunt nomina ex Passione martyrum Scillitanorum* [3]*:*

*17. Felicis*
*33. Ianuariae (Ianuari)*
*6. Secundae (Secundi),*

*immo quattuor, si Saturninum proconsulem adiunxeris. Hinc, n. 21, Silli(tanorum). Eodem pacto Firmus (n. 31) videtur accessisse, a Rustico (n. 20) attractus. Notissimum quippe est par martyrum, Firmus et Rusticus, qui 9 augusti coluntur. Non tamen negaverim fieri potuisse ut, ob notam temporis parum dissimilem, a* V id. aug. *ad* V id. ian. *uterque translatus sit.*

*3.* EPICTETI] *In Africa passus nuntiatur Epictetus diebus 24, 25, 27 ian., in Portu 22 aug. Uniusne sint an homonymorum nomina ignoratur. A S. Cypriano scripta est epistula ad Epictetum episcopum Assuritanum* [4]. *Hunc ipsum inter martyres computare et hodie commemorandum asserere audax sane foret coniectura.*

*4.* IOCUNDI] *Cum Quinto, Secundo, Saturnino ex Passione S. Perpetuae. Supra, ad n. 1.*

*9.* VITALIS] *Ex Passione S. Felicitatis et filiorum BHL. 2853. Supra, ad n. 1.*

*10.* QUINTI] *Iam supra, n. 5, et infra, n. 16, n. 22 (Quieti) et ni fallor etiam n. 14 (Eventi).*

*11.* VINCENTI] *Die ian. 13 inter Afros computatur, die vero 11 scriptum est* Vincentii in Spanis. *Sitne Vincentius diaconus Caesaraugustanus ambigitur.*

*13.* FELICITAS] *Tum Felicitas Perpetuae socia, tum etiam Felicitas mater filiorum septem. Supra, ad n. 1.*

*17.* FELICIS] *Tum Felix Felicitatis filius dictus, tum unus ex martyribus Scillitanis. Supra, ad n. 1.*

*18.* ARTAXIS] *Ex Passione S. Perpetuae. Supra, ad n. 1.*

*19.* FURTUNATI] *Saepe saepius inter Afros recensetur, ut plurimum Felicem quenda msecutus* [5].

*20.* RUSTICI] *Tum unus ex sociis S. Perpetuae, tum socius S. Firmi. Supra, ad n. 1.*

*21.* SILLI] *Lege Scilli(tanorum). Supra, ad n. 1.*

*22.* QUIETI] *= Quinti, n. 5, 10.*

*24.* ALIORUM VII] *Coniungenda est nota numeralis cum Felicitatis, n. 13 (BHL. 2853), ut supra ad n. 1 dictum est, scribendumque:*

**Felicitatis et aliorum VII.**

*In martyrologio Romano nunc legitur:* in Africa sanctorum martyrum Epicteti, Iucundi, Secundi, Vitalis, Felicis et aliorum septem, *ubi martyribus Afris Romani admiscentur.*

*26.* MARCIALIS] *Dum de S. Martiana, virgine et martyre Caesareae, in Mauretania, quae in nonnullis Passionis eius recensionibus* [6] V idus ianuar. *martyrium subiisse fertur, agit, acute nec imprudenter notat Bollandus: « Legitur et Martialis in martyrologio manuscripto S. Hieronymi. Num Marciana ea sit nolumus conicere* [7]. *» Neque nobis satis probabilis coniectura est, quamquam in martyrologio Marciana* V id. iul. *commemoratur; unde potuit facili et crebro errore ad* V id. ian. *transferri. Nihilominus Marcialis emendatricem manum non postulat. Marcialis ille est qui die 10 iulii cum Felicitate colitur, ut in superioribus, ad n. 1, notatum reperies.*

*27.* SATURI] *Ex Passione S. Perpetuae. Supra, ad n. 1.*

*28.* IN SMERNA] *Residuum laterculi diei praecedentis, quo laudabatur Anastasia Sirmiensis. Rem minime perspexerunt Romani martyrologii compilatores, qui cum Usuardo scribunt:* Smyrnae sanctorum martyrum Vitalis, Revocati et Fortunati. *Horum nullus Smyrnensis est; Vitalis autem martyribus Afris iam annumeratus erat. Supra, ad n. 25.*

*30.* REVOCATI] *Ex Passione S. Perpetuae. Supra, ad n. 1.*

*31.* FIRMI] *Qua ratione Firmus, Rustici comes individuus, quocum die 9 aug. colitur, 9 ian. quoque commemoretur, supra, ad n. 1 efficere conati sumus.*

*32.* POSSESSORIS] *Iam memoratur ian. 2, 3, et rursum ian. 10, n. 7:* Possessoris et aliorum II. *Lege commentarium ad hunc diem.*

*33.* IANUARI] *Ex Passione S. Felicitatis et filiorum, BHL. 2853. Supra, ad n. 1.*

*34.* SATURNINI] *Ex Passione S. Perpetuae. Supra, ad n. 1.*

ADDITAMENTA] *Lucianus, martyr Bellovacensis, in aliis codicibus memoratur die ian. 8.*

[1] *BHL.* 6633, c. 11. — [2] *BHL.* 2835. — [3] *BHL.* 7527. — [4] Epist. LXV, HARTEL, p. 721. — [5] Cf. *Les origines du culte des martyrs,* p. 377-78. — [6] *BHL.* 5257, 5258. — [7] *Act. SS.* Ian. t. I, p. 568, n. 4.

# IV ID. IAN.

| I | II |
|---|---|
| In Africa Revocati Firmi. in Irta Possessoris et aliorum II. | |
| **Romae in cimiterio Calisti via Appia depositio Militiadis episcopi.** | **Romae in cimiterio via Appia Caelesti et depositio Melchiadis episcopi.** |

**In Africa Revocati Firmi. in Irta Possessoris et aliorum II.**

**in Africa Saturi Vitaliani Felicitatis Quinti quorum gesta habentur. Artatis [a].**

*Addunt codices pleniores : a*) et natale sancti polia*** cum sociis suis B² *in marg.* ; et in syrmis natale revocati S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. aff̄ E ; affrica W | 5-6. mirthae B ; nirthi W ; nirte S | 7. possesoris E | 10. duo EBS | 11. rom̄ E | 13. cimī E | 20. roma W | 22. cimiterio W ; cimityrio S² | 25. calesti W | 26-27. *om.* B | 28. melchiades B ; melciadis SW | 31. aff̄ E ; affrica W | 36-38. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Rome via Appia in cimiterio Calisti depositio episcopi Militiadis et confessoris et in Sirmio nat. Revocati (*add. 2 m.* Pauli primi heremite Melciadis pape).— Taml. : Firmi Militiadis (epi) et confessoris Revocati Clisti Mirti Possessoris et aliorum V Saturi Vitaliani Felicitatis Quinti Melciadis.— Rich. : Rome depositio Melciadis episcopi : in Sirmis Revocati...

## IAN. 10

*1.* in africa] *Nomina martyrum paene omnia iam heri nuntiata sunt, nec singula Afrorum sunt, ut ex dicendis palam fiet.*

*3.* revocati] *Ex Passione S. Perpetuae, ian. 9, n. 30.*

*4.* firmi] *S. Rustici socius, ian. 9, n. 31.*

*5.* in irta] *Temeraria foret, quae sponte menti occurrit emendatio* in Cirtha. *Cirtha Numidiae civitas est. Lectionis depravatae originem ostendunt codices Cambr. et Rich.: in Sirmio, in Sirmis. Aliis etiam locis librariorum vitio ex Firmi (n. 4) natum est Sirmi, rursum a variis varie corruptum: in Irta, Mirthi, Mirthae cet. Quae omnia Firmum iterant.*

7. possessoris] *Qui iam occurrerat ian. 2, 3, 9, redit hodie comitibus duobus stipatus. A quibus tamen seiungendus est, ut nunc dicam.*

*9.* aliorum ii] *Ni fallor, haec etiam suppeditavit dies ian. 9 : et aliorum [V] II (n. 25). Hi autem septem martyres illi sunt quos S. Felicitatis filios nuncupant.*

*11.* romae] *Depositio martyrum :* IIII idus ianuarias Miltiadis in Callisti. *Catalogus Liberianus :* ... usque in III id. ianuarias Volusiano et Anniano cons. [1]. *Breviarium Cononianum :* Sepultusque est in cimiterio Calisti IIII id. feb. [2]. *Liber pontificalis :* Sepultus est in cymiterio Calisti, via Appia IIII id. decemb.[3] *De die depositionis consentiunt cum martyrologio fontes antiquissimi, de loco omnes :*

**Romae in cimiterio Callisti via Appia depositio Miltiadis episcopi.**

*Altera est in martyrologio nostro Miltiadis commemoratio, die 2 iulii, quam ordinationis eius censuit Rossius* [4] ; *quamquam pro ordinatione iterum* depositio *scriptum est. Inde ab Adone* [5], *quocum consentit martyrologium Romanum, S. Miltiadis depositio celebratur* IIII id. decemb., *ut est in Libro pontificali. De eius sepultura legenda sunt quae disseruit Rossius* [6]. *Hic etiam statuit celeberrimi carminis Damasiani versiculum*

*hic possitvs longa vixit qvi in pace sacerdos* [7]

*de Militade interpretandum esse. Non unum designari voce* sacerdos *censuit Buecheler : « Singularis potius est collectivus, ita ille, ut miles eques senator ac multa apud poetas et Livium Tacitumque nomina* [8]. »

*32.* saturi] *Ex Passione S. Perpetuae, ian. 9, n. 27.*

*33.* vitaliani] *Legendum Vitalis, ex Passione S. Felicitatis, ian. 9, n. 9.*

*34.* felicitatis] *Lege quae dicta sunt ad diem ian. 9, n. 13.*

*35.* quinti] *Ex Passione S. Perpetuae, ian. 9, n. 5, 16, 22.*

*37.* gesta] *Sententia illa, quorum gesta habentur, passim utitur martyrologus, nec male aptatur sociis S. Perpetuae* [9]. *Cum tamen die sequenti aliis nominibus, nec minus apte coniungi videatur, quo loco collocanda sit in medio relinquimus.*

*39.* artatis] *Legendum Artaxis, ex Passione S. Perpetuae, ian. 9, n. 18.*

additamenta] *Mutilum codici B inscriptum vocabulum polia martyrem Polyeuctum significare suadent codices nonnulli Usuardini* [10]

*Revocatum nullo pacto Sirmiensibus annumerari posse patet ex dictis ad n. 5.*

excerpta] *Cod. Cambr. : Pauli eremitae cuius Graeci memoriam agunt die 15 ian., hodie elogium promunt Beda, Ado et Usuardus. In kalendario marmoreo Neapolitano inscriptus est die 19 ian.*

*Cod. Taml. : Confessoris = Possessoris, n. 7.*

[1] Ann. 314. Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 8. — [2] Ibid., p. 74. — [3] Ibid., p. 168. — [4] *Roma sotterranea*, t. I, p. 113. — [5] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 693. — [6] *Roma sotterranea*, t. II, pp. 32, 107, 188-190. Sed cf. G. Schneider Graziosi, *Studio topografico sulla tomba del papa Milziade*, in *Nuovo bullettino di arch. crist.*, 1914, p. 51-93. — [7] Ihm, *Damasi epigrammata*, 12. — [8] Ap. Ihm, *Damasi epigrammata*, p. 20. — [9] *BHL.* 6633. — [10] Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 24.

# III ID. IAN.

I | II
---|---

**In Alexandria Petri**

**| Severi**

**sancti [5] Leuci confessoris et Alsolami [a] quorum [10] gesta habentur. in Africa Filoromi [15] Eugeni Quinti Ianuari Saturnini Vincenti [20]. in Spanis Agenti Donati [24] Agustini [b] Salvi Felicis [c] Donati presbyteri Flori [30] Zemini**

**Pati |**

**Pausalini Eugeni Victoris [35] Stefani et aliorum XII et [40] depositio Hortinsi episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) quinti C. — b) gregorii episcopi nazari B. — c) item felicis SCW.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. alax̄ E | 5. sc̄i BSW ; *om.* E | 7. confes̄ E ; conf̄ B | 9. alolami E | 10-12. *om.* E | 12. habetur S | 14. āff̄ E ; affrica W | 15. piloromi W | 16. ingenui BSW | 18. ianuarii S² | 20. vincentii S² | 22. hispaniis BSW | 23. augenti BS | 26. salvii BSW | 29. prb̄ E | 30. flore S | 31. gemini S | 33. pausami B ; pausalmi SW | 34. eugenii BS² | 35. *om.* E | 36. stephanę BW ; stephane S¹ ; stephani S² | 42. ortinsi W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. Petri Absalini Filoromi et Affrica Felicis Quirti Vincensi et Felicitatis. — Taml. : Educt(io) Christi ex Egipto Petri A(.....)i Philoromi Felicis Filori Severi Lucii Ze(mini ?) Filoroni Ingenui Ianuarii Saturnini Augenti Donati Eugeni (......) Quinti Vincentii et Felicitatis (......) Pausalini Sefa (......) Hortensi Er(....) Ciriaci A(.....) Ebiciani (......) Castoli (...c...) Modesti (......) Castolini. — Florus : Apud Alexandriam natale sanctorum Petri Severi Leucii quorum gesta habentur. — Rich. : ... et sancti Gregorii episcop Nazanzeni.

## IAN. 11

*1.* IN ALEXANDRIA] *Non Petrus, qui martyr Palaestinensis est, sed Philoromus (n. 15) hoc loco ponendus est, quanquam Nicomediensis non est, sed Nicomediae colebatur die 8 ian., teste breviario syriaco :* ἐν τῇ αὐτῇ Νικομηδείᾳ Φιλόρωμος [1]. *Quod cum Polyeucto et Candidiano die 7 ian., 14 feb. et 11 mart. nuntietur, id ex libidine hagiographi factum est, qui sanctos variis ex locis conquisitos in unum congregavit manipulum, eorumque gesta se nosse finxit* [2]. *Philoromus enim cum Philea episcopo Thmuitano martyrium passus est. De utroque tum Eusebius* [3] *tum Passio antiqua* [4] *plurima referunt. Sententia illa* quorum gesta habentur *(n. 10), quae iam heri prolata est (ian. 9, n. 37) de Actis SS. Philoromi et Phileae commode intellegi potest. Si reapse hodierno laterculo iungenda erit, e numero plurali palam fit S. Philoromum non sine socio nuntiandum esse :*

**in Alexandria Filoromi <et Fileae> quorum gesta habentur.**

*Secus solius Philoromi memoria recensenda erit, reiecta ad diem 4 februarii utriusque mentione.*

*3.* PETRI] *Huc adducendum cognomen* A b s e l a m i *(n. 9). Hodie enim, teste Eusebio,* πρὸ τριῶν εἰδῶν Ἰανουαρίων, *Caesareae passus est Petrus* ὁ καὶ Ἀψέλαμος [5]. *Scribatur proinde :*

**<in Caesarea Palaestinae> Petri Abselami.**

*4.* SEVERI] *Severinum esse, qui Neapoli die 8 ian.* [6] *colitur, suspicatur Duchesne*[7]. *In kalendario marmoreo Neapolitano* [8] *die 8 ian. :*

DEPOSITIO SANCTI SEVERINI

*6.* LEUCI] *Die ian. 8 in nonnullis codicibus legimus :* in Brundisio Leuci. *Hic passim inter martyres computatur. Litteris mense iulio an. 601 datis, praecepit Gregorius p. ut abbati* monasterii sancti Leuci, quod in quinto Romanae urbis miliario situm est, *sanctuaria S. Leuci concederentur,* quia eiusdem beatissimi martyris corpus in Brindisii ecclesia... esse dinoscitur [9]. *Liber pontificalis, in Hadriano (772-795) :* ecclesia S. Leucii posita via Flaminea miliario ab urbe plus minus V [10] ; *in Benedicto III (855-858) :* urbem quidem exeuntes ab Orta iuxta basilicam beati Leucii martyris [11]. *Hodie* c o n f e s s o r *nuncupatur. Tam dies quam appellatio cum Brundisina traditione consonant, cui etiam congruunt Acta S. Leucii :* Tunc enim confirmavit eos [Brindisciapolitanos] in fide et doctrina

[1] *Les martyrs d'Égypte*, p. 43.— [2] *BHL*. 6887 b, 6888. Supra, ian. 7, ad n. 34. — [3] *Hist. eccl.*, VIII, 9, 7-8. — [4] *BHL*. 6799. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 157-70. — [5] *Mart. Palaest.*, X, 2. Libellus prolixior ap. B. Violet, *Die palaestinensischen Märtyrer bei Eusebius*, p. 71-73. —[6] *BHL*. 7655-7658. — [7] « *Severi* est peut-être pour *Severini*. S. Séverin du Norique était fêté à Naples le 8 janvier. » L. D — [8] Capasso, *Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia*, t. I, p. 335. — [9] *Registr.*, XI, 57. Hartmann, t. II, p. 344. Cf. De Rossi, *Roma sotterranea*, t. II, p. 228.—[10] Duchesne, t. I, pp. 509, 521. Locus nunc est Tor di Quinto. G. Tomassetti, *La campagna Romana*, t. III, p. 239-42. — [11] Duchesne, t. II, p. 141.

perfectius

perfectius, et sic in pace obdormivit in Domino... Dormitionis eius vero festiva solemnitas undecimo die intrante mense ianuario celebratur [1]. *Ex utraque proinde commemoratione efficitur:*

**<in Brundisio> sancti Leuci confessoris.**

*Florus Lugdunensis, Ado, reliqui, nostros codices temere secuti, in errorem induxerunt martyrologii Romani compilatores, qui scribunt:* Alexandriae sanctorum martyrum Petri, Severi et Leucii. *Horum nullus Alexandrinus est et unus tantum martyr.*

9. ALSOLAMI] *Syriace* 'Abšelâmâ, *graece:* Ἀψέλαμος [2]. *Cognomen Petri martyris Caesariensis, supra, n. 3.*

11. GESTA] *Usitata in codicibus nostris enuntiatio de qua iam heri, ad n. 37, quamque ad sanctos Philoromum et Phileam potius referendam censemus, supra, n. 1.*

14. AFRICA] *Qui velut Afrorum antesignanus nuntiatur, Philoromus, Alexandrinus est, supra, n. 1. Ex iis qui mox sequuntur, quique proximis quoque diebus inscripti sunt, plerique ad Africam pertinent.*

16. EUGENI] *In codicibus alterius recensionis legitur Ingenui, quae scribendi ratio ab omnibus usurpatur die ian. 13, n. 3. Alias etiam scriptum est Eugenti. Lege quae dicta sunt ad dies 2, 3, 4 ian., et infra ad n. 23.*

17. QUINTI] *Ex Passione S. Perpetuae, ian. 9, n. 5, 16, 22.*

18. IANUARI] *Ex Passione filiorum S. Felicitatis, ian. 9, n. 33.*

19. SATURNINI] *Ex Passione S.Perpetuae, ian. 9, n. 8, 34.*

20. VINCENTII] *Africae tribuitur diebus 9 ian., n. 11, et 13 ian., n. 4. Additur hodie in Spanis, fortasse ab interpolatore, cui celeberrimus martyr Caesaraugustanus in mentem venit. Hic autem colitur ian. 22.*

23. AGENTI] *Die 4 ian. scriptum est Eugenti loco Eugeni, quem iam habuimus supra, n. 16.*

24. DONATI] *Iterum infra, sub n. 28, cum addito presbyteri. Fuerintne reapse duo Donati nolumus diiudicare. Certe nullum ab Afris cognomen crebrius usurpatur.*

25. AGUSTINI] *S. Augustinum Hipponensem consulto sociatum esse S. Salvio (n. 26), de quo tractatum habuit, prona videtur coniectura, minus tamen probabilis, cum non soleat martyrologus vel interpolator ope reconditioris eruditionis fastos illustrare. Martyrem Augustinum, solo nomine notum, in Africa passum esse libens acciperem, nisi res paulo intricatior videretur. Qui enim hunc diem cum 16 novembris contulerit ilico deprehendet utrique ea nomina communia esse:*

*18. Ianuari.*
*27. Felicis.*
*20. Vincenti.*
*24. Donati.*
*35. Victoris.*
*25. Augustini.*
*Felicitatis.*

*Et Felicitatem quidem solus hodie servavit Cambrensis. Sed die 13 ian., quo pars huius diei assumpta est, summo consensu omnes Felicitatem nuntiant, et quidem in Campania, quam proinde ex hodierno laterculo excidisse crediderim. Porro, die 16 novembris, Capuae in Campania colebantur Augustinus et Felicitas, huius civitatis martyres. Quod hodie eorum commemoratio facta sit, ita fortassis explicandum est, ut Felicitas, quae inde a 9 ian. in varios laterculos vagari coepit, ansam dederit Augustinum, alterius Felicitatis socium, evocandi, dein vicissim, die 16 novembris Augustinus et Felicitas, socios 11 ian. casu adiunctos, ad se traxerint, quae omnia hisce complectimur:*

**<in Campania> Augustini et Felicitatis.**

26. SALVI] *Kalendarium Carthaginiense:* III idus ianuar. sancti martyris Salvi. *Inter opera S. Augustini recensetur a Possidio:* de natali S. Salvii tractatus unus [3].

**in Africa Salvi.**

27. FELICIS] *Ex Passione S. Felicitatis et filiorum, ian. 9, n. 17.*

28. DONATI] *Supra, ad n. 24.*

30. FLORI] *Al. Telesfori, ian. 5, 6, 8.*

31. ZEMINI] *Martyr Antiochenus, Zebinus de quo ian. 13, n. 11.*

32. PATI] *Membrum divulsum simulque luxatum Typasi. Edita est* Passio sancti Typasii martyris, qui passus est Ticabis sub Claudio comite III idus ianuarii [4]. *Eiusdem festum hoc ipso die inscriptum est in kalendariis mozarabicis* [5].

33. PAUSALINI] *Legendum Abselami, supra, n. 9.*

34. EUGENI] *Iam supra, n. 16, 23.*

35. VICTORIS] *Adiungendus videtur sequenti n. 36.*

36. STEFANI] *Lectio Stephanae eligenda est. Par enim martyrum*

**Victoris et Stephanae**

*saepius commemoratur, ut notabitur ad diem 14 maii. Stephana latine Corona plerumque scribitur.*

38. ALIORUM XII] *Die 9 ian. scriptum erat et aliorum VII, die vero 10 et aliorum II, ex [V]II. Quidni hodie et aliorum XII ex VII? Quicquid id est, minime liquet quibusnam martyribus velut socii adiungendi sint.*

42. HORTINSI] *Ignotae sedis episcopus. Die 17: Hortisiani.*

ADDITAMENTA] *In codice B, Gregorius Nazari episcopus praedicatur, in cod. Rich. Naz(i)anzeni. Error est utrobique ni fallor. Natalis enim S. Gregorii theologi 25 ian. celebratur; Gregorii vero Nysseni anniversarius dies est 10 ian.* [6]. *Erit ergo vera lectio:*

**Gregorii episcopi Nysseni.**

[1] *BHL.* 4894. Cf. F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 306-309. — [2] B. VIOLET, t. c., pp. 71, 116; F. C. BURKITT, *Euphemia and the Goth* (London, 1913), p. 178. — [3] *Indic.* 10, *P.L.*, t. XLVI, pp. 8, 20. — [4] *BHL.* 8354.— [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 451. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 381.

*Ciriaci*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Ciriaci ian. 12, n. 3.*
*Ebiciani, ian. 12, n. 38: Bicciani.*
*Castoli, ian. 12, n. 45.*
*Modesti, ian. 12, n. 37.*
*Castolini, ian. 12, n. 40.*

---

# PRID. ID. IAN.

**In Achaia Cyriaci Muscenti [a] Saturi civitate Arabiae qui transiens ante templum cuiusdam idoli insufflans cum signasset frontem corruit tenentes eum ibidem observantes duxerunt ad ducem et indicantes factum decollatus est. in Africa Zotici Castoli Quinti Rogati Modesti Bicciani Carotici Castolini. in Aegypto Philoromi Zotici Castoli Petri Aventinae.**

*Addunt codices pleniores :* a) bonittę B.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 3. ciriaci S | 4. moscenti BSW ; *add.* et $S^2$ | 5. *add.* martyris $S^2$ | 6-30. *om.* E | 6-7. civis arabii B ; civis arabis S | 19. tenens $B^1$ | 28. *add.* ibidem S | 30. *add.* ipse ciriacus $S^2$ | 32. aff̄ E ; affrica W | 34.castuli BSW | 35-45. *om* S. | 38. ubiciani B ; ebiciani W | 39. garotici B | 40. castulini B | 42. aegip̄ E | 43. phiromi W | 44. zotivi B | 45.castuli W | 47. aventiae $E^1$ ; aventine B ; aventini W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Dacia Repensi nat. Muscenti Saturi et Affrica Zotici. — TAML. : Muscenti Saturi Zotici Ciriaci Castuli bis Quinti Rogati Valentianae Modesti Eb·ciani Petri Corotici (Zo ?)tici et aliorum X et VIII Castulini Filormi. — MON. : In Acina Ciriaci Moscenti Saturi civitatis Saraberii qui transiens ante templum cuiusdam idoli ** insufflans cum signaret frontem corruit ibi decollatus est et aliorum XV. — RHAB. : In Achia nat. sanctorum Cyriaci Moscenti et Saturi civis arabii qui transiens ante templum cuiusdam idoli insufflans cum signasset frontem corruit, tenentes eum ibidem observantes duxerunt ad ducem et indicantes factum decollatus est. — FLORUS : Apud Achaiam natale sancti Satyri martyris civis Arabiae qui etc...

## IAN. 12

*1.* IN ACHAIA] *Achaiae assignandum esse Cyriacum suadet quidem annuntiatio, die 20 iulii,* in Chorinto Cyriaci. *Utinam tam vera sit quam perspicua est codicum lectio: in Achaia Cyriaci. Vereor tamen ut Cyriacus ille sit plane ignotus qui saepe Zoticum comitatur (e.gr. 31 ian., 7, 11 febr.) Hodie autem Zoticus celebratur (n. 33).*

*4.* MUSCENTI] *Sincera scriptio non est, sed qua ratione emendanda, non liquet. Nolo tamen reticere coniecturam, quam ex Henrico Canisio profert Bollandus* [1], *nimirum forte legendum esse Innocenti. Et re quidem vera inocenti a muscenti, si elementa palaeographica respicias, vix differt. Codex Cambr. sanctum martyrem quisquis ille est, conectit cum Dacia Ripensi. Optima est nota topographica, quae in ceteris codicibus evanuit. Incertum tamen num loco suo posita sit.*

*5.* SATURI] *Ad Satyrum plerique referunt elogium quod praebent codices B, W, epitome Monacensis et Rhabanus, eumque alii in Arabia, alii in Achaia, alii Antiochiae passum contendunt* [2]. *Res perobscura est. Subdubitando notabat F. M. Florentinius Saturum forsitan non hominis sed oppidi nomen esse, ita ut legendum foret:* Moscenti Satula civitate Arabiae *cet.; Satulam enim Ptolemaeo esse civitatem Arabiae Felicis* [3]. *Coniecturam, quam ipse vir egregius urgere noluit, neque nobis propugnare in animo est. Donec meliora edocebimur, Saturus nobis est nudum nomen.*

*7.* ARABIAE] *Historia martyris, cuius nomen excidit, tametsi in leges scribendi peccat, plana est:*

**in <......> civitate Arabiae <sancti ....> qui transiens ante templum cuiusdam idoli insufflans cum signasset frontem corruit; tenentes eum ibidem observantes duxerunt ad ducem et indicantes factum decollatus est.**

*Ubi observantes intellege cultores idolorum: οἱ ἐκεῖ τὸ εἴδωλον σέβοντες. In martyrologio Romano assumptus est laterculus Flori et sequacium ex Usuardo, ubi verba civis Arabiae deleta sunt.*

*32.* IN AFRICA] *Nec Zoticum nec Castulum Africa tulit. Quintum supra ian. 9, 10, 11 inter Afros reponendum ostendimus; Rogatum, Modestum in sequentibus sub Africa reperiemus.*

*33.* ZOTICI] *Zoticus et Castulus ter hodie nuntiantur, in Africa cum aperte tum larvati (n. 38-40), dein in Aegypto (n. 44, 45). Romae autem colebantur. Et Zoticus quidem in via Lavicana, miliario X commemoratur die 10 feb. Est tamen ubi 12 ian. in fastis inscribatur, v. gr. in martyrologio ecclesiae S. Sebastiani in Pallara* [4], *et in codicibus quibusdam Actorum S. Zo-*

[1] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 724, n. 5. — [2] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 724. — [3] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 249-50. — [4] STEVENSON, *Il cimiterio di Zotico al decimo miglio della via*
*tici*

*tici vel Getulii:* corpora vero sanctorum Zotici et Amantii collegit uxor eius Symphorosa et sepelivit eos cum gloria in praetorio suo Capris in arenario... sub die pridie idus ianuarias [1]. *Castuli autem, al. Castolini (n. 40), natale celebratur die 26 martii. Non eodem loco sepultus est, sed via Praenestina, quae proxima est Lavicanae. Huius autem viae nomen simul et martyrum nomina insigniter corrupta sagaci ingenio detexit L. Duchesne sub Bicciani Carotici Castolini* [2], *nec dubium esse potest quin scriptum fuerit*

**<Romae> via Lavicana Zotici Castoli.**

*35.* QUINTI] *E Passione S. Perpetuae, ian. 9 et supra, ad n. 32.*

*36.* ROGATI] *Supra, ad n. 32.*

*37.* MODESTI] *Supra, ad n. 32.*

*38.* BICCIANI] *Nomen corruptum, de quo et de sequenti, Carotici, supra, ad n. 33.*

*40.* CASTOLINI] *Id est Castoli, n. 34, 45.*

*41.* IN AEGYPTO] *Solus ex huius diei laterculis Philoromus ad Aegyptum referri potest, quamquam rectius Alexandrinus nuncupandus esset* [3]*:*

**in Aegypto Philoromi.**

*De Philoromo, cf. ian. 11, ad n. 1, 14, et feb. 4, ad n. 15.*

*44.* ZOTICI] *Inter martyres Aegyptios utique Zoticus aliquis recensetur in Passione martyrum XXXVII* [4] *et in laterculo diei feb. 9. Illum tamen hodie seorsum a sociis prodire non crediderim. Quapropter Zoticus, qui tertia vice (n. 33, 39, 44) recolitur cum Castulo, romanis relinquendus est. Res mira. Martyres certo romanos Romanum martyrologium hodie non agnoscit eosque cum Afris permiscet:* In Africa sanctorum martyrum Zotici, Rogati, Modesti, Castuli et coronae militum quadraginta. *Subiecta est ad hunc locum Baronii annotatio: « Restituti sunt iidem ex veteribus manuscriptis. Porro horum acta habemus in nostra bibliotheca. Est illorum exordium: Iam quasi est. » Sunt haec Acta S. Getulii* BHL. *9028, de quibus legendae sunt animadversiones Papebrochii* [5]. *De militibus XL, die 13. Sequitur annuntiatio:* Tibure sancti Zotici martyris, *cum hoc Baronii commentario: « De eodem tabulae ecclesiae Tiburtinae. » Remandandum erat ad eadem illa Acta Getulii.*

*46.* PETRI] *Procul dubio Petrus ille Abselamus de quo die 11 ian., n. 3.*

*47.* AVENTINAE] *Nudum nomen. Vix enim quis cogitet de cognomento Petri, licet variis modis illud deturparunt librarii: Absolami, Alolami, Pausalini, Pausani, ian. 11, n. 9, 33.*

ADDITAMENTA] *In solo B, Bonittae, in breviario Sangallensi utroque: Bonitti. Fortassis, ut opinatus est Duchesne* [6], Bonitus episcopus Arvernensis, *cuius memoria agitur die 15 ian.* [7]. *Eius Vita edita est* [8].

EXCERPTA] *Dacia Ripensis, hodie a solo Cambrensi servatum, nescio cuius martyris palaestra est. Supra, ad n. 4. Legantur et quae ad april. 10, n. 10 annotata sunt.*

*Labicana* (Modena, 1876), p. 84. — [1] STEVENSON, t. c., p. 52. Cf. *Act. SS.*, Iun. t. II, pp. 265, 267. — [2] « *Bicciani carotici castolini.* Transformez en *a* le double *c* du premier mot, en *l* l'*i* qui suit vous avez bia lanica rotici castolini, qui n'est pas loin de bia lavica zotici castoli. » L. D.— [3] *Les martyrs d'Égypte*, p. 5-6. — [4] *BHL.* 6584. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 44-47. — [5] *Act. SS.*, Iun., t. II, p. 264-67. — [6] *Fastes épiscopaux*, t. II, p. 38. — [7] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 1069-77; QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 228.— [8] *BHL.* 1418.

# ID. IAN.

I | II

**In Africa Ingenui Vincenti Satti Felicitatis [a]. in Campania Neapolim Cyriaci Cimini Zotici Herisi Gliceri Felicis Ianuari. Romae Secundi [b] via Lavicana coronae militum**

**quindecim. | quadraginta.**

**et alibi Quosquonio Enonis. Pictavis depositio sancti Hilari episcopi et confessoris [c].**

*Addunt codices pleniores:* a) modesti C. — b) rogati C. — c) Remis natale sancti remigii episcopi et confessoris S²; Ambianis inventio sancti firmini episcopi et martyris C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 2. aff̄ E; affrica W | 4. vincentii S² | 5. sattii BW; satii S | 8. campā E | 9. neopolim E | 10. *exp.* (?) *in* B | 11-13. *om.* W | 11. cymini B | 12. zoti (ci *sup. lin.*) E | 13. crisi BS | 14. cliceri BW; clereci S | 15. *om.* W | 16. ianuarii BW; ianuarie S | 17. rom̄ EB; rome S; *om.* W | 18. secundae S; secunde B | 20. laviana E; lavigana B; lavi cana W | 22. milit̄ E; et militum B | 23. XV E | 27. quosquoni B; quosquonii S²; quosquomo W | 28. eononis SW | 29. pictaū E; pectavis civitate S | 32. helari B; elari W; hilarii S² | 34-35. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Campania civitate Neapoli nat. Vincentii et Affrica Ingenui et in Pictavia depositio sancti Hilarii episcopi (*add. 2 m.* qui mortuum suscitavit.) — TAML.: Ingenui Satii Vincentii Saturi Felicitatis Cymmini Zoticii Ciriacii Erisini Glicerii Felicis Ianuarii Coronae Secundi et aliorum XXII Hilarii episcopi Pic(tavis).

# IAN. 13

*1.* IN AFRICA] *Nomina quae hodie recensentur pleraque huius diei propria non sunt. Quinam sint martyres Africae deputandi ex dicendis palam erit.*

*3.* INGENUI] *Ita scriptum est die ian. 11, n. 16, in codicibus alterius recensionis, ubi in ceteris* Eugeni.

*4.* VINCENTI] *Cf. quae dicta sunt ad d. ian. 9, n. 11, et ian. 11, n. 20.*

*5.* SATTI] *Fortasse* Salvi, *de quo iam ian. 11, n. 26, et infra ian. 17 n. 6, quo die praeterea* Satae *(n. 12) nomen occurrit.*

*6.* FELICITATIS] *Ex dictis ad diem ian. 11, n. 25, cum* Campania *coniungenda Felicitas, quippe quae sit martyr Capuana:*

**in Campania Felicitatis.**

*9.* NEAPOLIM] *Imperita manu civitatis nomen additum est. Ex sanctis in Campania cultis quorum hodie fit commemoratio,* Felix, Felicitas, *neuter Neapolitanus est, sed Nolanus alter, altera Capuana.*

*10.* CYRIACI] *Ille qui die ian. 12, n. 3 nuntiabatur.*

*11.* CIMINI] *Breviarium Syriacum:* ἐν Ἀντιοχείᾳ Ζεβινός. *In codicibus nostris ian. 11, n. 31:* Zemini. *Inter martyres Antiochenos recensetur in oratione de martyribus, quae sub ementito nomine Eusebii prodiit* [1].

**<in Antiochia> Zebini.**

*12.* ZOTICI] *De quo heri, n. 33. Apte igitur copulatur cum via Lavicana, infra, n. 20:*

**Romae via Lavicana Zotici.**

*13.* HERISI] *Die ian. 2, n. 17.*

*14.* GLICERI] *Commemoratio* Glycerii *diaconi Antiocheni iam habita est ian. 7, n. 15, et iterum habebitur ian. 14, n. 3.*

**<in Antiochia> Glicerii.**

*15.* FELICIS] *Sitne* Felix *ille qui per laterculos ian. 5, 7, 8, 9 vagatur, an Nolanus ille cuius festum incidit in diem proxime sequentem, dubitatur.*

*16.* IANUARI] *Iam supra, ian. 5, 6, 7, 8, 9 et infra ian. 14.*

*17.* ROMAE] *Itinerarium Salisburgense, ad ecclesiam S. Helenae, via Lavicana, haec notat:* in uno loco in interiore spelunca XL martyres et in altero XXX martyres et in tertio IIII coronatos [2]. *Willelmus Malmesburiensis:* Ibi sunt... et quadraginta milites et alii innumerabiles et non longe sancti quatuor coronati [3]. *De Quattuor coronatis dicendum erit ad diem nov. 4, de martyribus XXX ad diem dec. 22. Martyres XL Sebastenos illos esse, qui toto orbe die 9 martii coluntur, quorumque relliquiae multa per loca dispertitae sunt nostra est coniectura. His dictis, de laterculo ordinando agendum est. Cum crebro pro* mil(iario) *a nostris librariis* mil(ites) *scriptum esse deprehendamus,* secundi *non martyris nomen sed numerum miliarii esse suspicamur. Utique coemeterium «inter duas Lauros» ubi sancti quiescunt, viae Lavicanae miliario potius tertio proximum est. Ea tamen diversitate quae in scriptura numerali (II, III) levis est non adeo movemur, neque olim deterrebatur v. cl. J. P. Kirsch* [4]. *Hic tamen postea, mutata sententia, pronuntiavit* Secundum *alium non esse a* Secundino *qui nuntiatur die 1 aug.:* Romae via Praenestina miliario XXX ab Urbe natale sanctorum Secundini *cet.* [5], *quod equidem non facile concedam. Unde legisse praeplacet:*

**Romae via Lavicana miliario secundo coronae <martyrum> XL.**

*Usuardum exscribit martyrologium Romanum:* Romae via Lavicana coronae sanctorum militum quadraginta, quas sub Gallieno imperatore pro confessione verae fidei percipere meruerunt. *Gallienum imperatorem primus adduxisse videtur Ado, quo ex fonte ignoratur* [6].

*18.* SECUNDI] *Notam numeralem II intellegimus. Plurimos tamen Secundos sanctis conumerari non negamus. Proximus est ille qui ian. 9 n. 6, nuntiatur.*

*22.* MILITUM] *Utique milites fuisse feruntur martyres XL Sebasteni. Attamen, quoniam in kalendarium potius quam in Passionem refundenda videtur annuntiatio,* miliarium *pro* milite *scripsimus n. 17.*

*23.* QUINDECIM] *Lectio certo falsa, quamquam a numero XL ad XV lapsus difficilis est.*

*27.* QUOSQUONIO] *Saepius occurrit* Cosconius *cum* Zenone, *addito etiam Melanippo, de quibus plura ad diem ian. 19. Interim:*

**alibi Cosconii Zenonis.**

*32.* HILARI] *Hilarius Pictaviensis obiit anno circiter 364:*

**Pictavis depositio sancti Hilari episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] *Tum* Modestus *tum* Rogatus *in ceteris codicibus nuntiati sunt die 12, n. 36, 37.*

*S.* Remigii *depositio in ceteris ad diem ian. 15, n. 27.*

*S.* Firmini. *De utroque S. Firmino, binos enim homonymos numerat catalogus episcoporum Ambianensium* [7], *uberrime et prope immodice tractavit Stiltingus noster ad 1 et 25 septembris* [8]. *In kalendario sacramentarii Ambianensis saec. IX, cod. Paris. 9432, die 10 ian.:* Translatio sancti Firmini confessoris, *die vero 13:* Translatio et inventio sancti Firmini martyris [9].

[1] *BHO.* 700. — [2] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 178. — [3] Ibid., p. 179. — [4] *Die Märtyrer der Katakombe «ad duas lauros» in Rom* in *Ehrengabe deutscher Wissenschaft* (Freiburg i. B., 1920), p. 599-601. — [5] *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 127-28. — [6] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 583. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 122-27. — [8] *Act. SS.*, Sept. t. I, p. 175-99; Sept. t. VII, p. 24-57. — [9] DELISLE, *Mémoires sur d'anciens sacramentaires*, in *Mémoires de l'Académie des inscriptions*, t. XXXII, 1, p. 326. Cf. V. LEROQUAIS, *Les sacramentaires et les missels manuscrits des bibliothèques publiques de France*, t. I, p. 38-43.

# XIX KAL. FEB.

**In Antiochia Luceri diaconi de antiquis multis tormentis passi et in mare mersi. et in Africa Pauli Successi Victorini Saturi Misoris Geronti Lucriti Ianuari Floridae et Theocosiae. Nola civitate Campaniae passio sancti Felicis [a]. et alibi depositio beati Euphrasi episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) in pincis S[2] *int. lin.* — b) et in campania agapiti S.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. antioc̄ E ; anthiochia B ; antiochiae S[1] | 3. cleri BSW | 5-13. *om.* E | 14. *om.* BSW | 16. aff̄ E ; affrica W | 19. victurini BSW | 20. saturnini W | 21. missoris BSW | 23. luctiri E | 24. ianuarii BS | 25. floride W | 26. *om.* B | 27. theucosiae BW ; theucusiae S | 29. ciuī E ; *om.* BSW | 30. camp̄ E | 31. *om.* E | 35. *om.* E | 37. *om.* E | 38. eufrasi BS ; eufraxi W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Cliceri diaconi et in Campania nat. Felicis in Pinciis et depositio beati Eufrasi episcopi et in As(ia) Pauli et Succesi Cliceri diaconi et martiris. — Taml. : Gliceri discipuli et diaconi Felicis martiris qui fecit librum Felicis Clerici Diaconi Pauli Successi Victorini Saturi Missoris Gerontii Lucreti Ianuarii Agapiti Crucessii Eufrae Floridae Tueus Casiae et aliorum VIII. — Rich. : In Antiochia Glicerii diaconi... et in Capua Agapiti... — Lat. 3879 : Natale Cleri diaconi de antiquis qui post multa tormenta in mare precipitatus est. — Met. : In Antiochia Clerici martyris... — Lat. 10018 : Antiochia Laceri diaconi... — Lat. 5256 : Eodem die natalis sancti Piri diaconi de antiquis etc... — G. 914 : Cliceri martyris... — Gell. : Antiochia Cliceri martyris...

## IAN. 14

*1.* in antiochia] *Martyr Glycerius qui sub depravatis lectionibus Luceri, Lucriti, Luctisi, Laceri, Cleri, Clerici, Piri facile agnoscitur, in breviario syriaco Nicomediae passus hodie asseritur : ἐν Νικομηδείᾳ Γλυκέριος ὁ διάκονος, in codicibus autem nostris Antiochiae, non hodie tantum et postridie, sed et 7 ian., consentiente, ad iul. 8, ipso breviario Syriaco : ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Σώστρατος καὶ Ἑσπέριος καὶ Γλυκέριος οἱ μάρτυρες. Cum in mare mersus martyrium subierit, non Antiochiae, quae ad Orontem sita est, sed Nicomediae, quae maritima civitas est, passus sit, si v. cl. Duchesne audias* [1]. *At verba non adeo presse sumenda sunt, ut de homine in flumen demerso intellegi non possint* [2]. *Ita apud Eusebium* [3] *Tyrannio episcopus martyrio coronatur Antiochiae θαλαττίοις παραδοθεὶς βυθοῖς. Cum dicatur Glycerius de antiquis, martyribus Diocletiani aetatem praecurrentibus annumerandus est. Non ergo ille noster Γλυκέριος est cui S. Lucianus in somnis visus est* [4], *nec ille qui iubente Maximiano igne crematur, ut est in Passione SS. Indae et Domnae* [5]. *Quae ad diem ian. 7 promit codex Parisinus 3879 de clericis Antiochenis* [6], *ad Glycerium (Cleri) referenda sunt et partim saltem e codice hieronymiano nostris ampliore deprompta videntur. His tamen neglectis, laterculus ita emendandus est :*

**in Antiochia Glycerii diaconi de antiquis, multa tormenta passi et in mare mersi.**

*16.* in africa] *Martyres quotquot hoc loco (n. 17-27) numerantur uno excepto Lucritio, ex aliis parum remotis diebus assumpti sunt :*

| | |
|---|---|
| *17. Pauli* | *ian. 18, 19.* |
| *18. Successi* | *ian. 18, 19.* |
| *19. Victorini* | *ian. 19 : Victoriani, 17 : Victorici.* |
| *20. Saturi, al. Saturnini* | *ian. 17 ; 19 : Saturnini.* |
| *21. Misoris* | *ian. 17 : Misuriani.* |
| *22. Geronti* | *ian. 19.* |
| *24. Ianuari* | *ian. 19.* |
| *25. Floridae* | *ian. 18, 19.* |
| *27. Theocosiae* | *ian. 17.* |

*23.* lucriti] *= Luceri = Glyceri, supra, ad n. 1.*

*28.* nola] *Certa est lectio :*

**Nola civitate Campaniae passio sancti Felicis.**

*Felicem Nolanum insignem martyrem vocat Gregorius Turonensis* [7], *melius Uranius* [8] *et Augustinus* confessorem [9], *consentiente Paulino, cuius habemus de S. Felice carmina Natalicia* [10]. *Titulos in basilica Nolana positos edidit Rossius* [11]. *Memoratur S. Felix in kalendario Carthaginiensi :* XVIIII kal. feb. sancti Felicis Nolensis ; *in sacramentario Gelasiano :* in natali S. Felicis confessoris ; *in Gregoriano :* Natale S. Felicis in Pincis ; *in kalendario marmoreo Neapolitano hodie et etiam die iul. 20* [12] *:*

natale sancti felicis nolani.

*In nostris quoque codicibus duplicem habet commemorationem, alteram iul. 27. In musivo ec-*

[1] *Act. SS.*, Nov. t. II, p. [lii]. — [2] *Les origines du culte des martyrs*, p. 235. — [3] *Hist. eccl.*, VIII, 13, 1. — [4] *BHG.* 997, n. 17. — [5] *BHG.* 823, n. 15-17. — [6] Supra, p. 29. — [7] *In gloria martyrum*, 103. — [8] *Epistula de Paulini obitu, BHL.* 6558. — [9] *De cura gerenda pro mortuis*, xvi. — [10] *BHL.* 2870, 2871. — [11] *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, 1, p. 189-92. — [12] Capasso, *Monumenta ducatus Neapol.*, t. I, pp. 335, 337.

*clesiae*

*clesiae Sancti Prisci Capuanae effigies S. Felicis Nolani descripta erat, ut videtur* [1], *eidemque Romae exstructae sunt aedes ad Portam Pincianam, in colle ubi Pinciorum domus fuit* [2]. *Hinc et Felici* in Pincis *nomen adhaesit* [3].

*35.* ALIBI] *Quaerit Bollandus* [4] *num fuerit S.* *E u p h r a s i u s* *episcopus Sufetanus, an Themitanus, an Illiturgitanus, an Claromontanus ille qui laudatur a Gregorio Turonensi* [5] *et obiit anno 516. Claromontanum esse Rosweydi opinio est, quam veram et unice veram habuit Sollerius* [6]. *Quod ignorasse videtur martyrologus, qui prudenti consilio usus, scripsit:*

**alibi depositio beati Euphrasi episcopi.**

*In martyrologio Romano nuntiatur:* in Africa sancti Euphrasii episcopi, *ex infelici Baronii coniectura.*

ADDITAMENTA] *Quis sit ille* *A g a p i t u s* *quem in Campania collocat codex S, divinare non possum.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.* *C r u c e s s i i.* *Cf. Lucriti, n. 23.* *E u f r a e* *= Euphrasi, n. 38.* *T u e u s* *C a s i a e* *= Theocosiae, n. 27.*

[1] Cf. *Origines du culte des martyrs*, pp. 345, 348.— [2] HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 252. — [3] DE ROSSI, t. c., p. 190-91. — [4] *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 932. — [5] *Hist. Franc.*, II, 36 ; III, 2. — [6] *Martyrologium Usuardi*, p. 32.

# XVIII KAL. FEB.

**In Aegypto Crisconi Tyrsi Leuci Gainici Zenonis Minelampi. et in Oriente Corneli Caelesti et ceterorum. Antiochia Luceri diaconi. et alibi depositio Ambacu prophetae. Remus depositio sancti Remedi episcopi et confessoris** [a].

*Addunt codices pleniores* : a) pictavis dedicatio sancti amanti BSCWMKLV (et pictavis BS ; pectavis W ; sancti *m.* S ; amantii CV).

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aegip̄ E | 3. crisconii S ; grisogoni B | 4. cyrsi B | 5. lauci E | 6. gauniti E ; gaginici W ; cainiti S[1] ; cainitii S[2] | 7. genonis BSW | 8. menelai E ; mine lampi W ; menelampi S | 11. orieñ E | 12. cornili BW | 13. calesti SW | 14-16. *om.* S[1] | 16. antioc̄ E ; in antiochia S[2] | 17. liceri BSW | 19-20. *om.* E | 22. abbacuc B ; abacuc S[2]W[2] ; abacus W[1] | 23. prc̄f̄ E | 24. remis B[2] ; remis civitate S | 25. *om.* S | 26. *om.* E | 27. remedii BSW | 29-30. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae Crisogoni (*1 m.* Crisoni) Zenonis et Menelai et depositio Abbacuc prophetae. —TAML. : Supplicii episcopi et confessoris Prisconi Tirsi Menelaui Lauci (G)a(u)nitii Mauricii Mauri)(d)is B(ene)d(i)c(t)i abbatis Celesti Lucerti (...) mi et aliorum V Ambucuc et Michiae profetarum. — MON. : Remis depositio beati Remedii episcopi et confessoris in Aegipto Chrisconi Abacuc prophetae.

## IAN. 15

*1.* IN AEGYPTO] *Martyres sex (n. 3-8) Aegyptios annuntiat martyrologium, quorum tres tantum,* *T y r s i, L e u c i, G a i n i c i,* *lege:* *C a l l i n i c i,* *retinendi sunt. Re quidem vera, nec ipsi Aegyptii sunt, quippe qui Caesareae in Bithynia et Apolloniae passi legantur* [1]; *sed eorum Acta coaluerunt cum Actis SS. Philemonis et Apollonii* [2], *quos Aegyptus iure sibi vindicat. Scriptum erat in libris nostris:*

**in Aegypto Tyrsi, Leuci, Callinici.**

*Rursum commemorantur ian. 18, 20, 25, 27, 30, 31. Constantinopoli S. Thyrso cum utroque socio sacrum erat* μαρτυρεῖον πλησίον Ἐλευιανῶν [3].

*3.* CRISCONI] *Lege* *C o s c o n i*, *de quo cum Zenone et* *M e l a n i p p o* *heri obiter dictum est et paulo fusius agetur die 19 ian. Scribendum est:*

**<alio loco> Cosconii Zenonis Melanippi.**

*11.* IN ORIENTE] *Dictio iam occurrit ian. 1, n. 36, ian. 4, n. 10. Qua ratione laterculo* depositio Ambacum prophetae *annectenda sit, suo loco ad n. 22 inquirendum erit.*

*12.* CORNELI] *Nomen sancti non est sed viae. Via enim* *C o r n e l i a* *quiescebat S. Abacuc martyr, infra, n. 22.*

*13.* CAELESTI] *Neque hoc sancti nomen est, sed coemeterii, quamquam nulla martyrum in coemeterio* *C a l l i s t i* *iacentium hodie commemoratio fit. Die autem 16, n. 12, socii S. Abacuc seu Ambacum in codicibus nostris conecti videntur cum via Appia et coemeterio Callisti. Erroris quandam anticipationem hodie habemus.*

*15.* CETERORUM] *Turpe mendum librarii qui laterculum contraxit et nomina martyrum esse n. 12, 13 sibi persuasit.*

*16.* ANTIOCHIA] *Iteratur laterculus* *L i c e r i* *immo Glyceri, de quo ian. 14, n. 1.*

**Antiochia Glyceri diaconi.**

[1] *BHG.* 1845 ; *BHL.* 8277-8281. — [2] *BHG.* 514, 1854, 1846 ; *Les martyrs d'Égypte*, p. 114-116. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 307, 893, 905.

*20.* ALIBI] *Lege mox notanda ad n. 22.*

*22.* AMBACU] *Al.* A b a c u c, *Graecis nomen prophetae est* Ἀμβακούμ *et etiam* Ἀβακούκ, *ita quoque latinis qui vulgo* H a b a c u c *vel* A b a c u c *dicunt, rarius* A m b a c u m, *ut est apud Prudentium:*

> Cernit forte procul dapes inemptas
> quas messoribus Ambacum propheta
> agresti bonus exhibebat arte [1].

*Alterutra scribendi ratione designatur cognominis romanus, qui hodie per* πρόληψιν *in fastos receptus est, quod laterculos dierum 16 et 20 ian. inspicienti manifestum erit. Ordine rerum et vocabulorum iam perturbato, imperito librario visus est Ambacum ille non martyr sed* p r o p h e t a *esse, nec tamen Antiochenus, ut contextus[2] ferebat; quapropter eum* a l i b i *quievisse scripsit. Quod alius ceteris doctior emendandum censuit, addiditque in margine* i n O r i e n t e, *quae deinde assumpta sunt, non tamen suo loco. Quibus omnibus remotis scribatur oportet:*

**via Cornelia Ambacum.**

*De hac lectione restituenda veteres non cogitasse nemo mirabitur, ac proinde commemorationem* A b a c u c p r o p h e t a e *in omnia martyrologia, Romano non excepto, transiisse. Quod ei Micheas inde a Floro Lugdunensi adiunctus sit, causam habet inventionem reliquiarum utriusque sub Arcadio, ut est in chronico* [3].

*27.* REMEDI] *Summo consensu codices nostri hodie, non vero die 13* [4], *legunt:*

**Remus depositio sancti Remedii episcopi.**

*Huius praecipua festivitas celebratur 1 octobris, qui translationis dies est.*

ADI TAMENTA] *Ecclesia S.* A m a n t i *Pictavis ignota est. Episcopo Ruthenensi Amantio dedicatam fuisse opinatur L. Duchesne* [5].

EXCERPTA] *Codex Cambr. cum legisset* C r i s o g o n i *pro* C o s c o n i o, *locum passionis seu venerationis Chrysogoni* R o m a e *emendandum putavit.*

*Cod. Taml.* L a u c i G a u n i t i i *= Leuci Callinici n. 5, 6.* M a u r i c i i *= Mauri discipuli S. Benedicti. BHL. 5772.*

[1] *Cathem.* IV, 58-60. — [2] Vide lectionem codicis E. — [3] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 323, 587. — [4] Cf. *Act. SS.*, Oct. t. I, pp. 59, 61. — [5] In schedis manuscriptis.

---

# XVII KAL. FEB.

**I**

**Romae via Salaria in cymiterio Priscellae depositio sancti Marcelli episcopi. et via Appia in cymiterio Calesti passio sancti Anani Mari via Cornelia VIIII mil. in cymiterio aliorum XIII quorum nomina Deus scit.**

**II**

**Romae via Salutaria in cimiterio Prescellae depositio sancti Marcelli episcopi et confessoris. et via Appia in cimiterio Calisti passio sanctae Marthae Audeini martyris [a]. via Corniva in cimiterio mil. VIIII et aliorum tredecim quorum nomina in libro vitae tenentur scripta.**

**In Africa Saturnini Faustini Naffaviani et aliorum VII. Arelato depositio sancti Honorati episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores*: a) in fontanella depositio landoni episcopi et confessoris W. — b) in fontenella depositio landoni abbatis MKLV (landono M); perona monasterio sancti fursei confessoris S² *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 3. salar̄ E | 24. mił E | 33. rom̄ B | 35. S¹; salutaria S²; sal////aria B | 37. cymitirio W | 38. prȩscelle B; prescelle W; priscille S | 39. depossitio S | 40. *om.* S | 42. papae B | 46-47. in via apia S | 48-59. passio sanctorum S | 49. cimitirio W | 50. calesti W | 53. marthe B | 54 55. audȩini mar̄ W | 57. cornua W | 59. cymitirio W | 60-61. miliario nono B¹; militum novem B²; mił VIIII W; milia VIIII S | 63. alibi S | 64. numero tredecim B W (XIII); numero XL S | 67-70. t. i. l. v. S. W. | 70-71. tenuntur scripti B | 73. aff̄ E; affrica W | 76. fraviani BSW | 79. sex BSW; *litterae quinque erasae* B | 80. arilat̄ E | 84. ep̄i/////// B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. Marcelli episcopi et confessoris et in Asia Saturnini et aliorum VII et sancti Fursi abbatis et Honorati episcopi et martiris. — TAML.: Marcelli episcopi et confessoris Saturnini bis Faustini et aliorum VII Calesti Priscillae Ememriani et aliorum XVI Fabiani Honorati et aliorum martirum XXIX Honorii et aliorum martirum XIIII.

## IAN. 16

*1.* ROMAE] *Depositio episcoporum:* XVIII kal. feb. Marcellini in Priscillae († 309). *Amanuensis incuria factum est ut* XVIII kal. *assignaretur, cum in* XVII kal. *concordent tum sacramentaria Gelasianum et Gregorianum, tum Liber pontificalis:* cuius corpus collegit beata Lucina et sepelivit in cymiterio Priscillae via Salaria XVII kal. febr. [1], *tandem etiam Gesta Marcelli* [2]. *De loco ita Itinerarium Salisburgense, in via Salaria:* ascendens eadem via ad

[1] DUCHESNE, t. I, p. 164.—[2] *BHL.* 5234-5235.

Sancti

Sancti Silvestri ecclesiam, ibi multitudo sanctorum pausat : primum Silvester sanctus papa et confessor et ad pedes eius Synericus papa et in dextera parte Celestinus papa et Marcellus episcopus [1]. *Eius elogium carmine composuit Damasus* [2]. *Legendum igitur:*

**Romae via Salaria in cimiterio Priscillae depositio sancti Marcelli episcopi et confessoris.**

*Quo errore acciderit ut die 4 oct. nuntiaretur Marcellus* Romae via Appia in cimiterio Balbinae, *suo loco exponere conabimur.*

12. VIA APPIA] *Martyres qui in cimiterio Callisti via Appia quiescere hodie dicuntur, reapse ad viam Corneliam pertinent. Qua de causa ad Appiam amandemur paulo diligentius scrutandum. Principium sumatur ab Africano laterculo, et quidem a nomine Naffaviani, quod procul dubio corruptum est, et, ni fallor, ex mutilo i]n af[rica]faviani seu Fabiani. Quisquis ille fuit Fabianus, de romano pontifice cognomine cogitavit interpolator, qui a die 20 ian., quo Fabianus pontifex cum Sebastiano colitur, loci indicium advexit via Appia in cimiterio Callisti; hoc autem secum traxit sanctos qui via Cornelia iacebant, et quorum natalis eodem die agebatur. Primum igitur scripsisse videtur:*

**<item Romae> via Appia in cimiterio Callisti, Faviani.**

*Martyrum turma quae mox sequitur hisce constat nominibus: Marius, Martha, Audifax et Abacuc, quae, collatis codicibus, diebus ian. 15, 16, 20 facile agnoscimus. Abacuc praemissus est heri. Ananus (n. 19) al. Audeinus (n. 54) est pro Audifax. Locus venerationis est via Cornelia miliario XIII. Nota numeralis primum scripta erat VIIII, emendatiorem XIII corrector margini apposuit. At librarius, qui iam pro miliaribus milites VIIII intellexerat, hos XIII etiam martyres esse, casu praetermissos existimavit, addiditque aliorum tredecim, quorum se nomina ignorare usitata formula testatus est: quorum nomina Deus scit, vel quorum nomina in libro vitae tenentur scripta. Quae dicta paucis complectimur:*

**<item Romae> via Cornelia miliario XIII in cimiterio <eorum> passio sanctorum Marii, Marthae, Audifacis <et Abacuc>.**

*Certe audiendus non est qui legit:* via Appia in coemeterio Callisti Marthae et Adriani (Audeini), *hosque martyribus illis Romanis, qui Graeci vulgo nuncupantur* [3], *annumerandos putavit* [4].

19. ANANI] = *Audifax, vid. ad n. 12.*

35. VIA SALUTARIA] = *via Salaria, n. 3.*

54. AUDEINI] = *Audifax, vid. ad n. 12.*

56. VIA CORNIVA] = *via Cornelia, n. 21.*

72. IN AFRICA] *Ceterum ignoti sunt Saturninus et Faustinus.*

76. NAFFAVIANI] *Corruptum videtur, ut dictum est ad n. 12, ex i*]N AF[*rica*] FAVIANI. *Fabianus aliquis inter martyres Afros recensetur 25 maii et 28 iun.*

83. HONORATI] *Obiit anno 429. Errore additum est in Cambr.* e t *martyris, quae prius etiam codicis B lectio fuisse videtur.*

**Arelato depositio sancti Honorati episcopi.**

ADDITAMENTA] *Landonis archiepiscopi Remensis et rectoris coenobii Fontanellensis historia legitur inter Gesta abbatum huius monasterii c. IX, quod ita absolvitur:* Rexit autem coenobium istud idem Lando per annos tres, lapsisque cursus sui annis ingressus est viam patrum, sicque sepulturae traditus in ecclesia beati Petri apostolorum principis huius coenobii Fontinellensis. Obiit autem isdem episcopus Lando XVII kalend. febr. [5].

*Fursei abbatis Latiniacensis († c. ann. 650), cuius Acta tam latina quam hibernica habemus* [6].

EXCERPTA] *Cod. Taml: Calesti = coemeterium Callisti, n. 6; Priscillae = coemeterium Priscillae, n. 6; Ememriani vocabulum semimixtum videtur ex Mari, Anani, n. 20, 19.*

[1] DE ROSSI, *Roma Sotterranea*, t. I, p. 176 ; *Bullettino*, 1880, pp. 25, 46. — [2] IHM, *Damasi epigrammata*, 48. Cf. O. MARUCCHI, in *Nuovo bullettino di archeol. crist.* 1908, p. 61-67. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 90-99. — [4] A. URBAIN, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde zu Rom*, p. 120-21.— [5] *M.G.*, Script., t. II, p. 282 : S. LOEWENFELD, *Gesta abbatum Fontanellensium*, p. 29. — [6] *BHL.* 3209-3221 ; C. PLUMMER, *Miscellanea hagiographica hibernica*, p. 190.

# XVI KAL. FEB.

**In Africa Micae Victoris Mistriani Salvi Miseliani Victorici Thecusae Fortunatae Veneriae Satae Saturnini Hortisiani Leuci Misuriani Vincentiae Albae Timothei Ingenulae Victoriae. in Oriente natale Rubenti et Martyri. in Aegypto depositio sancti Antoni monachi. Lingonas passio sanctorum martyrum Geminorum Speusippi [a] Elasippi Melasippi Leonillae [b] Iunillae Neonis. Dea depositio sancti Marcelli episcopi [c].**

*Addunt codices pleniores* : a) leonillae W¹ (*dein eras.*). — b) aviae illorum S² *int. lin.* ; neonis C. — c) in gallia civitate bituricas depositio sancti sulpicii episcopi et confessoris SCWMKLV (gallea S ; gāll W ; beturicas WKLV ; depositio *om.* K ; sancti *om.* W ; sulpitii S ; et conf. *om.* V) ; beturicas sulpici episcopi B.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aff̄ E ; affrica W | 3. micę S ; nice W ; muci E | 5. mistiani B | 6. salvii BSW | 7. miselia (ni *int. lin.*) E | 8. victurici BSW | 9. thecuse W ; theucuse S ; teussae E | 10. furtunate S ; furtunatę BW | 12. sartae ES | 13. saturninae B | 14. ortisiani W ; hortisiane B | 15. leucii ESW | 16. missuriani BW ; myssuriani S | 17. vincenti BSW | 18-19. albemosei W | 19. mosei BS(W) | 20. ingenulę B : ingenule S | 21. victuriae BSW | 23. orieñ E | 25. rubentii BSW | 27. masteri B ; marteri SW | 29. aegip̄ E ; *add.* thebaide B ; thebaida S ; tebaida W | 32. antonii S²W ; antonini B¹ | 33. moñ E | 34. lingu*nis B : lingonis S ; linguis W | 37. *cm.* ES | 38. gemenorum E | 39. leonillę *add. dein erad* W¹ | 40. helasippi BWS ; malesippi S¹ | 42. leonellę BS¹ leonillae S² ; avia illorum *add.* S² *supra lin.* | 43. innillae E ; iunellae B ; iunellene W ; *om.* S | 44. nenonis E ; onis W | 45. diac̄ E | 45-46. dea positio *corr.* depositio W. | 47. *om.* EW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Musi Victoris et Furtunati in Aegypto depositio Antoni monachi et Linguinis passio sanctorum Eusiphi Elasipphi Melasiphi Leonellae Iuvenellae Neoris et in Gallia civitate Betoricas depositio Sulpici episcopi et confessoris. — TAML. : Germanorum trium id est Speusepi Helapi Munici Victoris Fortunati Mucci Teucisii Martini et aliorum XLII Miccae Mistriani Marcelli Salvi Sulpicii Mesalani Teusae Victoricii Veneriae Satae Leonillae Iunillae Ingenulae Victoriae Saturnini Albae Hortisiani Vincentiae Leucii Rubenti Misuriani Timosei.— MON. : Romae Priscae martyris et aliorum XXII. sancti Sulpicii confessoris.— G. 914. : ... Deas civitate Marcelli episcopi.

## IAN. 17

*1.* IN AFRICA] *In huius laterculi capite delendum est* M i c a e *al.* N i c a e, *non hominis sed loci nomen, quod ad diem 18 ian. pertinet, legendumque est* N i c e a e. *Haec autem SS. Cosconii et sociorum palaestra est. In kalendario Carthaginiensi memoria est* XVI kal. feb. sanctorum Rubrensium, *qui a loco ubi passi sunt nomen sortiti videntur, nec in codicibus nostris praetermittuntur:* n a t a l e R u b e n t i *(n. 25). Rubrenses esse martyres, quorum elenchus nunc sequitur, affirmare non ausim, eo magis quod plerique aliis quoque huius mensis diebus occurrant.*

*4.* *Victoris* — *ian. 11, 14, 19, 27.*
*5.* *Mistriani* — *ian. 14* (*Misoris*), *ian. 27.* (*cf. 7, 16*).
*6.* *Salvi* — *ian. 9, 11, 13* (?)
*7.* *Miseliani* = *Mistriani, n. 5.*
*8.* *Victorici* — *ian. 14* (*Victorini*).
*9.* *Thecusae* — *ian. 14, 27.*
*10.* *Fortunatae* — *ian. 18, 19, 27.*
*11.* *Veneriae* — *ian. 27.*
*12.* *Satae* [1] — *ian. 13* (?)
*13.* *Saturnini* — *ian. 9, 11, 18, 19.*
*14.* *Hortisiani* — *ian. 11.*
*15.* *Leuci* — *ian. 8, 11, 27.*
*16.* *Misuriani* = *Mistriani, n. 5.*
*17.* *Vincentiae* — *ian. 9, 11, 13, 27* (*Vincentii*).
*18.* *Albae*
*19.* *Timothei* — *ian. 2, 8.*
*20.* *Ingenulae*
*21.* *Victoriae*

*22.* IN ORIENTE] *Solum loci indicium remansit, sublatis martyrum nominibus; quae enim sequuntur Afrorum sunt. Suspicetur forte aliquis a quopiam viro docto ascriptum esse* i n O r i e n t e *propter sanctos Tergeminos (n. 38), qui olim in Asia, die 16 ian. colebantur* [2] *nunc autem per nefas Lingonenses facti sunt. At si coniecturis indulgemus, alia praeplacet, subtilior sane usui tamen codicum nostrorum magis consona. Ut ad diem ian. 4 summatim explicatum est, libenter* i n O r i e n t e *collocant sanctos utriusque Testamenti. Hunc morem secutus sit qui* T i m o t h e i *(n. 19) vel, ut est in multis codicibus,* M o s e i *legens, hunc prophetam, illumve Pauli discipulum crediderit.*

*25.* RUBENTI] *Martyres Rubrenses hodie in kalendario Carthaginiensi commemorari dictum est ad n. 1. Quare scriptum fuisse putamus:*

**<in Africa sanctorum> martyrum Rubrensium.**

*28.* IN AEGYPTO] *Apud Graecos quoque ian. 17 S. Antonii natalis celebratur* [3].

**in Aegypto depositio sancti Antonii monachi.**

*34.* LINGONAS] *Martyres Tergeminos, ut iam notatum est ad n. 22, in Cappadocia passos antiqua Passio ferebat. Horum palaestram in suam civitatem Lingonenses hagiographi transtulerunt* [4]. *Codicum certa lectio est:*

**Lingonas passio sanctorum martyrum**

[1] S a t a e cognomen inauditum non est, v. gr. : C l a u d i a e S a t t a e, *C.I.L.*, VIII, 9097. — [2] *BHG.* 1646 ; *BHL.* 7828 ; *Synax. Eccl. CP.* p. 396. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 397. — [4] *BHL.* 7829, 7830. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 55.

**geminorum**

**geminorum Speusippi Elasippi Melasippi Leonillae Iunillae Neonis.**

45. DEA] *Hodie : Die (départ. Drôme) Marcelli Diensis episcopi, qui obiit anno 311 exstat Vita tum prosa tum metrica*[1]. *De eo quoque scripsit Gregorius Turonensis*[2].

**Dea depositio sancti Marcelli episcopi.**

*ADDITAMENTA] Hodie commemorant Bituricenses Sulpicium II, qui obiit anno 647*[3], *die vero ian. 29 Sulpicium I, qui teste Gregorio Turonensi anno 584 cathedram ascendit, obiit vero anno 591*[4]. *In nostris codicibus non 29 ian. sed 27, id est VI kal. feb. alter ille, si tamen alter est, inscriptus fuit a XVI kal. ad VI kal. vel vice versa errore translatus. Cum hac exceptione accipienda est annuntiatio :*

**in Gallia civitate Bituricas depositio sancti Sulpicii episcopi et confessoris.**

*Utriusque Sulpicii Acta habemus*[5].

*EXCERPTA] Cod. Cambr. : Musi = Micae, n. 3, id est Niceae.*

*Cod. Taml. : Mucci = Micae, n. 3 ; Teucisii = Thecusae, n. 9 ; Martini, ni fallor ex compendio vocis mart[iris].*

*Cod. Mon. nuntiat hodie S. Priscam, alii vero die 18, quo et ipse eam iterat. De turma aliorum XXII nihil compertum habemus.*

[1] *BHL.* 5247 b, c. — [2] *In gloria conf.* 70. — [3] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II, p. 29. — [4] *Hist. Franc.*, VI, 38, 39 ; X, 26. — [5] Sulpicii I (Pii), *BHL.* 7927-7932 ; Sulpicii II (Severi), *BHL.* 7933, 7934. De Sulpicio utroque *Act. SS.*, Ian. t. II, pp. 165-79, 967-69.

# XV KAL. FEB.

| I | II |
|---|---|
| **Depositio sanctae Mariae. et cathedra [5] Petri in Roma.** | **Depositio [9] sanctae ac gloriosae beatae Mariae matris [15] Domini nostri Ihesu Christi. et [20] dedicatio cathedrae sancti Petri apostoli [25] qua primo Romae Petrus apostolus [30] sedit [a].** |

**In [32] Ponto civitate Assiae [35] Mosei Ammoni. in Micea Asteri [b] Fortunati [41] Zenonis Zosomi Menelampi Didali [45] Valentis. et passio sancti Tyrsi [50] cum sociis suis Leuci et [55] Gallinici. in Africa Sconis Successi [60] Valentis Teleriani Pauli Maiuli Luci [65] Victorini Honorati Saturninae Floridae [c].**

| I | II |
|---|---|
| **et [70] aliorum XIII [d] Lurici. [e]** | **Lurici et [75] aliorum XIV.** |

*Addunt codices pleniores :* a) romae sanctae priscae virginis MKLV. — b) leupardi confessoris B. — c) et sancte prisce virginis S² *int. lin.* — d) et passio sanctę priscę C? *in marg.* — e) et romae via salaria priscellae E.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 5. cath̄ E | 9-31. *in* B *erasa, sed adhuc sub litura legitur* :... beat.. mariae matris domini nostri ihesu christi et dedicatio cathedrae sancti petri apostoli... ; *in* W, *omissa depositione B.M.V. legitur tantum :* dedicatio cathedra sancti petri apostoli qua primo romę petrus apostulus sedit W ; *in* S *denique, al. man. inter lineas annotat de depositione B. M. V. :* hoc superfluum est | 19. *om.* S | 26. quia S¹ | 27. primum S² | 32. et in (B ?) SW | 34. civī E | 35. asiae BSW | 37. amonii S | 38-39. miceae BS ; micęç W | 41. furtunati BSW | 43. Zesimi BW ; zesemi S | 44. menelapi E | 47-48. *om.* E | 50. tursi B¹ ; tirsi W | 51. com W | 51-53. *om.* E | 54. leaci B¹ | 55. *om.* E | 58. aff̄ E ; africa W | 59. sconisi BSW | 60. succesi S | 62. theleriani BS ; feleriani W | 64. marculi W ; iuli E | 66. victurini BSW | 68. saturnine S | 69. fo ridae (l *sup. lin.*) E ; florede B¹W ; floride B²S | 74. lucii S | 77. quattuordecim B ; XIIII SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Ponto civitate Asiae Rusei Amoni militis Furtunati et passio sancti Tirsi et Romae cathedra sancti Petri apostoli et nat. Priscae virginis et martiris. — TAML. : Sanctae Mariae matris Domini hoc die eius dormitatio in Roma audita est cathetra Petri in Roma Fortunati Asteri Priscillae Moysei Ammoni Micetae Senonis Zerseni Menelampi Dedali Valentis martiris Tyrsei cum sociis suis Leucii Gallinicii Sconisii Luricii et aliorum XIIII Successi Florinae Valenti Bauli Telariani Priscillae Maluli Luricii Victorini Floridae Honorati Saturnini. — MON. : Dedicatio cathedrae sancti Petri quam primo Romae Petrus apostolus sedit Romae Priscae virginis et martyris.Et depositio sanctae Mariae matris Domini nostri Ihesu Christi. — RICH. : Rome cathe(d)ra sancti Petri apostoli et in Ponto Mariae item Romae sancte Priscae. In Ponto civitate Asiae Mosei Ammonii et passio Tyrsi. — G. 915. : ... Ponto Mariae Ammonii... — LAT. 3879. : In Ponto natale sanctorum martyrum Mosei et Ammonii qui cum essent milites, primo ad metalla deputati novissime igni traditi sunt.

## IAN. 18

3. *MARIAE] In ecclesia Gallicana hoc festum Deiparae celebre habebatur cum vigiliis. Gregorius Turonensis :* Huius [Mariae] festivitas sacra mediante mense undecimo caelebratur. Nam in oratorio Marciacensis domus Arverni territurii eius reliquiae contenentur. Adveniente vero hac festivitate

vitate

vitate ego ad caelebrandas vigilias eum accessi [1]. *In lectionario Luxoviensi, dominicam post Epiphania subsequitur* In festivitate sanctae Mariae [2]. *In missali Gothico ponitur inter 6 et 21 ian.* Missa in adsumptione sanctae Mariae matris Domini nostri [3]. *In missali Bobbiensi festum cathedrae S. Petri excipit* Missa sancte Marie, Missa sancte Mariae sollemnitate, Missa in adsumcione sancte Mariae [4]. *In kalendario S. Willibrordi:* XV kal. februari cathedra Petri in Roma et adsumptio Mariae [5]. *Eodem die Oengus Hibernus in martyrologio metrico:*

Magnificatio Petri apostoli
Romae, dictum magis egregium;
una cum festo quod est nobilius
mors magnae matris Iesu [6].

*Perantiquam esse Deiparae commemorationem quae* mediante mense undecimo *celebrabatur, ostendunt Iacobitarum fasti, quibus inscripta est die 15 ian., v. gr. kalendaria Musei Britannici Add. 14504, 14519, 14719, 17232 et bibliothecae Vaticanae Syr. 68* [7]. *In Synaxario coptico die 16 ian.:* Dormitio beatae Mariae Virginis.

**Depositio sanctae Mariae.**

*5.* CATHEDRA] *Sollemnitatem cathedrae S. Petri primum Romae institutam ibique die 22 feb. celebratam esse, die vero 18 ian. in ecclesiis Galliarum recoli coepisse apud omnes in confesso est. Rei testes habemus lectionarium Luxoviense, missale Bobbiense et kalendaria S. Willibrordi et Oengussii modo allata. Cetera remittimus ad festum februarii. D e d i c a t i o (n. 21) cathedrae, quae lectio est codicum alterius recensionis, sensu translato, ut patet, accipitur. Brevior enuntiatio ampliatae anteponenda videtur:*

**Cathedra Petri in Roma.**

*32.* IN PONTO] *Manca est annuntiatio quam una suppleta syllaba sanandam putarem:* in Ponto civitate A<ma>siae, *nisi addendum foret nomina martyrum excidisse. Ea enim quae subsequuntur aliae regiones et civitates sibi vindicant. Alia potius ratione vitium sanandum est, neque dubito quin adducendus sit, qui loco motus est A s t e r i. Ex Actis SS. Marii, Marthae et filiorum* [8] *habemus Asterium principem cum suis foras* muros Ostiae civitatis *eiectum,* 'necatum *sepultumque* sub die XV kal. febr. *Alius ille non est ab Asterio qui die oct. 19 fastis inscriptus est: i n  O s t i a  n a t a l e  A s t e r i. Si autem advertitur etiam in nostris codicibus i n  O s t i a  c i v i t a t e commutari cum i u x t a  P o r t o  R o m a n o (oct. 18), sponte occurrit emendatio:*

**in Portu Asteri.**

*36.* MOSEI] *Notatu dignum est elogium Mosei et Ammonii, quod e codice hieronymiano nostris pleniore accepisse videtur anonymus Lugdunensis:* qui cum essent milites primo ad metalla deputati novissime igni traditi sunt (*infra inter Excerpta*). *Huius elogii vestigium aliquod superesse videtur in codice Cambrensi: A m o n i  m i l i t i s. Nullum tamen ex iisdem libris argumentum deducitur ut i n  P o n t o passi dicantur Moyses et Ammonius, qui potius inter Alexandrinos martyres requirendi sunt. Utriusque enim nomen bis reperitur cum iis qui die feb. 14 (n. 59, 72, 114, 119) laudantur et Moyses quidem inter eos qui* igne combusti sunt [9]. *Quapropter non quidem certissimam, sed probabilem censeo lectionem:*

**<in Alexandria> Mosei et Ammonii, qui cum essent milites primo ad metalla damnati novissime igni traditi sunt.**

*38.* IN MICEA] *Legendum N i c e a, quae palaestra est sanctorum C o s c o n i = S c o n i s n. 59, Z e n o n i s n. 42, (Z e s i m i, Z o s o m i n. 43), M e l a n i p p i = M e n e l a m p i, n. 44, quorum festivitas postridie agitur:*

**Niceae Cosconi Zenonis et Melanippi.**

*40.* ASTERI] *Supra, ad n. 32.*

*41.* FORTUNATI] *Inter martyres Afros F o r t u n a t u s aliquis recensetur die ian. 19, n. 18 et alias saepius.*

*42.* ZENONIS] *Supra, ad n. 38.*

*43.* ZOSOMI] *Al. Z e s i m i = Zenonis, n.42.*

*44.* MENELAMPI] *Graece Μελανίππου. Supra, ad n. 38.*

*45.* DIDALI] *Nudum nomen.*

*46.* VALENTIS] *Iterum infra, n. 61.*

*50.* TYRSI] *Thyrsus seu Tyrsus cum sociis iam nuntiatus est die 15 ian., n. 4, in Aegypto, iterum hodie nulla loci facta mentione.*

**Tyrsi Leuci et Callinici.**

*57.* IN AFRICA] *Primum removendus est S c o n i s al. S c o n i s i (n. 59), quem Niceae iam restituimus (ad n. 38). Ceteri, partim ignoti sunt, partim noti ex aliis fontibus, ut S u c c e s s u s, P a u l u s, L u c i u s, qui passi sunt in Africa an. 259, teste anonymo scriptore Actorum SS. Montani et Lucii* [10]. *M a i u l u s seu M a u i l u s Carthagine colitur die 11 maii. Non plane deest in E, qui prima truncata syllaba scribit* [*m a*]I U L I. *In W est M a r c u l i, mendose sane, neque enim de Marculo, martyre Donatista* [11], *cogitandum est. Ceterum, non hodie solum, sed aliis quoque huius mensis diebus hi paene omnes nuntiantur.*

| | |
|---|---|
| *60. S u c c e s s i* | *ian. 14, 19.* |
| *61. V a l e n t i s* | *supra, n. 46.* |
| *62. T e l e r i a n i* | *ian. 19, n. 14, Tiberitani?* |
| *63. P a u l i* | *ian. 14, 19.* |

[1] *In gloria mart.*, 8. Cf. DUCHESNE, *Origines du culte chrétien*[5], p.285.— [2] *P.L.*, t. LXXII, p.180.— [3] H.M.BANNISTER, *Missale Gothicum*, t.I, p.30. Cf. t. II, p. 25. — [4] E. H. LOWE, *The Bobbio Missal*, p. 37-40. — [5] H. A. WILSON, *The Calendar of St. Willibrord*, p. 3. Cf. p. 18-20. — [6] Hibernice et anglice ap. WHITLEY STOKES, *The Martyrology of Oengus the Culdee*, p. 36. Cf. E. BISHOP, *Liturgica historica* (Oxford, 1918), pp. 252, 485. — [7] F. NAU, in *Patrologia Orientalis*, t. X, pp. 49, 98, 118, 129. Cf. A. BAUMSTARK, *Festbrevier und Kirchenjahr der syrischen Jacobiten* (Paderborn, 1910), p. 195-96; K. HOLL, *Die Entstehung der vier Fastenzeiten in der Griechischen Kirche* (Berlin, 1924), p. 12. — [8] *BHL.* 5543. — [9] *Les martyrs d'Égypte*, p. 49-50. — [10] *BHL.* 6009. — [11] *BHL.* 5271.

*64. M a i u l i* — *ian. 19, 21.*
*65. L u c i* — *ian. 14, 19, 21.*
*66. V i c t o r i n i* — *ian. 14, 19.*
*67. H o n o r a t i* — *ian. 19, 21.*
*68. S a t u r n i n a e* — *ian. 19.*
*69. F l o r i d a e* — *ian. 14, 19, 21.*

*73.* LURICI] *Nonnihil simile L u c e r i, L u c r i t i, L u c t i r i, qui etiam ian. 14, n. 3, 23, occurrit, reapse G l y c e r i.*

*72.* ALIORUM XIII] *Huc abductum crediderim a die ian. 16, n. 28.*

ADDITAMENTA] *Multi hodie annuntiant P r i s c a e v i r g i n i s, nonnulli addunt m a r t y r i s, nullo apposito loci indicio; solus E pro Prisca P r i s c e l l a m habet, quam v i a S a l a r i a collocat. Sacramentarium Gregorianum:* XV kalendas februarii id est XVIII mensis ianuarii natale sanctae Priscae. *Haec autem in oratione dicitur* martyris tuae [1]. *Itinerarium Salisburgense, in via Salaria Nova:* ad S. Silvestri ecclesiam... in spelunca Crescentius martyr et in altera S. Prisca martyr. *Epitome de locis SS. martyrum:* S. Silvester... S. Prisca. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Basilica S. Silvestri... et ibidem... Prisca [2]. *Haec si seorsim perspexeris scribatur oportet:*

**Romae via Salaria <in cimiterio> Priscillae Priscae virginis et martyris.**

*Quod tamen rem attentius consideranti plane certum non erit. Titulus erat Romae in Aventino, Priscae dictus, ut testantur subscriptio synodi anni 499, et epitaphium Adeodato saec. V positum* [3]*:*

LOC. ADEODATI PRESB. TIT. PRISCAE

*Saec. autem VI ad finem vergente, eadem ecclesia* titulus Sanctae Priscae *nuncupatur in subscriptione synodi anni 595. Nimirum quod aliis etiam conditoribus accidisse novimus, matrona tituli conditor sancta dicta est* [4]. *Teste Libro pontificali, Hadrianus (773-95)* tectum tituli beatae Priscae... noviter fecit [5]. *In Vita Leonis III (795-816)* basilica beatae Priscae, titulus sanctae Priscae *etiam tituli* beatissimorum Aquile et Priscae *nomen sortitur* [6], *quod a monachis graecis eo loco consistentibus* [7] *accepisse credibile est* [8]. *Aquilae enim et Priscae seu Priscillae, variis ex libris Novi Testamenti notissimorum* [9], *sollemnitatem ipsi observare consueverant* [10]. *Quicquid id est, aedes S. Priscae horum sanctorum domus haberi coepta est, atque supra templi ianuam carmen olim incisum fuit* [11], *cuius initium erat:*

HAEC DOMVS EST AQVILAE SEV PRISCAE VIRGINIS ALMAE.

*Iamvero huc delatum esse corpus S. Priscae, non quidem e coemeterio Priscillae sed a via Ostiensi, contendit hagiographus qui Acta S. Priscae consarcinavit* [12]. *Narrat ille* quomodo vel qualiter S. Priscam foris Romam deportaverunt via Ostiensi miliario ab Urbe plus minus decimo et ibi eam decollaverunt... Episcopus ipse et qui cum eo venerat foderunt sepulchrum eius et ibi eam sepelierunt [13]... Post non multum vero tempus fabricaverunt ibi ecclesiam fideles Christi et ibi servierunt Domino die noctuque. Iacuit autem ibidem venerabile eius corpus usque ad tempus Antonii imperatoris et sic per gratiam Christi revelatum est sanctissimo et reverendissimo praesuli sedis apostolicae Urbis Romae Eutychiano et fecit conventum cum clericis et fidelibus laicis et fecit praeparari sarcophagum mirae pulchritudinis et sic ipse ambulavit cum omni clero Romano, et ibi ubi erat revelata apparuit et foderunt et ibi eam invenerunt... et deduxerunt ipsam ad urbem Romam cum hymnis et canticis spiritualibus iuxta arcum Romanum in ecclesia sanctorum martyrum Aquilae et Priscae ibique posuerunt sanctissimum corpus eius [14]. *Certo certius nullum sub Eutychiano papa (275-283) cuiuscumque corpus in Urbem translatum est. Saeculo tamen XII monachis persuasum erat S. Priscae reliquias in sua ecclesia iacere, quod ex Vita S. Anselmi Cantuariensis colligitur:* Walo episcopus Parisiacensis [† 1116]... cum Anselmo, me praesente, innotuit ei quid reliquiarum a Roma secum detulerit. Ad quod cum ille Deo gratias ageret, episcopus os unum quod de capite beatae martyris Dei Priscae esse asserebat protulit, et id qualiter adeptus fuerit illico subinferens ait: « Romae eram et oratorium nominatae martyris, in quo beatissimus apostolorum princeps Petrus altare sacravit, vetustate consumptum dirutum est, et corpus martyris in nova recondendum ecclesia, me astante, levatum. Igitur cum loci ipsius cardinalis reliquias sanctae in suo iure haberet, et ipse idem mihi familiaris existeret, os istud quod videtis de sacro corpore sumptum mihi pro signo mutui amoris dedit [15]. *Horum igitur omnium haec summa esto: de Prisca, quae sui nominis titulum condidit, certissime constat; eam autem virginem martyrem fuisse et via Salaria in coemeterio Priscillae vel miliario X in via Ostiensi depositam, non constat.*

*L e u p a r d i solius codicis B additamentum est. Leobardi reclusi in Maiore Monasterio Vitam scripsit Gregorius Turonensis* [16].

EXCERPTA] *R u s e i in codice Cambr. legendum est M o s e i, n. 36.*

*Cod. Taml.: Z u r s e n i = Zosimi, n. 43; B a u l i = Pauli, n. 63.*

[1] WILSON, p. 19. — [2] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 176-77. — [3] MARCHI, *Monumenti cristiani*, p. 26. — [4] J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum* (Paderborn, 1918), p. 101-104; F. LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda* (Roma, 1925), p. 53-56. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 501. Cf. p. 517.— [6] DUCHESNE, t. II, pp. 4, 24, 20. — [7] P. KEHR, *Regesta pontificum Romanorum*, t. I, p. 117. — [8] LANZONI, t. c., p. 54. — [9] *Act.* 18, 2, 19; *I Cor.*, 16, 19; *Rom.* 16, 3-5; *II Tim.*, 4, 19. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 464, febr. 13. — [11] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, 1, p. 443, n. 165. Cf. *Bullettino*, 1867, pp. 44-46, 48.— [12] *BHL.* 6926.— [13] Ibid., n. 18. — [14] Ibid., n. 20. — [15] *BHL.* 526, RULE, p. 409-410. — [16] *BHL.* 4846.

# XIV KAL. FEB.

I — II

**In Africa Pauli Quinti Geronti [5] Ianuari Saturnini Successi Germanae Tertulae [10] et aliorum multorum Tiberitani Maioli [15] Victoriani Honorati Furtunati Iuli Luci [20] Marcusi Publi Felicis Gaiae Vitalis [25] Cassiani Secundi Victoris Primi Spani [30] Cacinari item Luci Saturninae Floridae [35] Calistae Molendionis. Hierosolima Marthae et [40] Mariae sororum Lazari. Carthagine Picariae [45] Piae et aliorum XXXVIII [a]. et [50] alibi Zosimi Minelampi Tubariani Fortunati [55].**

(II) **Romae passio sancti Sebastiani martyris [60].**

**Lugduno ordinatio episcopatus sancti Niceti [65].**

*Addunt codices pleniores :* a) quorum nomina deus scit S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. aff̄ E ; affrica W | 5. gerontii S² | 6. ianuarii BW ; genuarii S¹ ; ganuarii S² | 9. germane BS ; germani W | 10. zertuli E ; tertuli B ; *om.* S | 14. tyberitani B ; tybiritani S ; tiberiani W | 15. maiuli S | 16. victuriani BSW | 19. iulii BSW | 20. lucii BSW | 21. marcusii BS ; morcusi W | 22. pupli E | 24. gagi BSW | 27-28. victuris secundi BSW | 30. hispani BCW ; hispani///ce S | 31. ecamari B ; cacmari W ; mara S¹ ; mari S² | 33. lucii BSW | 34. saturnine BS | 35. floride SW | 36. caliste S ; callistę W | 37. melondionis E | 38. hierosō E ; hierusolima BW | 39. marthe BSW | 42. soror̄ E ; sororis B¹ ; sorores B²SW | 44. kartağ E ; cartagine SW ; chartaginem B | 49. triginta et octo B | 50-51. *om.* BSW | 53. ṁine lampi W ; menelampi S ; menilapi E | 54. tibariani BW ; tybariani S | 55. furtunati BSW | 57. *corr.* vigilia S² *int. lin.* | 59. sabastiani W | 61-63. *om.* E | 61. lugdono BS¹ | 62. ordinał B | 65. *add.* episcopi BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Quinti Geronti Ianuarii Saturnini Successi Piae et aliorum XXVIII. Hierusolimis Marthae et Mariae sorores Lazari. — TAML. : Pauli Quinti Gerontii Ianuarii Saturnini bis Successi Marii et Marthae sororis Lazari Gagiae Saturninae Floridae Calizae Piae Priscariae Tertuli Tiberii Tanmaioli Victoriani Honorati Fortunati Iulii Lucii [Nativitas sancti Gemanici *sup. lin.*] Marcisii Pauli senis herem tae Puplii Felicis Vitalis Casiani Secundi Victoris Primi Hispani Luci Cacumari Molendionis Zosimi Menelampi Tubartini Furtunati Sabastiani Niceti et aliorum martirum XXXVIII. — MET. : Hierosolima Marthę et Marię. Affrīcę Pauli Germani Iulii Gai Zosimi Fortunati Niceti confessoris Quinti Successi Ianuarii Saturnini. — S. QUINT. : In Affrica natale sanctorum Pauli Emmetis. Serunti Ianuarii Successi Valentis Publii Gagi cum aliis sexcentis.

## IAN. 19

*1.* IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense :* XIIII kal. feb. sanctorum Tertullensium et Ficariensium. *Utriusque sanctorum turmae mentio est in nostris libris :* Tertulae et aliorum multorum (*n.10-13*), Picariae Piae et aliorum XXXVIII (*n. 45-49*), *hoc pacto ut velut ab antesignanis Tertula vel Tertulo et Picaria nomen sumpsisse videantur. Sed inter omnes convenit huius generis vocabulis vel palaestram vel patriam martyrum designari. Iam quaeritur num eos omnes, quos hodie Africae addicere videtur martyrologus, altervtra vel utraque cohors sibi vindicet. Id certo de omnibus et singulis asseri nequit. Praeterquam quod hic Afris Hispani martyres permiscentur, alii ex dissitis locis, velut Primus Nicomediensis* (*ian. 22*), *Vitalis Spoletanus* (*ian. 21*) *et Calista quaedam* (*n. 36*) *seu potius Callistus, coemeterii eponymus, in unum gregem cum iis coadunantur. De singulis nunc dicendum.*

*3.* PAULI] *Iam supra, ian. 14, 18.*

*4.* QUINTI] *Cf. ian. 9, 10, 11, 12 ; cf. ian. 21, n.57.*

*5.* GERONTI] *Iam supra, ian. 14.*

*6.* IANUARI] *Supra, ian. 9, et alias saepe, sed et ad diem ian. 22, n, 36, ubi martyribus Hispanis annumeratur. Notasse iuverit alia hodie nomina occurrere e catalogo Hispanorum : Successi* (*n. 8*), *Iuli* (*n. 19*), *Publi* (*n. 22*), *Felicis* (*n. 23*), *Cassiani* (*n. 26*) *et tandem Spani* (*n. 30*), *pro Hispania.*

*7.* SATURNINI] *Vel Saturninae, ian. 18, 21, 23, 24 et infra n. 34.*

*8.* SUCCESSI] *Supra, ian. 14, n. 18 ; 18, n. 60. Homonymum Hispanum die 22 commemorari, dictum est ad n. 6.*

*9.* GERMANAE] *Al. Germani. Nudum nomen.*

*10.* TERTULAE] *Hoc nomine, cum addito aliorum multorum, sanctos Tertullenses significari diximus ad n. 1.*

*14.* TIBERITANI] *Civitatis incolas, v. g. Tiberiae seu Coloniae Masculae in Numidia*[1], *designari vix crediderim, nam* Tiberitanorum *saltem exspectaveris. Tiberitani, al. Tiberiani, infra, n. 54 Tubariani vel Teleriani, ad diem ian. 18, n.62, martyris mihi potius nomen est, ignoti tamen.*

*15.* MAIOLI] *Seu Maiuli, al. Mauili, ian. 18, n. 64 ; 21, n. 71.*

*16.* VICTORIANI] *Cf. supra, ian. 14, n. 19.*

*17.* HONORATI] *Cf. ian. 18, n. 67 ; 21, n. 72.*

*18.* FURTUNATI] *Ian. 18, n. 41. Iterum infra, n. 55.*

*19.* IULI] *Fortasse, ut die 18* (*ad n. 57*), *in codice E, pro ma*]*iuli. Nisi tamen sit Iulius Hispanus de quo ian. 22, n. 44.*

*20.* LUCI] *Ian. 18, n. 65. Iterum infra, n. 33, et ian. 21, n. 70.*

*21.* MARCUSI] *Fortasse iteratur Maiuli* (*n. 15*)

[1] *C.I.L.*, VIII, 2245.

(*n. 15*), *cuius loco scriptum repperimus in codice* W, *Marculi, ian. 18, n. 64. Etiam ian. 21, n. 73; 27, n. 52: Matrosi al. Marosi.*

*22.* PUBLI] *Die ian. 21, 22: Publius Hispanus.*

*23.* FELICI] *Item ian. 21, n. 11; 22, n. 29: Felix Hispanus.*

*24.* GAIAE] *Cf. ian. 21, n. 76: Gai.*

*25.* VITALIS] *Die ian. 21 Vitalis martyr Spoletanus nuntiatur in codice E.*

*26.* CASSIANI] *Die ian. 22, n. 22, Cassianus inter Hispanos. Iterum infra, n. 31.*

*27.* SECUNDI] *Cf. ian. 21, n. 74, Secundi.*

*28.* VICTORIS] *Item ian. 21, n. 67 Victoris.*

*29.* PRIMI] *In libris nostris ian. 21, n. 69. In breviario syriaco, die 22, inter martyres Nicomedienses.*

*30.* SPANI] *al. Hispani. Scribendum videtur in Hispania, cum nonnulli ex sanctis Hispanis a die 22 huc transierint. Supra, ad n. 6.*

*31.* CACINARI] = *Cassiani, iam supra n. 26.*

*33.* LUCI] *Iam supra, n. 20.*

*34.* SATURNINAE] *Cf. supra, n. 7.*

*35.* FLORIDAE] *Iam ian. 14, n. 25; 18, n. 69.*

*36.* CALISTAE] *Lege <cimiterium> Callisti, quod ad laterculum sequentis diei pertinet.*

*37.* MOLENDIONIS] *Nudum nomen, quod et corruptum videtur.*

*38.* HIEROSOLIMA] *Memoria Marii (al. Mariae) et Marthae martyrum qui Romae die 20 ian. coluntur, sorores Lazari huc adduxit, proindeque earum commemoratio nullo nititur usu liturgico ecclesiae Hierosolymitanae vel cuiuscumque ecclesiae* [1]. *Interpolatori debetur:*

**Hierosolima Marthae et Mariae sororum Lazari.**

*44.* CARTHAGINE] *Kalendarii Carthaginiensis excerptum de sanctis Ficariensibus supra ad n. 1 attulimus; qua ratione laterculus emendandus sit non satis liquet. Piae expungo utpote contractum ex Picariae. Hoc autem non mulieris nomen est sed confictum e vocabulo Ficarienses. Martyres Ficarienses numero triginta et octo fuisse codicum lectio indicare videtur. Martyrologium Romanum:* In Africa sanctorum martyrum Pauli, Gerontii, Ianuarii, Saturnini, Iulii, Cati, Piae et Germanae. « *Hi omnes restituti sunt, ita Baronius, ex vetustissimo martyrologio manuscripto quod Romae in monasterio S. Cyriaci in Thermis usui erat.* » *Quam incertus sit laterculus passim e martyrologio nostro congregatus, ex dictis satis patet, neque sanctos ullos fuisse quibus Cati vel Piae nomen esset.*

*52.* ZOSIMI] *Iam habuimus Zosimum pro Zenone, Minelampi pro Melanippi die ian. 18 (n. 43), ubi laterculus martyrum Nicaenorum turbate quidem sed tamen integer producitur, hic vero truncus et mutilus. Hodie porro in breviario Syriaco nuntiantur: ἐν Νικαίᾳ... ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Κοσκώνιος, Ζήνων, Μελάνιππος. Et iterum die feb. 23: ἐν Ἀσίᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Πολύκαρπος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Ἄρωτος καὶ Κοσκώνιος καὶ Μελάνιππος καὶ Ζήνων. Rursum, sept. 2: ἐν Νικομηδείᾳ ἐν τῷ αὐτῷ β' τοῦ Ἐλούλ, ἐκ τῶν ἀρχαίων...* [2] *καὶ Κοσκώνιος καὶ Ζήνων καὶ Μελάνιππος· καὶ οἱ υἱοὶ τῆς Θεοδότης, ubi loco Nicomediae libenter legerim: ἐν Νικαίᾳ, ut in laterculo 19 ian., emendationem quoque suadente Theodota, quae Nicaena est. De Cosconio eiusque sociis, quos ex libris nostris celebratissimos quondam fuisse constat et ante aetatem Diocletianeam passos (ἐκ τῶν ἀρχαίων), nihil praeterea traditum est. Ergo scribamus oportet, ut heri:*

**<Nicaeae Cosconi,> Zenonis, Melanippi.**

*54.* TUBARIANI] *Supra, n. 14, Tiberitani.*

*55.* FORTUNATI] *Iam supra, n. 18.*

*59.* SEBASTIANI] *Non quidem vigilia S. Sebastiani nuntiatur, ut nonnemini placuit* [3], *sed anticipatio est ex die sequenti, ut alias saepe:*

**Romae passio sancti Sebastiani martyris.**

*61.* LUGDUNO] *Habetur Vita S. Nicetii ab anonymo scripta* [4] *et altera in Vitis Patrum* [5], *a Gregorio Turonensi, qui aliis etiam locis eundem laudat* . Obiit IIII non. april... XXXIII° p. c. Iustini et indic. sexta, *id est 2 april. anno 573, ita testante titulo sepulcrali* [7]. *Sacerdoti episcopo († 11 sept. 552), cuius nepos erat, in cathedra Lugdunensi successit* [8] *fuitque ordinatus die 19 ian. 553, quae, ut notat Duchesne* [9], *dominica erat.*

**Lugduno ordinatio episcopatus sancti Niceti.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Tiberi Tanmaioli = Tiberitani Maioli, n. 14, 15; Germanici = Germanae al. Germani, n. 9.*

[1] Cf. DUCHESNE, *Les fastes épiscopaux*, t. I[2], p. 324-25. — [2] Hoc loco Syrus interpres inserit nomen corruptum, de quo ad diem 2 sept. — [3] URBAIN, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde zu Rom*, p. 122. — [4] *BHL.* 6088. — [5] *BHL.* 6089.— [6] *Hist. Fr.* IV, 36; *Virtutes S. Iuliani*, II, 50; *in Gloria confessorum* 60. — [7] LEBLANT, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, n. 25; cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 167: A. COVILLE, *Recherches sur l'histoire de Lyon*, p. 323-46. — [8] *M.G.*, Script. rer. merov., t. III, p. 518-21. — [9] In schedis.

# XIII KAL. FEB.

| I | II |
|---|---|
| Romae passio sancti Sebastiani Fabiani [5] episcopi. via Cornelia miliario ab [10] urbe XII Mari et Ambacu [15]. Lugduno Clementis presbyteri [18]. | Romae in [20] cimiterio Fabiani episcopi et Sebastiani [25]. in cimiterio Mariae et Marthae [30] Audefax et Abacuc. Lugduno Gallia [35] Clementis presbyteri [38]. |

**In Nicomedia [40] Leonti**

**Ciriaci [42] Biticendi Ursi | Biti [45] Ciriaci Ursi Cendei Leuci [49]**

**Flori Felicis Celedoniae Marciae Neveduno Tyrsi [55]**

**Leuci Gallinici [57] |**

**Kiriaci**

**| Galinici [a]**

*Addunt codices pleniores :* a) et in spanis vincenti E ; rome passio sanctae agnetis (agnitis B¹) virginis BS.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 8. cornēl E | 9. miliā E | 16. lugduñ E | 18. prb̄ E | 21. cim̄ B ; cimityrio W | 23. *om.* S | 25. sabastiani B¹ W | 27. cymitirio W | 28. marii S² | 30. martę S ; marthe W | 31. adefax S ; audifax B² | 34. lugduno W | 35. gallea S | 38. *om.* B | 39. *om.* BSW | 40. nicom̄ E | 46. cyriaci SW | 49. luci W | 52. caeledoniae B ; caeledome W ; celendonię S | 53. marcie S | 54. nividuno S | 55. tarsi E ; tursi W | 58. quiriaci BSW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae in catacumba nat. Sebastiani Vincentii et Fabiani et in Spanis Vincenti Marii Marthae cum filiis suis — TAML. : Fabiani Sabastiani Vincentii Calesti Adaflexi Mariae Marthae Agnetis virginis Celidonae Marciae Lugdonagal Clementis presbiteri Leontii Biti Ciriacii bis Ursi Gallinici Marcialis tem Felicis Viti Candei Florae Leonti Ciriaci Taracona — RICH. : Rome via Appia sancti Sebastiani. Fabiani episcopi...

## IAN. 20

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum :* XIII kal. feb. Fabiani in Callisti et Sebastiani in Catacumbas. *Kalendarium Carthaginiense :* sancti martyris Sivastiani. *Sacramentarium Gelasianum :* in natali sanctorum martyrum Sebastiani Mariae Audifax et Abacuc... in natali sancti Fabiani [1]. *Sacramentarium Gregorianum :* Natale sancti Fabiani... Natale sancti Sebastiani [2]. *Error est in Catalogo Liberiano ubi dicitur S. Fabianus* passus XII kl. feb. [3], *et etiam in Libro pontificali :* Sepultus est in cymiterio Calisti via Appia XIIII kal. febr. [4]. *Constat enim de XIII kal. feb. ex antiquo feriali et perpetuo usu liturgico. De loco depositionis nulla est controversia. Recte Itinerarium Salisburgense :* Postea pervenies via Appia ad S. Sebastianum martyrem ; cuius corpus iacet in inferiore loco... Eadem via ad S. Caeciliam, ibi innumerabilis multitudo martyrum... Flavianus martyr [5] ; *et quidem in coemeterio Callisti a Rossio detectus est S. F a b i a n i titulus sepulcralis* [6] *:*

*ΦΑΒΙΑΝΟΣ ΕΠΙ ΜΡΤ*

*ubi vocabulum μάρτυρ alia manu additum est* [7]. *S. Fabiani reliquiae, alio translatae, omnino pessum ierunt* [8]. *Antiquissimum certissimumque de sancti pontificis martyrio († 250) testimonium habetur in epistulis S. Cypriani* [9]. *Qua aetate vixerit S. S e b a s t i a n u s nos latet. Acta quidem eius habemus satis antiqua, sed a fide historica perquam aliena* [10]. *Eius autem basilica ea est quam* in catacumbas ubi iacuerunt corpora sanctorum apostolorum Petri et Pauli *exstruxisse fertur Damasus papa* [11], *et complures pontifices restaurarunt* [12]. *Titulus anno 401-417 in basilica positus est, ita inscriptus :*

TEMPORIBVS SANCTI
INNOCENTI EPISCOPI
PROCLINVS ET VRSVS PRAESBB
TITVLI BYZANTI
SANCTO MARTYRI
SEBASTIANO EX VOTO FECER(V)NT [13]

*Et alius, incerta aetate, in basilica S. Stephani Caelimontana :*

IN QVA SANCTA SIMVL CONDVNTVR PIGNORA [SVMMI
EGREGIIQVE SABASTIANI MVLTISQVE ALIO- [RVM... [14].

[1] WILSON, p. 163-64. — [2] WILSON, p. 20. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 4. — [4] DUCHESNE, t. c., p. 148. — [5] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 180. — [6] ID., ibid., t. II, p. 58-62 ; cf. t. I p. 236-37. — [7] Cf. DELEHAYE, *Sanctus*, p. 173-75. — [8] F. GROSSI GONDI, *S. Fabiano papa e martire la sua tomba e le sue spoglie attraverso i secoli*, Roma, 1916. — [9] Epist. IX, XXX, HARTEL, pp. 488, 553. — [10] *BHL.* 7543 ; *BHG.* 1620. — [11] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 212. — [12] P. KEHR, *Regesta pontificum Romanorum*, t. I, p. 162-64 ; Chr. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 460 ; DUCHESNE, in *Memorie dell' Accademia di Archeol.*, t. I (1923), p. 1-23 ; GROSSI GONDI, *La tomba e l'altare di S. Sebastiano della basilica dell' Appia*, Roma, 1918. — [13] O. MARUCCHI, *I monumenti del museo cristiano Pio-Lateranense*, tav. XLIV, 11 ; DE ROSSI, *Inscriptiones christ. Urbis Romae*, t. II, p. 322. — [14] Ibid., p. 152.

*Venerationis*

*Venerationis S. Sebastiano antiquissimis temporibus in Hispania* [1] *et in Africa* [2] *habitae monumenta supersunt. His dictis, si ratio habetur laterculorum qui tum die 16 ian., tum hodie variis in codicibus prostant, ita scribendum erit:*

**Romae via Appia in cimiterio Callisti Fabiani episcopi.**
**<item> in Catacumbas Sebastiani.**

*7.* VIA CORNELIA] *E Sacramentario Gelasiano nomina quattuor sanctorum superius adduximus, de quibus nonnulla praenotata sunt ad diem 16 ianuarii. Eosdem via Cornelia quievisse testatur Epitome de locis sanctorum:* Iuxta eandem quoque viam S. Rufina, S. Secunda, S. Maria, S. Marius, S. Ambacu, S. Audafax et alii quamplurimi sancti iacent [3]; *et Notitia ex Wilhelmo Malmesburiensi:* in eadem via ecclesia altera in qua requiescunt sanctae virgines Rufina et Secunda. In tertia ecclesia sunt Marius et Martha et Audifax et Abacuc filii eorum [4]. *Locus adhuc repertus non est. Notasse tamen iuvat inter possessiones, quas litteris 10 feb. 1158 enumerat Adrianus IV papa, memorari* ad Castrum Bucceie ecclesiam sanctorum Marii et Marthae [5]. *Eorundem Acta haec referunt:* Qui ducti via Cornelia, miliario tertio decimo ad Nymphas Catabassi, ibi in eodem loco decollati sunt sub arenario Marius, Audifax et Abbacuc; Martha vero in Nympha necata est. *Matrona autem quaedam Felicitas corpora eorum sepelivit in praedio suo* tertio decimo kalendarum februariarum [6]. *Miliaria ab Urbe XII numerat hodie Epternacensis, die 16 melius XIII. Hinc:*

**Via Cornelia miliario ab Urbe XIII in cimiterio <eorum> Marii, Marthae, Audifacis et Abacuc.**

*15.* AMBACU] *Lege quae dicta sunt ad diem ian. 16, ad n. 12.*

*16.* LUGDUNO] *Lugdunensibus ipsis ignotus est Clemens ille. Ceterum plana est annunciatio:*

**Lugduno Galliae Clementis presbyteri.**

*28.* MARIAE] = *Marii, n. 13.*

*39.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Νικομηδείᾳ τῇ πόλει Λεόντιος καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν Νικομηδείᾳ Κυριακὸς καὶ Κίνδος καὶ Βίτιος Φλῶρος καὶ Φῆλιξ. *Notandum etiam die 25 nuntiari* ἐν Νικομηδείᾳ Τῖτος καὶ Φλῶρος, *et die 26* ἐν Νικομηδείᾳ Βῖτος. *Contextus syriacus hisce diebus nonnihil in conditus apparet, et nomina eadem iterat. Horum martyrum Nicomediensium nulla supersunt Acta. Unde si codicibus nostris cum syriaco collatis stemus, ita scribatur oportet:*

**in Nicomedia Leonti, Ciriaci, Biti, Cendei, Flori, Felicis.**

*Sed, quod mireris, tres sancti cognomines* Λεόντιος, Κινδαῖος, Κυριακὸς *in fastis Graecorum ad diem 1 aug. connumerantur martyribus novem qui Sidae in Pamphylia sub Diocletiano passi leguntur* [7], *cuius rei nullam congruam rationem me invenire profiteor.*

*43.* BITICENDI] *Id est Biti et Cendei. n. 45, 48.*

*44.* URSI] *Id est Tirsi, n. 55.*

*49.* LEUCI] *Cf. infra ad n. 55.*

*50.* FLORI] *Nicomedienses sunt Florus et Felix, supra n. 39.*

*52.* CELEDONIAE] *Nudum nomen.*

*53.* MARCIAE] *Quoniam saepius occurrit, nec raro mancum vel depravatum nomen Marciani, martyris cum multis in locis tum maxime in Moesia celeberrimi, pro Marciae legendum esse conieceris Marciani, qui Novioduno (n. 54) tribuendus sit. Secus de Marcia nihil notandum occurrit.*

*54.* NEVEDUNO] *Nevedunum, Neviodunum, Noviodunum non unius oppidi nomen est* [8]. *Noviodunum in Moesia inferiore* [9] *seligere placet, quoniam martyres in Moesia cultos non paucos recenset martyrologium hieronymianum* [10]. *S. Thyrsum (n.55) in hac civitate coli potuisse non nego, nullo tamen documento comprobatur. Quare lectio* Neveduno Marciani *potior mihi videretur, dummodo de Marcia (n. 53) non falso coniectaverimus.*

*Neque hoc praetereundum est. Ad diem 25 maii, n. 43 nuntiatur Fabianus pro Flaviano, eodemque die in breviario Syriaco mentio habetur alterius Flaviani:* ἐν Νοβιοδούνῳ Φλαβιανὸς ὁ μάρτυς. *Itaque fieri potuit ut interpolator cum nomine Fabiani hodierni (n. 5) nomen urbis Novioduni coniunxerit quod alio die nomini Fabiani annexum esse meminerat.*

*55.* TYRSI] *Thyrsus hodie fastis Graecorum inscriptus est:* μνήμη τῶν ἁγίων μαρτύρων Θύρσου καὶ Ἁγνῆς. *Horum autem festum Constantinopoli agebatur* πλησίον Ἑλενιανῶν [11]. *Et* Ἁγνὴ *quidem seu Agnes celeberrima est virgo Romana cuius natalis dies est ian. 21. De Thyrso autem surgit dubitatio utrum habuerit necne comites illos individuos Leucium et Callinicum quos tum fasti nostri diebus 15, 18, 27, 31 ian., tum Passio eorundem commemorant* [12], *et quorum nomina hodie ab interpolatore adiecta fuisse haud dubitanter coniecerim. Solum Thyrsum commemorat Sozomenus, ubi de ecclesia a Caesario aedificata:* Καισάριος εἰς τιμὴν Θύρσου τοῦ μάρτυρος μεγαλοπρεπῆ ναὸν τῷ Θεῷ ἐνθάδε ἀνέστησεν [13]. *Procopius etiam inter aedes sacras a Iustiniano conditas recenset*

[1] HÜBNER, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, 90. — [2] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, 246. — [3] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 182. — [4] Ibid., p. 183. — [5] JAFFÉ-EWALD, *Regesta pontificum Romanorum*, 10387. — [6] *BHL.* 5543, n. 19. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 860. — [8] A. HOLDER, *Alt-celtischer Sprachschatz*, t. II, pp. 740, 787-89. — [9] Non longe ab Isaccea (Dobrudscha). — [10] *Saints de Thrace et de Mésie*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 161-300. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 407. — [12] *BHG.* 1845; *BHL.* 8277-8281. — [13] *Hist. eccl.*, IX, 2, 6. Non adeo perspicua sunt quae de eodem οἴκῳ τοῦ ἁγίου Θύρσου refert *Chronicon Paschale*, DINDORF, p. 590. Cf. *Les origines du culte des martyrs*, p. 102, n. 2.

τοῦ

*τοῦ Θύρσου μάρτυρος ἕδος*[1]. *Quod ecclesia Constantinopolitana πλησίον Ἐλενιανῶν, in qua hodie S. Thyrsi commemoratio nuntiabatur, sanctis Thyrso, Leucio et Callinico sacra erat, vocaturque μαρτυρεῖον αὐτῶν*[2], *nodum non solvit, potuitque cultus martyris cognominis in basilicam S. Thyrsi et sociorum transferri. Quicquid id est, S. Thyrsum Novioduni (n. 54) passum vel venerationi habitum fuisse satis probabile non videtur. In kalendariis mozarabicis nunc* S. Tyrsi *solius nunc* S. Tyrsi et comitum *memoria inscripta est ad diem 28 ian.*[3]. Tirsi *reliquiae in altari positae erant cum aliis plurimis cuius nomina sunt in titulo, ut videtur saeculi VI, prope Zafra Hispaniae reperto*[4]. *Oveti, in ecclesia parochiali Sancti Thyrsi, detecta est pars lapidis confracti, his litteris inscripta:* BEATISSIME TIRSE... VT SINT MICI A D(*omino*) DIMISSA OMNIA P(*eccata*) PER IPSVM QVI TE ELEGIT SIBI[5].

*56.* LEUCI ] *Supra, n. 49, cum Gallinici, n. 57, 59, interpolatum videtur ut inde restitueretur celebratissima turma Thyrsi, Leuci et Callinici, supra, ad n. 55.*

*58.* KIRIACI] *Supra, n. 42.*

*59.* GALINICI] *Supra, n. 57, cf. n. 55.*

ADDITAMENTA] *Niceti. De S. Nicetio, ad diem ian. 19, n. 61.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.* : *Adaflexi = Audifax, n. 31; Lugdonagal = Lugduno Galliae, n. 34, 35; Taracona, civitas, ian. 21, n. 36.*

[1] *De aedif.*, I, 4. Repertus est in Lycaonia titulus ὅροι τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου (ἱερομάρτυρος?) Θύρσου. *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 465. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 307. — [3] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 452-53. — [4] Hübner, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, n. 57. Integrum dabimus ad diem 21. De ecclesia S. Thyrsi quae olim Toleti erat, Hübner, n. 393. — [5] Hübner, n. 481.

---

# XII KAL. FEB.

| I | II |
|---|---|
| **Romae sanctae Agnae virginis.** | **Romae passio sanctae Agnetis virginis.** |

**Natale Felicis Fructuosi Celsiani Fulogi Celiani Augori Marcialis item Felicis Cendei Viti Flori Leonti Cyriaci Fustaci. Nicomedia Eustasi confessoris. in Africa Solutoris Hermetis. in Spania civitate Taracona passio sanctorum Fructuosi episcopi Augori et Eulogii diaconi. Trecas passio sancti Patrocli martyris. Arvernus depositio beati Aviti episcopi. alibi Saturnini Quintini Marini Datii Saturi Gaddiani Celiani Zabuli Mammas Vincentiae Rogati Victoris Repositae Primi Luci Maiulini Honorati Marcusi Secundi Castini Gai Caelestini Ermis episcopi et Publi**[a].

*Addunt codices pleniores* : a) vincenti spoliti civī vitalis E ; romae passio sanctae agnetis virginis B² *in marg.* ; item leontii C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 5-9 *om.* BS ; *in addit. diei 20.* | 7. *om.* W | 10. *om.* E | 12. *add.* marī B | 13. celsionis BSW | 14. fulogicę SW ; *om.* E | 15. caeciliane BS ; ciciliane W | 16. augurii B ; agurii S ; augeri W | 20-21. viti candei BSW | 22. flore BS | 24. ciriaci B | 25. faustaci BSW | 26. nicom̄ E | 27. eostasi BSW | 28. *om.* E | 30. aff̄ E ; affrica W | 31. solutaris E ; salutoris W | 32. et metis W | 33. *om.* E | 34. hispanis B ; hispaniis SW | 35. civī E | 36. taragona S¹ ; tarracona S² ; racora E | 37. *om.* EW | 40. *om.* E | 41. auguri BW ; augurii S | 42. *om.* E | 43. eulogiae E ; elogii B ; eologii SW | 44. daci E ; diac̄ W ; diaconorum B | 45. tricas S¹ | 46. *om.* E | 49. *om.* E | 50. arvernius E ; arvernis S² | 52. *om.* E | 55. *om.* BSW | 57. quinti BSW | 59. dacii SW | 60. satiri W ; saturri S | 62. caeliani B ; celeani S | 63. zabullii BSW | 64. mamas B ; mammasi S | 65. vincenti BSW | 66. arogati BW ; arogoti S | 67. victuris B¹ S | 68. posite S¹ | 70. lucii BSW | 71. maulini E | 73. macusi E | 76. gagi BSW | 77. celestini W | 78. et S | 79. prb̄ri W | 81. pupli E ; *add.* ep̄i S².

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Nat. sanctae Agnae virginis et in Spanis Fructuosi episcopi Eglogii Augorii et Vincenti et in Eupoliti Vitalis Trecas passio Patrocli et Avernus depositio Aviti episcopi Celestini episcopi Ermis episcopi. — Taml. : Fructuosi episcopi Felicis Celsionis Ciciliani Auguri Martialis Fulogiae Eulogiae Vincentiae Agnae virginis in Roma Repositae Felicis Emerentianae Vincentii Cendeni Flori Viti Leontii Puplii Ciriacii Vincentis Faustaci Eustacii Salvatoris Hermetis Fructuosii Augorii Diacii Vitalis et aliorum V Patroclii Aviti episcopi Saturnini Quintini Marini Datii Rutiri Gaddani Caeliani Servulii Rogati Victoris Primi Lucii Maiulini Honorati Secundi Nascussi Castini Zatii Celestini Hermis Eglinnae virginis. — Rich. : Romae via Numentana passio sanctae Agnae. Et in Spaniis Fructuosi episcopi et Logii. Et in Spoliti Vitalis Alcuernis Aviti episcopi Saturnini.

## IAN. 21

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum:* XII kal. feb. Agnetis in Nomentana. *Kalendarium Carthaginiense:* sanctae martyris Agnes. *Sacramentarium Gelasianum:* in natali sanctae Agnetis virginis

virginis de passione sua [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* Natale sanctae Agnae [2]. *Die 28 ian. Romae fit eiusdem altera commemoratio et 18 oct. Ostiae. Passionem eius enarrarunt S. Ambrosius* [3], *Damasus* [4], *Prudentius* [5], *hagiographi antiqui graeci* [6], *latini* [7], *syri* [8], *alii plurimi saeculis labentibus* [9]. *De basilica S. Agnetis via Nomentana unum pro ceteris adducatur Itinerarium Salisburgense:* Deinde via Numentana ad ecclesiam S. Agnae, quae formosa est, in qua sola pausat et ipsam episcopus Honorius miro opere reparavit [10]. *Epitaphium:* Agne sanctissima [11], *pro titulo sepulcrali S. Agnae seu Agnetis immerito habitum est nec christianum esse certo constat* [12]. *Basilicam S. Agnetis Constantinus Augustus condidisse fertur* [13], *quam dedicavit Constantina, ut carmine acrosticho, absidi olim inscripto, nunc autem deperdito, efficitur.*

CONSTANTINA DEVM VENERANS CHRISTOQVE DICATA
OMNIBUS IMPENSIS DEVOTA MENTE PARATIS
NVMINE DIVINO MVLTVM CHRISTOQVE IVVANTE
SACRAVI TEMPLVM VICTRICIS VIRGINIS AGNES [14]...

*Eandem ecclesiam Honorius (626-638) a solo restituit* [15], *absidem et arcum titulis metricis decoravit* [16]. *Ab aliis pontificibus, non semel renovata est* [17]. *Erant et intra muros Urbis ecclesiae S. Agnetis ad Duo Furna, et S. Agnetis de Agone, quae etiamnum exstat* [18].

*A g n e n Damasus* [19], *A g n a m Augustinus* [20] *nuncupat sanctam martyrem. In casu obliquo tum A g n a e tum A g n e t i s scriptio est ab antiquis testibus comprobata, et haec quidem a kalendario philocaliano et sacramentario Gelasiano, illa autem a sacramentario Gregoriano, cui astipulatur titulus basilicae:*

VIRGINIS HOC AGNAE CLAVDVNTVR MEMBRA SEPVLCHRO [21]

*A g n e s more graecorum est apud Prudentium* [22] *et in carmine acrosticho.*

*Viam Nomentanam solus memorat cod. Rich., sed certa est antiqua lectio:*

**Romae via Nomentana passio sanctae Agnae virginis.**

*In Graecorum fastis ter saltem inscriptum est nomen* τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἁγνῆς, *ian. 20, 21, et febr. 1* [23].

*11.* FELICIS] *Felices duo hodie nuntiantur, Nicomediensis alter (n. 19), alter Hispanus, de quo iterum ian. 22, n. 29.*

*12.* FRUCTUOSI] *Infra, ad n. 34.*

*13.* CELSIANI] *Infra, n. 15, 62: C e l i a n i, et ian. 24. Lege C a e c i l i a n i, de quo iterum ian. 22.*

*14.* FULOGI] *Infra, ad n. 33, cum Fructuoso.*

*15.* CELIANI] *Supra, C e l s i a n i, n. 13.*

*16.* AUGORI] *Infra ad n. 33, cum Fructuoso.*

*17.* MARCIALIS] *Iterum ian. 22, n. 26.*

*19.* FELICIS] *Ille Felix, qui cum ceteris heri sub N i c o m e d i a nuntiabantur. Neque hodie civitatis nomen deest, sed loco motum est, n. 26. Hinc:*

**Nicomedia Felicis, Cendei, Viti, Flori, Leonti, Cyriaci.**

*25.* FUSTACI] *Al. F a u s t a c i. Si quis contenderit hoc sub nomine latere F a u s t i, qui Faustus M a r c i a l i (n. 17) solet adhaerere, et ian. 22, n. 27, inter Hispanos nuntiatur, non contradicam. Nec tamen ita dissimilis est ab E u s t a s i, al. E o s t a s i, E u s t a c i, qui proxime (n. 27) subsequitur.*

*26.* NICOMEDIA] *Supra, ad n. 19.*

*27.* EUSTASI] *Die 24 ian. E u s t a c i, E u s t a s i c o n f e s s o r i s. Celebris est E u s t a s i u s, discipulus S. Columbani* [24]. *Eius autem natalis est dies april. 2, et alius videtur ab hoc nostro.*

*30.* IN AFRICA] *Inter Afros saepius recensetur S o l u t o r, v. gr. mart. 15, 24, 27, april. 8, 23, mai 10, dec. 19. Interdum etiam H e r m e s, v. gr. mart. 1, oct. 10, nov. 2, vel ut est infra, n.78, E r m i s e p i s c o p i. Proximus tamen est H e r m e s, ian. 22 et 24, cuius etiam vestigium deprehendere visi sumus ian. 23 (ad n. 26). Omnia nimium incerta sunt, et caute actum erit si solum S o l u t o r e m Africae relinquamus, non tamen exclusis nonnullis ex iis qui inferius a l i b i (n. 55) nuntiantur.*

*33.* IN SPANIA] *Martyrum Tarraconensium, quorum habentur Acta optima* [25] *et egregius Prudentii hymnus* [26], *natalis dies hodie celebratur, teste S. Augustino, in eorum laudatione:* Beati quorum Passio recitata est ; beata Agnes sancta cuius passionis hodiernus est dies [27].

**in Spania civitate Taracona passio sanctorum Fructuosi episcopi, Auguri et Eulogii diaconorum.**

[1] WILSON, p. 164. — [2] WILSON, p. 21. — [3] *De virginibus*, I, 2. *P.L.*, t. XVI, p. 200-202. — [4] IHM, *Damasi Epigrammata*, n. 40. — [5] *Peristeph.* XIV. — [6] *BHG.* 45, 46. — [7] *BHL.* 156, 157. De his egregie P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *S. Agnese nella tradizione e nella leggenda*, in *Römische Quartalschrift*, Xes Supplementheft, Roma, 1899. — [8] *BHO.* 34. — [9] *BHL.* 160-167. 164, b, d, m ; CHEVALIER, *Repertorium hymnologicum*, t. VI, p. 3.— [10] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 178. Cf. M. ARMELLINI, *Il cimiterio di S. Agnese sulla via Nomentana*, Roma, 1880. — [11] SILVAGNI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, N. S., t. I, 2816. — [12] H. DELEHAYE, *Sanctus*, p. 49.— [13] DUCHESNE, *Liber pontificalis*, t. I, p. 180.— [14] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 44.— [15] *Liber Pontificalis*, t. c., p. 323.— [16] Titulus in musivo absidis adhuc exstat. DE ROSSI, *Inscriptiones*, t. c., p. 89, n. 42 ; ID., *Musaici delle Chiese di Roma*, S. Agnese. Epigramma olim arcui inscriptum, ID., *Inscriptiones*, t. c., p.89, n. 43.— [17] P. KEHR, *Regesta pontificum Romanorum*, t. I, p. 158-59 ; Chr. HUELSEN, *Le Chiese di Roma nel medio evo*, p. 170.— [18] HUELSEN, t. c., p. 168-69. — [19] IHM, n. 40. — [20] *Sermo* 354, n. 5, *P.L.*, t. XXXIX, p. 1565.— [21] DE ROSSI, *Inscriptiones*, t. c., p. 63, n. 5. — [22] PRUDENTIUS, *Peristeph.* XIV : *Agnes sepulchrum est Romulea in domo.* In lemmate codices non omnes : *Passio Agnetis.*— [23] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 408, 412, 440.— [24] *BHL.* 2773.— [25] *BHL.* 3196.— [26] *Peristeph.*,VI.— [27] *Sermo* 273, n. 6, 1. *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1250.

In

*In oppido La Morera (Estramadura), repertus est lapis saec. VI inscriptus* [1]:

SVNT IN HOC ALTARIO
SACRI ESTEPHA RELIQVIAE
NVM. XV

| | |
|---|---|
| STEPHANI | BAVDILI |
| LVCRETIAE | PAVLI CONF. |
| SATVRNINI | NAZARII |
| SEBASTIANI | EVLOGII |
| FRVCTVOSI | TIRSI |
| AVGVRII | VERISSIMI |
| EVLALIAE | MAXIMAE |
| | ET IVLIAE |

45. TRECAS] *Habetur Passio S. Patrocli Trecensis* [2], *cuius et miraculum enarrat Gregorius Turonensis* [3]. *Die 21 iul., Patroclus ille aliis plurimis martyribus adiunctus est ab homine qui* XII kal. aug. *pro* XII kal. feb. *legisse credendus est.*

**Trecas passio sancti Patrocli martyris.**

50. ARVERNUS] *De Avito, episcopo Arvernensi, quem non ante 592 obiisse constat, plurima apud Gregorium Turonensem eius aequalem* [4].

**Arvernis depositio beati Aviti episcopi.**

55. ALIBI] *Martyres, quorum subsequuntur nomina, maximam partem occurrunt etiam proximis diebus, et sub Africa (n. 30), paucis exceptis, nuntiandi videntur .*

56. SATURNINI] *Saepius, etiam ian. 19, 23, 24, 31.*

57. QUINTINI] *Al. Quinti, ian. 19, n. 4; 27, n. 15: Quintilli.*

58. MARINI] *Etiam ian. 24, n. 34; 27, n. 22: Marinae.*

59. DATII] *Etiam ian. 24, 27* (cod. E). *Legenda quae notata sunt ad ian. 24, n. 35.*

60. SATURI] *Etiam ian. 22, n. 58; 24, n. 36, in breviario autem Syriaco, ad diem 25, ἐν Νικομηδείᾳ Σάτυρος καὶ Μαμμαῖος. Hic autem infra (n. 64) Mammas nuncupatur. Hinc*

**<in Nicomedia> Saturi <et> Mammaei.**

61. GADDIANI] *Etiam ian. 24, n. 38: Gudodiani, et forsitan etiam 27, n. 25: Godditis.*

62. CELIANI] *Supra, n. 13, Celsiani.*

63. ZABULI] *Etiam ian. 24, n.37: Iabelli.*

64. MAMMAS] *Cum Saturo, supra, n. 60.*

65. VINCENTIAE] *Etiam ian. 17, 22, 24, 28.*

66. ROGATI] *Etiam ian. 27, n. 29.*

67. VICTORIS] *Etiam ian. 17; 19, 27, 28, 29, 30, 31.*

68. REPOSITAE] *Huius diei propria, ceterum ignota.*

69. PRIMI] *Etiam ian. 19, n. 29; 27, n. 30. In breviario Syriaco, ad diem ian. 22: ἐν Νικομηδείᾳ Πολύευκτος καὶ Εὐψύχιος καὶ Κλήμης καὶ Πρῖμος... Si lectio vera esset, scribendum foret* <in Nicomedia> Primi. *Verum loci nomen excidisse palam fiet ex dicendis ad diem ian. 23, n. 39. Certe Primus ille Afer non est.*

70. LUCI] *Etiam ian. 19, n. 33; 27, n. 50.*

71. MAIULINI] *Etiam ian. 18, 19 (Maiuli).*

72. HONORATI] *Etiam ian. 18, 19, 27.*

73. MARCUSI] *Etiam ian. 19, n. 21; 27, n. 52.*

74. SECUNDI] *Etiam ian. 19, n. 27; 27, n. 53.*

75. CASTINI] *Ian. 27, n. 54: Casti, forsitan etiam ian. 19, n. 26: Cassiani, nisi sit pro Caelestini, infra, n. 77.*

76. GAI] *Etiam ian. 19, n. 24: Gaiae; 27, n. 55.*

77. CAELESTINI] *Etiam ian. 27, n. 56: Caelesti. In Cambr. add. episcopi.*

78. ERMIS] *Cf. supra, n. 32, Hermetis, et n. 30.*

81. PUBLI] *Inter martyres Caesaraugustanos, ian. 22, n. 24. Iam heri nuntiatus est, et a die 28 ad 31 cotidie recurret. In martyrologio Romano nuntiatur :* Athenis natale Publii episcopi,qui post sanctum Dionysium Areopagitam Atheniensium ecclesiam nobiliter rexit *cet. Haec tandem inani Flori Lugdunensis coniecturae debentur* [5].

ADDITAMENTA] *Vincenti, cuius natalis est ian. 22.*

*Spoliti, al. Eupoliti* (Cambr.). *Plana est enuntiatio :*

**Spoleti civitate Vitalis.**

*Eius natalis dies est febr. 14.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. : Diacii = diaconi, n. 44; Rutiri = Saturi, n. 60; Mascussi = Marcusi, n. 73; Eglinnae virginis: tanta est huius codicis depravatio ut de Agnete virgine cogitare fas sit. Eglinnam quidem suam crediderunt Hiberni recentiores, eamque nuntiare coeperunt cum sancta Fainche : « Saints Fainche and Eghlionna, virgins, of Cluaincaoi, in Eoghanacht, of Cashel, county of Tipperary* [6]. » *Haec tandem ex solo Tamlactensi manarunt.*

[1] HÜBNER, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, 57. Martyrum Ta raconensium reliquiae etiam in titulo n.85, anni 630.— [2] *BHL.* 6520, 6521. — [3] *In gloria mart.*, 63. — [4] Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 36. — [5] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 308, 599.— [6] O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. I, p. 395-96.

# XI KAL. FEB.

| I | II |
|---|---|

**In Spania civitate Valentia passio [5] sancti Valeri episcopi et Vincenti [10] diaconi**

**et aliorum XVIII [14] | et [15] martyrum XVIII cum sociis eorum [20]**

**Quintiliani [21] Cassiani Matutini Pulvi Urbani [25] Marcialis Fausti**

**Successi [28] Felicis Pauli Petri | Pauli [32] Successi Petri Felicis**

**Ianuari [36] Primitivi Eboti**

**Cediani [39] Optati | Optati Caeciliani [42]**

**Frontonis Iuli [44]**

**Bellici Municipi Toechi [47] | Ianuari Luberci Apodimi [50]**

**Orionis Memnonis Ermetis Ianuariae**

**item [55] Ianuari Muci Saturi Bellici [a] | et [60] in Africa Quiri cum sociis [65] suis Gemelli Saturi Ianuari Felicis [70] Titi Flori Orionis. ad Gemellas [75] Clementis[b] Saturnini municipio [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) et rom̄ ad aquas salvī sancti anastasi episcopi E — b) anastasi martyris B. — c) anastasi martyris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. hispania BS ; hispaniis W | 5. *om.* E | 7. valerii S² | 10. vincentii S² | 16. mar̄ B ; martȳ W | 17. decim et octo B | 20. suis W | 24. pulvii BSW | 36. genuari B | 37. eopoti W | 41. obtati B | 42. ceciliani S | 50. apotimi S ; apodomi W | 52. mennonis SW | 53. hermetis BSW | 62. affrica W | 69. genuari B | 71. tyci B ; tyrsi W | 75. gemellis S¹.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Ianuarii Saturnini Munici et in Valentina natale sancti Vincentii. — TAML. : Valerii episcopi Ianuarii bis Vincentii et aliorum XVIII Quintiliani Cassiani Matutini Paulini Urbani Martialis Fausti Successi Felicis Pauli Petri martiris Primitivi Cediani Booti Optati Frontonis Iulii Bellici Municipi Tetotici Orionis Memonis Hermetis et aliorum XIX et Felicis cum sociis suis — MON. : In Spaniis Vincentī martyris... — RICH. : In Affrica Ianuarii Minucii Saturi. In Spaniis civitate Valentia passio sancti Valerii episcopi et Vincentii diaconi. In Spoliti civitate Archiroga.

## IAN. 22

*1.* IN SPANIA] *Kalendarium Polemii Silvii :* XI kal. febr. Natalis sancti Vincentii martyris [1]. *Kalendarium Carthaginiense :* Sancti martyris Vincenti. *Sacramentarium Gregorianum :* Natale sancti Vincentii [2]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [3] *:*

SANCTORVM ANASTASII ET VINCENTII

*Commemoratur in nostris libris etiam 11 ian., 20 augusti, 31 octobris, 16 et 19 aprilis (Caucoliberi). S. Vincentius diaconus Caesaraugustanus, Valentiam deductus est cum Valerio episcopo ; hic autem in exsilium missus est, ut habetur in Passione* [4]*, quae hunc suppeditavit laterculum :*

**in Spania civitate Valentia sancti Valeri episcopi et Vincenti diaconi.**

*S. Vincentii natalem celebrari « quousque vel Romanum imperium vel christianum nomen extenditur » testatur S. Augustinus* [5]*, testantur et litterarum varia monumenta* [6]*.*

*13.* ALIORUM XVIII] *Non quidem censendi sunt socii SS. Valerii et Vincentii. Alios autem hispanos horum occasione commemorare voluit martyrologus, potissimum celeberrimos illos XVIII, quos amplo carmine ornavit Prudentius* [7]*. Hos autem hoc ordine laudat :*

| | |
|---|---|
| *Optatus* | *n. 40, 41.* |
| *Lupercus* | *n. 49.* |
| *Successus* | *n. 28, 33.* |
| *Martialis* | *n. 26.* |
| *Urbanus* | *n. 25.* |
| *Iulius* | *n. 44.* |
| *Quintilianus* | *n. 21.* |
| *Publius* | *n. 24.* |
| *Fronto* | *n. 43.* |
| *Felix* | *n. 29, 35, 70.* |
| *Caecilianus* | *n. 39, 42.* |

[1] *C.I.L.*, t. I², p. 259. — [2] WILSON, p. 21. — [3] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 335. — [4] *BHL.* 8627-8633. — [5] *Sermo* 276, n. 14. *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1257. Sunt et de S. Vincentio sermones 274, 275, 277. — [6] *BHL.* 8637-8655. Cf. *Les origines du culte des martyrs*, p. 418-19 ; L. DE LAGGER, *Saint Vincent de Saragosse*, Paris, 1927. — [7] *Peristeph.* IV. Cf. Passio *BHL.* 1503-1507.

| | |
|---|---|
| *Evotus* | *n. 38.* |
| *Primitivus* | *n. 37.* |
| *Apodemus* | *n. 50.* |
| *Saturnini* (*quattuor*) | *n. 77 (?)* |

*Omnes et singuli reperti sunt in nostris codicibus (ubi Pulvi, n. 24, scriptum est pro Publi), quattuor exceptis Saturninis, quorum loco quattuor nomina proferunt, quae tum in Eugenii Toletani carmine de basilica sanctorum Decem et octo* [1], *tum in missa mozarabica S. Engratiae et martyrum XVIII leguntur* [2], *id est:*

| | |
|---|---|
| *Cassianus* | *n. 22.* |
| *Matutinus* | *n. 23.* |
| *Faustus* | *n. 27.* |
| *Ianuarius* | *n. 36, 48, 56 (?), 69(?)* |

*His admisti sunt in codicibus Petrus (n. 31, 34) et Paulus (n. 30, 32). Et Paulum quidem existimarem Narbonensem illum qui in eodem Prudentii carmine laudatur* [3], *nisi certum esset martyrum seriem ex alio fonte manasse. Igitur apostolorum principes inter Hispanos intercalatos fuisse censeo. Notasse iuverit in Caesaraugustana cohorte, qualis hoc loco prodit, trium martyrum Cordubensium, quos* tres coronas *nuncupat Prudentius* [4], *nomina occurrere, quae saepissime in hieronymianis laterculis iterantur:*

| | |
|---|---|
| *Martialis* | *n. 26.* |
| *Fausti* | *n. 27.* |
| *Ianuari* | *n. 36, 48, 56, 69.* |

*Paulum, Successum et Ianuarium martyribus afris connumerari ian. 14, 18, 19 suo loco notatum est.*

*Septem ex Caesaraugustanis martyribus die 4 apr. in codicibus nostris inscripti sunt, et die 15 apr. commemoratio fit* Luperci et Apodemi cum duobus fratribus. *Coluntur autem martyres XVIII in Hispaniarum ecclesiis die 16 aprilis* [5]. *Hodie scribendum erit:*

**<item in Spania> martyrum XVIII Quintiliani, Cassiani, Matutini, Publi, Urbani, Marcialis, Fausti, Successi, Felicis, [Pauli, Petri], Ianuari, Primitivi, Evodi, Caeciliani, Optati, Luperci, Apodemi, Frontonis, Iuli.**

*18.* CUM SOCIIS] *Haec redundare manifestum est.*

*24.* PULVI] *Lege Publi.*

*39.* CEDIANI] *Lege Caeciliani, n. 42.*

*45.* BELLICI] *Nomen corruptum crediderim, ex elementis* IVLI LIBERCI (*Luberci*). *Memento tamen hodie in breviario Syriaco mancum occurrere vocabulum cuius hae litterae supersunt* ...λλος... LLVS *quas cum Bellicus communes habet. Haec autem satis sunto, ne divinare videamur.*

*46.* MUNICIPI] *Infra, n. 57: Muci, n. 78, Municipio. Vocabulo adhaesisse ad Gemellas (n. 75), quod est loci nomen, libenter crederem, nisi dicendi genus municipio ad Gemellas martyrologii nostri usibus repugnare videretur. Nec mihi certum est lectionem* MUNICIPI *corruptam non esse, ita ut ad eam ex* EUPSICHI *transitus factus sit. Eupsichius enim, quem hodie nuntiat breviarium Syriacum, in laterculis nostris frustra quaeritur. Redit postridie: Minuci, Munici.*

*47.* TOECHI] *Lectio depravata.*

*51.* ORIONIS] *Aegyptum redolet Orion* [6]. *Sed quis inter multos cognomines discernet?*

*52.* MEMNONIS] *In fastis Graecorum est Memnon aliquis Thrax die 24 aug.* [7], *est et in Actis Marcelli tribuni alter Memnon, qui in Aegypto cum aliis undique conquisitis passus perhibetur* [8]. *Quae omnia perobscura sunt* [9]. *Tantae autem sunt codicum corruptelae, ut qui contenderit Memnonem fictum esse ex* Μαμμαῖος (*ad diem 24: Memmae*), *cuius socii hodie recensentur (n. 58, 71, 72), audiendus videatur.*

*53.* ERMETIS] *Iam pridie, n. 32. Cf. notanda ad n. 30.*

*54.* IANUARIAE] *Etiam ian. 17, 24, 28. Adverte tamen n. 56, 69: Ianuari.*

*56.* IANUARI] *In altera recensione Ianuario adhaeret Felix (n. 69, 70) quemadmodum in kalendario Carthaginiensi ad diem 9 feb. At supra utrumque habuimus inter martyres XVIII Caesaraugustanos.*

*57.* MUCI] *Supra, ad n. 46.*

*58.* SATURI] *Breviarium Syriacum ad diem 25:* ἐν Νικομηδείᾳ Τίτος καὶ Φλῶρος καὶ Σάτυρος καὶ Μαμμαῖος. *Laterculus per particulas dispersus in dies 21, 24, hodie integer (n. 58, 71, 72, 52) dummodo in Memnonis (n. 52) Mammaeum agnoscas. Deest tamen loci indicium.*

**<Nicomediae> Saturi, Titi, Flori, Mammaei.**

*59.* BELLICI] *Supra, n. 45.*

*61.* IN AFRICA] *Quid sub Africa scribendum, non facile discernitur. Quiri[acus] et Saturus Nicomedienses sunt. Gemelli iterat ad Gemellas (n. 74). Ianuari Felicis utique Afrorum nomina sunt, sed et Hispanorum (n. 56).*

*63.* QUIRI] *Lege Quiriaci, e societate quam Nicomediensem esse breviarium Syriacum ad diem 20 testatur.*

*67.* GEMELLI] = *Ad Gemellas, infra, n. 75.*

*68.* SATURI] *Vid. supra, n. 58.*

*69.* IANUARI] *Cum Felice, vid. supra, n. 56.*

*71.* TITI] *Cum Floro, vid. supra, n. 58.*

*75.* AD GEMELLAS] *Est in Africa statio Gemellae Lambaesim inter et Sitifen* [10]. *Erat etiam vicus Gemellae prope Capsam* [11]. *Nomen martyris proximum inter Afros non incelebre est, videturque notatu dignum Clementem cum Vincentio,*

[1] *M.G.*, Auct. antiq., t. XIV, p. 240. — [2] FÉROTIN, *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, p. 276. — [3] V. 34: *Surget et Paulo speciosa Narbo.* — [4] *Peristeph.* IV. 34. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 460. — [6] *Les martyrs d'Égypte*, p. 217. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 919. — [8] *BHL.* 5240. — [9] *Les martyrs d'Égypte*, p. 65-66. — [10] Ch. TISSOT, *Géographie comparée de la province Romaine d'Afrique*, t. II, p. 509. — [11] *C.I.L.*, VIII, p. 28.

*c e n t i o, qui ambo hoc die coluntur, in porta urbis Calamensis, veluti custodes civitatis titulo apposito praedicari :*

DEFENSIO MARTIRVM TVETVR POSTICIVS IPSE
CLEMENS ET VINCENTI CVSTODIVNT INTROITVM
[IPSVM [1]

*Nolim tamen C l e m e n t e m Gemellis vel etiam Africae concedere, cum postridie fiat commemoratio Clementis Ancyrani. Ne S a t u r n i n u m (n. 77) quoque Gemellis relinquamus, obstare videtur quod vel unus sit e Saturninis quattuor quos Prudentius Caesaraugustae vindicat (supra, ad n. 13), vel etiam S a t u r u m (n. 68) duplicet.*

*76.* CLEMENTIS] *C l e m e n s Ancyranus de quo ian. 23, n. 45.*

*77.* SATURNINI] *Vid. supra, ad n. 75.*

*78.* MUNICIPIO] *Vid. supra, ad n. 46.*

ADDITAMENTA] *Anastasii, martyris in Assyria an. 628, cuius Acta habemus [2], caput Romam translatum est et depositum via Ostiensi in monasterio ad Aquas Salvias (nunc Tre Fontane), cuius patrocinium Anastasius cum Vincentio partitus est [3]. Epitome de locis sanctorum :* Inde haud procul in meridiem monasterium est Aquae Salviae ubi caput S. Anastasii est. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* In Aqua Salvia est caput Anastasii martyris [4]. *Error est librarii Anastasium e p i s c o p u m nuncupantis. Recta est annuntiatio :*

**Romae ad Aquas Salvias sancti Anastasii martyris.**

*Ut in superioribus dictum est (ad n. 1) S. Anastasius cum S. Vincentio kalendario marmoreo Neapolitano inscriptus est.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. : Petri M a r t i r i s ut videtur ex M a r t[i a l i s, n. 26.*

*B o o t i = Evoti, n. 38.*

*T e t o t i c i = Toechi, n. 47.*

[1] MONCEAUX, *Enquête*, n. 193.— [2] *BHG.* 84-90 ; *BHL.* 408-413. — [3] De monasterio SS. Vincentii et Anastasii, P. KEHR, *Regesta pontificum Romanorum*, t. I, p. 170-76. — [4] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 182-83.

# X KAL. FEB.

**In Mauritania Neocaesaria civitate passio sancti Severiani et Aquilae uxoris eius.**

| I | II |
|---|---|
| **Romae via Salaria veteri Belli Flori Saturnini Minuci Castoli Basilae. et alio loco Corneli exorcistae.** | **Belli Munici Castoli Flori Saturnini Basillae. et [a] alio loco Corneli exorcistae.** |

**In Ancyra Galatiae Donati Castoli Papiae Clemati cum suis omnibus. et alio loco passio sanctorum Eugeni [b]**

**Neonis |**

**Machari [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) (et cornili) rome emerentiani martyris B. — b) emerentiani C[1] ; emerentiane C[2]. — c) pulvii martyrum C ; depositio sanctę emerencianę virginis S[2] *int. lin.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. mauritā E ; mauretania B[1] | 3-4 *invert.* BSW | 3. neo caessaria E ; neocesarea B ; neocesarea S ; neocesaria W | 5. *om.* E | 10. ux̄ E | 11. *om.* S[1] | 12. rom̄ E | 14. salar̄ E | 24. ał E | 26. exorciš E | 27-28. bellimi nici B ; belli minici S | 30. flore S | 33. *om.* W | 34-35. *om.* B | 36. cornili BW ; cornelii S | 37. *om.* B | 38(39). *om.* E | 40. ancyra W ; cira B | 41. galatie S ; gallatiae B ; galacie W | 43. castuli BSW | 44. popiae B ; popice SW | 45. climati E | 46-48. *om.* E | 50. ał E | 52. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Cesarea nat. Severiani Castuli Saturnini Minucii Cornelii. — TAML. : Severiani Cornelii Saturni Castuli Belli Minuci Aquiliae Veterae Basillae Eugenii Galatiae Macarii Papiae Clemati Exorcizae Castuli Florii Secundi Neonis — RICH. : Caesarea Severiani et Aquille Rom. Belli Flori Saturnini Calisti sancte Emerentiane martyris et alibi Cornelii exorcistae. — LAT. 3879 : In Mauritania civitate Neocesareae natale sancti Severiani et Aquilae uxoris eius ignibus combustorum.

## IAN. 23

*3.* NEOCAESARIA] *Pleniorum codicum lectioni praestat lectio breviarii Cambrensis., id est C a e s a r e a, quia in Mauretania Neocaesarea nulla est. Mendum natum esse suspicor ex dittographia quam dicunt : M a u r i t a n i a n i a c a e s a r i a.*

7. SEVERIANI] *Caesareae in Mauretania repertus est titulus christianus, carmine expressus* [1], *cui haec addita sunt:*

ECCLESIAE FRATRVM HVNC RESTITVIT TITVLVM
M(*arci*) A(*ntonii*) I(*ulii ?*) SEVERIANI V. C.
EX INGENIO ASTERI

*Sunt qui opinentur Severianum illum martyrem esse in hieronymianis nuntiatum* [2], *repugnante tamen Rossio* [3] *et iure quidem. Codicum nostrorum contextus prodere videtur Passionem SS. Severiani et Aquilae quae deperdita est. Deperditi quoque codices hieronymiani quos excerpsit anonymus Lugdunensis (infra, cod. Lat. 3879). Quicquid de laterculi fide historica censueris, his fere verbis olim conceptus fuisse videtur:*

**in Mauritania Caesarea civitate passio sancti Severiani et Aquilae uxoris eius ignibus combustorum.**

12. ROMAE] *Martyris nomen loco non suo, n. 21 (32), quaerendum est:*

**Romae via Salaria veteri Basillae.**

*Non tamen mense ianuario memoria fiebat S. Basillae, sed sept. 22. Sed eius laterculus translatus est ad ian. 23 a scriptore qui loco* X kal. oct. *legerat* X kal. feb.

16. BELLI] *Ian. 22, n. 45: Bellici.*

17. FLORI] *Ian. 22, n. 72.*

18. SATURNINI] *Ian. 22, n. 77.*

19. MINUCI] *Al. Munici, n. 28; ian. 22, n. 42: Municipi.*

20. CASTOLI] *Etiam infra, n. 43.*

25. CORNELI] *Plane ignotus ille Cornelius; proinde, quod exorcista fuerit, vix ausim asserere.*

26. EXORCISTAE] *Nomen appellativum coniecturam suggerit quam quidem urgere nolo, nec tamen silentio premere. Cum Hermetis, quisquis ille fuit, proximis diebus (ian 21, 22, 24) annuntiatio iterum iterumque recurrat, ita ut ex hodiernis laterculis casu excidisse videatur, eius nomini ascriptum fuisse crediderim vocabulum exorcistae, ab interpolatore qui exorcistae cognominis recordabatur. Hermetis exorcistae mentio est in martyrologio ad diem dec. 31, n. 41, 42.*

39. IN ANCYRA] *Huc adducatur Clemati (n. 45), id est Clementis Ancyrani, quem hodie Graeci recolunt* [4] *cuiusque Acta peioris notae habemus* [5], *et laudationem a Proclo editam, syriace tantum traditam* [6]. *Ex addito* cum suis omnibus *efficitur martyrologum Clementis Passionem legisse. Breviarii Syriaci, ad ian. 22, laterculus nonnihil turbatus videtur: ἐν Νικομηδείᾳ Πολύευκτος καὶ Εὐψύχιος καὶ Κλήμης καὶ Πρῖμος καὶ (...λλος) καὶ (δβσος). Omnes enim et singulos martyres ad Nicomediam referre videtur, qui variis in locis passi sunt. Ut hoc loco taceamus de Eupsychio Cappadoce* [7], *Clemens ille certe Ancyranus est, et facile reperitur lectio genuina:*

**in Ancyra Galatiae Clementis cum suis omnibus.**

42. DONATI] *Die 25, n. 7: Carthagine Donati, non recte, ut suo loco ostendemus.*

43. CASTOLI] *Iam supra, n. 20, 29. Die 25, n. 11, 12: Capua Castulae neque hoc recte, cum Castula desit in tabulis Capuanis.*

44. PAPIAE] *Papias, martyr Romanus, de quo ian. 29, cod. A. Nuntiatur etiam ian. 25, n. 20; 28, n. 11.*

45. CLEMATI] *seu Clementis, supra, ad n. 39.*

54. EUGENII] *Martyrium Eugenii et Macarii, presbyterorum ecclesiae Antiochenae, sub Iuliano, varie a variis narratur, tum in Actis eorum ineditis* [8], *tum in Actis S. Artemii* [9], *tum aliis locis* [10]. *Eorum memoria a Graecis agitur 20 dec. vel 19 feb.* [11]. *In codice Sangallensi sacramentarii Gelasiani* [12], *Macarii excluso Eugenio mentio est.*

**Passio sanctorum Eugenii Macharii.**

55. NEONIS] *In solo codice E, undenam vero advectum, ignoratur.*

ADDITAMENTA] *Male in codice B: Emerentiani, rectius alias, ut in Rich.: Emerentiane. Martyrium subiisse fertur paulo post S. Agnetem, cuius parentes corpus eius sepelierunt* in confinio agelli beatissimae virginis Agnetis. *Erat quippe eius collactanea. Ita in Passione S. Agnetis* [13]. *S. Emerentianae, vel Emerantianetis via Nomentana cum aliis sanctis in coemeterio maiore commemoratio fit die 16 septembris. In codice Sangallensi sacramentarii Gelasiani celebratur* X kal. feb. nat. SS. Emerentianae et Macarii [14].

**Romae sanctae Emerentianae martyris.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Veterae = Via Salaria Vetere, n. 15.*

*Exorcizae = Exorcistae, n. 26.*

*Cod. Rich.: Calisti = Castoli, n. 20.*

[1] DE ROSSI, *Bullettino*, 1864, p. 28; 1881, p. 120; BÜCHELER, *Carmina*, 115. — [2] *C.I.L* VIII, 9585, p. 818; S. GSELL, *Les monuments antiques de l'Algérie*, t. II, p. 339. — [3] *C.I.L.* VIII, p. 974. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 415. — [5] *BHG.* 352-354. — [6] *BHO.* 196. — [7] *Origines du culte des martyrs*, p. 205. — [8] In codd. Vindobonensi Hist. 3, fol. 196v-200v, et Bruxellensi 18864-74, fol. 227-33, *Catal. graec. German.*, pp. 41, 223; in Ottoboniano 92, *Catal. graec. Vatic.*, p. 260. Cf. BIDEZ, *Philostorgius Kirchengeschichte*, p. CLXII. — [9] *BHG.* 170, n. 25-39; Acta edita ap. BIDEZ, t. c., pp. 167-171. Cf. TILLEMONT, *Mémoires*, t. VII, p. 731.— [10] Locos ZONARAE, XIII, 12, 44, et CEDRENI, I, 537, exscribit BIDEZ, t.c., p. 176. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 330, 475. — [12] K. MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 24. — [13] *BHL.* 156, n. 13. — [14] MOHLBERG, t. c., p. 24.

# IX KAL. FEB.

I | II

**Antiochia passio sancti Babilae episcopi cum tribus parvulis. et civitate Neocaesarea Marduni Musuni Eugeni Metelli. in Africa Epictiti Ruppi Puplicani. Cartagine Galei.**

**Romae via Salaria Emetri Maximi et alibi** | **Romae Felicissimi [a]. Ravenna**

**Saturnini Marini Dati Saturi**

| **Iabelli**

**Gudodiani Celiani**

**Iabelli** | **Hermetis**

**Eustasi confessoris**

**Ermitis** |

**Memmae Vincentiae [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) cum sotiis suis C. — b) et depositio sancti timothei episcopi et confessoris et discipuli sancti pauli S² *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 1. antioč E ; antiocia W ; anthiochia B¹ | 2-3. *om.* E | 4. babilli B¹SW ; babili B² | 8. parum W | 9. *om.* SW | 10. civī E ; in civitate BSW | 11. neo cessā E ; neocesarea B² ; neocesaria S ; neocesareae B¹ ; neocesarię W | 12. mardoni S² | 13. musanis S² | 14. eugenii S² | 17. aff̄ E ; affrica W | 20. publiani B ; publicani W-poliani S | 21. cartag̃ E ; chartagine B ; cartagine SW | 22. gallei S | 23. rom̄ E | 25. salar̄ E | 34. mariani B¹ | 37. gabelli S | 38. sududiani E ; gododiani S | 39. geliani B | 41. *om.* E | 42-44. eustaci confermitis E | 44. hermitis B¹ ; hermetis B²SW | 45. mimme B ; minime S ; minimȩ W

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Babilae episcopi et trium parvulorum. — Taml. : Panes Babilli episcopi et trium parvulorum eius Mardon(i) Eutasii Hermetis et aliorum XXII Mussuri Eugeni Metelli Epictiti Rupi Memae Pupliani Fustaci confessoris Vincentiae Galei Dati Maximi Saturnini Marini Agniti Saturi Gaudiani Felicissimi Celiani — Rich. : ... Romae Felicissimi et alibi Marini Dati Saturi Celiani Eustasii confessoris.— Mon. : alibi Eustasii confessoris... — Lat. 3879 : Neocesareae civitate natale sanctorum martyrum Mardoni Musoni Eugenii Metelli qui omnes igni traditi sunt et reliquiae eorum in Axum fluvium dispersae.

## IAN. 24

*1.* ANTIOCHIA] *Breviarium syriacum : ἐν Νικομηδείᾳ Βαβύλας (al. Βαβυλᾶς) ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας καὶ τριάκοντα παῖδες. Apud Syros facilis est lapsus scribentis* triginta *pro* tribus [1]. *Lectio codicum nostrorum, cuius fons est Passio S. Babylae, iis quae supersunt procul dubio affinis* [2], *aliis libris consona est. S. Iohannes Chrysostomus his verbis exorditur orationem in SS. Iuventinum et Maximinum : ὁ μακάριος Βαβύλας πρώην ἡμᾶς μετὰ παίδων τριῶν συνήγαγε* [3], *et Gregorius Turonensis :* Babillas episcopus Anthyocinus cum tribus parvolis id est Urbani, Prilidan et Epolon [4]. *Horum nomina ab interprete syro accepisse videtur, nec enim re differunt ab iis quae prodit Rabban Sliba in suo martyrologio :* Barbadus, Apollonius, Urbanus [5]. *Portentosum Graecorum errorem reticemus, qui octoginta quattuor socios S. Babilae, ex nota ΠΔ (παίδων) perperam intellecta, affinxerunt* [6]. *Ex Eusebio habemus S. Babylam Zebenno in cathedra Antiochena successisse* [7], *ipsique Babylae in vinculis mortuo, Fabium : ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῦ Βαβυλᾶ μετὰ ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντος, Φάβιος τῆς αὐτόθι προΐσταται ἐκκλησίας* [8]. *De S. Babyla testimonium Leontii episcopi Antiocheni († c. 358) servavit Chronicon Paschale : Κατὰ διαδοχὴν δὲ ἦλθεν εἰς ἡμᾶς καὶ τοῦτο περὶ τοῦ ἁγίου Βαβυλᾶ, ὡς διηγήσατο τοῖς πρὸ ἡμῶν ὁ μακάριος Λεόντιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας. Οὗτος Δέκιος ἀνεῖλε τὸν ἅγιον Βαβυλᾶν, οὐχ ὡς χριστιανὸν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐτόλμησεν ἐπισχεῖν τοῦ βασιλέως Φιλίππου τὴν γυναῖκα καὶ αὐτὸν Φίλιππον χριστιανοὺς ὄντας εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρανομήσαντος τοῦ Φιλίππου κτλ.* [9]. *Quae de S. Babyla apud Philostorgium aliosque leguntur non est huius loci expendere* [10]. *A Graecis die 4 septembris colitur S. Babylas* [11] *Antiochenus, et alter Nicomediensis ab hagiographis inepte confictus* [12]. *Remansit tamen in Synaxariis hodiernae commemorationis aliquod vestigium. Nam die 24 aprilis promunt historiam plane commen-*

[1] *Anal. Boll.*, t. XXVIII, p. 408. — [2] *BHG.* 205, 206 ; *BHL.* 889-892. — [3] *P.G.*, t. L, p. 571. — [4] *Historia Francorum*, I, 30. — [5] *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 173, cum subiecta annotatione. — [6] *Anal. Boll.*, t. XIX, p. 5-8. — [7] *Hist. eccl.* VI, 29, 4.— [8] *Hist. eccl.*, VI, 39, 4.— [9] *Chronicon Paschale*, Dindorf, t. I, p.503-504.— [10] Haec sedulo collegit J. Bidez, *Philostorgius Kirchengeschichte*, pp. 86-92, 98, 203 231. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 11-12.— [12] Cf. *Anal. Boll.*, t. XIX, p. 5-8.

*ticiam*

*ticiam Babylae cuiusdam Siculi cum sociis duobus Timotheo et Agapio* [1], *qui sunt reapse martyres Palaestinenses* [2]. *Ut ex breviario syriaco palam fit, Nicomediae S. Babylae festum hodie celebrabatur, at certo Antiochiae depositus est* [3]. *Quare recta est hodierna annuntiatio:*

**Antiochia passio sancti Babilae episcopi cum tribus parvulis.**

*11.* NEOCAESAREA] *Ad diem ian. 23, n. 3, remandetur.*

*12.* MARDUNI] *In breviario syriaco ad diem 12 martii, martyres Nicomedienses recensentur, e quorum numero sunt Μαρδόνιος, Μυγδόνιος, Εὐγένιος, Marduni, Musuni, Eugeni. Hodiernae autem commemorationis rationem non assequimur. Anonymus Lugdunensis, in cod. Paris. 3879 (inter excerpta) haec addit:* qui omnes igni traditi sunt et reliquiae eorum in Axum fluvium dispersae, *quae codex hieronymianus nostris plenior suppeditasse censetur, ex Actis quae nunc latent, si tamen horum martyrum sunt. Nam in iis quae supersunt, non omnes igne cremati sunt sed solus Mardonius* [4], *et Axus fluvius neutra cum palaestra, Nicomedia, quae certa est, vel Neocaesarea (Caesarea) ut est in codice, congruit. Haec sola ergo retinenda sunt:*

**<Nicomediae> Marduni, Mygdoni, Eugeni.**

*Laterculum Lugdunensem retinuit universa propago Adoniana, etiam Romanum martyrologium, ubi tamen Axum suppressum est.*

*15.* METELLI] *Turmae Nicomediensi, quae tota Graecorum est, Romanum illum, cetera ignotum, adiungere nulla ratione suadetur.*

*16.* IN AFRICA] *Martyribus Afris annumeratur Epictetus etiam ian. 25, n. 18; 27, n. 27, et supra, ian. 9, n. 3, ubi de eo breviter dictum est. Insuper aug. 21, 22 recensetur, nulla tamen Africae facta mentione.*

*19.* RUPPI] *Truncum et informe nomen.*

*20.* PUPLICANI] *Al. Publiani, etiam inter Afros ian. 25, n. 19; 27, n. 16; insuper nov. 2.*

*21.* CARTAGINE] *Galei scriptum loco Agilei. Laterculus est e sequenti die assumptus:*

**Carthagine Agilei.**

*23.* ROMAE] *Romanus laterculus paulo intricatior solito est.*

*In coemeterio Basillae, via Salaria Vetere, cuius heri mentio facta est, quiescebant Hermes et Maximus. Ita Itinerarium Salisburgense:* Martyr Maximus et S. Ermes martyr longe sub terra. *In Epitome de locis sanctorum martyrum et Notitia ex Willelmo Malmesburiensi Hermeti iungitur Maximilianus* [5]. *Hinc accipienda videtur lectio Ermetis pro Emetri (n. 26, cf. n. 41, 44: Ermitis) et laterculus componendus:* Romae via Salaria Ermetis et Maximi. *Vereor tamen ne haec specie tantum vera sint. Notari velim Hermetem et Maximum, seu Maximilianum suum quemque in fastis habere diem, hic aug. 26, ille aug. 28. Dein Maximi non martyrem tantum designare sed et eponymum coemiterii in via Salaria, non quidem Vetere sed Nova. Nunc ad Felicissimum (n. 31) qui etiam Romae quiescere in altera recensione asseritur. Romanum martyrem Felicissimum, praeter illum qui in coemeterio Praetextati sepultus est et aug. 6 colitur, nullum novimus, et qua via ad ian. 24 translatus sit operae pretium esset audire. Nobis amplectenda videtur coniectura qua Felicissimi emendatur in Felicitatis, cuius memoria, errore librariorum non infrequenti, a die* VIIII kal. dec. *ad* VIIII kal. feb. *translata sit* [6]. *Porro, Felicitas iacebat in cimiterio Maximi. Paulo aliter ergo interpretanda sunt nomina quae in prima recensione servata sunt, nec legendum Ermetis et Maximi, sed (c)emet(e)ri(o) Maximi, ita ut fiat laterculus:*

**Romae via Salaria <in> cemeterio Maximi Felicitatis.**

*26.* EMETRI] = *(c)emet(e)ri(o), supra, ad n. 23.*

*27.* MAXIMI] *Eponymus coemeterii via Salaria Nova, supra, ad n. 23.*

*31.* FELICISSIMI] *Legendum esse Felicitatis ostendimus ad n. 23. Reicienda ergo sententia eorum qui Felicianum, cuius hodie festum agitur apud Fulginates, obtrudere satagunt, et locum ita sanandum censent:* Romae <Foro Flamini> Feliciani [7].

*32.* RAVENNA] *Martyres quos Ravennae tribuere videtur altera recensio, Ravennates esse nullo comprobatur argumento. Plerique, sine loci indicio, iam 21 ian. in tabulas relati sunt, quamquam Saturi et Memmae (n. 36, 45) nomina sunt martyrum Nicomediensium. Cum Ravennae nullum martyris nomen, neque hodie neque diebus sequentibus 25, 26 adhaerere perspexisset F. Savio, huc pertinere opinatus est dedicationem ecclesiae S. Victoris Ravennatis* [8], *quae suppresso nomine loci die 27 ian. nuntiatur, proindeque olim lectum esse:* Ravennae dedicatio basilicae sancti Victoris [9].

*33.* SATURNINI] *Saepe alias, et ian. 21, n. 56.*

*34.* MARINI] *Etiam ian. 21, n. 58, feb 2, n. 6.*

*35.* DATI] *Etiam ian. 21, n. 59. De Dato episcopo Ravennate cogitandum non est, quippe qui saec. IX, quo scribebat Agnellus, sanctis nondum ascriptus esset* [10]. *Notasse iuverit Dati in codice E ad ian. 27, postridie in ceteris scriptum esse Dativi, nomen Afris usitatum.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 419. Cf. p. 983. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, ad d. 19 sept. et 19 aug., pp. 60, 910. — [3] *Origines du culte des martyrs*, pp. 65, 227. — [4] *BHG.* 823, n. 32. Cf. *Synax. Eccl. CP.*, ad 30 dec., p. 358. — [5] De Rossi, *Roma sotterranea*, t. I, p. 176-77. — [6] A. Urbain, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde zu Rom*, p. 125. — [7] F. Savio, *S. Feliciano e il martirologio Gerolimiano*, in *Decimo settimo centenario di San Feliciano* (Foligno, 1904), p. 149-52. — [8] De qua Fabri, *Le sacre memorie di Ravenna antica* (Venezia, 1664), p. 383. — [9] *Nuovo bullettino di archeol. cristiana*, 1901, p. 185-93; *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 784. — [10] *Liber Pontificalis ecclesiae Ravennatis*, VII, Testi Rasponi, p. 38; *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 26.

*36.*

*36.* SATURI] *Etiam ian. 21, n. 60. Unus est ex Nicomediensibus, die 25 in breviario Syriaco:* ἐν Νικομηδείᾳ Τίτος καὶ Φλῶρος καὶ Σάτυρος καὶ Μαμμαῖος, *in codicibus nostris ian. 22, n. 58. Adde* M e m m a e, *infra n. 45.*

**<Nicomediae> Saturi <et> Memmae.**

*37.* IABELLI] *Infra, n. 40. Etiam ian. 21, n. 63, ubi scriptum est* Z a b u l i.

*38.* GUDODIANI] *Ian. 21, n. 61:* G a d d i a n i.

*39.* CELIANI] *Etiam ian. 21, n. 15, lege* C e c i l i a n i.

*42.* EUSTASI] *Al.* E u s t a c i, *de quo etiam ad diem 21.*

*44.* ERMITIS] *seu* H e r m e t i s. *Dubitatur utrum Hermes, quem cotidie a 21 ian. comitem habuimus, martyr sit an coemeterium, supra n. 26.*

*45.* MEMMAE] *Etiam ian. 21, n. 64, ubi scriptum est* M a m m a s. *Cf. supra, ad n. 36.*

*46.* VINCENTIAE] *Etiam ian. 17, n. 17; 21, n. 64; 28, n. 8; feb. 1, n. 41.*

ADDITAMENTA] T i m o t h e i *ad hunc diem prima mentio est apud Bedam* [1]. *In libris nostris nuntiatur sept. 27, apud Graecos vero ian. 22* [2]. *Die 24 synaxaria nonnulla referunt historiam* τῶν ἁγίων Βαβύλα, Τιμοθέου καὶ Ἀγαπίου [3], *quam alio loco paucis illustrare conati sumus* [4].

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* P a n e s  B a b i l l i *= Passio·Babilae, n. 2, 4.*

M u s s u r i *= Musuni, al. Musoni, n. 13.*

G a u d i a n i *= Gudodiani, n. 38.*

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 49. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 411.— [3] Ibid., p. 419. — [4] Ibid., p. 983.

---

# VIII KAL. FEB.

**Nicomedia Biti [a]. Romae translatio [b] Pauli apostoli. Cartagine Donati Secundi Papiae [c]. Capua Kastulae. Sicilia sancti Tyrsi. in Africa Epictiti Publiani [d] Pappiae. in Aegypto Catinae Agape Fabiani Sabininiani. et in Calatheo Sodonis. Ravenna Puteolis Antimasius Sabinius Leodocius Teugenis [e].**

*Addunt codices pleniores:* a) arvernus praeiecti martyris B. — b) et conversio (pauli apostoli) in damaso B² *in marg.*; et conversio S² *in marg.*; conversio sc̄i pauli et sc̄i proiecti mr̄ *int. lin.* W² — c) et preiecti martyris C. — d) saturi C. — e) et in cartag(ine) agilei E; arvernis sancti preiecti martyris S²; cum XXXVI martyribus M¹ *dein eras.*

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. nicom̄ E | 2. viti W | 3. rom̄ E | 4. transł E | 6. apōs. E | 7. kartağ E; chartagine B; castige W | 11. capu W | 12. castulae B; castule SW | 14-24 *om.* E | 17. affrica W | 18. epitici W | 20. papię SW | 23. catine BS | 24. agapie S | 25. faviani BW . faviane S | 26. saviniani BSW | 27. *om.* E | 28-29. insala theo S | 29. salatheo B; salateo W | 31. raveñ E; ravennae B; ravenne S | 32. poteolis B; potiolis W | 33. antymasins B | 34. savinus W; suavinus S | 35. leodotius B; leudocius SW | 36. theugenis BW; theugenis S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Nicomedia nat. Viti et in Capua Castulae et in Cartagine Agilei et Romae translatio Pauli apostoli. — TAML.: Policarpi Pauli apostoli conversio in Damasco Vitii Donati Secundi Sidonis Bitii Tirsii Ypictiti Arthemini Pupliani Faminiani Raumani Sadonis Sabiani Puteolis Antimasii Sabiani Leodocii Raviani Teoginis — RICH.: Nicomedia Biti Rome translatio Pauli apostoli Cartagine Donati Secund . Et in Affrica Epictiti Publiani. In Aegypto Catynae. — MON.: et Nicomedia Biti. In Damasco conversio Pauli apostoli. Donati Proiecti. — LAT. 5256: ... Eodem die in Affrica natale sanctorum Victorini Neucerii Palatini Donati et aliorum viginti novem. — GELL.: Biti Pauli apostoli conversio in Damasco Donati Epictiti Pupię Thirsi Agape Fabiani Savini Arvernus Amarini Preiecti martyris.

## IAN. 25

*1.* NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum, ad diem ian. 26:* ἐν Νικομηδείᾳ Βίτος. *Aliusne sit a Nicomediensi qui* Βίτιος *in laterculo 20 ian. nuncupatur incertum est. Notatu dignum videtur hodie nuntiari* Τίτος καὶ Φλῶρος, *sane conferenda cum* Βίτιος καὶ Φλῶρος *20 ian., quae ita similia sunt ut non levis inde oriatur difficultas. Nihilominus tuta est lectio:*

**Nicomedia Biti.**

*3.* ROMAE] *Perobscura est, quae plana videtur annuntiatio:*

**Romae translatio Pauli apostoli.**

*Haec de reductione reliquiarum apostoli ad viam Ostiensem intelleguntur ab his qui Petri et Pauli corpora via Appia ad Catacumbas iacuisse contendunt* [1]. *Illam autem sententiam nos minime amplectimur, nec unquam Romae celebratam fuisse opinamur sollemnitatem cuius in libris liturgicis nullum vestigium est, eo magis quod non Pauli tantum in viam Ostiensem sed et Petri in Vaticanum translationis dies celebris habitus fuisset* [2]. *In kalendario Luxoviensi (cod. Paris.*

[1] DUCHESNE, in *Memorie della pontificia Accademia di Archeologia*, t. I, p. 20-22; H. LIETZMANN, *Petrus und Paulus in Rom*² (Berlin, 1927), p. 222-26. — [2] De his *Anal. Boll.*, t. XLV, p. 306-307; I. P. KIRSCH, in *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft*, 1925, p. 48-67.

*14086), saec. VIII, die 25 ian. memoratur* Translatio S. Pauli, *in kalendario vero Epternacensi, an. 717:* Conversio Pauli in Damasco [1]. *In sacramentario Gothico habetur* Missa in Conversione sancti Pauli [2], *ut et in gallicana sacramentarii Gelasiani recensione* [3]. *Nonnullis placuit vocabulum* t r a n s l a t i o *interpretari non de reliquiarum repositione, sed vel de Pauli raptu ad tertium caelum* [4], *ut censuit Erbes* [5], *parum feliciter, vel de eius conversione, cum J. P. Kirsch* [6]. *Et hic quidem sollerter ex Hieronymo expiscatus est haec verba:* in vas electionis de persecutore translatus est, *et alia similia ex Tertulliano et variis* [7]. *Meliora quidem non suppetunt. Nolumus tamen haec prorsus commendare, ne nodum secare non solvere videamur.*

*7.* CARTAGINE] *Kalendarium Carthaginiense:* VIII kal. feb. sancti martyris Agelei. *Iam heri, et ex oscitantia legentis* VIII kal. ian. *pro* VIII kal. feb., *die 25 dec. n. 15, laterculus integer praemissus est. Hodie in codicibus plenioribus excidit nomen martyris.*

**in Carthagine Agilei.**

*In hac civitate erat basilica sancti martyris Agilei, in qua habita est synodus anni 525* [8] *et de qua etiam in Vita S.Fulgentii* [9]. *Eiusdem martyris benedictio seu reliquiae S. Gregorio papae missae sunt a Dominico episcopo* [10].

*8.* DONATI] *Martyrem Afrum esse* D o n a t u m *vel ex nomine probabile est, Carthaginiensem non ita; casu enim cum* C a r t h a g i n e *(n. 7) coniunctus est. Iam die 23, n. 42, nuntiatus fuit. Mox redibit die 27, n. 8.*

*9.* SECUNDI] *Iteranda fere sunt quae de Donato (n. 8) scripsimus. Non quidem die 23 nuntiatus est sed alias saepe.*

*10.* PAPIAE] *Bis scriptus hodie n. 10 et 20, semel ian. 23, n. 44; ian. 28, n. 11; 29, cod. A.*

*11.* CAPUA] *Nomen martyris casu suppressum videtur. Deest enim* C a s t u l a *in fastis Capuanis. Ab interpolatore additum esse* C a p u a, *propter S. Artemam Puteolanum (n. 33) qui in illa quoque ecclesia colebatur, non negaverim.*

*12.* KASTULAE] *Die 23 ian., n. 43:* C a s t o l i.

*13.* SICILIA] *Suppressis quae perperam subiecta sunt nomina, n. 14-22, admoveantur n. 23, 24:* C a t i n a e A g a p e, *quae nonnihil laesa apparent. Laterculus intactus erat:*

**Catanae in Sicilia Agathae.**

*Hodiernae commemorationis S. Agathae, cuius sollemnis est dies feb. 5, rationes non perspicimus.*

*15.* TYRSI] T h y r s u m *habuimus ian. 20, n. 55; plerumque cum sociis prodit Leucio et Callinico, ut ian. 15, n. 4; 18, n. 50; 31, n. 15. Leucius hodie abest, non tamen Callinicus, seu* C a l a n i c u s, *qui sub* C a l a t h e o *(n. 29) latet. Si vera sunt quae ad diem 15 annotata fuerunt, ad hos martyres referendum est* i n A e g y p t o, *n. 22, scribendumque:*

**in Aegypto Thyrsi <Leucii> et Callinici.**

*16.* IN AFRICA] *Africae tribuendi videntur* E p i c t e t u s *et* P u b l i a n u s, *de quibus iam heri.*

*20.* PAPPIAE] = P a p i a e, *supra, n. 10.*

*21.* IN AEGYPTO] *Vid. supra ad n. 15.*

*23.* CATINAE] = C a t a n a e, *supra, ad n. 13.*

*24.* AGAPE] = A g a t h a e, *supra ad n. 13. Hodie in martyrologio Romano laterculus est* sanctorum martyrum Donati, Sabini et Agapis; *ubi* S a b i n u s *est pro Sebastiano (infra, n. 34).*

*25.* FABIANI] *Est ille Romanus pontifex. Nam pro* S a b i n i n i a n i, *al.* S a v i n i a n i, *n. 26, procul dubio legendum est* S e b a s t i a n i, *unde par martyrum quod 20 ian. colitur:*

**<Romae> Fabiani <et> Sebastiani.**

*Nec illi soli a 20 ian. assumpti sunt, sed et Thyrsus (n. 15), et forsan ipse* B i t u s *seu* V i t u s, *in principio (n. 2). Fabianus cum Sebastiano redit ian. 26, n. 16.*

*29.* IN CALATHEO] *Non est locus, sed martyr* C a l l i n i c u s, *al.* C a l a n i c u s. *Supra, ad n. 15.*

*30.* SODONIS] *Die sequenti* S i d o n i s, R o d o n i s, *nec quicquam insuper notandum occurrit.*

*31.* RAVENNA] *Iteranda forent quae heri ad* R a v e n n a *dicta sunt. Neque enim hodie Ravennas aliquis martyr occurrit. Utique* S a b i n i *(cf. n. 34) cuiusdam effigies cum aliis multis expressa est, opere tessellato, in ecclesia Sancti Martini in Caelo aureo* [11]. *At ille videtur esse martyr Spoletanus* [12]. *Ceterum neque retinenda est, n. 34, lectio* S a b i n i u s.

*32.* PUTEOLIS] *Apud Puteolanos colitur hodie* A n t i m a s i u s *id est* A r t h e m a s, *ut vel ex eius Actis constat* [13]. *Laterculum integrum legimus die 26, n. 8:*

**in Campania Puteolis Arthematis.**

*In musivo basilicae sancti Prisci Capuanae inter martyres Campanos depictus cernebatur et* ARTIMAS [14]. *De* C a p u a, *in alio huius diei laterculo inserta, supra, n. 11.*

*34.* SABINIUS] = *Sabini(ni)anus, n. 26, seu* S e b a s t i a n u s.

*35.* LEODOCIUS] *Non martyr, sed civitas* L a o d i c e a, *ut ex dicendis ad ian. 26 palam fiet.*

*36.* TEUGENIS] *Quae de* T h e o g e n e *dicenda occurrunt ad ian. 26, n. 23 remittimus.*

ADDITAMENTA] P r a e i e c t i, *episcopi Arvernensis, qui obiit an. 676, vita edita est* [15]. *In martyrologio Romano, ian. 24, legitur* sanctorum martyrum Thyrsi et Proiecti, *ubi copulantur*

[1] WILSON, *The Calendar of St. Willibrord*, p. 3, cf. p. 19. — [2] BANNISTER, *Missale Gothicum*, t. I, p. 46, cf. t. II, p. 34. — [3] K. MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 25. — [4] II Cor. 12, 2. — [5] *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. XLIII, p. 61. — [6] *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft*, t. V (1925), p. 63; *Rivista di archeologia cristiana*, 1925, p. 72-79. — [7] *De viris illustribus*, V. — [8] MANSI, *Concilia*, t. VIII, p. 636. — [9] *BHL*. 3208, n. 56. — [10] GREGORII P. *Registr.*, XII, 1. — [11] *C.I.L.* XI, 281. — [12] *Origines du culte des martyrs*, p. 373. — [13] *BHL.* 714. — [14] DE ROSSI, *Bullettino*, 1884-85, p. 125. — [15] *BHL.* 6915-6917.

*martyr*

*martyr in Asia Minore passus* (*n.* 15) *et Praeiectus confessor in Galliis.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.*: S i d o n i s, S a d o n i s = *Sodonis, n. 30.*

*R a u m a n i, R a v i a n i = Rauenna, n. 31.*

*F a m i n i a n i = Fabiani vel Sabininiani n. 25, 26.*

*C a t y n a e = Catana, n. 22.*

---

# VII KAL. FEB.

**In Nicia Smirne sancti Policarpi episcopi [a]. in Campania Poteolis Arthematis et Armate [b]. et Laudotia Arthemi Fabiani Sabiani Sidonis [c]. Ravenna Anthemiasius Savinus Leudocius Theugenis cum XXXVI martyribus [d].**

*Addunt codices pleniores : Cod.* E *hoc die inserit laterculum diei V kal. feb.* : in affrica dativi iuliani taeliani (*corr.* taelliani) tellyptae reotri vincentiae saturi victorinae secundi papae canti victoris emiliani et aliorum XXXV rodonis artematis policarpi. — a) et discipuli iohannis evangelistę S² *in marg.* — b) donatę C. — c) paulae B ; macharii C. — d) bethleem dormitio scę Paulę C.

*Var. lect. codd.* (E)BSW. — 1-26. *Totum laterculum omittit cod.* E *et eius loco diem V kal. feb. inserit ; cf. supra* | 2. nitia W ; nicea S | 3. smyrnae SW ; *add.* passio W | 4. *om.* W | 5. pilicarpi W | 9. puteolis S¹ ; posteolis S², *om.* B | 10. artematis S | 12. armatę B | 13. in SW | 14. laudocia W ; laudicia S | 15. S¹ ; artemi S¹ | 18. Paulae *add.* B | 20. arthemi asius W ; arthemasius S¹ ; arthemasi S² | 21. savinius W ; savinii S² | 22. leudotius W ; leudocii S² | 25. triginta sex B ; XXV W | 26. martyr̄ B ; martyris W ; martyres S¹.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nisia civitate nat. Policarpi et in Laudacia civitate Rodonis Fabiani Sabiani et in Campania Poteolis Artęmatis.— TAML. : Policarpi episcopi Dativi Iuliani Paulae virginis Telliani Reotri Rodonis. Taeliptae Vincentiae Victuriae Papae Arthemati Secundi Emiliani Teoginis Sabinis et aliorum XXXVIII — RICH. : In Oriente Policarpi episcopi (et martyris *add. 2 m.*). Et in Laodicia Rodonis Arthemii Fabiani Sabiani Ravenna Artemasi Theogenis Sindonis XXX quinque martyrum.

## IAN. 26

*1.* IN NICIA] *Breviarium Syriacum, die 27:* ἐν Νικαίᾳ τῇ πόλει Πολύκαρπος, *cui respondet hodie, ratione habita cod. Cambrensis:*

**in Nicaea civitate sancti Polycarpi episcopi.**

*S m i r n e inseruit interpolator, cogitans de Polycarpo, incluto martyre, cuius memoria 23 feb. in propria ecclesia agebatur. Sitne eiusdem commemoratio Nicaena, an vero alterius cognominis qui Nicaeae passus sit, in dubio relinquitur. In martyrologiis Latinorum inde a Beda, dies 26 ian. habitus est natalis dies Polycarpi Smyrnensis; die vero 23 feb. ei suffectus est, a Floro primum, Polycarpus presbyter Romanus, a scriptore gestorum S. Sebastiani confictus, ut videtur.*

*7.* IN CAMPANIA] *Iam heri plenam dedimus enuntiationem:*

**in Campania Puteolis Arthematis.**

*12.* ARMATE] = *A r t h e m a t i s, n. 10.*

*14.* LAUDOTIA] *Male componunt breviaria, quae infra adducimus, L a u d a c i a seu L a o d i c i a c i v i t a t e cum ignoto R o d o n i s. Nam sine ulla dubitatione scribi oportet:*

**civitate Laodicea Arthemi**

*rectius etiam A r t e m o n i s. Interpolator enim, Arthematis Puteolani (n. 10) nomine monitus,* Ἀρτέμωνος πρεσβυτέρου τῆς κατὰ Λαοδίκιαν ἐκκλησίας, *cuius memoriam agunt Graeci die 12 aprilis* [1], *recordatus est, atque cognominis laterculo ascripsit.*

*16.* FABIANI] *Ian. 25, n. 25, habuimus F a b i a n i, S a b i n i a n i. Hodie quoque loco S a b i a n i, n. 17, lege S e b a s t i a n i, et sit laterculus, ut heri, n. 25:*

**<Romae> Fabiani <et> Sebastiani.**

*18.* SIDONIS] *In breviariis R o d o n i s, heri S o d o n i s (n. 30), de cuius etiam nomine ambigitur.*

*19.* RAVENNA] *Lege quae heri et nudiustertius (n. 31) annotata sunt.*

*20.* ANTHEMIASIUS] *Ea fere erat heri codicum nostrorum scriptio pro A r t h e m a t i, n. 10.*

*21.* SAVINUS] *Heri S a b i n u s, (n. 34), revera S e b a s t i a n u s, supra, ad n. 16.*

*22.* LEUDOCIUS] = *L a o d i c e a, n. 14. Heri quoque (n. 35) inter sanctos.*

*23.* THEUGENIS] *Baronio debetur laterculus martyrologii Romani:* Hippone Regio in Africa sanctorum Theogenis episcopi et aliorum triginta sex, qui in persecutione Valeriani contemnentes temporalem mortem, coronam vitae adepti sunt. *Pace tanti viri dictum sit: haec divinando assecutus est. Utique Theogenes episcopus Hipponensis interfuit concilio Carthaginiensi anni*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 597.

*256* [1]. *Erat etiam Hippone Regio memoria S. Theogenis martyris, cuius meminit S. Augustinus* [2]. *Nulla tamen auctoritate efficitur hunc martyrem episcopum fuisse, vel etiam in martyrologio hodie designari. Haec acute persequitur Rosweydus, in epistula quam profert Sollerius* [3]. *De* T h e o g e n e, *forsitan cognomine, tractatum est ad diem ian. 3.*

*25.* CUM XXXVI] *Martyres* t r i g i n t a s e x, *al.* t r i g i n t a q u i n q u e, *qui hodie velut socii* T h e o g e n i s *producuntur, ian. 28, n. 14, cum* A e m i l i a n o *cohaerent. Utri sint tribuendi non liquet. Turma illa martyrum anonymorum forsitan ea ipsa est quae ian. 27, n. 37, Afrorum agmen claudit.*

ADDITAMENTA] P a u l a e. *Teste Hieronymo, in Epitaphio Paulae* [4]: Dormivit sancta et beata Paula septimo kalendas februarias. *Optima ergo est lectio codicis S:*

**Bethleem dormitio sanctae Paulae.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* T e l l i a n i, *cum sequentibus ian. 28, n. 5, cet.*

S a b i n i s = *Savinus, n. 21.*

[1] *Sententiae episcoporum* 14, inter Opera Cypriani, HARTEL, p. 443; AUGUSTINUS, *De baptismo*, VI, XXI, 36, PETSCHENIG, p. 317. — [2] Sermo CCLXXIII, 7, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1251. — [3] *Martyrologium Usuardi*, p. 61-62. — [4] *BHL.* 6548, n. 34.

---

# VI KAL. FEB.

**I** | **II**

**Passio sanctae Agnetis** [3] | **Romae** [4] **sanctae Agnetis virginis** [7]

**Donati** [8] **Viti. in Africa Missuriani Pupliae Victoris Quintilli** [15] **Pupliani Festi Felicis Bonosi Processi** [20] **Veneriae Marinae Fortunatae Tecussae Godditis** [25] **Secundae Epictuli Vincenti Rogati Primi** [30] **Aureli Hilari Perpetuae Iulianae et** [35] **aliorum XXIIII.**

| **et dedicatio basilicae** [40] **sancti Victoris** [a].

**Nicomedia Laecii. in** [45] **Apollonia Callinici**

**et alibi** |

**Luci** [50] **Honorati Matrosi** [b] **Secundi Casti Gai** [55] **Caelesti.**

| **Sulpicii episcopi et** [59] **confessoris** [c].

*Addunt codices pleniores :* a) gagi C. — b) E *iterum inserit partem laterculi ad diem V kal. feb. pertinentis :* dati iuliani caeliani saturi vincentiae victoriae et aliorum XXXII item... (*Cf. Cambr.*) — c) et beati iohannis chrisostomi S².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) A (*inc. a* 16. publiani) BSW. — 4-7. *om.* W ; *postea expunct. in* BS | 8. danati B¹ | 8-9. *corr.* de nativitate B², *dein expunct.* | 9. victoris S | 11. aff EW | 12. misuriani W | 13. publi BS¹W ; publii S² | 14. victuris B¹ | 16. publiani ABSW | 18. felici B | 19. bosoni ABW | 20. *bis repet.* S | 21. venerie S | 22. marine S | 23. fortunati ABW ; fortunate S | 24. theucusae B ; theucuse AS ; theoctisę W | 25. egodditis ABSW | 26. secundi S | 27. epictili ABW | 32. helari ABW ; helari S | 34. iuliane BS | 37. quadraginta quattuor B ; XLIIII ASW | 38-42. *om.* A | 43. nicom̃ E ; nicomēd A | 44. leaci A²BW ; ieaci S ; leuci A¹ | 46. apolloñ E ; albonia S ; abollonia W | 47. calentini E ; callinici BS ; callenici W | 50. lucii BSCW ; leuci A | 52. marosi ABSW | 55. gagi AB | 56. caelestini BSCW ; celestini A | 59-60. *om.* A.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Dati Iuliani Celiani Saturi Vincentiae et aliorum XXXV. — TAML. : Furtunati Agnetis virginis Veneriae Marinae Fortunatae Tecussae Secundae Perpetuae Iulianae Vincentiae Victuriae Donati Viti Saturnini Messuriani Puplii Festi Victoris Quintilli Rogati Felicis Publicani Bonosii Processi Egotis Pictuli Vincentii Primi Aurilii Secundi Hilarii Victoris Leoci Dati Iuliani Celiani Saturi Calleniti Lucii Honorati Maros Casti Gaii Gagi — RAB. : In Affrica natale Dati Iuliani Vincentiae et aliorum XXX duorum et nat. sancti Sulpicii episcopi et confessoris. — MON. : In Africa Dativi Iuliani Rotri Secundi Romae Vitaliani papae. Constantinopolim iohannis Crisostomi et aliorum XXXVII. — RICH. : In Affrica Davae Iuliani Ciliane Saturi Vincentiae Victuriae Teliptae Reotri Secundi papae Emeliani et aliorum XXX duorum. — GELL. : Africa Dativi Reotri Emiliani Publii Arthemii Amati. — MET. : Sancti Iohannis episcopi constantinopolitani qui Crisostomus appellatur. Rom : Secundi papae Emiliani Euplii. — LAT. 5256 : ... Et in Apollonia Gagi Celestini Donati Vitupli.

## IAN. 27

*3.* AGNETIS] *Usu liturgico remendamur ad ian. 28.*

*8.* DONATI] *Iam nuntiatus ian. 23, n. 42; 25, n. 8. Addendus videtur agmini martyrum qui* i n A f r i c a *(n. 11) passi dicuntur.*

*9.* VITI] *Seu* B i t i, *de quo ian. 25, n. 2.*

*10.* IN AFRICA] *Variis huius mensis diebus et in principio sequentis nuntiantur martyres quos hodie Africae tribuunt codices.*

*12.* MISSURIANI] *Etiam ian. 17, n. 5. Codex E, ad diem 28, legit* Censoriani.

*13.* PUPLIAE] *Al.* Publi, *etiam ian. 19, n. 22; 21, n. 81; 31, n. 28; feb. 1, n. 37.*

*14.* VICTORIS] *Etiam ian. 17, 19, 21, 28, 29, 31, feb. 2*

*15.* QUINTILLI] *Ian. 21, n. 57:* Quintini *seu* Quinti.

*16.* PUPLIANI] *Al.* Publiani *melius, ian. 24, n. 20 (cod. B); 25, n. 19.*

*17.* FESTI] *Proximis diebus non occurrit.*

*18.* FELICIS] *Ian. 19, n. 23; feb. 2, n. 53.*

*19.* BONOSI] *Al.* Bosoni; *feb. 2, n. 64:* Bonosiae.

*20.* PROCESSI] *Unicus nobis notus est Processus, martyr romanus, qui cum Martiniano, die 2 iulii, via Aurelia recolitur. Eum a d. VI non. iul. ad VI kal. feb. translatum esse cer a quidem argumenta non ostendunt. Qui tamen hanc coniecturam satis probabilem iudicaverit, is* Missuriani *(n. 12) cum* Martiniani *nomine, qui Processi socius est, conferre poterit, nec sine specie veri* Aureli *(n. 31) e* via Aurelia *residuum esse suspicabitur. Quae omnia eo vergunt ut legatur:* <Romae via> Aurelia Processi Martiniani. *Et sane fatendum est in martyrologio alios laterculos consimilem in modum concisos et loco suo expulsos fuisse.*

*21.* VENERIAE] *Ian. 17, n. 11.*

*22.* MARINAE] *Ian. 28, cod. E.*

*23.* FORTUNATAE] *Ian. 17, n. 10;* Fortunati *ian. 18, n. 41; 19, n. 18.*

*24.* TECUSSAE] *Ian. 14, n. 27; 17, n. 9.*

*25.* GODDITIS] *Cf. ian. 21, n. 61.*

*26.* SECUNDAE] *Ian. 19, n. 27 e ian. 21, n. 74:* Secundi.

*27.* EPICTULI] *Lege* Epicteti, *ian. 9, n. 3; 24, n. 18; 25, n. 18.*

*28.* VINCENTI] *Ian. 22, n 10; 24, n. 46 et 28, n. 8:* Vin entiae.

*29.* ROGATI] *Ian. 21, n. 66.*

*30.* PRIMI] *Ian. 19, n. 29; 21, n. 69.*

*31.* AURELI] *Aurelius aliquis occurrit et 24 feb., qui dies etiam* sexto kalendas *numeratur. Iteratur feb. 25, n. 8. Cf. supra, n. 20.*

*32.* HILARI] *Feb. 1, n. 54; 2, n. 74.*

*33.* PERPETUAE] *Ian. 28, cod. E; feb. 2, n. 7.*

*34.* IULIANAE] *Feb. 2, n. 16.*

*37.* ALIORUM XXIIII] *Varia est variis in codicibus nota numeralis XXIIII, XXXII, XXXV, XXXVII, XLIII, XLIIII. Ian. 26, n 25:* cum XXXVI; *ian. 28, n. 17:* et aliorum XXXV.

*39.* DEDICATIO] *Non certa quidem sed non spernenda est coniectura iam 24 ian., n. 32 allata, quae haec cum* Ravenna, *ubi basilica S. Victori dicata erat, coniungit.*

**<Ravenna> dedicatio basilicae sancti Victoris.**

*43.* NICOMEDIA] *Ex Passione SS. Thyrsi, Leuci et Callinici, de qua iam ad dies ian. 15, 18, 20, 25, habemus eos non quidem Nicomediae passos esse, sed praesidem venisse* ἀπὸ τῆς Νικομηδείας, *ipsos vero in Bithynia natos:* τούτους ἤνεγκε μὲν ἡ περιώνυμος χώρα τῶν Βιθυνῶν, *et Callinicum Apolloniae habitasse:* ἦν δὲ παρὰ τῇ Ἀπολλωνίᾳ Καλλίνικός τις ἀνὴρ ὄνομα [1]. *De Thyrso altum hodie silentium. His illustratur laterculus:*

**Nicomedia Leuci, in Apollonia Callinici.**

*50.* LUCI] = Leuci; *n. 44:* Laecii.

*51.* HONORATI] *Etiam ian. 18, n. 67; 19, n. 17; 21, n. 72; 29, n. 10; feb. 2, n. 12.*

*52.* MATROSI] *Ian. 19, n. 21; 21, n. 73:* Marcusi.

*53.* SECUNDI] *Ian. 19, n. 27; 21, n. 74 et supra, n. 26:* Secundae.

*54.* CASTI] *Ian. 21, n. 75:* Castini. *Casti cuiusdam — num huiusce nostri? — repertum est altare in Bordj Rdir Africae* [2]*:*

MESA CASTI
ET FLORI
MARTVRES

*55.* GAI] *Ian. 21, n. 76; feb. 2, n. 46.*

*56.* CAELESTI] *Ian. 21, n. 77:* Caelestini.

*57.* SULPICII] *Sulpicium alterum colunt Bituricenses ian. 17, ubi de utroque, si tamen bini sunt, pauca protulimus* [3]. *Annuntiatio eadem est, hodie decurtata:*

**Sulpicii episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] Gagi *= n. 55.*

*In laterculo diei 28 quem hodie promunt codd. E et Cambr., insertum est* Saturi, *de quo ian. 14, 21, 22, 24, 26.*

Iohannis Chrysostomi *translatio hodie a Graecis commemoratur* [4].

EXCERPTA *Cod. Taml.:* Egot s *=* Goddi s, *n. 25.*

*Cod. Mon.:* Vitaliani. *Vitalianus papa (657-672). Liber pontificalis:* sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die VI kal. febr. [5].

*Cod. Rich.:* Davae *legendum videtur* Dativae, *seu* Dativi, *al.* Dati, *cf. ian. 28, n. 3.*

Ciliane = Caeliani, *ian. 21, 24, 26, 28.*

Teliptae, *ian. 28, n. 7.*

Reotra, *ian. 28, n. 6.*

Secundi papae. *Vitalianus librarii culpa omissus est:* Secundi [Vitaliani] papae.

*Cod. Gell.:* Arthemii Amati *=* Arthematis, *ian. 26, n. 10.*

Euplii. *Unum novimus Euplium qui aug. 12 colitur.*

*Cod. Lat. 5256:* Vitupli *monstrum e concretione* Viti *(n. 9) et* Eupli, *de quo modo.*

[1] *BHG.* 1845, n. 1, 2, 21. — [2] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne de l'Afrique*, n. 318. — [3] « Ce Sulpice manque à la première édition, comme aussi S. Sulpice II de Bourges (17 janvier). Est-ce une autre fête de celui-ci, ou l'anniversaire de Sulpice I de Bourges, mort en 591 (GREG. TUR., *Hist. Fr.*, X, 26)? ou un Sulpice évêque d'un autre siège? L'usage liturgique à Bourges est de fêter le 29 janvier S. Sulpice I, identifié à Sulpice Sévère, le biographe de S. Martin. » L. D. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 425. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 344.

# V KAL. FEB.

**[a] In Africa Dativi Iuliani Telliani Reotri Teliptae Vincentiae Victurini Secundi Papae Canti Victoris Emiliani et aliorum XXXV.**

*Addunt codices pleniores : Hoc die inserit* E *haec nomina ex die praec. desumpta ;* natale censoriani victoris festi marinae et perpetuae et romae agnae in genuinum. — a) romae sanctae agnetis virginis de nativitate B² *in marg. ;* romę sanctę agnetis C ; sanctae agnetis natał secundo S² *in marg. ;* romae nativitas sanctae agnetis (agnitis W) virginis WMKLV.

*Var. lect. codd.* ABSW. — 4. *add.* secundi A | 6. sectri A | 7. telipte S | 8. vincentie S 10. secunde S ; *om.* A | 11. pape S ; papię A | 17. triginta quinque B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Censoriani Victoris Festi Marinae et Perpetuae. et Romae nat. Agnae virginis de nati genuinum.— TAML. : Messoriani et aliorum XXU Victoris Festi Perpetuae Marinae Agnatae Teliptae Messoriani Vincentianae Canti et aliorum XXXU Victoriae papae Genuinii Secundi Infirmi sacerdotis — MON. : Romae passio sanctae Perpetuae et nativitas sanctae Agnetis. Alexandriae Cirilli episcopi Donati Viti et aliorum LXVIIII. — RICH. : Rome Agnetis virginis de nativitate. in Affrica Victoris Messoriani Festae Marinae. in Nicomedia Leaci in Appollonia Callenidi Lucii. — MET. : Agnetis virginis de nativitate. apud Alexandriam beati Cyrilli episcopi.

## IAN. 28

1. IN AFRICA] *Inter sanctos Africae hodie ascriptos notari velim* T e l i p t a e, *quae, ni vehementer fallor, civitas est Thelepte in Byzacena, nunc Medinat-el Kdima*[1]. *Haec sane suos martyres habuerit; quinam vero illi sint non liquet. In basilicis Thelepte repertis*[2], *haec una sanctorum detecta est memoria:* Ianuari et comitum[3]. *Ianuarii comites esse qui nunc sequuntur asserere non ausim, quandoquidem plerique proximis diebus iam prodierunt.*

3. DATIVI] *Codex E, Cambr. et Rhabanus ad diem 27 pro Dativo, in Africa frequentissimo, habent* D a t i; *unde aliis locis ut ian. 21, n. 59; 24, n. 35,* D a t i v u s *Dato supponendus videtur.*

4. IULIANI] *Ex Iulianis non paucis qui ultimis ianuarii diebus in fastis passim occurrunt, Cenomanensis*[4], *Soranus*[5], *Hospitator ille*[6], *Samosatenus*[7], *nullus certe in libris nostris consignatur. Saepe in Africa, titulorum scriptio est* reliquiae sancti Iuliani, memoriae Iuliani et comitum, memoria beati Iuliani, memoriae sancti Iuliani[8]. *Quisnam ex homonymis designetur in dubio relinquitur.*

5. TELLIANI] *Al.* C a e l i a n i, *ian. 21, n. 15; 24, n 39.*

6. REOTRI] *Lectio certe depravata, quae tamen transiit in Romanum martyrologium, ad diem 27:* Ibidem [in Africa] sanctorum martyrum Dati, Reatri et sociorum, qui in persecutione Wandalica passi sunt. *Testes appellat Baronius* « vet. manuscript. ex quibus etiam recentiores ». *Atqui de hisce martyribus alte silent persecutionis Wandalicae historiae. Datius autem* D a t i v u s *est, supra, n. 3.*

7. TELIPTAE] = *Thelepte, supra, ad n. 1.*

8. VINCENTIAE] *Ian. 17, n. 17; 21, n. 61; 24, n. 46; feb. 1, n. 41.*

9. VICTURINI], *Ian. 18, n. 66; ian 19, n. 16:* V i c t u r i a n i.

10. SECUNDI] *Ian. 19, n. 27; 21, n. 74; ian. 27, n. 26:* S e c u n d a e.

11. PAPAE] *Lege* P a p i a e, *de quo ian. 29, cod. A.*

12. CANTI] *Depravatum; saltem hominis ignoti nomen.*

13. VICTORIS] *Ian. 17, 19, 21, 29, 31, feb. 2.*

14. EMILIANI] *Nudum nomen.*

16. ALIORUM XXXV] *Lege annotata ad ian. 26, n. 25; ian. 27, n. 37.*

ADDITAMENTA] C e n s o r i a n i *in codice E et Cambr., in reliquis* M i s s u r i a n i, *ian. 27, n. 12.*

A g n e t i s. *Heri nuntiata est in utraque recensione* (P a s s i o) s a n c t a e A g n e t i s, *die 28 in sacramentariis tum Gelasiano :* In natal. eiusdem [Agnetis] de Nativitate[9], *tum Gregoriano :* Natale sanctae Agne secundo[10]. *Suo quisque modo rem exprimunt codices nostri, ita ut apertum sit de festi ratione varias fuisse sententias, aliis duplicatam sanctae Agnetis octavo post ian. 21 sollemnitatem seu natale, aliis vero memoriam nativitatis eius ian. 28 agi opinantibus. Res in obscuro relinquenda est. Lectio codicis E ceteris praestare videtur :*

**Romae Agnae in genuinum.**

EXCERPTA]. *Cod. Mon. :* C i r i l l i *episcopi Alexandrini festum Graeci celebrant die ian. 18*[11].

D o n a t i, V i t i, *vid. ian. 25, n. 2, 8.*

A l i o r u m L X V I I I I, *vid. ian. 26, n. 25; ian. 27, n. 37.*

[1] TISSOT, *Géographie de la province d'Afrique*, t. II, pp. 618, 676 ; *C.I.L.* VIII, p. 30. — [2] ST. GSELL, *Édifices chrétiens de Thélepte*, in *Atti del II Congresso internazionale di archeologia cristiana* (Roma, 1900), p. 195-224.— [3] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne de l'Afrique*, n. 239. — [4] *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 761. — [5] Ibid., p. 767. — [6] Ibid., p. 974. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 431. — [8] MONCEAUX, t. c., nn. 237, 240, 241, 279, 284, 285. — [9] WILSON, p. 165. — [10] WILSON, p. 21. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 399.

# IV KAL. FEB.

**In Gavala civitate sancti [4] Pauli [a]. in Africa Perusio Victoris Honorati [10]. in Tuscia Constantini. et alibi [15] Ippolyti episcopi de antiquis. Treveris [20] depositio beatissimi Valeri episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) romae natale papię et militum A. — b) *add.* et confessoris C ; discipuli petri apostoli S[2].

*Var. lect. codd.* EABSW. — 2. gadava E ; gavalla W | 3. civĩ E | 7. afr̃ E ; affrica W | 8. perosiae AB[2]W ; prosiae B[1] ; petrosie S | 12. tussia S | 13. constanti BSW | 14-15. *omittunt* ABSW | 16. epoliti ABW ; ippoliti S | 18-19. *om.* E | 22. *om.* E | 23. valerii S | 24. epĩs E.

*Excerpta ex variis.*— Cambr. : In Gavala civitate nat. sancti Pauli. in Affrica nat. Petrusiae Victoris Honorati. in Tuscia Constanti Epoliti episcopi. Treveris depositio sancti Valeri episcopi. — Taml. : Pauli episcopi Ypoliti episcopi et episcoporum trium Constantini Victoris Honorati Constantinae virginis Perosiae Treveris — Rich. : In Cabalauno Eppoliti Pauli episcoporum. et in Tuscia civitate P(erusio *in lit.*) Constantii. et in Affrica Victoris et Honorati. Treveris Valerii episcopi.

## IAN. 29

*1.* in gavala] *Neque in Gabala Aquitaniae, neque in cognomine civitate Lydiae, nec in Gabalis Syriae cuiuscumque Pauli memoriam celebrari novimus. Paulum ad Africam pertinere nobis probabile est.*

*6.* in africa] *Paulus, Victor, Honoratus passim in laterculis martyrum Afrorum simul numerantur, ita v. gr. :*

| | |
|---|---|
| *5. Paulus* | *ian. 18, april. 12, 26, nov. 16.* |
| *9. Victor* | *ian. 27, 28, april. 12, april. 26, nov. 16.* |
| *10. Honoratus* | *ian. 18, 27, april. 12, april. 26, nov. 16.* |

*8.* perusio] *Quater saltem ab hagiographis scripta est Passio S. Constantii Perusini [1]. Urbevetana ecclesia olim S. Constantio sacra erat [2]. In aliis etiam Etruriae et Umbriae locis colebatur [3]. Procul dubio scribendum :*

**Perusiae in Tuscia Constantini.**

*9.* victoris] *Supra, n. 6 ; ian. 28, n. 13 ; 27, n. 14.*

*10.* honorati] *Supra, n. 6 ; ian. 27, n. 51.*

*16.* ippolyti] *De eo potius ad diem 30, quamquam plenius hodie laterculus eius exprimitur :*

**Ippolyti episcopi de antiquis.**

*20.* treveris] *Secundo ordine in serie episcoporum Treverensium numeratur Valerius [4]. Cum Euchario olim in uno quiescebat oratorio [5], quod antiquo titulo declaratur [6] :*

QVAM BENE CONCORDES DIVINA POTENTIA IVNGIT
MEMBRA SACERDOTVM QVAE ORNAT ISTE DVORVM
EVCHARIVM LOQVITVR VALERIVMQVE SIMVL
SEDEM VICTVRIS GAVDENS COMPONERE MEMBRIS
FRATRIBVS HOC SANCTIS PONENS ALTARE CYRILLVS
CORPORIS HOSPITIVM SANCTVS METATOR ADORNAT

*De Vita eiusdem et veneratione olim disseruerunt nostri [7].*

**Treveris depositio beatissimi Valeri episcopi.**

additamenta] *Papiae. Ex Actis S. Marcelli [8] Papias et Maurus milites erant « quorum corpora collegit noctu Iohannes presbyter et sepelivit in via Numentana sub die quarto kalendarum februariarum ad Nymphas beati Petri ubi baptizabat [9] ». Restituenda videtur lectio :*

**Romae natale Papiae et <Mauri> militum.**

*Papias, cum aliis martyribus in coemeterio maiore quiescentibus, memoratur etiam sept. 16. Sitne Papiae et Mauro positus titulus [10] :*

SANCTIS MARTYRIBVS PAPRO ET MAVROLEONI
DOMNIS VOTVM REDDIDERVNT CAMASIVS... ET VICTORINA...

*disceptatur [11].*

excerpta] *Petrusiae = Perusio, n. 8.*

[1] *BHL.* 1937-1940. — [2] P. Kehr, *Italia pontificia*, t. II, p. 222. — [3] F. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 548-50. — [4] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 34. — [5] Cf. Gregorii Turonensis *Vitae Patrum*, XVII, 4. — [6] Leblant, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, n. 242 ; F. X. Kraus, *Die christlichen Inschriften der Rheinlande*, n. 77. — [7] *Act. SS.*, Ian. t. II, pp. 917, 1152. — [8] *BHL.* 5234. — [9] *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 948, n. 4. — [10] De Rossi, *Bullettino*, 1877, p. 10 ; Marucchi, *Monumenti cristiani del museo Pio-Lateranense*, tav. XLIV, 7, 12.— [11] *Les origines du culte des martyrs*, p. 317.

*Cod.*

*Cod. Rich.:* *C a b a l a u n o. Caballaunum, Caballonum, Cabollodunum scribitur quandoque pro C a b i l l o n u m* [1], *quod est oppidum Aeduorum, nunc Chalon-sur-Saône. Cabillonenses episcopos binos videtur nuntiare Hippolytum et Paulum. Hippolytus certe nullus est in serie episcoporum* [2]; *sed Pauli Cabillonensis episcopi mentio est in epistula Apollinaris Sidonii* [3]. *Sed neque huius Pauli memoria agitur. Turpe enim mendum est C a b a l a u n o pro G a b a l a seu Gavala (n. 2); Hippolytus martyr est Antiochenus (n. 16), Paulus autem Africanus (n. 5).*

[1] Holder, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. I, pp. 654, 662. — [2] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II, p. 191-96. — [3] *Epist.* IV, 25.

# III KAL. FEB.

**In Antiochia passio sancti [4] Ippoliti. in Africa Pelliani Cleri Feliciani [10] et aliorum CXXIIII [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) martyris. ‹ala monasterio depositio baldechildis reginę. corbeia monasterio dedicatio basilicae sancti iohannis evangelistę C. — b) in territorio parisiacense sancte baltildis regine S².

*Var. lect. codd.* EABSW. — 1. *om.* E | 2. antioch̄ E ; antiocia W ; anthiochia B | 4. *om.* E | 5. epoliti ABW ; ypolite S¹ ; ypoliti S² | 7 aff̄ E ; affrica W | 9. deri EW ; pleri S ; cleriani A | 10. felippiani ABW ; philippiani S | 13. centum viginti tres BW ; CXXXIII A.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia passio sancti Ypoliti. in Affrica Pelliani Cleri Feliciani et aliorum CXXVII et sanctae Aldegundae Pilippiani Baltildae reginae.— Mon. : ... et aliorum CXXIIII. — Rich. : In Affrica Feliciani. Et in Antiochia Yppoliti et aliorum XXIIII Pelliani Cleri Filippiani. — Lat. 5256 : In Affrica Pelleni Celeri Philipiani et aliorum CXXIIII.

## IAN. 30

*1.* in antiochia] *Breviarium Syriacum:* *ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ πόλει Ἱππόλυτος. Heri codices nostri:* Ippolyti episcopi de antiquis, *id est ex iis quorum Passio legebatur in libro Eusebii de martyribus ante Diocletianum passis. Hippolytus etiam annumeratur Antiochenis martyribus in homilia quae sub Eusebii nomine circumfertur* [1]. *Certe non praefuit ecclesiae Antiochenae; ignotae igitur sedis episcopus fuerit; et nobis scribendum est:*

**in Antiochia passio sancti Ippolyti episcopi de antiquis.**

*A Graecis quoque commemoratur hodie H i p p o l y t u s, quem Romanum dicunt, non Antiochenum: τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἱππολύτου πάπα Ῥώμης καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Κενσουρίου, Αὔρας, τῆς καὶ Χρυσῆς ἑρμηνευομένης κτλ* [2]. *De his lege Acta martyrum ad Ostia Tiberina* [3]. *Cum Hieronymianis scripserat Florus:* Apud Antiochiam passio sancti Hippolyti. *Proprio marte addidit Ado* [4] *quae de Hippolyto romano tum Damasus* [5] *tum Prudentius* [6] *tradiderunt:* qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem ecclesiae rediit : pro qua et illustre martyrium postea consummavit. *Adonem reprehendit Baronius quod tres Hippolytos conflaverit in unum, id est militem, presbyterum et episcopum. Quicquid de tribus homonymis senseris, miraberis sane viro eruditissimo ad sanandum Adonianum laterculum nihil aliud occurrisse quam ut Hippolytum Antiochenum presbyterum vocaret, cui et elogium texuit Prudentii verbis fere expressum:* Hic rogatus a suis quaenam secta verior esset, execratus dogma Novati, eam fidem dicens esse servandam quam Petri cathedra custodiret, iugulum praebuit. *Transierunt igitur in martyrologium Romanum Adonis errores, quos suis Baronius cumulavit.*

*6.* in africa] *Lege quae infra notata sunt de F e l i c i a n o, n. 10.*

*8.* pelliani] *Lectio depravata pro F e l i c i a n i, n. 10.*

*9.* cleri] *Lectio incerta videtur.*

*10.* feliciani] *Nomen Afris non ignotum. In titulo non ita pridem reperto legitur:*

MEMORIA FELICIANI PASSI III KAL. IVLIAS... [7]

*In kalendario Carthaginiensi et codicibus nostris die 29 oct.:* *S a n c t i F e l i c i a n i e t V a g e n s i u m; iterum die sequenti I I I k a l. n o v. p a s s i o S. F e l i c i a n i c u m s o c i i s. Felicianum a* III kal. iul. *vel* III kal. nov. *ad* III kal. feb. *ab oscitante librario translatum esse non adeo temeraria foret coniectura. In martyrologio Romano:* in Africa passio sanctorum

[1] *BHO.* 700. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 431. — [3] *BHL.* 808-813 ; *BHG.* 466. — [4] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 635. — [5] Ihm, *Damasi epigrammata*, 37. — [6] *Peristeph.*, XI. — [7] Monceaux, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne de l'Afrique*, n. 275.

martyrum

martyrum Feliciani, Philappiani et aliorum centum viginti quattuor, *quod ex vetere martyrologio Romae in ecclesia legi solito se restituisse asserit Baronius. Atqui unus et idem est Felicianus et* P h i l a p p i a n·u s, *ut ex collatis codicibus apparet. De sociis vid. ad n. 12.*

*12.* ALIORUM CXXIIII] *Num hi centum viginti quattuor, al. CXXIII vel CXXXIII socii sint Feliciani, in dubio relinquendum. Cf. ian. 26, n. 25; ian. 27, n. 37; ian. 28, n. 17.*

ADDITAMENTA] *C a l a m o n a s t e r i o in territorio Parisiensi, nunc Chelles (Seine-et-Marne).*

*B a l d e c h i l d i s seu B a l t i l d i s, regina, obiit c. ann. 680. Eius vita conscripta est*[1]*. Corbeiense monasterium ipsa condidit anno 659. In martyrologio Corbeiensi signatur dies obitus eius:*

**Cala monasterio depositio Baldechildis reginae**

*et dedicatio basilicae S. Iohannis hodie; iul. 20, dedicatio basilicae S. Stephani; iul. 28, dedicatio basilicae S. Petri.*

**Corbeia monasterio dedicatio basilicae sancti Iohannis evangelistae.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. A l d e g u n d a, abbatissa Malbodiensis in Belgio. Obiit c. ann. 684. Eius vita edita est*[2]*.*

*P i l i p p i a n i al. F i l i p p i a n i = Feliciani, n. 10.*

[1] *BHL.* 905-910.— [2] *BHL.* 244-248.

# PRID. KAL. FEB.

I | II

**In Alexandria natale Tarsici Zotici Ammoni. et alibi Commini Cyriaci Gemini Gelasi Eppoliti Ursini**

**| Tyrsi**

**et passio sanctorum**

**Tyrsi |**

**Gallinici et aliorum XV sacerdotum. in Africa Victoris Pupli Saturnini et Policarpi.**

*Addunt codices pleniores:* a) gai C.

*Var. lect.codd.* (I) E; (II) ABSW.— 2. alax̄ E | 3. *om.* ABSW | 4.tarsuci E | 6. ammonici E; ammonii S; common W | 7-8. *om.* ABSW | 9. commoni E; communi S² | 10. ciriaci AB | 11. gemmini BSW | 13. epoliti AC; ippoliti S | 15. *add.* martȳr B | 18. *add.* tyrsi S. | 20. gallenici B¹; callinici AS | 26 aff̄ E; affrica W | 27. victuris S | 28. publi AS¹; publii BS²W | 30. *om.* ES | 31. pullicarpi W. *Hic desinit* A, *ultima columnae parte cum pagina seq. vacua remanente.*

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Alexandria nat. Torsici Zotici Ammoni. in Affrica Victoris Pobbli Saturnini. — MON.: In Alexandria passio sanctorum Tyrsi Gallinici et aliorum XV sacerdotum. in Africa Publi Saturnini Mariniani. — RICH.: In Alexandria Tarsucii Zotici et Ammonii Gemini Gelasii. et passio sanctorum Tyrsi Calinici et aliorum XV sacerdotum Affrica Victoris.

## IAN. 31

*1.* IN ALEXANDRIA] *Variis cum laterculis proximorum dierum affinitate coniunctus est hodiernus Alexandrinus, maxime cum feb. 9, et etiam cum Passione XXXVII martyrum Aegyptiorum*[1]*, e quorum numero sunt*

*5. Z o t i c u s*
*6. A m m o n i u s*
*9. O e c u m e n u s seu C o m m i n u s*
*10. C y r i a c u s*

*qui quaterni feb. 11, 12 recurrunt, etiam feb. 1, uno tamen deficiente. Horum duos (n. 5, 9) cum G e m i n o (n. 11) et forsitan A l e x a n d r o, qui quandoque latet sub A l e x a n d r [i a] vel A l [i b i] (n. 8), sibi vindicare videtur legio martyrum Lugdunensium, quae iun. 2 colitur:*

*Z o t i c u s*
*C o m m i n i u s*
*G e m i n u s*
*A l e x a n d e r (?).*

*Ceterum ignotus est G e l a s i u s (n.12). T a r s i c i autem loco legendum crediderim T y r s i (infra, n. 14, 15, 19), qui Aegyptios comitatur feb. 9, n. 33. Martyres qui certe Alexandrini sunt et hodie colendi, ex his eruere res est plena periculi, eo magis quod omnes et singuli aliis quoque diebus nuntientur, ut mox palam fiet.*

[1] *BHL.* 6584. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 44-48.

*4.* TARSICI] = *T y r s i, ut modo dictum est. Cave ne cogites de Tarsicio martyre Romano cuius elogium est apud Damasum* [1].

*5.* ZOTICI] *Etiam ian. 12, feb. 1, 9, 11, 12, iun. 2.*

*6.* AMMONI] *Etiam feb. 1, 9, 11, 12, 13.*

*9.* COMMINI] *Etiam feb. 9, 11, 12, iun. 2.*

*10.* CYRIACI] *Etiam ian. 12, feb. 1, 9, 11, 12, 13.*

*11.* GEMINI] *Etiam ian. 5, feb. 4, iun. 2.*

*12.* GELASI] *Etiam feb. 4, 5.*

*13.* EPPOLITI] *Martyr Antiochenus, de quo ian. 30.*

*14.* URSINI] *Ut alias Ursi, ian. 20, n. 44, pro T y r s i, n. 15, 19.*

*15.* TYRSI] *Terni totum ianuarium inde a die 15 pervaserunt T y r s u s, L e u c i u s (qui hic omittitur) et C a l l i n i c u s seu Gallinicus (n. 20). Socii quindecim (n. 21-24) alio remandandi sunt, scribendumque:*

**et alibi Tyrsi, <Leuci et> Gallinici.**

*23.* ALIORUM XV] *Similis clausula non semel, etiam mutata numeri nota, recurrit feb. 1: a l i o r u m X V, V I, V, X X I I I I, ita ut in dubio relinquatur quo loco collocanda sit. De s a c e r d o t i b u s nulla alias mentio.*

*25.* IN AFRICA] *Martyres tres qui sequuntur aliis diebus obvios habuimus et habebimus:*

| | |
|---|---|
| *27. V i c t o r i s* | *ian. 17, 19, 21, 27, 28, 29, feb. 1.* |
| *28. P u p l i* | *ian. 19, 21, 31, feb. 1.* |
| *29. S a t u r n i n i* | *ian. 19, 21, 23, 24, feb. 1.* |

*Victorem cum Saturnino, quibus Tyrsum (n. 15) adiungit, Alexandriae tribuit Baronius in martyrologio Romano, Usuardum post Adonem secutus, additque:* in eadem civitate sanctorum martyrum Tharsicii, Zotici, Cyriaci et sociorum *(supra n. 4, 5, 10), quos ex vetustissimo martyrologio monasterii S. Cyriaci in Thermis se restituisse profitetur.*

*31.* POLICARPI] *Non alius ab illo censendus est qui in breviario Syriaco ian. 27, in hieronymianis vero ian. 26 nuntiatur. Sitne Smyrnaeus ille an Nicaenus, ut suo loco notatum est, ambigitur. De eodem rursum feb. 1.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.: M a r i n i a n i = M a u r i a n i, al. M a u r i n i a n i, feb. 1, n. 39.*

[1] IHM, *Damasi epigrammata*, 14.

---

FEBRUARIUS

# FEBRUARIUS

**Mensis Februarius habet dies XXVIII**

---

## KAL. FEB.

**Laetanias indicendas**

**I**

**In Smirna civitate natale Policarpi episcopi Poenis Dionisi et aliorum VI item Poenis et aliorum V. et in Ponto Focatis. et**

**II**

**In [22] Grecia natale sanctorum Policarpi episcopi Poenis Dionisi [a] item Poenis et aliorum XV.**

**in Africa Publii Saturnini Mauriani Libosi Vincentiae et aliorum XXIIII. in Ravenna Severi episcopi. et alibi Victoris Luciani Appollinaris Hilari [c] Ammonis Zotici Cyriaci item Severi confessoris et depositio Picti episcopi et passio sanctorum Vindemialis et Eugeni [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) item dionisi C. — b) in scotia depositio sancte brigidę virginis C. — c) in scotia (scottia B²) brigidę virginis B. — d) et in scotia sanctae brigidae virginis E ; et in porto focatis et in scotia depositio sanctae brigidę virginis S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — *Lemma :* februarius dies XXVIII (lit. ind. *om.*) E ; dis XX et oct. B ; mens. feb. habet dies XXVIII luna XXVIIII feb. letanię indicende sunt W ; kl. feb. lętanię indicendę S. — 3. civī E | 22. /// in B | 23. gre W | 24. *om.* CW | 29-31. om. S | 34. quindecim B ; XXI S | 36. aff̄ E ; affrica W | 37. puplii E | 39. mauriniani BW ; maurii iaini W | 44. viginti quattuor B | 45. *om.* E | 47. siviri W | 49-50. *om.* BSW | 51. vic turis S | 53. appolonaris B ; apollo naris SW | 54. helari BWS | 55. ammoni BSW | 57. ciriaci B | 60. confesş̄ E | 61. *om.* B | 63. pieti BW | 64. presbiteri BWS | 68. vindimialis (a *in ras.*) E ; vindimialis SW | 69. *om.* BSW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Letaniae indicendae. in Grecia in Smirna civitate nat. sanctorum Policarpi episcopi. Poenis. Diuni. et in Affrica aliorum XXIIII. in Ravenna Severi episcopi. item Severi confessoris. et sanctae Bri(gidae). — Rich. : In Scotia depositio sancte Brigidae virginis. Affrica Publii Saturnini Mauriani. Ravenna natale Severi episcopi. et alibi Victoris Luciani Helarii Ciriaci Eugenii.

## FEB. 1

1. in smirna] *Quae de Polycarpo dicta sunt ad diem 31 ian. iteranda forent. Nec obstat quod episcopus in Smyrna, al. in Graecia (n. 23) passus dicatur. Ad nomen enim Polycarpi sponte subit celeberrimi martyris Smyrnaei cogitatio, unde suspicio est loci indicium interpolatori deberi.*

7. poenis] *Poenis, cuius nomen a librariis corruptum est, cum Dionysio, Ammone, Zotico et Cyriaco (n. 8, 55-57) ex Aegyptiorum coetu est qui 9 feb. in libris nostris recoluntur. Horum omnium certamen enarratur in Passione SS. Pauli et sociorum* [1], *ubi non Poenis, sed Pansius, lege Παῆσις, nuncupatur, qui cum nonnullis sociis in hodiernos fastos, nescio quare, relatus est* [2]. *Similitudine quadam nominum deceptus, martyrem illum, quem codices cum Polycarpo Smyrnae tribuunt, non alium esse a Pionio Smyrnaeo, cuius Acta habentur* [3], *opinatus est Florus Lugdunensis, eumque secuti sunt Ado, Usuardus et tandem Romani martyrologii compilatores :* Apud Smyrnam sancti Pionii martyris... Passi sunt cum eo et alii quindecim [4]. *Socios illos XV non ex Passione S. Pionii accepit, sed ex nostris codicibus, ubi martyribus illis Aegyptiis comites XV (n. 34), al. VI vel V (n. 11, 16) adiunguntur. De Pionio ad diem 12 martii.*

10. aliorum vi] *Statim iteratur Poenis cum sociis V, in altera vero recensione cum sociis XV (n. 34), quorum heri iam mentio facta est, et infra (n. 44) rursum :* et aliorum XXIIII. *Additamentum cum nota numerali varie corrupta, ad martyres Aegyptios, quos am-*

[1] *BHL.* 6584. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 44-45. — [3] *BHG.* 1546, 1547 ; *BHL.* 6852. — [4] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 291.

*plius*

*plius triginta fuisse narrat Passio, pertinere crediderim. Lege tamen quae ad n. 43 infra notabimus.*

*19.* IN PONTO] *Sinope in Ponto passus est S. Phocas, non vero in* P o r t o, *ut scribit S. De eo iterum ad diem 5 mart. et praecipue ad 14 iul. Interim scribatur:*

**in Ponto Focatis.**

*34.* ALIORUM XV] *Cf. supra, ad n. 10.*

*36.* IN AFRICA] *Plerique martyres qui vel in Africa vel* a l i b i *passi leguntur, proximis quoque diebus nuntiantur.*

*37.* PUBLII] *Ian. 19, n. 22; 21, n. 81; 22, n. 24; 31, n. 28.*

*38.* SATURNINI] *Ian. 17, n. 13; 19, n. 7; 21, n. 56; 23, n. 18; 24, n. 33; 31, n. 29.*

*39.* MAURIANI] *Feb. 2, n. 57:* M a u r i c i *?*

*40.* LIBOSI] *Dec. 29, n. 10.*

*41.* VINCENTIAE] *Ian. 17, n. 17; 21, n. 65; 24, n. 46; 28, n. 8. Nisi scriptum sit hodie loco* V i n c e n t i i. *Cf. infra, ad n. 52.*

*43.* ALIORUM XXIIII] *Hunc numerum martyrum iam adduximus ubi de sociis S. Poenis, n. 10. Fieri tamen potest ut non martyres sint sed miliaria, a LXXIIII deducta quibus Forum Sempronii Roma distare asseritur feb. 2, n. 11.*

*46.* RAVENNA] *Erravit qui Severum kalendis ianuariis intulit, cum certo certius 1 feb. obierit, ut est in eius Vita:* In tali pace et tranquillitate defunctus est sub die kl. februariarum. Et multa mirabilia ad sepulchrum eius Dominus ostendit in ipsius ecclesia, quae sita est in civitate dudum Classis non longe a regione quae dicitur Salutaris usque in presentem diem [1]. *Ab episcopo Petro, qui Senior nuncupatur, eius ecclesia condita est:* Fundavitque ecclesiam beati Severi, confessor.s Christi, sed mors sibi interveniens reliquit in civitate dudum Clasis, in regione que vocatur Vico Salutaris [2]. *Interfuit concilio Sardicensi an. 342* Severus ab Italia de Ravenna [3] *seu* de Ravennensi [4], *quod Vita eius antiquior reticuisse videtur* [5]. *De Vita Severi eiusque translatione Moguntiam saec. IX a Liutolfo conscriptis* [6] *non est hic locus disserendi. Alius non est a Severo Ravennate Severus confessor, n. 59. Ratione autem habita laterculi diei 1 ian., scribatur oportet:*

**Ravenna depositio Severi episcopi et confessoris.**

*Reliquiae S. Severi erant in capsa argentea quae reperta est sub altare ecclesiae cathedralis Gradensis, cum epigraphe* SCS SEVERVS [7]; *saec. IX eius ossa translata sunt in Germaniam* [8].

*51.* VICTORIS] *Saepius hisce diebus: ian. 17, n. 4; 28, n. 13; 29, n. 9; 31, n. 27; feb. 2, n. 5.*

*52.* LUCIANI] *Kalendarium Carthaginiense:* Kalend. feb. sanctorum Luciani et Vincenti martyr. *Vincentius quidem in nostris laterculis desideratur. Verum, fieri potest ut cum* V i n c e n t i a *(n. 41) coaluerit, unde legendum esset:*

**in Africa Luciani et Vincentii.**

*53.* APPOLLINARIS] *Ravennatem episcopum* A p o l l i n a r e m *(iul. 23) crediderim, a Severo (n. 47) evocatum.*

*54.* HILARI] *Iam 27 ian., n. 32 et iterum 2 feb., n. 14.*

*55.* AMMONIS] *De ternis illis* A m m o n e, Z o t i c o, C y r i a c o *(quibus addi solet Comminus) egimus ian. 31, n. 1.*

*59.* SEVERI] *Episcopi Ravennatis, supra, n. 47.*

*63.* PICTI] *Huius episcopi cathedra ignota est* [9].

*68.* VINDEMIALIS] *De* V i n d e m i a l e *episcopo Capsensi in Byzacena et* E u g e n i o *episcopo Carthaginiensi non pauca affert Gregorius Turonensis. Hic martyrum Africanorum Passiones, quae aetatem non tulerunt, se legisse testatur* [10] *et in libro de* Gloria Martyrum *S. Eugenii laudes fuse persequitur* [11]. *Huius etiam ge ta enarrat Victor Vitensis* [12]. *In kalendario Carthaginiensi commemoratur* non. ian. depositio sancti Deogratias et Eugenii episcoporum. *Sanctorum Eugenii et Vindemialis Acta ab hagiographis recentioris aevi conscripta sunt* [13], *quae quidem nullius auctoritatis sunt, quaedam tamen af erunt de illorum veneratione in Liguria et apud Tarvisinos* [14]. *Sana proinde est lectio:*

**Passio sanctorum Vindemialis et Eugeni.**

ADDITAMENTA] *Kildariae (Cell Dara) in Hibernia obiit anno 523 S.* B r i g i d a, *cuius Vita saepius latine et hibernice conscripta est* [1].

**in Scotia depositio sanctae Brig dae virginis.**

EXCERPTA] *Codex Cambr. legit* D i u n i *pro* D i o n i s i, *n. 8.*

[1] AGNELLI *Liber pontificalis*, XII, TESTI RASPONI, p. 49. — [2] AGNELLUS, XXVIII, TESTI RASPONI, p. 226. — [3] MANSI, *Concilia*, t. III, p. 39. — [4] 1 id., p. 42. — [5] TESTI RASPONI, t. c., p. 44-45. — [6] *BHL.* 7681, 7682. Cf. F. LANZONI, *San Severo vescovo di Ravenna nella storia e nella leggenda*, Bologna, 1911, 1912, 2 vol., 76-51 pp. — [7] DE ROSSI, *Bullettino*, 1872, p 42, tav. X, XI. — [8] LANZONI, *S. Severo*, t. I, p. 35-40. — [9] Cf. *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 198. — [10] *Hist. Franc.*, II, 3.— *In gloria mart.*, 57.— [12] *BHL.* 2678.— [13] *Passio S. Eugenii*, *BHL.* 2680; *Acta SS. Florentii et Vindemialis*, *BHL.* 3052. — [14] F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 689-701. — [15] *BHL.* 1455-1462; C. PLUMMER, *Miscellanea hagiographica hibernica*, pp. 181-82 203-204, 237-38.

# IV NON. FEB.

I | II

[a] **In Africa natale sanctorum Victoris Marini**

**Perpetuae Iuliae et aliorum LXXIIII** [b] |

**Honorati Orbani Hilari**

| **Perpetuae Iulianae**

**Privatulae et aliorum XXIIII** [c] **Romae Foro Simfroni via Flaminia miliario ab urbe CLXXIIII Laurenti Ippolyti. item Romae miliario CLXIIII natale sancti Fortunati Feliciani Firmi Candidi Castolae Secundolae**

| **Cappae**

**Rogatiani Gai Grigori**

**Cappae** |

**Felicitatis Placidi item Victoris Felicis Marcialis Corniliani Salusti Maurici Urbici Papiris Secundiani Ingenui Mustulae Victoriae Bonosiae Forosi Pruni item Victoriae natale**

| **item Victoris natalis Primi**

**Hilari Rogati Saturnini. Aurilianis civitate depositio beati Flosculi episcopi et depositio Sichariae Deo sacratae virginis quae Aurelianis obiit.**

*Addunt codices pleniores :* a) purificatio sanctae mariae S ; purificatio beatae mariae quando representatus est ihesus in templo CW ; purificatio sanctae mariae matris domini nostri ihesu christi MKLV. — b) et hierosol(imis) sancti symeonis. in affrica E. — c) et sollempnitas (sollempnitate $B^1$) sanctae mariae quando dominum in templo praesentavit B.

*Var. lect. codd* (I) E ; (II) BSW. — 2. aff̄ E ; affrica W | 3-4. *om.* ESW | 6. maurini BSW | 13. urbani W ; *om.* S | 14. helari W | 15. perpetui W | 16. iuliani W | 17. pio vatule S ; brivatule W | 20. septuaginta quattuor B ; LXXIIII S ; LXXIII W | 21. rom̄ E | 22-23. forosini pruni E ; ferosini et fronicii B ; forosinfroni S ; foro simfrosi W | 24-29. *om.* E | 24. *om.* B | 25. flamię B | 26. miliari $B^1$ ; miliar $B^2$ | 28. urbę B | 29. CLXIIII W ; centis(imo) LXXmo ** qua(rto) *** B | 31. eppoliti $B^1$ W ; epoliti S ; ippoliti $B^2$ | 32-35. et W | 32. *om.* S | 35. centesimo sexagesimo quarto B ; CXIIII S | 34-37. *om.* E | 38. furtunati BSW | 40. *om.* W | 41. candedi W | 42. castulae W ; castule BS | 43. secundole SW | 44. cappe S ; pappię W | 45. rogatianę B ; rogatione S ; rogacione W | 46. gagi BSW | 47. gregorii BSW | 51. *om.* E | 55. corneliani $S^1$ | 56-60. *om.* S | 56. salustii BW | 57. marici BW | 58. urici E | 59. pupivi B ; pupis W | 62. mustile $B^1$W ; mustule $B^2$ ; mystile S | 63. victuriae $B^1$SW | 64. honosiae BS | 65. forosię W | 66. prumi $E^1$ | 68. victuriae BSW | 69. nt̄ E ; *om.* BS | 71. victuris B | 72. natale S ; nat̄ W | 74. helari SW | 75. rogatę B | 76. saturninę W | 77. aurilian̄ E ; aurelianis $S^2$ | 78. *om.* ES | 80. *om.* E | 81. fluscoli B ; flusculi W ; fuscoli S | 84. depossitio S ; *add.* sanctae B | 85. signariae E ; sicariae BW | 86-87. *om.* E | 89-91. *om.* ES | 89. qui $B^1$W | 90. aurilianis B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Purificatio sanctę Mariae tunc accepit eum Symeon in ulniis suis et benedixit et nat. Victoris Marini Perpetuę Iulię et depositio sancti Laurentii et aliorum LXXIIII Aproniani. — MON. : Romae militum CLXIIII et aliorum XXIIII.— RHAB. : Romae Foro Simpronii via Flaminea miliario ab urbe CLXXIIII Laurentii et Yppoliti.

## FEB. 2

*1.* IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense:* IIII non. feb. sanctorum Cartheriensium, *quorum in natali S. Augustinus sermonem habuit* [1]. *Martyres qui denso agmine in huius diei laterculo procedunt Carthertenses illos esse nullo indicio comprobatur. Immo vero ab his plane diversos esse suadet quod nonnullos dies propinqui, plerosque, quod mireris, dies 5 iun. subministrarunt.*

*5.* VICTORIS] *Ian. 27, 29, feb. 1, iun. 5 et alibi saepissime.*

*6.* MARINI] *Ian. 27, n. 22: Marinae; feb. 1, n. 39: Mauriani.*

*7.* PERPETUAE] *Ian. 27, n. 33.*

*8.* IULIAE] *Ian. 27, n. 34: Iulianae, ut in codicibus alterius recensionis, infra, n. 16.*

*11.* LXXIIII] *Infra XXIIII (n. 20). Numerus uterque detractus ab illo qui mox sequitur, n. 29: CLXXIIII (lege CLXIIII), estque miliariorum, non martyrum.*

*12.* HONORATI] *Ian. 27, n. 51; 29, n. 10.*

[1] POSSIDII *Indiculus*, IX, *P. L.*, t. XLVI. p. 19.

*13.* ORBANI] *Nudum nomen, nisi est U r b a n u s ille de quo ian. 22, n. 25. In laterculo iun.5 et infra, n. 58, legitur non Urbani sed U r b i c i, al. O r b i c i.*

*14.* HILARI] *Ian. 27. n. 32; feb. 1, n. 54; iun. 5, n. 28. Iterum infra, n. 74.*

*16.* IULIANAE] *Al. I u l i a e, n. 8. Notatu digna est nominum consecutio I u l i a n a e P r i v a t u l a e, cuius lectio est in cod. W: I u l i a n i B r i v a t u l e, unde suspicio est scriptorem in mente habuisse I u l i a n i B r i v a t e, celeberrimi martyris, cuius memoria agitur aug. 28. Verum in laterculo 5 iun. qui magnam partem ad feb. 2 transiit, tum I u l i a n a al. I u l i a, tum P r i v a t a al. P r i v a t u s recensentur.*

*20.* XXIIII] *Supra ad n. 11.*

*21.* ROMAE] *Legebat Rossius:* Romae Foro Simproni *cet., totumque laterculum ex antiquo Romano feriali repetebat* [1]. *Dedicationem basilicae tot milium intervallo ab Urbe distantis fastis Romanis inscriptam fuisse validis rationum momentis comprobandum esset. R o m a e vel ab interpolatore, ob nomina Laurentii et Hippolyti adiectum est, vel loco suo motum, ita ut n. 28 U r b e R o m a scribendum sit.*

*22.* FORO SIMFRONI] *Recens oppidum Fossombrone duobus fere chiliometris ab antiqua civitate situm est* [2]. *Dedicationis basilicae in Foro Sempronii hodie memoriam agi apud omnes in confesso est. Eandem etiam 6 augusti et 2 novembris in his tabulis signatam esse nullus quem viderim indicavit. Et mense quidem novembri nuntiatur* dedicatio basilicae sanctorum Syxti Ippoliti et Laurenti, *certe ex errore sollemni* IIII non. nov. *loco* IIII non. feb. *legentis. Notatu dignum est S i x t u m Hippolyto et Laurentio accessisse. Inde enim manifestum fit quamobrem eadem memoria etiam die 6 augusti, quae S. Sixto sacra est, recolatur:* in foro Simproni via Flaminia Laurenti Eppoliti et milites (*lege:* miliario) CLXV. *Hic vero pontificis nomen non exprimitur. Sed principio scriptum esse, dein deletum, quia iam in superiore laterculo huius diei prostabat, dubium esse nequit, illudque hodie restituendum esse nemo non facile concedet:*

**Foro Simproni via Flaminia miliario ab Urbe Roma CLXIIII dedicatio basilicae sanctorum Sixti, Laurentii et Ippoliti.**

*33.* ROMAE] *Romanos non esse martyres singulos quorum nomina mox sequuntur, ex dicendis palam fiet, nec multis ostendendum est verba R o m a e m i l i a r i o C L X I I I I n. 21, 26 et 29 iterare.*

*38.* FORTUNATI] *Cum aliis compluribus huius laterculi, die iun. 5, n. 40, sub R o m a e recensetur, sed perperam, ut ex commentario ad hunc diem manifestum fiet.*

*39.* FELICIANI] *Sequitur F i r m i, errore librarii; collato enim laterculo iun. 5, bigam illam*

**Feliciani Primi,**

*qui martyres sunt viae Nomentanae 9 iun. culti, hic agnoscimus.*

*40.* FIRMI] = *P r i m i ut modo dictum est. Cf. infra, n. 73.*

*41.* CANDIDI] *Iun. 5: C a n d i d a e. Usuardo debetur laterculus martyrologii Romani:* Romae sanctorum martyrum Fortunati, Feliciani, Firmi et Candidi, *quorum nullus praeter Felicianum romanis fastis ascriptus est.*

*42.* CASTOLAE] *Iun. 5, n. 36 et aliis diebus.*

*43.* SECUNDOLAE] *In laterculo iun. 5, proxime coniuncta sunt nomina S e c u n d i a n i (infra, n. 60), C a s t o l a e. Huius autem cauda cum illius capite novum effecisse videtur vocabulum.*

*44.* CAPPAE] = *C a p u a e. Infra, ad. n. 48.*

*45.* ROGATIANI] *Infra, R o g a t i, n. 75.*

*46.* GAI] *Inverso ordine G r e g o r i i G a g i, iun. 5, n. 23, 24.*

*48.* CAPPAE] *In laterculo iun. 5, n. 22: F a p p a e, quae est lectio corrupta; in hodierno autem paulo emendatior. Nobis autem videtur ad F e l i c i t a t e m (nov. 16) pertinere, legendumque esse*

**Capuae Felicitatis.**

*50.* PLACIDI] *Nudum nomen.*

*52.* VICTORIS] *Item n. 5, 71; iun. 5, n. 29.*

*53.* FELICIS] *Iun. 5, n. 52.*

*54.* MARCIALIS] *Iun. 5, n. 41.*

*55.* CORNILIANI] *Ignoti martyris nomen ansam praebuit, ni fallor, Adoni, ut Cornelio centurioni hodie locum daret. Adonis annuntiatio ad Usuardum, hinc ad Romanum martyrologium transiit. A Graecis recolitur Cornelius centurio die 13 septembris* [3].

*56.* SALUSTI] *Nudum nomen.*

*57.* MAURICI] *Iun. 5, n. 33: M a u r i.*

*58.* URBICI] *Iun. 5, n. 34. Vid. supra, ad n.13.*

*59.* PAPIRIS] *Nudum nomen.*

*60.* SECUNDIANI] *Iun. 5, n. 35. Supra, ad n. 43.*

*61.* INGENUI] *Iun. 5, n. 31.*

*62.* MUSTULAE] *Iun. 5, n. 30: M u s t i l i, M u s t o l i.*

*63.* VICTORIAE] *Iterum n. 68.*

*64.* BONOSIAE] *Ian. 27, n. 19: B o n o s i.*

*65.* FOROSI] *Seiungenda non sunt F o r o s i P r u n i = Foro Simproni, supra, n. 22.*

*68.* VICTORIAE] *Iam supra, n. 63. In altera recensione V i c t o r i s (n.71), et supra, n. 5, 52.*

*73.* PRIMI] *Iun. 5, n. 38; lege quae iam dicta sunt ad n. 39, 40.*

*74.* HILARI] *Iun. 5, n. 28, et supra, n. 14.*

*75.* ROGATI] *Iun. 5, n. 27: R o g a t a e.*

*76.* SATURNINI] *Iun. 5, n. 26.*

*77.* AURILIANIS] *In serie episcoporum Aurelianensium recensetur Flosculus* [4], *solo nomine notus:*

**Aurelianis civitate depositio beati Flosculi episcopi.**

*85.* SICHARIAE] *De sancta virgine nihil compertum habemus praeter hanc martyrologii enuntiationem:*

[1] *Bullettino.* 1882, p. 36. — [2] *C. I. L.* XI. p. 905. Cf. PAULY-WISSOWA, *Real-Encycl.*, t. VII, p. 73. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p.37.— [4] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II [2], pp. 459, 461.

**Depositio**

**Depositio Sichariae Deo sacratae virginis quae Aurelianis obiit.**

ADDITAMENTA] *Purificatio sanctae Mariae. Sacramentarium Gelasianum:* in Purificatione sanctae Mariae IV nonas februarias [1]; *codex Sangallensis:* IIII nonas februarias Sancti Simeonis [2]. *Sacramentarium Gregorianum:* IIII nonas februarias id est II die mensis februarii Yppapanti [3]. *Festum occursus Domini, Graecis Ὑπαπαντή, quadragesimo post Natalem Domini die primum in Oriente celebratum est, id est 14 februarii in iis locis ubi sollemnitas diei 25 decembris nondum observabatur. Antiquissimum testimonium est de usu Hierosolymitano apud Aetheriam:* Sane quadragesimae de Epiphania valde cum summo honore hic celebrantur. Nam eadem die processio est in Anastase et omnes procedunt et ordine suo aguntur omnia cum summa laetitia ac si per Pascha. Praedicant etiam omnes presbyteri et sic episcopus semper de eo loco tractantes evangelii, ubi quadragesima die tulerunt Dominum in templo Ioseph et Maria, et viderunt eum Symeon vel Anna prophetissa filia Fanuhel, et de verbis eorum, quae dixerunt viso Domino, vel de oblatione ipsa quam optulerunt parentes [4]. Et post modum celebratis omnibus per ordinem, quae consuetudinis sunt, aguntur sacramenta et sic fit missa [5]. *Anno 542 Hypapante celebrari coepta est Constantinopoli, 2 februarii. Ita Theophanes ad ann. 6034: τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἡ ὑπαπαντὴ τοῦ Κυρίου ἔλαβεν ἀρχὴν ἐπιτελεῖσθαι ἐν τῷ Βυζαντίῳ τῇ β' τοῦ φεβρουαρίου μηνός* [6]. *Edita est oratio Abraami, episcopi Ephesini, qui saec. VI floruisse censetur* [7], *εἰς τὴν ἑορτὴν τῆς Ὑπαπαντῆς* [8]. *A Graecis ad Latinos transiit festivitas passim graeco vocabulo nuncupata. Auctore Libro pontificali, Sergius papa (687-701) constituit* ut diebus Adnuntiationis Domini, Dormitionis et Nativitatis sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae ac Sancti Symeonis quod Ypapanti Graeci appellant, laetania exeat a sancto Hadriano et ad sanctam Mariam populus occurrat [9]. *In kalendario S. Willibrordi nuntiatur veluti festum* sancti Symeonis patriarchae [10]. *Ita fere et in codice Epternacensi martyrologii. In aliis plerisque Symeonis prophetae memoria ad diem 5 ian. inscripta est, die vero 2 feb. beatae Mariae Purificatio exprimitur* [11].

EXCERPTA] *Cambr.: Depositio S. Laurentii cet. Lege dedicatio, supra, ad n. 21.*

*aliorum LXXIIII. Supra, ad n. 11.*

*Aproniani. In Actis S. Marcelli Apronianus commentariensis hoc ipso die martyrium sumpsit:* ductus in via Salaria miliario secundo, capite truncatus est sub die quarto nonarum februariarum [12]. *Nihil ibi de coemeterio in via Latina* [13] *quod ab Aproniano conditore appellatum est. Aproniani non esse nomen hominis, sed lectionem depravatam ex Forosimproni (n. 22-23) coniectura est v. cl. F. Lanzoni* [14]. *Quae si vera est, martyrem Apronianum eiusque natalem diem ex ipso martyrologio iam corrupto accepisse dicendus est qui Gesta Marcelli conscripsit.*

*Mon.: Militum CLXIIII. Lege miliario, supra, ad n. 11.*

*aliorum XXIIII, supra, n. 11, 20.*

[1] WILSON, p. 165.— [2] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 27. — [3] WILSON, p. 22. — [4] *Luc.* 2, 21-39. — [5] GEYER, *Itinera Hierosolymitana*, p. 77. — [6] DE BOOR, p. 222. NICEPHORUS CALLISTI, *Hist. eccl.* XVII, 28 *Τάττει δὲ ('Ιουστινιανὸς) καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ὑπαπαντὴν ἄρτι πρώτως ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἑορτάζεσθαι* *P. G.*, t. CXLVII, p. 292. — [7] S. VAILHÉ, in *Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques*, t. I, pp. 172-73 ; 188-190. — [8] M. JUGIE, in *Patrologia Orientalis*, t. XVI, p. 448-54 ; M. KRASCHENINNIKOV, *Abramii archiepiscopi Ephesii sermones duo adiecta interpretatione slavica* (Iu ievi Liv norum, 1911), p. 8-28. — [9] DUCHESNE, t. I, p. 376 ; f. p. 381. — [10] WILSON, p. 4. — [11] De his lege DUCHESNE, *Origines du culte chrétien* [5], p. 287-88. De origine supplicationis die 2 februarii haberi solitae multum disceptatum est. A. BAUMSTARK, in *Theologie und Glaube*, t. I (1909), p. 89-105 ; BATIFFOL, *Études de liturgie et d'archéologie chrétienne* (Paris, 1919). p. 193-215 ; J. TOUTAIN, in *Revue de l'histoire des eligions*, t. LXXIX, p. 1-13 ; D. DE BRUYNE, in *Revue Bénédictine*, t. XXXIV (1922), p. 14-26. — [12] *BHL.* 5234, n. 5, 6. — [13] Supra, ad diem 25 dec. — [14] *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda* (Torino, 1925), p. 39.

# III NON. FEB.

**I**

**Natale Felicis. in Foro Simfroni Laurenti Hippoliti Felicis Celeris.**

**II**

**[a] In Africa Felicis Celerinae Felicitatis Ippoliti.**

**Vapingo depositio episcoporum Teridi et Remedi. Lugduno depositio beati Lupicini [b]**

*Addunt codices pleniores :* a) in cappadocia sancti blasii V.— b) in forosin fronii natale aurenti (aurenci S²) ypo - liti celeris felicis S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 11. affrica W | 13. caelerinae B ; celerini S | 15. *om.* S | 16-17. uappini code pãs E | 16. u anpingo S¹ ; vampingo W | 18. *om.* E | 19. teredi S¹ ; tigridii S² | 20. *om.* E | 21. remedii BSW | 22. lugduñ E | 25. *add.* episcopi B²SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Celerinae Felicis Felicitatis Vappingo depositio episcoporum Tegridi et Remedi Lugduno depositio sancti Lupicini episcopi Blasi episcopi.— RICH. : In Affrica Felis Laurentii Yppoliti et Celerinae Vuappingo depositio Tredi et Remedii Lugduno depositio beati Lupicini episcopi (*add. 2 m.* et sancti Blasii mar.) — LAT. 5256 : ... et in territorio lugdunensi depositio sancti Lupitini heremite et in Affrica Felicis Guapingo depositio episcoporum Teredi et Remedii.

## FEB. 3

2. FELICIS] *Plerique codices Felicem nuntiant in Africa (n. 11), et huius nominis martyres saepe inter Afros recensentur. In hoc ipso laterculo binos habet Felices prior martyrologii recensio, altera Felicem et Felicitatem. Hanc autem unice veram lectionem Felicemque delendum suspicio est. Conferenda sunt quae annotabimus ad diem 5 feb., n. 15.*

4. FORO SIMFRONI] *Iteratur laterculus dedicationis basilicae de qua heri. Hinc palam fit quot quantosque errores coacervaverit Ado in hac annuntiatione, quae adhuc in martyrologio Romano legitur :* in Africa sanctorum martyrum Felicis, Symphronii, Hippolyti et sociorum. *Felici enim, quisquis ille est, et in codicibus Africae tribuitur, subnectit non Hippolytum tantum, martyrem Romanum, sed et Romanum alterum, qui certe martyr non est, sed Foro nomen dedit, Sempronium, et alios nescio quos, in unam societatem congregatos.*

9. CELERIS] *Lege, cum codicibus paene omnibus, Celerinae. Carthagine martyrio coronata est Celerina, quam laudat S. Cyprianus una cum Celerino, Laurentino et Egnatio [1]. De horum tamen natali die nihil traditum est. Hos autem omnes hodie nuntiat Florus [2] ea, ni fallor, ductus ratione quod in uno laterculo cum Celerina Laurentium (n. 6) legebat. At Laurentius ille diaconus est celeberrimus, non vero Celerini diaconi patruus. Florum secuti sunt Ado, Usuardus et Romani martyrologii compilatores. Celerina in nostris libris etiam sept. 24, 28 reperitur. Basilicam quae nuncupabatur Celerinae vel Scillitanorum [3], in qua S. Augustinus sermonem habuit [4], sanctae martyri sacram fuisse minime constat, potuitque a nomine matronae, quae eam condidit, appellari.*

14. FELICITATIS] *Supra, ad n. 2.*

16. VAPINGO] *In serie episcoporum Vapincensium (Gap) neque Teridio neque Remedio locus esse videtur [5]. Remigio cuidam, ignotae sedis episcopo, litteras datas esse anno 417 a Zosimo summo pontifice [6], auctor est Duchesne [7]. Lectio autem Teridi non adeo certa est.*

22. LUGDUNO] *Sedit Lupicinus in cathedra Lugdunensi [8], inter Patientem († sept. 11, c. 480) et Rusticum († april. 25, an. 501).*

**Lugduni depositio beati Lupicini.**

*Adonianus est, in martyrologium Romanum assumptus, laterculus :* Lugduni sanctorum Lupicini et Felicis itidem episcoporum, *cui subiungere placet Baronii commentarium : « Beda de Lupicino tantum, de quo etiam Wandelbertus. Ponitur hic Lugdunensis ecclesiae episcopus 24 vel 28, secundum diversas tabulas... Felix autem, cum in illis non inveniatur, alterius civitatis episcopus existimatur. Scilicet Felix, qui in capite huius diei ponitur, inscite Lupicino adiunctus est.*

ADDITAMENTA] *Blasii, episcopi Sebasteni, memoriam Graeci agunt feb. 11 [9], die vero 3 : Βλασίου τοῦ Βουκόλου, ἐκ Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας [10]. Hunc nonnulli alium existimant a Sebasteno [11]. Unum agnoscit Blasium kalendarium marmoreum Neapolitanum, et quidem ad diem feb. 3 [12] :*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) BLASSI

EXCERPTA] *Lupicini, non episcopi (n. 22) sed* eremitae, *illius sane cuius Vitam scripsit Gregorius Turonensis [13], hodie memoriam agi censuit qui codicem Parisiensem 5256 exaravit.*

[1] Epist. XXXIX, 3, HARTEL, p. 58. — [2] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 288, 378. — [3] VICTOR VITENSIS, *Hist. persec. Vandal.*, I, 3. — [4] Sermo XLVIII, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 316. — [5] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II, p. 286. — [6] JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta pontif. Roman.*, 337. — [7] DUCHESNE, t. c., p. 101, n. 2. — [8] DUCHESNE, t. c., p. 163. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 457 ; *BHG.* 276, 277. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 441.— [11] *Act. SS.*, Feb . t. I, p. 353. — [12] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 336. — [13] *BHL.* 5075.

PRID.

# PRID. NON. FEB.

**In Foro Simphroni natale Gemini Gelasi [a] Magni Aquilini et Donatae item Gemini item Donatae Thimoi filiae episcopi cum filia sua**

*Addunt codices pleniores:* a) timothei B.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *omitt.* BSW | 2-3. ferosen proni B ; forosin froni S¹ ; forosin fronii S² ; foro sempron i W | 5. gemini** B ; gemmi W | 6-13. *om.* S | 6. *om.* W¹ | 7. mannae E | 8-10. donate aquiline B ; donate aquilinę W | 11. *omitt.* BW | 12. gemmi BW | 14. donate SW | 15. themoi BSW | 16. fili S | 17. ep̄i ESW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In foro Sinfroni nat. Gemini Gelasii Manni Aquilini et Donatae item Donatae Themos Gelasii. — Rich. : In Foro Simfroni natale Gemini Gelasi Mannii Aquilini et Donate Timuae episcopi cum filia sua. — Rhab. : In foro Simfronii nat. Gemini Gelasii Manni Aquilini et Donati item Donati Themoy Gelasii.

## FEB. 4

2. foro simphroni] *Loci indicium a die 2 feb., n. 22, huc delatum est, sanctorum nominibus suppressis. Proinde nullus ex martyribus qui hodie in tabulis referuntur, ad Forum Sempronii pertinent* [1].

5. gemini] *G e m i n u s cum A q u i l i n o ad hunc diem translatus est a 4 ian., n. 3, 4, e solito errore legentis:* prid. non. feb., *ubi scriptum erat:* prid. non. ian. *Iam 31 ian., n. 11, Geminus aliquis nuntiatus est. Hic videtur unus esse ex Lugdunensibus qui iun. 2 coluntur.*

6. gelasi] *Iam 31 ian., n. 12, et iterum 5 feb., n. 16. Gelasium puerum hodie colunt Placentini* [2]*; quo iure, nostrum non est decernere.*

7. magni] *Al. M a n n a e, M a n n i, M a m n i. Adducendusne laterculus breviarii Syriaci: ἐν Ἀντιοχείᾳ Μαξιμῖνος, M a (x i) m (i) n i ?*

8. aquilini] *Cum Gemino (n. 5) a die 4 ian., n. 3, advectus.*

10. donatae] *Nudum nomen; iteratur n. 14.*

12. gemini] *Supra, n. 5.*

15. thimoi] *Mirum in modum et paene ridiculum converterunt librarii elogium F i l e a e e p i s c o p i T h m u e o s et F i l (o r o m i) martyrum Alexandrinorum. Eusebius: Φιλόρωμος ἀρχήν τινα οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς κατ' Ἀλεξανδρέων βασιλικῆς διοικήσεως ἐγκεχειρισμένος... Φιλέας τε τῆς Θμουϊτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος* [3], *moxque eiusdem profert epistulam:* αὐτὸς ἑαυτοῦ παρίτω μάρτυς, ἅμα μὲν ἑαυτὸν ὅστις ποτ' ἦν, ἐπιδείξων, ἅμα δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ συμβεβηκότα μαρτύρια ἀκριβέστερον μᾶλλον ἢ ἡμεῖς ἱστορήσων [4]. *Phileae et Philoromi Acta habemus* [5], *in quibus locus Passionis non exprimitur. Hinc in sua civitate episcopum martyrium fecisse putavit martyrologus, scripsitque:*

**Thmui Fileae episcopi cum Filoromo.**

*Ad anonymum Lugdunensem cod. Parisini 3879, qui Eusebium seu potius Rufinum inscite excerpsit, referendum est quod* innumera multitudo fidelium ex eadem urbe, *id est Thmuitanorum,* pastoris sui sequens exemplum martyrio coronata *cum iisdem fuisse credatur* [6]. *Atqui haec, teste Eusebio, sunt ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ συμβεβηκότα μαρτύρια. Anonymi errores amplexi sunt, post Adonem et Usuardum, Romani martyrologii compilatores.*

additamenta] *T i m o t h e i prava lectio est orta ex T h i m o i (n. 15) id e Thmui, proinde non martyris sed civitatis nomen est.*

¹ *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 469. — ² *Act. SS.*, Febr., t. I, p. 465. — ³ *Hist. Eccl.*, VIII, 9, 7. — ⁴ Ibid., VIII, 10, 1. — ⁵ *BHL.* 6799. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 155-170. — ⁶ Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 207-208.

# NON. FEB.

| I | II |
|---|---|
| **In Sicilia civitate Catenas natale Agathe virginis** | **In Sicilia Catenas passio sanctae Agathe virginis** |

**Revocati**

| **Gelasi**

**Saturi Felicis Saturnini**

**Gelasi.** |

**In Oriente Patras civitate ordinatio episcopatus sancti Andreae apostoli. Vienna depositio Aviti episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et confessoris S² C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 10. *om.* W | 15. revocate B | 16. zelasthi S | 21-22. *om.* E | 24. *om.* BSW | 25. ordiñ E | 26. ep̄i E | 27. scę W | 31. depossitio S ; *om.* E | 32-33. S², *om.* S¹.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Sicilia in Cathecna nat. Agathae virginis et in Affrica Felicis et Saturnini Vieana depossitio Aviti episcopi.

## FEB. 5

*1.* IN SICILIA] *Kalendarium Carthaginiense :* Nonas febr. sanctae martyris Agatae. *Sacramentarium Gregorianum :* Natale sanctae Agathae [1]. *In canone Romano et Ambrosiano Agathae nomen recitatur* [2], *nec deest in fastis Graecorum* [3] *nec in kalendario Mozarabico* [4]. *Non hodie solum eiusdem mentio in libris nostris occurrit. Lege quae annotata sunt ad dies 25 ian., 3 april., 5, 12, 25 iul., 6 et 31 dec. Romae variis temporibus S. Agathae dicatae sunt ecclesiae : S. Agatha in Caput Africae, ad Colles iacentes, in Diaconia, de Tempulo, S. Agathae Trans Tiberim* [5], *et quae omnibus antiquitate praestat, basilica in Subura, anno circ. 470 a Flavio Ricimero constructa recentius dicta S. Agatha Gothorum* [6]. *Symmachus papa* fecit basilicam sanctae martyris Agathae, via Aurelia, in fundum Lardarium [7]. *Panormi erat monasterium SS. Maximi et Agathae, quod Lucuscanum dicebatur, a S. Gregorio M., ut videtur, conditum* [8]. *In monasterio S. Stephani, in Capreae insula, S. Agathae sanctuaria iussu eiusdem Gregorii collocata fuerunt an. 591* [9]. *Acta quae supersunt tanta martyre prorsus indigna sunt* [10]. *Lectio certa est :*

**in Sicilia civitate Catenas natale sanctae Agathae virginis.**

*15.* REVOCATI] *Tum Revocatus, tum Saturus (n. 17) et Saturninus (n. 19) martyres sunt ex societate SS. Perpetuae et Felicitatis (mart. 7). Quare potius quam* F e l i c i s *(n. 18) scribendum opinarer* F e l i c i t a t i s. *Itaque :*

**<in Africa> Revocati, Saturi, Felicitatis, Saturnini.**

*16.* GELASI] *Feb. 4, n. 6, et ian. 31, n. 12.*

*17.* SATURI] *Supra, ad n. 15.*

*18.* FELICIS] *Legendum videtur* F e l i c i t a t i s, *supra, ad n. 15.*

*19.* SATURNINI] *Supra, ad n. 15.*

*23.* PATRAS] *Ad hunc laterculum pertinent quae nescio quo casu ad diem sequentem relata sunt :* i n A c h a i a, *et interpolatori debetur additamentum iam alias usurpatum* [11] i n O r i e n t e. *Sollemnem memoriam Andreae apostoli omnes, nullo dissentiente* [12], *referunt ad 30 nov. Qua de causa hodie quoque commemoretur non liquet. Minime antiquam esse* o r d i n a t i o n i s e p i s c o p a t u s *recordationem non est multis ostendendum. Sed codicum lectio est :*

**Patras in Achaia ordinatio episcopatus sancti Andreae apostoli.**

*30.* VIENNA] A v i t i, *Viennensis episcopi, qui anno 518 obiit* [13], *Vitam habemus* [14].

**Vienna depositio Aviti episcopi.**

[1] WILSON, pp. 23, 260. — [2] F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 923. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 445.— [4] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 454. — [5] Chr. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo* (Firenze, 1927), p. 165-168. — [6] HUELSEN-CECCHELLI cet., *S. Agata dei Goti*, Roma, 1924, in-4°. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLIV, p. 264-67. — [7] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, pp. 262, 267. — [8] *Registr.*, IX, 20, 66, 82, HARTMANN, t. II, pp. 54 86, 97. — [9] *Registr.*, I, 52, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 78.— [10] *BHL*. 133, *BHG*². 36-38.— [11] Cf annotata ad 4 ian.— [12] LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. III, p. 430.— [13] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 147. — [14] *BHL*. 885.

# VIII ID. FEB.

| I | II |
|---|---|
| **Romae via Appia natale Soteretis.** | **Romae via Appia in cimiterio eiusdem Sotiris virginis.** |

**In Achaia Saturnini. alibi Revocatae[a] sanctae Dorotheae et Teofili scolastici[b]. Siracusa passio sanctae Luciae virginis[c]. alibi Antholiani Saturnini.**

*Addunt codices pleniores :* a) victurię C ; in cesarea cappadociae passio SCWKLV. — b) et depositio sancti vedasti episcopi KLV. — c) amandi vedasti episcopi B ; adravitis depositio vetasi (vedasti S²) episcopi et confessoris (et amandi episcopi S²) S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E *int. lin.* | 6. *om.* S | 8. apia S | 9-11. in eiusdem cimiterio (cymitirio W) SW ; *add.* rome S ; *add.* passio SW | 12. soteris B²S ; sotyris W | 15. achia E | 17. *om.* BSW | 18. revocati W | 19. s̄cae B ; *om.* ES | 20. dorotac E ; dorothae W ; *add.* virginis S² *in marg.* | 21-22. ethiofili B ; et thiofoli S ; et inopoli W | 21. *om.* E | 24. siracussa E ; seracusa BW | 24-31. *in ras.* arvernis passio sanctisimi martiris S² ; antholiani et saturnini S¹ | 27. lucianae W | 29. *om.* B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae passio sancti Soteris virginis in Achaia Saturnini et depositio Scolasticae virginis Syracusana passio sanctae Luciae virginis Adravites civitate depositio sancti Vedasti episcopus Elnone monasterio depossitio Amandi episcopi. — Rich. : Rom. Sotheris virginis in Achaia cet...

## FEB. 6

*1.* ROMAE] *Sanctae martyris S o t e r e t i s seu S o t e r i s, quae etiam feb. 10, 11, et maii 12 nuntiatur, hodie natalem passionis celebrari, die vero 10 nativitatis anniversarium, astruere conatus est Rossius*[1], *sed frustra, si quid video. Nullum enim ad hunc diem huiusmodi festivitatis in libris liturgicis vestigium reperire est. Rem alias examini subiciemus*[2]. *Nihilominus, licet loco suo mota, recta est enuntiatio:*

**Romae via Appia in cimiterio eiusdem natale Soteretis virginis.**

*10.* CIMITERIO] *Amplam de huius coemeterio commentationem scripsit Rossius*[3].

*15.* IN ACHAIA] *Nulli sunt martyres ad Achaiam referendi, sed diei 5 feb. restituendum: A c h a i a P a t r a s c i v i t a t e.*

*16.* SATURNINI] *Ex sociis S. Felicitatis, iam 5 feb. Iterum infra, n. 31.*

*17.* ALIBI] *Immo i n A f r i c a, ut die 4 feb., ad n. 15.*

*18.* REVOCATAE] *Lege R e v o c a t i, ex sociis S. Felicitatis, iam 5 feb., n. 15.*

*20.* DOROTHEAE] *Locum passionis servaverunt codices non pauci alterius recensionis. Concinunt Acta quae habemus*[4], *utique exiguae fidei. Kalendaria mozarabica die 7 feb. nuntiant:* sancte Dorothee virginis, *al.* sancte Dorothee virginis et comitum. *Kalendarium Cordubense anni 961:* festum Dorothee interfectae in civitate Cesarie[5]. *Dorotheam vocat Rufinus martyrem cuius nomen Eusebius, Hist. eccl. VIII, 14, 15, silentio premit*[6]. *Sed Alexandrina illa erat, nostra vero Caesariensis fuisse perhibetur:*

**in Caesarea Cappadociae Dorotheae et Theofili scholastici.**

*24.* SIRACUSA] *L u c i a m virginem Syracusanam, post alteram celeberrimam virginem Siculam, de qua heri, commemorari voluit martyrologii compilator vel interpolator, scripsitque:*

**Siracusa passio sanctae Luciae virginis**

*quamquam eius passionis dies est dec. 13.*

*30.* ANTHOLIANI] *Martyrem Arvernum A n t h o l i a n u m eiusque basilicam non uno in loco laudat Gregorius Turonensis*[7]. *De illone an alio cognomine hodie agatur certo definiri nequit*[8]. *Die sequenti iteratur, n. 8, sub nomine A n a t h o l i.*

*31.* SATURNINI] *Iam supra, n. 16, et iterum feb. 7, n. 14. In Romano martyrologio procedit hodie turma* sanctorum martyrum Saturnini, Theophili et Revocatae, *de quibus, ait Baronius, « etiam veteres manuscripti et recentiores. » Ut patet, ex huius diei laterculo undequaque conquisiti*

[1] *Roma sotterranea*, t. III, p. 20-21. — [2] Interim cf. *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 61-62. — [3] *Il cimitero di Santa Sotere*, in *Roma sotterranea*, t. III, p. 5-192. — [4] *BHL.* 2321-2325. — [5] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 454-55. — [6] *Les martyrs d'Égypte*, p. 35-36. Cf. *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 776-77. — [7] *Hist. Franc.*, I, 33 ; *In gloria martyrum*, 64. — [8] « *Antholiani* est peut-être le martyr d'Auvergne connu par Grégoire de Tours. Le 6 février est le jour marqué par les martyrologes et calendriers modernes, mais ils ont pu rattacher par conjecture l'histoire du martyr arverne dont parle Grégoire de Tours à un saint homonyme marqué ici. Ce qui me porte à émettre ce doute c'est l'absence de toute rubrique géographique, spécialement étonnante quand il s'agit d'un saint des Gaules, et aussi le fait que nous n'avons pas de documents exprès sur la tradition arverne primitive en ce qui regarde la date festivale de S. Antolien. » L. D.

quisiti sunt. *Theophilus* enim socius est S. Dorotheae, *Revocata*, lectio depravata pro Revocato, qui cum Saturnino sociis S. Perpetuae connumeratur.

ADDITAMENTA] *Adravitis*, id est Atrebatis (Arras). Die 6 feb. c. an. 540 obiit *Vedastes* episcopus Atrebatensis [1].

**Atrebatis civitate depositio sancti Vedasti episcopi et confessoris.**

*Amandus* episcopus Traiectensis obiit in monasterio Elnonensi (Saint-Amand, dép. Nord) c. an. 676.

**Elnone monasterio depositio Amandi episcopi [2].**

EXCERPTA] Cambr.: *Scolasticam* virginem, sororem S. Benedicti, solum Cambrense breviarium hodie nuntiat, occasione suscepta, ni fallor, a *scolastico* (n. 23) Theophilo, S. Dorotheae socio. Nam S. Scholasticae feb. 10 memoria agi solet.

[1] *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 782-815. *BHL.* 8501-8517; Cf. SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 86-87. — [2] *Act. SS.*, t. c., p. 815-903. Cf. *BHL.* 332-348.

# VII ID. FEB.

**In Brittaniis civitate Auguria natale 5 Auguli episcopi a Anatholi Andreae Ammonis 10 Staciani Nepotiani Luci Saturnini et 15 Saturni.**

*Addunt codices pleniores:* a) et martyris et alibi E.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *om.* E | 2. brittania ES | 4. agurta B; augurta W; *om.* S | 8. anatoli SW | 9. *om.* E | 11. statiani SW | 12. nepociani BW | 13-14. saturnini luci BSW | 15. *om.* BSW | 16. saturne B² S; saturnae W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Britannis civitate in Agusta nat. Agulini episcopi et martiris et Antoliani episcopi Anatoli Andriae Emiliae. — MET.: Ipso die natale Anatholii Andreę Amonis Staciani Nepociani Saturni et Lucii. — RICH.: In Brittania civitate Augusta Aguli episcopi et martyris Anatholi Ammonis Statiani Nepotiani Luci Saturnini et Sarne Andreae.

## FEB. 7

*1.* IN BRITTANIIS] *Perobscura annuntiatio quae multorum ingenia torsit* [1]. *Disceptatur enim non solum de episcopi sed et de sedis nomine, quod post Bedam plerique legerunt* Augusta, *intellegendo* Lundinium vetus oppidum, quod Augustam posteritas appellavit. *Ita Ammianus Marcellinus* [2]. *At vero de episcopo Londiniensi in antiqua aetate, praeter Restitutum, qui concilio Arelatensi anni 314 interfuit* [3], *nemo unquam audivit. Quod addunt Augulum martyrem fuisse, dubitationem auget, non removet, cum vix unius martyris Albani (iun. 22) Britannorum fasti memoriam servarint. Notari velim tot esse nominibus* AVGV l i *et* AVGV r i a *elementa communia, ut unum ex altero, scribentis libidine vel oscitantia faciente, oriri potuerit. Quo loco terrarum sita esset* Auguria *(si tamen lectio proba est) nonnisi divinando assequi possumus. In Africa erat quondam* ecclesia Auguritana [4]; *fuit et* episcopus Augurensis [5]. *Certe, in hodierno laterculo nihil est quod ad Britanniam iure pertineat.*

*8.* ANATHOLI] *Feb. 6, n. 30:* *Antholiani.*

*9.* ANDREAE] *Apostoli* *Andreae*, *feb. 5, n. 28.*

*10.* AMMONIS] *Plurimi huius nominis sunt maxime apud Aegyptios* [6]. *Sed quis ille noster inter tot homonymos ?*

*11.* STACIANI] *Nudum nomen.*

*12.* NEPOTIANI] *Nepotianum, Altinensem presbyterum, laudibus cumulat S. Hieronymus. Hunc autem 7 feb. vel 11 maii, quo nuntiatur* alibi depositio Nepotiani, *cultum habuisse, nullo comprobatur indicio.*

*13.* LUCI] *Aut* *Lucia* *virgo, de qua heri, aut* *Lucius* *papa, de quo postridie. Uter eligendus ex dicendis ad feb. 8, n. 17, intellegetur fortassis.*

*16.* SATURNI] *Etiam feb. 5, n. 19,* *Satur(n)us* *Saturninum comitatur. Vel unus, mutato paululum nomine, geminatur, vel* *Saturninus* *et* *Saturus* *ex die 5 feb. redeunt. Kalendarii marmorei Neapolitani inscriptio est* [7]:

P(ASSIO) S(ANCTI) SATVRNNI

*quem illum ipsum Saturninum esse existimat Sabbatini qui in martyrologio Romano feb. 6 inscriptus est* [8], *illum vero qui hodie in hieronymianis est, Mazochius* [9]. *Atque hi omnes unus idemque censentur socius S. Perpetuae.*

EXCERPTA] *Rich.:* *Sarne* *= Saturni, n. 16.*

[1] *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 16-17; J. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. II, p. 387-90; W. BRIGHT, *Chapters of Early English Church History* [3], p. 9; CH. OMAN, *England before the Norman conquest* [2], p. 178. — [2] *Rer. gest.* XXVII, 8, 7; XXVIII, 3, 1. — [3] HADDAN-STUBBS, *Councils*, t. I, p. 7. — [4] *M.G.*, Auct. antiq., t. III, p. 65. — [5] MANSI, *Concilia*, t. IV, p. 100. — [6] *Les martyrs d'Égypte*, p. 211. — [7] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus* t. I, p. 336. — [8] SABBATINI D' ANFORA, *Il vetusto calendario Napoletano*, t. II, p. 25-26. — [9] MAZOCHIUS, *In vetus marmoreum sanctae Neapolitanae ecclesiae kalendarium commentarius*, p. 34.

# VI ID. FEB.

I | II

**In Armenia minore natale Dionisi [5]**

| **Emiliani**

**et Sebastiani [8]**

**Emiliani** |

**Romae [10] depositio sancti Pauli episcopi. et [15] alibi Lucii [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et iulii pape S.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 2. arminia BSW | 3. *om.* B | 6. miliani B | 7. *omitt.* BSW | 8. sabastiani B¹CW; saebastiani B² | 12. *om.* W | 15-17. *om.* W | 16. *om.* S | 17. luci BS.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Arminia minore nat. Dionisii Emiliani Sabastiani et Romae depositio sancti Pauli episcopi et Iuli papae et alibi Lucii.— RICH. : ... et alibi Lucii Iulii papae.— MON. : ... Romae Iulii papae Pauli episcopi. — RHAB. : Rome depositio sancti Pauli episcopi et Iulii papae.

## FEB. 8

*1.* IN ARMENIA] *Celeberrimus est S. Dionysius, episcopus Mediolanensis, qui a Constantio sede pulsus et in Armeniam relegatus ibidem exsul in Christo obdormivit martyribus connumeratus* [1]. *S. Basilium rogavit Ambrosius ut sibi corpus beati viri redderetur. Rescripsit Basilius narrans qua ratione reliquiae, a fidelibus religiose custoditae, impetratae fuerint, nihilque dubitandum esse de veritate sacri corporis multis asserens argumentis* [2]. *Dionysii depositio Mediolani agitur 25 maii (n. 2), hodie, ut videtur eius natalis dies. Non igitur multis ostendendum est S. Sebastiano (n. 8) neutiquam hodie locum esse, sed probam esse lectionem Sebastiae, quam etiam in laterculo diei 9 martii restituemus. Nil iuvat afferre Passionem sanctorum martyrum Dionysii, Aemiliani, Sebastiani et aliorum in Armenia minore, a Iacobillo concinnatam* [3], *quippe quae fastorum nostrorum hodiernae tabulae tota innitatur. Verisimilis proinde est lectio:*

**Sebastiae in Armenia minore natale Dionisii.**

*Cum tamen martyrologia nostra insidiarum plena sint, monitos velim qui haec legunt postridie Dionysium et Paulum Aegyptios, et Aemilianum incerti loci nuntiari. Quid si horum nomina hodie (n. 5, 6, 13) anticipata fuerint, ut fit, iisque a sciolo appicta locorum indicia Sebastia Dionysio, Paulo Roma?*

*6.* EMILIANI] *Al. Miliani. Ex elementis vocis* MEDIOLANI *male conglutinatis confictum censeo. Mediolani autem scholium esse videtur ab erudito quodam viro non inscite margini appositum. Haec ex coniectura dicta sunto. Nam ut modo observatum est ad n. 1, Aemilianus etiam die sequenti signatur. In alterutrum autem laterculum irrepsisse censendus est. Qui S. Aemilianum revera vixisse comprobari existimant ex Actis S. Aemiliani, Armeni episcopi, in Umbria sub Diocletiano passi* [4], *egregie falluntur. Actorum enim fons praecipuus est elogium, quale est apud Florum, Adonem, Usuardum, et tandem in martyrologio Romano:* In Armenia minori natalis sanctorum martyrum Dionysii, Aemiliani et Sebastiani. *Florentinium secutus* [5] *iam observaverat Sollerius Acta illa, mutatis dumtaxat nominibus, Passionem S. Pantaleonis referre et iisdem paene verbis construi* [6].

*8.* SEBASTIANI] = *Sebastiae, supra, ad n. 1.*

*10.* ROMAE] *Cuius sedis fuerit ille Paulus episcopus, nemo facile dixerit, certo certius non Romanae* [7]. *Romae saltem obiisse fidenter assererem, nisi proximus Sebastianus (n. 8) vel Lucius (n. 17) quempiam inducere potuerit ut Romam ascriberet. Coniectura Antonii De Waal pro* ep(iscop)i *legentis* ap(ostol)i *toleranda non est* [8]. *Sed est alia non improbabilis, quam ad n. 1 adduximus.*

*17.* LUCII] *Codices plerique solum Lucium nuntiant; addunt nonnulli Iulii papae. Hoc primum occurrit vestigium incredibilis con-*

[1] HILARII *Contra Constantium*, 2, *P. L.*, t. X, p. 578; AMBROSII *Contra Auxentium*, 18, *P. L.*, t. XVI, p. 1012; *Epist.* LXIII, 70, ibid., p. 1208; ATHANASII *Apologia*, 4, *P. G.*, t. XXV, p. 649; *Historia Arianorum*, 33, ibid., p. 732. — [2] *Epist.* CXCVII, t.c., p.709-714.— [3] *Act.SS.*, Febr. t.II, p. 158-60. Cf. Ian. t. II, p. 833. — [4] *BHL.* 107. — [5] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p.304. Apographa Constantini Caietani, de quibus Florentinius, servantur Romae in Bibliotheca Alexandrina. *Catal. lat. Rom.*, p. 140. — [6] *Martyrologium Usuardi*, p. 90. — [7] « Ce Paul ne peut être le pape de ce nom, car le ms. d'Epternach, sans parler de la rédaction auxerroise, est matériellement antérieur à la mort de ce personnage. » L. D. — [8] *Römische Quartalschrift*, t. XV (1901), p. 244.

*fusionis et permixtionis, quam aliis martyrologii locis deprehendemus, Lucii papae cum Iulio papa. Quae res ut melius perspiciatur, initio commemorandum est depositionem* Lucii *papae in diem 5 mart. incidere* [1], *Iulii papae in diem 12 april.* [2]. *Huius autem anniversarius dies accurate servatus est in Hieronymianis, illius vero, uno die anticipatus legitur die 4 mart., novo accedente errore, ita ut* Iulius *scribatur pro Lucio. Et in codicibus plenioribus non plane deest die 4 mart.* Lucii *nomen, sed inter tot alia connumeratur (n. 54) ut verius latere quam legi dicendum sit. Mendum hoc loco irrepsisse advertit Cambrensis codicis librarius :* depositio Iulii episcopi sive Luci episcopi. *Qua ratione die 4 mart. alterum pro altero nomine scribi potuerit non est huius loci disquirere. Satis iam erit negotii ostendere cur utrumque legatur die 8 feb., qui cum neutro anniversario quicquam commune habere videatur. Consentiunt codices pleniores :* et alibi Luci. *Lucius autem iam legebatur die 7, et die 6* Luciam *obviam habuimus. Quod indicium esse videtur* Luci *nomen die 8 scriptum esse pro* Lucia, *et librario cuipiam menti occurrisse Lucium illum unum eundemque esse ac Lucium papam, quem in alio laterculo cum Iulio commixtum esse adverterat. Verisimilis est coniectura, incerta tamen. Sed et altera se offert, abstrusior paulo, minime tamen ideo contemnenda* [3]. *Scriptum fuerit quondam die 6 feb. haud procul a Lucia nomen* Iulii pape, *quem eo recurrente die ordinatum esse constat* [4]. *Postea, praetermisso Iulio die 6 feb. ab indiligenti librario casu servata esset iterata commemoratio, ad diem 8 feb.,* Iuli, Luci[ae]. *Ea tamen ratione haud facile ostenditur quo pacto et die 4 mart. similis error invectus sit. Mira est nominum coniunctio in martyrologio Romano :* Romae sanctorum martyrum Pauli, Lucii et Cyriaci, *cum hac Baronii annotatione : « Restituuntur iidem ex saepius citato vetere manuscripto martyrologio monasterii S. Cyriaci. » Atqui in hoc martyrologio, qui est codex F. 85 bibliothecae Vallicellianae, ea prorsus leguntur quae in nostris (n. 10-17). Incaute ergo eponymus monasterii cuius erat codex, in laterculum assumptus est.*

[1] Ita *Depositio martyrum* et *Liber pontificalis.* Duchesne t. I, p. 153. — [2] *Depositio episcoporum* et *Liber pontificalis,* Duchesne, t. I, p. 205. — [3] Huic favet J. P. Kirsch, *Der stadtrömische christliche Festkalender,* p. 222. — [4] Ita *Catalogus Liberianus,* ap. Duchesne, t. c., p. 8.

# V ID. FEB.

I | II

**Sueno apud Cyprum natale [4] Alexandri [a] Ammonis [b]**

**et aliorum XX [9]** |

**Alexandria Pauli Dionisi. et ad Membras [15] Ammonis Emiliani Lassae Didimi Poemi [20] item Ammonis et aliorum XXXVIII [25] et depositio Thomae. in Aegypto [30] Iuli Milicuti Tyrsi Plesei Roni [35] Orbasi Orinion Agathon Recumbi Bastami [40] Sermatae Prothi Orion Coloti Lusi [45] Arati Theonae Ippi Germani Saturnillae [50] Epetimi Serapion Bastamon Papiae Pampiri [55] Dioscodi Erodi Potamon Petecon Decummini [c] Zotici [61] Cyriaci Ippiae.**

*Addunt codices pleniores :* a) in alto monte super sambre (sambrę V) depositio sancti ansberti episcopi KLV. — b) in parrona natale sancti fursei confessoris C ; in alto monte super sambre depositio sancti ansberti episcopi et confessoris W. — c) dioscodi C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. sevo B¹ ; suevo B²W ; *om.* ES | 3. ciprum ESW | 4. *add.* sanctorum S | 5. alaxandri E | 6. ammoni E | 10. alāxan E | 12. diunisi B¹ | 15. menbras B ; mēl as S | 16. *om.* B | 17. emeliani B ; et miliani S | 18. lasse BW ; lassi S | 19-20 poemi didimi SW | 19. dedimi B¹ | 20. poeni B | 25. XXX et octem B¹ ; XXX et octo B² ; XXVIII S | 28. thome BS ; *add.* et B¹ | 30. egypto S | 32. miliguti B ; *om.* SW | 33-34. plesei tyrsi SW | 33. tirsi E | 35. ronei B ; *add.* germani SW (*cf.* 49) | 36. orfasi B²SW ; *add.* miliguti SW (*cf.* 32) | 37. orinion(is *sup. lin.*) E ; oridion BSW | 38. agathonis E | 39. recūbi B ; recumby W | 40. bastamis BSW | 41. syrmathe B ; armathe W ; armate S | 42-43 prothirio(nis *sup. lin.*) E | 42. proti SW | 44. colori E | 45. *om.* SW | 47. theone B ; theonię W ; teonie S ; theonitae E | 48. ippii BSW ; *add.* lusi SW | 49. *om.* SW | 50. saturnille BS | 51. et pectimi E ; epitimi W | 52. serapionis E | 53. liastamonis E ; liastamoni BS | 54. papie BS | 55. pampyri S²W | 57. erodii B ; erudii SW | 58. potamonis E | 59-60. peticonidae cummini E | 59. peteconi B¹ | 60. decōmini B ; decomini S | 63. ippie BS.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Suevo apud Cyprum nat. Alexandri Ammonis item Ammonis et aliorum XXXVII. — Rhab. : Suevo apud Cyprum natale Alexandri Ammonis item Ammonis et aliorum XXXVII.— Rich. : Apud Cyprum Alexandri Ammonii et aliorum XX Alexandria Pauli Dionisii et in Aegypto Iuli Plesei Ronei Orfasi Agatonis. — Mon. : Ammonis et aliorum XXXVIII et depositio sancti Thomae in Aegipto.

# FEB. 9

1. SUENO] *Frustra allaborarunt plurimi ut* S u e n u m *sive* S u e v u m *in Cypro insula reperirent. Nec mirum. Nec enim huius nominis civitatem nec ullos unquam martyres habuit Cyprus* [1]. A l e x a n d e r *— si tamen homo est — et* A m m o n *ad Aegyptum pertinere videntur. Die 20 feb., n. 4, item* a p u d C y p r u m *passi leguntur martyres Aegyptii. Audacior iusto videri poterit emendatio* a p u d A e g y p t u m; *melior certe non occurrit. Non ideo tamen* S u e n o *nobis erit* Συήνη, *nunc Assouân, quae statim mentem subit* [2]. *Cum codicibus nostris scripserat Usuardus:* S u e v o a p u d C y p r u m [3]; *martyrologium Romanum:* Soli in Cypro, *quod e veteribus manuscriptis restituendum putavit Baronius, sed nusquam in libris visum est* [4].

5. ALEXANDRI] *Non ita raro* A l e x a n d e r *pro* A l e x a n d r i a *et vice versa a librariis scriptum est. Proinde, ubi post Usuardum in martyrologio Romano signatur memoria* Ammonis et Alexandri, *potius legendum esset* A l e x a n d r i a e A m m o n i s. *Martyres namque Alexandrini quorum est Ammon (n. 16 et 22), bis nuntiantur, semel per singula nomina (n. 10-63), hic vero compendio.*

**Alexandriae Ammonis et aliorum XXXVI.**

8. ALIORUM XX] *Cum Ammonio iterum colligata est eadem dictio, n. 24, numeris tamen nutantibus:* XXXVIII, XXVIII, XXXIIII. *Quot sint socii computandi ex dicendis palam fiet.*

10. ALEXANDRIA] *Longam martyrum seriem n. 11-63 scindunt loci et regionis notationes ad* M e m b r a s *(n. 15),* i n A e g y p t o *(n. 30). Membressam (hodie Medjez-el-Bab) in Africa proconsulari* [5] a d M e m b r a s *appellari potuisse nostris olim placuit* [6], *in quorum sententiam alii abierunt* [7]. *Haec autem sola vocabulorum similitudine innititur. Ceterum, quinam sint martyres ad hunc locum pertinentes, nullo documento monemur. Porro ut integri segmenti ratio perspiciatur, adducantur oportet tum Passio martyrum XXXVII, qui in Aegypto, incerto tamen loco passi narrantur* [8] *et quorum nomina hodie recensentur; tum etiam laterculi dierum 14 feb. et 18 maii, ubi pars eorundem ex alia videtur narratione deprompta. Haec omnia procul dubio arta quadam colligantur cognatione, quam alias illustrare conati sumus quomodo potuimus* [9], *non ita tamen ut nil melius exspectandum sit. Id unum exploratum videtur, huius laterculi nomina omnia, praeter* E m i l i a n i, L a s s a e *(n. 17, 18),* T h o m a e *(n. 28),* I u l i *(n. 31),* T y r s i *(n. 33) et, ut videtur,* M i l i c u t i *(n. 32), Aegypto tribuenda esse, et potius* **A l e x a n d r i a e**, *De his nunc singillatim.*

11. PAULI] *In Passione martyrum XXXVII* P a u l u s *prodit velut antesignanus. Inter inclutos sub Diocletiano martyres quorum meminit scriptor Actorum sanctorum Edessenorum, habetur* Παῦλος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ [10].

12. DIONISI] *In Passione martyrum XXXVII bini sunt* D i o n y s i; *in laterculo diei 14 feb., tres:* D i o n y s i u s, *n. 70,* D i o n y s i u s e p i s c o p u s, *n. 78,* D i o n y s i u s p r e s b i t e r, *n. 86.*

16. AMMONIS] *Iam supra, n. 6. Insuper n. 22. In Passione duo sunt homonymi.*

17. EMILIANI] *Idem forsitan, quisquis ille est, de quo heri.*

18. LASSAE] *De lectionis sinceritate merito dubitatur.*

19. DIDIMI] *In Passione martyrum XXXVII.*

20. POEMI] *In eadem Passione:* P a n s i i, *ex graeco* Παήσιος, Παῆσις [11].

22. AMMONIS] *Supra, ad n. 16. Hunc ad calcem laterculi reiciemus. Lege quae notanda sunt ad n. 60.*

24. ALIORUM XXXVIII] *Al. XXVIII, XXXIIII, XXXVII (Cambr.). Totis verbis agmen computat Passio:* Hi triginta septem viri fortissimi et athletae Christi unanimiter accesserunt ad martyrium.

28. THOMAE] *Loco* T h o m a e i n A e g y p t o *subdubitans coniecit Duchesne:* Thmui in Aegypto, *quae foret martyrum XXXVII palaestra* [12]. *Egregii viri suggestio non ita placet, cum nec certum sit* i n A e g y p t o *cum* T h o m a *cohaerere* [13], *idque videatur ab* A l e x a n d r i a *(n. 10) segregatum. Alteram equidem subiciam coniecturam, vel, si malueris, divinationem. In serie martyrum quae ex Passione Aegyptiorum XXXVII exscripta est, desideratur* T h o n i i *(e graeco* Θώνιος*), quod a rudi librario lectum* T h o m i, *praeposterae emendationi locum dederit. Unde* T h o m a e *esset pro* T h o n i i.

30. IN AEGYPTO] *Aegyptus indistincte, omissa civitate, veluti martyrum agonis locus in Passione, qualis tradita est, indicatur. Saepe quidem discernitur inter* Αἴγυπτον *et* πόλιν, *non tamen ubique nec ab omnibus. Ita Eusebio Alexandria pars est Aegypti:* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ λοιπῇ Αἰγύπτῳ [14]. *Proinde verba:* i n A e g y p t o *coniungenda videntur cum Alexandria, n. 10.*

31. IULI] *Deest in Passione Aegyptiorum, videturque esse Iulius romanus pontifex. Qua via huc adductus sit ex dictis feb. 8, ad n.17, perspicietur.*

32. MILICUTI] *Deest in Passione. Inter nomina Aegyptiis usitata reperitur* Μίλιχος [15]. *Videtur ta-*

[1] *Les saints de Chypre*, in *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 234-35. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 45. — [3] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 91. — [4] *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 292. — [5] CH. TISSOT, *Géographie de la province Romaine d'Afrique*, t. II, pp. 325, 774. — [6] *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 293. — [7] P. MONCEAUX, *Histoire littéraire de l'Afrique chrétienne*, t. III, pp. 537, 542. — [8] *BHL.* 6584. — [9] *Les martyrs d'Égypte*, p. 44-51. De his etiam L. DUCHESNE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p. 196. — [10] O. VON GEBHARDT, *Die Akten der Edessenischen Bekenner Gurjas, Samonas und Abibos*, in *Texte und Untersuchungen*, t. XXXVII, 2, p. 6. — [11] F. PREISIGKE, *Namenbuch*, i. v. — [12] *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p.196. — [13] *Les martyrs d'Égypte*, p.45. — [14] *Hist. eccl.*, IV, 2, 2 ; VI, 2, 2. — [15] PREISIGKE, t. c., i. v.

men

*men Milicuti vocabulum esse biforme ex elementis* AE[MILI]ANI *aliisque conflatum.*

*33.* TYRSI] *De Thyrso solo, sive cum sociis Leucio et Callinico, non semel dictum est. Cf. ian. 20, n. 55.*

*34.* PLESEI] *In Passione: Pelesii, e graeco Πλῆς* [1].

*35.* RONI] *Deest in Passione, nisi sit* [HE]RONI *cum apocope.*

*36.* ORBASI] *Feb. 14: Arbasi, Arphasi, Orfasi. Graece Ὀρβάς, Ὀρβᾶς. In Passione: Horpesii = Ὀρπαῆσις; maii 18, n. 5: Ortasi, Ὀρτῆσις* [2].

*37.* ORINION] *Infra, n. 43: Orion, Ὠρίων. Hoc loco, Passio: Horus, Ὦρος* [2], *ita et feb. 14, n. 80.*

*38.* AGATHON] *Passio: Agathi. Die 14 feb., n. 62, Agathon exorcista est.*

*39.* RECUMBI] *Etiam in Passione. Vix proba lectio.*

*40.* BASTAMI] *Etiam in Passione. Maii 18, n. 37: Bustasi presbiteri. E graeco Βάστας* [3] *?*

*41.* SERMATAE] *Al. Armatae. Passio: Sarmathi. Feb. 14, n. 76: Armati, al. Armatae. Graece habetur Ἁρμᾶτις, Σαρμάτας, Σαρμάτης.*

*42.* PROTHI] *Passio: Proteae, Πρῶτος, Πρωτέας, Πρωτᾶς* [4].

*43.* ORION] *Passio: Orionis, hoc loco. Supra, n. 37.*

*44.* COLOTI] *Passio: Colluti, graece Κολλοῦθος. Celebris est apud Aegyptios huius nominis martyr* [5], *qui in fastis nostris inscriptus est die 18 mart., n. 5.*

*45.* LUSI] *Deest in Passione. Die 14 feb., n. 50: Luci. Λῦσις Aegyptiis usitatum est* [6].

*46.* ARATI] *Ita et Passio. Graece Ἀρᾶτις, Ἄρατος* [7].

*47.* THEONAE] *Cum Passione Θεωνᾶς. April. 24, n. 28, 41.*

*48.* IPPI] *Passio: Hippeae, Ἱππέας. Infra, n. 63: Ippiae. Alter esse videtur Ἱππέας, vel Ἱππίας* [8].

*49.* GERMANI] *Passio: Romani.*

*50.* SATURNILLAE] *Est nomen ἀρσενικόν graece: Σατορνεῖλος. Passio: Saturnini.*

*51.* EPETIMI] *Passio: Pinuti, graece: Πινούτιος, Πινουτίων*

*52.* SERAPION] *Item Passio. Maii 18, n. 7: Serapionis presbyteri.*

*53.* BASTAMON] *Passio: Bastamonis; feb. 14, n. 112: Passamonas. Graece: Βησάμμων, Βησάμων* [9], *non tamen certo.*

*54.* PAPIAE] *Passio: Papiae, al. Papae, Παπίας.*

*55.* PAMPIRI] *Passio: Pantheri, item maii 18, n. 40: Πάνθερος* [9].

*56.* DIOSCODI] *Passio recte: Dioscori, item maii 18, n. 10.*

*57.* ERODI] *Ἡρώδης. Passio: Heronis, Ἧρων. Maii 18, n. 19: Hermonis lectoris, Ἕρμων* [8].

*58.* POTAMON] *Passio: Potamonis; maii 18, n. 3: Potamonis presbiteri.*

*59.* PETECON] *Passio: Peteci, al. Petheci. Graece: Πετεκᾶς, Πεθεκᾶς* [9]. *Lectio Peteconidae Cummini, Petecon Decummini attendenda est. Ope laterculi maii 18, n. 12: Petegon diaconi, restituitur: Petegon diaconi Cummini, syllaba enim dae vestigium est vocis diaconi.*

*60.* DECUMMINI] *Ex modo dictis, recte cum Epternacensi: Cummini. Aegyptiorum agmen claudunt quattuor illi comites individui:*

*60. Commini*
*61. Zotici*
*62. Cyriaci*
*Ammonii*

*quos etiam ian. 31, feb. 1 (ubi casu deficit Commini), et feb. 11, 12 reperimus. In martyrologii codicibus ultimo loco ponitur Ippiae, iam semel (n. 48) scriptum, in Passione vero item Ammonis (n. 22), post Poemi. Alter ille Ammonius inserendus est inter Cyriaci et Ippiae, ne a sociis segregetur.*

*63.* IPPIAE] *Quamquam in superioribus Ippi, n. 48, signatus est, ab illo distinguendus erit Ἱππίας iste, si ad numerum XXXVII martyrum propius accedere voluerimus. Et hoc quidem addito, unus deest ut numerus compleatur.*

*Hactenus de singulis. Restat ut primum catalogum cum altero conferamus. In Passione desiderantur Roni (n. 35), Lusi (n. 45), et alter ille Ippias (n. 63). In martyrologio autem nostro Dionysius unus et Papias unus in Passione duo recensentur. Bessamonius in sola Passione est, et Thonius nisi in Thomae (n. 28) commutatus fuerit. Laterculus hoc fere modo restituendus erit:*

**Alexandria in Aegypto natale Pauli, Dionisii, Ammonis, Didimi, Paisi, Plesii, Heronis (?), Horpasi, Orionis, Agathonis, Recumbi, Bastasi, Sarmatae, Proteae, Orionis, Colluti, Lusi, Arati, Theonae, Hippeae, Germani, Saturnili, Pinuti, Serapionis, Bastamonis, Papiae, Pantheri, Dioscori, Hermonis, Potamonis, Peteconi, Oecumeni, Zotici, Cyriaci, Ammonis, Hippiae.**

*In martyrologio Romano hi martyres Romae deputantur:* Romae passio sanctorum martyrum Alexandri et aliorum triginta octo coronatorum, *et hoc loco allegat Baronius veterem codicem manuscriptum monasterii Sancti Cyriaci. Nullius esse momenti huius codicis testimonium non perspexit vir doctissimus, neque advertit ex duobus Alexandris quos hodie nuntiandos duxit, Cyprium et Romanum, neutrum monumentis comprobari.*

ADDITAMENTA] *Ansberti episcopi Rotomagensis, exstat Vita* [10]. *Obiit in Altimontis monasterio an. 692 vel 693* [11].

**in Alto Monte super Sambre depositio sancti Ansberti episcopi et confessoris.**

*Fursei dies natalis requirendus ian. 16.*

[1] Preisigke, t. c., i. v. — [2] Preisigke, i. vv. — [3] Preisigke, i. v. — [4] Preisigke, i. v. — [5] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 33, 88, 104. — [6] Preisigke, i. vv. — [7] Preisigke, i. v. — [8] Preisigke, i. vv. — [9] Preisigke, i. v. — [10] *BHL.* 520. Cf. Levison, *M.G.*, Scr. rer. merov., t. V, p. 613-18. — [11] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 208-209.

# IV ID. FEB.

I | II

**[a] Romae natale Soteris. et via Lavicana Zotici et Amanti.**

**Alexandria passio Appollonis Prothei Orionis Plausi et aliorum XX**

**Hireneae.** | **Romae Soteris via Appia Zotici [b] via Lavicana miliario X Hierene [c].**

**Iuxta Terracina in Campania natale Silvani episcopi et confessoris. in civitate Bethlem Iudae sub Herode rege passio sanctorum Andreae**

| **Apori. et Sanctonas depositio sancti Troiani episcopi et confessoris [d].**

*Addunt codices plenicres :* a) (Signum domini *2 m.*) in pauliaco monasterio depositio austrebertane abba(tisse) W ; depositio austrebertane abbatissae in pauliaco KLV. — b) iacincti C. — c) dionisii C. — d) amanti martyris**** B ; et baldegundis abbatissae SCWKLV (baldegundę CV ; baldegunde KL) ; et sanctę scolasticae virginis $S^2$ *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̃ E | 10. alãxan. E ; in alexandria SW | 12. apollonis BSW | 13. protei BSW | 20. rom̃ B | 21. sotiris W | 22-23. *om.* SW | 25-28. *om.* SW | 29. erene $S^1$W ; irenei $S^2$ | 30. in E | 30-31. *om.* S | 32-33. *om.* E | 34. sc̃i *add.* S. | 39-41. in bethlem civitate W | 41. behtlẽ B ; bethleem S | 43-45. *om.* E | 44-46. herode depassio W | 49. appori SW | 51. sanctonis $B^2$W ; sanctionis S ; *add.* civitate ESW | 54. tragani S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Soteris et milites X et Sanctonis civitate depossitio sancti Troiani episcopi et confessoris. — Rich. : Rome Soteris Zoici et Amanti. et in Alexandria passio Appollonis Prothei Orionis Sanctonis civitate depositio sancti Trogiani episcopi.— Rhab. : ... et in Bethlehem civitate Iudaeae sub Herode rege passio sanctorum Andreae et Apponii (Apponis *2 m.*) et Sanctonis civitate depositio sancti Troiani episcopi et confessoris et Baldegundis abbatis Romae Zotici Herenei Iacinthi et Amantii... — Mon. : ... Sotheris papae et aliorum XXVIII (*2 m.* XXVIIII).

## FEB. 10

*1.* ROMAE] *Iam die feb. 6, n. 5, quo iure nescio, nuntiata est S Soteris. In sacramentario Gelasiano* IV id. februarias *recensetur natale S. Soteris* [1]. *Cum autem in titulo antiquo totidem verbis scriptum reperiamus*

NATALĘ DOMNES SITIRETIS TERTIVM IDVS FEBB [2]

*suspicio sponte nascitur librarii errorem esse* IIII id. *pro* III id. *legentis. At enim inanis videtur coniectura* [3], *dicendumque S. Soteris commemorationem, quae ab initio die 11 feb. celebrabatur, postea, nescio qua de causa, pridie agi coepisse* [4].

**Romae via Appia natale Soteris.**

*5.* VIA LAVICANA] *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* Natale SS. Zotici Herenei et Iacinthi [5], *nulla facta mentione Amantii. Iacinthus in codicibus hieronymianis die 4 aug. inscriptus est. De Irenaeo mox disseremus. Z o t i c u m via Lavicana quiescere dictum est ad diem 12 ian., eodemque in coemeterio, miliario decimo, sepultum esse A m a n t i u m, ut habetur in Actis S. Zotici vel Getuli* [6]. *Hinc certa est lectio :*

**Romae via Lavicana miliario X Zotici et Amantii.**

*Cum Beda et saec. IX martyrologis, hosce sanctos, quibus Irenaeus et Hyacinthus adduntur, nuntiat martyrologium Romanum ; insuper cum Floro,* milites *pro* miliario *legente :* Via Lavicana sanctorum decem militum martyrum.

*10.* ALEXANDRIA] *Magnam Alexandrinorum catervam ferebat dies hesterna, quorum pauci hodie redeunt. Nullus autem inter eos Apollon erat. Non defuere tamen in Aegypto martyres qui Apollonis vel Apollonii nomine vocarentur* [7]. *Fuit et Apollonia celeberrima martyr Alexandrina, quam laudat Dionysius episcopus apud Eusebium* [8]. *Hodie legendum* Alexandria passio Apolloniae *opinabatur quicumque solum Adonem eiusve sequaces viderat, ubi pridie huius diei Apollonia recensetur. Sed ante Adonem nemo est qui huiusce martyris 9 feb. meminerit, idque ex lu-*

[1] Wilson, p. 166. — [2] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, n. 495. — [3] Eadem lectio est codicis Sangallensis. K. Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum* (Münster i. W., 1918), p. 30. — [4] *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 61-62. — [5] Mohlberg, t. c., p. 30.— [6] *BHL.* 9028. Cf. E. Stevenson, *Il cimitero di Zotico al decimo miglio della via Labicana* (Modena, 1876), p. 46-54 ; Tomassetti, *La campagna Romana*, t. III (Roma, 1913), p. 399. — [7] *Les martyrs d'Égypte*, p. 212. — [8] *Hist. eccl.*, VI, 30.

*bitu*

*bitu Ado fecisse censendus est* [1]. *Hinc casu evenit ut in fastis Apolloni Apollonia propinqua fieret.*

*13.* PROTHEI] *Al.* *Proti*, *de quo feb. 9, n. 42.*

*14.* ORIONIS] *Vel etiam Orinionis, feb. 9, n. 43.*

*15.* PLAUSI] *Al. Plesei, feb. 9, n. 34.*

*17.* ALIORUM XX] *Feb. 9, n. 8.*

*19.* HIRENEAE] *In sacramentario Sangallensi, supra ad n. 5, legimus Herenaei, lectio vero codicum numero et praestantia commendata: Hirenae. Irenaeus ille fuerit, qui 23 aug. in coemeterio S. Laurentii colitur, si audiatur J. P. Kirsch* [2]; *Irenen vero, quam S. Castuli, in via Lavicana sepulti, viduam fuisse tradunt Acta S. Sebastiani* [3], *quondam agnovit F. Lanzoni* [4]. *Neutra opinio certis nititur argumentis.*

*31.* TERRACINA] *Praeter antiquam ecclesiam, prope Terracinam eius nomini dicatam, nullum habemus cultus S. Silvani vel, ut fert usus loci, S. Silviani, monumentum* [5]. *Epistula Silverii papae cui subscripsit anonymus episcopus Terracinensis, quem Silvanum fuisse suspicantur, spuria est* [6], *nec ullam fidem meretur Terracinensis ille hagiographus* [7] *qui S. Silvanum filium S. Eleutherii fingit, cum eodem a Genserico Africa pulsum* [8]. *Die 12 mart., n. 32, recensetur in libris nostris* in Albua Silvani *al. Silviani. Quidni Silvanus ille a* IV id. mart. *ad* IV id. feb., *errore delatus fuerit ? Id tamen non ita certum est ut ab hodierna codicum lectione recedendum putemus :*

**Iuxta Terracinam in Campania natale Silvani episcopi et confessoris.**

*41.* BETHLEM] *Nemo in Bethleem Iudae sub Herode martyrium passus est praeter pueros a bimatu et infra, quos non hodie sed mense decembri, post festa natalicia, in fastis* (*v. gr. in kalendario Carthaginiensi*) *quaerere solemus. In codicibus nonnullis ad 12 feb. incerto loco affixa occurrit mentio infantum, quam non inepte ad diem 10 transtuleris.*

*48.* ANDREAE] *Alium ab apostolo, cuius iam 5 huius mensis meminit martyrologium, haud facile agnoscas. Apostoli autem latere videtur sub vocabulo Apori, Apponi in nonnullis codicibus apposito. Alii, ut KLV, aperte scribunt apostoli.*

*49.* APORI] = *Apostoli, cf. n. 48.*

*51.* SANCTONAS] *Troianus, episcopus Santonensis, de quo Gregorius Turonensis* [9], *saec. VI non admodum provecto obiit* [10]. *Deest in cod. E, non vero in eiusdem stirpis breviariis.*

**Sanctonas civitate depositio S Troiani episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] *Austrebertanae al. Austrebertae, abbatissae Pauliacensis* (*Pavilly prope Rotomagum*) *quae obiit anno 704, Acta edita sunt* [11].

*Baldegundis abbatissa Pictaviensis, de qua feb. 11 in codice B.*

*Iacincti, vid. supra ad n. 5.*

*Dionisium Mediolanensem habuimus feb. 8, n. 5, alterum inter Alexandrinos feb. 9, n.12.*

*Scholastica, soror S. Benedicti* [12]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum :*

NAT(*ALE*) S(*ANCTE*) SCOLASTICE [13]

EXCERPTA] *Milites X quos nuntiat codex Cambr. sunt miliaria totidem* (*n. 27*).

*Sotherem papam crasso errore fecit cod. Mon. ex Sotere virgine, n. 3. S. Sotheris papae depositio, quae incidit in 22 april., in nostris libris desideratur.*

[1] Cf. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 295, 611. — [2] *Der stadtrömische Festkalender*, p. 137-38. — [3] *BHL.* 7543, n. 86. — [4] *Le origini delle diocesi antiche d'Italia*, p. 91. At in opere, *Le diocesi d'Italia*, p. 127, rem silentio premit. — [5] « En face du *Monticchio*, de l'autre côté de la *Valle*, au pied du *Monte Leano*, dans un site riche en vestiges d'une antiquité reculée, s'élève la petite église de S. Silviano, sanctuaire très vénéré dans la contrée. On s'y rend en pèlerinage le jour de la fête du patron ; et il s'y tient alors une espèce de foire. » R. DE LA BLANCHÈRE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. I (1881), p. 50. — [6] JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta pontificum Romanorum*, 899. — [7] Cf. R. DE LA BLANCHÈRE, *Terracine* (Paris, 1884), p. 159. — [8] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 155-56. — [9] *In gloria conf.*, 58. — [10] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 73. — [11] *BHL.* 831-838. Cf. *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 417-29. — [12] *Act. SS.*, Febr., t. II, p. 392-414 ; *BHL.* 7514-7523. — [13] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 336.

# III ID. FEB.

**[a] In Apamia Poenis et Eofraxi [b]. in Campania Basiliani. et alibi Amanti Tulici [c]. in Africa Felicis Victoris [d] Ianuari Vitalis. et alibi Zotici Cyriaci Ammoni Occomini Peleonici Basili [e]. Romae Sorotedis [f].**

*Addunt codices pleniores :* a) castro nantonis sancti sancti (*sic*) severini abbatis monasterii agaunensis et S² *in ras.* — b) et armatę C ; et in armen(ia) basili et in uulturno castrensis E. — c) rome caloceri parthemi martyr̄ B. — d) linguinas (lingonis B²) desiderii episcopi B. — e) germani C. — f) et baldegundis virginis et abbatisse civitat̃ pectavis B ; lugduno gall(ie) depositio sancti desiderii episcopi et mar(tyris) S² *in ras.*

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1-12. *eras.* S² | 2. apimia W ; campañ E | 3-4. *om.* W | 4. *om.* B. | 5. eupraxi E | 9-10. *om.* W | 14. aff. E | 15-16. victoris felicis S ; victuris felicis W | 17. iunuarii B | 19-20. *om.* SW | 20. aliorum B | 22. ciriaci W | 23. ammonii SW | 24. ocominii B ; occo mini W | 25. pelleonici BSW | 26-27. *eras.* S² | 28. soratedis E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Apamia nat. Poemnis Eufrasi in Campania Basiliani et alibi Amandi in Africa Victuris Felicis Ianuarii. — RICH. : In Appamia Poenae et Eufraxi et in Armenia Basilii etc. — RHAB. : Romae Calocerii et Parthenii.

## FEB. 11

*1.* IN APAMIA] *Ex Apamiensis laterculi laqueis se expedire frustra conati sunt quotquot de eo tractarunt* [1]. *In aliis martyrologii locis multum dissitis adiumenta conquirere nemini in mentem venit. Ea tamen reperiuntur ad diem 19 decembris, ubi haec leguntur:* Apamiae Paeni (*E*), Apamiae Poenecis (*W*). *Utrumque martyris nomen esse, legendumque : A p a m i i, P r o n i c i suo tempore ostendere conabimur. Qua de causa hi soli ex multis huc migraverint ignoramus.*

*5.* EOFRAXI] *Al. E u p r a x i, E u f r a s i. Euphrasiam intellexit compilator martyrologii Lugdunensis codicis Parisini 3879, quem secuti sunt Florus et Ado. Usuardus :* Alexandriae depositio sanctae Euphrasiae virginis quae in monasterio mira virtute abstinentiae et miraculis etiam claruit [2]. *Quicquid de huius elogii fonte censueris, unum E u p h r a s i a e nomen retinendum est, cetera ad cognominem referenda. In codicibus nostris ad 13 mart., n. 87, recensetur* Nicomedia Eufrasiae ; *haec vero Nicomediensis martyr Graecis ignota non est quippe quae ab iis 19 ian. colatur* [3]. *Fuit ergo Euphrasia, errore non infrequenti a die* III id. martias *ad* III id. februarias *transvecta, et hodie legendum erit:*

**<Nicomedia> Eufrasiae.**

*6.* IN CAMPANIA] *Elogii S. Castrensis partem servarunt omnes, integrum solus Epternacensis. Vera quippe lectio est:*

**in Campania Volturno Castrensis.**

*In kalendario S. Willibrordi :* Castrensi mart(yris) [4]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum :*

NAT(ALE) S(ANCTI) CASTRENSIS [5]

*Actis eiusdem quae circumferuntur nulla fides adhibenda* [6]. *Servatur in museo Capuano fenestella confessionis quae olim in basilica Vulturnensi ad S. Castrensis sepulcrum exstitisse videtur* [7], *repertaeque sunt in specu prope Calvi imagines saec. VIII depictae cum sanctorum nominibus*

S. CASTRENSIS S. PRISCVS [8]

*8.* BASILIANI] *Al. B a s i l i (n. 26). Hic rursum advocandus codex Epternacensis qui hunc collocat i n A r m e n i a, et recte quidem. Basilius enim noster alius non est a B l a s i o, episcopo Sebasteno in Armenia, quem hodie recolunt Graeci* [9]. *Legatur ergo :*

**in Armenia Blasii.**

*De altero Blasio, si tamen is alter est, dictum est ad diem feb. 3.*

*10.* ALIBI] *Scribendum foret* Romae, *nam A m a n t i, Z o t i c i (hic T u l i c i, n. 12) nomina illa sunt quae feb. 10, n. 7, 9, martyrum via Lavicana quiescentium esse ostendimus.*

**<Romae> Amantii, Zotici.**

*12.* TULICI] *Corruptum esse nomen ex Z o t i c i nemo dubitet, et opportune in mentem revocetur Z o t i c u m ab hagiographis cum G e t u l i o permisceri, eo modo ut incertum videatur sintne ab alterutro secernendi* [10]. *Biformis vocabuli T u l i c u s elementa praebuere G e] t u l i [ u s et Z o t i] c u s.*

*13.* IN AFRICA] *Die 9 feb. kalendarium Carthaginiense :* V idus feb. sanctorum Filicis, Victoris et Ianuarii. *Ita prorsus nostri codices :*

**in Africa Felicis, Victoris, Ianuarii.**

[1] Vid. *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 13-14. — [2] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 164. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 404. — [4] WILSON, *The Calendar of St. Willibrord*, p. 4. — [5] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I p. 336 ; MAZOCHIUS, *In vetus marmoreum kalendarium commentarius*, p. 38-49 ; SABBATINI, *Il vetusto calendario Napoletano*, t. II, p. 30-31. — [6] *BHL.* 1644. 1645. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 179-84. — [7] DE ROSSI, *Bollettino*, 1881, p. 147-49. — [8] Ibid., p. 74-75. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 457 ; *BHG²*. 276, 277. — [10] *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 265.

*18.* VITALIS] *Martyr Spoletii cultus die 14 feb.*

*21.* ZOTICI] *Non Romanus ille de quo modo dictum est ad n. 10, sed alter qui cum* Cyriaco, Ammonio *et* Comminio *(n. 21-24) saepius recensetur, v. gr. ian. 31, feb. 9, 11.*

*25.* PELEONICI] *Etiam feb. 9, n. 59, sub nomine* Petecon.

*26.* BASILI] *Supra, n. 8, sed lege* Blasii.

*27.* ROMAE] *Pro contracta quae hodie occurrit S. Soteris annuntiatione:*

**Romae Soteridis**

*pleniorem habuimus feb. 10, n. 3, plenissimam feb. 6, n. 12, cum tamen titulum anni 401 testem habeamus* NATALE DOMNES SITIRETIS TERTIVM IDVS FEBB., *antiquitus celebratum fuisse* [1]. *Et haec quidem Soteris illa est quam laudat S. Ambrosius in libro* De exhortatione virginitatis, *c. XII, et libro* De virginibus, *III, 6, quamque via Appia sepultam esse constat. Haec egregie more suo exposuit Rossius* [2]. *Minus tamen placent quae de duabus homonymis via Aurelia et via Lavicana quiescentibus idem clarissimus vir astruere conatus est* [3]. *Quae aptius ad diem 12 maii expendemus.*

ADDITAMENTA] Severini *abbatis Acaunensis exstant Acta* [4].

Armatae, *lege Armenia. Supra, ad n. 8.*

Basili. *Supra, ad n. 8.*

Caloceri. *Haud semel in martyrologio offendimus* Caloceri *et* Parthenii *nomina, nempe diebus april. 18, maii 17 19, iulii 20. Quaenam harum velut anniversaria dies sit eligenda ad maii 19 conabimur enucleare. Interea satis erit dubium dispellere cui ortum praebere potest S. Calocerus, episcopus Ravennas, cuius hac ipsa die festivitas recurrit* [5]. *Pronum enim est conicere solum Ravennatem quondam commemoratum esse, cui quidam male adiecerit Romani Caloceri socium* Parthenium, *cum loci nomine* Romae. *Aliter tamen se res habet, et uno tenore scriptum fuit:*

**Romae Caloceri Parthenii martyrum.**

*Falsum enim est diem 11 feb. Caloceri episcopi anniversariam esse depositionis, luculenter rem testante Agnello, in Libro pontificali ecclesiae Ravennatis, IIII:* Defunctus et sepultus est sicut aiunt quidam III idus februarii in basilica beati Probi confessoris [6]. *Unde perspicuum est diem quo obiisset Calocerus vel saec. IX incertum fuisse, nullumque festum hac aetate eius memoriae deputari solitum* [7]. *Errore igitur orto ex hodierna Caloceri in hieronymianis mentione, decepti fuerunt qui Ravennatem die 11 februarii olim cultum censerent.*

Linguinas. *S. Desiderii Lingonensis episcopi memoria a martyrologis saec. IX relata est ad diem 23 maii* [8], *non recte quoniam hoc die non Lingonensis sed Viennensis Desiderius commemoratur. Passio illius a Warnahario conscripta est* [9], *Hodie legendum:*

**Lingonas Desiderii episcopi.**

Germani. *Huius nominis martyr est in coetu Aegyptiorum feb. 9, n. 49.*

Baldegundis. *Donec editus est codex Bernensis, solo fere nomine nota erat. Non exigui igitur pretii est laterculus:*

**Baldegundis virginis et abbatisse civitate Pectavis.**

Lugduno. *Non Lugdunensis episcopus, sed Viennensis* Desiderius, *qui in territorio Lugdunensi ad Caleronam fuste percussus interemptus est. De quo ad 23 maii, n. 21.*

[1] DE ROSSI, *Inscriptiones christ. Urbis Romae*, t. I, n. 495. Cf. quae annotata sunt ad diem 10 feb. — [2] *Roma sotterranea*, t. III, libro primo, c. IV, V, p. 24-36. — [3] Ibid., c. III, p. 18-23. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 59-66. — [4] *BHL.* 7643-7646. — [5] *BHL.* 1532, 1533. — [6] TESTI RASPONI, *Codex pontificalis ecclesiae Ravennatis*, p. 34. — [7] *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 53; t. XLVII, p. 25. — [8] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 155, 217. — [9] *BHL.* 2145.

PRID.

# PRID. ID. FEB.

I II

**In Africa passio Damiani militis [a]. Kartagine Posinni Modesti [b]. in Alexandria Iuliani Victoris Felicis Secundi Severiani Carpofori Germini Cyriaci Ammoni**

**Eumini Pamphili**

**| Eumini**

**et alibi Dorotheae Teofili [c]. in Italia Donati Heracli Vincenti Susannae Orbanae Donatae Eulaliae [d] depositio Simplici episcopi [e].**

*Addunt codices pleniores ;* a) et infañ modesti ammonis E ; victurię C. — b) revocati C. — c) item iuliani C. — d) quorum gesta habetur B (habentur B²). — e) in hispaniis sanctę eulalię virginis S² *in marg.* ; et depositio leodecarii (leodegarii V) abbatis KLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. ala͞x E ; affrica W | 3. nt̄ E | 4. domiani S | 5. *om.* SW | 6. kartag̃ E ; cartagine BSW | 7. posin ni W ; possinni S | 8. *om.* W | 9. *om.* B | 10. alāx E | 16. carpori BS ; car pori W | 17. germi BSW | 18. quiriaci BSW | 19. *add.* cumini S | 20. ES ; *om.* BW | 21. pamphyli W ; pampili E | 22-24. *om.* SW | 25. dorotae E ; derotheae S ; doro theę W ; *add.* et B | 26. thiofili B ; theofoli W ; theopholi S ; *add.* et E | 28. itā E | 30. heradi E ; euracli S | 32. susanne BS ; su sannae W | 33. urbanę B | 35. elalie S ; *add.* et BS | 36. *add.* beati S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica passio Damiani militis infantum Modesti Ammonis Zotici. — Rich. : In Alexandria Damiani martyris Modeste et Ammonis Cartagine Posinnae Alexandria Iuliani Victoris Secundi Germani. — Rhab. : In Africa passio Damiani militis infantum Medesti (*corr.* Modesti) et Ammonis Sotici et depositio Simplicii episcopi et confessoris. — Florus : In Africa passio sancti Damiani militis et apud Alexandriam Modesti et Ammonii infantum item apud Italiam sanctae Susannae. — S. Quint. : ... in insula Ratensi natalis sancti Basilii monachi. — Lat. 5256 : Zotici Ciriaci Eumenii Pussinni Eracli Vincenti.

## FEB. 12

*1.* in africa] *Alii : in Alexandria. Testium discordiam non facile componas, cum nec inter Afros nec inter Alexandrinos martyres ullus Damianus repertus sit.*

*4.* damiani] *Militis appellatio Damiano ascripta ad Passionem aliquam referenda videtur, in qua fortasse et infantum, quorum meminit Epternacensis et alii nonnulli, exitus narrabatur. Hos, quos etiam sub nomine Posinni (n. 7) latere suspicor, Modestum et Ammonium (n. 8, 19) nuncupavit Florus, cuius errorem amplexi sunt Ado eiusque sequaces, etiam Romani martyrologii compilatores :* apud Alexandriam Modesti et Ammonii infantum. *Si tamen forte vera sunt, quae divinando potius quam asserendo de lectione infantum ad diem 10 (n. 41) protulimus, Damiani cum innocentibus nulla erit societas. Quae omnia cum incerta sint, ne quid lucis neglexisse videamur, ad aliam confugimus coniecturam quae ex collatis vocabulis Pamphili (n. 21), Italia (n. 28) suboritur. Haec enim legenda esse Attaliae in Pamphilia aliis locis martyrologii docemur (v. gr. mart. 5, n. 25; 6, n. 64). Iam vero Iustinianus οἶκον τοῦ ἁγίου Κοσμᾶ et Δαμιανοῦ ἐν Παμφυλίᾳ exstruxisse fertur [1]. Si cui haec placent, scribat :* Attaliae in Pamphilia <Cosmae et> Damiani ; *id est dedicatio basilicae a Iustiniano conditae.*

*6.* kartagine] *Adducendi martyres Carthaginienses Victor et Felix (n. 12, 13), qui heri cum Ianuario prodierunt.*

*7.* posinni] *Nonne* pusinni *seu* pusilli, *al.* infantum?

*8.* modesti] *A die 12 ian. huc adductus est Modestus cum Cyriaco (n. 18) et Zotico (vid. Cambr., Rhab. cet.). De S. Modesto diacono Beneventano, hoc unum notandum est diem cultus in eius Passione nunc 12 feb. [2] nunc 2 oct. assignari. Ceterum Acta illa sublestae fidei sunt [3]. Praeter Modestum infantem, de quo supra ad n. 4, martyrologium Romanum hodie nuntiat :* apud Beneventum sancti Modesti levitae et martyris, *et insuper :* Carthagine sanctorum Modesti et Iuliani. *En tibi Modestum unum tripartitum.*

*9.* in alexandria] *Nomina quae sequuntur, undequaque collecta, huius diei propria non sunt, et quae prius ascripta erant videntur excidisse. Ita enim breviarium Syriacum : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κάνδιδος καὶ ἄλλοι μάρτυρες. Unde :*

**in Alexandria <Candidi et aliorum>**

*In nostris codicibus 10 mart., n. 4 et 11, n. 8, facile agnoscuntur. Nunc ad martyres qui hodie eorum loco suffecti sunt, ex diebus proximis, et, quod vix exspectaveris, ex 8 aug.*

[1] Procopii *De Aedif.*, V, 9, Dindorf, t. III, p. 329.— [2] *BHL.* 5983 d.— [3] *BHL.* 5983 e. Cf. *Act. SS.*, Oct. t. I, p.325-29 ; *Catal. lat. Rom.*, p. 222 ; F. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, pp. 240-42, 257-58.

| | |
|---|---|
| 11. *Iuliani* | *feb. 13, 14; feb. 16 et aug. 8* (*Iulianae*). |
| 12. *Victoris* | *feb. 11, aug. 8* (*Victorini*). |
| 13. *Felicis* | *feb. 11.* |
| 14. *Secundi* | *aug. 8.* |
| 15. *Severiani* | *aug. 8.* |
| 16. *Carpofori* | *aug. 8.* |
| 17. *Germini* | *feb. 9: Germani, melius.* |
| 18. *Cyriaci* | *feb. 9, 11, 13, aug. 8.* |
| 19. *Ammoni* | *feb. 9, 11, 13.* |
| 20. *Eumini* | *feb. 9, 11* (*Oeconomi*). |

*Lege Cumini.*

29. *Donati* *aug. 7, aug. 8* (*Donatae*).

*His addendum Zotici quem servaverunt Cambr. et Rhab. et ita rursum habemus, cum n. 18, 19, 20, quaternos illos de quibus iam saepius, ian. 31, feb. 9, 11*

21. PAMPHILI] *Adiungendum Italia* (*n. 28*), *et ita emendandum ut fiat: Attaliae in Pamphilia, quamquam de martyris nomine non constat. Supra, ad n. 4.*

25. DOROTHEAE] *De elogio Dorotheae et Teofili actum est die 6 feb., n. 20.*

28. ITALIA] *Immo Attalia. Supra, ad n. 21.*

29. DONATI] *Infra Donatae* (*n. 34*). *Donatus ille, ut videtur, qui 7 aug. colitur, et iterum 8 aug. nuntiatur sub nomine Donatae.*

30. HERACLI] *Loco Heracleae, ut alias saepius, scriptum crediderim, quod additum videtur in marginibus, nondum deleto Candido Alexandrino* (*supra, ad n. 9*), *ob cognominem Thracem quem recenset breviarium Syriacum ad diem 7 ian.: Ἡρακλείᾳ ἐν Θρᾴκῃ Κνόδινος μάρτυς. Lege et quae annotabimus ad diem feb. 13, n. 28, et feb. 14, n. 92.*

31. VINCENTI] *Diaconus ille Caesaraugustanus, ian. 22, quem adduxit hodie Eulalia Hispana.*

32. SUSANNAE] *Nescio quo iure Florus, Susannam cum Italia* (*n. 28*) *coniungat: apud* Italiam sanctae Susannae [1]. *De illa enim nihil traditum est. Romae colitur Susanna* III id. aug. *Eandem errore librariorum ad* II id. feb. *transvehi potuisse non negaverim.*

33. ORBANAE] *Scribe: Urbanae, vacuum nomen.*

34. DONATAE] *Supra, ad n. 29.*

35. EULALIAE] *Legendum est, quemadmodum die 10 dec.:*

**<in Spanis> Eulaliae.**

*Hac die memoratur Eulalia in kalendariis Mozarabicis* [2], *aliis scribentibus:* Eulaliae virginis, *aliis:* Eulaliae Barchinonensis. *Ex duobus hieronymiani laterculis nequaquam probatur binas fuisse Eulalias. Veri similius arbitramur duo festa esse unius martyris. Ad Eulaliam referendae videntur voces: quorum* (*lege cuius*) *gesta habentur, in codice B.*

37. SIMPLICI] *Ignotae sedis episcopus* [3], *sed plana lectio:*

**Depositio Simplicii episcopi.**

ADDITAMENTA] *Revocatus saepius recurrit inde a 5 feb.*

*Leodecarii. Quo tempore vixerit, quodnam monasterium rexerit resciscere non potuimus. Interim respuendum non est enuntiatum:*

**Depositio Leodegarii abbatis.**

EXCERPTA] *S. Quint.: In insula Ratensi, id est l'île de Ré, Charente Inférieure. Basilii monachi, vulgo S. Vêle* [4], *nomen paucis in kalendariis reppererunt nostri* [5], *et nihil praeterea.*

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 328. — [2] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 454-55. — [3] *Act. SS.*, Febr. t. II, p.602. Varii inter Galliarum episcopos recensentur Simplicii, quorum dies natalis ignoratur. Cf. DUCHESNE, *Les fastes épiscopaux*, t.III, p. 255.— [4] CHEVALIER, *Répertoire des sources historiques du moyen âge*, t. II, p.4638. — [5] *Act. SS.*, Febr. t. II, pp. 604, 897.

# ID. FEB.

I | II

| In Nicomedia passio sancti Iuliani.

**in Alexandria natale Tulliani [a] Cyriaci Ammoni.**

Nicomedia passio sanctae Iulianae virginis. |

**et alibi natale Dicenti [b]. Lugduno depositio beati Stefani episcopi**

et alibi Poliarti Filoronis Candidi |

*Addunt codices pleniores :* a) anti E. — b) simplicii C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1-2. in nicommedia B ; inicomedia S | 6. *om.* B | 7. alāx E | 8. *omitt.* BSW | 10. *om.* SW | 12. nicom̄ E | 20. dicendi S | 23. *om.* E | 24. stephani BS.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia passio sancti Iuliani in Alexandria Tulliani Anchiriaci Ammoni Lugduno depositio beati Stephani episcopi.

## FEB. 13

2. NICOMEDIA] *Non leviter discrepant recensiones, una* I u l i a n u m, *altera* I u l i a n a m *exhibente. Lectio prior inde commendari videtur quod anticipatio quaedam sit Iuliani illius qui feb. 14, n. 42, Aegis in Cilicia nuntiatur. Si ita est,* N i c o m e d i a *procul dubio redundat. Praestat ergo lectio prioris recensionis, eritque* I u l i a n a *anticipatio Iulianae quae in feb. 16 (Additam.) incidit, cultu Campanae, ortu vero Nicomediensis, si eiusdem Actis fides habenda est* [1]. *Elogium, certe interpolatum, ita proinde legendum est :*

**Nicomedia passio sanctae Iulianae virginis.**

*Quae scribit hodie martyrologium Romanum :* Lugduni sancti Iuliani martyris, *primus excogitasse videtur Petrus de Natalibus* [2], *qui binos laterculos Nicomediensem et Lugdunensem in unum commiscuit et Iulianam non agnovit.*

6. IN ALEXANDRIA] *Tum civitatis tum martyrum nomina dies 11 et 12 suppeditarunt.*

9. TULLIANI] *Veri similis est non vera tamen quae sponte occurrit emendatio :* I u l i a n i. *Non enim neglegenda est lectio codicis E :* T u l l i a n i a n t i, *suffragante Cambrensi :* T u l l i a n i a n c h i r i a c i, *qua ad laterculum diei 11 feb. reducimur :* T u l i [c i] A m a n t i. *Horum primum corruptum esse ex* Z o t i c i *ostensum est. Legatur proinde :*

**<Romae> Zotici, Amantii.**

10. CYRIACI] *Etiam feb. 9, 11, 12.*

11. AMMONI] *Etiam feb. 9, 11, 12.*

20. DICENTI] *Mendose scriptum, ni fallor.*

21. LUGDUNO] S t e p h a n u s, *cui litteras dederunt Ennodius* [3] *et Avitus* [4], *sedit in cathedra Lugdunensi saec. VI ineunte. Obiit intra ann. 512-517* [5].

**Lugduno depositio beati Stefani episcopi.**

28. POLIARTI] *Socios tres unus hodie praebet codex Epternacensis quos ex 7 ian. traxisse videtur.* C a n d i d u s, *de quo dictum est heri (ad n. 9) :*

**alibi Polyeucti, Philoromi, Candidi.**

*Iidem rursum prodeunt postridie.*

ADDITAMENTA] *Codex E :* a n t i. *Per aphaeresim* [A m] a n t i. *Supra, ad n. 9.*

S i m p l i c i i. *De eo iam heri, n. 37.*

EXCERPTA] *Cambr. :* T u l l i a n i A n c h i r i a c i. *Ut ex dictis ad n. 9 colligitur, haec ita legenda sunt :* Z o t i c i, A m a n t i i, C i r i a c i.

[1] *BHL.* 4522-4526 ; *BHG*². 963. — [2] *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 656. — [3] Epist. III, 17. — [4] Epist. 26, cf. 28, 58. Cf. Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 164. — [5] A. Coville, *Recherches sur l'histoire de Lyon* (Paris, 1928), p. 305-308.

# XVI KAL. MART.

**I**

**Interamne via Flamminia natale Valentini. et Spoliti civitate natale Vitaliani Vitalis Marciani Feliculae Iuliani.**

**II**

**In Tuscia Spoliti civitate natale sanctorum Vitalis Cyrion et Marciani [a]. Interamnes via Flamminia miliario ab urbe Romae LXIII [b] natale sancti Vincenti [c].**

**In Cilicia natale sanctorum Segari et Iuliani. in Alexandria natale sanctorum Basiani Tonion Proti Luci hii in mare missi sunt item Cyrion presbiteri Moyseos Bassion [d] item Agathon exorcistae hii omnes igne conbusti sunt item Dionisius et Ammonius decollati sunt item Armatae Arbasi Dionisius episcopus Orus Paulus Leviorus Orfasius Plebius item Dionisius presbiter Amantus cives Antiochenae. in Militana civitate natale sancti Policti. in Heraclea natale sanctorum Felicis Ianuari. in Grecia Palladi Candidiani. et al bi Poliarti Filoronis Candidi Passamonas Ionas Amonius Tuppi Protidi Praeconi diaconi Moisei lectoris [e]. in civitate Spolisio Vitalis et milites LXXXIIII [f]. in Africa Valentini. in Thera milites LIIII. via Flamminia [g] Anthimi Marciani Tioni Celerini et Magni. in Sicilia Egeas Iuliani. et alibi passio sancti Seneri. in Alexandria Saturnini Advocati Praecuni Maximi [h].**

*Addunt codices pleniores* · a) vitalis C ; valentini KLV. — b) agathon S. — c) talici C. — d) protolici S. — e) ianuarii C. — f) atheni S. — g) artiani C. — h) rom(ae) zenonis mar(tyris) B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 3. flammiñ E | 17-18. spolitici vitate $B^1$ | 22. cyriani SW ; utrion B | 24. martiani S | 25. interamne W ; inter amna S | 27. flaminia SW | 28-31 ab urbe rome miliario (milia W ) SW | 32. LXIIII S | 35. vincen W | 37. licia BSW | 39. *om.* E | 40. germani BSW | 44. alax̄ E | 45-46. *om.* E | 47. bassiani BS | 48. tonnionis E ; adnion B ; antonii $S^2$ | 49-58. *om.* SW | 49-50 protoloci B | 51-55 *om.* E | 58. p̄rb E ; p̄rbi B | 59. morsieos E ; mosy eos B ; meseos $S^1$ ; mesei $S^2$ | 60. bassiani E ; basion S | 61-69. *om.* SW | 61. *om.* B | 62. agaton B | 63. exercitu(s *sup. lin.*) E | 64-68. *om.* E | 71 *om.* E | 72. armonius $S^1$ ; armonii $S^2$ ; arimonius W | 73-76 *om.* SW | 73-74. *om.* E | 75. *om* B | 76.armati B ; arbatae $E^1$ | 77. arphasi BW ; arpasius $S^1$ ; arpasii $S^2$ ; *add.* item W | 78-89 *om.* S 78. dionisi E ; deonisius B | 79. ep̄i E | 80. *om.* E ; oros B | 81.pauli E | 82. leviori E | 83. orbasi E ; orfarius B | 84. plebi E | 85. *om.* E | 86. dionisi E | 87. p̄rb E ; ep̄s BW | 88. amanti E ; amandus W | 89-90. *om.* EW | 90. anthiocinę $B^1$ | 92. militā E | 93. civī E | 96. poliuti $B^1$ ; polioti $B^2$ | 98. heracla E ; eraclea BS | 100. *om.* E | 102. iunuari $B^1$S | 104. grē E | 106. candediani W | 107-108. *om.* SW | 109. poliari E | 110. philoronis SW ; *add.* item BS | 111. candidiani BSW | 112-113. ionas passamonas W | 112. paš ammonis E | 114. sammoni E ; ammo ni us W | 115. stoppi E ; topphi W ; teopphi S | 116-118. praeconidi E | 117 preconi S ; p̄coni W | 118 diac̄ W | 119. mosei BS ; moysei W | 120. lect r̄ B ; lectore W ; *om.* E | 123. spolī E ; spolisius SW | 126. mil. E ; militis B ; milites W ; miliario S | 127.octoginta quattuor B ; XLIIII E | 129. aff̄ E ; *add.* natale BSW | 130. valenti $S^1$ ; *add.* mar̄ $S^2$ | 131-132. *om.* E ; intherā S | 133. et mil. E ; miliario S | 134. XXIIII E quinquaginta quat̄ B | 135. in via S | 136. flamm̄i E | 137. atheni BSW | 138. marceani $B^1$ | 139. thioni BSW | 140. cęlerini W ; celeriani S | 141. *om.* E | 143-145. *om.* E | 144. silicia $B^1$ | 145. egias SW | 147-148. *omitt.* ESW | 149. paš E | 151. severi E ; sereni S | 153. alax̄ E ; alexandrea $B^1$ | 155. advoti E | 156. pręcuni W ; preconi B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Tuscia Spoliti civitate nat. sanctorum Vitalis Cyrion et Manciani Romae sancti Vincentii Valentini. — MON. : ... Vitalis Feliculae mart. — RICH. : Rome Valentini et Spoliti Vitaliani et in via Ardiatina Feliculae in Egea civitate Iuliani Martiani et alibi Filoronis Candidiani. — LUGDUN. : Apud Alexandriam natale sanctorum martyrum Bassi Antoni Protolici qui in mare mersi sunt item Cyrionis presbyteri Moyseos Bassiani lectoris Agathonis exorcistae qui omnes igne combusti sunt item Dionisii et Ammonii decollatorum. — LAT. 5256 : Inter amne miliario sexagesimo quarto via Flaminia natale sanctorum Atheni Marciani Theoni Celerini et Magni Calentini Spoliti civitate Vitalis.

## FEB. 14

1. INTERAMNE] *Etsi sub hodierno die martyrologii contextus miserum in modum corruptus est et perturbatus, inde tamen non nimio cum labore huiusmodi elogium erui potest :*

**Interamnae via Flaminia miliario LXIIII natale Valentini.**

*Interamnae (Terni) exstitisse basilicam Sancti Valentini testatur Liber pontificalis in Vita Zachariae papae (741-752)* : basilicam beati Valentini episcopi et martyris sitam in praedicta Teramnensium urbe ducatus Spoletini [1], *et iterum in Vita Nicolai I (858-867), ubi de* monasterio sancti Valentini, qui est positum in territorium

[1] DUCHESNE, t. I, p. 427.

Narniensis

Narniensis, qui ponitur iuxta Teramne [1]. *S. Valentinus, in Passione latina quae eius nomine inscripta est, fertur Interamnae quidem fuisse civis et episcopus, sed Romae martyrium fecisse, unde corpus eius Interamnam a discipulis relatum sit* [2]. *Verum in coemeterio Interamnensi nulla inscriptio reperta est e qua colligi possit martyrem nomine Valentinum ibi depositum fuisse* [3]. *Neque ullo testimonio constat quando aut a quo conditum sit sacellum vel basilica quae eius nomini dedicata est.*

*In eadem via Flaminia, miliario secundo, haud procul Roma, fuit altera basilica Sancti Valentini, multo antiquior, quae a Iulio papa (337-352) exstructa fuisse liquido probatur e Catalogo Liberiano:* Hic multas fabricas fecit, basilicam in via Flaminia, mil. II, quae appellatur Valentini [4]. *Hanc fertur Theodorus papa (642-649) reparasse:* Fecit et ecclesiam beato Valentino via Flamminea iuxta pontem Molbium a solo, quam et ipse dedicavit [5]. *Reapse perfecit Theodorus quod Honorius (625-638) molitus erat* [6]. *Huius basilicae rudera reperta sunt. Eandem aevi medii peregrinis non ignotam fuisse ostendit Itinerarium Salisburgense:* Deinde intrabis per urbem ad aquilonem donec pervenies ad portam Flamineam, ubi S. Valentinus martyr quiescit via Flaminea in basilica magna, quam Honorius reparavit [7]. *Et Epitome de Locis sanctorum martyrum:* Inde iuxta viam Flamineam apparet ecclesia mirifice ornata S. Valentini martyris, ubi ipse corpore iacet [8]. *Nec aliter Willelmus Malmesburiensis* [9].

*Hagiographis placuit duos esse Valentinos, alterum Romanum Interamnensem alterum. Nempe ad hunc eundem diem 14 feb., in quo annuntiatur Valentinus episcopus Interamnensis, Valentini presbyteri Romani gesta legenda proponunt* [10]. *Quae omnia qui componere volet, unum ex his tribus eligat necesse est: 1) suum iure vindicant Valentinum, tum Interamna, episcopum, tum Roma, presbyterum; 2) unicus fuit Valentinus, episcopus Interamnae, in qua urbe sepultus fuit; huius cultus tam late increbruit ut Romae basilica S. Valentino dedicata sit, in qua martyris brandea deposita fuerint; 3) unicus fuit Valentinus martyr Romanus, cuius sepulcrum contegebat basilica propria, viae Flaminiae miliario secundo, unde propagata eius celebritas Interamnam pervenit. Istic aedificata fuit basilica altera, quae martyris brandea de romano illo sepulchro accepit.*

*Ex his tribus coniecturis vix ullam veri speciem habet prima. Eodem die, duobus locis eiusdem viae, nominis eiusdem martyres duos cultos fuisse, certis argumentis probandum foret, qualia huc non afferuntur. Quippe ambo documenta hagiographica quibus solis haec opinio nititur, omni auctoritate carent et ficta sunt a scriptoribus qui S. Valentini basilicas coram oculis habuerunt. Quaestio igitur eo tota vergit ut unicus martyr Valentinus Romae aut Interamnae adiudicetur.*

*Olim quidem martyrologii testimonio plusculum ponderis tribuentes, S. Valentinum Interamnatem diximus* [11]. *Interamnae quoque patrocinantur b. m. Fr. Lanzoni* [12] *et v. cl. J. P. Kirsch* [13]. *Verum, re melius considerata, probabiliora iam nobis videntur argumenta quae S. Valentinum Romae quiescere suadent. Romana enim basilica perantiqua est, et in vetere coemeterio ubi exstructa est reperta fuit inscriptio anni 318* [14]. *In ipso aedificio Philocaliana fragmenta eruta sunt, unde constat a Damaso titulum positum fuisse martyri qui in hoc loco coleretur* [15] *quin immo ibidem sepultus fuisset, quod lapis, nuper inventus, cum his litteris* SEPVLC *satis indicare videtur* [16]. *Hunc martyrem ipsum Valentinum esse haud imprudenter conieceris; ad quem etiam aliae inscriptiones videntur esse referendae ut haece:*

HIC PASTOR MEDICVS MONVMEN*tum in martyris* [*aula*
FELIX DVM SUPEREST CONDIDIT *Ipse sibi*
PERFECIT CVNCTA EXCOLVIT QVI......
CERNET QVE IACEAT POENA...
ADDETVR ET TIBI VALENTINI GLORIA SANCTI
VIVERE POST OBITVM DAT (*tibi*) DIGNA D*eus* [17]

*Et fragmentum istud:*

REFRIGERET TIBI VA[*lentinus* [18].

*Hinc carpendus non est qui in alio fragmento eiusdem originis legerit:*

*deposi*]TVS EST AD D[*omnum Valentinum* [19].

*Ceterum itineraria tam aperte loquuntur ut nihil clarius esse possit. Ipsi hagiographi, si tantum iis tribui potest ut iterum audiantur, nutantes se produnt, cum Valentinum utrumque Romae passum narrent, et Interamnensem a piis fidelibus Roma domum fuisse deductum. Sacramentaria, quae hodie Valentinum recolunt, in neutram partem inclinant. Gelasianum:* Valentini, Vitalis et Feliculae [20], *quibus addit codex Sangallensis* et Zenonis [21]. *Gregorianum:* Natale sancti Valentini [22]. *Martyrologii pauci codices breviores ferunt* Romae Valentini: *quae scriptio non primitiva est sed e contractione orta aut a correctore invecta. Interamnensem basilicam solam videtur novisse martyrologus.*

7. SPOLITI] *Spoletium municipium via Flaminia* [23] *miliaria ab Urbe LXXXIIII distat.*

[1] DUCHESNE, t. II p. 154; cf. p. 167, n. 11. — [2] *BHL.* 8460-8461. — [3] DE ROSSI, *Bullettino*, 1871, p. 85. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 9. — [5] DUCHESNE, ibid., p. 333. — [6] DUCHESNE, ibid., p. 334, n. 10. — [7] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 176. — [8] Ibid., p. 176. — [9] Ibid., p. 177. — [10] *BHL.* 8463-8465. — [11] *Les origines du culte des martyrs*, p. 359.— [12] *Le diocesi d'Italia*, p. 406-413.— [13] *Der stadtrömische Festkalender*, p. 206-207.— [14] DE ROSSI-GATTI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, suppl., p. 1411.— [15] MARUCCHI, *Di una sconosciuta iscrizione Damasiana in onore del martire S. Valentino*, in *Nuovo bullettino*, 1905, p. 103-122. — [16] MARUCCHI, *Scoperta di antichità cristiane nell' area della basilica suburbana di S. Valentino*, in *Bullettino della Comm. arch. com.*, t. LV (1927), p. 261-67. — [17] MARUCCHI, *Il cimitero e la basilica di S. Valentino* (Roma, 1890), p. 96; *Nuovo bullettino*, 1905, p. 111. — [18] MARUCCHI, *Il cimitero e la basilica di S. Valentino*, p. 70. — [19] MARUCCHI, ibid., p. 97. — [20] WILSON, p. 167.— [21] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 31. — [22] WILSON, p. 24. — [23] *C.I.L.* XI, p. 698.

*Numerum*

*Numerum recte exhibent codices qui tamen haud insolito mendo pro* miliario *scribunt* milites. *Nonnulli* Vitalianum *legunt pro* Vitali; *utramque lectionem profert Epternacensis, n. 10, 11. Bis scripta est, non iisdem plane verbis, eadem annuntiatio (n. 6-11 [15-21] et 122-127). S. Vitalis sacra pignora repperit Spes, Spoletanus episcopus, in loco cui hodie nomen Terzo della Pieve, ubi inventionis memoriam testabatur titulus ab eodem praesule marmori incisus. Lapis anno 1597 in ecclesiam cathedralem delatus, postmodum periit, sed ex apographis inscriptio etiamnum satis dignoscitur* [1].

SPES EPISCOPVS DEI SERVVS SANCTO VITALI MARTIRI
A SE PRIMVM INVENTO ALTARIS HONOREM FECIT

MARTYRIS HIC LOCVS EST VITALIS NOMINE VERO
QVEM SERVATA FIDES ET CHRISTI PASSIO VOTAT
SOLVS HIC E NOSTRIS VICTRICIA DONA REPORTANS
AETERNAM CAELO MERVIT PERFERRE CORONAM
HVNC PRECOR VT LVCIS PROMISSAE GAVDIA CARPAM
ET QVAE VIRGO PRAECANS POSCIT CALVENTIA PRAESTET
CORPORIS INTACTO PVRI DECORATA PVDORE
PLVSQVE DATVRA FIDE DECORIS QVAM QVOD PIA PATRI
EXHIBET OFFICIA ET PVRO VENERA*tur* *a*MORE
VTQVE · PROBANTE DEO MANEAT PER *sae*CLA FIDELI*s*
PRAEMIA LAETA SIBI CONCESSO MVNERE SVME*ns*
SANCTIS LAETVS EGO SPES HAEC MVNVSCVLA *dono*

SANCTI VITALIS MARTYRIS PASSIONIS NATALIS DIE XVII *kal. martias*

*Spes, qui martyrem primus invenit eiusque cultum instituit, saec. V ineunte floruisse videtur* [2]. *Hic persuasum habebat Vitalem in cruce mortem subiisse, nec ullo alio martyrio patrium solum fuisse decoratum. Calventia virgo Spem episcopum patrem habuisse censetur* [3]. *Elogium ita legendum est:*

**in Tuscia Spoliti civitate miliario LXXXIIII Vitalis.**

12. MARCIANI] *De quo infra, ad n. 138.*

13. FELICULAE] *Iam diximus in sacramentario Gelasiano die 14 feb. legi orationes in natale Valentini, Vitalis et Feliculae, quae tria nomina in ipsis orationibus sunt expressa. Prioris tantum recensionis codices hoc die Feliculae nomen exhibent. In codice Rich. recte sepulturae locus indicatur:*

**Romae in via Ardeatina Feliculae**

*uti luculenter apparebit ex aliis laterculis, ubi eadem sancta nuntiatur, iun. 5 et 13; quos ad locos legentes remittimus.*

14. IULIANI] *Vid. infra, ad n. 37.*

22. CYRION] *Ex martyribus Alexandrinis, infra, n. 57.*

35. VINCENTI] *Cum martyris nomen sub* Interamna *scriptum sit, omissumque hoc loco in codicibus alterius recensionis* Valentini, *primum menti occurrit* Vincenti *pro Valentini male scriptum fuisse. Attamen via Flaminia colebatur Vincentius martyr, non quidem Interamnae sed Mevaniae (Bevagna), eiusque festum incidit in 6 iun. Huius exstant Acta in haec verba decidentia:* Quaedam matrona, nomine Liceria, nobilis familiae... mercavit corpus eius librae pondere auri, et condens aromatibus sepelivit in praedio suo quod vocatur Campus Salutis in novas nundinas Augustales, inter Portilionem et Mevaniam, miliario ab urbe Roma plus minus nonagesimo quarto [4]. *Numerus milium quo locorum intervalla in via Flaminia indicantur: LXIII vel LXIIII, LXXXIIII haud scio an in cuiusdam memoriam induxerit martyrem Vincentium. Hunc Mevenatem esse sagax est coniectura Florentinii, cuius et dabimus de illa re ultimum maturumque iudicium: « Quamquam Mevania, ut testatur Philander ad 2 Vitruvii librum, oppidum sit in via Flaminia, attamen, cum in S. Vincentii Mevenatis historia nihil de Interamne dicatur, et maior a Romana urbe distantia in sepulcro eius notetur, quam in martyrologio exprimatur, nihil decerno* [5]. »

37. IN CILICIA] *Elogium, bis scriptum (n. 37-42, 143-146), utrimque luxatum, facile restituitur:*

**in Cilicia Egeas natale Iuliani.**

*S. Iulianus martyr Cilix a S. Iohanne Chrysostomo laudatus* [6], *in libris tum Graecorum* [7] *tum Latinorum die 16 martii recensetur. Videtur a die* XVII kal. apr. *ad* XVI kal. mart. *errore translatus.*

40. SEGARI] *Lectio corrupta ex* Egeas, *n. 145.*

44. IN ALEXANDRIA] *Martyrum Aegyptiorum triplicem manipulum hodie colligemus, unum (n. 47-87) e Passione, quae deperdita est, depromptum; alterum (n. 112-120) ex eadem, ut videtur; sed extra locum, sub* alibi *positum; tertium (n. 154-157), incertae originis, iterum sub* Alexandria. *Nomina martyrum maximam partem ea sunt quae, ad diem 9 feb., ex Passione Aegyptiorum XXXVII* [8] *esse ostendimus. At historia diversa est* [9]. *Praeterquam enim quod martyres non pauci dignitate vel officio ecclesiastico conspicui feruntur, novique accesserunt socii, alio ordine suppliciis deputantur:* hii in mare mersi

[1] De Rossi, *Bullettino*, 1871, p. 95; *C.I.L.* XI, 4966; Bücheler, *Carmina latina epigraphica*, n. 1801. Supplementa sunt Rossii. — [2] Eius epitaphium ap. De Rossi, t. c., tav. VII; *C.I.L.* XI, 4967. — [3] De Rossi, t. c., p. 107. — [4] *BHL.* 8676. — [5] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 318. — [6] *BHG*[2]. 967. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 541. — [8] *BHL.* 6584. — [9] *Les martyrs d'Égypte*, p. 48-51; Duchesne, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p. 196.

mersi sunt (*n. 47-50*) ; hii omnes igne combusti sunt (*n. 57-63*) ; *alii* (*n. 70-72*) decollati sunt [1] ; *de ceteris* (*n. 76-87*) *nihil compertum est, ita ut videantur passionum indicia vel loco mota vel partim omnino deesse. Nunc ad singula.*

*47.* BASIANI] *Vel B a s s i a n i. Homonymus videtur n. 60: B a s s i o n, graece Βασσίων. Sed et habetur Βασσιανός* [2].

*48.* TONION] *Θωνίων, an Θώνιος? Thonius est in Passione martyrum XXXVII; casu omissus in laterculo feb. 9, nisi pro T h o m a e* (*n. 28*) *Thonion legendum est.*

*49.* PROTI] *Feb. 9, n. 42, Πρωτέας, ut videtur. Cf. infra, n. 116.*

*50.* LUCI] *Feb. 9, n. 45: L u s i, Λῦσις.*

*57.* CYRION] *Supra, n. 22, Κυρίων, raro.*

*59.* MOYSEOS] *Homonymus: M o i s e i l e c t o r i s, n. 119.*

*60.* BASSION] *Al. B a s s i a n i, supra, ad n. 47.*

*62.* AGATHON] *Feb. 9, n. 38.*

*70.* DIONISIUS] *Alii duo D i o n y s i i in eodem laterculo, alter episcopus, n. 78; alter presbyter, n. 86. Unus nuntiatur die 9 feb., n. 12, duos novit anonymus scriptor Passionis martyrum XXXVIII.*

*72.* AMMONIUS] *Feb. 9, n. 6, 16, 22.*

*76.* ARMATAE] *Feb. 9, n. 41: S e r m a t a e, al. A r m a t a e.*

*77.* ARBASI] *Feb. 9, n. 36: O r b a s i. Infra habemus, n. 83: O r f a s i u s.*

*78.* DIONISIUS] *Homonymus, supra, n. 70.*

*80.* ORUS] *Ubi Passio legit* Horus, *Ὧρος, in laterculo 9 feb., n. 37, habetur O r i n i o n.*

*81.* PAULUS] *Feb. 9, n. 11.*

*82.* LEVIORUS] *Lectio corrupta. Videtur nomen biforme ex Λευεῖ et Ὧρος.*

*83.* ORFASIUS] *Supra, n. 77: A r b a s i.*

*84.* PLEBIUS] *Feb. 9, n. 34: P l e s e i.*

*86.* DIONISIUS] *Homonymi supra, n. 70, 78.*

*88.* AMANTUS] *Si fida est lectio nec Ammonius quispiam subest, revocamur ad diem 10 feb., n. 9.*

*90.* ANTIOCHENAE] *Verba illa c i v e s A n t i o c h e n i quibusdam ex martyribus modo enumeratis apponenda opinatus est Duchesne* [3]. *Nobis potius erit scholion ad primum sequentis diei enuntiatum, quod totum est de sanctis Antiochenis, referendum. Margini primum ascriptum, locum indebitum invasit. Video equidem martyrem Antiochenum Marcianum* (*n. 12, 138*) *hodie commemorari. Sed et ille forsitan loco non suo stat, cum ceteris ad feb. 15 remandandus; neque fert usus librorum nostrorum ut martyres cuiuscumque civitatis cives nuncupentur.*

*92.* MILITANA] *Abhinc ad n. 111 laterculum habemus a die 7 ian. verbis ipsis exscriptum et ab interpolatore inter Aegyptios martyres insertum. Huius partem iam dies feb. 12 et 13 acceperant, omnia propter C a n d i d u m, qui in breviario Syriaco Κάνδιδος* (*Alexandriae*) *die 12 feb. recensetur, et die 7 feb.: Κνόδιωος* (*Heracleae*). *De his adeant, qui cupiunt, singulos locos.*

*112.* PASSAMONAS] *Sequitur interrupta a n. 88 series martyrum Aegyptiorum, P a s s a m o n a s, feb. 9, n. 53: B a s t a m o n, vel Πάσταμος?*

*113.* IONAS] *Nomen Aegyptiis minime inusitatum* [4]. *Conferendum tamen T h e o n a s feb. 9, n. 47.*

*114.* AMONIUS] *Alter homonymus, n. 72.*

*115.* TUPPI] *Lectio parum proba. An I p p i, ut feb. 9, n. 48?*

*116.* PROTIDI] *Placet P r o t i d i [ a c o n i, ut n. 117, cod. E: P r a e c o n i d i = P r a e c o n i d i a c o n i. Cf. feb. 9, n. 42: P r o t h i, supra, n. 49.*

*117.* PRAECONI] *Cognomen latinum est P r a e c o n i u s. Iterum, n. 156: P r a e c u n i.*

*119.* MOISEI] *Homonymus, n. 59. Porro, his omnibus collatis, licet multa non recte tradita sint, laterculum pro modulo nostro restituimus:*

**in Alexandria natale sanctorum Bassiani, Tonion, Proti, Luci: hii in mare missi sunt; item Cyrion presbiteri, Moyseos, Bassion, item Agathon exorcistae: hii omnes igne combusti sunt; item Dionisius et Ammonius: <hii> decollati sunt; item Armata, Arbasius, Dionisius episcopus, Orus, Paulus, Leviorius (?), Orfasius, Plesius, item Dionisius presbiter, Passamonas, Ionas, Ammonius, Hippi, Proti diaconi, Praeconi diaconi, Moisei lectoris: <hii omnes...>**

*123.* SPOLISIO] = *S p o l e t i i, supra, n. 7.*

*129.* IN AFRICA] *Vel ab interpolatore additum qui memor fuerit V a l e n t i n i martyris in Africa die 13 nov. passi et kalendario Carthaginiensi inscripti; vel extra locum positum, et a nominibus martyrum segregatum. Quaenam sint nomina ad Africam referenda non facile discernitur: an C e l e r i n i et M a g n i* (*n.140-142*) *quos nulla regio sibi vindicat?*

*130.* VALENTINI] *Martyr Interamnensis, supra n. 1.*

*132.* IN THERA] = *Interamne, n. 1.*

*134.* MILITES LIIII] *Al. m i l. XXIIII. Legendum m i l i a r i o LXIII, ut supra, n. 28, 32.*

*137.* ANTHIMI] *Procul abest ut de Anthimo episcopo Nicomediensi cogitemus. Res enim multo aliter enucleanda videtur, collatis vocibus quae Anthimum proxime sequuntur M a r c i a n i, T i o n i, n. 138, 139. Notandum enim est Marcianum esse Antiochenum, cuius natalis incidit in 26 oct.; die autem 15 feb. memoriam agi martyrum, qui merito c i v e s A n t i o c h e n i dicantur* (*supra, n. 90*). *Iamvero inter hos desideratur M a r c i a n u s, quem propterea laterculo Antiocheno restituerim. Vocabula autem* ANT[*HIMI*] *et* TIO[*NI*] (*n. 139*) *elementa servarunt quibus componitur:* ANTIO[*CHIA*]. *Legamus igitur:*

**Antiochia Marciani.**

*140.* CELERINI] *Cum M a g n i, n. 142, ex coniectura in Africam relegatus, supra, n. 129.*

[1] « On voit que cette liste a été relevée sur un texte où les noms étaient au nominatif: *hii omnes* etc., *Agathon, Paulus* etc. Les copistes ont essayé de rectifier en mettant le génitif, mais ils ne l'ont pas fait partout. » L. D. — [2] PREISIGKE, *Namenbuch*, i. v. — [3] *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p. 196. — [4] PREISIGKE, i. v.

*144.* SICILIA] *Lege* C i l i c i a, *supra, n. 37.*

*146.* IULIANI] *Supra, n. 14.*

*151.* SENERI] *Codex Epternacensis scribit* S e v e r i. *Si tamen verior est lectio* S e n e r i, *in mentem revocetur S. Sineros, cuius festum die 23 feb., n. 4, agitur.*

*153.* IN ALEXANDRIA] *Sintne nomina* S a t u r n i n i, A d v o c a t i, M a x i m i *(n. 154, 155, 157) referenda ad catalogum illum Alexandrinum, de quo fuse diximus, ignoratur. Ibi quidem* P r a e c u n i *(n. 156) legitur, seu* P r e c o n i *(n. 117).*

ADDITAMENTA] P r o t o l i c i. *Ex binis nominibus* P r o t i L u c i *(n. 49, 50) coagmentatum.*

I a n u a r i i *= n. 102.*

A t h e n i *= n. 137:* A n t h i m i, *re quidem vera* A n t i o c h i a.

A r t i a n i *=* M a r t i a n i, *n. 138.*

Z e n o n i s. *Sunt sacramentarii Gelasiani exempla in quibus memoriae S. Valentini annexa est S.* Z e n o n i s *mentio* [1], *quae et occurrit in litaniis quibusdam* [2]. *Hadrianus papa (772-795) in coemeterio Praetextati* ecclesiam beati Tiburtii et Valeriani atque Maximi seu basilica S. Zenoni una cum cymiterio sanctorum Urbani pontificis, Felicissimi et Agapiti atque Ianuarii seu Cyrini martyribus, foris porta Appia, uno coherentes loco, quae ex priscis marcuerant temporibus, noviter restauravit [3]. *Basilica haec est de qua in itinerariis. Ita Salisburgense:* in tertia ecclesia rursum (*lege* sursum) S. Synon martyr quiescit [4]. *Epitome de Locis sanctorum etiam meminit* Zenonis fratris Valentini [5], *quam tamen consanguinitatem inter duos sanctos in Actis S. Valentini relatam non repperimus et e communi utriusque festo eodem die celebrato originem duxisse facile crediderimus. Basilicae S. Zenonis (Xenonis) in Willelmo Malmesburiensi et in Indice cimiteriorum praeterea mentio fit* [6]. *Paschalis papa (817-824) in ecclesia S. Praxedis sacellum S. Zenonis aedificavit:* in eadem ecclesia fecit oratorium beati Zenonis Christi martyris ubi et sacratissimum eius corpus ponens musibo amplianter ornavit [7]. *Et in inscriptione, quae reliquias sub Paschali eo delatas commemorat, haec de S. Zenone habentur:*

... ET IN IPSO
INGRESSV BASILICAE MANV DEXTRA VBI VTIQVE
BENIGNISSIMAE SVAE GENETRICIS SCILICET DOM
NAE THEODORAE EPISCOPAE CORPVS QVIESCIT CON
DIDIT IAMDICTVS PRAESVL CORPORA VENERABILIV
M HAEC ZENONIS PRESBITERI ET ALIORVM
DVORVM [8]...

*Quarum reliquiarum recognitio an. 1699 habita est* [9]. *De effigie S. Zenonis in ecclesia Sanctae Praxedis disseruit Rossius* [10]. *Reperta sunt fragmenta, pauca admodum et mutila, tituli Damasiani, ad cuius marginem ascriptum est:*

DEP *o s i t i o* ZENONIS V ID. FEBR. [11]

*Sed non facile dixeris sitne hic noster an alius quispiam. Neque certius demonstrari potest eundem fuisse alterum e patronis monasterii Sanctorum Laurentii et Zenonis* quod in Caesinati Castro est constitutum [12].

EXCERPTA] *Cambr.:* M a n c i a n i *=* M a r c i a n i, *n. 12, 138.*

*Lugdun.:* A n t o n i *=* A g a t h o n i, *n. 62.*

*Lat. 5256:* C a l e n t i n i *=* V a l e n t i n i, *n. 5.*

[1] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 31. — [2] Apud DE ROSSI, *Musaici cristiani delle chiese di Roma.* Musaico dell' oratorio di S. Zenone, fol. 1v. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 509. — [4] DE ROSSI, *Roma sotterranea* t. I p. 180. — [5] Ibid., p. 180. — [6] Ibid., p. 181. — [7] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 55. — [8] Ap. DUCHESNE, t. c., p. 64. — [9] B. DAVANZATI, *Notizie al pellegrino della basilica di santa Prassede* (Roma, 1725), p. 369. — [10] *Musaici*, l. c., fol. 2v-3. — [11] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 120. — [12] GREGORI. I *Registr.* XIV, 6, HARTMANN, t. II, p. 424.

# XV KAL. MART.

**Antiochia natale sancti Iosippi diaconi Zenonis Appolloni Phoebi Romani Zosimi Barali Zoci presbyteri Rufini. Interamne natale sanctae Agapis virginis Saturnini Castolae Magni Luci Rogati Iohannis et aliorum XII. Vuarciana in Spanis passio sancti Locufati. In Siria Adventi Xysti Pomponi Gemellae Victoris Generosi item Victoris Gemelliani Cuturni Castolae [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) ianuarii et depositio sancti silvini C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. antioč E ; antiocia B¹W | 3. *om.* ES | 4. *videtur in ras. in* E ; iusippi SW | 5. diač EBW | 7. apolloni B | 8. poebi BW ; paebi S | 11. barale B ; parale S ; barode W | 12. zocii BW ; zotii S | 13. prb̄ E ; prbī BSW | 14. rufine S | 15. inter amne E ; interamnes B ; interamnę SW | 17. sc̄i E | 18. agape BC ; agapi W | 19. *add.* et B | 21. castule BS ; castulę W | 28. duodē B | 29. arciana E ; vuarcina S | 30-31. inspaniis SW | 31. spaniis B | 33. *om.* E | 34. loquumfas BSW | 36. syria SW | 37. aventi BSW | 38. sixti BSW | 39. pamponii B ; panpini S ; pompini W | 40. gemelli BSW | 41. victuris SW | 42-44. *om.* S | 46. coturni CW | 47. castuli B²SW ; casutuli B¹.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Iosephi diaconi Zenonis Interamna nat. sanctae Agapis virginis Saturnini Castulae.

## FEB. 15

1. antiochia] *E martyribus quorum nomina sequuntur, sex Antiocheni sunt, aliis diebus in his fastis inscripti, ut de singulis mox ostendetur. Ad hos martyres pertinent verba* in Syria, *quae longe a suo loco aberrarunt (n. 35), ad eosdemque referendum est scholion, quod longius etiam vagatur, ad diem 14 (n. 89) :* cives Antiocheni. *Hoc autem in margine relicto, scribamus :*

**Antiochiae in Syria Iosippi diaconi, Romani, Zosimi, Barali, Isici presbyteri, Agapis virginis.**

4. iosippi] *Martyr Antiochenus de quo mart. 20, n. 4.*

6. zenonis] *Feb. 14, in solo codice Bernensi.*

**<Romae> Zenonis.**

7. appolloni] *Tres numerantur S. Valentini (feb. 14) discipuli in eiusdem Actis*[1] *:* A p o l l o n i u s, E p h e b u s, P r o c u l u s, *qui hodie recensentur, praeter Proculum. Huius autem nomen evanuisse credendum est. Variis enim diebus recurrunt, terno ordine, april. 14, n. 9, 10, 31 ; april. 18, n. 32, 30, 31 et maii 1, n. 32, 33, 39. Sunt autem domo Interamnenses. Ad eos ergo pertinet nomen civitatis, infra, n. 15.*

**Interamnae natale Apolloni, Ephebi, <Proculi>.**

8. phoebi] *Id est* E p h e b i, *supra ad n. 7.*

9. romani] *Martyr Antiochenus, de quo agitur nov. 18. Supra, ad n. 1.*

10. zosimi] *Martyr Antiochenus, de quo supra ad n. 1 et iun. 1, n. 6.*

11. barali] *Martyr Antiochenus, de quo nov. 18. Supra ad n. 1.*

12. zoci] *Scribendum* I s i c i *seu* H e s y c h i *quod iam Tillemontius perspexit*[2]. *Martyr Antiochenus de quo agitur maii 30 et nov. 18. Supra ad n. 1.*

14. rufini] *Non pauci dierum 15, 16, 17 martyres etiam iun. 1 vel subsequentibus diebus recensentur. Non quidem Rufini sed* R u f i n a e *legitur iun. 1, n. 145.*

15. interamne] *Superius, ad n. 7, notatum est hanc rubricam procul a loco suo vagari. Utique, primo aspectu elogium :* Interamne natale sancte Agapis virginis Saturnini Castolae *legenti nullam suspicionem movet. Quin adeo inscriptione confirmari videtur quae Interamnae quondam fuit :*

*XP*
CASTVLA VI
XIT ANNV ET D
XXXV DEPOSI
TA XIII KAL MA
RTIAS

*Utrimque in lapide incisa est imago feminae, passis manibus, instar orantis, cum ascripto nomine, uni* domnina, *alteri* agape [3]. *Iamvero in martyrologio, nuntiantur hodie* Castula *et* Agape, *perendino autem die, qui est XIII kal. mart., in sarcophago illo inscriptus, occurrunt* Agape *et* Casti, *quidni* Castula *legatur ? Tandem ad diem 14 aprilis nuntiantur in martyrologio :* Interamna Proculi, Valentini, Prosdoci... Dominae cum virginibus, *ubi cum Interamna coniunctum cernimus tertium quoque nomen quod in monumento* insculptum

[1] *BHL.* 8460. — [2] *Mémoires*, t. V, p. 35. — [3] De Rossi, *Bullettino*, 1871, p. 121 ; *Römische Quartalschrift*, t. VIII (1894), p. 131-33 ; Wilpert, in *Römische Quartalschrift*, t. VII, p. 287-290 et tab. XIX ; J. Wittig, *Die altchristlichen Skulpturen im Museum des deutschen Nationalstiftung am Campo Santo in Rom* (Rom, 1906), pl. V, 2.

*insculptum est. Haec omnia qui perpendat facile induci potest ut Castulam, Agapen et Domninam martyres Interamnenses fuisse concludat. Nihilo tamen setius Castulam illam, quae aetatis mensem decimum quartum vix attigit, martyrem non fuisse liquido constat. Domnina autem, quae 14 aprilis commemoratur, martyr fuit Antiochensis, non secus atque Agape : quod suo loco demonstrabitur. Tandem rationes ipsi attulimus unde constare videtur nomina* DOMNINA AGAPE *in monumento illo Interamnensi inde ab origine non fuisse incisa sed postea fuisse addita ab homine non indocto neque admodum vafro, qui martyrologium legerat, et sibi videbatur intellexisse* [1]. *Nemo tamen non mirabitur fortuito casu Interamnam allatum esse lapidem, qui Castulam infantem depositam memorat eo fere die quo in martyrologio, sub Interamna, annuntiatur Castula martyr.*

*18.* AGAPIS] *Martyr Antiochena, quae mart. 11 (n. 25) colitur. Male, cum Usuardo, martyrologium Romanum :* ibidem [Interamnae] Agapis virginis et martyris. *Supra, ad n. 1.*

*20.* SATURNINI] *Passim, et etiam iun. 1, 2. Iterum cum Usuardo, martyrologium Romanum :* Interamnae natalis sanctorum Saturnini, Castuli, Magni et Luci. *Atqui horum nullus Interamnensis est.*

*21.* CASTOLAE] *Iun. 1, n. 140. Supra ad n. 15. Iterum infra, n. 47.*

*22.* MAGNI] *Nudum nomen.*

*23.* LUCI] *Iun. 2, n. 79, sed et feb. 8, n. 17.*

*24.* ROGATI] *Iun. 1, n. 26.*

*25.* IOHANNIS] *Iun. 1, n. 88.*

*27.* ALIORUM XII] *Iun. 1, n. 160: c u m a l i i s X I I I.*

*29.* VUARCIANA] *Lege : B a r c i n o n e, et pro Locufati C u c u f a t i s, qui iterum postridie nuntiatur. Ita ergo emendandum :*

**Barcinone in Spanis passio sancti Cucufatis.**

*35.* IN SIRIA] *Pertinet ad laterculum Antiochenum, supra, n. 1.*

*37.* ADVENTI] *Nudum nomen.*

*38.* XYSTI] *Al. S i x t i. Huius nominis soli celebres sunt romani pontifices, quorum memoria agitur april. 3 et aug. 6.*

*39.* POMPONI] *Iun. 3, n. 87.*

*40.* GEMELLAE] *Iun. 1: G e m e l l i n a e al. G e m e l l i n i. Infra, n. 45: G e m e l l i a n i.*

*41.* VICTORIS] *Iun. 1, n. 33: V i c t u r i. Iterum, infra, n. 44.*

*42.* GENEROSI] *Nudum nomen.*

*44.* VICTORIS] *Supra, n. 41.*

*45.* GEMELLIANI] *Supra, n. 40: G e m e l l a e.*

*46.* CUTURNI] *Nudum nomen, forsan corruptum e V i c t u r i n i.*

*47.* CASTOLAE] *Supra, n. 21.*

ADDITAMENTA] *I a n u a r i i, supra, feb. 11. S i l v i n i. De S. Silvino episcopo, Alciaci (Auchy) sepulti, eiusque Vita* [2] *in* Actis *tractatum est a Iohanne Bollando* [3].

**Depositio sancti Silvini.**

[1] *Les martyrs d'Interamna,* in *Bulletin d'ancienne littérature et d'archéologie chrétiennes,* t. I (1911), p. 161-68. — [2] *BHL.* 7747. — [3] *Act. SS.,* Febr. t. III, p. 24-32.

# XIV KAL. MART.

I | II

**In Brittania natale sanctorum Faustiniani et Iuventiae.**

(I) **in Spanis Barcilona natale Cucubatis** [a].

**et alibi Plesi** [b] **Dionisi Hierapi Marcialis Nundinari Pessiani Pauli Gallonis Honori Iocundi Memmi Vincenti Fructuosi Primi Fabiani Cicili Pauli Maximi** [c].

(II) **in Spaniis Barcillona civitate passio sancti Quoquofatis.**

**in Africa Maximi item Vincenti Pauli Honorati Mauri** [d] **item Maximi item Pauli Marcialis Terapi Marci Marobi** [e] **Marcellini Donati item Marci** [f] **Secundi Macrobi Lucellae item Secundi** [g] **Situli Stupuris Mustaci Presentis Secundae Maximae Iunillae et cum eis CIIII Fissinari Pamphili Valentis diaconi Seleuci Perfidi Teofili Iuliani cum aegyptiis numero V mil. et alibi depositio Tetradi episcopi** [h].

*Addunt codices pleniores :* a) in camp(ania) cumbas natale iulianae E. — b) donati C¹ ; donasi C². — c) urbani C. — d) item natale sanctae iulianae martyris et virginis W² *int. lin.* — e) nicomedia passio sanctae iulianae virginis et martyris C. — f) martialis marcelli C. — g) maxime C. — h) mettis sancti simeonis episcopi B² *int. lin.* ; et sanctę iulianę virginis S² *int. lin.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 2. brittanis E ; brittaniis SW | 5. faustini SW | 6. *om.* BSW | 7. ioventie B ; ioventiae SW | 9. spā E | 10. barcilō E | 15. blesi W ; *add.* et S | 16. diunisi B¹ | 17. hierapii B ; gerappi S | 19. nundiani E | 22. callonis BS | 23. honor(i *in ras.* S² | 29-30. cicili fabiani SW | 30. cylici B ; *add.* item BS | 34. hispaniis S | 35-36. *om.* S | 35. barcinola W | 36. *om.* W | 38. *om* S. | 39. quo quo fatis B ; quoquo fatis W | 41. aff̄ E | 43. *om.* E | 44. *add.* item B | 47. mari BSW | 50. *om.* EB¹ | 53. therapi BW ; theraphi S | 55. marpi BSW | 57. *om.* SW | 59. *add.* donati S danoti W (*cf.* 57) | 61. magrobi B ; matropi S ; marcopi W | 62. lucelle BS | 64. secunde BW | 65. sauli BSW | 66. stuporis BS | 67. mustici B ; murtaci S | 68. p̄sentis ESW ; *add.* item B² | 69. secunde BS | 70. maxime B | 71. iunellę BSW | 75. LIIII BSW ; *add.* item SW | 76. fessinari B ; fisinari S¹ | 77. pampili EB² ; pampilie B¹ ; pamphyli W | 79. diac̄ E | 80. selaci B¹B³ ; seleaci B² | 82. thiofili BW ; thiofoli S | 83. iuliane B | 84-88. *del.* S² | 85. aegiptiis E | 86. num̄ E | 87. //V/// B | 88. mīl E ; milia BS ; *om.* W | 90. *om.* S | 91. depoꝫ E | 92. thedradi B¹SW ; thetradi B² | 93. ep̄i E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae sancti Valentini et sancti Sabastiani martiris in Affrica nat. Pauli heremitae in Hierusalem Marthae et Mariae sorores Lazari (*Cf. XIV kal. feb.*) — Rich. : In Hispania Barcelona Cocofatis... — G. 915 : in Cumis Iulianae virginis. — Florus : apud Aegyptum Iuliani cum aliis numero V millibus.

## FEB. 16

*1.* IN BRITTANIA] *Emendandum* i n B r i x i a. *De Valeriano patricio* in Brixa *civitate sepulto et homine cui apparuit* beatus Faustinus martyr in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum, *quaedam narrat S. Gregorius* [1]. *Exstat Passio SS.* F a u s t i n i *et* I o v i t a e *fratrum, quorum alter sacerdos, diaconus alter fuisse feruntur* [2]. *Aliter, ut patet, martyrologium, ubi* F a u s t i n i a n o *non Faustino adiungitur mulier* I u v e n t i a. *Neutrum novisse videntur Filastrius et Gaudentius, Brixienses episcopi, nec in basilica Concilii Sanctorum, ubi Gaudentius Mediolanensium, Anaunensium, Orientalium martyrum reliquias congesserat* [3], *ullum fuit Brixiensium illorum pignus depositum* [4]. *Saec. IX Veronenses cum aliis sanctis* Faustinum atque Iovitam *venerabantur* [5], *item iam saec. VIII Cassinenses* [6]. *Rampertus Brixiensis episcopus a. D. 841 condidit monasterium SS. Faustini et Iovitae, quod anno 1797 suppressum est* [7]. *Scriptum erat :*

**in Brixia Faustiniani et Iuventiae.**

*In martyrologio Romano Faustinus et Iovita die 15 feb. recensentur, die vero 16 :* Brixiae sancti Faustini episcopi et confessoris, *et die 17 :* Romae passio sancti Faustini, quem alii quadraginta quatuor secuti sunt ad coronam. *Unum Faustinum*

[1] *Dial.*, IV, 52, *P.L.*, t. LXXVII, p. 413 ; Moricca, IV, 54, p. 312. — [2] *BHL.* 2836-2838. Cf. Savio, in *Anal. Boll.*, t. XV, p. 5-72. — [3] Gaudentii *Sermo* XVII, *P.L.*, t. XX, p. 959-971. — [4] *Origines du culte des martyrs*, p. 379. — [5] *Versus de Verona*, 22, *M.G.*, Poetae lat. aevi carol., t. I, p. 121. — [6] Savio, l. c., p. 34-35. — [7] P. Kehr, *Italia pontificia*, t. VI, 1, p. 329.

*stinum*

*stinum trina addita laudatione discerpi potuisse cum martyrologorum consuetudine non adeo pugnat.*

*8.* IN SPANIS] *Iam heri nuntiabatur S. Cucufas sub nomine Locufati, hodie Cucubatis, Quoquofatis (n. 39). Eius festum nunc agitur die 25 iulii, quo et in kalendariis mozarabicis inscriptus est* [1]. *A Prudentio laudatur* Barchinon claro Cucufate freta [2].

**in Spanis Barcilona civitate natale sancti Cucufatis.**

*14.* ALIBI] *Non ad unum locum referendi sunt martyres quorum amplus sequitur catalogus. Haud paucos, non tamen omnes, ut ex dicendis manifestum erit, Africa sibi vindicat, et in kalendario Carthaginiensi, tum aliorum, de quibus sermo erit, tum* Petrensium *martyrum memoria inscripta est:* XIIII kalendas mart. sanctorum martyrum Macrobi et Lucillae, Nundinari, Caecilianae et Petrensium. *Sed nescio quomodo Petrenses, si qui seorsum numerantur, ab aliis plurimis secernendi sint.*

*15.* PLESI] *Iam feb. 9, n. 34.*

*16.* DIONISI] *Etiam feb. 9, n. 12.*

*17.* HIERAPI] *Infra, n. 53: Terapi; ad diem 18: Interrapis, unde dubium oritur num loci nomen sit non hominis, id est Interamne, quod hisce diebus per fas et nefas saepe repetitur.*

*18.* MARCIALIS] *Ian. 21, n. 17, et iterum infra n. 52, et feb. 18, n. 16.*

*19.* NUNDINARI] *Hodie in kalendario Carthaginiensi: Nundinari.*

*20.* PESSIANI] *Num sit proba lectio merito dubitaveris.*

*21.* PAULI] *Etiam infra, n. 31, 45, 51, et ian. 19, n. 3; feb. 9, n. 11; 18, n. 15.*

*22.* GALLONIS] *Nudum nomen.*

*23.* HONORI] *Infra, n. 46: Honorati et ian. 19, n. 17; 21, n. 72.*

*24.* IOCUNDI] *Huius nominis martyr memoratur in Passione S. Perpetuae* [3]. *Rursum, feb. 21, n. 14.*

*25.* MEMMI] *Nudum nomen.*

*26.* VINCENTI] *Hispani sunt Vincentius (ian. 22, n. 10) et qui sequitur Fructuosus (ian. 21, n. 12). Uterque ab Hispano Cucufate ascitus videtur.*

*27.* FRUCTUOSI] *Vid. n. 26.*

*28.* PRIMI] *Ian. 19, n. 29; 21, n. 69, passim in martyrum catalogis.*

*29.* FABIANI] *Romanum pontificem, qui 20 ian. colitur, hunc esse crediderim. Ianuarii enim dies 19-21 nomina nonnulla hodiernis laterculis commodarunt. Cf. inter excerpta cod. Cambr.*

*30.* CICILI] *Hodie in kalendario Carthaginiensi: Caecilianae.*

*31.* PAULI] *Supra, n. 21; etiam n. 45, 51.*

*32.* MAXIMI] *Etiam n. 42, 49, et feb. 18, n. 17.*

*39.* QUOQUOFATIS] = *Cucufatis, supra, ad n. 8.*

*41.* AFRICA] *Lege quae dicta sunt ad n. 14. Non pauca ex nominibus sub alibi nuntiatis altera vice recensentur.*

*42.* MAXIMI] *Etiam supra, n. 32, et infra. n. 49 et feb. 18, n. 17.*

*44.* VINCENTI] *Iam supra, n. 26.*

*45.* PAULI] *Supra, n. 21, 31, et etiam n. 51.*

*46.* HONORATI] *Supra, n. 23: Honori.*

*47.* MAURI] *Al. Mari. Nescio an haec lectio alteri anteponenda sit. Colitur enim S. Marius die 20 ian. (n. 13) a quo iam habemus Fabianum. Lege quae supra, ad n. 29 dicta sunt.*

*49.* MAXIMI] *Etiam n. 32, 42, et feb. 18, n. 17.*

*51.* PAULI] *Supra, n. 21, 31, 45.*

*52.* MARCIALIS] *Iam supra, n. 18.*

*53.* TERAPI] *Vid. supra, ad n. 17.*

*54.* MARCI] *Iun. 1, n. 74; infra, n. 59.*

*55.* MAROBI] *Cum kalendario Carthaginiensi lege: Macrobi, infra, n. 61, et feb. 18, n. 21.*

*56.* MARCELLINI] *Feb. 18, n. 20: Marcelli.*

*57.* DONATI] *Feb. 17, n. 11, et alias saepissime.*

*59.* MARCI] *Iam n. 54.*

*60.* SECUNDI] *Ian. 19, n. 27, et infra, n. 64.*

*61.* MACROBI] *Supra, ad n. 55.*

*62.* LUCELLAE] *Kalendarium Carthaginiense: Lucillae.*

*64.* SECUNDI] *Iam n. 60.*

*65.* SITULI] *Male tractata a librariis censeo nomina Situli, Stupuris, Mustaci, Presentis, et quid iisdem subsit divinare nequeo.*

*69.* SECUNDAE] *Eiusdem sociae sunt Maxima et quae hic nuncupatur Iunilla. Qui laterculum martyrum Tuburbitanarum ad diem 30 iul. legerit, sponte emendabit:*

**Secundae, Maximae, Donatillae.**

*73.* CUM EIS CIIII] *In Passione sanctarum Tuburbitanarum, Secunda nullas praeter duas socias habet* [4].

*76.* FISSINARI] *Mirum in modum distorta vox Cessarea. In hac enim civitate passi sunt martyres de quibus hodie breviarium Syriacum:* ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Πάμφιος καὶ Πάμφιλος πρεσβύτερος καὶ ια' ἄλλοι μάρτυρες. *Horum certamen enarrat Eusebius in libri de Martyribus Palaestinae* [5] *utraque recensione* [6]. *In menologiis haec est huius Passionis inscriptio:* Ἄθλησις τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Παμφίλου, Οὐάλεντος, Παύλου, Σελεύκου, Πορφυρίου, Θεοδούλου Ἰουλιανοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς (Αἰγυπτίων) [7]. *Aegyptii numero sunt non quinque milia, sed quinque, qui nomina sua cum prophetarum Israel nominibus commutaverunt:* Ἠλίας, Ἱερεμίας, Ἠσαίας, Σαμουήλ, Δανιήλ. *Passi sunt autem* Περιτίου μηνὸς ἑξκαιδεκάτῃ, κατὰ Ῥωμαίους δὲ τῇ πρὸ δεκατεσσάρων καλανδῶν μαρτίων. *Paulus vel casu excidit, vel propter homonymum iam quater recurrentem (n. 21, 31, 45, 51) expunctus est. Perfidi, Teofili loco legatur Porfiri, Theoduli, et tandem integrum elogium:*

[1] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 472; ID. *Le Liber Sacramentorum*, pp. 497-502; 580-82; 752; 827. — [2] *Peristeph.* IV, 33. — [3] *BHL.* 6633, c. 11. — [4] *BHL.* 5809. — [5] *De martyribus Palaestinae*, X, 11. — [6] *BHG*[2] 1405. — [7] *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 129.

**Caesareae**

**Caesareae Pamphili, Valentis diaconi, <Pauli>, Seleuci, Porfiri, Theoduli, Iuliani cum Aegyptiis numero V.**

*Flori et sequacium de S. Iuliano errorem secuti sunt martyrologii Romani compilatores; insuper ex uno elogio quattuor effecerunt. Die 16 feb.:* in Aegypto sancti Iuliani martyris cum aliis quinque millibus, *quod ita saltem emendandum:* in Caesarea sancti Iuliani cum aliis quinque Aegyptiis. *Sequitur:* Caesareae in Palaestina sanctorum martyrum Aegyptiorum Eliae, Ieremiae, Esaiae, Samuelis et Danielis *cet., qui sunt ii ipsi martyres quinque. Hos excipit* Porphyrius. *Dein, die 17:* Caesareae in Palaestina sancti Theoduli senis *cet. et tandem:* ibidem sancti Iuliani Cappadocis *cet., qui non alius est a Iuliano qui pridie in Aegypto collocatus fuerat.*

92. TETRADI] *Tetradius episcopus Biturigensis interfuit concilio Agathensi anni 506 et Aurelianensi anni 511*[1]. *Teste Gregorio Turonensi, villam Bulgiatensem*[2] *basilicae Sancti Iuliani Brivatensi reliquerat*[3]. Ferunt etiam, in oratorium praedii illius sanctum Iulianum martyrem cum Tetradio episcopo conloquentem cuidam religioso revelatum fuisse, promittentem se episcopo villam, quam pro animae suae remedium sibi reliquerat, recepturum[4]. *Deest utique certum loci indicium, neque aliter scribendum est quam ferunt codices:*

**alibi depositio Tetradi episcopi.**

ADDITAMENTA] *I u l i a n a e. Sacramentarium Gelasianum:* in natali sanctae Iulianae XIII kal. martias[5]; *codex Sangallensis:* XIIII kalendas marcias[6]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum*[7]:

NAT(*ALE*) S(*ANCTAE*) IVLIANES

*Saec. VI Neapoli erat monasterium* Sanctorum Herasmi, Maximi atque Iulianae[8] *et in dioecesi Tyndaritana* oratorium sanctorum Severini confessoris et Iulianae martyris[9], *praecipitque Gregorius papa Fortunato episcopo Neapolitano ut* sanctuaria beatorum Severini confessoris et Iulianae martyris *mittantur ad Ianuariam, a qua oratorium conditum est*[10]. *In Actis S. Iulianae eadem passa refertur Nicomediae* die decima quarta kalendarum martiarum, *a pia muliere in Campaniam delata, et posita* prope territorium Puteolanum ubi habet mausoleum uno miliario a mari[11]. *Anno 1207, una cum S. Maximo, Neapolim translata est*[12]. *Ubi scribit Epternacensis C u m b a s, legendum esse patet C u m a s. Cf. cod. G 915.*

**in Campania Cumas natale sanctae Iulianae.**

*U r b a n i. Utinam ne sit Urbanus ille praefectus, martyrum carnifex, de quo hodie in Actis martyrum Caesariensium (n. 76), tametsi alium Urbanum frustra quaero in monumentis.*

*N i c o m e d i a. S. Iulianam Nicomediae passam esse ex eiusdem Actis modo observatum est. Eadem sub Nicomedia, feb. 13, n. 5, 15.*

*M a r t i a l i s e t M a r c e l l i, supra, n. 18, 56.*

*M a x i m e. Alio loco, n. 69, 70, habetur S e c u n d a e, M a x i m a e.*

*M e t t i s. Septimus est in serie episcoporum Mettensium*[13] *Simeon*[14], *qui saec. IV floruit.*

**Metis sancti Simeonis episcopi.**

EXCERPTA] *Codex Cambr. variis ex spoliis hunc diem componit: V a l e n t i n u s, colitur feb. 14; S e b a s t i a n u s ian. 20; P a u l i p r i m i h e r e m i t a e mentio est 10 ian. in hoc ipso codice, altera tamen manu scripta; M a r t h a m e t M a r i a m s o r o r e s L a z a r i 19 ian. habuimus. Lege quae ibidem annotata sunt.*

*Flor.: a p u d A e g y p t u m. Supra, ad n. 76.*

[1] *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 887; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 27. — [2] Bongheat (Puy-de-Dôme), aliis Bougheat. LONGNON, *Géographie de la Gaule*, p. 496. — [3] *Hist. Francorum*, III, 16. — [4] *De virtutibus S. Iuliani*, c. 14. — [5] WILSON, p. 168. — [6] MOHLBERG, p. 32. — [7] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, p. 336. Cf. SABBATINI, *Il vetusto calendario Napolitano*, t. II, p. 42-50. — [8] GREGORII I *Registr.* IX, 170, HARTMANN, t. II, p. 167. — [9] Ibid., IX, 180, p. 174. — [10] Ibid., IX, 181, p. 175. — [11] *BHL.* 96 . — [12] *BHL.* 4527. — [13] De qua DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 54. — [14] *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 859.

# XIII KAL. MART.

| I | II |
|---|---|
| In Effeso natale Crisanti [a] | In Africa civitate Concordie |

**passio sanctorum Donati Secundiani [b] Aquileia Crisentiani Eutici Concordiae Iustae et alibi Rumuli Saloni Salviani et aliorum XXXIIII quorum nomina Deus scit. et alibi Ianuari item Ianuarii Feliciani Donati Casti item Donati Victoris Agapae Donatae Guddinis Dativi Furtunionis Marcellae Quintiani Iuliae item Ianuari Criscenti Celestini Saturnini Cyptonis Felicitatis Donatiani Victuriae Emiliae Bassillae Saturi Ebasi Secundi Felicis Octaviani Faustiniae Albinae Venustinae Rogatianae Victoris Marci Cetulae Rutuli Silvani Covili.**

*Addunt codices pleniores:* a) et in bab(ilonia) policroni E. — b) pamphili C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 2. eff E | 8. concorde W; concordia S | 9. paꝫ E | 10. sc̄orū E | 12. secundi ani W; in *add.* SW | 14. crissantiani B; crisantiani SW | 15. eotici item B | 16. concordie B | 17. iuste BS | 18-19. *om.* SW | 18. *om.* B | 20. romuli B; romoli W; romole S | 22. salvani BSW | 25. LXXXIIII BSW | 26-29. *om.* E | 32. ianuarii BS | 33-34. *om.* E | 34 ianuari W | 37-39. *om.* S | 40. victuris S | 41. agape BS | 42 donate BS | 43. codenis E; goddinis B | 45. furtinionis W | 46. marcelli BSW | 48. iulie B; nulię S | 50. ianuarii B | 51. cascenti E | 52. cęlestini W; *om.* S | 53. saturni S | 54. giptonis B; gyptonis SW | 56. donaciani B; danatiani W | 57. victorie B; victorię W | 58. emilie B; emeliae S | 59. bassule B; bassulę S; basulae W | 65. faustinice $B^1$; faustinae $B^2$S; faustini W; *add.* rogatianę W (*cf.* 63) | 67. *om.* W | 68. rogationę $S^1$; rogatianę $S^2$; *om.* W | 69. victuris S | 70. *add.* et B | 71. cetule B; caetulae S | 72. rutulii B; rutili S | 73. *add.* et SW | 74. guovili BSW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Affrica natale Crisandi et in Aquileia civitate Concordia nat. Donati et Secundini et Iustae. — LAT. 5256: In Affrica Concordie Donati Casti Secundiani. — RICH.: In Effeso Crisanti et Aquileia civitate Concordia Donati Secundiani et Iusti alibi Romuli Saloni Silvani cum aliis LXXXIII m.

## FEB. 17

*1.* IN EFFESO] *Certo certius perversa lectio ex* A f f (r i c a), *quemadmodum librarii nostri scribere solent. Recte Cambr.:* in Affrica. *In hoc ergo non discrepant ambae recensiones (n. 6).*

*4.* CRISANTI] *Infra:* C r i s e n t i a n i, *n. 14,* C r i s c e n t i, *n. 51.*

*5.* IN AFRICA] *In serie bene longa martyrum huius diei, multi certe sunt Afri, ut vel ex solis nominibus constat, sed et aliae regiones suos addiderunt, quos non facile distinxeris. Nomina plurima etiam in laterculis dierum feb. 24, iun. 1, 2 et 3 reperiuntur.*

*8.* CONCORDIE] *Huius nominis civitatem in Africa frustra requiras* [1], *videturque* C o n c o r d i a *martyr (n. 16), librariis iuvantibus, in civitatem immutata fuisse. Concordienses nec Italos nec Lusitanos martyrum decus munifice sibi in fastis impertitum despexisse nemo mirabitur. Suos enim esse gloriatur Concordia (olim Colonia Iulia Concordia) in dicione Veneta, martyres septuaginta duos, quorum habetur Passio non antiqua nec fide digna* [2]. *Martyrum nomina et numerus ex hodierno laterculo fere deprompta sunt* [3], *gesta vero ex hagiographi penu* [4]. *Hos autem Concordienses non esse vel ex tritissimo Fortunati testimonio efficitur:*

Si petis illud iter, qua se Concordia cingit,
Augustinus adest pretiosus, Basiliusque [5].

*De martyrum scilicet agmine denso ne verbum quidem. Est et Concordia in Lusitania, quae nunc Besulci (Beselga) dici creditur, et in suis finibus eosdem illos martyres passos esse contendit* [6]. *Quorum opinio, cum unius Flavii Dextri dictis nitatur, merito contemnitur.*

*11.* DONATI] *Hodie ter, n. 11, 36, 39; semel* D o n a t a e, *n. 42. Etiam iun. 1, 2. Sexcenties in codicibus nostris Donatus recensetur, sed raro admodum homonymorum discretio fieri potest. Operae tamen pretium est adducere epistulam Luciani Celerino datam, XXII*am *inter Cyprianicas, in qua haec scribit (post lacunam):* secundum Pauli praeceptum et ceterorum martyrum, quorum

[1] Fuit quidem in Byzacena *Colonia Concordia Ulpia Traiana Augusta Frugifera Hadrumetina,* ut fert titulus *C.I.L.*, VI, 1687. Haec autem *Hadrumetum* nuncupari solet: in codicibus nostris, ad diem feb. 21: *Adrumitu.* — [2] *BHL.* 2303. — [3] D. G. <ZAMBALDI.> *Atti del martirio dei santi Donato Secundiano e Romolo,* 4ª ediz., San Vito, 1882, 43 pp.; M. BELLI, *Concordia e i suoi martiri,* Udine, 1893, 135 pp. — [4] *Anal. Boll.*, t. XIII, p. 296-97; LANZONI, *Le diocesi d'Italia,* p. 896-99. — [5] *Vita S. Martini,* IV, 663-64. Martyres septuaginta duos Concordiae vindicare rursum conatus est, sed frustra, G. MILANESE, in *Scuola cattolica,* ser. VI, t. IX (1927), p. 125-31. — [6] G. CARDOSO, *Agiologio Lusitano,* t. I, pp. 453, 457; TAMAYO, *Martyrologium Hispanum,* t. I, p. 147.

nomina subicio, Bassi in petrario, Mappalici in quaestione, Fortunionis in carcere, Paulus a quaestione, Fortunata, Victorinus, Victor, Herennius, Credula, Hereda, Donatus, Firmus, Venustus, Fructus, Iulia, Martialis et Ariston, qui Deo volente in carcere necati sunt [1]. *Etiam in hodierno laterculo praeter Donatum habemus et Fortunionem (n. 45), Iuliam (n. 48), Victorem (n. 40), ut taceam Venustinam (n. 67), quae alias Venusta, et Cetulam (n. 71), quae cum Credula affinitatem habet. Postridie occurrunt Paulus, Martialis, Fructus (Fructulus?), et die 21 Victurinus, Mappalicus, Fortunata (Fortunatus). Scio equidem pleraque illa nomina tritissima esse, ideoque illa retulisse sufficiat.*

*12.* SECUNDIANI] *Hodie* *S e c u n d i*, *n. 62, et iun. 2. Cf. feb. 21, n. 8: S e c u n d i n i.*

*13.* AQUILEIA] *Nec C r i s e n t i a n u m nec C r i s a n t u m (n. 4) novit Aquileia [2], fortasse ex nota CRIS ortos, sed C r i s o g o n u m. Unde, licet mense nov. 24 eius festum agitur, libenter scripserim:*

**Aquileia Crisogoni.**

*15.* EUTICI] *Passim, sed et iun. 4, n. 9.*

*16.* CONCORDIAE] *Supra, ad n. 8. Cf. iun. 2, n. 73.*

*17.* IUSTAE] *Iun. 2, n. 53.*

*20.* RUMULI] *Infra, n. 72: R u t u l i. Usuardum sequitur martyrologium Romanum scribens:* Concordiae sanctorum martyrum Donati, Secundiani et Romuli cum aliis octoginta sex eiusdem coronae consortibus. *Hieronymianorum perturbationem iam notavit Sollerius [3].*

*21.* SALONI] *Non alius videtur ab eo qui statim dicitur S a l v i a n i (n. 22) et S i l v a n i (n. 73). Etiam iun. 1, n. 28. Die autem iun. 3, n. 123: S i l v a n i  e t  a l i o r u m  LXXXIII.*

*25.* XXXIIII] *Al. LXXXIIII, qui numerus est militum immo miliariorum die feb. 14 signatus. Ut dictum est ad n. 21, numerus LXXXIII S i l v a n o adhaeret iun. 3, n. 121.*

*32.* IANUARI] *Hodie ter (infra n. 34, 50). Insuper iun. 1, n. 66.*

*35.* FELICIANI] *Iun. 1, n. 107: F e l i c i a e.*

*36.* DONATI] *Supra, n. 11; iun. 1, n. 53.*

*37.* CASTI] *Etiam iun. 1, n. 96. Celebratissimi sunt martyres Afri C a s t u s et A e m i l i u s. Non deest, si placet, comes Aemilius, sub nomine E m i l i a e (n. 58). Sed cf. iun. 2, n. 243.*

*39.* DONATI] *Supra, n. 11.*

*40.* VICTORIS] *Iun. 1, n. 33, et infra n. 69. V i c t o r martyr in epistula Luciani, supra ad n. 11.*

*41.* AGAPAE] *Feb. 15, n. 18, et iun. 1, n. 43.*

*42.* DONATAE] *Iun. 1, n. 119. Supra, n. 11: D o n a t i.*

*43.* GUDDINIS] *Nomen punicum. Martyris G u d d e n i s die 27 iun. memoria agebatur [4]. Cf. iun. 2, n. 177: S i l d i n a e, al. S i l d i n i.*

*44.* DATIVI] *Usitatissimum Afris nomen. Iun. 2, n. 158: D a t i.*

*45.* FURTUNIONIS] *Iun. 1, n. 47: F o r t u n a t i. F o r t u n i o in epistula Luciani (supra, ad n. 11) martyribus annumeratur.*

*46.* MARCELLAE] *Iun. 2, n. 86; feb. 19, n. 9; 18, n. 20: M a r c e l l i.*

*47.* QUINTIANI] *Iun. 1, n. 73: Q u i n t i.*

*48.* IULIAE] *Iun. 2, n. 47. Est et I u l i a inter martyres quorum nomina leguntur in epistula Luciani, supra, ad n. 11.*

*50.* IANUARI] *Supra, n. 32, 34, iun. 2.*

*51.* CRISCENTI] *Supra C r i s a n t i, n. 4, C r i s e n t i a n i, n. 14.*

*52.* CELESTINI] *Passim, sed hoc loco nudum nomen.*

*53.* SATURNINI] *Iun. 1, n. 48 et passim. S a t u r n i n u m quendam, S a t u r u m (n. 60) et F e l i c i t a t e m (n. 55) passionis socios esse, nemo ignorat.*

*54.* CYPTONIS] *Al. G i p t o n i s. Utrumvis eligis corruptum deprehendis nomen.*

*55.* FELICITATIS] *Iun. 3, n. 46. An socia Perpetuae, mart. 7? Vide dicta de Saturnino, n. 53.*

*56.* DONATIANI] *Iun. 1. n. 91.*

*57.* VICTURIAE] *Iun. 1, n. 112.*

*58.* EMILIAE] *Iun. 2, n. 243. Cf. supra, n. 37.*

*59.* BASSILLAE] *Al. B a s s u l a e, ceterum ignota est.*

*60.* SATURI] *Iun. 2, n. 100. Cf. supra, n. 53.*

*61.* EBASI] *Iun. 2, n. 176: E v a s i.*

*64.* OCTAVIANI] *Hoc loco nudum nomen.*

*65.* FAUSTINIAE] *Al. F a u s t i n e, F a u s t i n i. Iun. 1, n. 116; iun. 3, n. 110: F a u s t i n a e. Cf. feb. 16, n. 5.*

*66.* ALBINAE] *Iun. 2, n. 240.*

*67.* VENUSTINAE] *Iun. 2, n. 60: V e n u s t e. Non quidem Venustina vel Venusta, sed Venustus quidam est inter martyres quorum nomina referuntur in epistula Luciani, supra, ad n. 11.*

*68.* ROGATIANAE] *Feb. 22, n. 73; iun. 1, n. 51.*

*69.* VICTORIS] *Supra, n. 40.*

*70.* MARCI] *Iun. 1, n. 74.*

*71.* CETULAE] *Iun. 1: G e t u l a e, nisi est C r e d u l a, de qua in epistula Luciani, supra, ad n. 11.*

*72.* RUTULI] *Iun. 1, n. 181: R u t i l i. Supra, n. 20: R u m u l i. Sitne ille* Rutilius sanctissimus martyr *quem laudat Tertullianus [5], non liquet.*

*73.* SILVANI] *Iun. 1, n. 28, et supra, n. 21.*

*74.* COVILI] *Nudum nomen.*

ADDITAMENTA] *P o l i c r o n i. In Actis S. Laurentii Polychronius episcopus Babyloniae nuncupatur et ita narratur eius martyrium:* Tunc iratus Decius iussit os suum lapidibus caedi. Qui cum caederetur, manibus expansis ad caelum et oculis, emisit spiritum. Eadem hora dimisit corpus eius ante templum et civitatem Cordulam (*al.* Cordubam) tertio decimo kalendas martii. Eadem nocte venerunt duo subreguli, qui erant occulte christiani, et rapuerunt corpus eius et sepelierunt ante muros portae Babyloniae [6].

*P a m p h i l i ad diem 16 feb. pertinet.*

[1] CYPRIANI *Epist.* XXII, 2, HARTEL, p. 534. — [2] P. PASCHINI, *La chiesa Aquileiese*, (Udine, 1909), p. 66-69. Cf. F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 871.— [3] *Martyrologium Usuardi*, p. 108.— [4] *Origines du culte des martyrs*, p. 430. — [5] *De fuga in persecutione*, V. — [6] *BHL.* 6884.

# XII KAL. MART.

| I | II |
|---|---|
| Italia civitate Concordia | In Africa |

**natale sanctorum Rutuli Silvani Clasici Secundini Fructuli Damasi [a] Interrapis Pauli Marcialis Maximi. et alibi Marcelli Macrobi Gemini Rumuli Silvinae Carsici Fructuli [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) orion C. — b) ianuarii C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 2. civī E | 7. *om.* E | 8. rutili S | 10. classici BSW | 12. frugtuli B | 14. in terrapis E; inter rappis S | 16. *omitt.* SW | 18-19. *omitt.* SW | 21. macro B[1]; marcobi S; mororobi W; *add.* marcialis SW (*cf.* 16) | 22. gemmini S | 23. romuli B | 24. silvanę B; silvini S; silvinꝫ W | 25. cassici BSW; *add.* et SW | 26. fructoli B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Italia civitate Concordia nat. Rotuli Silvani Elasici Secundini Fructuli Damasi Pauli Maximi. — MON.: In Africa natalis sanctorum Rutuli Silvani Classici Damas Pauli. — RICH.: In Italia civitate Concordia Rutuli... alibi sancti Pimenii mart.

## FEB. 18

*1.* ITALIA] *Heri, in altera recensione, legebamus* in Africa civitate Concordiae, *in priore autem* in Africa, *dempta civitatis mentione. Nunc vicissim locorum indicia commutata sunt, sed infelici sane emendatione, Concordia in Italia collocata est. De his dictum est heri. Lectio* in Africa *(n. 5), cum nomenclatura fere integra, e proximis diebus repetita est.*

*3.* CONCORDIA] *Ut videtur, nomen martyris, de quo heri ad n. 8*

*8.* RUTULI] *Etiam infra, n. 23:* Rumuli; *heri item bis:* Rumuli *(n. 20),* Rutuli *(n. 72).*

*9.* SILVANI] *Hodie bis, n. 9 et 24:* Silvinae, *heri ter:* Saloni *(n. 21),* Salviani *(n. 22),* Silvani *(n. 73).*

*10.* CLASICI] *Melius sane* Classici, *idem qui redit n. 25:* Carsici.

*11.* SECUNDINI] *Heri, n. 12:* Secundiani; *Cambr.:* Secundini.

*12.* FRUCTULI] *Infra iterum, n. 26. In epistula Luciani (feb. 17, ad n. 11) non quidem Fructulus, sed* Fructus *martyribus annumeratur.*

*13.* DAMASI] *Pontificem maximum illum, cuius depositio 11 dec. celebratur, non vero alium* Damasum *novimus qui ecclesiastico cultu fruatur. Diem ordinationis eiusdem hodie commemorari nullo indicio comprobatur.*

*14.* INTERRAPIS] *A Notkero lectum est* Interamnis, *sive* Interamna *oppidum in laterculis feb. 14 et 15 non semel obvium, etiam latitans, ni fallor, in vocabulo* Hierapi, Terapi, *die 16, n. 17, 53.*

*15.* PAULI] *Iam feb. 16, cum sequentibus (n. 16-21),* Marcialis, Maximi, Marcelli *(seu Marcellini),* Macrobi. *Paulus et iterum Paulus* [1], *cum Marciali sunt inter martyres quorum nomina proferuntur in epistula Luciani, quae adducta est feb. 17, ad n. 11.*

*22.* GEMINI] *Etiam diebus iun. 1, 2, ut alii plurimi quos heri recensuimus.*

*23.* RUMULI] = Rutuli, *supra, n. 8.*

*24.* SILVINAE] *Al.* Silvini = Silvani, *supra, n. 9.*

*25.* CARSICI] *Lectio depravata; sanior haec altera:* Cassici; *Cassicius enim gentilicium est. Non tamen certam eam dixerim, cum supra, n. 10, scriptum sit* Clasici; *Classicus autem cognomen inusitatum non est* [2].

*26.* FRUCTULI] *Iam supra, n. 12. Martyrologium Romanum:* In Africa sanctorum martyrum Lucii, Silvani, Rutuli, Classici, Secundini, Fructuli et Maximi. *Ad haec Baronius: « Hos omnes restitutos scias ex eodem codice pervetusto cuius saepe meminimus. »* Rutulus *iam heri sub nomine Romuli velut Concordiensis prodibat.* Lucius *aliquis reperitur die 14 feb.*

ADDITAMENTA] Orion *nomen est Aegyptiis usitatum* [3]. *Unde huc errabundum advenerit fateor me ignorare.*

Ianuarii. *Ter occurrit in serie martyrum feb. 17, n. 32, 34, 50.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* Elasici = Classici, *n. 10.*

*Cod. Rich.:* Pimenii. *Martyr Romanus est, cuius memoria in codicibus nostris variis diebus inscripta est. Ad diem 2 dec. aptius de eo tractatio erit, quamquam in Passione S. Bibianae hodie passus esse dicitur:* cuius corpus collectum est et sepultum in cimiterio Pontiani ad Ursum Pileatum XII kal. martii [4], *et feb. 18 inscriptus est kalendario marmoreo Neapolitano:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) PIMENII [5]

[1] *Les origines du culte des martyrs*, p. 432, annot. 5. — [2] *Thesaurus linguae latinae*, Suppl., t. II, pp. 233, 470. — [3] *Les martyrs d'Égypte*, p. 217. — [4] *BHL.* 1322, n. 6. — [5] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 336.

*Apud*

*Apud Mazochium:* PIMEN̄I, *cum hoc commentario: « Huius sancti nomen in marmore sic sculptum cernitur, ut transversa lineola sinistro litterae N hastili non tantum insistat, sed plane artissime adhaereat, ita ut videatur monogramma compositum ex T et N. Sed tamen vox* PIMETNI *nihil est. Quocirca lineola prorsus redundat*[1] *». Unum eundemque esse Epimenium qui Brixiae*[2] *et Pigmenium (seu Pimenium) qui Romae colitur non dubitat vir doctissimus.*

[1] *In vetus marmoreum sanctae Neapolitanae ecclesiae kalendarium commentarius,* t. I, p. 61. — [2] *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 65

# XV KAL. MART.

**In Africa Publii Marubi Iuliani 5 Barecei item Iuliani Marcelli Tuli 10 Lampasi Maiuli Iuli a.**

*Addunt codices pleniores:* a) saturnini C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aff E; *add.* natale sanctorum SW | 3. pupli E | 4. marcelli B; *om.* SW | 6. barechei B; barachie S; *om.* W; *add.* marobi B²; marubi W (*cf.* 4) | 7-8. *om.* S | 8. *add.* barachei W (cf. 6) | 10. tulii BSW | 11-12. lampasima iuli W | 13. iulii BSW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Affrica nat. sanctorum Publi Iuliani Marubi item Iuliani Marcelli Tuli Lampasi Maiuli et Iuliani. — RHAB. ... Maiuli et Iuliani. — MON.: ... Maurobi Iuliani Rutuli. — RICH.: In Affrica Publii Marcelli... Maiuli Maximillae. — MET.: ... Marcelli Victoris Corone.

## FEB. 19

*1.* IN AFRICA] *Martyres quorum nomina sequuntur Afros esse non negaverim. Dubito tamen num ullus eorum natalem suum hodie habeat.*

*3.* PUBLII] *Nudum nomen.*

*4.* MARUBI] *Al. M a r o b i, lege M a c r o b i, quem feb. 16 kalendario Carthaginiensi et in nostris libris feb. 16, n. 61, et 18, n. 21 inscriptum vidimus.*

*5.* IULIANI] *Etiam feb. 16, n. 83, et hodie iterum n. 8.*

*6.* BARECEI] *Melius B a r e c h e i, nomen punicum.*

*9.* MARCELLI] *Feb. 18, n. 20; 17, n. 46: M a r c e l l a e.*

*10.* TULI] *Infra, n. 13: I u l i.*

*11.* LAMPASI] *Hominis an oppidi nomen, quis discernat? Lambaesitani martyres die 23 (n. 21) nuntiantur.*

*12.* MAIULI] *In kalendario Carthaginiensi die 11 maii memoratur S. M a i u l u s, al. M a v i l u s, a Tertulliano laudatus*[1]*. Passus est ille Hadrumeti. Indicium quidem loci hic deest, sed fortasse aberravit ad diem feb. 21, n. 4; unde scribendum esset:*

**in Africa civitate Adrumeto Maiuli.**

*13.* IULI] = *Ma]i u l i per aphaeresim. Ex I u l i etiam factum est T u l i, supra, n. 10.*

ADDITAMENTA] *S a t u r n i n i. Plurimi sunt huius nominis martyres quorum unus feb. 17, item feb. 21 recensetur.*

EXCERPTA] *Cod. Mon. R u t u l i. Feb. 17, 18. Cod. Met.: V i c t o r i s, C o r o n a e. In plerisque codicibus feb. 20.*

[1] *Ad Scapulam,* III.

# X KAL. MART.

**Apud Ciprum natale Potami Nemesis Didimi [a]**

| I | II |
|---|---|
| **Romae Gai episcopi.** | **Romae via Appia in cimiterio Calesti depositio Gagi episcopi.** |

**et alibi Victoris Coronae et aliorum X [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) iocundi flori C. — b) in gal(liis) vico sardinio natale sancti cucerii episcopi et confessoris B² *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 2. cyprum S; cybrum W | 3. *om.* E | 4-5. potamine m'sis S; potiamiene missis W; potamii nemesii B | 9. epi E | 10. rome BS | 14. cimi W | 15. caelesti S | 17. gai S¹ | 21. victuris SW | 22. chronanae E; corone BS | 23-25. *om.* B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. Gagi episcopi et in Cypro nat. Potamienem Ersi et Didimi et alibi Victoris martiris et Coronae et aliorum XX. — MON.: Romae via Appia in cimiterio Calisti depositio Gagi episcopi Potami Victoris et aliorum VI. — RHAB.: Romae nat. Gagi episcopi et in Cipro cet. — RICH.: Rome via Appia in cymiterio Calisti depositio Gagi episcopi et alibi Victoris Corone et Cypro natale Putamii Nemesie.

## FEB. 20

*1.* APUD CIPRUM] *Quae ad diem 9 feb. de hac loci notatione observavimus hic iterum dicta sunto. Cyprus martyres non habuit* [1], *et si nominum ratio habetur, Aegyptus pro Cypro supponendus erit.*

*4.* POTAMI] *Die 9 feb. n. 58 et in Passione martyrum XXXVII Aegyptiorum recensetur* P o t a m o n, *et die 18 maii:* in Alexandria Potamonis presbiteri. *Sed est et celebris martyr Alexandrina* P o t a m i a e n a [2], *de cuius tamen anniversaria die nihil traditum est* [3]. *Nec iuvat afferre lectionem codicum nonnullorum* P o t a m i e n e *(W, ita fere et Cambr.)* P o t a m i n a e *(CSMKLV). Etenim casu orta est ex male discretis nominibus* potaminemesi : = *P o t a m i N e m e s i, non P o t a m i n e M e s i (al. M i s i s, E r s i).*

*5.* NEMESIS] *Melius, cum B:* N e m e s i i, *si tamen ille Νεμεσίων est, cuius laudes sunt in epistula Dionysii Alexandrini* [4]. *Nemesius aliis martyribus Alexandrinis sept. 8, 10 connumeratur* [5]. *Cum Usuardo scribit martyrologium Romanum:* in Cypro insula sanctorum martyrum Pothamii et Nemesii.

*6.* DIDIMI] *In breviario Syriaco, die 5 aprilis commemoratur ἐν Ἀλεξανδρείᾳ... Δίδυμος, in hieronymianis:* in Alexandria Didymi presbyteri, *cum Nemesio sept. 8, 10, cum Potamone feb. 9* [6].

*7.* ROMAE] *Die 22 april., n. 6, proprio loco posita est annunciatio:*

**Romae via Appia in cimiterio Callisti depositio Gai episcopi,**

*huc delata a legente* X kal. mart. *pro* X kal. maii.

*20.* ALIBI] *Variis locis variisque diebus passi dicuntur in nostris codicibus* V i c t o r *et* C o r o n a, *de quibus ad diem 14 maii.* Al(exandria) *loco* al(ibi) *verisimilis est coniectura.*

*24.* ALIORUM X] *Al. XX, al. VI. Sitne cum Victore et Corona potius quam cum martyribus Aegyptiis (n. 4-6) coniungendus numerus incertus sociorum, non liquet.*

ADDITAMENTA] *I o c u n d i: 21 feb., n. 14.*

*F l o r i. Saepius mense ianuario, forsitan a die* X kal. feb. *ad* X kal. mart. *transvectum.*

*v i c o S a r d i n i o. Lege vico S a r c h i n i o. S. Eucherius, episcopus Aurelianensis, medio saec. VIII obiit Sarchinii seu Trudonopoli (Saint-Trond) in Hasbania* [7].

**in Galliis vico Sarchinio natale sancti Eucerii episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: P o t a m i e n e m, E r s i, lege P o t a m i N e m e s i, supra, n. 4.*

[1] *Les saints de Chypre,* in *Anal. Boll.,* t. XXVI, p. 234. — [2] EUSEBII, *Hist. eccl.,* VI, 5, 1-3, 6-7. — [3] *Les martyrs d'Égypte,* p. 47-48. — [4] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.,* VI, 41, 21. — [5] *Les martyrs d'Égypte,* p. 62-64. — [6] Ibid., pp. 46, 54, 62, 63. — [7] *Act. SS.,* Febr. t. III, p. 208-222.

# IX KAL. MART.

I II

**In Africa civitate Adrumitu natale [5] sanctorum Veruli Secundini Servoli Sirici [10] Felicis Saturnini [a] Fortunati Iocundi et [15] aliorum XVIII. et alibi Victurini [20] Mappalici Pusitimi**

| **Thedre**

**Crispini**

| **sancti [25] Petri**

**Secundioli Dinaris Titi [29] Rustici [b] Tumuli Massedi Iusti Securi [34] Masseri [c] Gloriosi Altiatoris Iusti Amatoris Secundae [40] Sirici [d].**

*Addunt codices pleniores:* a) secundini B² *in marg.* — b) securi titi S. — c) iusti securi item massedi W. — d) iocundi C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. aff̄ E | 3-4. *om.* SW | 3. civī EB | 4. adromito B | 6. scōrū E | 7. viruli B ; veroli SW | 8. iucundi B¹ ; iocundi B² | 9. servuli BS² ; sevoli S¹ | 10. syrici SW | 11. *add.* iocundi SW | 12. *add.* secundini B² (*cf.* 8) | 13. furtunati BSW | 14. iucundi B¹ ; *om.* SW (cf. 11) | 17. decim et octo B ; XVI S ; XVII W | 20. victorini B | 22. pustumi S | 23. thedrę S ; tedrę W | 27-28. secundo lidinaris W | 27. secundoli BS | 28-29. dinaristiti B | 29. *om.* SW | 30. *add.* titi W (*cf.* 29) ; securis titi S (*cf.* 29. 34) | 31. tumoli B | 32. masseti S | 34. *om.* S ; *add.* item BSW | 35. massedi BW ; masseti S | 37. alciatoris BW ; *add.* item BSW | 40. secunde BS ; *add.* et SW | 41. cyrici B ; syrici S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. sanctorum Veroli Servoli Secundini Sirici Felicis Saturnini Fortunati et aliorum XVI.— Mon. : In Africa civitate Adromiti natalis sanctorum Veroli ... — Rich. : In Affrica Assumito civitate Verili...

## FEB. 21

4. ADRUMITU] *Scribendum profecto:* in Africa civitate Adrumeto ; *Hadrumetum enim est civitas in Byzacena* [1]. *Cave tamen ne temere* V e r u l u m *et reliquum martyrum agmen Hadrumeto applices. Verulus enim cum* S e c u n d o l o (*n.* 8, 27), F e l i c e *et* S a t u r n i n o (*n.* 11, 12) *die 24 martii* (*n.* 28-30) in Mauretiana *signantur ; vices scilicet commutarunt* VIIII kal. mart. *cum* VIIII kal. april., *quod in codicibus nostris sollemne est. Quis inter sanctorum loca diiudicabit? De uno martyre Hadrumetino indubia traditio est, nempe* M a i u l o *seu* M a v i l o, *cuius aliqua commemoratio facta est die 19 feb., cui proinde libenter restituo indicium* c i v i t a t e A d r u m e t o. *Hodie retinendum videtur:* i n A f r i c a; *nec tamen asseverare audeam omnes et singulos, de quibus nunc, Afros esse.*

7. VERULI] *Die mart. 24, n. 29:* i n M a u r e t a n i a. *Cf. infra, n. 9.*

8. SECUNDINI] *Etiam feb. 18, n. 11 ; 17, n. 12:* S e c u n d i a n i; *infra* S e c u n d i o l i, *n. 27 ; mart. 24, n. 30, Secundolus Verulo adhaeret.*

9. SERVOLI] *Tot sunt cum* V e r u l i, *alias* V e r o l i, *communia elementa ut unum idemque videatur.*

10. SIRICI] *Iterum infra n. 41, et die 23 feb. n. 49, ubi mendum esse censetur ex* S i n e r o t i.

11. FELICIS] *Cum* S a t u r n i n o *die mart. 24, n. 31,* i n M a u r e t a n i a. *Cf. supra, n. 4.*

12. SATURNINI] *Etiam feb. 28, n. 12, cum* V i c t u r i n o. *Cf. supra, n. 4.*

13. FORTUNATI] *Postridie:* F o r t u n a t a e, F o r t u n a e. *Non quidem Fortunatus, sed* F o r t u n a t a *inter martyres inedia consumptos numeratur a Luciano, in epistula* (*feb. 17, ad n. 11*). *Martyrologium Romanum:* Adrumeti in Africa sanctorum martyrum Veruli, Secundini, Syricii, Felicis, Servuli, Saturnini, Fortunati et aliorum sexdecim, qui in persecutione Wandalica ob fidei catholicae confessionem martyrio coronati sunt. *Usuardus nonnisi* Veroli, Secundini, Servuli et aliorum viginti *meminit, de persecutione Vandalica nihil addens. Baronius : « Ex veteri manuscripto scias esse restitutum. » Memoria lapsum esse egregium virum iam notavit Sollerius* [2].

14. IOCUNDI] *Feb. 16, n. 24, et aliis diebus, nisi sit cognominis.*

16. ALIORUM XVIII] *Al. XVII. Solent per laterculos huius modi notae numerales vagari et eundo corrumpi. Heri :* et aliorum X, *al.* XX, *al.* VI ; *postridie :* et aliorum XXVIIII, et aliorum XVI, *al.* LXII, LXXI.

20. VICTURINI] V i c t o r i n u s *martyr nuncupatur a Luciano in epistula Celerino data*

[1] Col. Concordia Ulpia Traiana Aug. Frugifera Hadrumetum. C.I.L. VIII, p. 14. Dessau, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie,* t. VII, p. 2178. — [2] *Martyrologium Usuardi,* p. 116.

*feb.*

(*feb. 17, ad n. 11*) *in qua et de* M a p p a l i c o (*cf. n. 21*). *Potest quidem fieri ut bina nomina hodie casu coniuncta reperiantur. Victurinus enim anticipatus videtur a die 22 feb., illuc delatus a 25 mart.*

*21.* MAPPALICI] *Huius nominis martyr inscriptus est kalendario Carthaginiensi ad diem april. 19, in nostris codicibus ad april. 17, n.14 ; 18, n. 36. In epistula Luciani* (*feb. 17, ad n. 11*) Mappalicus in quaestione *obiisse asseritur.*

*22.* PUSITIMI] *Lectionem corruptam esse minime dubium est. Attendenda est variatio codicis S:* P u s t u m i, *id est* Postumi, *nobis tamen nudum nomen.*

*23.* THEDRE] *Manifesto legendum* [ c a ] t h e d r a e s a n c t i P e t r i (*n. 23, 25, 26*) *cuius commemoratio incidit in diem sequentem.*

*24.* CRISPINI] *Non ita raro occurrit* C r i s p i n u s *in laterculis Africanis, v. gr. iun. 1, n. 12, unusne an plures, non liquet.*

*26.* PETRI] *Supra, ad n. 23.*

*27.* SECUNDIOLI] *Supra, ad n. 8. Feb. 22:* S e c u n d u l a e.

*28.* DINARIS] *Nomen luxatum ignoti martyris.*

*29.* TITI] *De Tito hodie culto nihil compertum habemus, neque de* R u s t i c o.

*31.* TUMULI] *Mendosae lectioni* R u m u l i (*feb. 18, ex* R u t i l i) *mendum addidit librarius.*

*32.* MASSEDI] *Infra, n. 35:* M a s s e r i, *utrumque incertum.*

*33.* IUSTI] *Iterum infra, n. 38.*

*34.* SECURI] *Etiam feb. 24. Dubitatur tamen de lectionis sinceritate.*

*35.* MASSERI] *Supra, n. 32:* M a s s e d i.

*36.* GLORIOSI] *Non semper adiectivum sed et proprium nomen. Gloriosus nuncupatur episcopus Migirpensis, non sanctus sed Donatista, qui interfuit collationi anno 411 Carthagine habitae* [1].

*37.* ALTIATORIS] *Nomen certe peregrinum, plurima communia habens cum* A m a t o r i s, *infra, n. 39.*

*38.* IUSTI] *Iam supra, n. 33.*

*39.* AMATORIS] *Cf. supra, n. 37. Ceterum ignotus est.*

*40.* SECUNDAE] *Cf. supra, n. 8:* S e c u n d i n i; *n. 27:* S e c u n d i o l i.

*41.* SIRICI] *Iam supra, n. 10.*

EXCERPTA] *In cod. Rich.:* A s s u m i t o = A d r u m i t u, *n. 4.*

[1] Cognitio I, n. 198, MANSI, *Concilia*, t. IV, p. 147.

---

# VIII KAL. MART.

**I**

**Cathedra Petri in Antiochia. et Romae natale Concordiae. in Antiochia natale Galli consulis natale sanctae Teclae virginis.**

**II**

**Natale Cathedra sancti Petri apostoli quam sedit apud Antiochiam. Nicomedia natale sanctae Teclae virginis discipulae sancti Pauli apostoli.**

**In Africa natale sanctorum Victorini Euciri Palatini Donati Furtunae et aliorum XXVIII.**

**Romae via Tiburtina ad sanctum Laurentium natale sanctae Concordiae.**

**Sirmi natale sancti Seneri et aliorum XVI. item Nicomedia Euteri Palatini Victorinae Paulae Emeritae Antonianae Dativae Rogatianae Antigae Urbanae Maximae Marinae Matronae Perigrinae Filiae Secundulae Iustae Castolae Florenti Victoris Marcellinae Castae Donatolae Libosae Flaviae Donatae Furtunatae Luciani Amicae Reginae Çiriaci Galatii Valeri Gurgoni [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) felicis C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 4. antioc̄ E | 10. antīɔ E | 18-24. natale sancti petri apostoli cathedra quam sedit SW | 18. *del.* B² | 19. cathedrae B² | 26. antiocia W | 29. *om.* W | 30. tecle S ; teglę B¹ | 32 discipule S | 37. aff E | 38. *om.* E | 40. victorine B ; victurini S : victurinę W | 41. neuceri BSW | 42. pallatini E ; palitini S | 44. furtune BS ; furtunę W | 47. XXVIIII BSW | 48. rom̄ B ; rome S ; roma W | 50. tyburtina S | 55. sancte B | 57. sirmium B ; syrmium S ; syrmivis W | 59. *om.* E | 60. sereni EW | 63. LXII BSW | 64. *om.* B¹( ?) |65. nicom̄ E ; in nicomedia BW | 66. eutiri SW | 68. victurinę BW ; victurini S | 70. emerite S ; emeretę W | 71. antoninae BSW | 72. dative W | 73. rogatiane SW | 74. anticę S ; antitę W | 76. maxime S | 77. marine S ; masinę W | 78. matrone S | 79. peregrinę BW ; *om.* S | 81. secundolae BS ; secondo lę W | 82. iusti S | 83. castulę BW ; castule S | 85. victuriae BSW | 87. caste S | 88. donatulę BSW | 89. libose BS | 90. flaviane S ; flavianę W ; *add.* item SW | 91. dotae E ; donate BSW | 92. furnatae E ; furtunate S | 93. lucianę BW ; luciane S | 94. amię BSW | 95 regine S | 96. cyriaci BSW | 97. gallacii S ; galaci W | 99. gorgiani E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Vernus exoritur et Antiochiae cathedrae sancti Petri apostoli in Nicomedia nat. sanctae Teclae virginis discipulae sancti Pauli in Affrica nat. Victorini Palatini Donati Furtunae et aliorum XXIX. — RICH. : Rome natale Concordiae et natale cathedrae apostoli Petri quam sedit Antiochia in Nicomedia sanctae Teclae virginis in Affrica Victurini Syrmio sancti Seneri et aliorum LXXI.

**FEB.**

# FEB. 22

*1.* CATHEDRA] *Depositio martyrum Romana :* VIII kal. martias natale Petri de Cathedra. *Huius sollemnitatis alia antiqua testimonia prostant tum in kalendario Polemii Silvii, qui tamen festi rationem non est assecutus :* VIII kal. mart. depositio sancti Petri et Pauli cara cognatio[1]..., *tum in concilio Turonensi anni 567 :* sunt enim qui in festivitate cathedrae domni Petri apostoli cibos mortuis offerunt et post missas redeuntes ad domos proprias ad gentilium revertuntur errores et post corpus domini sacratas daemoni escas accipiunt[2]. *Eodem die in Hispania festum Cathedrae agebatur*[3]. *In missali Gothico* Missa in cathedra sancti Petri apostoli, *post festum Conversionis S. Pauli (25 ian.) ponitur*[4], *non igitur die 18 ian., quo in ecclesiis Galliae celebrari consueverat. Paulatim in ipsa Urbe huius festivitatis celebritas exolevit, ita ut in antiquis libris liturgicis Romanae ecclesiae nullum Cathedrae Petri vestigium remanserit. Interim iis in locis ubi die 18 ianuarii Cathedra Petri celebrari coepta erat, Romana commemoratio die feb. 22 revixit. Utramque recensent non solum codices nostri, sed et kalendaria S. Willibrordi*[5] *et Oengussii, cuius laterculum metricum diei 22 feb., latine referre iuvat :*

Antiochiae [eius] ordinatio
Petri (ut) significat doctrina ;
natale Laurentii — plena responsio,
cum festo splendido Theclae[6].

*Ne bis eadem memoria agi videretur, Antiochenae et Romanae cathedrae varietas excogitata est. Hinc factum est, ut quando cathedrae Petri observatio die 22 feb. in Urbe rursum invaluit, non Romanae sed Antiochenae sedis memoria fieret. Paulus IV, litteris apostolicis 6 ian. 1558, festivitatem cathedrae Romanae restituit, altera non suppressa, ad normam Gallicanam. His autem utitur verbis :* Licet Urbs ipsa multo plus debeat eidem Petro... festivitatem tamen ipsius cathedrae, quae iuxta antiquissimorum sanctorum Patrum nostrorum testimonium quintodecimo kal. februarii fuit et in diversis orbis christiani et praesertim Galliae et Hispaniae partibus dicta die solemniter celebratur, minime observet, celebratque solum festivitatem cathedrae Antiochenae, quae octavo kal. martii iuxta eorumdem patrum testimonium fuit, tamquam idem Salvator noster... non respiciens imbecillitatem nostram, festivitatem cathedrae, qua ipse Petrus apostolus Romae primum sedit, nostris temporibus celebrandam seu potius antiquae celebritati restituendam reservaverit. Quamobrem, considerantes quod si in hac Urbe cathedram ecclesiae Antiochenae pie et solemniter veneramur, iustum est etiam et conveniens ut festivitatem cathedrae qua praefatus apostolus Romae primum sedit eo solemnius et magis pie celebremus, quo magis Urbs ipsa illi tenetur et debet, non dedignantes etiam inferiores ecclesias in hoc imitari, festivitatem cathedrae, qua idem beatus Petrus Romae primum sedit, eadem die quintodecimo kal. februarii, non solum in hac alma Urbe, verum etiam in universis Orbis ecclesiis, etiam in quibus illa ad praesens celebratur sub duplici officio annis singulis perpetuis futuris temporibus solemniter celebrari volumus statuimus et mandamus[7]. *De prima origine et rationibus* natalis Petri de cathedra *inter doctos varie disceptatum est*[8]. *Horum placita singulatim perpendere non est huius loci. Luce clarius est in primordiis diem 22 feb. memoriae cathedrae Romanae non Antiochenae sacrum fuisse. Nihilominus certa codicum nostrorum lectio hic promenda est :*

**Natale cathedrae sancti Petri apostoli qua sedit apud Antiochiam.**

*8.* CONCORDIAE] *Recte in* v i a T i b u r t i n a *(n. 50) S. Concordiae sepulcrum collocatur, minus accurate* a d s a n c t u m L a u r e n t i u m *(n. 53). Dies depositionis non convenit cum Passione S. Hippolyti, ubi sepulta dicitur* die tertio decimo post passionem beati Hippolyti, *id est 26 augusti, a Iustino presbytero, qui* sepelivit eam iuxta corpus sancti Hippolyti et ceterorum[9]. *Locum distinctius describunt qui sanctorum sepulcra olim lustrarunt.* Pervenies ad S. Ypolytum martyrem, qui requiescit sub terra in cubiculo, et Concordia mulier eius martyr ante fores. *Ita Itinerarium Salisburgense*[10]. *Notitia e Willelmo Malmesburiensi :* Ibi non longe

[1] *C.I.L.*, I, $1^{2}$, p. 259. — [2] BRUNS, *Canones apostolorum et conciliorum*, t. I, 2, p. 235. — [3] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 456. — [4] BANNISTER, *Missale Gothicum*, t. I, p. 46. Cf. t. II, p. 35. — [5] WILSON, p. 3-4. — [6] Hibernice et anglice ap. W. STOKES, *The Martyrology of Oengus*, p. 62. — [7] COQUELINES, *Bullarium Romanum*, t. IV, p. 342. — [8] DE ROSSI, *Bullettino*, 1867, p. 40-43 ; DUCHESNE, *Origines du culte chrétien* $^{5}$, p. 294-96 ; A. PROFUMO, *La memoria di S. Pietro nella regione Salario-Nomentana* (Roma,1916), p. 125-31 ; H. LIETZMANN, *Petrus und Paulus in Rom* $^{2}$, p. 93-102 ; J. P. KIRSCH, *Le feste degli apostoli S. Pietro e S. Paolo nel martirologio Geronimiano*, in *Rivista di Archeologia cristiana*, t. II (1925), p. 54-83 ; ID., *Die beiden Apostelfeste Petri Stuhlfeier und Pauli Bekehrung im Januar*, in *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft*, t. V (1926), p. 48-67 ; TH. KLAUSER, *Die Cathedra im Totenkult* (Münster i. W., 1927), p. 152-83. C. ERBES multis ostendere conatus est laterculum Polemii Silvii : *VIII kal. mart. depositio sancti Petri et Pauli* presse accipiendum esse et antiquissimum referre usum Romanum ; dein verum natalem apostolorum in festum cathedrae Petri immutatum fuisse postquam agi coepta sit commemoratio diei 29 iun. *Die Todestage der Apostel Paulus und Petrus*, in *Texte und Untersuchungen*, t. XIX (1899), p. 37-46 ; *Die geschichtlichen Verhältnisse der Apostelgräber*, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. XLIII (1924), p. 63-67. Haec iure respuit H. LIETZMANN, l. c. — [9] *BHL.* 3961. Cf. *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 8, n. 20. — [10] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 178.

Ipolitus vel basilica S. Ippolyti... et ibi requiescunt beata Triphonia uxor Decii et filia eius Cirilla et Concordia nutrix eius [1]. *Epitome de Locis Sanctorum:* ibi est Triphonia uxor Decii Caesaris et Cyrilla filia eius: inter utrasque Concordia et S. Geneseus [2].

**Romae via Tiburtina ad sanctum Laurentium natale sanctae Concordiae.**

*12.* GALLI] *G a l l i consulis Acta conscripta non fuisse iam dolebat Henschenius, Gallosque recenset quotquot munus consulare gesserunt; ignorat tamen quis ille noster fuerit* [3]. *Nec certum est loci indicium, i n A n t i o c h i a, ad eum pertinere. Potuit enim a proximo enuntiato, de cathedra Petri Antiochena iterari.*

*16.* TECLAE] *Quae hodie N i c o m e d i a e (n.27) asseritur T e c l a variis diebus variis in locis nuntiatur in libris nostris. De his paulo fusius ad diem 23 sept. Hodie non tantum in kalendario Oengussii inscriptum est* festum splendidum Theclae *(supra ad n. 1), sed et in kalendario marmoreo Neapolitano* [4]*:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTE*) THECLE

*ubi rursum, die 24 septembris* [5]*:*

PAS(*SIO*) S(*ANCTE*) THECLE.

*Neutro tamen testimonio astruitur antiquis temporibus festum S. Theclae die 22 feb. fuisse celebratum. Oengussium enim fastos nostros carmine expressisse certissimum est, et Neapolitanas tabulas hoc saltem die iisdem innixas crediderim. Porro cur non Thecla solum, sed et V i c t o r i n u s (n. 40), M a t r o n a (n. 78) et C a s t o l a (n. 83) hodie recenseantur causa est error legentis* VIII kal. mart. *loco* VIII kal. april. *Error etiam est eius qui Theclae praefixit vocabulum N i c o m e d i a e, quod ad alium martyrem (n. 65) pertinere manifestum est. Reliquis, quae observanda sunt, ad diem 25 martii remandatis, cum codicibus scribamus:*

**Natale sanctae Teclae virginis discipulae sancti Pauli apostoli.**

*36.* IN AFRICA] *Afris, solito more, non pauci peregrini admisti sunt, ut mox manifestum erit.*

*40.* VICTORINI] *Iam heri nuntiatus fuit V i c t o r i n u s, ad feb. 22 a 25 mart. translatus. Cf. supra, ad n. 16. Infra, n. 68: V i c t o r i n a e.*

*41.* EUCIRI] *Iterum, infra n. 66: E u t e r i Palatini; utraque lectio emendatione indiget.*

*43.* DONATI] *Vix unquam deest in laterculis Africanis. Cf. infra, n. 91: D o n a t a e.*

*44.* FURTUNAE] *Infra, n. 92: F u r t u n a t a e; feb. 21, n. 13: F o r t u n a t i.*

*46.* ALIORUM XXVIII] *Infra, n. 62. De martyrum agminibus numero designatis, vid. feb. 21, ad n. 16.*

*53.* LAURENTIUM] *Minus accurate dictum esse observavimus ad n. 8. Natale S. Laurentii significari putavit Oengussius, supra, ad n. 1.*

*57.* SIRMI] *Martyr Sirmiensis S e n e r u s, al. S e r e n u s, melius feb. 23, n. 4, S y n e r o s nuncupatur.* Passionis sancti Sereni [6] *codices plerique diem emortualem scribunt* VIII kal. martias, *aliqui tamen* VII kal. martias [7]. *Hodierna annuntiatio deducta videtur e Passione, quacum scribendum:*

**Sirmi natale sancti Sereni.**

*62.* ALIORUM XVI] *In altera recensione LXII. Nullos habuisse socios S. Serenum seu Synerotem ex Passione eiusdem efficitur. Cf. feb. 21, ad n. 16, et feb. 23, ad n. 1.*

*65.* NICOMEDIA] *Martyr Nicomediensis E u e t i u s seu Evitius loco non suo. Passus est enim die 24 feb., quo recensetur cum Petro palatino, ipse non palatinus, ut videtur, unde Petrum hodie casu excidisse, vel inscite suppressum, ne Petri (n. 2) duplex esset mentio, nostra est coniectura:*

**Nicomedia Euetii <et Petri> palatini.**

*68.* VICTORINAE] *Supra, n. 40: V i c t o r i n i.*

*69.* PAULAE] *Feb. 18, n. 15, habuimus P a u l u m de quo feb. 17, ad n. 11.*

*70.* EMERITAE] *In salutationibus epistulae Luciani Celerino datae, inter Cyprianicas XXII, haec leguntur:* Vos salutate confessores Domini qui ibi vobiscum sunt, quorum nomina significasti, inter quos et Saturninus cum comitibus suis, sed et collega meus et Maris, Collecta et Emerita, Calpurnius et Maria, Sabina, Spesina et sorores Ianuaria, Dativa, Donata [8]. *Epistulae et laterculo nostro communia esse nomina E m e r i t a e (n. 70), D a t i v a e (n. 72), D o n a t a e (n. 91) notasse sufficiat. Perendie occurrunt: M a r i a e, I a n u a r i a e, mart. 24, n. 69, 70.*

*71.* ANTONIANAE] *Al. A n t o n i n e, quae cum aliis diebus tum 2 iun. recurrit.*

*72.* DATIVAE] *Lege quae dicta sunt ad n. 70.*

*73.* ROGATIANAE] *Feb. 17, n. 68.*

*74.* ANTIGAE] *Scribendum videtur A n t i g o n a e. Feb. 23, n. 5; 27, n. 5; mart. 3, n. 2: A n t i g o n i; april. 25, n. 17: I n g o n a e; april. 26, n. 12: A n t h i.*

*75.* URBANAE] *U r b a n a, M a x i m a, M a r i n a (n. 75-77) cum aliis plurimis iun. 2 recensentur. Cf. infra n. 95.*

*78.* MATRONAE] *Nonnullae huius nominis martyres Afrae reperiuntur; et duae quidem inter Abitinenses* [9]. *Hodiernae tamen Matronae Thessalonica patria est. Huius quippe exstat* Passio sanctae Matronae quod est VIII kalendas martias [10], *olim, ni fallor,* VIII kalendas apriles. *Lege quae dicentur ad diem 25 mart.*

*79.* PERIGRINAE] *Feb. 24, n. 56: P e r e g r i n i. Hanc esse f i l i a m Secundolae, etsi non reluctantibus codicibus (n.80), asserere non ausim.*

*80.* FILIAE] *Sitne cognomen an appellativum ancipites haeremus.*

[1] Ibid., p. 179. — [2] Ibid., p. 178. — [3] *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 288. — [4] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [5] Ibid., p. 338. — [6] *BHL.* 7595, 7596. — [7] *Act.SS.* Febr. t. III, p. 364.— [8] CYPRIANI *Epist.*XXII, 3, HARTEL, p. 535. — [9] *BHL.* 7492. — [10] *BHL.* 5688.

*81.* SECUNDULAE] *Feb. 21, n. 27: S e c u n d i o l i.*

*82.* IUSTAE] *Feb. 17, n. 17; feb. 21, n. 33: I u s t i.*

*83.* CASTOLAE] *Etiam feb. 15, n. 21. Dubium tamen est an ab hoc die die potius quam a 25 mart. C a s t o l a repetenda sit. Supra, ad n. 16.*

*84.* FLORENTI] *Cum iis quorum nomina sequuntur, etiam feb. 24 nuntiatur.*

*85. V i c t o r i s.*
*86. M a r c e l l i n a e. Cf. n. 95.*
*87. C a s t a e, feb. 24: Casti.*
*88. D o n a t o l a e, feb. 24: Donatilae.*
*90. F l a v i a e, feb. 24: Flavi, Flaviani.*
*92. F u r t u n a t a e.*
*93. L u c i a n i.*

*89.* LIBOSAE] *Nudum nomen.*

*91.* DONATAE] *Lege quae dicta sunt ad n. 70.*

*94.* AMICAE] *Nobis ignota.*

*95.* REGINAE] *Quonam vinculo conectantur dies 22 feb. et 2 april. equidem non video. Nomina utrique communia conferenda sunt:*

| 22 FEB. | 2 APRIL. |
|---|---|
| *75. Urbanae* | *30. Orbani.* |
| *86. Marcellinae* | *10. Marcellini* |
| *95. Reginae* | *14. Reginae* |
| *96. Ciriaci* | *13. Ciriacae* |
| *98. Valeri* | *26. Valeri* |
| *99. Gurgoni* | *40. Gortoniani (?).* |

*97.* GALATII] *Nudum nomen.*

*99.* GURGONI] *Martyribus Nicomediensibus de quibus supra, ad n. 65, adiungendus G o r g o n i u s palatinus, cuius memoria agitur mart. 11.*

ADDITAMENTA] *F e l i c i s. Cotidie fere Felices habemus. Proximus est qui feb. 23 memoratur.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: P a l a t i n i nomen appellativum est. Supra, ad n. 65.*

*A l i o r u m X X I X, et in cod. Rich.: a l i o r u m L X X I. Supra ad n. 62 et feb. 21 ad n. 16.*

---

# VII KAL. MART.

**I** | **II**

**In Sirmi | In Pannoniis**

**Sinerotis Antigoni Rutili Libii [a]. in Asia natale Policarpi episcopi cum aliis XII. Smirna natale sanctorum Herotis Carpofori [b]. in Africa Crisconi Zenonis Minandri Cariniani Arionis Ipoliti Diodori Menelanti Athorae. et alibi Petri. Lambesis Luciani Felicis et aliorum XXXV. in Asia Sinonis Heruli Cusconi Menalippi Zenonis Senertis Sirici [c].**

*Addunt codices pleniores:* a) rogatiani C. — b) geronti C. — c) cum sociis (sotiis WK) eorum SWMKLV; cum sociis C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 3. panoniis S; *add.* natale sanctorum B | 4. seneroti BSW | 6. rutuli BW | 11. pulicarpi B | 14. alis E | 16. smirni E; smyrna S | 17. nt̃ E | 18. sc̄or E | 20. garphori B; garpori SW | 22. aff̄ E | 23. grisconi SW | 25. iminandri BW | 28. hippoliti BW; ippoliti S | 29. diuduri SW | 30. menelantii S | 31. anthore B; athore S | 32-33. *om.* SW | 34. petre B¹ | 36. lutiniani W | 40. XXXVI BSW; *add.* item B² (?) | 42. *add.* cosconi S, cusconi W (*cf.* 45) | 43. sinorus BS; synorus W | 44. heroli W | 45. cuscuni E; *om.* SW; *add.* zenon. SW (*cf.* 47) | 46. menelippi S¹ | 47. zenō B; *om.* SW | 48. inertis E; sinerotis W | 49. syrici BSW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Panonis Seneroti Antigoni Rotuli Libi et in Asia nat. Policarpi cum aliis XII. — RICH.: In Syrmio Senerotis et in Asia Herotis et Carpofori in Affrica Cresconii Zenonis Emenandi Diodori item in Asia Sinoris Heruli.

## FEB. 23

*1.* SIRMI] *Quem heri Serenum nuncupabant codices nostri, hic verum nomen S i n e r o t i s hodie nanciscitur, testantibus titulis Sirmiensibus:*

*Α ΧΡ Ω*

EGO ARTEMIDORA FE
CI VIVA ME MEMORI
AM AD DOMNVM
SYNEROTEM INTE
RANTEM AD DEXTE
RAM INTER FORTVNA
TANEM ET DISIDERIVM[1]

*Α ΧΡ Ω*

*ego aur* ELIA AMINIA PO
*sui* TITVLVM VIRO MEO
*fl* SANCTO EX N. IOV. PROTEC
BENEMERITVS QVI VIXIT
ANN. PL. M. L. QVI EST DEFVNC
TVS CIVIT. AQVILEIA TITVLVM
POSVIT AD BEATV SYNEROTI MA
RTVRE ET INFANE FILIAM
SVAM NOMINE VRSICINA
QVI VIXIT ANNIS N III[2].

[1] *C.I.L.*, III. 10233; DE ROSSI, *Bullettino*, 1885, p. 144. *Interantem* lege *intrantem*. — [2] *C.I.L.* III. 10232; DE ROSSI, ibid., p. 145. Legendum v. 3: *ex numero Iovianorum protector*, et v. 8: *infantem*.

*Synerotem*

*Synerotem etiam in breviario Syriaco nuntiari crediderim: καὶ τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ ἐν Ἀσίᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Πολύκαρπος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Ἔρωτος καὶ Κοσκώνιος καὶ Μελάνιππος [1] καὶ Ζήνων. Haec obiter legenti pro Ἔρωτος Heros, Antiochenus episcopus, primum in mentem venit. Hic autem maii 5 commemoratur. Ἔρωτος potius Synerotem cum apocope exprimit, legente interprete syro σὺν Ἔρωτος, σὺν Ἔρωτι, vel aliud simile. Scribendum est:*

**Sirmi in Pannoniis Sinerotis.**

*Martyrologium Romanum, postquam nuntiaverat:* Apud Sirmium beati Sireni monachi *cet. (fere ut in codice Parisin. 3879), haec ex Usuardo subiecit:* Ibidem natalis septuaginta duorum martyrum qui martyrii certamen in praefata urbe consummantes regna mansura perceperunt. *Rem alia phrasi protulerat Florus [2], ex hieronymianis, ubi ad diem 22, in altera recensione verba* et aliorum LXII *perperam cum Synerote coniunguntur.*

*5.* ANTIGONI] *Heri A n t i g a e, seu A n t i g o n a e. Feb. 25, n. 17: I n g o n a e; 26, n. 12: A n t h i.*

*6.* RUTILI] *Iam feb. 17, n. 72; iterum feb. 24, n. 72; 25, n. 9.*

*7.* LIBII] *Gentilicium, in fastis perrarum. Die 17 mai L i b i scriptum est pro Liberi.*

*8.* IN ASIA] *Adde S m i r n a (n. 16). Natalis enim est hodie S. Polycarpi Smyrnensis. Breviarium Syriacum: ἐν Ἀσίᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Πολύκαρπος ἐπίσκοπος. Eundem nuntiant synaxaria graeca quotquot habemus [3], et kalendarium marmoreum Neapolitanum [4]:*

P(ASSIO) S(ANCTI) POLICARPI EP(ISCOP)I

*A latinis commemoratur, ut suo loco dictum est, die 26 ian. Huius autem loco hodie, inde a Floro, suffectus est Polycarpus presbyter quidam Romanus, e solis S. Sebastiani gestis notus, ubi neque de die natali neque de mortis genere ulla mentio est [5]. Elogium hieronymianorum e Passione S. Polycarpi [6] haustum est:*

**Smirnae in Asia natale Policarpi episcopi cum aliis XII.**

*Martyrii socios Polycarpo XII assignat Actorum versio latina vulgata:* cum his qui ex Philadelphia fuerunt duodecim, martyrium in Smyrna videtur implesse [7]; *undecim vero Passio graeca: ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφίας δωδέκατος ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσας μόνος ὑπὸ πάντων μᾶλλον μνημονεύεται [8]. Quattuor illos, quos cum Polycarpo hodie recenset breviarium Syriacum, ex eiusdem sociorum numero esse suspicatur v. cl. Lightfoot [9], nos vero negamus. De primo iam dictum est ad n. 1, de ceteris: Cosconio, Melanippo, Zenone mox. His autem aliisque nonnullis demptis, undecim illos comites sibi repperisse visus est Duchesne [10]. Neque id concedendum. Multo plures enim aliunde noti removendi sunt, ita ut numerus nequaquam attingatur. Quandoquidem Smyrnenses asserunt solius Polycarpi memoriam agi: μόνος μνημονεύεται, sociorum nomina frustra quaeruntur.*

*19.* HEROTIS] = *[S y n] e r o t i s, cf. n. 1.*

*20.* CARPOFORI] *Nudum nomen.*

*21.* IN AFRICA] *quae sequuntur nomina Afrorum non sunt. Lambaesitanos quosdam martyres occurrere suadet vocabulum L a m b e s i s (n. 35), sed quonam pacto agnoscantur nescimus. Postquam singulis, quorum nota patria est, suum locum restituerimus, lectio residua erit:*

*20. C a r p o f o r i.*
*26. C a r i n i a n i.*
*27. A r i o n i s.*
*28. I p o l i t i.*
*31. A t h o r a e.*
*37. F e l i c i s.*
*44. H e r u l i.*

*Hos tamen omnes cum agmine* aliorum XXXV *(n. 40) in Africam amandare nullo cogimur argumento.*

*23.* CRISCONI] *Breviarium Syriacum: Κοσκώνιος καὶ Μελάνιππος [11] καὶ Ζήνων. Eosdem iam habuimus die 19 ian., ἐν τῇ πόλει Νικαίᾳ, et rursum nuntiantur, die 2 sept. ἐν Νικομηδείᾳ. Bis hodie in nostris codicibus inscripti sunt, semel i n A s i a (n. 41). Nomina nonnihil luxata: C r i s c o n i, C u s c o n i (n. 45) = C o s c o n i; M i n a n d r i (n. 25), M e n e l a n t i (n. 30), M e n a l i p p i (n. 46) = M e l a n i p p i; S i n o n i s (n. 43) = Z e n o n i s. Legatur oportet:*

**in Asia Cosconii, Melanippi, Zenonis.**

*26.* CARINIANI] *Item A r i o n i s, I p o l i t i, supra, ad n. 21.*

*29.* DIODORI] *Unus est ex societate S. Victorini, qui feb. 24 D i o s c o r u s nuncupatur. Lectio D i o d o r i, quam praebet etiam laterculus 28 feb., cum graeco consonat.*

*30.* MENELANTI] = *M e l a n i p p i, supra, ad n. 23.*

*31.* ATHORAE] *Supra, ad n. 21. Ceterum dubitari potest num genuina sit lectio.*

*34.* PETRI] *Martyr Nicomediensis cuius memoria agitur feb. 24, n. 26.*

*35.* LAMBESIS] *Numidiae civitas est Lambaesis. De martyribus eidem deputandis non constare observatum est supra, ad n. 21.*

*36.* LUCIANI] *Martyr Nicomediensis quem cum aliis diebus tum feb. 24 commemorant libri nostri.*

*37.* FELICIS] *Supra ad n. 21.*

*41.* IN ASIA] *Supra, n. 23.*

*43.* SINONIS] = *Z e n o n i s, n. 24 et 47.*

[1] In syriaco: M l n u h p u s. — [2] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 186, 328. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 485. — [4] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [5] *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 367-74. — [6] *BHG*². 1556-1557; *BHL.* 6870. — [7] *BHL.* 6870, n. 15. — [8] *BHG*². 1556, n. 19. — [9] *The Apostolic Fathers*, Part II, vol. II, p. 980-81, n. 11. — [10] « J'ai pensé que ces onze saints devaient être cherchés dans la liste qui vient ensuite. Il y a en effet onze noms, pourvu que l'on écarte les saints de Nicée, *Cosconius* etc., répétés deux fois (*Zénon* trois fois), un groupe africain et enfin une répétition de S. Synéros. La coïncidence du chiffre est remarquable. » L. D. — [11] Lege supra, annotationem 1.

*44.* HERULI] *Rursum feb. 24, n. 13, sub Caesarea, et mart. 2, n. 1.*

*45.* CUSCONI] *= Cosconi, supra, n. 23.*

*46.* MENALIPPI] *= Melanippi, supra, n. 23.*

*47.* ZENONIS] *Supra, n. 24. 43.*

*48.* SENERTIS] *Al. Inertis = Synerotis, n. 1.*

*49.* SIRICI] *Variis modis iam corruptum hic etiam habemus nomen Synerotis, n. 1.*

ADDITAMENTA] *Rogatiani iam feb. 22, n. 73, ceteri Rogatianae.*

*Geronti. Solus C hisce diebus Gerontium habet, hominem plane ignotum.*

*Cum sociis, supra, ad n. 1.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Rotuli = Rutili, feb. 18, n. 8.*

*Cod. Rich.: Emenandi = Menelandi (n. 40), id est Melanippi, supra, n. 23.*

*Sinoris = Synerotis, supra, n. 1.*

---

# VI KAL. MART.

| I | II |
|---|---|
| **Romae in portu natale Pauli et Primitivi.** | |

**[a] In Cesarea Cappadociae natale sanctorum Heruli Luci Syrgi Absolonas.**

| I | II |
|---|---|
| | **Romae in porto natale sanctae Primitivae.** |

**Nicomedia Luciani Editi Petri Felicis Orbani Marthae [b] Crisconinae Gagi Florenti Donatilae Rogatilae item Donatilae Marcellinae Rummadi Feliani Ninae Flavi Afferis Tulliani [c] Innulle Cahis Diciani [d] Ianuari Diddi Securis Sellaris Exuppi Iubitanae Gemelianae Iuliae Fortunatae Peregrini Victorici Maxenti Gegoli item Luciani Honorati Flaviani Felicis Casti Saturi Felicissimi Victoris Mariae Ianuariae Rufiniani Fortunati Aureli Rutuli. Nicomedia natale sanctorum Luciani presbyteri Petri Palatini Aeviti. in Aegypto passio sanctorum Victorini Victoris Ninivittae Nicofori Claudiani Dioscori Serapionis.**

*Addunt codices pleniores:* a) atale r. athię apostoli C. — b) Cod. S : mathe $S^1$ ; mathię $S^2$, *add.* apostoli $S^2$ *int. lin.* ; iste est mathias ab apostolis sorte electus apostolus loco de quo prevaricatus est iudas $S^2$ *in marg.* — c) iuliae SWMKLV ; iuliani iulię C — d) flaviani CWMKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 9. cessar̄ E ; :cęsarea S ; cesaria W | 10. cappōd E ; cappadocia SW | 13. heroli B ; hieroli S | 15. georgi E ; sirgi S | 16-19. romae (roma W) absolonas (absalonis S) in porto SW | 16. abiolonis E | 17. rome B | 20 21. *om.* WS | 22. primitive S | 23. nicom̄ E | 24-26. iditius (editius SW) palpetri luciani BSW | 28. urbani S | 29. marte B ; mathe $S^1$ ; mathię $S^2$ | 30. crescentie B ; crescentiae W ; criscentiae S | 31. *om.* SW | 32. florentini BSW ; *add.* rogatulae S ; rocatulę W (*cf.* 34) | 33. donatule BS ; donatulę W | 34. rogatule B ; *om.* SW | 36. donatule BS ; donatulę W | 37. marcelline BS | 38. rommadi B ; rumadi W | 39. felici ne BS ; felicianę W | 40. nidae E ; nine B ; nune S ; *add.* casti SW (*cf.* 65) | 41. *om.* S | 42. iafferi B ; iafferis SW | 43. atulini E ; tuliani iulie W | 44. sanulae E ; in nullę W | 45. gahis BSW ; *add.* exuppi W (*cf.* 51) ; ienuari exhuppi S | 46. daciani B ; duciani flaviani W ; *om.* S | 47. ienuari S | 48-49 securis diddi SW | 49. securi B | 51. *om.* SW | 52. subitanę BW ; subitane S | 53. gemellianę W ; gemelli ne S ; gemellinę B | 54. *om.* SW | 55. furtunate BS ; *om.* W | 56. peregrinę BW ; peregrine S | 57. victurici BS ; victurię W | 59. *add.* iuliae SW (*cf.* 54) | 65. *om.* SW | 67. felissimi E | 68. victuris SW | 69. marie B ; *om.* W | 70. ianuarie B | 72. furtunati BSW | 73. aurelii S ; aurili W | 74. rutili S | 75. nicom̄ E | 77. scorū E | 79. prb̄ E ; prb̄t B ; prb̄i S ; prb̄ri W | 80. *om.* S | 81. palitini S | 82. evitii B ; aeviti W | 84. aegīp E | 85. pas̄ E | 86. scōrum E | 87. victurini $B^1$S | 89. nivitte B ; nivittae W ; nivicte S | 90. nocofori $B^1$ ; nicoph ori S | 91-92. *om* E | 92-93. sarapionis dioscori W | 93. sarapionis BSW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Cesarea Capodcchie nat. sanctorum Heroli Luci Sergi Romae Absalonas nat. sancti Primitivi et Pauli.— RICH. : Rome Pauli et Primitivi et in Nicomedia Luciani prbi et aliorum XLIIII in Aegypto passio sanctorum Victurini Victoris Ninevitiae et alibi sancti Mathiae apostoli. — MON. Romae Primitivi Mathie (e *in ras.*) apostoli et aliorum L.

## FEB. 24

*1.* ROMAE] *Quae Romae (n. 1-7, 17-22) vel Caesareae (n. 8-16) inscribuntur nomina a* VI non. mart. *ad* VI kal. mart. *ex recensentis incuria translata sunt. De his singulis tractatio erit ad diem mart. 2. Operae pretium videtur notasse martyrologio Romano inscriptam esse memoriam tum* Romae sanctae Primitivae martyris *tum* Caesareae in Cappadocia sancti Sergii martyris cuius gesta praeclara habentur. *E duabus lectionibus Primitivi (n. 7), Primitivae (n. 22) deteriorem elegerunt compilatores. Sergius autem est pro Gordius, ut suo loco ostendetur, ad diem 2 mart.*

*5.* PAULI] *Nihil de Paulo quodam Portuensi traditum*

*traditum est. Paulum apostolum intellegit v. cl. Fr. Lanzoni, quia saepius cum Portuensibus Ostienses sancti commemorantur, in Ostia autem basilica erat S. Paulo dicata* [1]. *At vero non solius Pauli nomini sacra erat. Narrat enim Liber Pontificalis Constantinum imperatorem fecisse* basilicam in civitate Hostia iuxta Portum urbis Romae beatorum apostolorum Petri et Pauli et Iohannis Baptistae ubi et dona obtulit [2]. *Res igitur in incerto relinquitur.*

22. PRIMITIVAE] *Supra, n. 7: P r i m i t i v i quae sola vera lectio est.*

23. NICOMEDIA] *Tres martyres Nicomedienses bis recensentur: primum solis nominibus (n. 23-26), dein formula pleniore (n. 76-82). Et L u c i a n u s quidem (n. 24, 78), celebris martyr, cuius natalis agitur 7 ian., in locum non suum irrepsit propter ceteros Nicomedienses. Variis modis corruptum est nomen illius qui in breviario Syriaco nuncupatur Εὐήτιος* [3] *: E d i t i, I d i t i u s, A e v i t i, N i v i t t a e, feb. 22:* Euteri palatini. *Edictum adversus christianos, Nicomediae propositum die 24 feb. anni 303, detractum est laceratumque ab homine, qui eo die martyrium perpessus est, quemque E u e t i u m nuncupatum esse probabilis est coniectura* [4]. *De hoc Lactantius:* Postridie [*id est:* VI kal. martias] propositum est edictum quo cavebatur ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis subiecti essent... Quod edictum quidam etsi non recte, magno tamen animo, deripuit et conscidit, cum irridens diceret victorias Gothorum et Sarmatarum propositas. Statimque perductus non modo extortus, sed etiam legitime coctus cum admirabili patientia postremo exustus est [5]. *Eiusdem facinus enarrat Eusebius additque: Ἀλλ' οὗτος μὲν τῶν τηνικάδε πρῶτος τοῦτον διαπρέψας τὸν τρόπον ἅμα τε τοιαῦτα, οἷα καὶ εἰκὸς ἦν, ὑπομείνας ὡς ἂν ἐπὶ τοιούτῳ τολμήματι, τὸ ἄλυπον καὶ ἀτάραχον εἰς αὐτὴν τελευταίαν διετήρησεν ἀναπνοήν* [6]. *Mox P e t r u s martyrium subiit, imperatoris cubicularius: τοιοῦτον τῶν βασιλικῶν ἑνὸς τὸ μαρτύριον παίδων, ἄξιον ὡς ὄντως καὶ τῆς προσηγορίας · Πέτρος γὰρ ἐκαλεῖτο* [7]. *Optima ergo lectio est P e t r i p a l a t i n i (n. 81), quam licet depravatam etiam alio loco exhibent codices alterius recensionis: P a l p e t r i (n. 26): Euetius quidem vir erat conspicuus, non tamen palatinus: τῶν οὐκ ἀσήμων τις, ἀλλὰ καὶ ἄγαν κατὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ νενομισμένας ὑπεροχὰς ἐνδοξοτάτων* [8]. *Remoto igitur Luciano presbytero, legamus:*

**Nicomedia natale sanctorum Euetii, Petri palatini.**

27. FELICIS] *Felicem et reliquos a Nicomediensibus segregandos esse non est multis demonstrandum. Plerosque iam aliis diebus, maxime 17 feb., recensuimus, Africae, ut videtur, tribuendos.*

28. ORBANI] *Al. U r b a n i, U r b a n a e, etiam ut est feb. 22, n. 75.*

29. MARTHAE] *In locum ignotae martyris in codice S suppositus est apostolus Matthias, quem alii pauci, ad calcem huius diei reportarunt. S. Matthiam non recolit martyrologium nostrum nec proin huius loci est de eiusdem festivitatis origine inquirere* [9]. *Cf. quae observanda sunt ad diem 21 maii.*

30. CRISCONINAE] *Die 23, n. 23, habuimus C r i s c o n i, unde deductum videtur C r i s c o n i n a. Si varia lectio C r e s c e n t i a e eligitur, ad 17 feb. potius recurrendum, ubi habetur: C r i s e n t i a n i, al. C r e s c e n t i a n i.*

31. GAGI] *Feb. 20, n. 8.*

32. FLORENTI] *Feb. 22, n. 84.*

33. DONATILAE] *Rursum, n. 36. Die feb. 17, n. 42: D o n a t a e, pridie vero: D o n a t i l l a e.*

34. ROGATILAE] *Feb. 17, n. 68: R o g a t i a n a e.*

37. MARCELLINAE] *Feb.17, n. 46: M a r c e l l a e.*

38. RUMMADI] *Feb. 17, n. 20: R u m u l i.*

39. FELIANI] *Al. F e l i c i a n e. Feb. 17, n. 35: F e l i c i a n i.*

40. NINAE] *Ne quis existimet N i n a e nonnisi e detractis syllabis [Felicia]ni, [Felicia]nae fingi potuisse, notandum est cognomen N i n a titulorum maxime Africanorum testimonio comprobari* [10]*, et in libris nostris alias recurrere* [11].

41. FLAVI] *Infra, n. 63: F l a v i a n i, et feb. 22, n. 90: F l a v i a e, al. F l a v i a n a e.*

42. AFFERIS] *Al. I a f f e r i s. Lectio corrupta.*

43. TULLIANI] *Hoc ipsum vocabulum habuimus die 13 feb., ubi observatum est prima specie eos decipi qui, obvia emendatione, I u l i a n i legunt. Hodie tamen Iuliano suffragari videtur quod in Actis SS. Montani et Lucii* [12] *trium martyrum mentio fit, Iuliani, Victorici, Flaviani; V i c t o r i c u s autem quidam (n. 57), et F l a v i a n u s (n. 63) in his tabulis hodie inscripti sunt. Quidni et I u l i a n u s? Nescio an hac permotus ratione Baronius in martyrologio Romano SS. Montani et Lucii memoriam reposuerit in 24 feb., cum constet 23 maii eorum esse natalem diem. Nec ullo modo obstat quominus Victoricum, Flavianum et etiam Iulianum socios SS.Montani et Lucii habeamus, quod seorsum, neglectis agminis ducibus, et sparsim cum aliis multis appareant. Martyrologos enim nostros eodem pacto alia martyrum Acta expilasse certum est. Legatur ergo, si placet, I u l i a n i, quae tamen lectio supra omne dubium non est. Consideranda enim est lectio codicis E, quae utinam acephala non esset: ...] a t u l i n i.*

44. INNULLE] *Feb. 16, n. 71: I u n i l l a e sed male, pro D o n a t i l l a e.*

45. CAHIS] *Al. G a h i s, corruptum utrumque.*

46. DICIANI] *Ita scriptum nihil est. Librarii coniectura videtur D a c i a n i, in B. Forsitan*

[1] *Le diocesi d'Italia*, p. 110-111. — [2] DUCHESNE, t. I, p. 183. — [3] In syriaco: E u h t i s. — [4] *Origines du culte des martyrs*, p. 179.— [5] *De mortibus persecutorum*, 13. — [6] *Hist. eccl.*, VIII, 5. — [7] *Hist. eccl.*, VIII, 6, 4. — [8] *Hist. eccl.*, VIII, 5. — [9] Cf. *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 431-454; SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p.121; LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t.II, 2, p. 261-69. — [10] *C.I.L.*, VIII, in indice. — [11] V. gr. maii 6, 8, 10; iun.1, 2; dec. 15.— [12] *BHL.* 6009.

*legendum*

*legendum* Deciani. *Ceterum Decianus hagiographis incognitus est. Cf. feb. 27, n. 7, 26.*

47. IANUARI] *Feb. 17, n. 32.*

48. DIDDI] *Legi potest* Didi *ex cognomine* Didius.

49. SECURIS] *Feb. 21, n. 34.*

50. SELLARIS] *De lectionis sinceritate dubium moveri potest. Certiora non sunt quae sequuntur:* Exuppi, Iubitanae.

53. GEMELIANAE] *Feb. 15, n. 45:* Gemelliani, Gemellae.

54. IULIAE] *Feb. 17, n. 48.*

55. FORTUNATAE] *Feb. 22, n. 92. Infra, n. 72.* Fortunati.

56. PEREGRINI] *Feb. 22, n. 79:* Peregrinae.

57. VICTORICI] *De Victorico socio SS. Montani et Luci, supra ad n. 43. Lectio tamen* Victorici *non ita firma videtur, cum et habeamus, n. 87:* Victorini.

58. MAXENTI] *Ceterum incognitus.*

59. GEGOLI] *Lectio corrupta.*

61. LUCIANI] *Supra, ad n. 23, et infra n. 78.*

62. HONORATI] *Feb. 16, n. 46.*

63. FLAVIANI] *Supra, n. 41:* Flavi. *De Flaviano, qui post SS. Montanum et Lucium passus est, dictum est ad n. 43.*

64. FELICIS] *Supra, n. 27, et feb. 23, n. 37: etiam feb. 17, n. 63, cum* Casti, Saturi, Felicissimi, Victoris, Ianuariae, Fortunati *(n. 65-68, 70, 72, 88).*

69. MARIAE] *In epistula Luciani* [1] *quam feb. 22, n. 70, attulimus,* Mariae *et* Ianuariae *nomina repperimus.*

70. IANUARIAE] *Mart. 2, n. 21; april. 17, n. 17:* Ianuari. *Lege et annotata ad n. 69.*

71. RUFINIANI] *Series martyrum diei 16 nov. hos cum hodierna communes habet:* Rufiniani Fortunatae *(n. 55),* Honorati *(n. 62),* Victoris *(n. 68),* Mariae *(n. 69).*

72. FORTUNATI] *Supra, n. 55:* Fortunatae.

73. AURELI] Aurelium *habuimus etiam 27 ian. Utraque commemoratio incidit in diem* VI kal. *Rursum feb. 25.*

74. RUTULI] *Feb. 17, n. 72; 23, n. 6; 25, n. 9.*

75. NICOMEDIA] *De martyribus Nicomediensibus, n. 75-82, lege annotata ad n. 23.*

82. AEVITI] = Euetii, *supra ad n. 24.*

83. IN AEGYPTO] *Huius laterculi fons est « Passio sanctorum Victoris et Victorini et aliorum quod est V kalendas martias, » in qua insuper passi leguntur Nicephorus, Claudianus, Dioscorus, Serapion et Papyas* [2]. *Primum graece scripta est, eiusque epitomen habemus in synaxariis Graecorum ad diem 31 ian.:* Ἄθλησις τῶν ἁγίων ἑπτὰ μαρτύρων Οὐικτωρίνου, Οὐίκτορος, Νικηφόρου, Κλαυδίου *(al.* Κλαυδιανοῦ*),* Διοδώρου, Σαραπίωνος καὶ Παπίου [3], *ubi tamen eorum palaestra non Aegyptus sed Corinthus asseritur et pro Dioscoro Diodorus ponitur* [4].

*Eadem Aegyptiorum annuntiatio die 27 april. iteratur, a* V kal. mart. *ad* V kal. maias *translata, aliquatenus etiam 28 feb. et 6 mart., quo die aptius expendetur. Interim notari velim tum in Passione tum in laterculis 28 feb., 6 mart., 27 april., turmae martyrum annumerari* Papiam *cuius hodie nomen casu omissum est, et in laterculis 28 feb. et 6 mart. loco* Dioscori *(n. 92) scriptum esse* Diodori.

**in Aegypto passio sanctorum Victorini, Victoris, Nicefori, Claudiani, Dioscori, Serapionis, <Papiae>.**

89. NINIVITTAE] = *Aeviti (n. 82), id est* Euetii, *supra, ad n. 23.*

ADDITAMENTA] Matthiae, *ceteri* Marthae. *Supra, ad n. 29.*

[1] Inter CYPRIANI *Epist.*, XXII, 3, HARTEL, p. 535. — [2] *BHL.* 8596 d. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 435. — [4] *Les martyrs d'Égypte*, p. 51.

# V KAL. MART.

**In Africa natale Donati Iusti Hirenei Pisinionis Aurili Rutuli Primasi Ingenulae et aliorum XLV. et alibi Ingonae Fortunati Pissini Hirenei item Iusti Criscenti Revocati [a] Ianuariae Luciosae Castae item Fortunati [b]. Pamphilia natale sancti Nestoris.**

*Addunt codices pleniores:* a) aniani C. — b) victorini C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aff̄ E; afreca W | 3. *om.* B; *add.* sanctorum SW | 5. *add.* rutili S; rutuli W (*cf.* 9) | 6. herenei BSW | 7. pissi nionis B¹; pissi neonis B²; pisionis SW | 8. auruli E | 9. *om.* SW | 10. primusi B¹W; primo si B²S | 11. ingenuę BW; ingenue S | 15-16. *om.* B | 17. ingone SW | 18. furtunati BW; furtunate S | 19. pusinni BSW | 20. herenae B; herennę W; herenne S | 21. *om.* E | 23. crescenti BSW | 24. rogatiani BS; rogaciani W | 25. ianuarie S | 26. luciose S | 27. *om.* SW | 28. *om.* E | 29. furtunatę B; furtunati S | 30. pampīl E; pampilia BS; pamphylia W | 32. sanctorum SW; *om.* B | 33. nesitoris E; *add.* et castae W; et caste S¹; et casti S² (cf 27).

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Affrica nat. sanctorum Donati Iusti Rotuli Herenei Pisionis Pampilia nat. Nestoris et Castae. — RHAB.: ... Pamphili nat. Nestoris et Castae. — RICH.: In Affrica Iusti Herenei et XLV Donati Piscinionis Aurili Rutuli et aliorum X Pamphilia natale Nistoris.

## FEB. 25

*1.* IN AFRICA] *In unum colligendi videntur qui in Africa et qui alibi* (*n.* 16) *passi leguntur. Plerique diebus praeteritis iam inscripti erant vel in sequentibus reperientur; nonnulli in ambabus laterculi partibus locum invenerunt.*

*4.* DONATI] *Feb. 17, n. 11; 28, n. 35.*

*5.* IUSTI] *Feb. 21, n. 33; 26, n. 5; 28, n. 8; infra iterum, n. 22.*

*6.* HIRENEI] *Infra iterum, n. 20.*

*7.* PISINIONIS] *Infra, n. 19: Pissini.* Pisinius *cognomen est* [1], pisinnus *nomen appellativum, id est infans, pusio. Alterutrum eligendum.*

*8.* AURILI] *Feb. 24, n. 73.*

*9.* RUTULI] *Feb. 17, n. 72; 23, n. 6; 24, n. 74.*

*10.* PRIMASI] *Al. Primus.* Primisius *cognomen militis est* [2], *Primasius episcopi Hadrumetini non incelebris. Num et martyris cuiusdam?*

*11.* INGENULAE] *Al. Ingenuae; feb. 26, n. 10: Ingenui. Cf. n. 17: Ingonae.*

*13.* ALIORUM XLV] *Suppressa nomina indicare videtur.*

*17.* INGONAE] *Ni fallor, duorum nominum κρᾶσις:* Ing[enui *Antig*]onae. *Utrumque etiam feb. 26, n. 12, 10. Feb. 23, n. 5; 27, n. 5: Antigoni; feb. 22, n. 74: Antig<on>ae.*

*18.* FORTUNATI] *Feb. 24, n. 72; 26, n. 13 et infra, n. 29.*

*19.* PISSINI] *Supra, ad n. 7.*

*20.* HIRENEI] *Supra, n. 6.*

*22.* IUSTI] *Supra, n. 5.*

*23.* CRISCENTI] *Al. Crescenti. Feb. 17, n. 14: Crisentiani.*

*24.* REVOCATI] *Al. Rogatiani. Feb. 17, n. 68: Rogatianae.*

*25.* IANUARIAE] *Feb. 24, n. 70; 28, n. 44. Feb. 17, n. 32: Ianuari.*

*26.* LUCIOSAE] *Mart. 3: Lucioli.*

*27.* CASTAE] *Feb. 17, n. 37; 24, n. 65: Casti.*

*29.* FORTUNATI] *Iam supra, n. 18.*

*30.* PAMPHILIA] *Nestor, martyr Pergae in Pamphylia, a Graecis colitur plerumque feb. 28* [3], *verum et feb. 27* [4]. *Exstant eiusdem Acta tum graeca* [5] *tum latina* [6].

**in Pamphilia natale sancti Nestoris.**

ADDITAMENTA] *Aniani. Ex dittographia, quam vocant, enatum est vocabulum. Ubi enim ceteri eiusdem stirpis codices habent Rogatiani, in C scriptum est: Rogati ani ani. · Victorini. Feb. 24, n. 87.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: et Castae. Nullo pacto ad Pamphyliam pertinet, ut patet ex superioribus.*

[1] *C.I.L.*, VI, 2379A. — [2] *C.I.L.*, VI, 1056. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 495. — [4] B. LATYŠEV, *Menologii ancnymi Byzantini saec. X quae supersunt*, t. I (Petropoli, 1911), p. 151. — [5] *BHG*². 1328; P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche*, fasc. 3°, p. 115-17. — [6] *BHL*. 6068.

# IV KAL. MART.

**Natale sanctorum Alexandri Nestoris Iusti Teonis Epion Donativi Ampliati Ingenui Epion Anthi Fortunati et aliorum XXXV. in Alexandria Felicis [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) cum sociis (sotiis K) suis SCMKLV; cum sotiis eorum W.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. sc̄orum E | 3. alaxandri E | 5. *om.* SW | 6. theonis BSW | 7. epuion E; eppionis B; *add.* iusti SW (*cf.* 5) | 10. ingenii S | 12. anti SW | 13. furtunati BSW | 16. XXVI BSW | 18. alax̄ E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Alexandria nat. Alexandri Nestoris Theonis Epyon Iusti Donativi Ampliati Ingenui.

## FEB. 26

*3.* ALEXANDRI] *Breviarium Syriacum: Καλλίνικος καὶ 'Αλέξανδρος. Callinici nulla in nostris libris reperitur commemoratio. Alexander videtur Thessalonicensis idem ille qui feb. 27, mart. 14 et mai 14 recurrit. Mense maio paulo diligentius de eo inquiremus. Erravit procul dubio Florus Lugdunensis cum scripsit* Alexandriae sancti Alexandri episcopi, *addito elogio. Cuius errorem ceteri martyrologiorum compilatores, etiam Romani, amplexi sunt. S. Alexandri, Alexandrini episcopi, memoriam agunt Graeci die 29 maii* [1].

*4.* NESTORIS] *Martyr Pergensis, de quo heri.*

*5.* IUSTI] *Feb. 21, n. 33; 25, n. 5; cf. 28, n. 8.*

*6.* TEONIS] *Melius Theonis. Die 24 april.:*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 716.

in

in Alexandria Theonis presbyteri et aliorum XXIII (*al.* XXXIII) [1]. *Si unus Theon habendus est, ad nostrum etiam pertinere censeo :* in Alexandria *(n. 17), insuper :* et aliorum XXXII *(n. 15), dummodo numerus debite restituatur. Haec tamen non plane certa esse nemo non videt.*

*7.* EPION] *Al.* Eppionis. *Die 14 mart. etiam legimus* Epionis, *al.* Pionis, *qui certo certius est* Pionius *martyr Smyrnensis. Hodie quidem desideratur loci indicium ; non omnino tamen, nam in laterculum sequentis diei male insertum est. In suum igitur locum reducatur :*

**in civitate Smyrna Asiae Pioni.**

*Dies tamen natalis Pionii est 12 mart. Hodie rursum occurrit Pionius n. 11.*

*8.* DONATIVI] *Legendumne* Donati *?*

*9.* AMPLIATI] *Nudum nomen.*

*10.* INGENUI] *Feb. 25, n. 11 :* Ingenulae, Ingenuae.

*11.* EPION] *Iam supra, n. 7.*

*12.* ANTHI] *Mutilum est membrum* Anthigoni. *Etiam cf. feb. 23, n. 5.*

*13.* FORTUNATI] *Feb. 24, n. 72 ; 25, n. 18.*

*15.* ALIORUM XXXV] *Al.* XXVI, XXVII *(cod. C). Videtur coniungendum cum* Theone *(n. 6.) Die sequenti legitur :* et aliorum XXIIII, *al.* XXIII, XXXIIII *(cod. C). Martyrologium Romanum :* sanctorum martyrum Fortunati Felicis et aliorum viginti septem. *Ex veteribus manuscriptis ea se accepisse testatur Baronius, subditque : « Diversi prorsus censentur ab illis quorum natalis est dies 11 iunii, quod saltem ex sociorum numero potes intelligere. » Haec autem omnia ex arbitrio congesta esse satis patet.*

*17.* IN ALEXANDRIA] *Nullius* Felicis *Alexandrini memoria est. Quare dicendum erit vel nomen martyris* Alexandri *(n. 3) iterari, vel* Theonis *(n. 6) civitatem indicari.*

*18.* FELICIS] *Inter tot homonymos ille videtur qui feb. 21, 23, 24, 27 occurrit, de quo tamen nihil compertum habemus.*

[1] *Les martyrs d'Égypte,* p. 71.

# III KAL. MART.

**Natale Alexandri. in Tessalonica Antigoni Abundanti Titiani Magari Severiani Calani Furtunionis Ianuari [a]. in Africa Dionisi et aliorum XXIIII. in civitate Smirna Asiae natale sanctorum Serviliani Datiani Leandri [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) luciose rutuli C. — b) menelampi C.

*Var. lect. codd.* EBSW.— 1. *Praemitt.* thesalonica (in thessalonica W) natale sanctorum SW (*cf.* 3-4) | 3-4. *om.* SW | 4. tessalō E ; tesalonica B | 5. antioguni BW ; anthioguni S | 6-7. abundi antitiitiani E | 7. ticiani B | 10. gaiani BSW | 14. aff̄ E | 15. diunisi B[1] | 18. XXIII W | 20. civī E | 21. smyrna BSW | 22. asie B ; *om.* E | 24. sc̄or̄ E | 26. daciani W ; diaconi S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Thesalonica nat. sanctorum Alexandri Antogoni Habundanti in Affrica Dionisi et aliorum XXIIII. — Lat. 5256 : In Affrica sanctorum Dionisii et aliorum XXIIII in Smirna civitate Asie natale sanctorum Serviliani Daciani et Leandri in Alexandria Ticiani Gaiani.

## FEB. 27

*2.* ALEXANDRI] *Is est quem feb. 26 nuntiabat breviarium Syriacum, nostra quidem et probabili opinione martyr Thessalonicensis, uti et die 14 mart. exponetur et hoc ipso loco indicat civitatis nomen ascriptum. Inde legendum :*

**in Thessalonica natale Alexandri.**

*5.* ANTIGONI] Antigoni *vel* Antigonae *nomen iam quater legimus, feb. 22, 23, 25, 26, ceteroquin ignotum. Nihil causae est cur opinemur ad Thessalonicam pertinere aut Antigonum aut ullum e septem qui sequuntur. Horum tres martyrologium Romanum adiunxit Alexandro, quos omnes sub uno conclusit loco :* Romae natalis sanctorum martyrum Alexandri Abundi Antigoni et Fortunati. *Subdit Baronius in commentario : « De his etiam hac die Beda, licet Thessalonicae mendose, loco Romae, et depravate pro Antigono, Androgono in eo legatur : quae omnia ex vet. manuscript. sunt emendata, in quibus et additur Ianuarius. » Errat vir doctissimus scribens de his agi apud Bedam. Qua autem via inductus sit ut romanos hos esse martyres crederet, ignoramus.*

*6.* ABUNDANTI] *Rursum mart. 1, n. 13.*

*7.* TITIANI] *Hunc a Daciano (n. 26), quisquis ille est, diversum non esse crediderim. Feb. 24, n. 46 :* Diciani, *al.* Daciani.

*8.* MAGARI] *Die feb. 28, n. 25 :* Maccaris, *al.* Machariae.

*9.* SEVERIANI] *De* Severiano *nihil exploratum habemus, neque si alius est a* Serviliano, *n. 25.*

*10.* CALANI] *Lectio incerta.* G a i a n i *in codicibus alterius recensionis ad arbitrium emendatum videtur.*

*11.* FURTUNIONIS] *Martyrem huius nominis adduximus ex epistula Luciani ad Celerinum, feb. 17, ad n. 11.*

*12.* IANUARI] *Die 28 feb., n. 30, et alias saepius.*

*13.* IN AFRICA] *Loco non suo positum videtur;* D i o n i s i u s *enim Africae vix tribui potest. De ceteris omnia incerta.*

*15.* DIONISI] *Saepius tum* A l e x a n d r o *tum* T h e s s a l o n i c a e *sociatur, ita ut huic civitati potius ascribendus sit. Rem accuratius perpendemus ad diem 14 mart.*

*17.* ALIORUM XXIIII] *Al. XXIII, al. XXXIIII.* (*cod. C*) *Quomodo haec scribenda et quorsum referenda, aeque incertum. Cf. feb. 26, ad n. 15, et etiam mart. 1 et mart. 4.*

*21.* SMIRNA] *Huc cecidit e laterculo diei feb. 26, n. 7, referturque ad* P i o n i u m, *non vero ad Servilianum cet.*

*25.* SERVILIANI] *Feb. 28, n.37:* S e r v i l i a e. *Cf. supra, n. 9.:* S e v e r i a n i.

*26.* DATIANI] *Cf. supra, n. 7:* T i t i a n i.

*27.* LEANDRI] *Nudum nomen.*

ADDITAMENTA] L u c i o s e, *feb. 25, n. 26; mart. 3, n. 6:* L u c i o l i.

R u t u l i: *feb. 17, n. 72.*

M e n e l a m p i: *feb. 23, n. 30.*

---

# PRID. KAL. MART.

| I | II |
|---|---|
| **In Alexandria** | |

**natale sanctorum Celeris Pupilli Serapionis Iusti Claudiani Theofili Victurini Saturnini**

| | **Epoli** |

**Eutheciae Astutae Mustilae Alexandriae Victuri Secundellae. et alibi Nicopori Diodori Papiae Maccaris**

| **Tellae** | |

**Felicis Gagi Eunuculi Ianuari Quintiniani Mansueti Hermetis Gethei Donati**

| | **Ennuculi** |

**Serviliae Veneriae Bassilliae**

| | **item Serviliae item Veneriae** |

**Ianuariae Stercolae Silvanae Mannintae Rufuniae** [a].

*Addunt codices pleniores:* a) leandri C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 2. alax̄ E | 4. *om.* E | 5. caeleris W | 6. pulli W; *add.* gagi SW (*cf.* 28) | 8. *add.* opoli WS (*cf.* 13) | 10. thyopili S; theophyli W | 11. victorini B | 14. euthecie B | 15. astute B; austute S; astatę W | 16. mustile BS[2]; multile S[1] | 17. alexandri BSW | 18. victori B[2] | 19. secundille BS; secundillae SW | 20-21. *om.* SW | 23. didori E; diudori SW | 24. papie B | 25. machariae BSW | 28. *om.* SW | 29. enuculi E | 30-36. *om.* W | 31. quintiani B; quistiani S | 34. githei B; gitthei S | 36. eunuculi S | 38. *add.* item serviliae B[2] *marg.* (*cf.* 40-41) | 39. basillę BS; basellae W | 40-41. *in marg.* B[2], *om.* B[1] | 45. sterculę SW | 46. silvani B; silviani SW | 47. mannirrę B; mannirre S; manirrę W | 48. rufinae BW; refinae S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Alexandria sanctorum Celeris Pupilli Serapionis.

## FEB. 28

*1.* IN ALEXANDRIA] *Nomina sociorum Victoris et Victorini, de quorum Passione egimus ad diem 24 feb., cum aliis permixta bifariam dispertita sunt, alia* i n A l e x a n d r i a (*Passio:* i n A e g y p t o), *alia* a l i b i (*n. 21*). *Quae ordine colligenda sunt hoc modo:*

in Alexandria natale sanctorum Serapionis Claudiani, Victurini, Victuri, Nicephori, Diodori, Papiae.

*5.* CELERIS] C e l e r, *cognomen in Africa usitatum* [1] *sed et alibi. In laterculo martyrologii Romani, de quo mox, scriptum est* Cerealis, *repugnantibus codicibus.*

*6.* PUPILLI] *Martyr solo nomine notus. Saepius Popilius, sed et* P u p i l l i u s [2].

*7.* SERAPIONIS] *Ex Alexandrinis, supra, n. 1.*

*8.* IUSTI] *Feb. 21, n. 33; 25, n. 5; 26, n. 5; mart. 3, n. 7; 5, n. 33.*

[1] *C.I.L.*, VIII, in indice. — [2] *C.I.L.*, VI, 25225.

9. CLAUDIANI] *Ex Alexandrinis, supra, n. 1.*

10. THEOFILI] *Nudum nomen. Iterum, ut videtur, n. 13: Epoli.*

11. VICTURINI] *Ex Alexandrinis, supra, n. 1.*

12. SATURNINI] *Feb. 21, n. 12, ubi et Victurinus quidam.*

13. EPOLI] *Corruptum, ni fallor, e Theofili, n. 10.*

14. EUTHECIAE] *Cognomen mulieris est* Euticia, Euthicia [1]. *De martyre ita nuncupata nihil compertum habemus, neque de Astuta (n. 15) et Mustila (n. 16)* [2].

17. ALEXANDRIAE] *Iam supra, n. 1.*

18. VICTURI] *Ex Alexandrinis, supra n. 1.*

19. SECUNDELLAE] *Mart. 1, n. 25; 2, n. 20; feb. 22, n. 81: Secundolae.*

21. ALIBI] *Non al[ibi] sed Al[exandriae] (n. 1). Postquam septem nomina Aegyptiorum removimus, duae supersunt martyrum turmae, quae credibili coniectura ad Africam referri possunt, etsi distincte Africa expressa non est. In Romano martyrologio octo e martyribus de quibus diximus, nulla, quae appareat, seria de causa inter Romam et Alexandriam distribuuntur:* Romae sanctorum martyrum Macarii, Rufini, Iusti et Theophili (*n. 25, 48, 8, 10*)*;* Alexandriae passio sanctorum Cerealis, Pupuli, Caii et Serapionis (*= n. 5, immo Celeris, 6, 28, 7*). *Auctores affert Baronius codicem antiquum, Casinense martyrologium, dein Bedam,* (*qui de martyribus illis omnino tacet*)*, et codicem Sancti Cyriaci « in quo adduntur Claudianus et Iustus ».*

22. NICOPORI] *Lege Nicefori, cum Diodori et Papiae, n. 23, 24. Supra, ad n. 1.*

25. MACCARIS] *Al. Macharia.*

26. TELLAE] *Civitas Africae Thela ex coniectura v. cl. Duchesne* [3], *erudita sane, namque in Notitia provinciarum et civitatum Africae notatur, e provincia Proconsulari,* Deumhabet Thelensis *episcopus* [4]. *At mihi potius lectio manca est ex [Mus]tella (n. 16), vel [Dona]tella, mart. 1.*

27. FELICIS] *Mart. 1, n. 29.*

28. GAGI] *Lege Gai. Solo nomine notus.*

29. EUNUCULI] *Al. Ennuculi, n. 36; etiam lectio incerta est. Redit postridie.*

30. IANUARI] *Feb. 25, n. 25, et alias saepius. Infra, n. 44: Ianuariae.*

31. QUINTINIANI] *Solo nomine notus.*

32. MANSUETI] *Hodie habemus Mansueti, Hermetis, Gethei (n. 32-34), postridie: Massilia, Hermetis, Gittei. Nihil officit haec altera lectio. Nam Massiliensium martyrum nullum est vestigium.*

34. GETHEI] *Al. Gittei, quae est et lectio codicum ad 1 mart., n. 28, certe potior* [5].

35. DONATI] *Feb. 25, n. 4; mart. 1, n. 12.*

37. SERVILIAE] *Etiam n. 41. Feb. 27, n. 25: Serviliani.*

38. VENERIAE] *Etiam n. 43. Quandoque adiectivum est, sed et saepe Veneria tanquam cognomen usurpatur, maxime in Africa.*

39. BASSILLIAE] *Nudum nomen.*

44. IANUARIAE] *Feb. 25, n. 25. Supra, n. 30: Ianuari.*

45. STERCOLAE] *Cognomen tum alibi tum in titulis Africanis non inauditum* [6].

46. SILVANAE] *Al. Silvani. Nudum nomen.*

47. MANNINTAE] *Al. Mannirae, al. Mamirrae. In mentem venit* Mamura, *cognomen viri ex titulis et scriptoribus satis notum* [7].

48. RUFUNIAE] *Lectio corrupta videtur, et sequendi sunt qui scribunt Rufinae.*

ADDITAMENTA] *Leandri, in ceteris codicibus feb. 27, n. 27.*

[1] *C.I.L.*, VIII, 3223, 5496. — [2] *C.I.L.*, VIII, 6517: *Malla Astuta*, titulus inter incertos notatus; VIII, 5033: *Laberia Mustela.* — [3] « On voit apparaître deux listes de style africain... Le second groupe semble précédé d'un nom de ville; il y avait un Tela ou Thela en Proconsulaire. » L. D. — [4] *M.G.*, Auct. Antiq., t. III, p. 63. — [5] *C.I.L.*, VI, 1058: *Gitteius; C.I.L.*, VIII, in indice. — [6] *C.I.L.*, VIII, 7791: *Sittiae Stercula e;* 10628: *Stercula.* — [7] W. SCHULZE, *Zur Geschichte Lateinischer Eigennamen*, p. 360.

# MARTIUS

**Mensis Martius habet dies XXXI**

## KAL. MART.

**Laetanias indicendas**

| I | II |
|---|---|
| **In Affrica natale sanctorum Leonis** | **[a] Natale sanctorum in Africa Leonis martyris** |

**Donati Habundi Adrasti Carissi Nicefori Donatillae et aliorum VIIII. in Africa Adriani Victuri Secundillae Massilia Hermetis Gittei Felicis Enuculi Ianuari et aliorum XXIIII. Andicavis depositio sancti Albini episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) cinomanñ sancti siviard episcopi et confessoris S² *in marg.* — b) et in dininse davigilisi S, *et in marg.* romę leonis pape S².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— *Lemma :* martius dies XXXI (laet. ind. *om.*) E ; kl.marcias laetanias indicendas mar. habet dies XXXI lu. XXX W ; letaniae indicendae S. — 2. aff̄ E | 3. nt̄ E | 4. sc̄or E | 6. natał B | 8-9. *om.* SW | 10. leonisi S | 11. *om.* SW | 12. clonati E | 13. habundanti BW ; abundanti S | 15. carisi B ; carasi W | 16. nicofori SW | 17. donatellę BW ; donatelle S | 22. aff̄ E | 23. atriani B¹W | 24. viciori E | 25. secundille S | 26. massił E ; ma ilia S | 27. hermitis W | 28. gitthei SW | 29. felici S | 30. eunuculi SW ; eunucculi B | 31. ianuarii B ; ienuarii S | 32-33. cum aliis BSW | 35. audigavis W ; andegavis BS ; *add.* civitate W | 36. depos E | 37. *om.* E | 38. albani W¹.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Letaniae indicendae et in Affiica nat. sanctorum Leonis Donati Habundanti Adrasti Andecaus sancti Albini episcopi. — Mon. : Depositio beati Albini episcopi et martyris Africa Leonis Donati et aliorum XIIII.— Rich. : In Affrica Leonis Donatice Furtuni et Donatillae Abundanti Massilia Ermeti Githei cum aliis XXIIII Andegavis depositio Albini episcopi.

### MART. 1

*1.* in affrica] *Non eos omnes et singulos quorum nomina sequuntur Afros esse mox palam fiet. Plerique autem proximis diebus, et maxime die 28 feb. etiam signati sunt.*

*5.* leonis] *De Leone, quisquis est, martyre in Africa, silent monumenta.*

*12.* donati] *Iam feb. 25, n. 4; 28, n. 35.*

*13.* habundi] *Feb. 27, n. 6: Abundanti seu Abundi.*

*14.* adrasti] *Nudum nomen, nisi prava est scriptura Adriani, n. 23.*

*15.* carissi] *Mart. 3, n. 62: Carissimi; mart. 6, n. 46: Carisi.*

*16.* nicefori] *Unus est ex Alexandrinis martyribus de quibus iam feb. 24, n. 90, feb. 28, n. 22, et iterum mentio erit mart. 3, n. 61, mart. 6, n. 61. Hunc a ceteris segregatum hodie recolunt Hispani, eumque ipsum esse reputant qui in Graecorum fastis die 9 feb. inscriptus est, de quo etiam conficta habetur* Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικηφόρου καὶ κατὰ μνησικακίας [1]. *Haec et latine reddita est* [2] *legiturque in Passionario Exiliensi, cod. Parisino N. A. 2179, fol. 130-131ᵛ :* Passio sancti ac beatissimi martyris Nicephori qui passus est in partibus orientis die kalendas martias [3]. *In kalendariis mozarabum nonnullis eodem die :* sancti Nicephori martyris Christi [4]. *In martyrologio Romano, praeeunte, ut fatetur Baronius, vetusto martyrologio Sancti Cyriaci, nuntiatur* natalis sanctorum martyrum Leonis, Donati, Abundantii, Nicephori et aliorum novem, *quos perperam uno agmine incedere manifestum est.*

*17.* donatillae] *Etiam feb. 24, n. 33 et feb. 16, n. 71, ubi cum Maxima et Secunda coniuncta erat. Harum autem trium, quae simul passae sunt* [5], *memoria agitur iul. 30. Hodie quidem desideratur Maxima. Secundam vero sub derivativo Secundillae (n. 25) quaerendam non negaverim.*

*20.* aliorum viiii] *Quorsum haec pertineant incertum, eo magis quod de vera lectione non satis constat. Numeri enim parum accurate referri solent. In epitome Monacensi scriptum est:* aliorum

[1] *BHG*². 1331 1332.— [2] *BHL.* 6085. — [3] *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 479. — [4] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 457. — [5] Passio *BHL.* 5809.

XIIII. *Mox autem sequetur (n. 34):* aliorum XXIIII. *Hisce formulis unam subesse crediderim :* aliorum XXIII, *cum* A d r i a n o *(n. 23) coniungendam.*

*22.* IN AFRICA] *Quae dicta sunt ad n. 1 hic iteranda.*

*23.* ADRIANI] *Die 4 mart., n.82, memoria agitur Adriani Nicomediensis, die vero 5 mart., n. 5, Adriani Palaestinensis. Utrius hodie anticipatio fiat, quaerendum. Nicomediensem designare videtur sociorum numerus* et aliorum XXIII[I], *ut ad diem 4 mart. ostendetur.*

*24.* VICTURI] *Ex societate Nicephori (n. 17); etiam feb. 24, n. 88, feb. 28, n. 18, mart. 6, n. 56.*

*25.* SECUNDILLAE] *Etiam feb. 28, n. 19, et mart. 2, n. 20. Cf. supra,* D o n a t i l l a e, *n. 17.*

*26.* MASSILIA] *De Massiliensibus martyribus Hermete et sociis quibuscumque alte silent scriptores et monumenta. Librariorum imperitia effectum est ut legeretur* Massilia Hermetis Gittei, *cum iterandus esset laterculus pridianus* Mansueti Hermetis Gethei. *Errat quoque Usuardus, quem sequitur Romanum martyrologium, ita scribens :* Massiliae sanctorum martyrum Hermetis et Hadriani [1]. *Certe nullo iure, ne colorato quidem, Massiliensis est Hadrianus ille quem nos Nicomediensem esse existimamus (n. 23).*

*29.* FELICIS] *Huius martyris cum* E u n u c u l i *et* I a n u a r i *iam die 28 feb., n. 29, 30, 27 commemoratio facta est.*

*34.* ALIORUM XXIIII] *His S.Adriani societatem probabilius designari iam dictum est (n. 20, 23).*

*38.* ALBINI] *Episcopi Andegavensis Albini († 550) Vitam conscripsit Venantius Fortunatus [2], eiusque basilicae meminit Gregorius Turonensis [3].*

ADDITAMENTA] S i v i a r d i, *abbatis Anisolensis, non tamen episcopi, Acta edita sunt.*

i n d i n i n s e d a v i g i l i s i. *Quamquam haec in codice S ita prorsus leguntur, depravata tamen videtur annuntiatio e duobus elogiis permista, quorum prius est S. David* (D a v i), *Menevensis illius episcopi, cuius hodie memoria aliis in fastis inscripta est [5] ; alterum — nisi coniectura iusto audacior videbitur — S. Egilis seu Egili* (g i l i s i), *episcopi Senonensis, quem hoc ipso die inter praetermissos nuntiarunt nostri [6]. Fuit ille abbas Prumiensis, eo tempore quo coenobium Sancti Huberti Andaginense* (*Andainense*) *a Prumiensibus praepositis regebatur [7]; vix tamen potuit in martyrologio* I n d i n e n s i s, *puta Andainensis, nuncupari, qui Senonensis archiepiscopus factus est. Neque 1 mart. Egilis emortualis est. Constat enim illum IIII kal. iun. obiisse [8] et in ipso codice S ad diem 29 maii in margine ascriptum est :* obiit Egil archiepiscopus Senonensis [9]. *Qua tandem ratione enuntiatum codicis S emendandum sit, sapientioribus decernendum relinquimus.*

[1] *Officia propria sanctorum S. Massiliensis ecclesiae* (Massiliae, 1662), p. 24-27, *in festo SS. Adriani et Hermetis martyrum Mass.*, ad secundum nocturnum lectiones e sermone S. Maximi excerptas proferunt. — [2] *BHL.* 234. — [3] *In gloria conf.*, 94. — [4] *BHL.* 7799. Cf. *Act. SS.*, Mart. t. I, p. 65-66. — [5] *Act. SS.*, Mart. t. I, p. 38-47. — [6] Ibid., p. 3. — [7] G. KURTH, *Chartes de l'abbaye de Saint-Hubert*, t. I, p. XLVIII-XLIX. — [8] *Chronicon Flaviniacense*, in *M. G.*, Scr. t. VIII, p. 286. — [9] De eodem praeterea legi possunt B. FISEN, *Flores ecclesiae Leodiensis* (Insulis 1647), p. 129 ; MABILLON, *Acta SS. Ordinis S. Benedicti* saec. IV. p. II p.237-43 ; *Gallia christiana*, t. XII, p. 24.

# VI NON. MART.

**Heroli Georgi Absoloni [a]. in Caesarea [5] Cappadociae Luci episcopi**

| I | II |
| --- | --- |
| **Primitivi. Romae [10]** | **Primitivi. in Porto Romano in [15] cimiterio item Primitivi Pali [19]** |

**Secundulae [b] Ianuariae [c].**

*Addunt codices pleniores ;* a) aerenei C. — b) pauli S. — c) luciosę C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) ABSW. — nat. sanctorum *praemittit* S | 1-2. iorgi berolii S ; iorgi herolii W | 1. herolii B | 2. gorgii B | 3. absaloni S | 4. *om.* E | 5. cessar̄ E ; cesarea B ; cesarię W | 6. capōd E ; cappadocie B | 7. lucii B ; lucę W | 8. *eras. in* S | 10. rom̄ E | 12-18. *om.* SW | 14. romñ B | 19. pauli S ; *om.* W | 20. secundolae BW ; secundole S | 21. ianuarie W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Nat.sanctorum Iorgi Hergli Absoloni in Cesarea Capadochię Lucae episcopi Primitivi in Portu Romano Pauli Secundolae Ianuariae. — MON. : Natalis sanctorum Heroli Lorgi Absalmoni Cesarea Cappadociae Luci episcopi Pauli. — RICH. : In Caesarea Capadocia Lucii episcopi et Romae Primitivi Erolii Georgii Absaloni Secundulae Ianuarii.

## MART. 2

1. HEROLI] *Ad diem 24 feb. observatum est omnia paene nomina a die* VI non. mart. *ad diem* VI kal. mart. *errore translata esse. Herolus igitur seu Herulus, Erylus*[1], *qui feb. 23, n. 44, et 24, n. 13 nuntiatus est, ab hoc nostro, ceterum ignoto, alius non est.*

2. GEORGI] *Al. Gorgii. Breviarium Syriacum: ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Γορδιανὸς ὁ μάρτυς. Est ille Gordius, quem laudavit S. Basilius*[2] *et Graeci nunc recolunt die 3 ian.*[3]. *Extra locum aberravit indicium: Caesarea Cappadociae (n. 5, 6). Germana lectio est:*

**in Caesarea Cappadociae Gordii.**

*Ad diem 24 feb., n.15, lectio codicum erat: Syrgi, unde Florus Lugdunensis:* Apud Caesaream Cappadociae natale beati Sergii martyris. *Quibus haec addidit Ado:* cuius gesta praeclarissima habentur[4]. *Haec autem intellexisse videtur de gestis SS. Sergii et Bacchi. Adonianus laterculus vix immutatus, ad diem 24 feb. in martyrologium Romanum transiit.*

3. ABSOLONI] *Solus menti occurrit Petrus ille ὁ καὶ Ἀψέλαμος cuius martyrium descripsit Eusebius*[5] *et commemoratio habita est die 11 ian. Quoniam et iste Caesariensis martyr est, utique Palaestinensis non Cappadox — altera saepe pro altera ponitur Caesarea a martyrologis — Gordio Caesariensi in his fastis sociatus fuisse videtur ab interpolatore.*

5. CAESAREA] *Non Lucius quemadmodum est in codicibus, sed Gordius, n. 2, Caesareae adiungendus est.*

7. LUCI] *Procul dubio Lucius episcopus Romanus, cuius anniversaria dies proxime 4 mart. celebratur. Plurimos cumulavit errores qui in martyrologio Romano haec scripsit:* Caesareae in Cappadocia sanctorum martyrum Lucii episcopi, Absalonis et Lorgii, *quaeque sibi visus est in vetustis Bedae exemplaribus repperisse. Ex his unus est Cappadox, Gordius, non Lorgius; unus Palaestinensis, Abselamus; unus tandem Romanus. Scribere enim debebat qui Lucium a die 4 amovit:*

**<Romae> Lucii episcopi.**

9. PRIMITIVI] *Variis diebus variisque locis in libris nostris nuntiatur Primitivus, quandoque perperam Primitiva, nempe 24 feb., 2 mart., 26 april., in Portu Romano; 10 et 12 iul. via Praenestina; 23 iul. via Collatina; 27 iun. (et olim 18 iul.) via Tiburtina. In gestis S. Symphorosae et filiorum Primitivi locus est Via Tiburtina, dies vero 18 iul.*[6]*: in Passione autem S. Stephani, via Latina, 1 aug.*[7]*; tandem in Passione S. Getulii corpus eius in lacum Gavis proiectum, die 26 april. collectum fuisse narratur sepultumque in arenario*[8], *procul dubio Via Praenestina. Et quidem Gabiis (Castiglione) fuit ecclesia Sancti Primitivi cuius adhuc rudera supersunt*[9]. *Habentur etiam litterae Conradi Sabinensis episcopi, anno 1148 datae, quibus dirimitur lis inter ecclesiam Sancti Iohannis ante Portam Latiham una cum ecclesia Sanctae Praxedis, et ecclesiam Sanctae Mariae Cryptae Ferratae, de possessione* duarum partium ecclesiae Sancti Primitivi[10]. *Conieceris ergo S. Primitivi corpus quievisse in territorio Gabino, via Praenestina,* in cimiterio, *ut habent codices; eidemque ecclesias dicatas fuisse tum in via Collatina, quae Praenestinae proxima erat, tum in Portu Romano. De viis Tiburtina et Latina quoniam nullius ponderis esse constat quae ex Gestis S. Symphorosae et S. Stephani afferuntur, silere praestat. De die depositionis merito ambigitur. Mensis iulii 10mo vel 12mo favere censetur martyrologium, quippe quod his diebus ipsum passionis locum designet; ex Gestis tamen Getulii commemoratio 26 aprilis non tam ad Portum Romanum, ut est in codicibus nostris, quam ad viam Praenestinam referenda est. Ad trinum nunc laterculum 24 feb., 2 mart., 26 april., qui tandem unus est (VI kal. mart., VI non. mart., VI kal. mai) gradum faciamus. Principium errorum est quod a VI kal. maii Primitivus ad VI non. mart. relatus fuit; inde autem, cum reliquis huius diei sanctis, VI kal. mart. ascriptus. Neque hic perturbandi finis. Iterata enim hodierna mentio* item Primitivi Pali (Pauli) *secundis curis a die VI kal. mart. assumpta est. Hac autem neglecta, scribendum videtur:*

**in Portu Romano Primitivi**

*ut in laterculo diei 26 aprilis.*

15. IN CIMITERIO] *Nisi haec ab interpolatore ex ingenio addita, ad locum depositionis via Praenestina referenda videntur. Hinc oritur suspicio in laterculo 26 aprilis S. Primitivum olim proprio loco non vero Romae in Portu assertum fuisse, reique testes remansisse vocabula* in cimiterio.

19. PALI] *Sane legendum Pauli, ut ad diem 24 feb. ab interpolatore scriptum est. Postquam enim Primitivus cum ceteris a 2 mart. ad 24 feb. migraverat, huc rediisse credendus est cum Paulo, ut ad n. 9 declaratum est.*

20. SECUNDULAE] *Feb. 28 et mart. 1: Secundillae.*

21. IANUARIAE] *Al. Ianuarii, mart.1, n.31. Martyrologii Romani annuntiatio, quam veteribus*

[1] VERGIL., *Aen.*, VIII, 563. — [2] *BHG*². 703. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 367. — [4] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 328. — [5] *Mart. Palaest.*, X, 2. — [6] *BHL.* 7971, n. 6. — [7] *BHL.* 7845, n. 24. — [8] *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 267. — [9] T. ASHBY, *Classical Topography of the Roman Campagna*, in *Papers of the British School*, t. I (1902), p. 195; G. TOMASSETTI, *La Campagna Romana*, t. III (1913), p. 497-506. — [10] P. FEDELE, *Tabularium S. Praxedis*, in *Archivio della R. Società Romana di Storia patria*, t. XXVIII (1905), p. 45-46.

*manuscriptis*

*manuscriptis comprobari asserit Baronius, haec est:* in Portu Romano sanctorum martyrum Pauli, Heraclii, Secundillae et Ianuariae. *De Paulo modo dictum est (n. 19). Heraclius autem est pro* H e r o l i *(n. 1), neque ullus est qui ad Portum Romanum pertineat.*

ADDITAMENTA] L u c i o s a e*: mart. 3, n. 65:* L u c i o l a e.

---

# V NON. MART.

**I**

**In Affrica Floriani Felicis Casti Lucioli Iusti Furtunati et aliorum XL Marciae Herotis Quirilli Maurini**

**II**

**Felicis Lucioli Iusti Furtunati [a] Marciae Hierotis Antigoni Ianuarii Tutellae Gabiani. Quiri Iulii Marini item Felicis Floriani**

**Donati Furtuni Hebiani Gagi Paulae Gaiosae Gallae [b]. in Africa Caiolae Felicis et depositio reliquorum Emeteri Celedonii item Felicis Sabiniani. Calagori item Emeteri [c] item Celedoni [d] item Iuli Felicis Marini Donatae Nicefori Carissimi Claudiani Papiae Luciolae Felicis Sabiani Iunulae Focii Asteri Georgi [e] Sisinni [f] Basili [g] Artilai [h] Isici Cirici Eutici Gorgoni Antoni Frunimi Asclipi Casti Soli [i].**

*Addunt codices pleniores :* a) martiani C. — b) lupicini C. — c) felicis SMKLV ; item felicis C. — d) felicis W. — e) sici S ; isici CWMKLV. — f) casti SCWMKLV. — g) foli S ; soli CWMKLV. — h) antoni SW ; antonii CMKLV. — i) zosimi C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. aff̄ E | 19. furtunate S | 20. marcie B | 21. herotis W¹ ; herentis S | 23. ianuari SW | 24. tutelle B ; tutillae S | 25. gabiane S | 27. iuli SW | 34. helbiani BW ; elbiani S | 36. paule BS | 37. gaiose BS | 38. galle BS | 40. aff̄ E | 41. gaiule B ; gaiole S ; gaiolę W | 43-45. *om.* E | 47. celedoni BS ; celledoni W | 48. *om.* E | 50. sabianiani E ; saviniani SW | 51. calogori B ; galogori W ; galgori S | 52. *om.* E | 53. meteri E ; emetere S¹ ; emiterii S² | 54. it̄ E | 55. cęledoni W ; celedonii S² | 56. *om.* E | 57. iulii B ; iuliae S ; iulę W | 60. donate BS | 64. papie S | 65. luciole BS ; item *add.* B | 66. *om.* SW | 67. sabianię S | 68. iunule S | 69-70. asteri focii SW | 69. fovi E | 71. georgii BS | 73. basilei B¹ ; baselii B² ; casti basillii soli S (*cf.* 82-83). | 74. artilas BSW ; antoni *add.* S | 75. ysicii B ; *om.* SW | 76. cyrici BW | 79. *om.* SW | 80-81. asclipi frunimi W ; asclippi frunimi S | 82-83. *om.* SW (*cf.* 73).

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Nat. Felicis Lucioli Iusti Furtunati Marciae Hierotis Antigoni Ianuarii Tutellae Gabiani Quiri Iuli Marini item Felicis Floreani Donati. — MON. : Felicis Lucioli Iusti Furtunati Marciae Herotis Antigioni Gaviuli (*2 m.* Gaiuli). — RICH. : In Affrica Floriani Felicis Casti Furtunati et aliorum XL Lucioli Iusti Martiae Hierotis Antigoni Ianuarii Gabiani Quiri.

## MART. 3

*1.* IN AFFRICA] *Qui rem obiter inspexerit, unum hodie laterculum Africanum agnoscet, ab Hispanis semel interruptus. Revera tamen nomina non pauca peregrina sunt, et proximis quoque diebus occurrunt. De singulis, si quid opus est, nunc inquirendum.*

*3.* FLORIANI] *Recurrit mart. 4, n. 64. Lege quae ad n. 5 annotata sunt.*

*4.* FELICIS] *Insuper n. 42, 49, 58, 66, et mart. 4, n. 58.*

*5.* CASTI] *Etiam n. 82 ; ian. 27, n. 54 et mart. 4, n. 75. In loco cui nunc nomen est Bordj Rdir reperta est « mensa martyrum » ita inscripta:*

MESA CASTI
ET FLORI
MARTVRES

*nulla praeterea diei vel mensis addita nota. Qui autem commentario titulum illustravit in martyrologio Hieronymiano ad hunc diem Castum et Florum repperisse sibi visus est [1]. At Florum frustra requiro ; vix enim* F l o r i a n u s *(n. 3, 31) pro Floro scribi potuit.*

*6.* LUCIOLI] *Nudum nomen. Infra, n. 65:* L u c i o l a e.

*7.* IUSTI] *Etiam proximis diebus feb. 21, n. 33 ; 25, n. 5; 26, n. 5 ; mart. 5, n. 33.*

*8.* FURTUNATI] *Proximis diebus feb. 21, 24 (Fortunatus), 25, 26, mart. 4. Infra n. 33:* F u r t u n i.

*10.* ALIORUM XL] *Fortunato potius quam cuivis alii hos esse annectendos nulla ratio suadet.*

*12.* MARCIAE] *Nudum nomen. In codice C,* M a r t i a n i.

*13.* HEROTIS] *Al.* H i e r o t i s. *Feb. 23, n. 19, =* S y n] e r o t i s, *cum apocope.*

*14.* QUIRILLI] *De quo postridie. In breviario Syriaco, die 4 mart. nuntiatur* Κυρῖνος,

[1] P. MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 318.

*martyr*

*martyr Nicomediensis, in synaxariis autem Graecorum* Κύριλλος [1].

*15.* MAURINI] *Al.* M a r i n i, *n. 28, 59. Iam Floro Lugdunensi visus est Marino cohaerere* A s t e r i u s (*n. 70*). *Horum prior, auctore Eusebio, martyrium passus est Caesareae Palaestinae, et ab Asterio sepulturae traditus :* ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, Μαρῖνος τῶν ἐν στρατείαις ἀξιώμασι τετιμημένων γένει τε καὶ πλούτῳ περιφανὴς ἀνήρ[2]. *Haec vero de Asterio :* Ἀστύριος ἐπὶ τῇ θεοφιλεῖ παρρησίᾳ μνημονεύεται, ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥώμης συγκλητικῶν γενόμενος βασιλεῦσίν τε προσφιλὴς καὶ πᾶσι γνώριμος, εὐγενείας τε ἕνεκα καὶ περιουσίας· ὃς παρὼν τελειουμένῳ τῷ μάρτυρι τὸν ὦμον ὑποθείς, ἐπὶ λαμπρᾶς καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ἄρας τὸ σκῆνος ἐπιφέρεται, περιστείλας τε εὖ μάλα πλουσίως, τῇ προσηκούσῃ ταφῇ παραδίδωσιν[3]. *Quae autem addit versio Rufiniana :* honorem quem martyri detulit continuo ipse martyr adsequitur [4], *apud Eusebium frustra requiras. Non ideo tamen spernenda videntur* [5]. *In menaeis Graecorum, ad diem 7 aug. solus Asterius obiter commemoratur :* Ἀστέριος ὁ συγκλητικὸς ξίφει τελειοῦται [6]. *Nihilominus Florus illico audiendus non est, neque velut certa accipienda eiusdem lectio :* Apud Caesaream Palaestinae sanctorum martyrum Marini militis et Asteri senatoris, *cet., quam secutus est Ado, et tandem etiam martyrologium Romanum.*

*22.* ANTIGONI] *Infra recurrere videtur, n. 79 :* A n t <i g> o n i. *Lege tamen quae eo loco dicta sunt, et etiam ad feb. 27, n. 5.*

*23.* IANUARII] *Centies recurrit* I a n u a r i u s *in fastis, non ita quae sequitur* T u t e l l a, *solo nomine nota.*

*25.* GABIANI] *Id unum notandum habemus elementa communia habere nomina quae mox occurrunt* H e b i a n i, *n. 34,* S a b i n i a n i, *n. 50,* S a b i a n i, *n. 67, eaque fortassis ad unum idemque referenda esse.*

*26.* QUIRI IULII] = Q u i r i l l i, *n. 14, seu Cyrilli. Scriptor prae oculis habuerit* I u l i, *infra n. 57.*

*28.* MARINI] = M a u r i n i, *n. 15.*

*32.* DONATI] *Etiam mart. 4, n. 65 ; infra, n. 60 :* D o n a t a e.

*33.* FURTUNI] *Etiam mart. 4, n. 54. Supra, n. 8 :* F u r t u n a t i.

*34.* HEBIANI] *Vid. supra, ad n. 25. Mart. 4, n. 59 :* P e l v i a n i.

*35.* GAGI] *Etiam mart. 4, n. 60, 69.*

*36.* PAULAE] *Mart. 4, n. 52 :* P a u l i.

*37.* GAIOSAE] *Mart. 4, n. 57 :* G a g i o r a e. *Cognata videntur n. 35 :* G a i, G a g i; *n. 41 :* C a i o l a e *al.* G a i u l e, *et, ni fallor,* G a l l a e, *n. 38 ; videturque proximum vocabulum, n. 51 :* C a l a g o r i *al.* G a l o g o r i, *nominis unius varias induxisse corruptelas.*

*38.* GALLAE] *Legendumne* G a i a e ? *Vide quae modo dicta sunt ad n. 37.*

*41.* CAIOLAE] = G a i o s a e, *n. 37.*

*42.* FELICIS] *Etiam n. 4, 49, 58, 66 et mart. 4, n. 58.*

*45.* RELIQUORUM] *Legendum esse* r e l i q u i a r u m *quis dubitet? Illa tamen depositio reliquiarum non videtur esse SS. Emeteri et Celedonii, n. 53, 55, quorum nomina proprio loco post Calagori, n. 51, posita, perperam n. 46, 47 iterantur. Hac certe dictione martyrum anniversarius dies designari non solet, sed potius* i n g r e s s u s r e l i q u i a r u m *ad dedicandam basilicam. Quorumnam autem sanctorum reliquiae hodie commemorentur, divinando assequi non possumus.*

*46.* EMETERI] *Infra, n. 53, cum* C e l e d o n i o, *n. 55.*

*49.* FELICIS] *Etiam n. 4, 42, 58, 66 et mart. 4, n. 58.*

*50.* SABINIANI] *Neque de Senonensi* [8] *neque de Trecensi* [9] *Sabiniano cogitemus oportet. Cf. supra, ad n. 25.*

*51.* CALAGORI] *Calagurris, nunc Calahorra. Notissimus est Prudentii hymnus* in honorem sanctorum martyrum Emeterii et Chelidonii Calagurritanorum [10], *et alter :* de loco in quo martyres passi sunt nunc baptisterium est Calagurri [11]. *Horum priore usus est Gregorius Turonensis, agens* de Emeterio et Celedonio martyribus [12]. *Inscriptum est par martyrum in calendariis mozarabicis ad hunc diem* [13]. *Certa proinde est lectio :*

**Calagori Emeterii et Celidonii.**

*57.* IULI] *Iulii, Romani pontificis memoria, hodie anticipata, in diem 4 martii errore relata esse, suo loco ostendetur.*

*58.* FELICIS] *Etiam n. 4, 42, 49, 66 et mart. 4, n. 58.*

*59.* MARINI] *Supra, n. 15 :* M a u r i n i, *et n. 28. An et mart. 4, n. 63 :* M a r i ? *Lege quae eo loco annotata sunt.*

*60.* DONATAE] *Mart. 4, n. 65, et supra, n. 32 :* D o n a t i.

*61.* NICEFORI] *Mart. 1, n. 16. Huic socii adiungendi sunt* C l a u d i a n u s, *n.63, et* P a p i a s, *n. 64, de quibus feb. 28, n. 1 et mart 6.*

*62.* CARISSIMI] *Mart. 1, n. 15 :* C a r i s s i *et mart. 6, n. 46 :* C a r i s i.

*63.* CLAUDIANI] *Cum* P a p i a e, *cf. n. 61.*

*65.* LUCIOLAE] *Supra, n. 6, 17 :* L u c i o l i.

*66.* FELICIS] *Etiam supra, n. 4, 42, 49, 58 et mart. 4, n. 58.*

*67.* SABIANI] *Cf. supra, ad n. 25.*

*68.* IUNULAE] *Nudum nomen. Cf. mart. 6, n. 66 :* I a n u l i.

*69.* FOCII] *Martyr Nicomediensis* Φώτιος, *cum* A r c h e l a o (*n. 74*) *die 4 mart. breviario Syriaco et nostris libris inscriptus.*

*70.* ASTERI] *Etiam mart. 4, n. 36. Supra, ad n. 15.*

*71.* GEORGI] *Id est* G o r d i i *Caesariensis, cuius commemoratio pridie, n. 2, habita est.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p 506. — [2] *Hist. eccl.*, VII, 15. — [3] *Hist. eccl.*, VII, 16. — [4] MOMMSEN, p. 671. — [5] J. E. L. OULTON, in *Journal of Theological Studies*, 1929, p. 150-74. Cf *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 133. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 874. — [7] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 296. — [8] *BHL.* 7413-7418. — [9] *BHL.* 7438-7441. — [10] *Peristeph.* I. — [11] *Peristeph.* VIII. — [12] *In gloria martyrum*, c. 92. — [13] FÉROTIN, *Le Liber Ordinum*, p. 456-57.

72. SISINNI] *Etiam mart. 4, n. 37 et 51. Unus est ex sociis S. Adriani Nicomediensis, de quo mart. 4, n. 82.*

73. BASILI] *Etiam mart. 4, n. 43. Huius martyris, ceterum ignoti, nomen ansam Adoni praebuit memoriam SS. Iovini et Basilei, de quibus dictum est ad 25 dec., die 3 mart. collocandi. Quem pridie secuti sunt Romani martyrologii compilatores.*

74. ARTILAI] *Lege* A r c h e l a i. *'Αρχέλαος enim Nicomediensis die 4 mart. breviario Syriaco cum Photio (n. 69) inscriptus est.*

75. ISICI] *Ita plerumque codices nostri pro* H e s y c h i i. *Hesychium cum* C y r i c o *(n. 76) vel* C y r i a c o *Nicomediae asserit, ad diem mart. 1, breviarium Syriacum* : ἐν Νικομηδείᾳ Κουρικᾷ καὶ <Ἡ>σύχι<ο>ς. *Libens proinde scripserim* <Nicomedia> Cyrici et Isici, *nisi suspicio esset Nicomediam solius Cyrici palaestram esse, alia, id est Antiochia, quae Hesychii propria est, casu suppressa. De his ad 4 mart., n. 32.*

76. CIRICI] *Ex modo dictis ad n. 75, tuto scribi opinamur :*

**<Nicomedia> Cirici.**

77. EUTICI] *Etiam mart. 4, n. 44.*

78. GORGONI] *Ut videtur, Gorgonius ille Nicomediensis, de quo agitur 11 mart., errore a* V id. mart. *ad* V non. mart. *delatus.*

79. ANTONI] *Supra, ad n. 22, hanc esse iteratam memoriam* A n t<i g>o n i *subdubitando coniectavimus. Notatu dignum est postridie occurrere* A n t o n i n i *(n. 71). Hinc coniectura nonnihil debilitatur, quamquam* A n t o n i n i *ex* A n t o n i *facile oriri potuit.*

80. FRUNIMI] *Mart. 4, n. 72. Lege quae annotata sunt ad mart. 14, n. 12.*

81. ASCLIPI] *Mart. 4, n. 50 et 73 :* A s c l e p i a d i s.

82. CASTI] *Supra, n. 5, et mart. 4, n. 75.*

83. SOLI] *Al.* F o l i *(S). Legendum crediderim* F o t i *seu* P h o t i. *Qui enim hodie scribunt* C a s t i, S o l i, *die 4 mart.* C a s t i F o r t i *exhibent, ubi* F o r t i *pro* F o t i *positum verisimile est.*

A DDITAMENTA] M a r t i a n i, *supra, n. 12 :* M a r c i a e.

S i c i, *supra, n. 75 :* I s i c i, *id est Hesychi.*

---

# IV NON. MART.

| I | II |
|---|---|
| **Romae martyrum X. item Romae Iuli episcopi et aliorum XXVI. et alibi** | **Natale martyrum DCCorum. Rome in cimiterio Calesti via Appia depositio Iulii episcopi et aliorum XXVII et alibi** |

**Fati Arcilai Palatini in mare mersi Asteri Uruni Sisinni Philippi Herefili Tipeciri Grigori Basili Eutici Victorini Pecculi Quirini Eutoci Honorati Asclepiadis Sisinni Pauli Luci Fortuni item Luci Gagiorae Felicis Pelviani Gagi Iuli Rustici Mari Floriani Donati Hilariani Fortunati item Gagi Pilici Antonini Frunimi Asclepiadis Furtunionis Casti Forti et aliorum numero XVI. Nicomedia Andriani cum aliis numero XXIII.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 2. martyr̄ E | 4. it̄ E | 5. rom̄ E | 7. ep̄i E | 14. marty̅ B | 15. DCCCrum W ; DCCC(to)rum S | 16. rom̄e W | 17-21. *om.* SW | 22. depos̄s W | 23. iuli SW | 24. *add.* roti SW (*cf.* 30) | 28-30. *om.* SW | 30. proti B¹ ; roti B² | 31. archiles B ; archilai SW ; *add.* gagi SW (*cf.* 60) | 33-35. *om.* E | 34. mari SW | 37. orani B ; urani SW | 38. *add.* pauli SW (*cf.* 52) | 39. philipi E ; filippi B | 40. herifeli BW ; hel feli S ; *add.* basili W ; basiliti S (*cf.* 43) | 41. tipecini E ; cipeciri W ; perici S | 42. gregori SW ; gregorii B | 43. baselii B ; *om.* SW | 44. cutici S | 45. victurini BSW | 46. peceuli E ; pecculli W ; peculli S | 47. quirenni B ; *add.* item B² | 48. eutici B ; *om.* SW ; *add.* mari SW | 50. asclipiades B ; asclipiadis SW | 51. *add.* felici S ; felicis W (cf. 58) | 52. *om.* SW | 53. lucii B ; *add.* gaiose SW (*cf.* 57) | 54. furtuni ES²W ; furtune S¹ | 55. *om.* E | 56. lucii B | 57. gaiosę B ; *om.* SW | 58. *om.* SW | 60-61. *om.* SW | 63. *om.* SW | 66. helariani B¹SW | 67. furtunati BSW | 68. *om.* E | 70. pylici BSW | 71. antonine B | 72. prunimi B | 73. asclipiades B ; asclipiadis SW | 74. furtunonis E | 75. *add.* item furtunionis B | 76. fortii SW | 79. *om.* E | 80. ///XVI B | 81. nicom̄ E ; *add.* passio sanctorum SW | 82. adriani SW | 83. cū E | 84. alis E | 85. numerum W ; *om.* ES | 86. XXXIII BSW ; *add.* et est transitus domni chrotgango archiepo W².

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae in cymiterio Calisti nat. sanctorum martirum octogentorum et depositio Iulii episcopi sive Luci episcopi Nicomediae passio sanctorum Adriani cum aliis XXXIII. — MON. : Natalis martyrum CCCCorum Romae in cimyterio via Appia depositio Iuli episcopi Rutuli (*2 m.* Rotuli) Gagi. — RICH. : Rom. in cymiterio Calisti Iulii episcopi et natale octingentorum martyru(m) et alibi Roti Arcelai Palatini Nicomedia Andreani.

MART.

## MART. 4

*1.* ROMAE] *Dubius haereat oportet quicumque legit hinc martyres X Romae passos (n. 1-3), inde (n. 13-15) martyres DCC, seu ut rectius scribunt nonnulli eius propaginis codices DCCC* [1], *suppresso quovis loci indicio. De numero martyrum quid statuendum sit, primum expediamus. Acute perspexit v. c. Duchesne in unam eandemque lectionem refundenda esse signa X et DCCC, cum DECE ex DCCC confingi potuerit. Ordine inverso commutationem factam esse crediderim, et non centenos sed decem martyres commemorari ostendere conabimur. Interim, de loco ubi passi sint. Romanos martyres agnoscit Florus Lugdunensis :* Romae via Appia sanctorum martyrum octingentorum qui sunt positi in cimiterio ad sanctam Caeciliam [3]. *Ita et Ado eiusque sequaces ad Romanum usque martyrologium, nisi quod* martyrum nongentorum *scribunt. Quis Floro non consentiat cum legerit Epitomen de locis sanctorum martyrum :* Iuxta viam Appiam... sanctus Colocerus et sanctus Parthenius per se singuli iacent et DCCC martyres ibidem requiescunt. *Et Itinerarium Salisburgense :* ... S. Caecilia virgo et martyr LXXX martyres ibi requiescunt deorsum [4], *ubi tamen notabile est de numero martyrum* octingentis *vel* octoginta *dissidium. Mirum sane est post actatem Callistianam immanem martyrum stragem in litteris nullum reliquisse vestigium, et frustra a peritis requisitum esse in coemeterio locum ubi ingens illa multitudo reposita fuerit* [5]. *Hinc nascitur opinio polyandrium, in quo multorum fidelium ossa, e loculis eruta, necessitate faciente congesta fuerant* [6], *pro martyrum sepultura paulatim haberi coepisse. Quicquid id est, nec itinerariorum testimonio neque Floro suffragari videtur codicum nostrorum lectio. Quod enim Romae, et quidem in coemeterio Callisti (ut est in cod. Cambr.), quiescere dicuntur martyres decem vel octingenti, id ex laterculorum perturbatione facile declaratur. Haec enim quae ad depositionem Lucii (al. Iulii) pontificis referuntur, suo loco mota sunt et cum martyrum turma perperam coniuncta. Neque id ex arbitrio a nobis asserta quisquam opinetur. Etenim plane similem annuntiationem reperimus die 25 mart.,* X martyrum *in priore recensione,* CCCC martyrum *in altera (ubi procul dubio prius scriptum erat* DCCC martyrum*), utrobique suppresso loci indicio. Hi autem martyres, si quid video, numero decem, Palaestinenses sunt, non Romani, a die 25 mart. ad 4 mart., errore an libidine scribentis nescio, relati.*

*6.* IULI] *Iam ad diem feb. 8, n. 17 notatum est non levem perturbationem in libris nostris ortam esse ex errore* I u l i *pro* L u c i *et vice versa scribentium. Iulius pontifex die 4 mart. recolendus non erat, quippe cuius depositio incidat in 12 aprilis.* L u c i u s *hodie in martyrum ignotorum turba bis (n. 53, 56) recensetur, et indubie in locum Iulii supponendus est, laterculo ceterum integro remanente. Consentit — si unum dempseris diem — Depositio episcoporum :* III non. mart. Luci in Callisti, *et Liber Pontificalis :* a Valeriano capite truncatus est III non. mart., *ubi additur :* sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VIII kal. sept. [7]. *Quae ita componere conatus est Rossius ut diem III non. mart. de prima sepultura, in locello plumbeo, intellegeret, VIII kal. sept. de perpetua* [8]. *Hanc autem sententiam minime amplexus est Duchesne, et quidem iure merito* [9]. *Ceterum depositionis locus rite exprimitur, ibique repertus est pontificis titulus sepulcralis: ΛΟΥΚΙC. Notatu dignum est Lucium aeque ac Cornelium a Cypriano inter martyres connumerari :* Servandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelii et Lucii honor gloriosus [10], *quamquam Depositioni martyrum Romae inscriptus non est. Laterculum tandem ita restituamus :*

**Romae in cimiterio Callisti via Appia depositio Lucii episcopi.**

*Silentio premenda non sunt quae acute et operose, suo more, congessit Rossius ut ostenderet qua] tandem de causa factum sit ut hodie in Lucii locum Iulius sufficeretur. Iulius ille non pontifex Romanus primum censebatur, sed Iulianus quidam, qui inter* Nomina episcoporum *a Xysto III in coemeterio Callisti marmori insculpta* [11] *recensetur, quique fortassis eandem cum Lucio anniversariam habuerit diem. Lucii nomine nescio quo casu deleto, solus Iulianus, postea in Iulium commutatus, remanserit. Unde ita restituenda esset annuntiatio :* Romae in cimiterio Callisti via Appia depositio Luci episcopi et Iuliani episcopi et aliorum XXVI [12]. *De vocabulis* aliorum XXVI *mox dicendum erit. Cetera luculenter deducta sunt. Utinam certiora essent.*

*9.* ALIORUM XXVI] *Alias, n. 27 : XXVII, n. 80 : XVI. E laterculo breviarii Syriaci mox adducendo palam fiet his numeris mendose exprimi socios XVII martyrum Nicomediensium Photii, Archelai et Cyrini.*

*30.* FATI] *Infra, n. 76 :* F o r t i, *lege* F o t i, *praelucente breviario Syriaco :* ἐν Νικομηδείᾳ Φώτι<ο>ς καὶ Ἀρχέλαος καὶ Κυρῖνος καὶ ἑπτακαίδεκα ἕτεροι μάρτυρες. *Synaxaria Graecorum :* καὶ τῶν τριῶν μαρτύρων Ἀρχελάου, Κυρίλλου καὶ Φωτίου. *De Archelao (n. 31) nullus est disceptandi locus. Qui hodie Quirinus (n. 47) cum syriaco scribitur, heri, ad modum Graecorum, Quirillus (mart. 3, n. 14) dictus, in Africam*

[1] Codices MKLV. — [2] « On voit très bien comment de la leçon DCCC on a fait DECE(M). » L. D.— [3] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 328. — [4] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [5] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 155-61. — [6] WILPERT, *Die Papstgräber und die Cäciliengruft in der Katakombe des hl. Kallistus* (Freiburg i. B., 1909), p. 68-73. — [7] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, pp. 68, 153. — [8] *Roma sott.*, t. II, p. 62-63. — [9] T. c., p. 153, n. 5. — [10] *Epist.* LXVIII. — [11] *Roma sott.*, t. II, p. 48. — [12] *Roma sott.*, t. II, p. 64-65.

*relegatus*

*relegatus est.* Nicomedia *(n. 81), qui Adriani et sociorum locus esse asseritur, et recte, etiam Photii et sociorum esse patet. Cetera (n. 32-35) a sanctis Nicomediensibus aliena sunt. Ergo scribendum :*

**<Nicomedia> Photii, Archelai, Quirini et aliorum XVII.**

*32.* PALATINI] *Militis* palatini in mare mersi *nomen hodie excidit, quod heri habuimus (n. 75)* Isici *seu* Hesychii. *Hac enim ipsa die Graeci memoriam agunt* Ἡσυχίου, *qui erat* πρῶτος τοῦ παλατίου *et lapide ad collum ligato iussus est non quidem in mare sed in Orontem fluvium praeceps dari* [1]. *Reliquam eius laterculi partem aliunde expiscemur oportet, id est :* Antiochia Syriae *(mart. 5, n. 7, 22, 30, 31). Quibus adductis, sit tandem :*

**Antiochia Syriae Isici palatini in mare mersi.**

*De Hesychio Antiocheno et aliis diebus sermo erit, praecipue 30 maii et 18 nov. In breviario Syriaco nuntiatur 29 maii, 26 aug., et, ni fallor, proximo die 1 mart., ubi videtur Nicomediensibus conumerari :* ἐν Νικομηδείᾳ Κουρικᾶ καὶ <Ἡ>σύχι<ο>ς. *Cum de martyre Bithyniensi Hesychio nihil compertum sit, ex hoc laterculo, ut passim factum esse novimus, excidisse crediderim nomen alterius civitatis :* ἐν Νικομηδείᾳ Κουρικᾶ καὶ <ἐν Ἀντιοχείᾳ> Ἡσύχιός.

*36.* ASTERI] *Mart. 3, n. 70. Cf. n. 15.*

*37.* URUNI] *An* Vict] ur(i)ni *? infra, n. 45.*

*38.* SISINNI] *Ex societate S. Adriani, infra, n. 82, et 51. Iam heri, n. 72.*

*39.* PHILIPPI] *Nudum nomen.*

*40.* HEREFILI] *Conferri potest cum* Heribi, *mart. 5, n. 15, non ita remotum ab* Hesichi *(supra, n. 32), quae tamen ratio scribendi aliena est ab usu codicum nostrorum :* Isici.

*41.* TIPECIRI] *Prava lectio, neque ulla occurrit emendatio.*

*42.* GRIGORI] *Si quis necessitudinem quandam agnoscere sibi videbitur inter* Grigori, Calagori, Galogori, Gagiorae *(n. 57) equidem non contradicam. Cf. mart. 3, ad n. 37.*

*43.* BASILI] *Mart. 3, n. 73.*

*44.* EUTICI] *Infra, n. 48 :* Eutoci, *ceterum ignoti. Cf. feb. 28, n. 14.*

*45.* VICTORINI] *De quo feb. 28, n. 11, et mart. 6, n. 4. Supra, n. 37.*

*46.* PECCULI] *Lectio corrupta videtur.*

*47.* QUIRINI] *In breviario Syriaco :* Κυρῖνος. *Supra, ad n. 30.*

*48.* EUTOCI] *Supra, n. 44 :* Eutici.

*49.* HONORATI] *Feb. 24, n. 62.*

*50.* ASCLEPIADIS] *Infra, n. 73, et mart. 3, n. 81.*

*51.* SISINNI] *Supra, n. 38.*

*52.* PAULI] *Mart. 3, n. 36 :* Paulae.

*53.* LUCI] *Romani pontificis, de quo supra, ad n. 6. Recurrit n. 56.*

*54.* FORTUNI] *Mart. 3, n. 33, infra, n. 67 :* Fortunati; *n. 74 :* Furtunionis.

*56.* LUCI] *Supra, n. 53.*

*57.* GAGIORAE] *Mart. 3, n. 37 :* Gaiosae. *Cf. supra, n. 42.*

*58.* FELICIS] *Mart. 3, n. 4, 42, 49, 58, 66.*

*59.* PELVIANI] *Cf. mart. 4, n. 34 :* Hebiani.

*60.* GAGI] *Infra, n. 69, mart. 3, n. 35. Cf. ibidem, n. 37. Floro Lugdunensi debetur annuntiatio quae in martyrologium Romanum transiit :* Sancti Caij palatini in mare demersi et aliorum viginti septem. *Palatinum illum non Gaium sed Hesychium esse ostendimus (n. 32), socios viginti septem non Gaii sed Adriani esse ostendemus (n. 82).*

*61.* IULI] *Supra ad n. 6, 23.*

*62.* RUSTICI] *Mart. 5, n. 14.*

*63.* MARI] *Cf. ad mart. 3, n. 15, 28 :* Marini; *mart. 5, n. 16 :* Maris; *mart. 5, n. 40, 41 :* Martini, Marci, *sed et supra, n. 34 :* mare.

*64.* FLORIANI] *Mart. 3, n. 3.*

*65.* DONATI] *Mart. 3, n. 32.*

*66.* HILARIANI] *Nudum nomen.*

*67.* FORTUNATI] *Supra, n. 54 :* Fortuni.

*69.* GAGI] *Supra, n. 60.*

*70.* PILICI] *Lectio corrupta videtur.*

*71.* ANTONINI] *Mart. 3, n. 79 :* Antoni.

*72.* FRUNIMI] *Mart. 3, n. 80. Lege quae annotata sunt ad mart. 14, n. 12.*

*73.* ASCLEPIADIS] *Supra, n. 50.*

*74.* FURTUNIONIS] *Supra, n. 54 :* Fortuni.

*75.* CASTI] *Mart. 3, n. 82.*

*76.* FORTI] = Foti, *supra, n. 30.*

*79.* NUMERO XVI] *Cum Syriaco scribendum erit XVII. Supra, ad n. 9.*

*82.* ANDRIANI] *Non Adrianus ille Palaestinensis cuius memoria in 5 mart. incidit, sed Nicomediensis, qui 26 augusti colitur a Graecis, fortasse tamen a cognomine huc vocatus.* Ἄθλησις τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Ἀδριανοῦ καὶ Ναταλίας, Ἀττικοῦ καὶ Σισιννίου καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν. Ὁ μάρτυς Ἀδριανὸς καὶ Ναταλ ία ἡ αὐτοῦ γαμετὴ ὑπῆρχον ἐκ πόλεως Νικομηδείας · ἐν τῇ δευτέρᾳ οὖν περιόδῳ τοῦ Μαξιμιανοῦ συνελήφθησαν ἄνδρες χριστιανοὶ τὸν ἀριθμὸν εἴκοσι τρεῖς... [2]. *Hinc certa est lectio :*

**Nicomedia Adriani cum aliis numero XXIII.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. :* Iulii episcopi *sive* Luci episcopi. *Notatu digna est dictio quae librarii dubitationem prodit. Lege quae annotata sunt ad n. 6.*

*Cod. Mon. :* Rutuli, *feb. 25, n. 9.*

*Cod. Rich. :* Roti = *Rotuli, Rutuli.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 505. Cf. *BHL.* 3861. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 923. Cf. *BHG*². 27-29.

# III NON. MART.

**I** | **II**

**In Grecia** | **In Africa**

**Adriani Euvoli [a]. Antiochia passio sancti Focatis. in Africa Petri Rustici Heribi Maris Palatini et aliorum VIIII. item Antiochia Victoris Adriani Pamphili Eusebii Palamarti item Eusebii. Antiochia Syriae Saturnini Iusti Cari Attonis Petri Saturnini et alibi Martini Marci et aliorum numero XXII Barbalabeae.**

*Addunt codices pleniores :* a) eusebii iuliani octavi C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. grē E | 4. afreca W | 6. evoli S ; *add.* eusebi SW (*cf.* 2´) | 7. antioč E ; antiocia W ; in antiochia S | 8. pas̄ EBW | 9. sc̄i EW | 10. focę B ; foce SW | 12. aff̄ E ; afreca W | 13. *add.* eusebi SW (*cf.* 26) | 15-16. heripimaris B ; heribimaris W ; *add.* eusebi S | 17. placidini S | 21. *om.* BSW | 22. antioč E ; anthiochia S ; antioci B ; anthioci W | 23. *add.* item B | 24. arriani E | 25. pampili E ; pamphipili B | 26. *om.* SW | 27-29. *om.* E | 27. palamarti B² ; pala marthi S ; *add.* marci B | 28-29. *om.* W | 30. antioč E ; in antiochia S ; in antiocia W | 31. sirię B ; *om.* SW | 33-39. *om.* W | 33. *add.* syriae S | 34-36. *om.* S | 34-35. cariatonis BW | 36. *add.* item B | 37. *add.* iusti S | 38-39. *om.* S | 38. *om.* E | 40. *add.* petri caria tonis saturnini S, *cf.* 34-36 ; petri cariotonis saturnini W | 41. martii W | 44. num̄ E ; *om.* BSW | 45. XII BSW ; *add.* et SW | 46. barba labeae E ; barba labiae S ; barba labię W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Adriani Euuoli Eusepi Antiochiae passio sancti Foce Victoris Adriani Pampili Siri Saturnini Iusti. — Mon. : In Africa passio sancti Foci Petri Rustici et aliorum VIIII Cesarea Perpetuae et Felicitatis. — Rich. : In Affrica Eoboli Petri Foce martiris Victoris Eusebii alibi Saturnini Marci Martini.

## MART. 5

*1.* in grecia] *In codicibus alterius recensionis:* in Africa *(n. 3, 4). Neutrum autem cum nominibus Adriani et Eubuli componi potest, unde nonnulla male expuncta esse credendum est.*

*5.* adriani] *Ἀδριανὸς καὶ Εὔβουλος in Caesarea Palaestinae sub Firmiliano praeside passi sunt, alter III nonas martias, alter ipsis nonis martiis, testante Eusebio* [1]. *Nomen civitatis* Caesarea *servatum est a cod. Mon., quocum male connectit martyres Carthaginienses.*

**Caesarea <Palaestinae> Adriani et Eubuli.**

*7.* antiochia] *Ter hodie (n. 22, 30) Antiochia a propriis martyribus divulsa apparet. Phocas enim (n. 10) nec Victor (n. 23) nec Saturninus (n. 32) Antiocheni sunt. Et ut de primo rem statim expediamus, nullo modo moveamur oportet Gregorii Turonensis testimonio* de inclyto martyre Foca, *ubi, postquam de SS. Cosma et Damiano dixerat, haec subiungit:* Focas quoque martyr, et ipse his martyribus regione coniunctus, apud Syriam requiescit ; *miracula deinde narrat quae in eiusdem basilica patrantur* [2]. *Haec de sola Sinopensi basilica, quam in Syria collocabat Gregorius, sive huius aetatis usum loquendi secutus, quo totus Oriens uno vocabulo Syria significabatur* [3], *sive formae regionum orientalium ignarus, intellegi possunt. Inter homilias Severi Antiocheni, LXXII*[a] *est* de depositione sacrorum membrorum sanctorum martyrum Procopii et Phocae in illa aede, quae vocatur Michaelis [4]. *Praeterquam quod non corporum integrorum sed particularum translatio tum facta fuisse videtur, si reliquiarum depositio in ecclesia illa Antiochena hodie recoleretur, non solius Phocae sed et Procopii mentio esset. Phocam ergo, seu Focatem Ponto reddamus.*

*10.* focatis] *Librariorum ergo socordia factum est ut Phocas Antiochenus diceretur. Qua de causa hac die nuntietur ignoramus, nec melius componitur commemoratio diei 1 feb.* (*in codice E:* in Ponto Focatis) *cum Graecorum fastis, qui celeberrimum martyrem 22 septembris et 22 iulii recolunt* [5]. *Non minus ideo perspicua est annuntiatio :*

**Passio sancti Focatis.**

*Ceterum nemo mirabitur Florum Lugdunensem, cui astipulatur, post Adonem, martyrologium Romanum, scripsisse :* Apud Antiochiam passio sancti Focae martyris, *cum elogio e Gregorio Turonensi.*

*11.* in africa] *Oriuntur solita dubia de marty-*

[1] *Mart. Palaest.*, XI, 29, 30. — [2] *In gloria martyrum*, 98. — [3] Wolfram, *Der Einfluss des Orients auf die frühmittelalterliche Kultur und die Christianisierung Lothringens*, in *Jahrbuch der Gesellschaft für Lothringische Geschichte*, t. XVII (1905), p. 325. — [4] Assemani, *Bibliothecae apostolicae Vaticanae codicum manuscriptorum catalogus*, t. III, p. 238. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXX, p.267. Haec Severi homilia nunc edita est. M. Brière, *Les homélies cathédrales de Sévère d'Antioche*, in *Patrologia Orientalis*, t. XII, p.71-89, ubi, p. 87, Procopius Caesareae Palaestinae, Phocas Ponto assignantur. De Phoca cf. etiam *Anal. Boll.*, t. c., p. 258, annot. 1. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 67, 69, 835.

*ribus*

ribus Africae tribuendis. *Rusticus* (n. 14) et *Saturninus* (n. 37) nomina sunt ex Passione SS. Perpetuae et Felicitatis notissima, sed et tritissima sunt nec solis Afris propria.

*13.* PETRI] *Etiam infra, n. 36. Ceterum ignotus est.*

*14.* RUSTICI] *Iam heri, n. 62. Vide quae dicta sunt ad n. 11.*

*15.* HERIBI] *Si vera esset coniectura quam dubitanter expressimus mart. 4, n. 40: Hesichi, adducendi essent nn. 30, 31, 16, 17, scribendumque, ut mart. 4, n. 32:* Antiochia Syriae Hesichi palatini <in> mare <mersi>.

*16.* MARIS] *Vestigium esse videtur laterculi mart. 4, n. 34:* in mare mersi.

*17.* PALATINI] *Mart. 4, n. 32.*

*19.* ALIORUM VIIII] *Quinam sint illius agminis duces non liquet.*

*22.* ANTIOCHIA] *Notasse iuvat in breviario Syriaco die 4 mart. nuntiari: 'Αμφίμελος ὁ ἐπίσκοπος ἐν 'Αντιοχείᾳ. Certe nullus Amphimelus est episcopus Antiochenus. Inter nomina quae hodie promunt codices nostri unum est cum Amphimelo pauca saltem habens elementa communia: Pamphilus (n. 25), de quo ceterum nihil traditum est. Hinc occurrit coniectura non plane improbabilis: Antiochia Pamphili, tamen in ambiguo remanente scriptione utriusque nominis tam graeci quam latini.*

*23.* VICTORIS] *Martyr Nicomediensis de quo mart. 6, n. 2.*

*24.* ADRIANI] *Supra, n. 5.*

*25.* PAMPHILI] *Nomen Eusebii n. 26, 29) Pamphilo sociatum, in mentem legentis ingerit martyrem Caesariensem, cuius hodie commemoratio facta sit Antiochiae (supra, n. 22). Quicquid id est, videtur Eusebius in margine a sciolo quodam nomini Pamphili ascriptus, in textum postea irrepsisse.*

*26.* EUSEBII] *Non martyrem sed historiographum Eusebium esse modo asseruimus. Non ita Florus Lugdunensis, qui hoc elogium e farragine hieronymiana confinxit:* sancti Eusebii palatini et aliorum novem. *Ita et Ado et martyrologium Romanum. Palatinum ad Hesychium pertinere indubium est (cf. n. 15), martyres autem VIIII (n. 19) fortuito in codicibus cum palatino, quisquis ille est, conglutinantur.*

*27.* PALAMARTI] *Vocabulum semimixtum. Cf. mart. 4, n. 32-35:* PALA[*tini in*] MAR[*e mers*]I.

*29.* EUSEBII] *Supra, n. 26.*

*30.* ANTIOCHIA] *Ad Hesychium pertinere videtur et ideo ad mart. 4, n. 32 reponendum. Cf. et mart. 5, n. 15.*

*32.* SATURNINI] *Etiam n. 37. Lege quae dicta sunt ad n. 11.*

*33.* IUSTI] *Etiam proximis diebus. Cf. mart. 3, n. 7.*

*34.* CARI] *Cum sequenti vocabulo Attonis, in codicibus nonnullis Cariatonis, utrumque incertum nullisque monumentis comprobatum.*

*36.* PETRI] *Supra, n. 13.*

*37.* SATURNINI] *Supra, n. 32.*

*40.* MARTINI] *Non quidem Martini sed Marini proximis diebus nomen recolitur. Cf. mart. 3, n. 15, mart. 4, n. 63. De lectione codicum proinde merito ambigitur.*

*41.* MARCI] *Hac ipsa die memoriam Μάρκου μοναχοῦ agunt Graeci* [2], *hunc autem in codicibus nostris recenseri nulla ratio suadet. Utinam certa saltem sit lectio. Sed cf. mart. 4, n. 63.*

*44.* NUMERO XXII] *Alias XII. Pridie habuimus: cum aliis numero XXIII (n. 85), quae hodie iterantur.*

*46.* BARBALABEAE] *Solet Hesychium (mart. 4, n. 32, cf. supra, n. 14) comitari celebris martyr Antiochenus Barlaam, al. Barlahas* [3], *de quo fusius ad diem 18 nov. Emendata et certa lectio est hodie:*

**<Antiochia Syriae> Barlahae.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Siri = n. 31, Syriae.*

*Cod. Mon.: Perpetuae et Felicitatis. Ceteri mart. 6, 7.*

[1] « Peut-être s'agit-il d'une commémoration antiochénienne du célèbre martyr Pamphile de Césarée; le nom d'Eusèbe, joint ici à celui de Pamphile, éveillerait cette idée. » L. D. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 509-511. — [3] *Origines du culte des martyrs*, p. 228-30.

# PRID. NON. MART.

**Nicomedia Victoris et Victorini qui per triennium in persecutione apud Appiam civitatem Bithiniae exhibiti cum Claudiano et Bassa uxore eius qui ex laicis tenti atque tormentis adflicti et retrusi in carcerem ibidem vitae suae cursum impleverunt. et alibi Nicapoli Papiae Alexandri. in Africa Diodori Claudiani Carisi Mercori item Claudiani Perpetuae Felicitatis Iocundi [a]. Nicomedia Saturnini Carsi Victoris cum aliis duobus Papiae Nicefori. in Italia Plamfagoni Victorini Ianuli Silvani et Permiae. item in Africa Satiri Saturnini Revocati. item Plamfagoni Italiae Petruni Diodori Nicofori Charisti [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) saturi C. — b) et cessionis et inventio sanctorum martyrum crispini et crispiniani S ; donati vibriani C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. nicom̄ E ; in nicomedia S | 3. *om.* ESW | 4. victurini W | 5-15. *om.* E | 5-36. *om.* SW | 11. appiā B | 13. bittanie B | 16-18. claudiani bassae E | 19-36. *om.* E | 26. turmentis B¹ | 36. inpleverunt B | 38. *om.* SW | 39. neochepoli B ; neochopoli W ; etneo depoli S | 40. papie B ; papae E | 42-43. *om.* SW | 43. aff̄ E | 46-49. *om.* B¹, *add. vero* B² *post* 51 *et partim post* 52 | 47. mercuri W | 48. it̄ E | 51. *add.* item claudiani B² | 52. *add.* curisi mercuri B² | 53. nicom̄ E | 54. saturni EW | 55. cassi BW ; casi S | 57-59. *om.* E | 60-65. *om.* E¹ ; *add. vero in marg.* papiae nicefori plamfagoni victorini E² (*om.* in italia) | 60. papie BW | 61. nicifori S | 64. fila (B²) faconię B ; fila fagonię W ; filagoniae S | 65. victurini B ; victurinę W | 66. eannuli S ; hianuli W | 68. *om.* SW | 69. per mię W | 70-72. *om.* S | 70. it̄ E | 71-72. *om.* W | 72. aff̄ E ; *add.* alibi E ; et S | 73. saturi S ; sattiri W | 74. *om.* E | 76. it̄ E ; *om.* BSW | 77. plamfagonii W ; pampagoni S | 78. it̄ alię E ; italie B | 79. petrini E ; petroni SW | 81. nichori S ; nigori W ; *add.* et SW | 82. et mettis domnus Chrodegangus archi... obiit *add.* B².

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia nat. Victoris Victurini in Affrica Diodorii Claudioni Carisi Mergori Perpetuae Felicitatis Iocundi Saturnini Victoris. — Mon. : Nicomediae natalis sanctorum Victoris Victorini qui per triennium in persecutione fagtigati (*2 m.* fatigati) sunt Aptimia civitate Alexandri Theodori. — Rich. : In Nicomedia Victurini et in Pamphilia Victoris et alibi Papiae Alexandri Affrica Saturi Saturnini Rovocatae.

## MART. 6

*1.* NICOMEDIA] *Tres praecipuae hodie secernendae sunt turmae martyrum ad Bithyniam, Pamphyliam et Aegyptum pertinentium, non parum intricatae propter homonymos in singulis manipulis occurrentes.* Victor *enim et* Victorinus *tum Nicomediae, tum in Aegypto passi leguntur;* Papias *in Pamphylia et in Aegypto;* Claudianus *utrubique et alibi. Et primum quidem de Nicomediensibus. Breviarium Syriacum : ἐν Νικομηδείᾳ Βικτωρῖνος. Huius et sociorum Passio scripta est, quam soli codices nostri compendio tradunt. Sunt autem quattuor :*

| | |
|---|---|
| *Victor* | *n. 2, 56* |
| *Victorinus* | *n. 4, 65* |
| *Claudianus* | *n. 16, 45, 49* |
| *Bassa* | *n. 18.* |

*Quod dicuntur apud* Appiam civitatem Bithiniae *(n. 11) martyrium fecisse error est, qui facile removetur si scripseris* Ap<am>iam. *Aliter Achelis, qui* Appiam civitatem Phrygiae *legere mavult, et insuper nomen* Victoris *expungere, debilioribus nixus argumentis*[1]. *Vocabulum* fatigati *e codicis Mon. elogio restituendum est.*

*Elogium valde contractum non undequaque perspicuum est, nec satis apparet quo tandem loco martyres cursum consummaverint, an Nicomediae, quo deducti fuerint post tres annos alio loco in custodia transactos, an vero Apamiae. Qua tamen ratione haec sanari debeant non video.*

**Nicomediae Victoris et Victorini, qui per triennium in persecutione fatigati, apud Apamiam civitatem Bithiniae exhibiti <sunt> cum Claudiano et Bassa uxore eius, qui ex laicis tenti atque tormentis adflicti et retrusi in carcerem, ibidem vitae suae cursum impleverunt.**

*Ad alteram laterculi partem ordinandam iuvat Passio τῶν ἁγίων μαρτύρων Παπίου, Διοδώρου καὶ Κλαυδιανοῦ ἐκ τῆς Ἀτταλέων πόλεως τῆς Παμφυλῶν ἐπαρχίας*[2], *quae die 4 mart. legenda proponitur. Trium martyrum nomina facile reperies :*

| | |
|---|---|
| *Papias* | *n. 40, 60* |
| *Diodorus* | *n. 44, 80* |
| *Claudianus* | *n. 16, 45, 49.* |

*Non ita locorum nomina, quae mirum in modum corrupta sunt. Attalia enim Pamphyliae in codicibus plenioribus est* Italia Plamfagoni,

[1] *Die Martyrologien*, p. 128. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 443. Passio ap. P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, fasc. III, p. 118-19, et B. Latyšev, *Menologii byzantini saec. X quae supersunt*, t. I, p. 12-14.

nn.

nn. 63, 64, 77, 78. In solo breviario Rich. remansit lectio germana: *P a m p h i l i a*. Hinc restituendum:

**Attaliae in Pamphilia Papiae, Diodori, Claudiani.**

*Ad Aegyptios tandem gradum faciamus, praelucente Passione SS. Victoris et Victorini et soc.* [1] *qua ad diem 24 feb. usi sumus. Nomina martyrum haec sunt:*

| | |
|---|---|
| *V i c t o r* | *n. 2, 56* |
| *V i c t o r i n u s* | *n. 4, 65* |
| *C l a u d i a n u s* | *n. 16, 45, 49* |
| *D i o s c o r u s* | |
| *P a p i a s* | *n. 40, 60* |
| *N i c e p h o r u s* | *n. 39, 61, 81* |
| *S e r a p i o n* | |

*Hodie casu omittitur S e r a p i o n; pro D i o s c o r o autem habemus D i o d o r u m (n. 44, 80), qui etiam die 28 feb., ubi martyrum aegyptiorum alia est commemoratio, Dioscori locum tenet. Deest et indicium i n A e g y p t o. Sed eius loco suffectum est A l e x a n d r i <a>, n. 41, ut ad diem 28 feb. Passionem SS. Victoris et Victorini et soc. confictam esse, et martyres illos septem qui Aegyptii dicuntur undequaque collectos esse iam constat* [2].

**Alexandria Victoris, Victorini, Claudiani, Diodori, Papiae, Nicephori, <Serapionis>.**

11. APPIAM] *Lege A p p <a m> i a m. Supra, ad n. 1.*
39. NICAPOLI] *Lege N i c e f o r i, infra, n. 61; et n. 81: N i c o f o r i.*
41. ALEXANDRI] *Lege A l e x a n d r i a. Supra, ad n. 1.*
43. IN AFRICA] *Afri non sunt martyres Diodorus Claudianus, sed hi qui nunc sequuntur, ex Passione SS. Perpetuae et Felicitatis* [3]*:*

50. *P e r p e t u a e*
51. *F e l i c i t a t i s*
52. *I o c u n d i*
54. *S a t u r n i n i (item 74)*
73. *S a t i r i*
75. *R e v o c a t i.*

*Horum anniversaria dies in 7 mart. incidit, qua iterum recensentur:*

**in Africa Perpetuae, Felicitatis, Iocundi, Saturnini, Saturi, Revocati.**

44. DIODORI] *Infra, n. 80. Lege D i o s c o r i. Cf. supra, ad n. 1.*
46. CARISI] *Infra, n. 55: C a r s i; n. 82: C h a r i s t i; et 1 mart., n. 15: C a r i s s i; 3 mart., n. 62: C a r i s s i m i.*
47. MERCORI] *Nudum nomen.*
53. NICOMEDIA] *Iterat n. 1.*
55. CARSI] *Al. C a s s i. Supra: C a r i s i n. 46.*
56. VICTORIS] *Supra, n. 2. Nota tamen par martyrum C a s s i V i c t o r i s (n. 55, 56) alio loco reperiri. Ad calcem laterculorum 18 mai: a l i b i C a s s i V i c t o r i s.*
58. ALIIS DUOBUS] *Incertum ad quemnam pertineat.*
63. ITALIA] = *A t t a l i a. Et infra, n. 78.*
64. PLAMFAGONI] = *P a m p h i l i a. Et infra, n. 77.*
66. IANULI] *Mart. 3, n. 68.*
67. SILVANI] *Mart. 7, n. 8, mart. 8, n. 19.*
69. PERMIAE] *Non hominis nomen, sed loci, ut videtur. Lege quae annotata sunt ad 7 mart., n. 10: E r o i i, et 8 mart., n. 12: B e r o n i a e.*
72. AFRICA] *Supra, n. 43.*
77. PLAMFAGONI] *Lege P a m p h i l i a. Supra, ad n. 1.*
78. ITALIAE] *Lege A t t a l i a e. Supra, ad n. 1.*
79. PETRUNI] *Mart. 11, n. 11, mart. 13, n. 15.*
80. DIODORI] *Supra, n. 44.*
81. NICOFORI] *Supra, n. 39: N i c a p o l i, lege N i c e f o r i.*
82. CHARISTI] *Supra, n. 46: C a r i s i.*
ADDITAMENTA] *C e s s i o n i s, lege S u e s s i o n i s* [4].

**Suessionis inventio sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: T h e o d o r i = Diodori, n. 44. A p t i m i a c i v i t a t e = App<am>ia civitate Bithyniae, n. 11-13.*

[1] *BHL.* 8596 d. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 53; DUCHESNE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p. 185-90. — [3] *BHL.* 6633. — [4] Cf. *Act. SS.*, Oct., t. XI, p. 508-509.

NON.

# NON. MART.

**In Africa Saturi Revocati Iocundi Saturnini. alibi Silvani Rogati Eroii et Victorinae. Antiochia Leocis Taxis Nistoris Equini Satiri Saturnini Revocati Secundoli Italici. in Mauritania civitate Turbitanorum passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis. in Tracia Dandae Lenucae Secundi Artaxi Quinti Nistoris item Secundi Serri Occatis item Dandae. in Africa Satiri Silvani Rogati Manili.**

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aff̄ E | 3. satiri BW | 7. abbi B¹; *om.* SW | 8. servani BSW; *add.* ep̄i S | 10. eroi B; *om.* S | 11. *om.* E | 12. victurinae BW; victorini S | 13. antioc̄ E; in antiocia W; in anthiochia S | 14. leuci S; leoci BW; *add.* saturi S; satiri W (*cf.* 18) | 16. nestori S | 18. saturi B²; *om.* SW | 21. secundili B¹ | 24. mauritā E; mauritañ B; mauretania W | 25. civī E | 26. turpitanorum B | 27. paß E | 28. sc̄arum E; sc̄orum BS | 29-31. *transp.* felicitatis et perpetuae S | 30. *om.* W | 33. trachia S | 34. dandi W | 35. leunucę S; leonuce W *in quo seq. paucae litt. eras.* | 36. *add.* item secundi S (*cf.* 40-41) | 37. antaxi E; *add.* serri S (*cf.* 42) | 38. *add.* eccatus S (*cf.* 43) | 39. *add.* equini saturnini revocati W (*cf.* 17-20) | 40. *om.* EW | 40-44 *om.* S | 43. ocatus B; ////ocatu(s) W | 44. it̄ E | 45. dande BW | 47. aff̄ E; afreca W | 48. saturi B; sauri S; ferri W | 50. *add.* et B²SW | 51. manuli B¹; manili B².

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Africa nat. Revocati Iocundi Saturnini Sibiani Rogati Eroi et Victorini in Antiochia Leoci Satiri Taxis Nistoris Equini Secundoli.— MON.: Urbani Felicis Serviani et aliorum X. — RICH.: In Mauritania Secundi Saturi Saturnini Perpetuae et Felicitatis in Affrica Saturi Revocatae Iocundi Antiochia Leoci Equine.

## MART. 7

1. IN AFRICA] *Depositio martyrum :* non. martias Perpetuae et Felicitatis Africae. *Breviarium Syriacum : ἐν Ἀφρικῇ ἐκ τῶν ἀρχαίων Περπετούα καὶ Σατορνῖλος καὶ δέκα ἕτεροι μάρτυρες. Pernota est Passio Perpetuae et Felicitatis* [1] *quam et graece habemus* [2]. *Hac duce, quae hoc loco perturbata et confusa sunt ordinate proferre conabimur. Martyrum nomina sunt :*

*3. Saturi, et n. 18, 48.*
*4. Revocati, et n. 20; n. 42: Serri Occatis.*
*5. Iocundi.*
*6. Saturnini, et n. 19.*
*15. <Ar>taxis; n. 37: Artaxi.*
*21. Secundoli; n. 36, 41: Secundi (gr. Σεκοῦνδος).*
*29. Perpetuae.*
*31. Felicitatis.*
*38. Quinti.*

*Passio latina de martyrum patria silet. Sed graece legimus : ἐν πόλει Θουρβιτάνων τῇ μικροτέρᾳ συνελήθφησαν. Ea est Thuburbo minor nunc Tebourba, in Proconsulari, non in Mauritania, ut scribunt codices nostri. Censet Duchesne haec verba* in Mauritania civitate Turbitanorum *forsitan ortum duxisse a genuina lectione* in minore civitate Tuburbitanorum [3]. *Arguta quidem coniectura sed haud scio an paulo audentior. Pressius ex ipsis codicum verbis restituere malumus :*

**in Africa civitate Tu<bu>rbitanorum passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis Saturi Revocati Iocundi Saturnini Artaxi Secundoli Quinti.**

*Non in civitate Thuburbo sed Carthagine martyres illi passi sunt, quorum corpora posita sunt in basilica Maiorum* [4]. *Festo die recurrente non semel de iis publice dixit S. Augustinus* [5].

8. SILVANI] *Infra, n. 49; mart. 6, n. 67; mart. 8, n. 19.*

9. ROGATI] *Infra, n. 50; mart. 8, n. 8; mart. 9, n. 22.*

10. EROII] *Nomen loci, ut videtur, a vocibus in Tracia (n. 33) non seiungendum. De re iterum ad diem 8 mart., ubi de Beronia, n. 12.*

12. VICTORINAE] *Legesis Victorini, ut mart. 6, n. 4.*

13. ANTIOCHIA] *Martyres Antiochenos nullos video, et forte exciderunt. Quid tamen lectionibus Leocis, Equini (n. 14, 17) subsit, quae γνησιότητος speciem vix prae se ferunt, ignoro. Ceterum Antiochiae mentionem manasse ex die 5 mart., ubi ter legitur, prona est coniectura.*

16. NISTORIS] *Infra, n. 39. Nuntiatus est, die 25 feb. Nestor in Pamphylia. De alio Nestore monumenta silent* [6].

22. ITALICI] *Mart. 6, n. 63: Italia, pro Attalia.*

[1] *BHL.* 6633. — [2] *BHG.*² 1482. — [3] *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, 1891, p. 53. — [4] VICTOR VITENSIS, *Hist.*, I, 3. Cf. *Les Origines du culte des martyrs*, p. 430. Cf. infra. ad n. 47. — [5] Sermo CCLXXX-CCCXXXII. *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1280-86. — [6] Synaxaria graeca die 7 mart. meminerunt *τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Ἀρκαδίου καὶ Νέστορος ἐπισκόπων Τριμιθοῦντος τῆς Κύπρου. Synax. Eccl. CP.*, p. 518. Sed vix credendum est Nestorem qui eodem die in hieronymianis occurrit alterum horum fuisse.

*23.* IN MAURITANIA] *Lege quae dicta sunt ad n. 1.*

*33.* IN TRACIA] *Deest omnino argumentum quo probetur nomina quae proxime sequuntur esse martyrum Thracensium. Dandae (n. 34, 45), Lenucae (n. 35, nonne et n. 14 Leocis ?) corruptae sunt lectiones quae emendationem non patiuntur. Voces in Tracia, perperam hoc die positae sunt et ad diem 8 mart., n. 1, referendae videntur.*

*36.* SECUNDI] *Rursum n. 41 Supra, n. 21: Secundoli. In graeco Σεκοῦνδος.*

*39.* NISTORIS] *Supra, n. 16.*

*42.* SERRI OCCATIS] = *Revocati, supra, n. 4.*

*45.* DANDAE] *Etiam supra, n. 34.*

*47.* IN AFRICA] *Supra, n. 1. Saturus (n. 48) est ex societate SS. Perpetuae et Felicitatis, non ita Silvanus (n. 49 et 8), nec Rogatus (n. 50 et 9). Manilus, n. 51, melius Maiulus annuntiatur in kalendario Carthaginiense et in nostris libris die 11 maii. Quapropter tuto scribatur :*

**in Africa Maiuli.**

*Non in martyrologio solo Maiulus martyribus huius diei sociatur. In inscriptione enim basilicae Carthaginiensis, non ita pridem reperta* [1], *legitur :*

*hic* SVNT MARTY*res*
SATVRVS SATV*rninus*
REBOCATVS SECV*ndulus*
FELICIT PERP*et* PAS///
MAIVLVS///

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Sibiani = Silvani, n. 8.*

*Cod. Mon. : Urbani, Felicis, mart. 8, n. 15, 9.*

*Serviani al. Servani, Silvani, n. 8.*

[1] *Nuovo bullettino di archeologia cristiana*, 1907, p. 250.

# VIII ID. MART.

**Nicomedia Quirilli episcopi et Capitolini [5]. in Africa Rogati Felicis item [10] Rogati Beroniae Ereme Felicitatis Orbani [15] et Cyrilli episcopi Silvani Manili [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) datiani C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. nicom̃ E ; in nicomedia SW | 2. quintuli S ; quintili W | 3. ep̃i EW | 5. capitulini SBW | 7. afr̃ E | 10. it̃ E ; itē W | 12. beromię B ; berone S ; berome W[1] ; borome W[2] | 13. aereniae E ; creme S ; acrem//// W | 14. feli///// W | 15. orfani E ; *om.* S | 16. *cm.* SW | 17. cerilli B | 18-19. silvani ep̃i E | 18. *add.* W *nomen dein erasum* | 19 *add.* et SW | 20. *om.* E.

*Excerpta ex variis.*— Cambr. : In Nicomedia nat. Quintili episcopi et Capitulini in Africa Rogati Felicis item Rogati Bironae Ereme Felicitatis Orbani Cyrili episcopi Silvani. — Mon. : Nicomediae natalis sanctorum Quintilli episcopi et Capitolini Armenia Sebastiani et aliorum XXV. — Rich. : In Nicomedia natale Quirilli episcopi et Capitulini in Affrica Rogatae Felicis item Rogatae Iocundi Beromiae Orbani Silvani.

## MART. 8

*1.* NICOMEDIA] *In Passione SS. Indae et Domnae memoratur Cyrillus episcopus Nicomediensis cui Anthimus in eadem sede successerit* [1]. *Hinc tamen non statim efficitur hunc ipsum hodie commemorari. Alterum potius Cyrillum intellego qui huius mensis 10 et iterum 12 mai in breviario Syriaco, in hieronymianis autem 9 mart. et saepius nuntiatur. Is autem, de cuius vita nihil traditum est, praeterquam quod episcopus erat, cultu celeberrimus fuit in Moesia et Thracia* [2]. *De eo aptius tractatio habebitur ad diem 9 maii. Nicomedia hodie, si quid video, e proximis diebus mart. 6, 10, 11, 12 facile iterari potuit, in locum vocabulorum in Tracia, quae, suppresso martyris nomine, male in diem mart. 7, n. 33, aberrarunt. Neque sola regionis, sed et civitatis, qua hodie colebatur Cyrillus, vestigia agnoscuntur. Loco enim Beroniae (n. 12), mart. 6, n. 69 : Permiae, mart. 7, n. 10 : Eroii, Βεροίας seu Beroeae, quae est urbs in Thracia* [3], *legendum esse suspicatus est Duchesne* [4]. *Haec uno complectimur versu :*

**Beroeae in Thracia Cyrilli episcopi.**

*2.* QUIRILLI] = *Cyrilli, n. 17.*

*5.* CAPITOLINI] *Nudum nomen.*

[1] *BHG.*[2] 823, n. 1, 4, 5. — [2] *Les saints de Thrace et de Mésie*, p. 259 ; *Origines du culte des martyrs*, p. 287-88. — [3] Dicta est Augusta Traiana. *C.I.L.*, p. 2085. Nunc Eski-Zaghra sive Stara Zagora. — [4] « Dans le *Beroniae* d'aujourd'hui, dans le *Permiae* du 6, doit se cacher un nom de ville, peut-être *Beroeae* qui se rattacherait aisément à la rubrique *in Thracia* d'hier. » L. D.

7. IN AFRICA] *De nominibus Africae tribuendis non satis constat, uno excepto* M a n i l o *seu* M a i u l o, *n. 20.*

8. ROGATI] *Infra, n. 11, et mart. 7, n. 9, 50; mart. 9, n. 22.*

9. FELICIS] *Mart. 9, n. 17.*

11. ROGATI] *Supra, n. 8.*

12. BERONIAE] = B e r o e a e, *supra, ad n. 1.*

13. EREME] *Al.* A e r e n i a e = B e r o n i a e, *n. 12.*

14. FELICITATIS] *Mart. 7, n. 31; mart. 6, n. 51.*

15. ORBANI] *Al.* O r f a n i, *ceterum ignoti.*

17. CYRILLI] = Q u i r i l l i, *n. 2. Ex uno Cyrillo duos effecerunt compilatores martyrologii Romani. Et primum quidem sub nomine* Q u i n c t i l i s, *quae est codicum nonnullorum (W et Cambr.) prava lectio pro* Q u i r i l l i: Nicomediae sancti Quinctilis episcopi et martyris. *Lege quae dicta sunt ad n. 1. Alter Cyrillus in Africa collocatur, cum sociis:* in Africa Cyrilli episcopi, Rogati, Felicis, item Rogati, Beatae, Hereniae, Felicitatis, Urbani, Silvani et Mamilli. *Praeter ea quae ad pleraque nomina iam annotavimus, et haec adiciantur:* B e a t a e H e r e n i a e = B e r o n i a e, *loci nomen non martyris.* M a m i l l i = M a i u l i, *n. 20.*

19. SILVANI] *Mart. 6, n. 67; mart. 7, n. 8, 49.*

20. MANILI] = M a i u l i, *mart. 7, n. 51.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* S e b a s t i a n i, *mart. 9, n. 4.*

---

# VII ID. MART.

**In Armenia minore Sebastiani et militum XL quorum gesta habentur, Iuliani et Sici. in Africa Cyrilli Felicis Philippi Cedecesis Cendei Mariani Rogati Concessi [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et in territorio (L territurio) rodomi in loco paldriaco pausatio corporis sancti ansberti episcopi LMV.

*Var. lect. codd.* EBSW.— 2. armeñ E ; arminia BSW | 3. *om.* E ; *add.* natł sc̄i B | 4. sebastiani E[1] B[2] *in ras* ; sabastiani SW ; sebastia E[2] | 5. et E[1] ; *om.* E[2] | 6. milites S ; milia W ; *add.* numero B | 7. LX B | 8-10. *om.* E | 10. *add.* in africa B | 11. item iuliani E | 11-13. *transp.* et sici iuliani S | 14-15. *om.* BSW | 15. aff̄ E | 16. *add.* in africa S ; in afreca W | 19. cede cesis BS | 22. *add.* et SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Arminia minore nat. militum XL quorum gesta habentur Iuliani et Sici Cirillae in Africa Felicis Philippi Cendei Mariani cum aliis. — MON. : In Nicomedia Quirilli et aliorum XXV. — RICH. : In Armenia minore natale militum XL in Africa Iuliani et Sici Cirilli Philippi Mariniani Rogati Concessi.

## MART. 9

1. IN ARMENIA] *Quantuscumque est error scribentium* S e b a s t i a n u m *pro* S e b a s t i a, *facillime restituitur annuntiatio celeberrimorum martyrum Quadraginta, de quibus et recte asseritur eorum gesta haberi* [1]. *Et Acta quidem illa non a synchrono scripta sunt; sunt tamen antiqua, nec pretio carent. Maximi etiam momenti sunt laudationes martyrum Sebastenorum quas reliquerunt SS. Ephrem, Basilius, Gregorius Nyssenus* [2], *Gaudentius Brixiensis* [3], *et imprimis eorundem Testamentum* [4], *de quo multum disceptatum est* [5]. *Sed his immorari non vacat. Proferatur statim vera lectio:*

**Sebastia in Armenia Minore militum XL quorum gesta habentur.**

11. IULIANI] I u l i *potius scripserim, quoniam veluti socius ei adiungitur* S i c i *seu* I s i c i *id est, ex nostrorum librorum usu,* H e s y c h i. *Hesychius autem ille est cui moriturus aiebat Iulius:* Frater, festina venire [6]. *Scribendum proinde crediderim:*

**Iuli et Isici.**

*et eo libentius quod hodie alios eiusdem regionis, Moesiae, nuntiat martyrologium. Aliam proferemus coniecturam simpliciorem, non ideo veriorem: Hesychium illum unum esse ex martyribus XL qui eorundem Testamento* Ἡσύχιος *subscripsit, et cum aliis nonnullis commemoratur mart. 11, n. 13. Mirum tamen esset illum solum, ceteris neglectis, hodie recoli.*

15. IN AFRICA] *Nec* C y r i l l u s, *n. 16, nec* C e n d e u s *n. 20, inter Afros conumerari possunt. Cetera nomina Africae tribuerem, si quovis argumento id comprobari posset.*

16. CYRILLI] *De eo iam heri, n. 2, 17. Cum* C e n d e o *(n. 20) prodit die 10 mart. in breviario*

[1] *BHG.*[2] 1201-1202 ; *BHL.* 7537-7539 ; *BHO.* 712-713. — [2] *BHG.*[2] 1204-1208. — [3] *BHL.*7542. — [4] *BHG.*[2] 1203. — [5] Etiam nuper et egregie a Pio FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche,* t. VII (1929), p. 155-184. — [6] *BHL.* 4555, n. 2.

*rio*

*rio Syriaco: Κύριλλος καὶ Κενδᾶ. De utroque rursum mart. 11, n. 10, 20, april. 26, n. 1 et maii 9, n. 3, ubi paulo uberior de utroque sermo erit. Interim:*

**Cendei Cyrilli.**

*17.* FELICIS] *Mart. 8, n. 9.*

*19.* CEDECESIS] = *Cendei, n. 20.*

*21.* MARIANI] *Ut videtur = Marciani, mart. 10, n. 7, 22, mart. 11, n. 12.*

*22.* ROGATI] *Mart. 7, n. 9, 50; mart. 8, n. 8, 11.*

*23.* CONCESSI] *Mart. 12, n. 92, cum Hilario; etiam mart. 13, n. 111.*

ADDITAMENTA] *Ansberti. In Alto Monte 9 feb. obiit Ansbertus episcopus Rotomagensis, cuius corpus Fontanellam translatum est, eoque advenit die 10 mart., si nostris codicibus fides sit, 11 mart. si audiendus eius Vitae scriptor*[1]. *Hic etiam pausationis corporis in loco Paldriaco*[2] *commemorationem non ad 9 mart, sed ad 10 mart. refert:* Cum vero iam transirent dies XX et eo amplius circiter curricula, venerunt in territorium Rotomagense in locum qui dicitur Paldriacus, illicque cunctipotens Dominus per merita eiusdem sancti antistitis simile superiori dignatus est ostendere miraculum... Ubi circa diem pausationis sive adventus eius ad eundem locum, quod est VI idus martii, ad honorem et intercessionem eius plebes innumerae pia Domino sollemniter persolventes vota, vigiliarum videlicet ac divinorum hymnorum donorumque diversorum confluunt cum devotione summa[3].

*Rodomus, saepius Rotomus, non hoc loco tantum est pro* Ratumagos, Rotomagus[4] (= *Rouen*).

**in territorio Rodomi in loco Paldriaco pausatio corporis sancti Ansberti episcopi.**

[1] *BHL.* 520, n. 36. — [2] Locus ille censetur La Vaupalière (arrond. de Rouen). COCHET, *Répertoire archéologique du département de la Seine-Inférieure*, p. 348. — [3] *BHL.* 520, n. 33, 34 — [4] HOLDER, *Altceltischer Sprachschatz*, t. II, p. 1079-83.

---

# VI ID. MART.

| I | II |
|---|---|
| **In Alexandria natale Candidi Valeri Petri Marciani et aliorum XV martyrum.** | |

**in Nicea Gorgoni Palatini Firmi. in Antiochia Agapae virginis et Marcianis. Smirnae Phionis. in Persida martyrum XXII. in Nicomedia Palatini [a] Firmani Rustici. in Alexandria Eracli Zosimi Alexandri Gai Penni [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) in fontanella monasterio transmigratio sancti ansberti episcopi et confessoris W; fontanella monasterio adventus et exceptio corporis sancti ansberti episcopi M. — b) sancti atalae abbatis E; fontanella monasterio adventus et exceptio corporis sancti ansberti episcopi KLV.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW.— 2. alex̄ E | 3. nat̄ E | 11. mār E | 14. gorgō B | 16. firmi W | 18. antioc̄ E; anthiochia S; antiocia W | 19. agape BSW | 20. virḡ W | 22. mariane B; marianę W; marię S | 23. smirne BSW | 24. phonis E | 26. *add.* numero SW | 27. mār E | 28. XLII SW : XLII /////// B | 29. *om.* B | 30. nicom̄ E | 32. firmiani BSW; *add.* et BSW | 34. *om.* B | 35. alex̄ E | 38. alaxandri E; alexandria B; *add.* et SW | 39-40. gaipem BS; gaypem W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Nicea nat. Gorgoni Palatini Firmi in Antiochia Agapae virginis et Marianae Smirnae in Persida nomero martirum XLII. — MON.: In Persida martyrum XLII Nicia Gorgoni Firmi Antiochiae Agapae virginis. — RICH.: In Alexandria natale Candidi Valerii Petri Marciani in Nicea Gorgoni Palatini in Antioch. Agapae virginis et Marini.

## MART. 10

*2.* ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum, ad diem 12 feb.: ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κάνδιδος καὶ ἕτεροι μάρτυρες. De Candido disceptari nequit; sed incerta remanent tum numerus tum nomina sociorum. Plerique huius diei martyres postridie iterum nuntiantur.*

**in Alexandria natale Candidi et aliorum martyrum.**

*Sitne Candidus ille qui et postridie nuntiatur, mart. 11, n. 8, suo loco declarabitur.*

*5.* VALERI] *Mart. 11, n. 9.*

*6.* PETRI] *Ille forsitan qui mart. 11, n. 11, scribitur Petruni.*

*7.* MARCIANI] *Mart. 11, n. 12, et hodie rursum n. 22, ubi sub Antiochia recensetur. Die 26 oct. in breviario Syriaco legitur: ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Σιλβανὸς καὶ Μαρκιανός.*

*10.* ALIORUM XV] *Cf. supra, ad n. 2.*

*13.* IN NICEA] *Lege Nicomedia, ut n. 30.*

14.

*14.* GORGONI] *Mart. 11, n. 23, cum breviario Syriaco, et iterum mart. 12, n. 63. Hinc palam fiet certam esse lectionem :*

**in Nicomedia Gorgoni palatini.**

*16.* FIRMI] *Mart. 11, n. 24, mart. 12, n. 72. Solo nomine notus. Infra, n. 32 : F i r m a n i.*

*18.* IN ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum ad diem 11 mart. : ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἀγάπη. Huius virginis iam mentio facta est die 15 feb., n. 18.*

**in Antiochia Agapae virginis.**

*22.* MARCIANIS] *M a r c i a n u m martyrem Antiochenum die 26 oct. recenseri dictum est ad n. 7. Quare, non inepte hodie cum A g a p e conectitur. Utrumque tamen una comprehendi enuntiatione non placet. Agapae enim hodie (vel crastina die) Antiochiae commemoratio fiebat, non vero Marciani cuius anniversarius dies in alium mensem incidebat, et nomen ab interpolatore ascriptum fuit. In codice Richenoviensi variatio est M a r i n i. Marinus etiam Antiochenus est (qui ad 26 dec., n. 30 occurit). De eo eadem dicta sunto quae de M a r c i a n i s.*

*24.* PHIONIS] *Lege P i o n i i, cuius memoria agitur 12 mart., n. 94. Ceterum recte cum Smyrna conectitur ; scribendum igitur est :*

**Smirnae Pioni.**

*26.* PERSIDA] *Martyres septem nuntiantur in breviario Syriaco, ad diem 11 mart. Verum, non in Perside sed Hierosolymis passi leguntur. Haec obiter dicta sin't, nam revera Persae illi ac Hierosolymitani aeque ignoti sunt.*

*30.* NICOMEDIA] *Reponendum n.13, loco N i c e a.*

*31.* PALATINI] *Supra, n. 14, 15.*

*32.* FIRMANI] *Al. F i r m i a n i, et melius, ni fallor, F i r m i, ut supra n. 16, cui ex arbitrio interpolatoris agglutinatum est R u s t i c i, unde par martyrum F i r m i, R u s t i c i, hagiographis non ignotum, et in libris nostris signatum die 9 aug.*

*35.* IN ALEXANDRIA] *De Eraclio cum Zosimo martyribus Alexandrinis, nihil prorsus in monumentis traditum est. Postridie iidem Carthaginienses (n. 1-3) nuncupantur, nec melius. Ceterum, i n A l e x a n d r i a mendum est pro A l e x a n d r i, n. 38.*

*36.* ERACLI] *Mart. 11, n. 2.*

*37.* ZOSIMI] *Mart. 11, n. 3 ; mart. 12, n. 82 : Z o s i m i p r e s b i t e r i, inter martyres Nicomedienses ; item mart. 13, n. 17.*

*38.* ALEXANDRI] *Reicienda variatio A l e x a n d r i a, ut mox patebit.*

*39.* GAI PENNI] *Sedulo considerandae sunt lectiones variantes : G a i p e m, G a y p e m quae residuum praebent nominis [A] p e m [e a] seu A p a m e a. Alexander enim et Gaius martyres sunt Apameae ad Maeandrum passi, teste Apollinare apud Eusebium : καὶ ὅτι τοῦτ' ἀληθές, ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον ἐν τοῖς περὶ Γάιον καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασι πρόδηλον [1]. Uterque etiam nuntiatur mart. 11, n. 4, 5, nullo addito nomine civitatis. Quae ibi notata sunt omnia legantur.*

ADDITAMENTA] *A n s b e r t i episcopi Rotomagensis non t r a n s m i g r a t i o ut est in cod. W, sed e x c e p t i o celebratur. Dies obitus signatus est 9 feb. Pausationis sacri corporis in loco Paldriaco commemoratio heri habita est : hanc autem Vitae Ansberti scriptor ad mart. 10 removet, adventum autem Fontanellae ad mart. 11 :* eius venerabile corpus posuerunt in sepulchrum quod eidem praeparaverant in eadem ecclesia sancti Pauli apostoli, cum laudibus iuxta sanctissimi patris Wandregisili sepulchrum ad eius laevam, die quinto iduum martiarum sub anno DCXCV incarnationis domini Dei nostri Iesu Christi [2].

**in Fontanella monasterio adventus et exceptio corporis sancti Ansberti episcopi.**

*A t a l a e. Discipulus S. Columbani fuit Athala et abbas Bobiensis. Obiit anno circiter 626 [3]. Cuius vitam conscripsit Ionas abbas [4].*

**sancti Atalae abbatis.**

*In kalendario Corbeiensi, cod. Parisino 14096, legitur quoque :* VI id mar. sci Atalae abbtis [5].

EXCERPTA] *Cod. Rich. : M a r i n i. Lege quae annotata sunt ad n. 22.*

[1] *Hist. eccl.*, V, 16, 22. Cf. *Origines du culte des martyrs*, p. 189 ; K. J. NEUMANN, *Der römische Staat und die allgemeine Kirche bis auf Diokletian*, t. I (Leipzig, 1890), pp. 68, 283. — [2] *BHL.* 519, n. 36. Cf. *M.G.*, Scr. rer. merov., t.V, p. 640, ann. 5. — [3] B. KRUSCH, *Ionae Vitae sanctorum Columbani, Vedastis, Iohannis*, p. 240-41. — [4] *BHL.* 742. — [5] KRUSCH, in *Neues Archiv*, t. X, p. 92.

# V ID. MART.

**Kartagine Eracli Zosimi Alexandri Gai Pilomi episcopi Candidi Valeri Quirilli Petruni Marciani Sici Piperionis et aliorum XII Rogati et Cendei. Nicomedia Eunuchi [a] Gorgoni [b] Firmi Agapiti [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) euchi C. — b) et anthiochia agabiti martiane S. — c) et vigilia sancti gregorii pape B.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. kart̃ E ; cartagine B ; in cartagine SW | 2. cradi S ; *om.* W | 4. alaxandri ES ; alexandria B | 5. gagi B ; *om.* SW | 6. philomi BSW | 7. ep̃i EW | 8. candedi B[1]W | 11. *add.* gagi SW (*cf.* 5) | 13-14. sicipi perionis E | 13. syci W | 14. peperionis S ; piperonis W | 17. XV BSW | 19. *om.* E | 20. cendi S | 21. nicom̃ E ; in nicomedia W ; in nimedia S | 22. eunusci B ; eunuci S ; *add.* et SW | 23. gurgoni W | 24-25. *om.* BW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Cartagine nat. Eracli Zosimi in Alexandria Pilomi episcopi Candedi Ualeri Quirillae Petruni Gagi. — Mon. : Kartagine natalis sanctorum Eracli Zosimi Alexandri et aliorum XV Nicomediae Parthoni presbyteri et aliorum LXX. — Rich. : In civitate Nicea natale Gorgonii et Firmi Cartagine Zosimi Alexandria Gagi Philomi episcopi Candidi Ualerii Quirilli.

## MART. 11

*1.* KARTAGINE] *Nullum in huius diei martyrum turma reperio qui Carthagini certo deputari possit. Sebastenos nonnullos eorum esse indubium videtur, e numero illorum XL quorum memoriam die 9 mart. egimus. Si quis enim nomina martyrum legerit vel in eorundem Passione [1] vel melius in eorum Testamento [2], ea statim agnoscet quae in hodierno laterculo occurrunt:*

| | |
|---|---|
| *Κάνδιδος* | Candidi *n. 8.* |
| *Γάιος* | Gai *n. 5.* |
| *Ἡράκλειος* | Eracli *n. 2.* |
| *Γοργόνιος* | Gorgoni *n. 23.* |
| *Κύριλλος* | Quirilli *n. 10.* |
| *Οὐαλέριος* | Valeri *n. 9.* |
| *Ἡσύχιος* | Sici *n. 13.* |
| *Ἀλέξανδρος* | Alexandri *n. 4.* |

*Horum tamen nonullos Sebastenorum homonymos tantum esse, iisque casu permisceri mox ostendetur.*

*2.* ERACLI] *Ἡράκλειος. Supra, n. 1.*

*3.* ZOSIMI] *Mart. 10, n. 37; mart. 12, n. 82; mart. 13, n. 17.*

*4.* ALEXANDRI] *Tum Ἀλέξανδρος tum Γάιος Testamento martyrum XL subscripserunt. Unde repudianda esset coniectura de martyribus Apamiensibus* Alexandro *et* Gaio *mart. 10, n. 39. Moveor tamen quod in codicibus nostris tanquam biga prodeunt, in Testamento autem Gaius longo intervallo ab Alexandro separatur.*

*6.* PILOMI] *Seu* Philomi. *Lege si placet* Philoromi, *a glossatore inductum propter* Candidum, *n. 8, cum recordaretur Philoromum cum Candido quodam seu Candidiano die 7 ian., n. 35-37, commemorari.*

*7.* EPISCOPI] *Ad* Philoromum *appellatio referri nequit. Potius ad* Cyrillum, *n. 10.*

*8.* CANDIDI] *Vel Κάνδιδος unus est ex militibus XL, vel Alexandrinus ille dequo mart. 10, n. 4.*

*9.* VALERI] *Οὐαλέριος in Testamento XL martyrum. Etiam mart. 10, n. 5.*

*10.* QUIRILLI] *Cyrillus de quo mart. 8, n. 2, mart. 9, n. 16, et in breviario Syriaco, heri: Κύριλλος καὶ Κενδᾶ, potius quam Κύριλλος, ille miles ex XL Sebastenis.*

*11.* PETRUNI] *Mart. 6, n. 79; mart. 10, n. 6:* Petri; *mart. 12, n. 70; mart. 13, n. 15.*

*12.* MARCIANI] *Mart. 10, n. 7, 22; mart. 9, n. 21:* Mariani.

*13.* SICI] = Isici *seu* Hesychi, *mart. 9, n. 13; in Testamento XL martyrum: Ἡσύχιος.*

*14.* PIPERIONIS] *Mart. 10, n. 24:* Phionis; *mart. 12, n. 94:* Pioni.

*16.* ALIORUM XII] *Ad Piperionem seu* Pionium *certe non pertinent. Pionium non agnoverunt Romani martyrologii compilatores, unamque turmam effecerunt ex nn. 8, 14, 16:* Alexandriae passio sanctorum Candidi, Piperionis et aliorum viginti, *cum Petro de Natalibus, III, 191, ipso fatente Baronio.*

*18.* ROGATI] *Mart. 7, n. 9, 50; mart. 8, n. 8; mart. 9, n. 22.*

*20.* CENDEI] *Mart. 9, n. 19. Breviarium Syriacum die 10: Κενδᾶ.*

*21.* NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Νικομηδείᾳ Γοργόνιος, ille qui Eusebio est ὁ περιβόητος Γοργόνιος [3]. Iam heri in nostris codicibus (n. 14), nuntiabatur, item die 22 feb., n. 99, neque deest in turma illa martyrum Nicomediensium quam commemorant mart. 12, n. 1. Inter hos erant, teste Lactantio,* potentissimi quondam eunuchi, per quos palatium et ipse ante constabat [4]. *Ratione habita eorum quae ad diem 10 mart. notata sunt scribendum erit:*

**in Nicomedia Gorgonii eunuchi palatini.**

*Certum ergo videtur Γοργόνιον illum qui Testa-*

[1] *BHG*². 1201; *BHL.* 7537.— [2] *BHG*². 1203; rursum ad R. Knopf - G. Krüger, *Ausgewählte Märtyrerakten*³, p. 116-19. — [3] *Hist. eccl.* VIII, 1, 4. — [4] *De mortibus persecutorum*, 15.

*mento XL martyrum subscripsit hodie non commemorari.*

24. FIRMI] *Mart. 10, n. 16 ; mart. 12, n. 72.*

25. AGAPITI] *Breviarium Syriacum : ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἀγάπη. Iam heri, n. 19, et certa est haec lectio emendata :*

**in Antiochia Agape.**

---

# IV ID. MART.

I | II

**Nicomedia Egdoni presbiteri et aliorum VII suffocatorum diebus singulis singuli ut illis videntibus timor indiceretur. in Alexandria Zoni episcopi Alaxandri diaconi [a] et Duni. in Africa Iohannis et aliorum XLIIII Andi. in Albua Silvani. Romae depositio sancti Innocenti episcopi Rasi episcopi [b]. item Nicomedia Migdoni presbiteri item Migdoni Eunemi Maximi Donatae virginis Rugini Mari Petri Zmaragdi Hilari Evenguli Inquirini Mareasi Nestori Eugeni Dorothei Gorgoni [c]. item in Alexandria Orion diaconi [d]. in Asia Petuni episcopi Firmi Pauli Carpi Agathoni Macedoni Patrici Modesti presbiteri Domitiani presbiteri Zosimi presbiteri Eustasi presbiteri Bassilissae uxoris filiae Cionis Ioviani Hilari Concessi. Smirnae Pioni presbiteri Metrodi presbiteri**

**Mirdani presbiteri et aliorum LX sancti Grigori papae romensis.**

**et Romae depositio sancti Gregorii summi pontificis beatae memoriae.**

*Addunt codices pleniores :* a) iuli in africa iohannis C ; in afreca iohannis W ; in africa iohannis andi M ; in africa iohandi KLV. — b) iuliani C. — c) maiuli C. — d) gai C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. nicom̄ E ; in nicomedia SW | 2. egoni E ; eggedoni W | 3. pr̄b E ; prb̄i W | 6. VI S ; IIII W | 7-15. *om.* E | 7. suffogatorum B | 8-15. *om.*SW | 9. singolis B | 10. singoli B | 17. alax̄ E | 19. ep̄i EW | 20. alexandri BSW | 21. diac̄ EW | 22-23. *om.* S | 23. *add.* et neonis diac̄ W (*cf.* 26). | 25. afr̄ E ; afrec̄ W | 26. *sic* ESW (*cf.*23) ; neonis diaconi B | 28. *add.* numero B | 30-32. andini albucae E | 30. *om.* S ; *add.* et W | 31. in albua B[1] (?) ; in albia B[2] | 33. silviani S ; salviani W | 34. rom̄ EW ; rome BS | 35. *om.* E ; dep̄ W | 36. sc̄i EW | 38. ep̄i EW | 40. ep̄i EW | 41. it̄ E ; *om.*BSW | 42. nicom̄ E ; in nicomedia SW | 44. prb̄ E ; prb̄i W ; praesbiteri B | 45. it̄ E | 46. migdonii B | 47. eutici BSW | 48. maxime S ; maximę W | 49. domnae SW ; domne B | 50. *om.* E ; virḡ W | 52. marii BSW | 54. smaragdi BSW | 55-57. vingelusi hilari quirini B ; et vincelos inhelari quirinus S ; et vingelosin helari quirinus W | 58. mareas BSW | 59. nestoris S | 61. derothei S | 62-63. *om.* S | 62. gorgonii B | 63. it̄ E ; *om.* W | 64. *om.* E | 65. alax̄ E | 66. arionis E | 67. diac̄ EW | 69. assia E ; *add.* carpi SW (*cf.* 74) | 71. epī EW | 72. confirmi E | 73-78. *om.* E[1] ; *add.* E[2] *in marg.* | 74. *om.* SW | 75. agatoni BSW | 76. macidoni W | 77. patricie B ; patricię SW | 79. prb̄i BW ; *om.* E | 80-83. *transp.* zosimi presbiteri domiciane (*corr.* domiciani) presbiteri S | 80. domiciani BW | 81. prb̄ E ; presb̄i B ; prb̄i W | 82-83. *om.* E | 83. prd̄i BW | 84. eutasi S | 85. prd̄ E[1] ; pr̄i B ; prb̄i W ; *add.* basi E | 86. baselisse B ; basiliste S ; baselissa W | 87. *om.* E ; uxor̄ W | 88-89. felicionis BSW | 90. iuviniani SW | 91. helari BSW | 92. concessa S[1] | 93. zmirnae E ; smirne BS ; smirnę W | 94. pionis SW | 95. prb̄ E ; prb̄i B | 96-97. *om.*W | 96. medrobi S[2] ; petrodi E | 97. prb̄ E ; prb̄i B ; *om.* S | 99. pr̄b E | 103. sc̄i E | 105. pp̄ E | 107. *om.* S | 108. rome BS | 109. depš W | 111. gregori W ; *add.* episcopi B | 112-113. ep̄i W ; *om.* S | 114-115. beate memorie B | 115. *add.* papae S.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : Nat. sancti Grigorii pape in Affrica Iohannis et alii XLIIII et in Albua Salviani Romae depositio Innocentii episcopi et Rasi episcopi.— TAML. : (*post lacunam a die 30 ian. ad mart. 11*) Grigori papae Romae ostensio Petri Grigorio recusanti principatum Muridani episcopi et aliorum LX Egoni et aliorum VI Donatae Basilissae filiae Cionis Zoni Duni Alaxandri Iohannis et aliorum XLIIII Silvani Innocentii Rasii Migdoni Maci Dorothi Gorgoni Macedoni Eunci Maximi Rugini Petri et aliorum X Ioviani Ilarii Concessi Spirnae Pioni Smaragdi Eradi Eracli Marias Nestorii Eugenii Quirini Zefani Felicis Pilippi Antonii. — MON. : Et aliorum XI Innocenti Rasi confessor. — RICH. : In Nicomedia Mariani presbyteri in Affrica Neonis diaconi et aliorum XLIIII Andi Rom. depositio sancti Gregorii episcopi in Asia Firmi.

## MART. 12

1. NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Νικομηδείᾳ Μαδρόνι(ο)ς ὁ πρεσβύτερος καὶ Ζμάραγδος καὶ Μυγδόνι(ο)ς καὶ Ἱλαδᾶ*[1] *καὶ Εὐγενὴς καὶ Μάξιμος καὶ Πέτρος καὶ Δωρόθεος καὶ Ῥωμανὸ. De his Eusebius, qui tamen non singulos distincte recenset, sed τοὺς ἀμφὶ τὸν Δωρόθεον*

[1] Emendatio perspicua est ex *Ἑλδᾶ* vel *Ἱλδᾶ*, ut est in codice syriaco.

*βασιλικοὺς*

*βασιλικοὺς παῖδας... Τοιούτων τῶν βασιλικῶν ἑνὸς τὸ μαρτύριον παίδων, ἄξιον ὡς ὄντως καὶ τῆς προσηγορίας, Πέτρος γὰρ ἐκαλεῖτο· οὐ χείρονα δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς λοιποὺς ὄντα λόγου φειδόμενοι συμμετρίας παραλείψομεν, τοσοῦτον ἱστορήσαντες ὡς ὅ τε Δωρόθεος καὶ ὁ Γοργόνιος ἑτέροις ἅμα πλείοσιν τῆς βασιλικῆς οἰκετίας μετὰ τοὺς πολυτρόπους ἀγῶνας βρόχῳ τὴν ζωὴν μεταλλάξαντες, τῆς ἐνθέου νίκης ἀπηνέγκαντο βραβεῖα* [1]. *Et Lactantius :* Potentissimi quondam eunuchi necati per quos palatium et ipse ante constabat, comprehensi, presbyteri ac ministri et sine ulla probatione et confessione damnati cum omnibus suis deducebantur [2]. *In Actis SS. Inde et Domnae* [3], *quorum excerpta producunt synaxaria ad dies 30 sept. et 30 dec., vario mortis genere Nicomedienses interiisse feruntur* [4]. *Eorum celebritas habebatur Constantinopoli, die 30 sept., ἐν τῷ οἴκῳ τῶν ἁγίων μ'* [5]. *In codicibus nostris bis hodie (vel etiam ter in cod. E) nuntiantur, primum cum elogio, sed suppressis, uno excepto, singulorum nominibus ; dein, nuncupantur singuli, non semper emendate. Haec autem colliguntur nomina :*

2. *Egdoni = Migdoni, 43, 46.*
47. *Eunemi = Eugeni, 60, Rugini, 51.*
48. *Maximi.*
49. *Donatae, lege Domnae.*
52. *Mari, lege Mar<don>i; infra, n. 98: Mirdani.*
53. *Petri.*
54. *Zmaragdi = Mareasi, 58.*
55. *Hilari.*
61. *Dorothei.*
62. *Gorgoni.*

*In elogio autem : illis videntibus (n. 12) emendandum est illos videntibus. Hinc componendus laterculus :*

**Nicomedia Migdoni presbyteri, Eugeni, Maximi, Domnae, Mardoni, Petri, Smaragdi, Hilari, Dorothei, Gorgoni suffocatorum diebus singulis singuli ut illos videntibus timor indiceretur.**

5. ALIORUM VII] *Maxime discrepant notae numerales : VII al. VI, al. IIII; n. 29: XLIIII; n. 102 : LX, quas omnes ad unam reducendas putamus.*

12. ILLIS] *Lege illos.*

17. IN ALEXANDRIA] *Primo quidem aspectu hic nuntiari putares Alexandrinum episcopum Zonum cum diacono suo Alexandro et laico Duno. Res aliter plane intellegenda est. Etenim Zoni, Duni non sunt nisi disiecta frusta vocis [Eg]doni, [Mig]doni (n. 2, 43), videnturque tum Alexandria, tum Alexandri huc irrepsisse e mart. 11, n. 4, vel mart. 10, n. 38: Alexandri* [6]. *Notasse tamen iuvat diaconum quendam Alexandrinum hodie fastis inscriptum esse : Orion diaconi, infra, n. 66.*

25. IN AFRICA] *De nomine martyris dissidium est inter testes, aliis Iohannis, aliis Neonis (Neonas) diaconi scribentibus, quod nulla ratione componere est.*

29. ALIORUM XLIIII] *Supra, ad n. 5.*

30. ANDI] *Ab ignoto nomine membrum amputatum videtur. Nullus enim locus est qui Andi in Albua vocitetur.*

32. IN ALBUA] *Al. Albia. Incertum.*

33. SILVANI] *Al. Silviani. De sancto cognomine, qui nuntiabatur* IV id. feb., *pauca collegimus, die feb. 10, ad n. 31.*

37. INNOCENTI] *Is est Innocentius papa (401-417). Si primae Libri pontificalis recensioni credendum est, die 27 iun. mortem obiit :* sepultus est ad Ursu pilato V kal. iul. [7] ; *si alteri, die 28 iul. decessit :* qui etiam sepultus est ad Ursum pileatum V kal. aug. [8]. *Neutri autem hac in re fidendum est et sequendum martyrologium* [9]. *Sepulturae locus rite in Libro pontificali indicatur, suffragaturque Itinerarium Salisburgense, in Via Portuensi :* Deinde intrabis ecclesiam magnam ; ibi sancti martyres Abdon et Sennes quiescunt. Deinde exeas et intrabis ubi sanctus Innocentius papa et martyr quiescit [10]. *Non levis error est Willelmi Malmesburiensis qui scribit Innocentia* [11]. *In codicibus alterius recensionis recurrit S. Innocentii memoria die mart. 14, n. 8. Locum sepulturae solus servavit codex S, et quidem die 14 mart.*

**Romae ad Ursum pileatum depositio sancti Innocentii episcopi.**

39. RASI] *Facili, sed quam certam nemo habuerit, coniectura restitue : (Euf)rasi. Die 13 mart., n. 88 occurrit quaedam Eufrasia, mart. 14, n. 11: Eufrosi, Eufrasi.*

42. NICOMEDIA] *Supra, ad n. 1.*

47. EUNEMI] = *Eugeni, n. 60.*

49. DONATAE] = *Domnae, supra ad n. 1.*

51. RUGINI] = *Eugeni, n. 60 ; supra ad n. 1.*

52. MARI] = *Mar<don>i. Supra, ad n. 1. Infra, n. 98 : Mirdani.*

56. EVENGULI] *Vocabulum utrumque evenguli, inquirini, lectio corrupta pro singuli singulis (n. 9, 10).*

58. MAREASI] = *Zmaragdi, n. 54.*

59. NESTORI] *Mart. 7, n. 16.*

62. GORGONI] *Mart. 11, n. 23. Supra, ad n. 1.*

66. ORION] *Nomen apprime Aegyptium (supra, ad n. 17). Nihil obstat quominus scribatur :*

**in Alexandria Orion diaconi.**

69. IN ASIA] *Coniuncte cum his verbis lege nomina Carpi (n. 74), Pa<p>uli (n. 73) et Agathoni<ces> (n. 75), martyrum Pergamenorum, quorum Acta exstant* [12]. *Coluntur die 13 (12) aprilis, nec alia de causa hac die memorati videntur nisi quod apud Eusebium in eo*

[1] *Hist. eccl.*, VIII, 6, 1, 4, 5. — [2] *De mortibus persecutorum*, 15, 2. — [3] *BHG*². 823 ; KLEOPAS (KOIKYLIDES), *Βίοι τῶν Παλαιστινῶν ἁγίων* (Hierosolymis, 1907), p. 78. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 94, 357. — [5] Ibid. p. 91.— [6] *Les martyrs d'Égypte*, p. 69. — [7] DUCHESNE, t. I, p. 86. — [8] Ibid., p.222.— [9] Ibid., p. 224.— [10] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [11] Ibid., p. 182. — [12] *BHG*². 293-295.

*capitulo*

*capitulo passi leguntur ubi de S. Pionio* [1]. *Huius enim festum hodie celebratur (n. 94).*

**in Asia Carpi Papyli Agathonices.**

*70.* PETUNI] *Scribendum videtur Petruni (Petroni) cuius frequens est mentio: mart. 6, n. 79; mart. 11, n. 11; mart. 13, n. 15 et 105; mart. 15, n. 13. Nusquam tamen, nisi hoc loco, episcopus fuisse asseritur.*

*72.* FIRMI] *Saepius hoc nomen legimus, et recens quidem mart. 10, n. 16; mart. 11, n. 24.*

*76.* MACEDONI] *Quae nunc sequuntur singula fere postridie recurrunt, et ab iis lucis aliquantulum accipient quae tunc notanda erunt:*

| | |
|---|---|
| *76. Macedoni* | *mart. 13, n. 2.* |
| *77. Patrici* | *mart. 13, n. 4.* |
| *78. Modesti* | *mart. 13, n. 9, 16.* |
| *80. Domitiani* | *mart. 13, n. 33.* |
| *82. Zosimi* | *mart. 13, n. 17.* |
| *84. Eustasi* | *mart. 13, n. 18.* |
| *86. Bassilissae* | *mart. 13, n. 21.* |
| *89. Cionis* | *mart. 13, n. 10.* |

*90.* IOVIANI] *Mart. 13, n. 108, habemus Iuliani. Nominum sane discrimen est. An et hominum?*

*91.* HILARI] *Non illum esse* Ἵλαρον *crediderim quem iam legimus inter Nicomedienses martyres (n. 1, 55). Hic enim pedissequum habet Concessum non hodie tantum sed et mart. 13, n. 110, april. 9, n. 14, april. 10, n. 5, april. 11, n. 6: Hilari, Concessi. Notasse iuvat in codd. Cambr. et Rich., ad diem april. 8, Concessum Carthagini assignari.*

*93.* SMIRNAE] *Pionius martyr est illustris. Quod autem cum eo Metrodi (lege Metrodori) mentio fiat, digito ostendit scriptorem usum esse Passione Pionii, ubi iste traditur simul cum Pionio igne consumptus. Sed ibidem legimus eundem fuisse* πρεσβύτερόν τινα τῆς αἱρέσεως τῶν Μαρκιονιστῶν [2]. *Minime ergo Metrodorus fastis Smyrnensium inscriptus fuit. Utriusque Passionem etiam compendio refert Eusebius* [3], *qui tamen Pionium nusquam* πρεσβύτερον *nuncupat. Natalis dies est quem enuntiat Passio* πρὸ τεσσάρων εἰδῶν μαρτίων κατὰ Ῥωμαίους [4]. *Codicum lectio fere servanda est:*

**Smirnae Pionii presbiteri, Metrodori presbiteri.**

*Constantinopoli S. Pionii memoria agebatur* ἐν τῷ Λιθοστρώτῳ [5].

*98.* MIRDANI] *Supra ad n. 1:* Μαρδόνιος ὁ πρεσβύτερος. *Cf. n. 52. Quod autem additur et aliorum LX, emendatione indiget. Numerus enim LX nullis confirmatur monumentis. Cum in breviario Syriaco novem omnino numerentur martyres, tolerabilis mihi videtur lectio et aliorum IX, licet, excluso antesignano, octo tantum sint. Simili enim computandi ratione saepius utuntur martyrologi.*

*104.* GRIGORI] *Antiquissima S. Gregorii Vita est in Libro Pontificali* [6]. *De ceteris non iuvat hoc loco disserere* [7]. *Eius epitaphium metricum Beda refert* [8], *ultima suppressa sententia, quae soluta oratione expressa est et in syllogis epigraphicis tradita:*

HIC REQVIESCIT GREGORIVS PAPA QVI SEDIT ANN. XIII MENS. VI DIES X. DEPOSITVS IIII IDVS MARTIAS [9].

[1] *Hist. eccl.*, IV, 48. — [2] *BHG*². 1546, n. 21. — [3] *Hist. eccl.*, IV, 15, 46, 47. — [4] *BHG*². 1546, n. 23. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 530. — [6] DUCHESNE, t. I, p. 312. — [7] *BHL.* 3637-3646. — [8] *Hist. eccl.*, II, 1. — [9] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, p. 52. Cf. DUCHESNE, t. c., p. 313.

# III ID. MART.

**[a] Nicomedia Macedonis presbyteri Patriciae uxoris eius et filiae Modestae Cioni presbyteri Saturnini Ianuari Salvi Petruni Modestini Zosimi Eustaci presbyteri et Bassillae uxoris eius Eppodi diaconi et aliorum II Gerati lacus Carpisti Galatae Domisiani presbiteri Luce Telli Hiromei Zeddoni presbiteri et Patriciae uxoris eius Claoni Patyrrigiae item Basilissae [b]. Nicea civitate Theusetae et Horis filii eius Theudorae Nimpodore Marci Arabae hii omnes igne concremati sunt et Iuli episcopi Alexandri Dioni Mariae et aliorum II Pioni Trabiae Quartae Misthei Nimphadobe Ariabae item Partae Poenis [c] Victorini. in Tessalonica Alexandri Dioni. Nicomedia Eufrasiae Domitiani Macedoni Patriciae Lucae Duoni item Domitiani item Dioni Sallae Ruae Pactae Pioni Fronimi Callidi Severini Petruni pueri Salviani Iuliani Felicis Hilari Concessi Martialis.**

*Addunt codices pleniores:* a) translatio corporis sancti auctoris ep iscopi B² *marg.* — b) claonis minervini C. — c) victurię C.

*Var. lect. codd.* EBSW.— 1.nicom̄ E ; nicomedia B¹ ; nicomedi B² | 2.machedoni BSW | 3.prb̄ E ; presb̄i B ; prb̄i W | 4. patricie B ; mar cię S ; matricię W | 5-6.uxori sc̄s B¹ ; uxoris cs̄ B² ; uxor̄ eius W | 8-9. *transp.* mod. fil. *add.* eius BW | 8. filie B | 9. modeste B ; modestię S | 10. cyrion W | 11. presb̄i B ; prb̄i W ; *om.* E | 13. ianuarii BS | 14. salvii BS | 15.petroni S | 18. eustasi BW ; eostasi S | 19. prb̄ E ; presb̄i B ; prb̄i W | 21. basillisse B ; basilissae SW | 22. uxor̄ W | 22-23. *om.* E | 24. eppepedi B¹SW ; eppipodi B² | 25. diac̄ EW | 26-28. cum aliis duobus BSW | 29-30. gerati la cus B ; geratilacus S ; *add.* et B | 32. galate BS | 33. domisioni S | 34. prb̄ E ; presb̄i B ; prb̄i W | 35-36. lucetelli E | 35-37. *transp.* hieromei luce telle S ; hyromei lucę telle W | 37. hyromei B | 39. prb̄ E ; prb̄i W | 41. patre E ; patrie B ; patrię W | 42. uxor̄ W | 42-43. *om.* E | 44. claonii B ; *om.* SW | 45. patifrigie B ; patifrigię S ; party frigię W | 46. it̄ E | 47. basilisse S ; baselisse B ; *add.* claonię S ; claonii W (*cf.* 44) | 48. sicia E ; in Nicea WS | 49. civī E ; civitat̄ B ; civitā W | 50. theustae E ; theusete B ; theu setę W | 51-52. ethoris E | 52. choris B | 53. fili E ; fulę W ; *add.* virginis W | 54. *om.* W | 55. theudore B ; theodore SW | 56-57. *transp.* marci nempodero S | 56. nic̄o pudore E¹ (?) ; nimpudore E² | 57-58.marcia rabae E | 58. arabe BS | 59-64. *om.* E | 59. hi S | 61. igni S | 62.concremate B¹ | 62-63.concrematis S | 64. *om.* SW | 67-68. alexandrioni B | 67. alaxandri E | 68. pione S ; pion W | 69. marie B | 70-72. cum aliis duobus BSW | 73. dioni SW | 74. trabie B | 75. quarte BS | 76. mysithei B ; mesethei S ; misithei W | 77. nimphę dobae E ; nimpadobę W | 78. ariabe B ; arabę SW | 79. it̄ E ; *om.* BSW | 80-81. *transp.* pionis quartę S ; pionis parth///ę W | 80. p arte B | 82. victurini BW | 84. tessalō E ; thesalonica BW ; thessalonica S ; *add.* civitate S | 85. alaxandri E | 86. dione B ; dionę W ; *add.* item B | 87. nicom̄ E | 88. eufrasie B ; eufraxię S | 89. dimiciani B¹ ; domiciani B²SW | 90. macidoni E ; machedoni SW | 91-93. *transp.* lucae patricii dionisi S | 91. patricie B | 93. duonii BW | 94. it̄ E | 95. domiciā B ; domiciani SW | 96. it̄ E ; *om.* SW | 97. dionis B ; *om.* SW | 98-99. callerꝛę B ; scalle S ; scallerię W | 100. patę B ; pactę S | 101.pionis B ; pionii W | 102. pronimi E | 103. calledi BSW ; *add.* item dionisi S ; item dioni W (*cf.* 97) | 107. silviani S | 108. *om.* S | 110. hilarini B¹ ; hilarii B² ; helari S ; helarii W | 111. *add.* et BSW | 112. marcialis BSW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicea civitate Theusetae et Horis filii eius Theodorae Nimpodorae Marci Arabae hi omnes igne concremati sunt Iuli episcopi Alexandri. — Taml. : Macedoni et uxoris eius Patriciae et filiae Modestae Chioni Saturnini Silvi Ianuarii Petroni Zosimi Modestini Salivi Cioni Castacii. — Mon. : Tessalonica Innocenti episcopi Eufraxiae virginis et aliorum X. — Rich. : In Nicomedia Macedonii presbyteri Patricii et Modesti Cioni presbyteri Saturni Ianuaris. Nicea civitate Teusitae et Horis.

## MART. 13

*1.* NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum: ἐν αὐτῇ τῇ Νικομηδείᾳ Μόδεστος ὁ πρεσβύτερος ὁ μάρτυς καὶ ἕτεροι μάρτυρες εἷς καὶ εἴκοσι. Inter eos martyres quorum nomina haud pauca mox occurrent, nonnulli e Modesti societate forsitan inserti sint; sed quo pacto eos certo internoscamus nescimus. Ex eorum numero aliquot et die 12 mart. inscripti sunt, omissa Nicomediae mentione. Lectam fuisse Passionem, nunc deperditam, S. Modesti et sociorum ostendunt munera ecclesiastica et vincula consanguinitatis plurimorum diserte expressa, non ita sedulo tamen ut moles incongrua in ordinem redigatur. Vix enim decernere est quibusnam tandem iure tribuatur presbyteri nomen; uxoris etiam et filiae partitio vocabulorum aequa non videtur. Singula iuveritrutina examinare.*

*2.* MACEDONIS] *Addit: presbyteri. Infra, n. 38: Zeddoni presbiteri; n. 90: Macedoni sine addito, item mart. 12, n. 76.*

*4.* PATRICIAE] *Addit: uxoris eius, etiam infra n. 41; n. 91: Patriciae sine addito; n. 45: Patyrrigiae; mart. 12, n.77: Patrici.*

*9.* MODESTAE] *et filiae Modestae; n. 16: Modestini; mart. 12, n. 78: Modesti presbiteri, ut est et in breviario Syriaco.*

*10.* CIONI] *Addit: presbyteri; mart. 12 n. 89: Cionis sine addito. Infra, n. 73 et 101: Pioni; n. 97: Dioni (sed lege quae dicenda sunt ad n. 67 et 84: Alexandri Dioni); n. 93: Duoni; n. 44: Claoni (Daoni). Legendum, ni fallor: Pioni presbyteri*

*p r e s b y t e r i, qui est martyr Smyrnensis, mart. 12, n. 94.*

*12.* SATURNINI] *Adde n. 13, 14: I a n u a r i, S a l v i, nuda nomina.*

*15.* PETRUNI] *Mart. 12, n. 70 et aliis diebus. Cf infra, n. 105: P e t r u n i p u e r i.*

*16.* MODESTINI] = *M o d e s t i. Supra, ad n. 9.*

*17.* ZOSIMI] *Mart. 12, n. 82: Z o s i m i p r e s b i t e r i.*

*18.* EUSTACI] *Addit: p r e s b y t e r i. Mart. 12, n. 84: E u s t a s i p r e s b i t e r i.*

*21.* BASSILLAE] *Addit: u x o r i s e i u s. Infra, n. 47: B a s i l i s s a e sine addito. Mart. 12, n. 86: B a s s i l i s s a e u x o r i s f i l i a e.*

*24.* EPPODI] *Nonnihil luxata lectio cui tamen hanc alteram E p p i p o d i nemo anteponat, existimans hunc esse Alexandri Lugdunensis socium* [1]. *Huic enim male aptantur quae addita sunt* et aliorum II. *Si tamen scripserimus E v o d i, qui unus est ex tribus filiis S. Theodotae* [2], *de qua mox, n. 50, plana sunt omnia.*

*29.* GERATI] *Sequitur l a c u s, unde conicias loci hoc esse nomen. Haec non minus obscura sunt si addideris C a r p i s t i. Sunt quidem in Africa* Aquae Carpitanae [3]. *Audacius tamen foret asserere hoc aliud esse ac meram vocum consonantiam.*

*32.* GALATAE] *Insertum videtur ab interpolatore qui recordatus est D o m i t i a n i illius qui die 28 dec., n. 18, etsi non recte, sub Ancyra Galatiae nuntiabatur.*

*33.* DOMISIANI] *Addit: p r e s b i t e r i. Infra, n. 89 et 95: D o m i t i a n i sine addito. Mart. 12, n. 80: D o m i t i a n i p r e s b i t e r i.*

*35.* LUCE] *Iterum n. 92. Sitne ceteris Nicomediensibus annumerandus non liquet, nisi ille est qui mart. 15, n.7 nuntiatur:* Nicomediae Luci episcopi. *Hic autem plane ignotus est, et a reliquorum societate segregatus. Si quis legerit L u c i, intellegendo Romani pontificis nomen, ne ineptiae statim vel audaciae arguatur. Lege quae de Iulio papa mox in medium proferemus (n. 65).*

*36.* TELLI] *Infra, n. 98: S a l l a e. Cf. feb. 28, n. 26.*

*37.* HIROMEI]*Male effectum ex* NICOMEDI*a, ut vel ex proximis vocibus constat.*

*38.* ZEDDONI] = *M a c e d o n i s, n. 2.*

*41.* PATRICIAE] *Supra, n. 4.*

*44.* CLAONI] = *D u o n i (C l u o n i), D i o n i, C i o n i, P i o n i, supra, ad n. 10.*

*45.* PATYRRIGIAE] = *P a t r i c i a e, n. 4.*

*47.* BASILISSAE] *Supra, n.21: B a s s i l l a e.*

*48.* NICEA] *Nicaeae in Bithynia S.T h e o d o t e cum tribus filiis igne consumpta est* [4], *quam et die 2 aug. et 2 sept. martyrologium commemorat. Vix latet nomen martyris sub T h e u s e t a e, n. 50, — vel etiam sub T h e u d o r a e, n. 55, quamquam id non ita certum, ut mox indicabo. H o r i s f i l i i e i u s (n. 52-54) corrupte reddit c u m t r i b u s f i l i i s e i u s. In Passione unus tantum e tribus filiis nominatim appellatur: E v o d i u s. Hinc, n. 24 legimus, E v o d i cui subiunximus (n. 26-28) e t a l i o r u m I I, id est fratrum. Neque ad alios pertinere credimus hanc sententiam: h i i o m n e s i g n e c o n c r e m a t i s u n t (n.59-63). Cetera omnia peregrina sunt, certa vero est annuntiatio:*

**Nicea civitate Theodotae cum tribus filiis eius. Hii omnes igne concremati sunt.**

*55.* THEUDORAE] *Cum ilico sequatur N i m p o d o r e, haec duo nomina remansisse crediderim ex ternis illis virginibus M e n o d o r a, N y m p h o d o r a, M e t r o d o r a, quas Graeci die 10 sept. venerantur* [5]. *Unde T h e u d o r a esset pro M e n o d o r a. Martyres hae non quidem ad Nicaeam, sed ad Bithyniam pertinent, sicut et Theodote. Ceterum nihil est inter utramque turmam commune.*

*57.* MARCI] *Cf. infra, n. 69: M a r i a e; utrumque incertum.*

*58.* ARABAE] *Cf. infra, n. 74: T r a b i a e; n. 78: A r i a b a e. Regionisne an martyris nomen utcumque luxatum quis dixerit ?*

*62.* CONCREMATI] *Haec cum T h e o d o t e, supra ad n. 48, coniunximus. Omnia a n. 48 ad 63, nullo facto discrimine, exscripsit martyrologus Lugdunensis:* Nicea civitate natale sanctorum martyrum Theusetae et Horris filii eius, Theodorae, Nimphodorae, Marci, Arabiae, qui omnes igni traditi sunt [6]. *Nihil melius Ado nec reliqui, nec ipsum martyrologium Romanum.*

*65.* IULI] *Legeris < R o m a e > I u l i e p i s c o p i, si placet conicere transpositum esse Iulium papam, cuius depositionis dies est,* II id. april., *ad* III id. mart. *Cum ea etiam coniectura hanc alteram conectere iuvat: Iulium pontificem L u c i u m, ut solet, secum traxisse, n. 35: L u c e, n. 92: L u c a e. Cui haec temere dicta forte videantur, legat quae ad feb. 8, n. 17, mart. 4, n. 6 annotata sunt de individua societate utriusque pontificis in huius martyrologii laterculis.*

*67.* ALEXANDRI] *N. 85, iterum A l e x a n d r i D i o n i <s i>, sub Thessalonica.*

*69.* MARIAE] *Cf. supra, n.57: M a r c i. Quicquid conieceris, ab hoc nomine seiungenda sunt vocabula e t a l i o r u m I I quae n. 26-28 iterant et ad E p p o d i seu Evodi referuntur.*

*73.* PIONI] *Mart. 12, n. 94. Supra, n. 10.*

*74.* TRABIAE] *Supra, n. 58: A r a b a e; n. 78: A r i a b a e.*

*75.* QUARTAE] *Infra, n. 80: P a r t a e; n. 100: P a c t a e. Incerta omnia.*

*76.* MISTHEI] *Nudum nomen.*

*77.* NIMPHADOBE] = *N i m p o d o r e, n. 56, id est N y m p h o d o r a e (cf. n. 55).*

*78.* ARIABAE] *Supra, n. 58: A r a b a e; n. 74: T r a b i a e.*

*80.* PARTAE] *Supra, n. 75, infra, n.100.Notatu digna est lectio P a r t a e P o e n i s, collata cum P a c t a e P i o n i (n. 100, 101),*

[1] *BHL.* 2574. — [2] *BHL.* 8093. — [3] TISSOT, *Géographie comparée de la province Romaine d'Afrique*, t. II, p. 140. — [4] *BHL.* 8093. — [5] *BHG*². 1273; *Synax. Eccl. CP.*, p. 31. — [6] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 212.

*unde*

*unde* P o e n i s *vitiosa est scriptio nominis* P i o n i (*mart. 12, n. 94*), *hoc saltem loco. Non ita ad diem feb. 1, n. 7, ut ibi annotatum est.*

*82.* VICTORINI] *Ni fallor, martyr Nicomediensis, de quo mart. 6, n. 4, et alias.*

*84.* TESSALONICA] *Quae iam supra, n. 67, 68, sine loci indicio legimus, mutuatus est martyrologus a die mart. 14, n. 1.*

**in Tessalonica Alexandri Dionisi.**

*87.* NICOMEDIAE] *Tertium hic habemus turmam Nicomediensium, cui statim inseritur* E u f r a s i a e. *Norunt quidem Graeci Eufrasiam martyrem Nicomediae passam; haec tamen non hodie sed die 10 ian. recolitur* [1]. *Temere scripsit Usuardus:* in Thebaide depositio sanctae Euphrasiae virginis; *huius autem vestigia sequitur martyrologium Romanum. De reliquis, quae occurrebant, in superioribus notata sunt:*

*89.* D o m i t i a n i, *n. 33.*
*90.* M a c e d o n i, *n. 2.*
*91.* P a t r i c i a e, *n. 4.*
*92.* L u c a, *n. 35.*
*93.* D u o n i, *n. 10.*
*95.* D o m i t i a n i, *n. 33.*
*97.* D i o n i, *n. 10.*

*98.* SALLAE] *Supra, n. 36:* T e l l i.

*99.* RUAE] *Lectio corrupta.*

*100.* PACTAE] *Supra, ad n. 80.*

*102.* FRONIMI] *Mart. 14, n. 12.*

*103.* CALLIDI] *Uti* S e v e r i n i, *nudum nomen.*

*105.* PETRUNI] *Supra, n. 15. Mart. 12, n. 70 scriptum est* P e t <r> u n i e p i s c o p i, *hic vero* p u e r i. *Utra sit lectio accipienda, an utraque reicienda quis diudicabit?*

*107.* SALVIANI] *Tam* S a l v i a n u s *quam* I u l i a n u s, F e l i x, M a r t i a l i s *solo noti sunt nomine. Dubitare tamen licet an Iulianus hodiernis laterculis additus sit arrepta occasione a voce* B a s i l i s s a, *n. 47. Die enim ian. 6, n. 25-27, socios illustres in martyrio* I u l i a n u m e t B a s i l i s s a m *nuntiat martyrologium. Lege et quae dicta sunt mart. 12, ad n. 90.*

*110.* HILARI] *Par martyrum* H i l a r i C o n c e s s i, *de quo mart 12, n. 91.*

ADDITAMENTA] A u c t o r i s *episcopi Mettensis, cuius festum agitur 10 aug., quo in eodem codice B altera manu inscriptum est:* eodem die depositio sancti Auctoris episcopi. *Hodie:*

**Translatio corporis sancti Auctoris episcopi.**

EXCERPTA] *Cod.Taml.:* S a l i v i = *Salvi, n. 14.*

C a s t a c i i = *Eustaci, n. 18.*

*Cod. Mon.:* T e s s a l o n i c a, *mart. 14, n. 2,28; supra, n. 84.*

I n n o c e n t i, *mart. 12, n. 37.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 404.

---

# PRID. ID. MART.

| I | II |
|---|---|
| **[a] In Tessalonica Dionisi Alaxandri Palatini. et Romae Innocenti episcopi natale** | |

**Eufrosi Frunimi. Nicomedia Felicissimi Dativi Frontinae. in Africa Alexandri Dionae Petri Mammeri et Naboris martyr Comis Frontonis [b]. Tessalonica Alexandri Eufrasi Frunimi [c]. Antiochia. Nicomediae Pionis.**

| I | II |
|---|---|
| | **Romae Innocenti episcopi.** |

*Addunt codices pleniores:* a) metis translatio corporis beatę chlodesindae deo sacratae B[2] *in marg.* — b) marię C. — c) romae leonis episcopi et martyris B.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW.— 2. tessalō E | 7. rom̄ E | 10. nt̄ E | 11. eufro sini S | 13. nicom̄ E; inimedia S; in nicomedia W | 15. fontini S; *add.* et BS | 16. frontine B; frontini S; *add.* et W | 18. aff̄ E | 19-20. *transp.* dione alexandri SW | 19. alaxandri E; *om.* S | 20. dione BS; *add.* in aff̄ E; nicomedia B; alexandri S | 23. *om.* E | 25. martyr̄ B; mar̄ W; martyris S; *om.* E | 26. comes B; *om.* SW | 27. prontonis E | 28. tessalō E; thesalonica B; in thessolinica S; in theralonica W; *add.* dionisii B | 29-30. *transp.* eufrasii alexandri S; eufrasi alexandri W | 29. alaxandri E; *add.* palatini B | 30. efrasi B | 31. frunini E; fronimi B | 32. antioc̄ E; in antiochia S; in antiocia W | 33. nicomēd E; nicomedie SW; nicomedi B | 34. epionis B | 35-37. et rome ad ursum pileatum innocenti ep̄i S | 36. innocentie B[1]; innocenti B[2].

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Cartagine civitate nat. sanctorum Donati Efrosi Frunimi in Nicomedia nat. Felicisimi Frontinae. — TAML.: Dionisii episcopi Eufrosii Felicissimi Dativi Alaxandri Pionis Furmini Dionisii Alaxandri Salvatoris Frontinae Hursiniae Dionae Pelliotae Rabae Dionae Faustae Salvae Ingenuae Palidi Pallitani Innocentii episcopi Eufrasiae Petri Mammerii Naborii Lucae Iacobi Frontoni Frimini Lucii Vincentii Marci Pauli Teophili Petroni. — MON.: Natalis sanctorum Eufrosi Frunimi in Nicomedia Pauli et aliorum XXIIII. — RICH.: In Tesalonica Dionisii Alexandri et Palatini et Rome depositio Innocentii episcopi Nicomedia Felicissimi Dativi et Florentini.

## MART. 14

1. IN TESSALONICA] *Breviarium Syriacum: ἐν Θεσσαλονίκῃ Φρόντων ὁ μάρτυς καὶ ἕτεροι μάρτυρες τρεῖς. Fronto bis commemoratur, n. 16: F r o n t i n a e, n. 27: F r o n t o n i s. Praeter Alexandrum et Dionysium, nullum ex Thessalonicensibus hodie agnoscimus. A l e x a n d r i memoria iam occurrit feb. 26, n. 3, feb. 27, n. 2 et mart. 13, n. 67, 85. A Graecis agitur mart. 13 vel 14 commemoratio τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Πύδνῃ* [1], *et nov. 9: Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Θεσσαλονίκῃ* [2]. *Unum esse Alexandrum Pydnensem et Thessalonicensem ut comprobaremus olim enixi sumus* [3]; *sed homonymorum illorum intricatum negotium melius suo loco exponemus ad diem 14 maii. D i o n y s i u s cum Alexandro nuntiatus est heri, fortassis etiam die 27 feb., rursum april. 1, n. 22, april. 2, n. 35. P a l a t i n u s adiectivum potius quam nomen esse videtur, quod et invenimus non procul a Domnino, martyre Thessalonicensi, mart. 30, n. 7, prope alios martyres eiusdem civitatis die 4 april., n. 16, hodie in cod. B, ad A l e x a n d r i, n. 29. Quo tandem pertineant non audemus conicere, et cum debita cautela legere suademus:*

**in Thessalonica Frontonis Alexandri, Dionysi et <...> palatini.**

*De ceteris martyribus Thessalonicae ascribendis nihil occurrit quod addamus. Plurimos fuisse quorum nomina in hisce fastis nullo loco distincte expressa sunt suadet catalogus eorum quorum effigies opere tessellato depictae sunt in ecclesia Sancti Georgii, Thessalonicae* [4].

7. ROMAE] *Iteratur laterculus diei mart. 12, n. 37:*

**Romae ad Ursum pileatum Innocentii episcopi.**

11. EUFROSI] *Infra, n. 30: E u f r a s i. Heri, habuimus E u f r a s i a e, sub indicio N i c o m e d i a e, quod neque hodie deest (n. 13, 33). Die mart. 12, n. 39, scripsimus (E u f) r a s i e p i s c o p i, utique ex coniectura. Neutra lectio certa est.*

12. FRUNIMI] *Mart. 13, n. 102; infra, n. 31, etiam F r o n i m i (B). Nescio an latine usitatum sit, ex graeco adiectivo: φρόνιμος,* prudens, cordatus. *Notatu dignum est hodie in variis nominibus eiusdem vocabuli prima elementa adesse:* FRON *i m i,* E u FRO *s i,* FRON *t i n a e,* FRON*t o n i s, unde suspicio est e corruptela nescio qua enatum esse F r u n i m i. Quod fidenter assererem nisi Frunimum illum etiam mart. 3, n. 80, mart. 4, n. 72, obviam habuissemus.*

13. NICOMEDIA] *Infra, n.33. De E u f r a s i a quadam Nicomediensi verba fecimus mart. 13, ad n. 87, et supra, n. 11. Non tamen certo eius memoriam hodie agi nemo non intellegit. Inter Nicomedienses conspicuus fuit P e t r u s, ut videre est ad mart. 12, n. 1. Qui tamen hodie recensetur P e t r u s (n. 21) ad aliam videtur referendus societatem. Nomen civitatis e laterculo mart. 13, n. 1, solum, seclusis martyribus, huc cecidisse crediderim.*

14. FELICISSIMI] *Latinum nomen, quod tamen multis hominibus conveniat.*

15. DATIVI] *Procul dubio Africae tribuendus; an cum aliis nonnullis, non constat.*

**in Africa Dativi.**

16. FRONTINAE] = *F r o n t o n i s, infra, n. 27. Cf. supra, n. 1.*

19. ALEXANDRI] *Supra, n. 1 et 4; infra, n. 29.*

20. DIONAE] = *D i o n i s i, supra, n. 3. Cf. quae annotata sunt ad n. 1.*

21. PETRI] *Nomina quattuor (n. 21-26) etiam iul. 14 recensentur:*

| | |
|---|---|
| *P e t r i* | *iul. 14, n. 15.* |
| *M a m m e r i* | *iul. 14, n. 14: M a m a r i s.* |
| *N a b o r i s* | *iul. 14, n. 12: N a m o r i s.* |
| *C o m i s* | *iul. 14, n. 16: G u m m i.* |

*Quod autem binis hisce diebus inscripti sunt, id ortum est ex* prid. id. mart. *commisto cum* prid. id. iul.

27. FRONTONIS] *Supra, ad n.1. Male F r o n t i n a e, n. 16.*

28. TESSALONICA] *Supra, n. 1.*

30. EUFRASI] *Supra, n. 11: E u f r o s i.*

31. FRUNIMI] *Supra, n. 12.*

32. ANTIOCHIA] *Nullus est martyr quem ad Antiochiam referamus.*

33. NICOMEDIA] *Codex B legit N i c o m e d i; incerta est lectio codicis E; ceterorum N i c o m e d i a, quae aliis praestat. Est enim mera iteratio n. 13. Nulla ratio habenda est kalendarii marmorei Neapolitani, in quo postridie inscriptum est* [5]:

XV. NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) NICODEMU

*Hunc autem Neapolitani habent Nicodemum illum, Christi discipulum* [6], *quem antiquorum fasti ignorant. Nicodemus est aliquis martyr, solo nomine notus, quem memorant Graeci in synaxariis, non tamen hoc die, sed 8 oct.* [7]. *Quam facilis sit a Nicomedia ad Nicodemum lapsus nemo non videt.*

34. PIONIS] *Mart. 12, n. 94, habita est memoria S. Pionii, Smyrnensis presbyteri. Fieri tamen potest ut hodie P i o n i s sit pro D i o n i s seu D i o n i s i i supra, n. 3, 20.*

ADDITAMENTA] *C h l o d e s i n d a e. Vita S. Glodesindis:* Iacuit usque ad sui translationem corporis, quae est pridie idus martii, in praedicta

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 534-35. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 208. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 100. — [4] CH. DIEHL - M. LE TOURNEAU - H. SALADIN, *Les monuments chrétiens de Salonique* (Paris, 1918), p. 19-31; M. VAN BERCHEM - E. CLOUZOT, *Mosaïques chrétiennes du IV*e *au X*e *siècle* (Genève, 1924), p. 67-72. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLIII, p. 389. — [5] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [6] MAZOCHI, *In vetus marmoreum sanctae Neapolitanae ecclesiae kalendarium commentarius*, p. 93. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 122.

sanctae

sanctae et intemeratae virginis Mariae ecclesia [1]. *Haec autem translatio peracta est a Drogone, episcopo Metensi, anno 830* [2].

*M a r i a e, mart. 13, n. 69.*

*L e o n i s episcopi sepulcrum erat in agro Verano via Tiburtina, titulo metrico ornatum, cuius fragmenta reperta sunt, quodque integrum e codicibus edidit I. B. De Rossi* [3].

OMNIA QVAECVMQVE VIDES PROPRIO QVAESITA LABORE
CVM MIHI GENTILIS IAMDVDVM VITA MANERET
INSTITVI CVPIENS CENSVM COGNOSCERE MVNDI
IVDICIO POST MVLTA DEI MELIORA SECVTVS
CONTEMPTIS OPIBVS MALVI COGNOSCERE CHRISTVM
HAEC MIHI CVRA FVIT NVDOS VESTIRE PETENTES
FVNDERE PAVPERIBVS QVIDQVID CONCESSERAT ANNVS
PSALLERE ET IN POPVLIS VOLVI MODVLANTE PROFETA
SIC MERVI PLEBEM CHRISTI RETINERE SACERDOS
HVNC MIHI COMPOSVIT TVMVLVM LAVRENTIA CONIVNX
MORIBVS APTA MEIS SEMPER VENERANDA FIDELIS
INVIDIA INFELIX TANDEM COMPRESSA QVIESCET
OCTOGINTA LEO TRANSCENDIT EPISCOPVS ANNOS

DEP. DIE PRID. IDVS MARTIAS

*Liber pontificalis, in Vita Hadriani I, post memoratam basilicam S. Laurentii in agro Verano :* ecclesiam sancti Stephani iuxta eam sitam, ubi corpus S. Leonis episcopi et martyris quiescit similiter undique renovavit una cum coemeterio beatae Cyriacae [4]. *Leo tamen ille martyribus annumerandus non est* [5]. *Patrem fuisse Damasi papae, cuius matri Laurentiae nomen erat, ipso Damaso teste in eiusdem epitaphio* [6], *multis astruere conatus est Horatius Marucchi* [7]. *Obest tamen quod in Libro pontificali Damasus* ex patre Antonio *genitus perhibetur* [8].

EXCERPTA] *Cod. Taml. : S a l v a t o r i s = Solutoris, mart. 15, n. 17.*

*P e l l i o t a e, P a l i d i, P a l i t a n i = Palatini, supra n. 5.*

*Cod. Mon. : F l o r e n t i n i = Frontinae al. Frontini, n. 16, reapse F r o n t o n i s, n. 27.*

[1] *BHL.* 3562, n. 18. — [2] *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 199. — [3] *Bullettino*, 1864, p. 54-56 ; *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 92, n. 62 ; p. 106, n. 48 et p. 107, n. 51. Cf. IHM, *Damasi epigrammata*, n. 33, DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 250. — [4] DUCHESNE, t. c, p. 508. — [5] DELEHAYE, *Sanctus*, p. 144-47. — [6] WILPERT, in *Nuovo bullettino di archeologia cristiana*, 1903, p. 53, tav. III. — [7] *Osservazioni storiche ed epigrafiche sulla iscrizione recentemente scoperta della madre del papa Damaso*, in *Nuovo bullettino*, t. c., p. 59-108. — [8] DUCHESNE, t. c., p. 212.

---

# ID. MART.

I | II

**In Cappadocia sancti Longini in Nicomedia Luci episcopi et martyris Faustae Silvi**

**Petruni |**

**Ingenui [a]. Kartagine Pauli Solutoris [b]**

**sancti Iacobi fratris domini | et sancti Iacobi fratris domini**

**Alexandri Teofili Octavi Theodoli**

**| Petruni [c].**

**Hierosolima Iacobi apostoli Lucae evangelistae [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) ianuarii C. — b) et sancti iacobi apostoli fratris domini CMKLV. — c) maiuli C. — d) riguli E ; et in carralis monte rosario spinoso regoli S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. cappōd E ; capadociae B² | 3. *om.* E | 3-4. *litt. evan. in* W | 5. *om.* E | 6. nicom̄ E | 7. lucini W | 9-11. *om.* E | 10. martyr̄ B ; mar̄ W | 11. fauste B | 12. silvii BSW ; *add.* pauli E | 1 '. ingenuae BSW | 15. kartag̃ E ; cartagine BS ; cartaginę W | 1 . salutoris SW | 20. ff̄ E | 21. dñi E | 22-26. *om.* BW | 25-26. fr̄is dñi S | 27. alaxandri E ; et alexandri B | 28. theophili B ; theofili W ; thiopoli S | 29. *add.* petruni E² *in marg.* | 31. petrunii B | 32-34. *om.* W | 32. hieros̄ E ; hierusolima B | 34. apōs E ; *add.* et B | 36. evangeł E ; eugltę SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Capodocia nat. sancti Logini in Nicomedia Luci episcopi et martiris Ficustae Silvi Ingenuae cum aliis item in Capodocia Iacobi apostoli et Lucae evangelistae. — TAML. : Iacobi apostoli fratris Domini ordinatio Lucae evangelistae Longini Lucii martiris Salvi Pauli Silvi Saturnini Ingenuae Spinosi Innocentii Efiro Reguli et aliorum IIII. — MON. : In Cappadocia natalis sancti Longini in Nicomedia Lupi episcopi et martyris Romae depositio Leonis episcopi Iacobi apostoli Lucae evvangelistae. — RICH. : In Nicomedia Pauli Silvii Petronii in Capadocia Longini Luci episcopi Cartagine Solutoris Hierosolima Iacobi apostoli.

## MART. 15

1. IN CAPPADOCIA] *De S. Longino, cuius exstant Acta cum graeca* [1] *tum latina* [2], *ita S. Gregorius Nyssenus : οἱ Μεσοποταμῖται... ἐδοκίμασαν τὸν Θωμᾶν... καὶ ἡμεῖς οἱ Καππαδόκαι τὸν ἑκατόνταρχον τὸν* **ἐπὶ** *τοῦ πάθους τὴν θεότητα τοῦ κυρίου ὁμολογήσαντα* [3]. *S. Longinus rursum nuntiatur oct. 23 :* in Caesarea Cappadociae Longini, *et nov. 22. Graecorum fastis inscriptus est oct. 17 ; eius synaxis agebatur Constantinopoli in ecclesia Sancti Georgii ἐν τῷ Κυπαρισσίῳ* [4]. *De eo in kalendario mozarabum die 21 nov.* [5]. *Scribendum est :*

**<in Caesarea> Cappadociae sancti Longini.**

6. IN NICOMEDIA] *Mart. 13, n. 1 ; 14, n.13, 33 ; 16, n. 7 ; 17, n. 1. Martyres Nicomedienses hodie frustra requiro. De S. Nicodemo quem suo kalendario inscripserunt Neapolitani, diximus ad mart. 14, n. 33.*

7. LUCI] *Nihil habemus quod ad hoc nomen et sequentia illustranda afferamus.*

11. *Faustae.*

12. *Silvi.*

13. *Petruni.*

14. *Ingenui.*

*Petrunium seu Petronium saepius hoc mense recensent codices, ut notatum est mart. 11, n. 11, mart. 12, n. 70. Ingenui, al. Ingenuae rursum mart. 18, n. 44. Conferatur mart. 16, n. 14: Eugeniae.*

15. KARTAGINE] *Desideratur mensis martius kalendarii Carthaginiensis. Hoc autem silente, neque de Paulo neque de Solutore quicquam assere re volumus. Et Solutoris quidem nomen saepius scriptum reperimus, v. gr. ian. 21, n. 31; mart. 26, n. 78 ; 27, n. 18 ; april. 8, n.11 ; 23, n. 13, plerumque inter Afros. Hodie quidem accedit Octavi (n. 29), unde credibile est Solutorem Taurinensem esse ex societate* Octavii, Solutoris, Adventoris *qui nov. 20 coluntur. Nisi dixeris Octavi ascriptum esse ab interpolatore qui praeter Taurinensem nullum noverat Solutorem.*

19. IACOBI] *Commemorationis huius, quae bis hodie notata est (infra, n. 33) et interpolatori debetur, rationem non assequimur. Die 27 dec., n.11 memoria ordinationis Iacobi fratris Domini signatur ; eiusdem depositio die 25 mart., n. 9. Ceterum perspicua est lectio :*

**Hierosolima Iacobi apostoli fratris Domini.**

27. ALEXANDRI] *Anticipatur mart. 17, n.11 :* Romae Alexandri episcopi Theoduli diaconi, *qui cum Eventio praecipue coluntur die 3 maii. Iunguntur ergo n. 27, 30 :*

**<Romae> Alexandri Theodoli.**

28. TEOFILI] = *Theoduli, n. 30.*

29. OCTAVI] *Ni fallor, martyr Taurinensis, nov. 20. Lege quae dicta sunt supra ad n. 15.*

33. IACOBI] *Iam supra, n. 19.*

35. LUCAE] *In hisce fastis Lucas oct. 17, 18 et etiam sept. 21. Cur Iacobo apostolo hodie societur causam esse suspicor quod Lucius (supra, n. 7) evangelistam paene cognominem interpolatoris menti iniecerit.*

ADDITAMENTA] *Maiuli, mart. 7, n. 51 ; maii 11, n. 9.*

*Riguli. Adeo aperte scribit cod. S:*

**in Carralis monte Rosario Spinoso Regoli**

*ut nihil addendum vel demendum videatur. Miror tamen neminem ex iis qui de sanctis Sardiniae scripserunt, ut Iohannes Arca* [6], *F. Lanzoni* [7], *et ipse Bonfantus, qui non veros tantum sed et ficticios plurimos suae patriae asseruit* [8], *Regulum Calaritanum plane ignorasse.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Ficustae = Faustae, n. 11.*

*Cod. Taml. : Salvi = Silvi, n. 12.*

*Spinosi* = *Vid. Additamenta, ubi de S. Regulo :* monte Rosario Spinoso.

*Efiro = Eufrosi, mart. 14, n. 11.*

[1] *BHG*$^{2}$. 988, 989. — [2] *BHL.* 4965. — [3] *Epist.* XVII, 15, PASQUALI, p. 53. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 141. — [5] FÉROTIN, *Le Liber Ordinum*, p. 488-89. — [6] *De sanctis Sardiniae libri tres*, Calari, 1598. — [7] *La prima introduzione del' episcopato e del cristianesimo nell' isola di Sardegna*, Cagliari, 1916 ; *Le diocesi d'Italia*, p. 656-679.— [8] *Triumpho de los santos del reyno de Cerdeña.* En Caller, 1635.

# XVII KAL. APRIL.

**In Aquileia Hilari Tasiani [4] Datiani [a]. in Nicomedia Castori Dionisi Nonni [10] Sereni [b] Ciriacae Milisae Eugeniae Iuliani [15] Asclepiodoti [c]. in Grecia Ciriaci Pampiliani [20] Cassonis.**

*Addunt codices pleniores:* a) iuliani martyris et natale sanctę gertrudis C. — b) iuveni E. — c) pionis C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 3. helari BSW | 4. *om.* B | 5. diatiani E[1]; dati ani W; tatiani B | 6. *om.* E | 7. nicom̄ E | 9. diunisi B[1] | 12. quiriace B; quiriacę W; quiriaci S | 13. milise BS; et *add.* B | 14. eugenie B | 15. *add.* et B | 16. asclipioditi BS | 18. greč E | 19. cyriaci S; cyriace B; cyriacę W | 20. pampini BSW | 21. cassionis BW; casonis S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Aquilea nat. Hilari et Taciani et in Grecia Castoris Nonni Sereni Iouuiani et in Nicomedia Pamphiliani Sereni et Eugenii.— Taml.: Hilarii Titiani Tasiani bis Castoris Dionisii bis Noni Sireni Eugenii Iuliani Iovani Amphi Curiacae Mariae Milisae Ascliophidoti Sampiliani Sereni bis Grignei Eugeniae et aliorum X. — Mon.: Romae Nicomedis episcopi Nicomediae Castori Fereni. — Rich.: Aquileia Helarii et Tatiani et in Grecia Castoris Nonni Sereni et incomedia Pamphiliani et Eugenii Dionis Quiriaci.

## MART. 16

*1.* in aquileia] *Secundus post Hermagoram in antiqua serie episcoporum Aquileiensium est* H i l a r i u s [1]. *Eius socius nuncupatur* T a t i a n u s *in carmine* D e A q u i l e g i a, *saec. IX condito, ubi haec leguntur:*

Factus martyr [Marcus] suo sacro sanguine [quam dedicat
sed nec mora Fortunatus magystrum prose- [quitur,
Helarus sacer, deinde Tatianus socius [2].

*Paulus, patriarcha Gradensis, qui sedit imperante Iustiniano,* hostile periculum non ferens, Longobardis advenientibus cum omni thesauro aecclesiae Gradus se contulerat, efferens secum corpora sanctorum martyrum Hylari et Taciani et reliquorum [3]. *De his ita Chronicon Gradense:* Cumque idem venerabilis patriarcha ad destructam Aquileiensium civitatem cum populi multitudine ire disponeret, divina revelatione sibi innotuit qualiter cives Aquileie sevissimam Longobardorum rabiem in Gradense castrum fugientes beatissima corpora sanctorum Quirini, Ilari et Taciani et ceterorum secum asportaverunt. Hac itaque revelatione non parum ilarescens et translationem illorum scripsit et natalicii diem constituit celebrari... natalicia sanctorum Illari et Taciani sexto decimo kalendas marcii... » [4]. *Carolus Magnus, in diplomate an. 794, commemorat* ecclesiam sancti Titiani (*al.* Tatiani) confessoris Christi, quae est constructa sub oppido Cenetensi (*al.* Cenetensium) castro, ubi ipse praeciosus sanctus corpore requiescit [5]. *Porro Cenetensem Titianum ab Aquileiensi Tatiano non esse diversum opinio nonnullorum fuit* [6]. *Habetur Passio SS. Hilarii episcopi, Tatiani diaconi, Felicis, Largi et Dionysii, qui sub Numeriano passi perhibentur* sub die septimo decimo kalendas aprilis *et sepulti* foras muros civitatis [7]. *Hanc Passionem, quae nullam meretur fidem, cum soli Hilarius et Tatianus Aquileienses sint, contraxit Usuardus* [8], *cuius excerptum transiit in martyrologium Romanum. Nobis scribendum est:*

**in Aquileia Hilarii Tatiani.**

*5.* datiani] = T a s i a n i, *n.* 4.

*7.* nicomedia] *Unam hodie reperio* C i r i a c a m *(n. 12) quae Nicomediensis haberi possit. Legimus enim in breviario Syriaco* ἐν Νικομηδείᾳ Κουρικᾶ, *non tamen hodie sed die april. 6, quo et in nostris codicibus. Ne tamen scribamus* Nicomedia Ciriacae *prohibemur incerta lectione* C i r i a c a e, Q u i r i a c i, *de qua ad n. 12.*

*8.* castori] *Velut martyr Tarsensis, non Nicomediensis prodit* C a s t o r *mart. 28, n. 11, et april. 27, n. 7.*

*9.* dionisi] *Martyris Thessalonicensis, mart. 14, n. 3, et 17, n. 3.*

*10.* nonni] *Depositio martyrum:* non. sept. Aconti in Porto et Nonni et Herculani et Taurini. *Redit Nonnus mart. 17, n. 5, in forma feminina, nec omittitur (n. 19)* a d P o r t o. *Quare tum hodie tum cras scripserim:*

**ad Portum Nonni.**

*11.* sereni] *Nudum nomen.*

*12.* ciriacae] *Al.* Q u i r i a c i. *Habemus et infra, n. 19:* C i r i a c i, *quae nominis feminini iteratio esse videtur. Porro si ita est, delenda est*

[1] P. Paschini, *La chiesa Aquileiese ed il periodo delle origini*, p. 48; F. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 883-84. — [2] *M.G.*, Poet. lat., t. II, p. 151. — [3] *Chronica de singulis patriarchis Nove Aquileie*, in G. Monticolo, *Chronache veneziane antichissime*, t. I, p. 6. — [4] Monticolo, t. c., p. 41. — [5] *M.G.*, Diplom. Karolinorum, t. I, 177. — [6] Cf. Lanzoni, *Le origini delle antiche diocesi d'Italia*, p. 492; paulo aliter, *Le diocesi d'Italia*, pp. 884, 969. — [7] *BHL.* 3881. — [8] Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 157.

*Ciriaca*

*Ciriaca et retinendus C i r i a c u s. Narratur enim in Passione S. Marcelli corpus S. Cyriaci a Iohanne presbytero via Salaria collectum esse sepultumque die XVII kal.apriles* [1]*. Postea translatum est in viam Ostiensem VI id. aug., quo die cum ceteris martyribus martyrologio inscriptus est.*

*13.* MILISAE] *Lectio depravata. Legatur i n C i l i c i a, et adducatur I u l i a n i (n. 15). Hodie apud Graecos commemoratio est τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰουλιανοῦ τοῦ ἐν Κιλικίᾳ* [2]*.*

**in Cilicia Iuliani.**

*14.* EUGENIAE] *Cf. mart. 18, n. 44: I n g e n u a e; mart. 15, n. 14: I n g e n u i; mart. 20, n. 9: E u g e n i.*

*16.* ASCLEPIODOTI] *Legendumne A s c l e p i o d o r a e? Ἀσκληπιοδώρα nuncupatur mater S. Iuliani (n. 15) in eiusdem Actis* [3]*. Haec tamen a Graecis inter sanctos relata non est.*

*18.* IN GRECIA] *Insertum, ni fallor, ob nomen apprime graecum A s c l e p i o d o t i, n. 16.*

*19.* CIRIACI] *Ex his quae annotata sunt ad n. 12: C i r i a c a e, scribamus oportet:*

**<Romae> Ciriaci.**

*20.* PAMPILIANI] *Al. P a m p i n i, nomen ignotum et mendose scriptum.*

*21.* CASSONIS] *Mart. 17, n. 9, 23: C a t o n i; supra, n. 8: C a s t o r i.*

ADDITAMENTA] *G e r t r u d i s abbatissa Nivialensis* [4] *quae colitur mart. 17.*

*I u v e n i. Num ille qui mart. 25, n. 45 signatur I u v i n i Burgundionis?*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: I o u u i a n i = Iuliani, n 15, vel Iuveni codicis E.*

*Cod. Taml.: A m p h i = P] a m p h i [liani, n. 20.*

*M a r i a e, mart. 17, n. 8.*

[1] *BHL.* 5234, c. 20. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 541. — [3] *BHG*[2]. 965. — [4] *BHL.* 3490-3504.

---

# XVI KAL. APRIL.

**I** — **II**

**In Nicomedia Dionisi Ianuari Nonnae ▪ Cyriacae Victorini Mariae** [a]

I: **Eatoni Datiani** [10]**. Romae Alaxandri episcopi Theodoli** [14] **diaconi** [b]**.**

**In Aquileia ad Porto Largi** [20] **Hilari Titiani**

II: **Catoni Datiani. Romae** [25] **Alexandri episcopi Theoduli diaconi** [c]**.**

*Addunt codices pleniores :*a) hierusolima quiriaci ep̄i et martyr̄ et hibernia scocie depositio patrici ep̄i B ; patricii ep̄i S. — b) in scotia patrici episcopi E. — c) depositio patricii episcopi C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. nicom̄ E| 3. diunisi B[1] | 4. ianuarii BSW | 5. nonne BW | 6. cyriace B| 7. victurine B ; victurinae SW | 11. rom̄ E | 13. ep̄i E | 15. diac̄ E | 18-19. *om.* SW | 19. ponto E | 21. helari SW | 22. tyciani S ; ticiani W | 23. caton SW | 24. dativi SW | 25. rome SB | 27. ep̄i BW | 28. theodoli BW ; theudoli S | 29. diac̄ B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Dionisi Ianuariae et Nonnae et Hibernia depositio sancti Patrici episcopi. — TAML. : Patricii episcopi Mariae Victorinae Ciriacae Nonnae Dionisii Ianari Victorini Largii Largi Ilarii Titiani Alaxandri (Zefani) Teodoli Petri. — MON. : In Nicomedia natalis sanctorum Dionisii Ianuarii Romae Alexandri episcopi Hibernia Patricii episcopi et confessoris obitus Gerdrudae virginis. — RICH. : Nicomedia Dionisii Ianuarii Mariae Victurini et Hibernia Scotiae depositio sancti Patricii episcopi Rom. Alexandri episcopi Theodori diaconi.

## MART. 17

*1.* IN NICOMEDIA] *Mart. 13. n. 1; 14, n. 13, 33; 15, n. 6; 16, n. 7; 18, n. 33. Ex omnibus nominibus quae hoc indicium comitantur, unum cum Nicomedia convenit V i c t o r i n i (n. 7), si tamen ille est qui colitur mart 6, n. 4.*

*3.* DIONISI] *Martyris Thessalonicensis, mart. 14, n. 3; 16, n. 9.*

*4.* IANUARI] *Usitatissimum nomen quod tamen unquam Nicomediensi martyri tributum esse ignoramus.*

*5.* NONNAE] *Require quae annotata sunt die 16 mart., de N o n n i, n. 10, quo modo et hodie legendum est, adducta voce a d P o r t o, n. 19:*

**ad Portum Nonni.**

*6.* CYRIACAE] *C y r i a c u s est, de quo mart. 16, n. 12, 19.*

*7.* VICTORINI] *Supra, ad n. 1.*

*8.* MARIAE] *Mart. 18, n. 32. Solo nomine nota.*

*9.* EATONI] *Infra, n. 23: C a t o n i. Ad hoc nomen*

*nomen die mart.16, n.21 contulimus* C a s s o n i s, C a s t o r i.

*10.* DATIANI] *Infra, n. 22:* T i t i a n i; *mart. 16, n. 4:* T a s i a n i.

*11.* ROMAE] *Satis ostendunt adiectiva* e p i s c o p i, d i a c o n i *hic memorari martyres duos ex tribus qui die 3 maii coluntur via Nomentana, septimo ab Urbe lapide.* A l e x a n d r u m *cum papa eiusdem nominis commiscet Passio horum martyrum, in qua socii eius leguntur* E v e n t i u s *et* T h e o d u l u s, ambo presbyteri[1]. *Non longe absimilem Passionem prae oculis habuit qui Librum pontificalem composuit, sed ubi Eventius* presbyter *erat et Theodulus* diaconus [2]. *Hanc secutus est qui hodiernum laterculum scripsit, omisso tamen Eventio. Qua de causa hodie recolantur non perspicimus.*

**Romae Alexandri episcopi, Theoduli diaconi.**

*Nuntiat martyrologium Romanum:* Romae sanctorum Alexandri et Theodori martyrum. *Martyres diei 3 maii non agnovit Baronius, qui miram annotatiunculam subdit: « Alexandri alias Nicandri et Theodori... Nicandri et Theodori corpora translata sunt a Sergio iuniori papa in titulum Equitii, ut vetus inscriptio marmori incisa illis posita testatur* [3]. »

*17.* IN AQUILEIA] *Delendae hoc loco voces* a d P o r t o L a r g i, *quae Aquileienses non parum vexarunt, et restituenda lectio, ut mart. 16, n. 1:*

**in Aquileia Hilarii Tatiani.**

*19.* AD PORTO] *Adi superius quae scripsimus i. v.* N o n n a e, *n. 5.*

*20.* LARGI] *Nomen martyris viae Ostiensis, die 8 aug. commemorati, ascriptum, ni fallor,* C y r i a c o *(supra, n. 6). Sunt enim uterque ex eadem societate* [4].

*22.* TITIANI] *Aquileienses* T a c i a n i *scribunt. Cf. mart. 16, n. 1.*

ADDITAMENTA] H i e r u s o l i m a. *Cyriacum episcopum Hierosolymitanum, de quo die 1 mai, inserit interpolator propter alium* C y r i a c u m *seu Cyriacam, supra, n. 6.*

P a t r i c i i, *Hibernorum apostoli, nomen enuntiasse sufficiat* [5].

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* G e r d r u d a e *abbatissae Nivialensis* [6].

[1] *BHL.* 266. — [2] DUCHESNE, t. I, p. 127; cf. p. XCI. — [3] Vid. *Act. SS.*, Mart. t. II, p. 512, n. 3, 4. — [4] *BHL.* 2056-2063, 2058$^{b}$-2059$^{c}$. — [5] *BHL.* 6492-6518, 6512$^{b}$-6512$^{q}$; Ch. PLUMMER, *Miscellanea hagiographica hibernica,* Catalogue n. 158-172. — [6] *BHL.* 3490-3504.

# XV KAL. APRIL.

I — II

**In Alexandria Collectici diaconi Coloti diaconi Pampori**

**Parilis Servili |**

**Minepti Rogati Quartini Saturi Marini Quintasi [a] Marti**

**| Iemsoli Marti**

**item Rogati**

**| Samphoroni**

**Aurili Capillidi Dionisi Ianuari Victoris Vogonocti Samfori cum aliis VIII [b]**

**| Mariae [c].**

**Nicomediae**

**Mariae |**

**Aprilis Servoli et mil. XXIII° in Campania Quinti Rogati Ingenuae Rogatae Quartillae Luciani Aurili Saturnini Victoris et Mauri. in Mauritania**

**| Currenti**

**Timothei Saldae [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) gelosi S. — b) martyribus C. — c) rome pymeni episcopi B ; cum sociis suis C. — d) feliciani iocundi C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. alexañ E ; alexancr̄ B | 3. collegi BSW | 4. diac̄ EW ; *add.* et S | 5. colledi S | 6. diac̄ EW | 7. pamporii SW ; pamponi E | 10. ninepti BW ; nepti S | 11. ragati B¹ | 12. quarti W | 14. *om.* B | 15-16. *transp.* quintasi marini SW | 16. maniri B ; *om.* W | 17. gesoli S | 18. mar*ti B | 19. *om.* SW | 21. samphorini B ; samp//roni W | 22. aurilie B ; aurilię W ; aurilii S | 23. capellidi B ; capelledi W ; campeleti S | 25. ianuarii BW | 26. victuris S | 27. vogonucti W ; vocunueti S ; convoti E | 28. samphori SW ; simpori E | 30. alis E | 31. VII B | 32. marie S | 33. nicom̄ E ; nicomedia B ; in nicomedia BW | 36. servuli S ; selvoli BW | 37-39. *om.* SW | 38. aliorum B | 39. XX*III B | 41. campā E | 44. ingenui B | 45. rogate BS | 46. quartille BW | 47. lucianę S ; luciasi E | 48. aurelii B | 50. victuris S¹ | 51. *om.* E | 54. mauritā E ; mauritanī B | 56. thimothei W ; *add.* et SW | 57. saldię E *litt. minoribus* ; salde W ; salte S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Colestici et in Nicomedia Aprilis et Servoli et in Lucania Quinti et Rogatae et Ingenui et in Mauritania Timothei. — TAML. : Collegii Pamporii Ninepti Rogati Mariae Rogatae Aureliae Saldae Quartildae Coloti Capilidae Coloti Quartini Saturi Marini Ingenui Aurelii Capilledi Dionisii et aliorum VII Aprilis Servuli et XX milites Honorii Ierolii Tithei Martii et aliorum XLIII. — MON. : In Alexandria Collegi diaconi Coliti diaconi Pampurini Nesti Rogati Romae Pimensis (*2 m.* Primenis) papae et aliorum XXIIII. — RICH. : In Alexandria Collecticii in Nicomedia Servuli et in Mauritania Timothei Rogati Quarti in Campania Quinti Ingenui Quartillae.

## MART. 18

*1.* IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum die mart. 15 : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κόλουθος ὁ διάκονος. Bis nuntiatur statim ab initio ; etenim* C o l l e c t i c i *et* C o l o t i *pro uno sunt* C o l u t h o, *martyre in Aegypto celeberrimo* [1], *de quo pauca admodum litteris tradita sunt* [2]. *Colitur in patria sua die 20 maii* [3] ; *a Graecis autem fastis inscriptus est 19 maii* [4]. *Acta graeca, quorum epitomen praebent synaxarii, perierunt. Certa est lectio :*

**in Alexandria Coluthi diaconi.**

*7.* PAMPORI] *Infra, n. 28 :* S a m f o r i ; *n. 21 :* S a m p h o r o n i. *Insignis nominum corruptela.*

*8.* PARILIS] *Infra, n. 35 :* A p r i l i s. *Neutra lectio satis proba.*

*9.* SERVILI] *Infra, n. 36 :* S e r v o l i. *Nudum nomen.*

*10.* MINEPTI] *Lectio certe perversa.*

*11.* ROGATI] *Infra, n. 20, 43 ; n. 45 :* R o g a t a e.

*12.* QUARTINI] *Infra, n. 46 :* Q u a r t i l l a e.

[1] *Les Martyrs d'Égypte*, pp. 33, 46, 69, 88, 104, 112, 128 ; M. UHLEMANN, in *Zeitschrift für die historische Theologie*, 1857, p. 264-84 ; W. E. CRUM, *Colluthus, the Martyr and his Name*, in *Byzantinische Zeitschrift*, t. XXX, p. 323-27. — [2] *BHO.* 206-208. — [3] *Les martyrs d'Égypte*, p. 104. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 695.

*13.* SATURI] *Nomen usitatissimum praecipue in Africa. Infra, n. 49: Saturninus.*
*14.* MARINI] *Nudum nomen.*
*15.* QUINTASI] *Die 10 oct. kalendario Carthaginiensi et nostris codicibus inscriptus idem ille vel homonymus.*
*16.* MARTI] *An Marci, mart. 19, n. 31 ?*
*17.* IEMSOLI] *Certe emendationem postulat. Neque alia occurrit nisi Ierosolima, cuius si praeter similitudinem ratio exposcitur, illam proponere placet, non tamen obtrudere, quod interpolatori nomina Marti (n. 16) et Mariae (n. 32) in mentem ea revocaverint quae ian. 19, n. 38 scripta sunt:* Hierosolyma Marthae et Mariae. *Cf. n. 32.*
*20.* ROGATI] *Etiam n. 11, 43 et 45: Rogatae.*
*21.* SAMPHORONI] *Supra, n. 7.*
*22.* AURILI] *Infra, n. 48.*
*23.* CAPILLIDI] *Qui nominum varietates e codicibus tum plenioribus tum contractis collegerit, contuleritque v. gr. Capelledi (Capellecti ?), Collecticii, vix mirabitur Coluthum (n. 3) et hanc potuisse induere formam.*
*24.* DIONISI] *Martyris Thessalonicensis, ut videtur, mart. 13, n. 86; 14, n. 3; 16, n. 9; 17, n. 3.*
*25.* IANUARI] *Mart. 17, n. 4.*
*26.* VICTORIS] *Infra, n. 50.*
*27.* VOGONOCTI] *Mart. 19, n. 36: Vonectae, quod legendum putamus Nunechiae, sub Corinti, n. 55 (Currenti).*
*28.* SAMFORI] *Supra, n. 7: Pampori; n. 21: Samphoroni.*
*31.* CUM ALIIS VIII] *Cod. B: cum aliis VII, suo loco, mart. 19, n. 19: et aliorum VII; ibid., n. 34: cum aliis VIIII.*
*32.* MARIAE] *Mart. 17, n. 8. Commentarii loco haec addimus ex Menaeis Graecorum: τῆς ἀδελφῆς τοῦ Λαζάρου Μαρίας, ἥτις τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ νάρδον ἀλείψασα ταῖς τριξὶν ἐξέμασσε*[1]. *Quo fonte haec hausta sint ignoramus. Synaxaria antiquiora hac carent commemoratione.*
*33.* NICOMEDIAE] *Cotidie, inde a 13 mart. (cf. mart. 17, n. 1) recurrit haec multorum martyrum palaestra, ita tamen ut plerumque de martyre Nicomediensi inter multos singulis diebus agnoscendo ancipites simus. Si quis hodie seligendus erit, occurrit, n. 47: Luciani, cuius natalis est ian. 7. n. 3. Sed quare hodie commemorari potuerit nos fugit. Fortasse exciderint martyrum nomina. In menaeis enim hodie fit memoria τῶν ἁγίων Τροφίμου καὶ Εὐκαρπίωνος τῶν ἐν Νικομηδείᾳ ἀθλησάντων*[2], *quorum edita est Passio, 23 mart. legenda*[3].
*35.* APRILIS] *Vereor ne mensis sit non homo. Supra, n. 8: Parilis.*
*36.* SERVOLI] *Supra, n. 9.*
*39.* MIL. XXIII] *Viginti tres martyres, cum S. Adriano Nicomediae passos, recensuimus mart. 4, n. 82; hi autem milites non erant, nec de agminis duce hodie mentio est. In menaeis nuntiantur non minus* decem milium *decollatorum: οἱ ἅγιοι μύριοι τὰς αὐχένας τμηθέντες τελειοῦνται*[4], *quos a Graecis accepit martyrologium Romanum:* Nicomediae sanctorum decem millium martyrum qui pro Christi confessione gladio percussi sunt. *Vix tamen crediderim hos martyres vel XXIII vel decem mille in* milium XXIII *excrevisse. Codicum ergo lectionem notasse sufficiat.*
*41.* IN CAMPANIA] *In musivo basilicae Sancti Prisci Capuanae, de quo iterum ad 5 sept., delineatus est S. Quintus, cum S. Quarto qui hieronymianis inscriptus est die 5 nov. De Quarto dubium est, cum solus eum habeat cod. Rich., ceteri Quartini (n. 12), Quartillae (n. 46). Quare scripsisse sufficiat:*

**in Campania Quinti.**

*43.* ROGATI] *Supra, n. 11, 20, infra, n. 45: Rogatae.*
*44.* INGENUAE] *Lege quae annotata sunt ad mart. 16, n. 14: Eugeniae.*
*45.* ROGATAE] *Supra, n. 11, 20, 43: Rogati.*
*46.* QUARTILLAE] *Supra, n. 12: Quartini. Lege quae scripsimus ad n. 41.*
*47.* LUCIANI] *An forte Lucianus Nicomediensis ? Supra, ad n. 33.*
*48.* AURILI] *Supra, n. 22. Ceterum ignotus Aurelius ille.*
*49.* SATURNINI] *Cf. supra, n. 13: Saturi. Neuter ab homonymis discerni potest.*
*50.* VICTORIS] *Supra, n. 26. Neque hic ullam habet prae homonymis notam propriam.*
*52.* MAURI] *Sunt hae primae syllabae vocis sequentis Mauri[taniae].*
*54.* IN MAURITANIA] *Adducatur breviarium Syriacum, die 20 maii: Τιμόθεος καὶ Πολύευκτος, collatis Graecorum Synaxariis, quae scribunt, die 19 dec.: τῶν ἁγίων μαρτύρων Τιμοθέου καὶ Πολυεύκτου· τούτων ὁ μὲν ἅγιος Τιμόθεος κατασχεθεὶς καὶ ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, μετὰ πολλὰς τὰς αἰκίας διὰ πυρὸς τελειοῦται ἐν Μαυριτανίᾳ*[5].

**in Mauritania Timothei.**

*55.* CURRENTI] *Mart. 19, n. 27: Sorenti; n. 35: Florenti, legendum, si placet, Corinti. Cf. supra, n. 27 et april. 16, n. 1.*
*57.* SALDAE] *Nomen corruptum censeo, forsan adiungendum Timotheo. Die mart. 24, n. 29:* in Mauritania Secundoli, *al.* Secundolae.
ADDITAMENTA] *Codex S: Gelosi, forsitan Gelasi qui signatur feb. 4, n. 6; sequenti enim die in eodem codice habetur Magni, qui etiam feb. 4, n. 7.*
*Pymeni. De illo disseruimus ad diem feb. 18, censeturque translatus a* XII kal. mart. *ad* XU kal. april., *ob quandam signorum numeralium similitudinem. Quod tamen minime certum est. A Floro Lugdunensi recensetur die 18 mart.*[6], *ab Adone die 24, et in codicibus nostris omnibus mart. 19, n. 11: Pomeni, reditque*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 547. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 545. — [3] B. LATYŠEV, *Menologii anonymi byzantini saec. X quae supersunt*, t. I, p. 273-75. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 547. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 327. — [6] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 329.

die

*die 2 dec. In solo codice B nuncupatur* e p i s c o p u s. Pimensis papae *scribit solum Monacense breviarium. Martyrologii Romani compilatores, ad diem mart. 24, ex uno Pymenio duos effecerunt:* Ibidem [Romae] sancti Epigmenii presbyteri qui, in persecutione Diocletiani sub Turpio iudice gladio caesus, martyrium consummavit. *Epigmenius ille est qui S. Crescentium baptizat, in huius Actis* [1]. *Alterum elogium ex Adone contractum est:* Item Romae, passio beati Pigmenii presbyteri, qui sub Iuliano apostata, pro fide Christi praecipitatus in Tiberim necatus est.

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* i n L u c a n i a, *lege: in Campania, n. 41.*

*Cod. Taml.:* I e r o l i i = *Iemsoli, n. 17, id est Ierosolimis.*

T i t h e i = *Timothei, n. 54.*

*Cod. Mon.:* P i m e n s i s = *Pymeni.*

[1] *BHL.* 1986, n. 1.

---

# XIV KAL. APRIL.

**In Caesarea Cappadociae Theodori [4] presbyteri [a]. in Africa Bassi [b] Lucelli Visciani [10] Pomeni Iosippi Appolloni Ammoni Saturnini [15] Basiliae et aliorum VII Theodori [20] episcopi [c] Catulini depositio sancti Leonti [25] episcopi Sorenti Quinti Quintilli [29] Quartilli [d] Marci cum aliis VIIII Florenti [35] Vonectae.**

*Addunt codices pleniores:* a) magni C. — b) gagi C. — c) et aliorum XX E. — d) sancti grigori E.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *om.* E | 2. cessar̄ E ; cesarea B ; cessarea S ; cessaria W | 3. cappōd E ; cappad̄ W ; cappadocie S ; capadocie B ; *add.* sancti B | 4. thodori S | 5. prb̄ E ; prb̄i BSW | 7. aff̄ E | 8-9. lucelle basi S ; lucelli bassi W | 10. fisciani BW ; fesciani S | 11. pomeri B | 12. ioseri BW ; iusseri S | 13. apolloni BSW | 16. basselię B ; bassilię B² | 19. *add.* et commemoratio B | 21. ep̄i EW | 22. catuline S ; gatulini W ; *add.* et B | 23. depoš B ; depō W | 23-24. *om.* E | 26. ep̄i EW | 28. *add.* item S | 29. quintili BS ; *om.* W | 30. quartille B ; quartillę W ; quartile S | 33. alis E | 35. *add.* et SW | 36. vonecte S ; vonoetę B ; bonoeta e W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Cesarea Capodochiae nat. Theodori prespiteri et in Africa Bassi et alii XX. — TAML.: Ioseph sponsi Mariae Grigorii ordinatio Teodori Basi Bucelli Fisciani Auxilii Poemi Iosepi Britoniae Basillae et aliorum VII Uonechtae Rogatae Quartillae Auxulae Apollonii Ammoni Saturnini Marci et aliorum IX Florentii Collectici Aprilis Servuli Quinti Ingenui Dionisii Ianuarii Uago Victorii Nuncti Samfori Rogati et aliorum XXVI Bassilii. — MON.: Cesarea Cappadociae natalis sancti Theodori presbyteri in Africa Basiliae et aliorum VII. — RICH.: In Capadociae Caesarea Theodori presbyteri Bethlehem sancti Ioseph nutritoris Domini et in Affrica Bassi et aliorum XX Lucillae Fissiani Pomeni Apollonii Leontii episcopi Marci cum aliis VIIII.

## MART. 19

*1.* IN CAESAREA] *De* T h e o d o r o *presbytero Caesariensi silent monumenta, non vero de Antiocheno qui hoc mense bis nuntiatur, mart. 23, n. 5, mart. 29, n. 12, et semel mense aprili, 10, n. 27. Ab incurioso librario scriptum fuisse* C a e s a r e a *loco* A n t i o c h i a *prona est coniectura, non certa.*

*7.* IN AFRICA] *Duorum sunt nomina martyrum quae Africam postulare videntur:* C a t u l i n i *(n. 22), maii 15 kalendario Carthaginiensi inscripti, et* S a t u r n i n i *(n. 15). Si quos alios addiderimus, mera divinatio erit.*

*8.* BASSI] *Breviarium Syriacum:* Βάσος [1] καὶ Σεραπίων. *Hodie desideratur* S e r a p i o n, *qui reiectus est mart. 20, n. 10 et iterum mart. 21, n. 3, sub* A l e x a n d r i a. *Hi martyres esse censentur* Βησᾶς *et* Σεραπίων *quos laudat Dionysius Alexandrinus in epistula ad Fabium* [2]. *Scribere ergo ne dubitemus:*

**<in Alexandria> Bassi <et Serapionis>**

*9.* LUCELLI] *Nudum nomen. Ita et* V i s c i a n i, *n. 10.*

*11.* POMENI] *De quo heri, in additamentis.* P y m e n i, *martyris Romae.*

*12.* IOSIPPI] *Die feb. 15, n. 4, memoriam habuimus* I o s i p p i d i a c o n i *Antiocheni. Ex illo die huc translatum esse suadet proximus* A p p o l l o n i u s, *qui proprio loco feb. 15, n. 7 recolitur. Nec alius est* I o s e p h *qui etiam Antiochiae tribuitur mart. 20, n. 4; 24, n. 23, nec* I o s i p p u s, *mart. 21, n. 5, quamquam sub Alexandria nuntiatur.*

*13.* APPOLLONI] *A die feb. 15, n. 7, cum* I o s i p p o, *ut modo dictum est.*

*14.* AMMONI] *Videtur a* S e r a p i o n e, *qui casu excidit et ad mart. 20, n. 10 transiit, huc vocatus* A m m o n, *qui alias cum Serapione sociatur. Cf. mart. 26, n. 72; april. 6, ad n. 48.*

[1] B s o s in Syriaco. — [2] EUSEBII *Hist. eccl.*, VI, 41, 8, 16. Cf. H. ACHELIS, *De Martyrologien*, pp. 45. 195. De nomine *Βησᾶς*, C. L. FELTOE, *The Letters of Dionysius of Alexandria*, p. 12.

15. SATURNINI] *Mart. 18, n. 49; 22, n. 15; 24, n. 18. Supra, ad n. 7.*

16. BASILIAE] *Quae de Basil(iss)a et sociis annotanda sunt referuntur ad n. 27: Sorenti.*

18. ALIORUM VII] *Sunt reapse socii S. Basiliae seu Basilissae. Infra, n. 27.*

20. THEODORI] *Theodorus episcopus in Pentapoli Libyae non semel in sequentibus occurret, v. gr. mart. 26, n. 67, april. 6, n. 56. Hodie tamen omnia desunt locorum indicia.*

22. CATULINI] *Supra, ad n. 7.*

25. LEONTI] *Solo nomine notus, nisi est Leonides (april 16, n. 1), qui tamen non legitur episcopus fuisse.*

27. SORENTI] *Qui Florum Lugdunensem secuti Surrentum Campaniae intellexerunt, Italos martyres esse opinati sunt Quintum, et reliquos (n. 28-34), iisque consentit martyrologium Romanum. Nostris olim res non adeo perspicua visa est* [1]*; locus dein totus inter desperatos paene neglectus* [2]. *Nonnihil lucis accedit e vocabulo Currenti, inter nomina martyrum mart. 18, n. 55, quod hodie in Sorenti dein Florenti (n. 35) commutatum est, legendumque credimus Corinti. Hanc autem lectionem non sola syllabarum similitudo suggerit, sed et enuntiatio Basiliae et aliorum VII (n. 16-19). Etenim, Βασίλισσα passa est Corinthi, cum aliis septem, duce Leonide (supra, n. 25) quorum memoria agitur april. 16, n. 1. Erat autem Basilissae filia nomine Nunechia Νουνεχία* [3]*, seu Vonectae (n. 36), quae hodie martyrum agmen claudit, heri (n. 27): Vogonocti; die 16 april. n. 38: Moniciae. Scribamus saltem:*

**Corinthi Basil(iss)ae et aliorum VII.**

28. QUINTI] *Mart. 18, n. 42.*

29. QUINTILLI] *Iteratur Quintus ad modum proximi Quartilli concinnatus.*

30. QUARTILLI] *Mart. 18, n. 46: Quartillae.*

31. MARCI] *Cf. mart. 18, n. 16: Marti.*

34. ALIIS VIIII] *Supra, n. 18: aliorum VII; mart. 18, n. 31: cum aliis VIII, al. VII.*

35. FLORENTI] = *Sorenti, n. 27.*

36. VONECTAE] *Mart. 18, n. 27: Vogonocti. Lege Nunechiae, ut notatum est supra, ad n. 27.*

ADDITAMENTA] *Codex C: Magni. Isne qui memoratur feb. 4, n. 73? Lege annotata ad diem mart. 18, in Additamentis.*

*In solo codice E: Grigori, ceterum ignoti.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Buccelli = Lucelli, n. 9.*

*Poemi = Pomeni, n. 11.*

*Collectici, mart. 18, n. 3 cet.*

[1] *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 27, n. 3. — [2] F. LANZONI, in *Rivista storico-critica delle scienze teologiche*, t. VI (1910), p. 284-85; *Le diocesi d'Italia*, p. 246. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 609.

---

# XIII KAL. APRIL.

**[a] In Antiochia natale Ioseph. in 5 Syria Pauli Cirilli Eugeni Serapionis 10 Tigrini Claudi Exuperi [b] Victorici Valentini 15 Domni [c].**

*Addunt codices pleniores*: a) mettis translatio corporis sancti <clementis> E² *et litt. uncinis inclusae al. manu rescriptae sunt*; in pago rotomagensi sancti uulframni senonicę civitatis episcopi S² *in marg.*— b) victurini C.— c) et sancti cuthberti episcopi E; vigilia sancti benedicti S² *in marg.*; uulframni episcopi B; in fontanella monasterio depositio sancti uulframni episcopi et benigno abb(a)te W; in fontanella depositio uulframni (uuframni KLV) episcopi et benigni (benigno KLV) abbatis MKLV.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *om.* E | 2. antioč E; antiocia W | 3. nt̄ E; *om.* BSW | 4. sc̄i ioseph BSW | 6. siria BS | 7. *add.* et B | 8. cyrilli W; cyrille B; cerille S | 9. eugeniae S | 11. tecrini S | 13. exuperi B¹; exsuperi B²S | 14. victurici B¹W; victurice S | 15. valenti W; *add.* et B² | 16. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Antiochia nat. Ioseph et in alio loco nat. Pauli et Aquerilli. — TAML.: Iosephi Pauli Quirilli Eugenii Ioseph Serapionis Tygini Claudii Exsuperi Victorini Valentini Domini Teodori Bassii et aliorum XX Grigorii Commodi Fisciani Pomeri Tillae Basillae Quartillae Unoetae Catulini Leotini Sorentii et aliorum VII Quinti Marci Quintilli Florentii et aliorum IX Policroni Parmeni Helii Crisotheli Lucae.— MON.: In Antiochia natalis sancti Ioseph in Siria Pauli Cirilli Eugeni. — RICH.: In Antiochia Ioseph et in alio loco Pauli et Cyrilli Eugenii Serapionis Claudii Exuperii Victurici Valentini Domni.

## MART. 20

1. IN ANTIOCHIA] *Summa codicum consensio est Ioseph seu Iosippum Antiochiae tribuentium hodie, feb. 15, n. 4; mart. 24, n. 16, 23. Suppresso nomine civitatis mart. 19, n. 12; 21, n.*

*n. 5, variis martyribus admiscetur. Antiochenis annumerari possunt*[1] *Paulus et Cyrillus (n. 7, 8) et, ni fallor, Domnus ille, ad calcem reiectus, qui iam. 2 primum locum obtinet, unde legendum :*

**Antiochia in Syria natale Ioseph, Pauli, Cyrilli, Domni.**

*Scio equidem nonnulla breviaria, ut puta Cambr. et Rich., Paulum saltem et Cyrillum in alio loco ponere. Ad hanc enim dictionem confugiunt librarii postquam omnia conturbarunt.*

9. EUGENI] *Lege quae annotata sunt ad mart. 16, n. 14 : Eugeniae.*

10. SERAPIONIS] *Mart. 21, n. 3.*

11. TIGRINI] *Nuda nomina, n. 11-15, Utique oct. 18 recolitur Victuricus Carthagine, feb. 14 Valentinus Romae et Forosempronii ; hodie probabilius horum homonymi.*

16. DOMNI] *Supra, ad n. 1.*

ADDITAMENTA] *Translatio. Advertendum hanc annotationem margini alia manu ascriptam esse et alia iterum, ut videtur, suppletum esse nomen Clementis. De translatione S. Clementis mense martio peracta, nihil praeterea quod scio traditum est*[2].

*Uulframni episcopi Senonensis Vita conscripta est a monacho Fontanellensi*[3] *cuius haec verba sunt :* Obiit vero venerandus pontifex XIII kalendarum aprilium die anno dominicae incarnationis DCCXX[4] sepultusque est primo quidem in ecclesia beati Pauli apostoli iuxta sacerdotem Dei Wandregisilum in dextera parte, in quo loco iacuit per annos VIIII. Sanctus quoque pater Wandregisilus requievit in eadem basilica annis quadraginta, inclitus vero praesul Ansbertus annis undecim. Translat sunt quoque inde in ecclesiam beati Petri apostoli a sancto Baino episcopo urbis Tarvennae et rectore Fontanellensis coenobii sub anno regiminis sui quinto qui erat ab incarnatione domini DCCXXVIIII[5]. *De translatione, vid. mart. 31.*

*Victurini = Victorici, n. 14.*

*Cuthberti episcopi Lindisfarnensis († 687) Vitam habemus et miraculorum varios libellos*[6].

*Benigni. Eius gesta conscripta sunt.* Obiit autem isdem venerabilis pater Benignus decimo tertio kalend. aprilis[7].

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Aquerilli = Cirilli, n. 8.*

*Cod. Taml. : Fisciani, Pomeri, mart. 19, n. 10, 11.*

*Tillae = Quartillae, mart. 19, n. 30.*

*Unoetae = Vonectae, mart. 19, n. 36.*

*Leotini = Leonti, mart. 19, n. 25.*

[1] *Origines du culte des martyrs*, p. 225. — [2] CALMET, *Histoire de Lorraine*, t. II, preuves, p. CCXLIII ; H. V. SAUERLAND, *S. Clementis primi Mettensis episcopi vita translatio et miracula*, p. 5 ; *M.G.*, Scr. t. XXX, p. 896. — [3] *BHL.* 8738. — [4] Non recte. Cf. W. LEVISON, in *M.G.*, Script. rerum Merov., t. V, p. 657. — [5] Neque haec recte dicta sunt. LEVISON, t. c., p. 672. — [6] *BHL.* 2019-2032. — [7] *Gesta abbatum Fontanellensium*, LOEWENFELD, p. 20-26.

# XII KAL. APRIL.

**[a] In Alexandria Serapionis monachi Iosippi [5] Volusi Filocali Gothini Bionis Nomini [10] Loci Ammoni Filocarpi Amatoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) depositio sancti benedicti abbatis MKLV. — b) et sancti benedicti abbatis E²B ; et in narbona aquitaniae paulini saturnini S, *et int. lin.* natale sancti benedicti S² ; capua castro casino transitus sancti benedicti abbatis W² *in rasura ;* et depositio beati benedicti abbatis C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. alāx E | 4. monāc E ; manachi S | 5. ioseppi BW ; ioseph S | 6. volusiani B ; voluciani S ; volutiani W | 7. filicali E ; philocali B ; phylocali SW | 8-9. cotinionis S | 8. cotini B ; chotini W | 9. honis BW | 11. luci BSW | 12. amoni S | 13. philocarpi B ; phylocarpi SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Serapionis Iosipphi Volusi Filocali et Filocarphi. — TAML. : Serapionis bis Iosephi Voluntiani Ammoni Policarpi Amatoris Pauli Amatoris Pauli Quirilli Grigorii Eugenii Tigrini Claudii Exsuperi Victuricii Valentini Domini Olimpiacis Maximi Iosephi Volusii Filocali Filocarpi (Momatiae virginis) Monachi et aliorum V Benedicti abbatis. — MON. : Olimpiadis et Maximi qui sub Decio martyrio coronati sunt sancti Benedicti abbatis Alexandriae natalis sanctorum Benedicti monachi Serapionis et aliorum XII. — RICH. : In Alexandria Serapionis Iosippi Volusii et Policarpi Luci Ammonii Amatoris et in Cassino sancti Benedicti abbatis.

## MART. 21

1. IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum, mart. 19 : Βάσσος*[1] *καὶ Σεραπίων, quo die in codicibus nostris solus Bassus nunc reperitur, Serapione ad alium diem reiecto, mart. 20, n. 10. Bassus huc revocandus videtur, et hodie quoque scribendum esse puto :*

**in Alexandria <Bassi et> Serapionis.**

[1] In syriaco *Bsos.*

*In*

*In menaeis graecorum memoratur Σεραπίων ὁ ἐλεήμων ὁ ὑπάρχων ἀπὸ Σιδῶνος*[1] *lege ὁ σινδονίτης. Ille enim est de quo Palladius in Historia Lausiaca*[2]. *Hinc tamen minime commendatur lectio* m o n a c h i *(n. 4). Serapionem, qui revera martyr est, anachoretam esse opinati sunt menaeorum compilatores, quemadmodum et interpolator martyrologii hieronymiani, quem saec. IX secuti sunt Florus Lugdunensis et Ado:* beati Serapionis anachoritae, *Usuardus quoque, qui addidit:* magnarum virtutum viri. *Auctum prodiit elogium in martyrologio Romano:* Alexandriae beati Serapionis anachoretae et episcopi Thmueos, magnarum virtutum viri, qui Arianorum furore in exilium actus migravit ad Dominum. *Hic paucis verbis tres homonymi, martyr, anachoreta et episcopus in unum conflantur.*

5. IOSIPPI] *Mart. 20, n. 4.*

6. VOLUSI] *Al.* V o l u s i a n i. *Nudum nomen.*

7. FILOCALI] *Ignotus est* F i l o c a l u s, *al.* F i l o c a r p u s, *infra, n. 13. A graecis hodie agitur memoria Φιλήμονος καὶ Δόμνου*[3]. *Porro* P h i l e m o n i s *et* D o m (n i) n i *nomina latere suspicor sub his (n. 7-10) in quibus singulis elementa cum istis communia discernuntur:* FIL]o c a l i, G o t h]INI, B i]ONIS, NOMINI *seu* D]OMNINI. *Ceterum ἀσύστατα sunt quae de hisce sanctis tradunt Graeci. Praeterquam enim quod Δομνῖνος hinc inde Δόμνος vel etiam Δόμνα in synaxariis scriptum est*[4], *de Philemone et Domnino referunt, nunc: οὗτοι ὑπῆρχον ἐκ τῆς μεγαλοδόξου πόλεως Ῥώμης, nunc vero: οὗτοι ὑπῆρχον ἐκ πόλεως Θεσσαλονίκης*[5]. *Et quidem* D o m n i n u s *martyr Thessalonicensis recensetur bis in synaxariis, 1 et 28 oct.*[6] *et in martyrologio mart. 30, n. 4.* P h i l e m o n e m *autem in aliis libris cum Thessalonicensibus reperire non est; sed in pariete ecclesiae Sancti Georgii opere tessellato depictus est*[7], *utique cum inscriptione Φιλήμονος χοραύλου μηνὶ μαρτίῳ*[8], *qua martyr Aegyptius Philemon choraula aperte designatur*[9]. *Huius quidem memoria in sua patria agitur 7 mensis phamenoth, id est mart. 3, sed a Graecis dec. 14*[10]. *Hinc non statim reicienda suspicio Philemonem, qui μηνὶ μαρτίῳ cultus asseritur, revera Thessalonicensem esse cui choraulae nomen appictum sit ex vulgata Passione alterius Philemonis.*

11. LOCI] *Al.* L u c i. *Nudum nomen.*

12. AMMONI] *Mart. 19, n. 14.*

13. FILOCARPI] *Supra, n. 7:* F i l o c a l i.

14. AMATORIS] *Glossam redolet ad* FILO(CARPI), FILO(CALI).

ADDITAMENTA] B e n e d i c t i. *De elogio S. Benedicti in martyrologio hieronymiano abunde disputatum est a viris doctissimis Iohanne Chapman et Henrico Quentin*[11], *cuius placitis libenter adhaeremus.*

**Depositio sancti Benedicti abbatis.**

P a u l i n i = *Mart. 22, n. 11 :* P a u l i.

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* V o l u n t i a n i = *Volusi, n. 6.*

P o l i c a r p i = *Filocarpi, n. 13.*

T i g r i n i *cet. mart. 20, n. 11-16.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 551.— [2] C. XXXVII, BUTLER, p. 109-116. Cf. p. 213-15. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 552. Cf. mart. 26, n. 7, p. 562. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 559, 562. — [5] Ibid., p. 552, l. 10, 50. — [6] Ibid., pp. 96, 169. — [7] H. DIEHL - H. SALADIN, *Les monuments chrétiens de Salonique* (Paris, 1928), p. 28 ; M. VAN BERCHEM - E. CLOUZOT, *Mosaïques chrétiennes du IV^e au X^e siècle* (Genève, 1924), p. 67-72. — [8] J. KURTH, *Die Mosaikinschriften von Salonik*, in *Mitteilungen des kaiserlich deutschen Archaeologischen Instituts*, Athenische Abt. t. XXII (1897), pl. XVI. — [9] *BHG*². 1514. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 307. — [11] J. CHAPMAN, *A propos des martyrologes*, in *Revue Bénédictine*, 1903, p. 285-313 ; H. QUENTIN, *Le martyrologe hiéronymien et les fêtes de S. Bencît*, ibid., p. 351-74.

# XI KAL. APRIL.

| I | II |
| --- | --- |
| **In Narbona civitate Secundi Paulini.** | **In Narbona civitate natale sancti Pauli confessoris.** |

**In Africa Saturnini et aliorum VIIII. In Sebaste Decroni Arionis** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) et aliorum XII E ; cum sociis suis XII S ; ammonii C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 3. civī E | 6-12. in narbona aquitanię natale secundi paulini S (*cf.* E) | 7. arbona W | 9. nātl B ; nat̃ W | 12. confessor̃ B ; conf̃ W | 13-14. *om.* S | 14. aff̃ E | 16-18. cum sociis eorum VIII S | 19. et in S | 20. sabastea B¹ ; sabastia B²W | 21. *om.* S | 22. orionis W ; atrionis S.

*Excerpa ex variis.* — CAMBR. : In Arbona Aquitaniae nat. Paulini et Secundi et in Sebastae Aronis et aliorum XII.— TAML. : Secundi Paulini Aronis Pauli Saturnini et aliorum VIII Dreconi Orionis Serapionis Iosippi Iacobi Acclusi Volusi Philocali Contii Filocarpi (Honis) Volutiani Nomini Luci Ammonis Ammoni Amatoris Felicis et aliorum XIIII. — MON. : In Africa Saturnini et aliorum VIIII Narbona Pauli episcopi. — RICH. : In Arbona Aquitaniae natale Secundi et Pauli et in Sebastia Arionis in Affrica Saturnini et alioru(m) VIIII Decroni Arionis.

## MART. 22

*1.* IN NARBONA] *Inter martyres P a u l u m, non Paulinum, Narbonensem recensere videtur Prudentius :*

> Barchinon claro Cucufate freta
> Surgit et Paulo speciosa Narbo [1].

*De eodem Gregorius Turonensis, ubi « de septem viris in Galleis ad praedicandum missis » :* Narbona Paulus episcopus [2]. *Confessorem non martyrem eum habuit auctor eius Vitae, quae ceterum exigui est pretii* [3]. *Scribatur oportet :*

**in Narbona civitate natale sancti Pauli confessoris.**

*4.* SECUNDI] *Nudum nomen.*

*15.* SATURNINI] *Mart. 19, n. 15 ; 24, n. 18.*

*18.* ALIORUM VIIII] *Al.* VIII. *Cod. E ad calcem :* et aliorum XII. *Ita fere et S.*

*20.* IN SEBASTE] *Ita corruptum est nomen D e c r o n i ut nec ad Sebastiam nec ad aliam quamlibet civitatem tuto referri possit. Mart. 26, n. 42 habetur commemoratio Petri episcopi Sebasteni.*

*22.* ARIONIS] *A r i o n i s vel O r i o n i s nomen inter martyres Aegyptios non semel reperitur* [4]. *Quid si depravatam lectionem agnoscamus ex N a r b o n a, A r b o n a unde A r o n i s, A r i o n i s?*

EXCERPTA] *Cod. Taml. : A r o n i s, forsitan Arbona, seu Narbona, n. 2.*

*I o s i p p i et qui sequuntur plerique, mart. 21, n. 5 cet.*

*C o n t i i = Gothini, al. Cotini, mart. 21, n. 8.*

[1] *Peristeph.*, IV, 33-34. — [2] *Hist. Franc.*, I, 30. — [3] *BHL.* 6589. — [4] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 46, 59, 62, 63, 68, 69, 76, 112.

---

# X KAL. APRIL.

**In Africa Fidelis [a]. Antiochia Theodori presbiteri. in provincia Carmillae Pauli. Cessariae Iuliani. in civitate Cessaria Agatini Alexandri Fidelis Thimodoli Dionisi item Dionisi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) magni C. — b) et aliorum VIII E ; rustici C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. afř E ; afreca W ; *add.* sancti S ; naẗ sc̄i W | 4. antioc̄ E ; anthiocia B¹ ; anthiochia B² ; in anthiochia S ; in anthiocia W | 5. thcodoli B | 6. pıƀ E ; presƀi B ; prƀi W | 8. prov̄ B ; proviñ S ; pro um W | 9. carm̄l B ; carmelli S | 11. cesarīe B ; cesarię S ; cęsarię W | 14. *om.* E | 15. cesša E ; cesr̄ B ; cęsarea S ; cęsarię W | 16. agacius B ; agatius SW | 17. alaxandri E ; alexandr̄ B ; *add.* item SW | 18. felicis B | 19. timoli S ; thyomoli W ; phiomoli B | 20. diunisi B¹ ; dionisi W | 21. iẗ E | 22. diunisi B¹.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Africa nat. Fidelis. — TAML. : Felicis Secundi Paulini Arionis et aliorum XIX Cessariae Saturnini Pauli Iuliani Agatani Alaxandri Augustini Tinomi Dionisii et aliorum IX Felicis Agatii Dreconii Orionis Felicis Zefani Albini Laurentii Teodoriae. — MON. : In Africa natalis sancti Felicis in Antiochia Theodori presbyteri alibi Fidelis martyris et aliorum VII. — RICH. : In Affrica natale Fidelis Antiochia Theodori presbyteri Caesarea Iuliani in Caesarea civitate Agatii Thimioli et Dionisii.

## MART. 23

*1.* IN AFRICA] *Ignotus est martyr, sed concors codicum lectio :*

**in Africa Fidelis.**

4. ANTIOCHIA] *De T h e o d o r o, presbytero Antiocheno, die mart. 29, n. 12 agendum erit. Lectionem codicis B : T h e o d o l i infeliciter selegerunt compilatores martyrologii Romani :* Antiochiae sancti Theoduli presbyteri.

*9.* CARMILLAE] *« An Carmilla nomen martyris sit vel regionis iamdiu haereo. » Ita vir doctissimus Florentinius* [1]. *Haeremus et nos. De Carmilla provincia nemo quem scio quicquam audivit. Si Carmilla omissa, Provinciam intellegamus Galliam Narbonensem, iteratam habebimus commemorationem Pauli episcopi (mart. 22, n. 5) :* in P r o v i n c i a P a u l i. *Haec tamen dictio usibus martyrologorum non congruit.*

*11.* CESSARIAE] *Infra, n. 15. I u l i a n u s Caesariensis non est, et quae tandem sit eius patria nescimus. In Actis S.Theodoriti seu Theodori (supra, n. 4) multa referuntur de Iuliano avunculo*

[1] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium,* p. 394.

*Iuliani*

*Iuliani Caesaris. Quid si perfunctorie eadem excerpens iudicem cum martyre traxerit martyrologus? In martyrologio Romano scriptum est:* Caesareae sancti Iuliani confessoris. *Usuardum auctorem et codices sequitur Baronius ut Iulianum Caesariensem faciat. Verum* C e s s a r i a *refertur ad martyres Palaestinenses, de quibus mox. Sollerius, cui perspectum fuit quam implexa tota res sit, iure miratur Iulianum illum confessorem a Baronio vocari, nec unde hoc discere potuerit exploratum habet* [1].

*15.* CESSARIA] *Martyrum octo dies passionis est 24 mart. teste Eusebio:* πρὸ ἐννέα καλανδῶν ἀπριλλίων [2]. *Hodie in codicibus nostris recensentur:*

*16.* A g a t i n i = *Agapi.*
*17.* A l e x a n d r i.
*19.* T h i m o d o l i = *Timolai.*
*20.* D i o n i s i.
*22.* i t e m D i o n i s i.

*Ceteri suo loco postridie reperientur,* R o m u l u s, P a e s i s *et alter* A l e x a n d e r. *Ex hodierna codicum lectione enata est annuntiatio martyrologii Romani:* ibidem [in Africa] sancti Felicis et aliorum viginti. *Socios viginti nescio quis codex suppeditavit loco* et aliorum VIII *quibus in Epternacensi dies clauditur. Codex Cambr., die 24 mart. scribit:* in Africa Agabi et aliorum XX.

*Operae pretium erit notasse in vico Baccanensi, qui miliario circiter XX viae Cassiae est, nunc Baccano, ecclesiam S. Alexandro sacram fuisse,* cuius dedicatio X kal. apriles celebratur Constantino II et Crispo II (consulibus), *id est anno 321* [3]. *Ille tamen Alexander ab utroque Palaestinensi diversus est, fuitque episcopus Baccanensis, cuius festum agitur die 21 sept.* [4].

ADDITAMENTA] *e t a l i o r u m V I I I. Sunt hi martyres Caesarienses numero octo. Scribi oportebat* D i o n i s i *e t a l i o r u m* V I I.

[1] *Martyrologium Usuardi*, p. 169. — [2] *De mart. Palaest.*, III. — [3] *Act. SS.*, Sept., t. VI, p. 235; De Rossi, *Bullettino*, 1875, p. 142-52. — [4] *BHL.* 273. Cf. *Les origines du culte des martyrs*, p. 364-65.

# IX KAL. APRIL.

**In Syria Seleuci. in Africa [5] Agapi Timolai Romuli Pisoni Alexandri [10] Diopi [a]. in Africa Rogati Catulae [15] Auti Victurini Saturnini item Saturnini [20] Salitoris Aprelis Ioseph Colioni Dolae [b] et [26] in Mauritania Secunduli Veruli [30] Felicis item Saturnini Socrecis et [35] aliorum XIII [c].**

*Addunt codices pleniores* a) rome cyri marty̆ B. — b) et rome via lavicana natale castuli S.— c) et hierosolimis crux portata in campo salvatoris et phrigia agapii cum sociis suis XV S; abatae E.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. siria B | 5. aff̄ E; afreca W | 6-7. agapiti molai BSW | 8. romoli BSW | 9. phison B; physon SW; *add.* duorum S; duori W | 10. alaxandri E | 11. diophi B; diophy W; dioppi S | 13. aff̄ E; afreca W | 15. catule B; catulini S; catu lae W | 16. uti BW; *om.* S | 19. it̄ E | 21. solutoris S | 22. aprilis BSW | 24-25. coliondole BS; coliondolę W | 26. *om.* BSW | 28. mauritā E | 29. secundole B; secundoli SW | 30. veroli S | 32. it̄ E; *om.* SW | 34. soreces B; soricis S; sorecis W | 37. XVI BW; X S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Siria nat. Seleuci et in Affrica Agabi et aliorum XX.— Taml.: Cena Domini Seleuci Agapiti Albini Timolaii Romuli Diopi Catulae bis Aprilis Aliundo Saturnini Sali et aliorum XVI Molei Romuli Pisoni Alaxandri Diopi Rogati Victorini Viti Ioseph Sancdioli Secunduli Veroli Salitoris Felicis episcopi Ambrosii. — Mon.: In Siria natalis Seleuci in Frigia Agapiti Molai Romoli Romae Quirini martyris et aliorum XX. — Rich.: In Syria Seleuci et in Affrica Agapiti Romuli Rogati Victurini Saturnini item Saturnini Rome Cyrini martyris.

## MART. 24

*1.* IN SYRIA] S e l e u c u m *Syrum frustra in monumentis quaesivimus, et ne cum codicibus scribamus* in Syria Seleuci *obstat quod hoc ipso die in libris Graecorum elogium legitur* Ἀρτέμωνος ἐπισκόπου Σ ε λ ε υ κ ε ί α ς τῆς Πισιδίας [1], *unde suspicio oritur ne rerum et nominum facta sit perturbatio. Martyrologium Romanum:* in Syria sancti Seleuci confessoris. *Ab Usuardo, qui nostros codices secutus fuerat, haec accepit Baronius, praeter vocabulum* confessoris, *quod de suo addidit.*

*5.* IN AFRICA] *Martyres quorum nomina sequuntur Palaestinenses sunt. Reiciendum ad n. 13.*

*6.* AGAPI] *Martyres octo, qui Caesareae Palaestinae passi sunt* πρὸ ἐννέα καλανδῶν ἀπριλλίων, *partim pridie partim proprio die nuntiantur.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 557.

*Sunt*

*Sunt autem hi, quorum certamen enarrat Eusebius* [1]:

| | |
|---|---|
| Ἀγάπιος | *n. 6: Agapi, mart. 23, n. 16: Agatini.* |
| Τιμόλαος | *n. 7: Timolai, mart. 23, n. 19: Thimodoli.* |
| Διονύσιος | *mart. 23, n. 20: Dionisi.* |
| Ῥωμύλος | *n. 8: Romuli.* |
| Πάησις | *n. 9: Pisoni.* |
| Ἀλέξανδρος (Αἰγύπτιος) | *n. 10: Alexandri.* |
| Ἀλέξανδρος (ἀπὸ Γάζης) | *mart. 23, n. 17: Alexandri.* |
| Διονύσιος (ἕτερος) | *mart. 23, n. 22: item Dionisi.* |

*Dubitatur utrum n. 11: Diopi legendum sit Dionisi, an vero scriptum pro duo, duorum nempe Alexandrorum. Quicquid id est, elogium bipartitum ita restituendum est:*

**in civitate Caesarea Agapi, Timolai, Romuli, Paesis, Alexandri, item Alexandri, Dionisi, item Dionisi.**

*Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [2]:

NAT(*ALE*) S(*ANCTORUM*) OCTO

*Synaxaria graeca: hodie* τῶν ἁγίων ὀκτὼ μαρτύρων τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης [3], *die item mart. 15 cum elogio* [4]. *Scripserat Usuardus:* in Phrygia sancti Agapiti, *id est Agapi qui male in Phrygia collocatur. His quaedam addidit Baronius, falsis rationibus deceptus* [5], *ita ut nunc in martyrologio Romano legatur:* Synnadae in Phrygia sancti Agapiti episcopi.

*13.* IN AFRICA] *Series martyrum qui Africae tribuuntur constat nominibus quae aliis diebus recensentur nec singula Afrorum sunt.*

*14.* ROGATI] *Mart. 18, quater; 28, n. 4.*

*15.* CATULAE] *Mart. 19, n. 22: Catulini al. Catulinae; nisi legendum est Castulae, mart. 25, n. 29, mart. 26, n. 3: Castuli.*

*16.* AUTI] *Legendum esse crediderim Anti, membrum vocabuli deperditi Anti[ochia], cui coniungatur oportet n. 23: Ioseph.*

*17.* VICTURINI] *Mart. 25, n. 26; 29, n. 3. Sed et feb. 21, n. 20. Cf. infra, n. 28.*

*18.* SATURNINI] *Infra, n. 20, 33; mart. 18, n. 49; 19, n. 15; 22, n. 15; 26, n. 77; 27, n. 19.*

*21.* SALITORIS] *Al. Solutoris: mart. 15, n. 17; 26, n. 78; 27, n. 18; april. 6, n. 6; 8, n. 11.*

*22.* APRELIS] *Mart. 18, n. 35.*

*23.* IOSEPH] *Mart. 19, n. 12; 20, n. 4; 21, n. 5. Martyr est Antiochenus, cf. supra, n. 16.*

**Antiochia Ioseph.**

*24.* COLIONI] *Colioni Dolae, al. Coliondolae, ni fallor, est scriptio corrupta n. 29, Secundolae al. Secundoli.*

*28.* IN MAURITANIA] *Cave ne, silentibus monumentis, in Mauritania passos existimes hosce martyres quos alias, praemisso loci indicio:* in Africa Hadrumeto, *iam habuimus die 21 feb. Videlicet bis iidem ab incurioso librario scripti sunt* VIIII kal. mart. *et* VIIII kal. april.

| | |
|---|---|
| *29. Secunduli* | *feb. 21, n. 27.* |
| *30. Veruli* | *feb. 21, n. 7.* |
| *31. Felicis* | *feb. 21, n. 11.* |
| *33. Saturnini* | *feb. 21, n. 12.* |
| *34. Socrecis* | *feb. 21, n. 10.* |
| *37. aliorum XIII* | *feb. 21, n. 17 (XVIII).* |

*Martyrologium Romanum:* In Mauritania natalis sanctorum Romuli et Secundi fratrum qui pro Christi fide passi sunt. *Haec ab Usuardo mutuatus est Baronius, qui Secundulo Secundum supposuit. In his merito carpit Sollerius* [6] *quod martyr Palaestinensis Romulus (n. 8) cum Afro Secundolo (n. 29) fraternitatis vinculo conectatur.*

ADDITAMENTA] *Castuli. Mart 26, n. 3. Supra n. 15: Catulae.*

EXCERPTA] *Cod. Tamlact.: Aliundo, Sancdioli = n. 24: Colioni Dolae, id est Secundoli.*

*Sali = Salitoris, n. 21, lege Solutoris.*

*Cod. Mon.: Romae Quirini, al. Cyrini. In gestis SS. Marii et Marthae narratur* quomodo noctu interfectus fuerat gladio beatus Cyrinus et iactatus fuerat in Tiberim, cuius corpus remansit in insula Lycaoniae. Pergentes igitur noctu cum familia sua et beato Pastore, collegerunt corpus eius et sepelierunt in coemiterio Pontiani in crypta, VIII kal. aprilis [7]. *Adducitur tamen codex Sancti Maximini, in quo legitur* IX kal. aprilis [8]. *A Beda eiusque prosapia die 25 mart. nuntiatur S. Cyrinus.*

**Romae Cyrini martyris.**

[1] *Mart. Palaest.*, III. — [2] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 558. — [4] Ibid., p. 537. — [5] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 170-171. — [6] *Martyrologium Usuardi*, p. 170. — [7] *BHL.* 5543, n. 4. — [8] *Acta SS.*, Ian. t. II, p. 217, annot. *n.*

# VIII KAL. APRIL.

I — II

[a] **Hierosolima Dominus noster Ihesus Christus crucifixus est** [b]

**passio Iacobi iusti fratris Domini.** | (II) **et passio sancti Iacobi apostoli fratris Domini.**

**Nicomedia natale Dulae**

**ancillae.** |

**et alibi Victurini Alexandri Euphrate Castuli Nicostrati Lucellae et X martyrum et sanctae Theodolae**

| (II) **quae passa est pro castitate et depositio Iuvini Burgundionis** [c].

*Addunt codices pleniores :* a) adnuntiatio sc̄ę mariae per angelum W. — b) et est conceptio sancte marię B ; et passio sancti iacobi apostoli qui et frater domini sicut in actibus apostolorum continetur (continent KLV) et in galilea civitate nazareth annuntiatio (adnuntiatio KL) sanctae mariae de conceptione quando ab angelo est salutata MKLV. — c) et immolatio isaac B ; et in baio cassino ad duos gemellis depossitio magnovei abbatis et iohannis episcopi S ; et adnuntiatio sanctę marię S².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. hieroš E ; hierusolima BW | 2. dñs EBW | 3-5. *om.* E | 3. *om.* W | 8. paš E | 11. fr̄ E | 12. dñi E | 13-19. *om.* W | 17. apostoł B | 18-19. qui et frater domini sicut in actibus apostolorum continetur S | 20. nicom̄ E ; in nicomedia SW | 21. natał B | 22. dule B ; dulle S | 24-25. *om.* SW | 27. alexandrini E | 28. eufrate BS ; eufrathę W | 29. castule BS ; castulę W | 30. nicustrati B¹ ; nicostrate S¹ | 31. lucelle B | 33. quadringentorum B ; CCCCtos S ; CCCC W | 34. mart̄ E ; mar̄ W ; martyres S | 35. *om.* W | 35-36 *om.* E | 36. sc̄e B | 37. theodole SW ; teclę B | 38. que B. | 38-42. *om.* SW | 44. deposit̄ B ; dep̄ W | 46. burguñ//// W ; burgis S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Dominus noster Iesus Christus crucifixus et Isaac immolatio et in Nicomedia nat. Dulae. — Taml. : Dominus noster Iesus Christus crucifixus est et conceptus et mundus factus est passio Iacobi fratris Domini et conceptio Mariae et immolatio Isaac a patre suo Abraam in monte Morae pasio Dulae virginis ancillae militis (Cartulae) Eufatae Caustratae et aliorum CCCC Teodolae Nicustratae Eufratae Lucellae Victorini Alaxandri Castoli et aliorum X Iunii et aliorum CCC martirum. — Mon. : Adnuntiatio Domini eodem die passio Domini nostri Ihesu Christi /// passio Iacobi apostoli fratris Domini in civitate Hierosolimorum. — Rich. : Annunciatio sanctae Mariae matris Domini Hierosolima Dominus noster Iesus Christus crucifixus est et passio Iacobi apostoli fratris Domini.

## MART. 25

*1.* HIEROSOLIMA] *Multorum in prisca ecclesia sententia fuit passionem dominicam in diem 25 martii incidisse. Tertullianus :* Quae passio... perfecta est sub Tiberio Caesare consulibus Rebellio Gemino et Rufio Gemino mense martio, temporibus paschae, die VIII calendarum aprilium [1]. *Hippolytus :* ἔπαθεν δὲ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἀπριλίων, ἡμέρᾳ παρασκευῇ, ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος, ὑπατεύοντος Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος [2]. *De Quartodecimanis haec refert Epiphanius :* ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν ἄγοντες καὶ τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν νηστεύοντες καὶ τὰ μυστήρια ἐπιτελοῦντες, ἀπὸ τῶν Ἄκτων δῆθεν Πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἀπριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι [3]. *Augustinus :* Octavo enim kalendas aprilis conceptus creditur quo et passus [4]. *Et alias :* novem menses et sex dies, qui computantur ab octavo kalendas aprilis quo conceptus Dominus creditur, quia eodem die etiam passus est, usque ad octavum kalendas ianuarias, quo die natus est [5]. *Et iterum :* Mortuus est ergo Christus duobus Geminis consulibus octavo kalendas aprilis [6]. *Polemius Silvius (an. 448-49) :* VIII kal. apriles... Christus passus hoc die [7]. *In ecclesiis Galliarum mos inoleverat ut die 25 mart. passionis Domini, die 27 resurrectionis memoria ageretur, non omissis, ut patet, festis conceptivis parasceves et dominicae paschae* [8]. *Perpetui Turonensis episcopi († c. 490) kalendarium utrumque Resurrectionis festum commemorat :*

> Sexto kalendas Aprilis resurrectio Domini nostri Iesu Christi ad basilicam domni Martini.
> Pasca in ecclesia [9].

*Non mortis Domini sed resurrectionis diem 25*

[1] *Adversus Iudaeos*, 8, Oehler, t. II, p. 719. — [2] *In Danielem*, IV, 23, Bonwetsch, p. 242. — [3] *Panarion*, Haer. 50, 5, Holl, p. 245. — [4] *De Trinitate*, IV, 5, 9, *P.L.*, t. XLII, p. 894. — [5] *De diversis quaestionibus LXXXIII*, 56, *P.L.*, t. XL, p. 39. — [6] *De civitate Dei*, XVIII, 54. — [7] *C.I.L.*, I, p. 339. — [8] Duchesne, *Origines du culte chrétien* [5], p. 277. — [9] Gregorii Turon. *Hist. Franc.* X, 31.

*mart.*

*mart. recolere solent Graeci in libris suis, sub hoc vocabulo κύριον Πάσχα* [1]. *Conferenda sunt quae leguntur in libello* De Pascha *qui Athanasio ab aliis, ab aliis Martino Bracarensi inscribitur:* Scio enim multos scrupulosius interrogare solitos, quare secundum morem Iudaeorum ad lunae computationem diversis temporibus pascha celebremus, dicentes rectius sibi videri, si dominicae passionis commemoratio agatur, ut unum anniversarium natalis diem observemus, sicut a plerisque Gallicanis episcopis usque ante non multum tempus custoditum est, ut semper VIII kal. april. diem paschae celebrarent, in quo facta Christi resurrectio traditur [2]. *Ultimam sententiam emendatione indigere censet Duchesne, ut vel legatur* passio *ubi est* resurrectio, *vel* VI kal. *loco* VIII kal. april [3]. *Donec erit certum aliquod mendum subesse, lectionem receptam servare praestat. Ceterum nulla est dubitatio de codicum nostrorum loco:*

**Hierosolima Dominus noster Iesus Christus crucifixus est.**

*9.* IACOBI] *Qua ratione ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος a Scribis et Pharisaeis rogatus sit ut convenientibus εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα loqueretur, moxque occisus, enarrat Hegesippus* [4].

**Passio sancti Iacobi iusti fratris Domini.**

*De eodem iam quaedam praenotata sunt ad dec. 27, n. 11 et mart. 15, n. 19.*

*20.* NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Νικομηδείᾳ Δουλᾶς. Martyris Dulae, ortu Cilicis, exstant Acta sublestae fidei* [5]. *Eius memoriam agunt Graeci die 15 iun.* [6]

**Nicomedia natale Dulae.**

*23.* ANCILLAE] *Obvia est coniectura sed falsa hac voce latine exprimi Δουλᾶν (δούλην). Praeterquam enim quod Δουλᾶς nomen viri est non mulieris, singulari prorsus casu accidit ut cum Dulae isto vocabulum ancillae concurreret. Frustum enim est elogii cetera deperditi, quod Beda, non quidem integrum, sed plenius habebat:* VIII kal. april. natale Dulae ancillae militis quae pro castitate occisa est. *Similem sententiam: quae passa est pro castitate (n. 38-42) enuntiant codices alterius recensionis de Theodola, lege: Thecla (n. 37), neque hoc recte. Nam vix de Thecla intellegi potest quod fuerit pro castitate occisa, et certe non fuit ancilla militis. Haec autem ad amussim aptantur Matronae Thessalonicensi, cuius nota est Passio variis modis retractata* [7]. *Et in Actis quidem graecis, quae die 27 mart. in synaxariis contracta habemus, haec leguntur: Αὕτη θεράπαινα ὑπῆρχέν τινος γυναικὸς Πλαυτίλης καλουμένης, γαμετῆς στρατοπεδάρχου ἐν τῇ Θεσσαλονικέων πόλει* [8]. *Erat ergo ancilla (uxoris) cuiusdam militis, et tota eius historia versatur in certamine pro castitate. Matronae ergo nomen hodie evanuit, solo relicto elogio, quod hinc Dulae illinc Theclae nomini adhaesit. Accedit diebus feb. 22, maii 10, quibus sunt nomina cum mart. 25 communia, Matronam non reticeri.*

| VIII KAL. MART. | VIII KAL. APRIL. |
|---|---|
| *Thecla, n. 16* | *Thecla, n. 37, B.* |
| *Victorinus, n. 40* | *Victurinus. n. 26.* |
| *Matrona, n. 78* | |
| *Castola, n. 83* | *Castuli, n. 29.* |
| VI ID. MAII. | VIII. KAL. APRIL. |
| *Thecla, n. 52* | *Thecla, n. 37.* |
| *Lucella, n. 53* | *Lucella, n. 31.* |
| *Matrona, n. 55* | |
| *Marcilla, n. 149* | *Ancilla, n. 23.* |

*Hinc nihil haesitans scribendum opinor:*

**<Matronae> ancillae militis quae pro castitate occisa est.**

*26.* VICTURINI] *Etiam feb. 22, n. 40, qui est* VIII kal. mart., *hodie* VIII kal. april.

*27.* ALEXANDRI] *Inter martyres septem quae in Amiso passae leguntur* [9], *tum inter virgines septem quorum martyrium narratur in Passione S. Theodoti* [10], *occurrunt Ματρώνα, Ἀλεξανδρεία, Εὐφρασία. Quicquid de geminatis illis Matronae et sociarum gestis censendum est* [11], *nomina Alexandrae et Euphrasiae inde assumpta esse nemini dubium videbitur.*

*29.* CASTULI] *Al. Castulae, mart. 24, n. 15: Catulae; mart. 26, n. 3: Castuli. Hic rursum nota Castolam etiam 22 feb., id est VIII kal. mart. recenseri.*

*30.* NICOSTRATI] *Solo nomine notus.*

*31.* LUCELLAE] *Ni fallor = ancellae, ancillae, n. 23.*

*34.* X MARTYRUM] *De martyribus decem, al. CCCC seu DCCC iam quaedam praenotata sunt ad diem mart. 4, n. 1. Quinam illi fuerint aptius hodie exponetur. Cum martyribus decem coniungendam esse Theodolae (n. 37), seu rectius cum codice B, Theclae, nostra sententia est* [12]. *Porro manipulus iste sanctorum undecim constat martyribus octo Caesariensibus quos heri recensuimus (n. 6), et tribus illis Timotheo, Agapio et Thecla, quorum omnium certamen enarrat Eusebius in eodem capite III libri de Martyribus Palaestinae, quod ita concludit: ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰς κεφαλὰς αὖθις ἐπ' αὐτῆς Καισαρείας ἀποτέμνονται, δύστρου μηνὸς ἡμέρᾳ τετράδι καὶ*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 558, 980. — [2] A. E. BURN, *Niceta of Remesiana* (Cambridge 1905), p. 93; B. KRUSCH, *Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie* (Leipzig, 1880), p. 329-30. — [3] *Origines du culte chrétien*, p. 277, n. 2. cf. BURN, t. c., p. 101, l. 19, cod. C. — [4] Apud EUSEBIUM, *Hist. eccl.* II, 23, 4-18. — [5] *BHL.* 567; B. LATYŠEV, *Menologii anonymi byzantini saec. X quae supersunt*, t. II, p. 62-65. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 750. — [7] De his fusius disserui in *Une page du martyrologe hiéronymien, Bulletins de la classe des Lettres de l'Académie royale de Belgique*, 1929, p. 20-33. — [8] *Synax., Eccl. CP.*, p. 563. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 546. — [10] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *I martiri di S. Teodoto e di S. Ariadne*, in *Studi e Testi*, t. VI (Roma, 1901), p. 61-64.— [11] *Une page du martyrologe hiéronymien*, t. c., p. 31.— [12] De lectione Theclae eligenda alio loco disceptatum est. *Une page du martyrologe hiéronymien*, t. c., p. 25-27.

εἰκάδι

*εἰκάδι, ἡ πρὸ ἐννέα καλανδῶν ἀπριλλίων καὶ αὐτὴ οὖσα ἐτύγχανεν. Quae quidem de solis octo martyribus scripsit Eusebius, de undecim qui in uno contextu enumerantur intellexit martyrologus incuriosus. Laterculus, ut patet, loco proprio, id est 24 mart. motus est, quod in codicibus nostris saepius observatum est.* T h e c l a *kalendariis mozarabum quandoque inserta est 24 mart.* [1], *et hoc quidem recte, sed male creditur Thecla Seleuciensis cum Palaestinensis sit.*

**<in Palaestina> martyrum X et sanctae Theclae.**

*37.* THEODOLAE] = *T h e c l a é, quam veram esse lectionem putamus. Supra, ad n. 34.*

*40.* PASSA EST] *Haec non ad Theodolam al. Theclam pertinent sed ad Matronam, ut notatum est ad n. 23.*

*45.* IUVINI] *De huius elogii sinceritate dubitandum non est, licet de* I u v i n o *praeterea nihil traditum sit.*

**Depositio Iuvini Burgundionis.**

ADDITAMENTA] *A d n u n t i a t i o. Ab Augustino audivimus Dominum eo die passum esse quo conceptus fuerat, VIII kal. aprilis. De conceptionis tamen commemoratione alte silet et cum eo latini omnes scriptores antiqui. Festum Annuntiationis beatae Mariae, ἡμέρα τοῦ Εὐαγγελισμοῦ die 25 martii a Graecis celebrari coeptum est. Notissimum est Chronici Paschalis, ad ann. 624, testimonium: τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μηνὶ δύστρῳ, κατὰ Ῥωμαίους μαρτίῳ, ε' καὶ κ' τοῦ μηνός, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου ἐξῆλθεν ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος* [2]. *Notissimum, inquam, non antiquissimum. Habemus enim Abramii, episcopi Ephesini, qui medio saec. VI floruit, orationem εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς Θεοτόκου, habitam in illa μεγάλῃ ἑορτῇ mensis martii* [3], *qua et illud docemur nullum ex sanctis patribus, Athanasium, Basilium, Gregorium, Iohannem, Cyrillum, Proclum de illa festivitate sermonem habuisse. Mox autem subdit: Ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς καλεῖ ἡμᾶς περὶ τῶν ἐπαγγελθέντων ἀποδοῦναι τὸν λόγον, ὅπως τῇ πληροφορίᾳ πόθον τινὰ ὑμῖν ἐμποιήσαντες, προτρέψωμεν καὶ ὑμᾶς τὴν τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέραν ἑορτάζειν, καὶ τάχα εἰπεῖν, τῶν ἄλλων σπουδαιότερον, ἐξ ἐκείνου τοῦ λόγου ἄρξομαι τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως, ἀφ' οὗ μηδὲ ὑμεῖς ἀντερεῖτε* [4]. *Cetera quae afferri solent mittimus, nihil enim ad antiquiorem festi historiam conferunt* [5].

*I n  B a i o c a s s i n o. Abbas monasterii Duorum Gemellorum* (Deux-Jumeaux, canton d'Isigny, dép. Calvados [6]) *M a g n o v e u s ex hoc solo loco notus est* [7]*; I o h a n n e s episcopus in serie episcoporum ecclesiae Baiocensis desideratur* [8]. *Nihilominus, intactum proferamus elogium oportet:*

**in Baiocassino ad Duos Gemellos depositio Magnovei abbatis et Iohannis episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: C a u s t r a t a e = Nicostrati, n. 30; I u n i i = Iuvini, n. 45.*

[1] FÉROTIN, *Le Liber Ordinum*, p. 458. — [2] *Chronicon Paschale*, DINDORF, t. I, p. 713-14. — [3] Edita a M. JUGIE in *Patrologia Orientalis*, t. XVI, p. 442-47; M. KRASCHENINNIKOV, *Sancti Abramii archiepiscopi Ephesii sermones duo* (Iurievii Livonorum, 1911), p. 1-7. — [4] JUGIE, t. c., p. 443. — [5] VAILHÉ, *Origines de la fête de l'Annonciation*, in *Échos d'Orient*, t. IX (1906), p. 138-45; KRASCHENINNIKOV, t. c., p. CLII-CLXIV. Cf. JUGIE, t. c., p. 434-39, qui neutrius sententiam in omnibus amplectitur.— [6] C. HIPPEAU, *Dictionnaire topographique du département du Calvados*, p. 99. — [7] Deest in *Gallia christiana*, t. XI, p. 407. — [8] Ibid., p. 346-51; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II [2], p. 212-13.

# VII KAL. APRIL.

| I | II |
|---|---|
| **Romae natale Castuli [3].** | **Romae in [5] cimiterio eiusdem via Lavicana natale [10] sancti Castuli.** |

**In Sirmia Montani [15] presbiteri de Lingidonis cum Sirmium [20] fugisset comprehensus est et missus [25] est in fluvium nono lapide [30] inventum est corpus eius et [35] Maximae uxoris eius [a]. in Sebastea [40] civitate Petri episcopi [b]. in Tracia [45] Sarmatae Arminiae. in Araclea Marciani [50] episcopi. in Celer sancti Cassiani [55] episcopi. in Antiochia Timothei Diogenis [60] Machariae et Maximae. in Pentapoli [65] Libiae Theodori episcopi Hereni diaconi [70] Serapionis Ammoni lect. [c]. in Africa [75] Victoris Saturnini Solutoris et aliorum [80] XII.**

*Addunt codices pleniores :* a) et aliorum XL E ; iocundi C. — b) paulini C. — c) iuliani C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 2. nat̄ E | 4. rome BS ; rom̄ W | 6. cimit̄ B ; cimitirio W | 7. *om.* 6 ; eiusdę W | 9. lavigana W | 10. natł B ; nat̄ W | 14. sirmī E ; syrmia W | 15. munati BS²W ; muniti S¹ | 16. prb̄ E ; presbiter̄ B ; prb̄i SW | 17-34. *om.* ESW. | 18. lingi donis B | 22. conprehensus B | 24-26. *om.* B¹ ; *add.* B² *in marg.* | 36. maxime B | 37. uxor̄ W | 38. eş B | 40. sebaş E ; sabastea B¹ ; sabastia B²W ; sabastina S | 41. *om.* E ; civ̄ B | 43. ep̄i EW ; *om.* S | 46. sarmate B ; sarmateniae S ; sarmataeme W | 47. et arminic B ; *om.* SW | 49. arade E ; aracleo SW | 50. martiniani SW | 51. *om.* E | 53. caeler̄ E ; celer̄ B ; celer/// S ; *add.* natł SW | 54. *om.* E | 55. casiani S | 56. ep̄i EW | 57. *om.* E | 58-61. B¹ *in ras.* | 58. antioč E ; antiocā B ; anthiocia W | 59. timothei S¹ ; thimothei S²W | 61. macharie B ; madiariae SW | 62. *om.* S | 63. maxime B ; maximi W | 64-66. *om.* SW | 67. theudori W | 68. ep̄i EW | 69. hirini ESW | 70. diač EW | 71. syrapionis S ; sirapionis W | 72. ammomi E ; āmoni B ; amon W | 73. lectoris BS ; lect̄ E ; lectore W | 75. aff̄ E ; afreca W | 76. victor̄ B ; victoriis W | 78. soluturis E ; salutoris S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Castuli et in Sirmio Montani prespiteri et Maximae uxoris eius et aliorum XL. — Taml. : Castoli Montani et Maximae uxoris eius Petri episcopi Mariae Marci Cassiani Saturnini Salvatoris Timothei et aliorum XII Diogenis Teodori Iereni diaconi Serapionis Ammonii Victorini Victoris Salvatoris bis et aliorum XIIII Madiariae Maximae et aliorum XL Hermes. — Mon. : Romae Castuli martyris alibi Monati martyris. — Rich. : Rome Castoli et in Syrmio Montani presbiteri in Sebasti civitate Petri episcopi in Antiochia Timothei Diogenis alibi Theodori episcopi.

## MART. 26

*1.* romae] *De S. Castulo obiter dictum est die 12 ian., ad n. 34. Iterum commemorabitur 30 nov. Kalendario marmoreo Neapolitano inscriptus est die 23 mart* [1] *:*

p(*assio*) s(*ancti*) castvli mar(*tyris*)

*Coemeterium Castuli* [2] *silentio praetereunt Salisburgense itinerarium et ceteri topographi. Haec autem scribit vetus annotator alterius codicis Salisburgensis, qui nunc est Vindobonensis 1008 :* Iuxta viam Praenestinam iuxta aquaeductum ecclesia est sancti Stratonici episcopi et martyris et sancti Castoli, quorum corpora longe sub terra sunt sepulta [3]. *Carmen Castulo martyri votivum sola Turonensis ita dicta sylloge servavit* [4] *:*

te dvce venerivs rapidas commiscvit iras
atqve vesana nimis inimici ivrgia vicit
castvle tv dignvs praestas cvltoribvs iste
<haec> tibi servatvs <nvnc> offert mvnera svpplex

*Castulum S. Sebastiani socium fuisse finxerunt hagiographi* [5]. *Optima est codicum lectio :*

**Romae in cimiterio eiusdem via Lavicana natale sancti Castuli.**

*14.* in sirmia] *In Passione S. Pollionis his verbis memoratur martyr Montanus :* Probus praeses, imperata sibi persecutione, a clericis sumpsit exordium, et comprehensum sanctum Montanum presbyterum ecclesiae Singedunensis diuque christianae fidei virtutibus conversatum iussit necari [6]. *Quae in hieronymianis contracta proferuntur. Passio etiam bonae notae videtur. Legendum, ut patet,* de Singidonis *(n. 18). Singidunum, nunc Beograd, situm est ad confluentem Danubii et Savis. Male ergo scripsit Usuardus :* in mare mersorum [7]. *Addunt codices Epternacensis et Cambrensis :* et aliorum XL, *quae elogio SS. Montani et Maximae comprehendi iudicavit Beda, nostris minime contradicentibus* [8]. *Est qui legat* et aliorum XL in Sebastia, *quod ex crebro errore*

[1] Capasso, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336.— [2] De Rossi, *Bullettino*, 1865, p. 9. — [3] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 142 ; *Inscriptiones christ. Urbis Romae*, t. II, p. 64 — [4] De Rossi, *Inscriptiones*, t. c., p. 64, n.14 ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 81. — [5] *BHL.* 1647, 1648. Cf. Mazochi, *In vetus marmoreum sanctae Neapolitanae ecclesiae kalendarium Commentarius*, p. 100-111. — [6] *BHL.* 6869, n. 1. — [7] Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 175. — [8] *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 616.

*errore legentis ortum esse ducit. Martyres enim XL Sebasteni coluntur* VII id. mart. *unde* VII kal. april. *male ascripti sunt* [1]. *Nobis quoque certum est quadraginta illos Sebastenos esse, sed multo aliter huc adductos, nempe propter Sebastenum* P e t r u m *(n. 42), qui hodie colitur. Certe seiungendi sunt a sanctis Sirmiensibus, de quibus ita scriptum erat:*

**in Sirmia Montani presbiteri de Singidonis <qui> cum Sirmium fugisset comprehensus est et missus est in fluvium <ubi> nono lapide inventum est corpus eius; et Maximae uxoris eius.**

42. PETRI] *Sebastenus ille episcopus († 392) frater erat S. Gregorii Nysseni, qui primae eius commemorationi se interfuisse testatur:* τὴν μνήμην τοῦ μακαριωτάτου Πέτρου παρὰ Σεβαστηνοῖς πρώτως ἀγομένην ἐπιτελέσας, καὶ τὰς συνήθως παρ' αὐτῶν ἐπιτελουμένας τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον συνδιαγαγὼν ἐκείνοις... [2]. *Ex sequentibus tamen dubium oritur an revera mense martio S. Petri anniversaria dies celebrata fuerit* [3]. *Nemini certe in mentem venerit memoriam martyrum* κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον *celebratam quadraginta illorum esse de quibus modo diximus, quippe quorum festivitas semper acta est et nunc agitur 9 martii. Quinam fuerint hi* ἅγιοι μάρτυρες *ignoramus. Quicquid id est, legamus oportet:*

**in Sebastea civitate Armeniae Petri episcopi.**

45. IN TRACIA] *Pertinet ad elogium* M a r c i a n i, *infra, n. 50.*

46. SARMATAE] *Neque hominis nec loci nomen, sed monstrum ex* S(*e b a s*)TEA *et* ARM(*e n i a*) *natum.*

47. ARMINIAE] *Reponendum post n. 41:* S e b a s t e a  c i v i t a t e  A r m e n i a e.

49. IN ARACLEA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θράκης ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Μαρκιανός. *Marcianus erat «ex antiquis», id est martyribus ante Diocletianum passis, quorum Acta collegerat Eusebius.* I n  T r a c i a *require supra n. 45.*

**Heraclea in Tracia Marciani episcopi.**

53. IN CELER] *Plurimum vexavit eruditorum ingenia S.* C a s s i a n i *sedes episcopalis. Celerinensi ecclesiae, in Africa, ut videtur Proconsulari, cuius episcopus Donatus interfuit collationi Carthaginiensi anni 411* [4], *Cassianum praefuisse coniectura nostrorum est non contemnenda* [5].

*In martyrologio Romano Cassianus Romae asseritur, cum aliis nonnullis:* Ibidem coronae sanctorum martyrum Petri, Marciani, Iovini, Theclae, Cassiani et aliorum. *Haec a Galesinio mutuatus est Baronius, qui non perspexit sanctos illos omnes ad unum Romanos non esse, Petrus quippe Cappadox est, Marcianus Thrax, Iovinus (mart. 25, n. 45) Burgundio, Thecla (mart. 25, n. 37) Palaestinensis.*

58. IN ANTIOCHIA] *De martyribus Antiochenis quattuor lege annotata ad 7 aprilis =* VII id. april. *unde ad* VII kal. april. *perperam transvecti sunt. Unde hodie quoque legamus:*

**in Antiochia Timothei, Diogenis, Macharii et Maximi.**

65. IN PENTAPOLI] *De* T h e o d o r o *eiusque sociis brevis habebitur tractatio ad diem april. 6, n. 48. Eius autem elogium integrum olim legebatur die 7 aprilis, a quo ad 26 mart. una cum sanctis Antiochenis (n. 58) eandem plane ob causam delatus est.*

**in Pentapoli Libiae Theodori episcopi, Irenaei diaconi, Serapionis <et> Ammoni lect(orum).**

75. IN AFRICA] *Tum aliis tum proximis diebus haec nomina recensentur:*

76. V i c t o r i s — *mart. 30, n. 10.*
77. S a t u r n i n i — *mart. 24, n. 18; 27, n. 19.*
78. S o l u t o r i s — *mart. 24, n. 21; 27, n. 18.*

ADDITAMENTA] e t  a l i o r u m XL. *Sunt martyres Sebasteni non vero socii SS. Montani et Maximae. Supra, ad n. 14. In martyrologio Romano scriptum est:* Sanctorum martyrum Quadrati Theodosii, Emmanuelis et aliorum quadraginta. *Subdit Baronius in annotatis: «De his etiam hac die Graeci in menologio.» Et quidem in Graecorum libris legitur hodie elogium* τῶν ἁγίων Μανουήλ, Σαβίνου, Κοδράτου καὶ Θεοδοσίου, *ubi tamen ne verbum quidem de sociis quadraginta* [6].

P a u l i n i = *Pauli, mart. 22, n. 5, 11.*

I u l i a n i, *mart. 23, n. 12.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* S a l v a t o r i s = *Solutoris, n. 78.*

M a d i a r i a e = *Machariae, n. 61.*

[1] H. ACHELIS, *Die Martyrologien*, p. 131. — [2] *Epist.* I, 4. PASQUALI, p. 2. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLIV, p. 404. — [3] *Les origines du culte des martyrs*, p. 208. — [4] *Gesta collationis Carthagine habitae*, I, 180. MANSI, *Concilia*, t. IV, p. 135. — [5] *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 615. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 560.

# VI KAL. APRIL.

**Resurrectio Domini nostri Ihesu Christi 5. in Africa Romuli Acuti Pinnari 10 Mauroli Successae Misiae Matutinae Doti 15 Successi Alexandri Solutoris Saturnini a.**

*Addunt codices pleniores :* a) et in baio cassino colonica vico depossitio (*corr.* depositio S[2]) honorinae virginis S.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. hierusolimis res. B ; hierosolimis res. S ; hierusolima res. W ; resurr̄ E | 5. hieroſ E | 7. aff̄ E | 8. romoli BSW | 9. aguti B | 10-11. *transp.* malori pinnori S ; maroli pinnari W | 12. successi W | 13. missę B ; missiae SW | 14. matutine BS | 15. donate B ; donati SW | 16-18. *om.* SW | 17. alaxandri E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Resurrectio Domini nostri Iesu Christi et in Affrica nat. Maurili. — TAML. : Resurrectio Domini Acuti Pinnarii Successi Romuli Miriae Misiae Successae Marioli Matutinae Doti Alexandri Saturnini Donati et aliorum XII. — MON. : Hierosolimis resurrectio Domini nostri Ihesu Christi in Africa natalis sanctorum Romoli (Acuti *a.ld. 1 m.*) et depositio sancti //Rodberti episcopi et confessoris. — RICH. : Hierosolima resurrectio Domini nostri Iesu Christi et in Affrica Mauroli Acuti Romuli Successi Missiae Donati Alexandri Solutoris.

## MART. 27

*1.* RESURRECTIO] *Ubi passionis Domini memoria die 25 mart. agebatur, ut suo loco notatum est, ibi Resurrectionis festum die 27 constitutum erat* [1], *non omisso festo, quod mobile nunc dicitur, dominicae Paschae. Utrumque in kalendario Perpetui Turonensis signatum erat* [2]. *Unum vero in nostris libris :*

**Resurrectio Domini nostri Iesu Christi.**

*7.* IN AFRICA] *Non omnes Afros esse qui hodie recensentur mox patebit.*

*8.* ROMULI] *Martyr Palaestinensis, mart. 24, n. 8.*

*9.* ACUTI] *Al. A g u t i. Legendum crediderim A g a p i, martyris Palaestinensis, mart. 24, n. 6.*

*10.* PINNARI] *Mart. 24, n. 9 occurrit P i s o n i, nomen corruptum martyris Palaestinensis, graece Πάησις, quod hanc novam induisse formam nolim asseveranter contendere.*

*11.* MAUROLI] *Nudum nomen, incertae lectionis. Cod. Cambr. : M a u r i l i.*

*12.* SUCCESSAE] *Infra, n. 16 : S u c c e s s i, martyris Caesaraugustani, ian. 22, n. 33. Cf. infra, n. 14.*

*13.* MISIAE] *Nudum nomen, incertae lectionis.*

*14.* MATUTINAE] *Legendum videtur : M a t u t i n i, qui et ipse martyr Caesaraugustanus* [3], *ian. 22, n. 23. Cf. supra, n. 12.*

*15.* DOTI] *Nomen corruptum. Lege D o <n a> t i, cum S, W.*

*16.* SUCCESSI] *Supra, n. 12 : S u c c e s s a e.*

*17.* ALEXANDRI] *Martyr Palaestinensis, mart. 24, n. 10 ; 25, n. 27 ; 28, n. 5. Cf. supra, n. 8, 9. Usuardus divinando scripsit :* in Pannonia sancti Alexandri martyris [4], *id est A lexandri martyris Driziparae* [5]. *Consentit, addito elogio, martyrologium Romanum.*

*18.* SOLUTORIS] *Saepius hoc mense, et mense sequenti. Cf. mart. 24, n. 21.*

*19.* SATURNINI] *Saepius hoc mense et alias. Cf. mart. 24, n. 18.*

ADDITAMENTA] *H o n o r i n a e. De hac sancta virgine quae resciri potuerunt a nostris prolata sunt ad diem 27 feb.* [6]. *Legenda quoque sunt quae scripserunt can. Sauvage* [7], *G. Morin* [8], *A. Legris* [9]. *Eius Passio* [10] *est ipsa Passio S. Dorotheae* (*BHL.* 2323) *mutato nomine Dorotheae in nomen Honorinae.* Vicus Colonica *nunc dici* Coulonces (*dép.* Calvados) *veri simile est* [11].

**in Baiocassino Colonica vico depositio Honorinae virginis.**

EXCERPTA] *Cod. Taml. : M a r i o l i, n. 11. Cod. Mon. : R o d b e r t i seu Ruperti episcopi Wormatiensis et Salisburgensis, saec. VIII ineunte, cuius gesta habentur* [12].

[1] Cf. quae annotata sunt ad diem 25. — [2] GREGORII TURONENSIS *Hist. Franc.*, X, 31. — [3] *Origines du culte des martyrs*, p. 414. — [4] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 176. — [5] *BHG*[2]. 48, 49. — [6] *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 677-79.— [7] *Sainte Honorine de Graville*, Havre, 1870, 23 pp. — [8] *La vierge Sainte Honorine restituée au diocèse de Bayeux*, in *Semaine religieuse du diocèse de Bayeux et Lisieux*, 1890, p. 442-45. Cf. *Anal. Boll.*, t. X, p. 377-78. — [9] *Sainte Honorine, vierge et martyre au diocèse de Bayeux*. Bayeux, 1911, 27 pp. — [10] *BHL*. 3981. — [11] MORIN, t. c., p. 444 : « Faut-il voir dans cet endroit quelqu'une des localités qui portent actuellement le nom de la sainte (Sainte-Honorine-de-Ducy, Sainte-Honorine-des-Pertes, Sainte-Honorine-du-Fay) ou bien un autre lieu dont la désignation moderne réponde encore au mot latin *Colonica* ? Je ne connais aucun nom qui puisse mieux y prétendre que celui de *Coulonces*. Nous avons, en effet, près de Vire, un bourg de ce nom ; dans la partie du diocèse de Séez la plus voisine, deux communes de l'arrondissement de Domfront portent le nom de Sainte-Honorine.» — [12] *BHL*. 7390-7398.

# V KAL. APRIL.

I

**In Cessarea civitate Rogati Alexandri Castori [a].**

II

**Dorothei Audacte. in Tarso Ciliciae**

**Cavillono depositio domni Gunthramni regis bene pausati [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) it̃ cessar̃ mariae et in aff̃ aliorum XIII E. — b) et depositio sancti dagoleiphi abbatis B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. —1. *om.* E | 2. cessar̃ E ; cesarea BS ; ęsaria W | 3. civĩ E ; *om.* BSW | 4. rogate S | 5. alaxandri E | 6. derothei S | 7. audate E ; audactę W | 8-11. *om.* S | 10. ciliae E[1] ; cilicie B | 12. cavilonno B ; *om.* S | 13. depos B ; dep̃ W | 14. *om.* SW | 15. guntramni BS ; guntheramni W | 17-18. *om.* SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Rogati Successi et in Cessarea Mare depositio sancti Dagelephi et in Affrica aliorum XVI. — TAML. : Mariae Magdalenae Rogati Successi Dorothei Alexandri Castori Mariae Audachtae Guntari Miniregis Grigorii Pronati et aliorum XV. — MON. : In Cesarea natalis sanctorum Rogati Successi Alexandri Dorothei Audactae et aliorum XX. — RICH. : In Affrica Rogatae Successi et Dorothei et in Caesarea Mariae in Tharso Ciliciae Castorii Gauillono Guntrammi regis alibi Audacti.

## MART. 28

*1.* IN CESSAREA] *Praeter A l e x a n d r i (n.5) nullum reperio Caesariensem in hoc laterculo. Est autem Alexander ex illis quos recenset martyrologium die mart. 24, n. 10, etiam mart. 25, n. 27 et mart. 27, n. 17, quique in ultima persecutione mortem obierunt. Alterum Alexandrum Caesariensem, qui cum Prisco et Malcho passus est sub Valeriano* [1]*, adducit Florus Lugdunensis* [2]*, quem exscripserunt Ado eiusque sequaces, non excepto Romano martyrologio. Porro horum trium martyrum natalem diem nec Eusebius indicat nec ulla monumenta tradunt. Legatur ergo :*

**in Caesarea Alexandri**

*intellegendo alterum duorum Alexandrorum ex Octo martyrum turma.*

*4.* ROGATI] *Mart. 24, n. 14 et saepius, plerumque inter martyres Africae. Martyrologium Romanum :* in Africa sanctorum martyrum Rogati, Successi et aliorum sexdecim. *Ad haec Baronius : « Agit de his Beda hac die. Leguntur in Synodica ad Cornelium papam eorumdem nominum episcopi africani apud Cyprianum epist. 54* [3]*. Extat et epist. 82 Cypriani ad Successum* [4] *de persecutione nuper excitata per Valerianum. » Sapienter autem subdit : « An autem iidem sint non audeo affirmare. » Rogatus enim ignotus est. Successus vero, quem non apud Bedam sed in alio quodam martyrologio Rogato adiunctum repperit, martyr est Caesaraugustanus, de quo mart. 27, n. 12, 16.*

*6.* DOROTHEI] *Si quid divinare licet, erit D o r o t h e u s ille Nicomediensis, qui cum aliis plurimis nuntiatus est mart. 12, n. 61. Nomen civitatis qui postulaverit reperiet mart. 29, n. 1.*

*7.* AUDACTE] *Audacti passim latini scribunt loco A d a u c t i, et graeci Αὐδάκτου Ἀδάκτου* [5]*. Quis sit A d a u c t u s ille ignoratur ; non enim ille est qui cum Felice colitur die aug. 30, neque alter quem cum Callisthene memorant Graeci die 4 oct.* [6]*. Est et alius Adauctus, qui sub Diocletiano passus est, de quo ita Eusebius : καί τις ἕτερος Ῥωμαϊκῆς ἀξίας ἐπειλημμένος Ἄδαυκτος τοὔνομα, γένος τῶν παρ Ἰταλοῖς ἐπισήμων* [7]*. Sed de huius anniversaria die nihil traditum est.*

*9.* IN TARSO] *Memoriola S. C a s t o r i s, ceterum ignoti, bis in martyrologio, id est* V kal. april. *et* V kal. maii *exprimitur :*

**in Tarso Ciliciae Castori.**

*Necesse est alterutrum loco non suo positum esse, sed ubi peccatum fuerit non liquet.*

*12.* CAVILLONO] *Caesar, De bello Gallico, VII, 42 : C a b i l l o n o = Chalon-sur-Saône.*

*15.* GUNTHRAMNI] *Chronic. Fredegarii :* Anno 33 regni Gunthramni. Eo anno quinto kal. aprilis ipse rex moritur ; sepultus est in ecclesia sancti Marcelli, in monasterio quod ipse construxerat [8]. *Gunthramnum anno 592 obiisse demonstravit v. d. B. Krusch* [9].

**Cavillono depositio domni Gunthramni regis bene pausati.**

ADDITAMENTA] *M a r i a e, hodie in solo codice E, et rursum die 1 april. Quae annotanda sunt remittenda ad 1 nov.*

*D a g o l e i p h i. Cambr. : D a g e l e p h i. Non pauci, inde a consule an. 461 nomen Dagalaifi*

[1] EUSEBII *Hist. eccl.*, VII, 12. — [2] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 296. — [3] Nunc *Epist.* LVII, ap. HARTEL, p. 650. — [4] Nunc *Epist.* LXXX, ap. HARTEL, p. 839. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 104, l. 38, 106, l. 38. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 104. — [7] *Hist. eccl.* VIII, 11, 2. — [8] *M.G.*, Scr. rer. merov., t. II, p. 127. Cf. *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 718-31. — [9] *Forschungen zur deutschen Geschichte*, t. XXII, p. 456-59.

*gesserunt*

*gesserunt* [1]. *Quando ille noster vixerit et quodnam monasterium rexerit ignotum.*

EXCERPTA] *Cod.Taml.* : *Mariae Magdalenae, immo Mariae Caesariensis cum E, Cambr. Rich.*

*Guntari Miniregis = Gunthramni... regis, n. 15.*

*Pronati = pausati, n. 18.*

[1] E. Förstemann, *Altdeutsches Namenbuch*, t. I², p. 394.

# IV KAL. APRIL.

**Nicomedia Pastoris Victorini Saturnini Dolae** 5 **Iulianae et aliorum IIII. in** 10 **Antiochia Theodori presbiteri Poentalis Iuliani** 15. **et alibi sancti Acaciae.**

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. nicom̄ E ; in nicomedia SW | 3. victurini BSW | 5. dole B ; *om.* SW | 6. iuliane S ; iuliani B | 9. III S | 10. *om.* E | 11. antioč E ; anthiocia B ; antiocia W | 12. teodori E ; the dori W | 13. prb̄ E ; prb̄i SW | 14. pentalis BS | 15. *om.* S | 16. *om.* E | 16-18. *om.* SW | 18. *om.* E | 19. acacie B ; achaiae E ; agacie S ; achatię W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia nat. Pastoris Saturnini et Iuliane. — Taml. : Pastoris Liberii Victorini Saturnini Teucri Medicii Dolae Iuliae Iulianae et aliorum IIII Iuliani et aliorum CCXLIII Achatiae ordinatio Grigorii Grigorii Nazareni in Armenia. — Mon. : Nicomediae natalis sanctorum Pastoris Victorini Saturnini Antiochiae Theodoli et Iulianae et aliorum IIII. — Rich. : Nicomedia Pastoris Victurini Saturnini Dolae Iulianae et aliorum IIII Antiochia Theodori presbiteri Pentalis et Iuliani.

## MART. 29

*1.* NICOMEDIA] *Donec aliis testibus constabit Nicomediensem esse Pastorem, seponamus illum oportet. Ceteri quos ea civitas iure sibi vindicat suum quisque habent diem : Victorinus mart. 6, Dulas mart. 25, quos e breviario Syriaco attulimus. Iuliana Nicomediensis martyr a Graecis colitur die 21 decembris* [1]. *Sed de lectione Iuliana (n. 6) non satis constat.*

*2.* PASTORIS] *Nudum nomen. Ne vel levissima subsidia neglegantur, notari velim postridie, n. 24, recenseri depositionem Pastoris Aurelianis civitate ceterum ignoti.*

*3.* VICTORINI] *Mart. 6, n. 4.*

*4.* SATURNINI] *Mart. 27, n. 19 ; 30, n. 17 et alias saepius.*

*5.* DOLAE] *Mart. 25, n. 22 : Dulae.*

*6.* IULIANAE] *Al. Iuliani, etiam infra, n. 15.*

*11.* IN ANTIOCHIA] *Theodorus, ut plurimum Theodoritus a Latinis* [2] *nuncupatur presbyter ille Antiochenus. Apud Sozomenum in Historia Θεοδώριτος, in lemmate Θεόδωρος est* [3]. *De natali die disceptatur. Mart. 29 signatur in Passione nuper edita* [4]; *oct. 23 in aliis* [5]; *in codicibus nostris mart. 23, n. 5, april. 10, n. 27, et mart. 19, n. 4 ; in synaxariis Graecorum mart. 2, 3, maii 6, 12, 17, 18* [6]. *Recte scribunt codices :*

**in Antiochia Theodori presbiteri.**

*14.* POENTALIS] *Al. Pentalis. Scriptum erat Penta<po>lis, propter alium Theodorum cuius in Pentapoli locus est. Cf. mart. 26, n. 67 ; april. 6, n. 48.*

*15.* IULIANI] *Mart. 23, n. 12 et supra, n. 6 : Iulianae.*

*19.* ACACIAE] *Lege Acacii. Huius enim enuntiati fons est libellus* Acta disputationis Acacii *ita dictus, quia revera Passio non est* [7]. *His autem clauditur verbis :* Acta sunt haec a Marciano consulari sub imperatore Decio, quarto kalendas aprilis, *cum hoc in codicibus variatione :* tertio kalendas [8], *quo die Acacius iterum signatur. Mozarabum kalendaria duo 29 mart. :* Sancti Agacii martyris Christi [9].

EXCERPTA] *Cod. Taml.* : *Grigorii Nazareni, lege Nazianzeni. Quo fonte haec hausta sint nescimus.*

[1] *BHG.* 963 ; *Synax. Eccl. CP.*, p. 333. — [2] *BHL.* 8074-8076b. — [3] *Hist. eccl.*, V, 8. — [4] P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, fasc. 6, p. 91. Cf. p. 86-88. — [5] *BHL.* 8076b. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 502, 503, 661, 679, 689, 694. — [7] *BHL.* 25. Cf. *Les Passions des martyrs et les genres littéraires*, p. 344-64. — [8] *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 905, annot. p. — [9] Férotin, *Le Liber Ordinum*, p. 459.

# III KAL. APRIL.

I — II

**In Tessalonica civitate Domnini. Philopoli Achaici Palatini.**

| **et alibi Victoris Marcellini Satulli Crusis**

**Agatoniae Aquilinae virginis Saturnini Eulaliae virginis [a] Ph:lipuli. Aurelianis civitate depositio Pastoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) dativi C. — b) et silvanectis depositio reguli episcopi S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. tessalō E ; tesalonica B ; the salonica W ; thesolonie $S^{1}$ ; thesolonia $S^{2}$ | 3. civī E | 5. philopholi B ; phylopholi W ; philopholi S | 6. acaci BSW | 14. agadoniae E ; agathoniae S ; agathomę W | 15. aquiline B ; aquilę S | 16. virḡ EW | 17-20. fylopoli saturnini B, *et in fine lineae add.* eulalię virginis $B^{2}$ | 19. virḡ EW | 20. philopoli B ; filippoli W ; philippi S | 21. aurilíã E ; aurilianis S ; auriliani W | 22. *om.* ES ; civ̄ B | 23. *om.* E ; depoš BW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Nat. Domni Filippoli et Iacaici et depositio Autasi abbatis et Niceci episcopi. — Taml. : Domini Domini Pillo Poli Achaici Tacaici Liberi Pallatini Victoris Marcellini Lini Satuli Crusis Agathoniae Eulaliae Eufeniae Aquilinae Saturnini Auriliani Pastoris et aliorum II Benedicti. — Mon. : Thesalonica civitate natalis Domnini Philopholi Accaci Palatini et aliorum XII. — Rich. : Thesalonica civitate Domnini Philopoli Acaci et Palatini alibi Victoris Marcellini Eulaliae virginis Aurelianis depositio Pastoris.

## MART. 30

*1.* in thessalonica] *Graeci 1 et 28 oct. memoriam agunt* τοῦ ἁγίου Δομνίνου τοῦ ἐν Θεσσαλονίκῃ. *Ad Thessalonicensem martyrem pertinere adiectivum* p a l a t i n i *(n. 7) observatum est ad mart. 14, april. 4. Non tamen congruit cum elogio Domnini quale in synaxariis habetur* [1]. *Satis ergo erit scripsisse :*

**in Thessalonica civitate Domnini.**

*Cum Usuardo martyrologium Romanum Domnino socios tribuit* V i c t o r e m *(n. 10) et alios :* Thessalonicae natalis sanctorum martyrum Domnini, Victoris et sociorum. *Domninum nullos habuisse socios vel ex inspectis codicibus patet.*

*5.* philopoli] *Infra, n. 20. Loci potius quam hominis cogitationem ingerit, v. gr. Philippopolis, urbis Thraciae. Sed frustra quaeruntur martyres ad eam referendi. Mart. 27, in breviario Syriaco legitur :* Φίλιππος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, *quem tenue in nostris codicibus vestigium hoc die reliquisse coniectura est nec incongrua nec urgenda.*

*6.* achaici] *Lege* A c a c i i, *de quo mart. 29, n. 19.*

*7.* palatini] *Lege annotata ad n. 1.*

*9.* alibi] *Solo nomine noti sunt martyres quattuor qui sub hoc indicio recensentur.*

*14.* agatoniae] *Neque de* A g a t o n i a, *neque de* A q u i l i n a *quicquam traditum est. Haec tandem requirenda esse in Actis disputationis Acacii (cf. n. 6), ubi haec leguntur :* vocor Agatosangelus, *al.* Agathangelus, Agangelus [2], *equidem non mirum dixerim.*

*17.* saturnini] *Mart. 29, n. 4, et alias saepius.*

*18.* eulaliae] E u l a l i a e *Emeritensis, quae 10 dec. colitur, commemoratio censetur cuius tamen ratio nos fugit.*

*24.* pastoris ] *Huius elogii tenebris dispellendis nostri olim insudarunt incassum* [3]. *Quisquis ille est, videtur* P a s t o r *in coetum sanctorum diei 29 mart. n. 2 irrepsisse, vel inde in alterius locum hodie successisse.*

additamenta] R e g u l i. *Varia eius Acta habentur* [4]. *Annus quo obiit incertus* [5].

**Silvanectis depositio Reguli episcopi.**

excerpta] *Cod. Cambr. :* A u t a s i. *Vid. april. 2, in additamentis.*

N i c e c i. *April. 2, n. 44.*

*Cod. Taml. :* P i l l o P o l i = *Philopoli, n.5.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 96, 169. — [2] *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 905 ; Weber, *De Actis S. Acacii* (Bornensis Lipsiae, 1913), p. 51. — [3] *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 829-30. — [4] *BHL.* 7106-7109. — [5] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 117.

# PRID. KAL. APRIL.

**[a] In Africa Anesi Felicis Diodoli Protidae Corniliae Valeriae [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) transmutatio corporum (corporis KLV) sanctorum uuandone (uuandonę V) abbatis et ansberti episcopi (ausberto episcopo KLV) et uulframni (uulframno KLV) episcopi (episcopo KLV) MKLV. — b) in fontanella monasterio transmutatio corpora sanctorum sancti uuandoni abbatis et sancti ansberti et uulframni epis W.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aff E ; afreca W ; *add.* natale sanctorum SW | 5. dioboli B[1] | 6. porti abde BW ; porti abdę S | 7. corneliae S ; cornilie B ; *add.* et SW | 8. valerianę S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Anisi et depositio Ambrosi episcopi et nat. VII virginum martirum quorum nomina Deus scit. — Taml. : Annisii Felicis Teodoli Pauli Victoris Protidae Corneliae Valeriae Mariae Eufemiae Abdae et aliorum V Iohannis. — Mon. : In Africa natalis sanctorum Anisi Felicis Diodoli Proti Abdiae prophetae. — Rich. : Affrica Anesi Felicis Diodoli Porti Abde Corniliae Valeriae.

## MART. 31

*1.* in africa] *Sex martyrum manipulum Africae non invidemus, sed praeter nomina, et haec partim corrupta, nihil de his traditum est. Loco tamen* Diodoli *(n. 5),* Theodoli *scribendum censeo.* Theodulus *autem est martyr Thessalonicensis qui colitur april. 2, n. 22.*

additamenta] *In Fontanella. Gesta abbatum Fontanellensium :* Hic namque Bainus episcopus inter innumera bonitatis suae opera quae gessit etiam corpora sanctorum Wandregisili, Ansberti atque Wulframni in aecclesiam beati principis apostolorum Petri de basilica sancti apostoli Pauli transtulit. Et posuit quidem beati patris Wandregisili in medium, magni vero praesulis Ansberti ad levam et gloriosi pontificis Vulframni ad dexteram partem in absida eiusdem basilicae ad orientalem plagam. Facta est haec sancta translatio anno dominicae incarnationis 704, indictione secunda, pridie kalendarum aprilium die, feria secunda. Nam sollemnitas sancti paschae tertio kalendarum aprilium tunc extitit, qui erat annus decimus regis gloriosi Hildeberti, porro Iohannis papae, qui octogesimus quintus a beato Petro Romanam rexit ecclesiam, annus primus, Baini denique patris praedicti annus quintus, ex quo regiminis assumpserat curam istius coenobii [1].

*De die translationis certo constat. Cetera non semel nostris [2] aliisque [3] difficultatem facesserunt quam non est huius loci expendere.* Wando *Wandregisili cognomen est, teste eius Vitae scriptore :* Fuit vir vitae venerabilis Deo inluminante, Wandregiselus cognomento Wando [4]. *Recte igitur scriptum est :*

**in Fontanella monasterio transmutatio corporum sanctorum Wandonis abbatis et Ansberti episcopi et Wlframni episcopi.**

*Dies natalis S.* Wandregisili *incidit in 22 iul. ; S.* Ansberti *in 9 feb., S.* Wlframni *in 20 mart.*

[1] *Gesta*, 2, Loewenfeld, p. 17-19. Cf. quae ex Vita Ansberti, *BHL.* 8738 allata sunt ad diem 20 mart. — [2] V. gr. *Act. SS.*, Iul. t. V, p. 261. — [3] Vacandard, *Le règne de Thierry III et la chronologie des moines de Fontenelle*, in *Revue des Questions historiques*, t. LIX (1896), p. 491-506 ; A. Rosenkranz, *Beiträge zur Kenntnis der Gesta abbatum Fontanellensium* (Bonn, 1911), p. 99-102 ; B. Krusch in *M.G.*, Scr. rer. merov., t. V, p. 2-3 ; W. Levison, ibid., pp. 614, 657, 672. — [4] *BHL.* 8804, c. 3.

# APRILIS

**Mensis Aprilis habet dies XXX**

---

## KAL. APRIL.

**L a e t a n i a s   i n d i c e n d a s**

**In Armenia minore natale Parteni Quintiani Victoris Secundi [a]. in Eraclea civitate item Victoris Chioniae Agapis et Herenae [b]. Tessalonica Ingeniani Saturnini Parteni Dionisi Pantheri Alexandri. in Aegypto Victoris et Stephanae [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) in ceš mariae E.— b) casti C. — c) et in cesariae mariae S ; liganau monasterio deꝫ beati uualarici coñf C.

*Var. lect. codd.* EBSW.— *Lemma* : aprelius dies XXX E, lun. XXVIIII *add.* SW ; lętaniae indicendę S ; *om.* W | 2. armē E ; arminia BSW | 3. minoř E ; *om.* SW | 4. *om.* E ; *add.* sanctorum SW | 5. partini BSW | 10. eracla E ; heraclea W | 11. civī E | 12. it̄ E | 13. victoř B | 14. *add.* nicomedia S | 15. agape BSW | 16. *om.* E | 17. herenei ESW ; *add.* in SW | 18. tessał E ; tesalonica B ; thessalonica S ; thesalonica W ; *add.* natale sanctorum SW | 19. ingenianae BW ; ingeniane S | 20. *add.* item B | 21. partemi E | 22. diunisi B | 23. panteri BW ; panteni S | 24. alaxandri E ; alexandř B | 26. aegīp E ; egypto W ; *add.* passio sanctorum SW | 28. *om.* E | 29. stephani BSW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Armenia in Oriente nat. Paterni Quintiani Victuris et in Cesarea Mariae — TAML. : Sanctae Mariae nativitas Agapae Chionae Erennae Maii Ingenianae Brigitae Partini Pantenei Victoris Quintiani Herenei Ingeniani Saturnini Alaxandri Secundi bis Zefan Dionisi Pantini Paterni et aliorum X sancti Ambrosii episcopi. — MON. : et aliorum X in Armenia Partini Quintiani alibi Herenei Victoris Parterii. — RICH. : In Armenia Partini Quintiani et Victoris et in Thesalonica Acapis Cioniae et Hereni Secundi Ingenianae Saturnini et Eraclia Victoris Agapae et Herenei in Aegypto Stephani.

### APRIL. 1

*1.* IN ARMENIA] *Cum hodie quoque nomina properanter neglegenterque congesta appareant, non ideo, quia proximus est,* P a r t e n i u s *(n. 5, cf. 21) seu* P a n t h e r u s *(n. 23) cum Armenia connectendus est ; neque cur* Q u i n t i a n u s *(n. 6),* S e c u n d u s *(n. 8),* I n g e n i a n u s *(n. 19) vel* S a t u r n i n u s *(n. 20) potius eligantur ulla suppetit ratio. De his omnibus monumenta silent. Ceteri quique suam sortiuntur patriam.*

*5.* PARTENI] *Infra, n. 21, et n. 23 :* P a n t h e r i.

*6.* QUINTIANI] *Non hodie solum sed saepius, v. gr. 28 feb., 30 april., 1 maii occurrit Quintiani nomen. Sitne plurimorum an unius, ignoramus.*

*7.* VICTORIS] *Infra, n. 13, 27.*

*8.* SECUNDI] *Nudum nomen.*

*10.* IN ERACLEA] *Quae de Armenia (n. 1) observata sunt, de Heraclea e verbo iteranda forent.*

*13.* VICTORIS] *Etiam n. 7, 27.*

*14.* CHIONIAE] *Breviarium Syriacum, ad diem 2 aprilis : ἐν Θεσσαλονίκῃ Χιονία καὶ Ἀγάπη. Edita est Passio graeca : Μαρτύριον τῶν ἁγίων Ἀγάπης, Εἰρήνης καὶ Χιονίας μαρτυρησάντων ἐν Θεσσαλονίκῃ* [1]. *Ideo forsitan in Syriaco nomen Irenae omissum est quia eandem Chionia et Agape in certamine praecesserunt. Μετὰ δὲ τὸ τελειωθῆναι τὰς ἁγιωτάτας διὰ πυρὸς τῇ ἑξῆς προσαχθείσης πάλιν τῆς ἁγίας Εἰρήνης κτλ... ἐτελειώθη ὑπατίας Διοκλητιανοῦ αὐγούστου τὸ ἔννατον καὶ Μαξιμιανοῦ αὐγούστου τὸ ὄγδοον, καλάνδαις ἀπριλλίαις* [2]. *Passio latina, quae in Actis S. Anastasiae inserta est, paulo aliter :* Passae sunt Agape et Chionia tertio nonas aprilis et in ipsis nonis Irene apud Thessalonicam [3]... *Prope muros civitatis Thessalonicensis basilica erat sanctarum martyrum, de qua in Miraculis S. Demetrii : μέχρι τοῦ σεβασμίου τεμένους τῶν τριῶν ἁγίων μαρτύρων Χιόνης, Εἰρήνης καὶ Ἀγάπης, ὅπερ, ὡς*

[1] *BHG*$^2$. 34. — [2] *BHG*$^2$. 34, n. 4, 7. — [3] *BHL*. 118 ; *Act. SS.*, April. t. I, p. 250, n. 10.

ἴστε, βραχυτάτῳ διαστήματι τοῦ τῆς πόλεως τείχους ἀφέστηκεν [1].

**Tessalonica Chioniae Agapis et Herenae.**

*17.* HERENAE] *Mirum sane est in martyrologio Romano scribi potuisse :* in Armenia sanctorum martyrum Quinctiani et Irenaei, *et a Baronio commentarii loco addi : « Agunt de his hac die Graeci etiam in menologio. » Silent enim Graeci et inscite consociatos esse Quintianum illum certe non Armenium et Irenaeum, id est Irenen Thessalonicensem, nemo non videt.*

*18.* TESSALONICA] *Nomina propinqua martyribus Thessalonicensibus adiungenda esse nihil suadet, sed, si vera sunt quae ad diem 14 mart. observavimus, D i o n i s i u s et A l e x a n d e r, n. 22, 24, eiusdem sunt civitatis.*

*19.* INGENIANI] *Solo nomine notus.*

*20.* SATURNINI] *April. 2, n. 12. Sed quis est ille inter tot Saturninos quos paene cotidie offendimus ?*

*21.* PARTENI] *Etiam n. 5, 23 : P a n t h e r i.*

*22.* DIONISI] *Cum A l e x a n d r o, n. 24, coniungendus videtur et sub Thessalonica nuntiandus. Supra, n. 18.*

*23.* PANTHERI] *Supra, n. 5, 21 : P a r t e n i.*

*24.* ALEXANDRI] *Quando primum Aegyptios laterculos interpretari conati sumus, emendatione illa uti visum est quae crebro requiritur : A l e x a n d r i a, ita ut legeretur* Alexandria in Aegypto [2]. *Verum, hoc non est emendare, sed depravare, cum ex usu antiquorum Alexandria ab Aegypto seiungenda sit [3]. De A l e x a n d r o lege quae dicta sunt ad n. 18.*

*26.* IN AEGYPTO] *Multoties in hieronymianis V i c t o r i s et S t e p h a n a e al. C o r o n a e mentio est. De his potius ad diem 14 maii, n. 1 agendum erit [4].*

ADDITAMENTA] *M a r i a e, in solo codice E, qui mart. 28 Mariam Caesariensem iam nuntiavit. Quae annotanda sunt remittuntur ad 1 nov.*

*W a l a r i c i abbatis Leuconaensis (Saint-Valéry-sur-Somme), saec. VII, Vita conscripta est, in qua L i g a n a u est locus* qui Leuconao antiquo vocabulo dicebatur [5].

**Liganau monasterio depositio beati Walarici confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Taml. : M a i i = Mariae ? B r i g i t a videtur esse virgo Hiberna quae colitur die 1 feb., a* kal. feb. *ad* kal. april. *errore translata.*

*P a n t e n e i... P a n t i n i = Parteni n. 5.*

*A l i o r u m X, april. 2, n. 6.*

*A m b r o s i i, april. 4, in additamentis.*

*Cod. Rich. : E r a c l i a = Eraclea, n. 10.*

[1] *BHG*[2]. 511, c. 12.— [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 70. — [3] Ibid., p. 5-6. — [4] Interim lege *Les martyrs d'Égypte*, pp. 67, 70. — [5] *BHL.* 8762, n. 14.

# IV NON. APRIL.

**In Africa Amphiani Victoris et [5] aliorum X [a]. et alibi Marcellini [10] Satuli Saturnini Ciriacae Reginae Proculae [15] et aliorum IIII. in Tessalonica [20] Macedonia Theodoli Agathopidiae Mastesi Puplii [25] Valeri cum aliis III Orbani [30] Iuliani Proculi Gagi Agapetis Dionisi [35] Cyriaci Zonisi. et alibi [39] Gortoniani [b]. Lugduno Galliae depositio Niceti episcopi [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) martyrum C. — b) magni iulii donati C. — c) depoš austasi abƀ E ; luxodio monte depositio austasi abƀ S.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. afī E ; afreca W ; *add.* natale sanctorum SW | 3. amfiani E ; appiani S | 4. victor̄ B | 7. XIIII SW | 11. satulli BW ; saturi S ; *add.* marcellini S | 13. quiriaci BSW | 14-15. *om.* E | 15. proculi S | 19. *om.* E | 20. tessał E ; thesalonica BW ; thessolonica S | 21. macīd E ; machedonię W | 23. agathopi B ; agathophi W ; agatoli et agatopi S | 24. mastissi B ; mastisi W ; mastisipoli S | 25. publi BW ; *om.* S (*cf.* 24) | 27-28. et aliorum E | 29. trib ; B ; tribus SW | 30. urbani SW | 31. *add.* item B | 32. pauli B[1] ? | 34. agapitis BSW | 35. diunisi B | 36. ciriaci W | 37. Zosimi S | 38. *om.* E | 40. gorgoniani S ; gordiani W | 41. lugdono S[1] | 42. gał EB ; gałł W ; gallea S | 43. depoš E ; depossī W | 44. nici E ; nicceci W | 45. aepīs E ; ep̄i et confeš W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Amifani Victuris Prooli Reginae et aliorum IIII et Niceti episcopi. — TAML. : Amphiani Proculi Victoris Satuli et aliorum X Marcellini Saturnini Teodoli Ciriacii et aliorum VIII Reginae Agathopi Proculae Ciricae Macidoniae Procliviae Marcisii Mastisii Puplii Valerii Orbani Iuliani Proculi Gagi Agapitis bis et aliorum XXX Dionisii Amisiani Dioscori Gomisii Nicae episcopi Austasii Dionisii Gordinai et aliorum XIII. — MON. : In Africa natalis sanctorum Amphiani Victoris et aliorum X Aegipto sanctae Mariae et aliorum XII. — RICH. : In Affrica Amphiani Victoris Proculi Thesalonica Theodoli Agatopi Publii Orbani Lugduno Galliae depositio Niceti epi.

APRIL.

## APRIL. 2

*1.* IN AFRICA] *Nec Amphianus nec Victor, qui ad Africam referri censentur Afri sunt. De ceteris non satis constat. Errabundus occurret die 3 april. n. 26 Donatus quidam, forsitan huc reducendus.*

*3.* AMPHIANI] *Apphiani,* Ἀπφιανοῦ, *martyris Caesareae in Palaestina certamen narrat Eusebius*[1], *eiusque memoriam agi asserit* ξανθικοῦ μηνὸς δευτέρᾳ πρὸ δ' νόνων ἀπριλλίων [2]. *In codicibus nostris etiam 3 et 5 april. recensetur; die autem 5 non reticetur locus, quem restituimus :*

**in Caesarea Amphiani.**

*4.* VICTORIS] *April. 1, n. 7, 13, 27.*

*6.* ALIORUM X] *Al. XIIII; infra, n. 17: aliorum IIII; n. 28: cum aliis III. Solent huius modi turmae per laterculos inordinate vagari, et pro varietate numerorum, a librariis perverse scriptorum, diversae censeri. Neque hodie ullo modo compertum est quisnam ex martyribus X vel XIIII vel IIII vel III comites habuerit.*

*10.* MARCELLINI] *Solo nomine notus. Cf. feb. 22, n. 86, 95.*

*11.* SATULI] *Melius fortasse Saturi, quae est lectio codicis S. Saturum et Saturninum (n. 12) illos esse qui inter socios S. Perpetuae numerantur* [3] *nec negare nec affirmare ausim.*

*13.* CIRIACAE] *Infra, n. 36: Cyriaci. Cf. feb. 22, n. 96.*

*14.* REGINAE] *Cf. feb. 22, n. 95. Hoc loco affertur a Florentinio epigraphe e Romanis coemeteriis iampridem eruta, quae nunc est in Museo Lateranensi* [4] *:*

REGINA VIBAS
IN DOMINO
ZESV

*Ramusculis illis ornata est, qui olim palmarum esse et consummati agonis insignia putabantur. Errore sane, nam hodie inter omnes convenit neque hisce frondibus neque etiam phialis illis quas cruentas dixerunt, martyres designari* [5]. *Itaque Regina illa Romana inter sanctos computanda non est.*

*15.* PROCULAE] *Infra, n. 32: Proculi.*

*17.* ALIORUM IIII] *Supra, ad n. 6.*

*20.* TESSALONICA] *A die 4 april., qui iis sacer est, par sanctorum Thessalonicensium, et alii nonnulli, de quibus singillatim dicendum, quique praeter unum, Thessalonicenses non sunt, laterculum diei 2 april. pervaserunt. Interim, lectio emendata erit :*

**in Tessalonica Macedoniae Theodoli <et> Agathopodis.**

*24.* MASTESI] *Scriptio procul dubio sananda, forsitan ex april. 4, n. 8: Matutini?*

*25.* PUPLII] *April. 4, n. 12; april. 12, n. 29.*

*26.* VALERI] *April. 12, n. 28. Valeri olim etiam april. 4, scriptum fuisse, nunc autem deletum, ex annotatis ad hunc diem palam fiet. Cf. etiam feb. 22, n. 98.*

*28.* ALIIS III] *Supra, ad n. 6.*

*30.* ORBANI] *April. 4, n. 9; april. 12, n. 58 et 60: Urbanae.*

*31.* IULIANI] *April. 4, n. 15; april. 12, n. 31.*

*32.* PROCULI] *Supra, n. 15: Proculae.*

*33.* GAGI] *Nudum nomen.*

*34.* AGAPETIS] = *Agathopodis, n. 23.*

*35.* DIONISI] *Infra, n. 37: Zonisi. Videtur Thessalonicensis ille de quo heri, n. 22.*

*36.* CYRIACI] *Supra, n. 13: Ciriacae.*

*37.* ZONISI] = *Dionisi, n. 35.*

*40.* GORTONIANI] *Cum quaedam nominum communitas sit diei 22 feb. cum 2 april., Gortonianum cum Gorgonio, 22 feb., n. 99, conferri velim.*

*41.* LUGDUNO] *Obiit Nicetius episcopus Lugdunensis anno 573* [6]. *Eius ordinationis commemoratio habita est die 19 ian. (n. 61).*

**Lugduno Galliae depositio Niceti episcopi.**

ADDITAMENTA] *Austasi, abbatis Luxoviensis (Luxeuil, dép. Haute-Saône), obiit anno 629. In Vita eius, auct. Iona, nuncupatur Eusthasius* [7]. *Emendatione indigere videtur lectio codicis Luxodio monte. Luxodium quidem (Lussedium in Vita Eligii) tolerari potest* [8]*; sed coenobium non erat in monte. Legamus oportet mon<as>te<rio>.*

**Luxodio monasterio depositio Austasi abbatis.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Prooli = Proculi, n. 15, 32.*

*Cod. Taml.: Procliviae = Proculae, n. 15.*

*Marcisii, cf. n. 24.*

*Amisiani = Amphiani, n. 3?*

*Gordinai, cf. n. 40.*

*Cod. Mon.: Aegipto Mariae, procul dubio Mariae Aegyptiacae* [9], *quae fastis recentioribus die 2 april. inscripta est.*

[1] *Mart. Palaest.*, IV. Cf. *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 122-27. — [2] *Anal. Boll.*, t. c., p. 126, n. 13. — [3] *BHL.* 6633. — [4] MARUCCHI, *I monumenti del Museo cristiano Pio-Lateranense*, tav. LII, 17. — [5] Cf. *Sanctus*, p. 231-32. — [6] *Act. SS.*, April. t. I, p. 95-101; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 167; A. COVILLE, *Recherches sur l'histoire de Lyon*, p. 323-46. De titulis sepulcralibus antistitum Lugdunensium, ibid., p. 248-251. — [7] *BHL.* 2773.— [8] HOLDER, *Altceltischer Sprachschatz*, t. II, p. 356-58. — [9] *BHL.* 5415. Cf. *Sanctus*, p. 224-28.

# III NON. APRIL.

**I** | **II**

**In Syciana Thome natale Evagri [5] Benigni Chresti [a] Aresti Sinnidiae Rufi [10] Patrici [b]. in Tauromenio Siciliae sancti [15] Prancati [c]. in Misia Agathemeri. in [20] Cessarea Palestinae Theodosiae virginis. Nicomedia [25] Donati sancti Amphiani.**

**I:** **Theumis Evagri [30]. in civitate Tomis Benignae [34].**

**II:** **Agape [35] Chioniae. in civitate Thomis item [40] Evagri Benigni.**

*Addunt codices pleniores :* — a) evagaristi E. — b) zosimi C. — c) syxti martyr̄ B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. sicilia E ; sicia W ; hispania S ; *add.* nt̄ E ; natale sanctorum SW | 3. thomę W ; *om.* E | 4. *om.* BSW | 6. benigne B | 7. christi BS ; chiristi W | 9. sindie S ; *om.* B | 11. patricii B | 12-13. apud taurum moenium B ; apud tauro moenium SW | 13. in *add.* B² *sup. lin.* | 14. sicił E ; sicilie B ; in sicilia SW ; *add.* natł S ; nat̄ W | 15-16. *om.* S | 18. missia S | 19. agate meriti B¹ ; agate mereti B² ; agathe mereti S ; agathę meriti W ; *add.* de antiquis SW | 21. cessar̄ E ; cessaria W ; cesarea S | 22. palestine BS ; palistī W ; *add.* natł sc̄i S ; nat̄ sc̄ę W | 23. theudosie B ; theodosi S | 24. virḡ EW ; virgiñ B | 25. nicom̄ E ; in nicomedia SW | 26. *add.* et passio SW | 27. *om.* E | 28. ampiani S | 32. civī E. | 35-36. *om.* SW | 36. chonię B¹ ; chionię B² | 39. eumisitę S ; heumisit̄ W | 40. *om.* SW | 41. evacri S ; et *add.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Toemi nat. Euagri et Benegni et in Tauro monte in Misica Agathemeri Cresti et Ugaristi. — Taml. : Euagri Benigni bis Agathae virginis Sinnidiae Tomae Teosiae Meri Cresti Euagristi Meriti et aliorum CCXL Amphiani Pauli Urbani Saturnini Puplii Quintiliani Victoris Successi Iuliani Palatini et aliorum II.— Mon. : Nicomediae Donati passio sancti Ampiani (*2 m.* Amphiani) Romae Xisti papae in sancto Petro in civitate ///umis (*p. m. exp. et in marg. legitur* Chumis) //Evagri Benigni. — Rich. : In Thomis Euagrii et Benignae in Mysia Agathae Merii Rufi in Caesarea Palestinae Theudisiae virginis Nicomedia Donati.

## APRIL. 3

*1.* IN SYCIANA] *Ita codex B, astipulante quodammodo W:* Sicia. *Aliter omnino E:* Sicilia, *et codex S:* Hispania, *quae lectio intolerabilis est. Qui rem obiter consideraverit facile assentietur Floro Lugdunensi et ceteris qui gregatim Florum sequi solent, cum scribunt :* apud Scythiam *vel* in Scythia civitate Thomis. *Haec tamen dictio vix accipienda videtur, cum sit insolens in libris nostris, ubi saepius martyres in* Tomis *nunquam vero* in Scythia *passi leguntur. Hinc potior mihi videtur lectio* in Sicilia, *licet loco non suo posita et cum Pancratio Tauromenitano (n. 12-16) connectenda.*

*3.* THOME] *Breviarium Syriacum :* ἐν Τόμει τῇ πόλει Χρηστὸς καὶ Πάππος. *De Pappo silent codices latini, non de* Chresto, *qui et* Aresti *et ni fallor* Benigni *(n. 6, 34, 42); haec enim* Χρηστοῦ *latina interpretatio est. Evagrium Tomitanum nullum novimus. Quapropter haec sola e codicibus eruenda videntur :*

**in civitate Tomis natale Chresti.**

*5.* EVAGRI] *Etiam infra, n. 30, 41. Dum probabiliora afferentur,* Evagrius *ille nobis est discipulus et comes S. Pancratii Tauromenitani qui eiusdem Vitam conscripsisse fertur* [1]. *Ad nomen magistri (n. 16) primum margini appositus, in contextum immigrasse videtur.*

*6.* BENIGNI] = Χρηστός, *n. 7. Etiam infra, n. 42 ; n. 34:* Benignae.

*7.* CHRESTI] = Χρηστός, *supra, ad n. 3.*

*8.* ARESTI] = *Chresti, n. 7.*

*9.* SINNIDIAE] *Vocis similitudo menti ingerit Synnadam, notissimam in Phrygia urbem, quae non paucis gloriatur martyribus, nullo tamen quem sciamus, ex iis qui hoc die referuntur. Mendum esse suspicor pro* Siciliae *(n. 14).*

*10.* RUFI] *Tum* Rufus *tum* Patricius *solo nomine noti sunt.*

*13.* TAUROMENIO] *De S.* Pancratio *Tauromenitano, cuius Vitam habemus, fabulis refertam* [2], *iterum sermo erit ad diem 8 iul. Quam ob causam etiam mense aprili recolatur ignoramus. Ceterum recta erit scriptio :*

**in Tauromenio Siciliae sancti Pancrati.**

*18.* IN MISIA] *Veri speciem prae se fert memoria illa* in Misia Agathemeri, *cui addunt codices WS:* de antiquis, *qua formula remittimur ad librum Eusebii notissimum. Nullis tamen monumentis haec illustrantur, et re melius perspecta multis dubiis obnoxia sunt. Incertum est nomen martyris quod a plerisque codicibus in duo dispescitur :* Agate meriti, *quorum primum esse virginis Catamiensis nemo facile negaverit* [3], *qui recordetur eam advocari solitam quoties martyris Siculi (n. 16) mentio est. Neque ipsam regionis appellationem recte scriptam esse certum est ; Mysia enim hisce martyrologis ignota videtur. Erunt*

[1] *BHG².* 1410. — [2] *BHG².* 1410. — [3] Cf. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia,* p. 625.

*fortasse*

*fortasse qui levem emendationem suadeant: Moesia loco Misia, ita ut legatur: in Moesia civitate Thomis; sed neque haec dictio usibus nostrorum librorum congruit. Ne inanibus indulgeatur coniecturis, rem totam in medio relinquamus.*

*21.* IN CESSAREA] *Theodosia virgo Tyria, Caesareae martyrium fecit* μηνὸς δευτέρᾳ Ξανθικοῦ, ἥτις ἐστὶ πρὸ τεσσάρων νόνων Ἀπριλλίων, *ita testante Eusebio* [1]. *In synaxariis Graecorum eiusdem commemoratio inscripta est variis diebus: april. 2, 3, 4, 29, maii 29* [2]*; in kalendariis autem Mozarabum 3 aprilis* [3]. *Eiusdem virginis Acta latina prolixiora eundem notant diem:* tertio nonas aprilis [4]. *Proba est annuntiatio:*

**in Caesarea Palaestinae Theodosiae virginis.**

*25.* NICOMEDIA] *In Africa Donatos quaerere solemus, nullus vero adhuc Nicomediae repertus est. Cf. quae dicta sunt die 2 april., ad n. 1.*

*28.* AMPHIANI] *Martyr Palaestinensis de quo april. 2, n. 3.*

*29.* THEUMIS] = *Thomis, n. 3, 33, 39.*

*30.* EVAGRI] *Supra, n. 5, infra, n. 41.*

*34.* BENIGNAE] = *Benigni,* Χρηστοῦ, *supra, n. 6.*

*35.* AGAPE] *Martyres Thessalonicenses Agapen et Chioniam die 2 aprilis nuntiat breviarium Syriacum (cf. april. 1, n. 14). Huius diei commemoratio congruit cum Actis S. Anastasiae:* Passae sunt Agape et Chionia tertio nonas aprilis [5].

*41.* EVAGRI] *Supra, n. 5, 30.*

*42.* BENIGNI] *Supra, n. 6, et 34: Benignae.*

ADDITAMENTA] *Evagaristi = Evagri (n. 5) cui agglutinatum est Aresti (n. 8).*

*Syxti. In solo codice B ex plenioribus. Xystus I Romanus pontifex, teste Libro pontificali, 3 aprilis obiit:* Xystus... qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticanum, III non. april. [6]. *Pro martyris sane exspectaveris episcopi ut nostris mos est. Scribendum tamen cum codice:*

**<Romae> Syxti martyris.**

*Recurrit die 6 aprilis, suffragante breviario Cononiano.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Tauro monte = Tauromenio, n. 13.*

*Ugaristi, cod. E: Evagaristi = Evagri, Aresti, n. 5, 8.*

*Cod. Taml.: Teosiae = Theodosiae, n. 23.*

*Meri... Meriti, cf. n. 19: Agathemeri.*

*Amphiani, april. 2, n. 3.*

*Pauli et reliqui, april. 4, n. 7-16.*

*Cod. Mon.: Civitate Chumis, lege Thomis, n. 3.*

[1] *De mart. Palaest., VII.* Cf. *Anal.Boll.*, t.XVI, p. 127. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 580-85, 713. — [3] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 460. — [4] *BHL.* 8090.— [5] *BHL.*118.— [6] Duchesne, pp. 56-7, 128.

---

# PRID. NON. APRIL.

I | II

**Tessalonica Theodoli Agathoni diaconi [a]. et alibi Pauli Matutini [b] Orbani Saturnini Quintiliani Pupli [c] Victoris Successi Iuliani**

**Palatini |**

**et aliorum duo**

**| Palatini [d].**

*Addunt codices pleniores:* a) theodoli SCWMKLV. — b) et aliorum X E; mediolano depositio sancti ambrosii episcopi et confessoris C. — c) ingenui C. — d) mediolano depoš sc̄i ambrosi ep̄i B.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1. tessalō E; thesalonica B; in thessalonica S; in thesalonica W; *add.* natale sanctorum SW | 2. *om.* SW | 3. agathopi B | 4. diac̄ E; *add.* theodoli SW (*cf.* 2) | 9. urbani S | 11. quintini S | 12. publii B; publi SW | 13. victuris S | 14. successiae E | 15. iulianae E | 18. alii W; alibi BS | 19. .II . B | 20. palestini S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Thesalonica nat. Theodoli Agathopi et in alio loco Matudini et aliorum X. — Taml.: Teodoli Agathopi Pauli Matutini Urbani Saturnini Successiae Iulianae Quintiliani Victoris et aliorum XII. — Mon.: Thessalonicae natalis sanctorum Theodoli Agathonis diaconi Mediolani depositio Ambrosii episcopi et confessoris et aliorum XII. — Rich.: Thesalonica Theodoli Agathopili diaconi et alibi Pauli Orbani Saturnini Publii Matutini Victoris Mediolanio sancti Ambrosii episcopi.

## APRIL. 4

1. TESSALONICA] *Breviarium Syriacum : Θεόδουλος καὶ Ἀγαθόπους μάρτυρες. Theodulus lector et Agathopus diaconus in eorum Actis*[1], *quae Graecorum synaxaria compendio referunt*[2], *Thessalonicae passi leguntur. Passio autem SS. Guriae et Samonae inter martyres persecutionis Diocletianeae numerat Ἀγαπητὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ*[3], *quem Ἀγαθόποδα incunctanter assererem, nisi esset Ἀγάπη martyr Thessalonicensis, de qua april. 1, n. 14, quae et ipsa sub Diocletiano martyrium fecit. Solum Theodulum recepit kalendarium marmoreum Neapolitanum*[4]*:*

P(ASSIO) S(ANCTI) THEODVLV MAR(TYRIS).

*Codices, dum Agathopodem diaconum appellant, Theodulo nomen* l e c t o r i s *non tribuunt. Id nec casu nec consilio omissum fuisse credendum est. Quare elogium ita restituendum est:*

**Tessalonica Theoduli <lectoris et> Agathop<od>is diaconi.**

6. ALIBI] *Uno excepto Victore (n. 13), e laterculo diei 22 ian. assumpta sunt nomina, quorum nonnulla etiam 2 et 12 aprilis recensentur.*

| | |
|---|---|
| 7. *P a u l i* | *Ian. 22, n. 30 ; april. 12, n. 33.* |
| 8. *M a t u t i n i* | *Ian. 22, n. 23.* |
| 9. *O r b a n i* | *Ian. 22, n. 25 ; april. 2, n. 30 ; april. 12, n. 58, 60 : U r b a n a e.* |
| 10. *S a t u r n i n i* | *Ian. 22, n. 77 ; april. 2, n. 12 ; april. 12, n. 41, 93.* |
| 11. *Q u i n t i l i a n i* | *Ian.22, n. 21.* |
| 12. *P u p l i* | *Ian.22, n. 24 ; april. 2, n.25 ; april.12, n.29.* |
| 14. *S u c c e s s i* | *Ian. 22, n. 33.* |
| 15. *I u l i a n i* | *Ian. 22, n. 44 (I u l i) ; april. 2, n. 31 ; april. 12, n. 31.* |

*His olim, ni fallor, coniunctus erat* V a l e r i u s *(ian. 22, n. 7), qui adhuc reperitur april. 2, n. 26 : april. 12, n. 28, 110. De* P a u l o, M a t u t i n o, S a t u r n i n o *lege quae notata sunt ad diem 22 ian., n. 13.*

13. VICTORIS] *April. 1, n. 7, 27 ; april. 2, n. 4.*

16. PALATINI] *Nomen appellativum, quod iam aliis diebus (mart. 14 et 30), ubi martyrum Thessalonicensium memoria fiebat, obviam habuimus. Neque Theodulo (n. 2) neque Agathopodi (n. 3), qui clerici erant, aptatur. Restat ut dicamus nomen martyris intercidisse.*

19. ALIORUM DUO] *Codex E, insuper :* e t a l i o r u m X *(Addit.* b)*; Taml. et Mon. :* e t a l i o r u m X I I. *Incertus est ergo numerus, incertus etiam locus ubi haec dictio collocanda. Ad martyres Caesaraugustanos, quorum nonnulli hodie memorantur (supra, ad n. 6), forsitan referenda est.*

ADDITAMENTA] *M e d i o l a n o. Codices B et C inter pleniores, et ex breviariis codd. Mon. et Rich. memoriam servarunt S. A m b r o s i i quae in ecclesia Mediolanensi postridie celebratur. Kalendarium saec. XI :* nonas april. Depositio S. Ambrosii episcopi [5]. *Beroldi kalendarium :* nonas april. Depositio sanctissimi Ambrosii ubi requiescit anno dominicae incarnationis CCCLXXXII, indictione X [6]. *Consentit antiquum kalendarium mozarabicum* [7].

[1] *BHG*². 1784. Cf. MAZOCHI, *In vetus marmoreum Neapolitanae ecclesiae kalendarium commentatio*, p. 150-68. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 583. — [3] v. GEBHARDT - v. DOBSCHÜTZ, *Die Akten der Edessenischen Bekenner Gurjas, Samonas und Abibos*, p. 6. — [4] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [5] M. MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 185. — [6] MAGISTRETTI, *Beroldus*, p. 4. — [7] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 461.

NON.

# NON. APRIL.

**In Nicomedia Claudiani [a]. in Aegypto Marciani Nicanoris Appolloni. in Alexandria Didimi presbiteri. et alibi Quinti Pancrati Successi. in Sicilia natale sancti Honori. Tessalonica natale sanctarum virginum Chioniae Herenae et Agapae. in Cessarea Luciae natale sancti Amfiani. in Cilicia Taraci Andronici presbiteri [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) plauti irenis E. — b) et alibi arulfi confeſ S ; et alibi arulfi episcopi et confessoris C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *om.* B | 2. nicom̄ E ; *add.* natł sc̄i SW | 5. aegyp̄ E ; *add.* natł sanctorum SW | 6. marciane B ; marcianę W | 8. apolloni SW ; apollonis B¹ ; apolloni B² | 10. alaẍ E ; alexandr̄ B ; *add.* natł sc̄orum SW | 12. prƀ E ; prƀi BW | 15. quintini S | 20. nt E ; *om.* W | 23. tessalō E ; thesalonica B ; in thessalonica S ; in thesalonica W | 24. nāt E | 25. scōrum ES | 26. virgiñ E ; virḡ BW | 27. cionię S | 28. herae B | 29. *om.* S | 30. agamae E ; agape B | 32. ceſs E ; cesarea B ; cęsaria W | 33. licie B ; licię W ; cicileae aligⁱ S | 34. *om.* E | 35. scōrum S | 36. anfiani BW ; anfiniani S | 38. sicilia S ; *add.* natł sc̄orumS W | 40. antronici B ; androni S | 41. prƀ E ; presƀi B¹ ; probi B²W ; *seq. quattuor litt. eras. in* B ; *om.* S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia nat. Claudiani et Plauti et in Thesalonica Irenis et in Egipto Marciani et Appolloni. — Taml. : Claudiani Marciani Nicanoris Apollonii Didimi presbiteri Quinti Chioniae Herennae Pancrati Agape Successii Pauli Honorii Hireni Traci Probi Anfiani Andronici Probi Karuli Marciani Nicandri Apollonii Babilli episcopi cum suis Nicanoris Fatuelis Saxonis cuius caput decollatum locutum est in Scetha et dixit libera nos a malo. — Mon. : Alexandriae Didimi presbyteri et aliorum X alibi Dandiani Marciani. — Rich. : Nicomedia Claudiani et Plauii in Aegypto Mariani in Alexandria Didimi presbyteri Sicilia Honorii Caesarea nat. sancti Amfiani.

## APRIL. 5

*1.* in nicomedia] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κλαυδιανὸς καὶ Δίδυμος. *Collato laterculo diei 6 martii, ostenditur haec melius in libris latinis tradita esse, et ita fere in martyrologio graeco scriptum fuisse :* ἐν Νικομηδείᾳ Κλαυδιανός, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Δίδυμος [1]. *Hodie in nostris libris, solus Claudianus nuntiatur.*

**In Nicomedia Claudiani.**

*5.* in aegypto] *De sanctis Marciano et sociis fuse ad diem 5 iunii, unde oscitantia legentis* non. april. *pro* non. iun. *allati sunt ad hunc diem. Loco Nicanoris scribendum Nicandri. Hinc :*

**in Aegypto Marciani, Nicandri, Apollonii.**

*10.* in alexandria] *Didymus quidam martyr Aegyptius variis in libellis laudatur, ut puta in Actis Theodorae et Didymi* [2], *in Passione Martyrum XXXVII* [3] *unde in fastos receptus est* [4], *et in Actis copticis* [5]. *Nec obstat quod in solo martyrologio presbiter nuncupatur. Nihil suadet ab eius lectione recedendum esse :*

**in Alexandria Didimi presbiteri.**

*15.* quinti] *Solo nomine notus.*

*16.* pancrati] *Suo loco motus. Pancratius Tauromenitanus, de quo ad diem 3 april. n. 16, cum Sicilia, n. 19, coniungendus est, removendusque Honorius ille, n. 22, quem Siculorum fasti silentio premunt. Remanet ergo :*

**in Sicilia natale sancti Pancrati.**

*17.* successi] *Martyris Caesaraugustani, april. 4, n. 14, april. 8, n. 12.*

*22.* honori] *Nudum nomen.*

*23.* tessalonica] *Martyres tres Chionia, Agape, Irene iam signatae sunt april. 1, n. 14 et april. 3, n. 35, et suo loco notatum est Irenen post ceteras mortem obiisse, id est, si Passionem Anastasiae sequemur,* ipsis nonis aprilis [6]. *Hic rursum coniunctae, ut in Actis, nuntiantur :*

**Tessalonica natale sanctarum virginum Chioniae, Herenae et Agapae.**

*Notatu tamen dignum est in codice E, consonante Cambrensi, etiam a sociabus segregatam prodire Irenen.*

*32.* in cessarea] *Tertium iam recolitur qui iam april. 2, n. 3 et april. 3, n. 28, signatus est :*

**in Caesarea natale sancti Amfiani.**

*33.* luciae] *Certo certius mendum est, cum nulla sit Lucia Palaestinensis, et vox, non quidem Lucia sed Licia (ita B, W) inducta videatur a studioso aliquo cui Apphiani Passio apud Eusebium praesto esset. Ibi enim Apphianus Lycia oriundus asseritur :* εἴ τις ἄρα Γάγας ἐπίσταται τῆς Λυκίας οὐκ ἄσημον πόλιν, ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ νεανίας... [7]. *Non tamen praetereundum est etiam ex* ci]liciae *(n. 38) per apocopen vocabulum casu oriri potuisse.*

*38.* in cilicia] *Sanctorum Tarachi, Andronici et Probi (ita enim legenda est nota* prbi, *non presbiteri), memoria aliis*

[1] *Les martyrs d'Égypte*, p. 54. — [2] *BHG*³. 1742 ; *BHL*. 8072, 8073. — [3] *BHL*. 6584. — [4] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 46, 63. — [5] *BHO*. 253. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 138-43. — [6] *BHL*. 118. — [7] *Mart. Palaest.*, IV, 5.

*quoque*

*quoque diebus inscripta est, v. gr. mai 13 et oct. 11, quibus ea quae apta sunt proferemus. Interim scribatur :*

**in Cilicia Taraci, Andronici <et> Probi.**

ADDITAMENTA] *P l a u t i, codd. E, Cambr. ; Rich. : P l a u i i.*

*A r u l f i. Quaecumque de Arulfo reperiri potuerunt sedulo collegerunt nostri, ita incerta ut eum inter praetermissos collocandum iudicaverint*[1]. *Non plane spernenda videtur haec martyrologii Remensis annuntiatio :* Catalaunis depositio Arulfi episcopi. *Est enim Arulfus quidam solo nomine notus, in serie episcoporum Catalaunensium*[2].

*I r e n i s. Lege quae notata sunt ad n. 23.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. : K a r u l i. Cf. april. 13, n. 8 : Catuli, al. Caruli.*

*Cod. Mon. : a l i o r u m X. Ita heri, cod. E.*

*D a n d i a n i = Claudiani (n. 3), ex facili librarii lapsu.*

*Cod. Rich. : M a r i a n i = M a r c i a n i, n. 6.*

[1] *Act. SS.*, April. t. I, p. 396. — [2] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, pp. 94, 97.

---

# VIII ID. APRIL.

I | II

**Nicomedia Sirmi Herenei episcopi Imari [5] Solutoris Quiriaci Moysi Romani Successi [10] Quartillae Romanae Cyriacae Sirmi Donati [15] Syxti Victori Gagi [a] Rosinae Moderatae [20] item Romanae Secundi et aliorum [25] VII Florentini Geminiani [b]. in Africa [30] Epifani episcopi Donati Syxti Rufini [35] Modesti et aliorum X. in [40] Macedonia Timothei Diogenis. in Alexandria [45] Clusi presbiteri. Pentapoli Timothei Tyriae [50] Machariae Martiae**

| **Maximae.**

**Libiae [54] superioris [c] Theodori episcopi Hirenei diaconi Serapionis [60] Ammonis lect. Summistae Aprici Victoris [65]. et alibi sanctae Marinae et [70] Teguliani [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) satiri C. — b) saturi C. — c) (natale) superie C. — d) urbani C.

*Var. lect. codd.* (I) E (II) BSW.— 1. nicom̄ E ; in nicomedia SW | 2. firmi BSW | 3. berenei B ; bereni S | 5. hymnari B ; himnari W ; hymnaris S | 7. kyriaci E | 8. mossi S | 9. romanis S | 11. quartille BS | 12. romane B ; romani S | 13. quiriace B ; *om.* SW | 14. syrmia B ; *om.* SW | 15. donatę BW | 16. sixti B ; xisti SW | 17. victoris BSW ; *add.* quiriaci SW (*cf.* 13) | 18. *add.* insirmia $S^1$ ; in syrmia $S^2$ ; et in syrmia W (*cf.* 14) | 19. rufine B ; rofini S ; rofinę W | 20. moderate B ; moderati S | 21. it̃ E ; *om.* BSW | 22. romane B ; romani S | 24-25. cum (et B) aliis BSW | 28. germiniani B | 30. aff̄ E ; afreca W ; *add.* natale sanctorum SW | 31. epyfani// B ; epefani W ; ebefani S | 32. *add.* item B | 34. sixti B ; xisti S ; xysti W | 36. modeste S | 38. alionsi S | 39. X $B^1$ ; XII $L^2$ ; XI W ; *om.* S | 41. macēd E ; machedonia W | 42. thimothei SW | 43. dioginis E ; dioni S | 45. ala.. E ; *add.* natale sancti S ; natale W | 46. clusi $B^1$ ; clusii $E^2$ ; cęlesii S | 47. prb̄ E ; presb̄i B ; prb̄i W | 48. pintapoli E ; pentapuli S ; pintaboli W | 49. thimothei SW | 50-51. macharie tyriae S ; macharię tirię W | 50. tiriae B | 52. margae E ; marcie S ; marthę W | 53. maxime S | 54. libie E | 55. superior̄ E ; superionis S ; *add.* natł S ; nat̃ sc̄orum W | 56. theudori B | 58. herenei BS ; hereni W | 59. diac̄ E | 60. serafionis BW | 61. ammoni BS ; *om.* W | 62. lect̃ E ; lectoris B ; lectus S ; lectō W | 63. iuni mistae E ; sūmistę B ; sumiste S ; suministę W | 64. apricii B ; paricii W | 67. *add.* natł BSW | 68. sc̄i S | 69. mariae $E^1$ ; marinae $L^2$ ; marini S | 70-71. et eguliani $B^1$ ; et teguliani $B^2$ ; et thegulia ni S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Sirmio nat. Hirenei episcopi eiusdem loci. — TAML. : Herensi Berenei Firmi Solutoris Quartilae Ciriacii Moysi Moderatae Rufinae Successiae et aliorum VII Florentii Geminiani Epifani Rufini Modesti Serapionis Teodori et aliorum XVII Romani bis Gaii Donati Victoris Xixti Secundi et aliorum VII Timothei Ciri et aliorum XII Zefani Florentini Ambrosii et aliorum XXXV Germaniani. — MON. : In Africa natalis sanctorum Epiphani episcopi Donati item Xisti Rufini Modesti et aliorum XII. — RICH. : Syrmia Herenei epi in Nicomedia Firmi Solutoris Quiriaci Moysi Affrica Epifanii in Macedonia Timothei.

## APRIL. 6

1. NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Νικομηδείᾳ Κουριακᾶ. Libri nostri nunc Q u i r i a c i, n. 7, nunc C y r i a c a e, n. 13, scribunt. Die 7 aprilis in solo Epternacensi :* in Nicomedia Cyriacis cum aliis X ; *et hodie quoque apud omnes commilitonum mentio est : a l i o r u m VII (n. 26), a l i o r u m X (n. 39), al. XI, XII. Incertum tamen remanet quonam tandem loco collocandi sint. Satis ergo fuerit scripsisse :*

**Nicomedia Cyriacae.**

2. SIRMI] *Breviarium Syriacum : ἐν Σερμίᾳ τῇ*

τῇ πόλει Εἰρηναῖος ὁ ἐπίσκοπος. *S. Irenaei episcopi Sirmiensis, qui a Graecis die 23 aug. colitur* [1], *Acta habemus* [2]. *Commemoratur et in Actis S. Pollionis* [3], *et in Passione SS. XV Martyrum:* τὸν ἅγιον Εἰρηναῖον, πολὺν καὶ αὐτὸν ᾀδόμενον ἐν τοῖς θαύμασιν [4].

**Sirmi Herenei episcopi.**

*5.* IMARI] *Al.* *H y m n a r i. In breviario Syriaco hodie inscriptus est:* ἐν τῇ παρασκευῇ μετὰ τὴν ἑβδομάδα τῶν Ἀζύμων *celebrandus* Ἑρμᾶ ὁ μάρτυς, *qui sui forte in latinis hoc vestigium reliquit.*

*6.* SOLUTORIS] *Mart. 15, n.17; 24, n. 21; 26, n. 78; 27, n. 18; april. 8, n. 11.*

*7.* QUIRIACI] *Infra, n. 13:* *C y r i a c a e; cf. n. 1.*

*8.* MOYSI] *Solo nomine notus.*

*9.* ROMANI] *Infra, n. 12 et 22:* *R o m a n a e. Utrum hominis potius quam Urbis nomen primum scriptum fuerit disceptari potest. Nuntiatur enim in sequentibus Syxtus seu Xystus episcopus Romanus nullo indicio a ceteris segregatus*

*10.* SUCCESSI] *Martyris Caesaraugustani. April. 4, n. 14; 5, n. 17; 8, n. 12; 10, n. 23:* *S u c c e s s a e.*

*11.* QUARTILLAE] *Mart. 18, n. 46; mart. 19, n. 30:* *Q u a r t i l l i.*

*12.* ROMANAE] *Infra, n. 22; cf. n. 9:* *R o m a n i.*

*13.* CYRIACAE] *Supra, n. 7:* *Q u i r i a c i.*

*14.* SIRMI] *Supra, n. 2.*

*15.* DONATI] *Infra, n. 33, ubi non inepte* *A f r i c a e* *tribuitur. Etiam april. 3, n. 26.*

*16.* SYXTI] *Est ubi Xystus I pontifex Romanus non quidem* III nonas apriles *depositus esse asseritur sed* VIII idus apriles [5]. *Ad eius memoriam pertinere crediderim nn. 9, 12, 22:* *R o m a* [ni] *seu* *R o m a* [nae], *et n. 32:* *e p i s c o p i, unde ad solitam normam scribatur:*

**Romae Syxti episcopi.**

*17.* VICTORI] *April. 1, n. 27; april. 2, n. 4; april. 4, n. 13, et infra, n. 65.*

*18.* GAGI] *Nudum nomen ceterum in nostris libris frequentissimum.*

*19.* ROSINAE] *Melius sane, cum B:* *R u f i n e, n. 35:* *R u f i n i.*

*20.* MODERATAE] *Infra, n. 36:* *M o d e s t i.*

*22.* ROMANAE] *Supra, n. 12; cf. n. 9.*

*23.* SECUNDI] *Nudum nomen.*

*26.* ALIORUM VII] *Infra, n. 39:* *a l i o r u m X. Cf. supra, n. 1.*

*27.* FLORENTINI] *Occurrit et feb. 24, n. 32, et iun. 2, n. 48, idem nomen; num et eiusdem hominis?*

*28.* GEMINIANI] *Nomine saltem convenit cum martyre Lugdunensi qui iun. 2, n. 279, refertur.*

*30.* IN AFRICA] *Nolumus praecipiti consilio martyres ceterum ignotos, in tanta rerum perturbatione Afros reputare. Solus* *D o n a t u s* *(n. 33 et 15) suo nomine commendatur. Ceteros, praeter* *E p i f a n i u m*, *quem suspicor perperam* *e p i s c o p u m* *nuncupari (supra, ad n. 16), aliis locis annectere videtur martyrologus.*

*34.* SYXTI] *Supra, n. 16.*

*35.* RUFINI] *Supra, n. 19:* *R o s i n a e perverse.*

*36.* MODESTI] *Supra, n. 20:* *M o d e r a t a e.*

*39.* ALIORUM X] *Supra, n. 26:* *a l i o r u m V I I. Cf. supra, n. 1.*

*41.* IN MACEDONIA] *A die 2 april., n. 21, solum provinciae nomen huc migrasse videtur, relictis martyrum et civitatis nominibus. Errorem Usuardi suum fecerunt martyrologii Romani compilatores cum scribunt:* in Macedonia. Timothei et Diogenis. *Hos enim sanctos Antiochenos esse mox ostendemus.*

*42.* TIMOTHEI] *Ut ex laterculo diei sequentis palam fiet, supplendum erit indicium* *A n t i o c h i a*, *cui addantur n. 50:* *T y r i a e* *id est* *S y r i a e*, *et nomina martyrum* *T i m o t h e i* *n. 42, 49,* *D i o g e n i s*, *n. 43,* *M a c h a r i a e* *n. 51, et* *M a x i m a e*, *n. 53, al.* *M a r t i a e ? n. 52, ita ut emendata memoriola haec sit:*

**<Antiochia> Syriae Timothei, Diogenis Macharii, Maximi.**

*45.* IN ALEXANDRIA] *Loco* *C l u s i*, *lege* *P e l u s i. Dies anniversaria est april. 7, qua iterum legitur:*

**in Alexandria Pelusi presbyteri.**

*48.* PENTAPOLI] Πεντάπολις Λιβύης [6], *seu Libyae Superior s, ut recte n. 54. Ad hanc regionem pertinet* *T h e o d o r u s*, *cuius Graeci memoriam agunt die 4 iul., ut est in eorum synaxariis:* Θεοδώρου ἐπισκόπου Κυρήνης τῆς κατὰ Λιβύην [7], *et in Coptorum synaxario Alexandrino* [8], *vel die 5 eiusdem mensis, quo legebatur eiusdem Passionis epitome quae nuper edita est* [9]. *Nonnulli codices nostri Theodorum etiam 4 iul. commemorant. A graecis hagiographis comites Theodoro adiunguntur quorum in martyrologio nulla mentio est. Germanae lectionis speciem praebet enuntiatio:*

**Pentapoli Libiae Superioris Theodori episcopi, Irenaei diaconi, Serapionis <et> Ammonis lecto(rum).**

*S e r a p i o n e m* *etiam lectorem fuisse, quamquam id non aperte testantur codices, nostra est coniectura, ne laicus videatur clerici locum usurpare. Eodem pacto quo sancti Antiocheni et Pelusius Alexandrinus, qui pridie natalis sui primum referuntur, postridie vero iterantur, Theodorus et socii quondam etiam 7 aprilis suum habebant elogium, cuius hoc frustum remansit:* *L i b i a e* *S u p e r i o r i s* *(n. 11). Res inde confirmatur quod, qui a die* VII id. april. *incaute ad* VII kal. april. *nonnulla transtulit, integrum Theodori elogium assumpsit, ut dictum est ad diem 26 mart.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 917. — [2] *BHG*². 948; *BHL.* 4466. — [3] *BHL.* 6869, c. 1. — [4] *BHG*². 1199. — [5] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 56. — [6] IOSEPHI *Bellum Iud.*, VII, 439. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 796. — [8] *Les martyrs d'Égypte*, p. 107. — [9] B. LATYŠEV, *Menologii Byzantini saec. X quae supersunt* (Petropoli, 1912), p. 138-40.

63. SUMMISTAE] *De martyre ita nuncupato quis unquam audivit ? Συμμύστην potius intellegas ; sed quis ille et cuias ?*

64. APRICI] *April. 7, n. 13 : C o p r i c a e.*

65. VICTORIS] *Supra, n. 17 ; april. 7, n. 14.*

69. MARINAE] *Tum M a r i n a e tum T e g u l i a n i nomina nullis illustrantur documentis.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. : F i r m i = n. 2 : Sirmi. C i r i = n. 50 : Tyriae = S y r i a e. Z e f a n i = n. 31 : Epifani.*

*A m b r o s i i. Vid. April. 4, in additamentis.*

# VII ID. APRIL.

**Antiochia Syriae Timothei Diogenis Machariae Maximae. et alibi Eleusi presbiteri. Libiae superioris Copricae Victoris [a]. Alexandria natale sancti Pelusi presbiteri [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) donati C. — b) et in nicō cyriacis cum alis X E.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. antioč E ; anthiocia B ; in antiochia S ; in anthiocia W | 2. siriac E ; *add.* natale scorū SW | 3. thimothei S ; *om.* $E^1$, *add. vero 1 m. in marg.* | 6. maxime S | 9. eleosi S | 10. prƀ E ; prƀi BSW | 11. liƀ E ; libyae S | 12. superiō E | 13. capricae E ; coprici S | 15. ala͞x E ; in alexandria BSW | 16. nl̃ E ; natł BS ; nat̃ W | 17. sc̄ę B ; *om.* E | 18. peleusi E | 19. prƀ E ; pƀi B ; prƀi SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Pelosi prespiteri et in Nicomedia nat. Ciriacis cum aliis X. — TAML. : Timothei Eleusii Pelussi Philosii Ciriacis Dioginis Siriae Macariae Maximae Libiae Eleusii Capricae Firmani Superioris Victoris. — MON. : Antiochia Syriae natalis sanctorum Timothei Diogenis Machariae Maximi et aliorum X. — RICH. : Alexandria Pelusii presbyteri et in Nicomedia Cyriaci cum aliis X Antiochia Syriae Thimothei Diogenis Machariae Maximae.

## APRIL. 7

1. ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum ad diem 8 aprilis : ἐν Ἀντιοχείᾳ Μάξιμος καὶ Τιμόθεος. Quattuor martyres, qui in nostris libris hodie Antiochiae passi nuntiantur, iam die 26 mart. repperimus, ex incuria legentis* VII kal. april. *pro* VII id. april., *iidem die 6 aprilis, et uno excepto Diogene rursum 8 aprilis recensentur. Nec desunt in serie Antiochenorum qui 10 iul. commemorantur. Insuper T i m o t h e u s a ceteris segregatus, fastis ascriptus est mense sept. 2, 8, et 13, itemque april. 15, n. 17, D i o g e n e s qui d i a c o n u s ibi nuncupatur. De M a c h a r i a e et M a x i m a e (n. 5, 6) qui varias codicum lectiones inspexerit, anceps erit sitne potius scribendum M a c h a r i i, M a x i m i. Haec autem scriptio magis probanda videtur.*

**Antiochia Syriae Timothei, Diogenis, Macharii, Maximi.**

8. ALIBI] *Ex nota* AL. *non a l i b i sed A l e x a n d r i a eruendum erat ; martyris autem nomen non Eleusi sed P e l e u s i scribendum. Breviarium Syriacum : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πελεύσιος (p u l s i s in syriaco) ὁ πρεσβύτερος. Haec omnia recte exprimuntur infra, n. 15-19 :*

**Alexandria natale sancti Pelusi presbiteri.**

11. LIBIAE] *S. Theodorum, episcopum Cyrenensem, cuius elogium nunc pridie legimus, proprio loco die 7 april. olim fastis ascriptum fuisse, postea intercidisse, solo regionis indicio remanente, ad diem 6 april., n. 48 ostensum est.*

13. COPRICAE] *April. 6, n. 64 : A p r i c i.*

14. VICTORIS] *April. 6, n. 65.*

15. ALEXANDRIA] *Supra, n. 8.*

ADDITAMENTA] *Cod. E : C y r i a c i s, etiam in codd. Cambr., Rich. Cf. april. 6, n. 1.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. : P h i l o s i i = Pelusi, n. 8.*

*F i r m a n i = Sirmi, april. 6, n. 2.*

*S u p e r i o r i s = Libiae Superioris, n. 11.*

# VI ID. APRIL.

**In Africa Timori [a] Machari Conexi [5] Maximae Concessae. et alibi Concessi [10] Solutoris Successi Pinnari item [14] Ammoni [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) ianuari E. — b) successi MKLV ; successi donatę C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aff̄ E ; afreça W ; *add.* natale sc̄orum SW | 3. thimori W ; thimothei S | 5. coneci W ; *add.* et alibi B | 6. maxime S | 7. concesse B ; *om.* SW | 8-10. *om.* B | 12. *om.* SW | 13. penari S ; pmari W ; *add.* et successi W (*cf.* 12) | 14. it̄ E ; *om.* SW | 15. *om.* W ; *add.* et successi S (*cf.* 12). *Addita est in* W anno DCCXCVIIII *nota a martyrologio aliena.*

*Excerpta ex variis.*— Cambr. : In Affrica nat. Ianuari Machari et Maximae et in Cartagine Concessae.— Taml. : Connexi Ianuarii Macarii Micarii Maiori Concesii Successi Salvatoris Maximae bis Concessae Pinnari Ammoni Regani Timothei. — Mon. : In Africa natalis sanctorum Timori Michari Conexi Concessae virginis. — Rich. : In Affrica Ianuarii Macharii et in Cartagine Concessi Timoris Cornexi et alibi Maximi Solutoris Successi Ammonii.

## APRIL. 8

*1.* in africa] *Si vera est lectio codd. Cambr. et Rich. :* in Carthagine Concessi *(al.* Concessae*), hunc unum saltem* Concessum *(n. 5, 7, 10) sibi vindicat Africa. Concessus autem hodie seiunctus apparet ab individuo comite Hilario, quocum aliis diebus recolitur : mart. 12, n. 91 ; mart. 13, n. 110 ; april. 9, n. 14 ; april. 10, n.5 ; april. 11, n. 6. Afris etiam libenter concederem* Ianuarium*, cum codd. E, Cambr., Rich.*

*3.* timori] *Lege* Timothei*. Cum* Machari *n. 4, et* Maximae*, n. 6, pertinet ad turmam Antiochenorum cuius integer laterculus heri exscriptus est. Hunc hodie, tanquam proprio loco restituendum esse, suppleto* Diogene*, cuius nomen evanuit, suadet breviarium Syriacum :* ἐν Ἀντιοχείᾳ Μάξιμος καὶ Τιμόθεος.

**<Antiochia Syriae> Timothei, <Diogenis>, Macharii, Maximi.**

*Nullo negotio deprehenditur error martyrologii Romani ita scribentis :* in Africa sanctorum martyrum Ianuarii Maximae et Macariae.

*5.* conexi] *Infra, n. 10 :* Concessi *(cf. n. 1), et n. 7 :* Concessae.

*6.* maximae] *In breviario Syriaco* Μάξιμος*. Supra, n. 3.*

*7.* concessae] *N. 10 :* Concessi *; n. 5 :* Conexi *(cf. n. 1).*

*11.* solutoris] *Cf. april. 6, n. 6.*

*12.* successi] *Martyr est Caesaraugustanus, de quo april. 4, n. 14, april. 6, n. 10 ; april. 10, n. 23 :* Successae.

*13.* pinnari] *April. 10, n. 22 :* Pinnadi. *Genuinam esse lectionem nemo facile credat.* Ianuari *(supra, ad n. 1) emendatio obvia est, non tamen certa.*

*15.* ammoni] *April. 6, n. 61.*

additamenta] *Cod. E, Cambr., Rich. :* Ianuari*, supra, ad n. 1.*

excerpta] *Cod. Cambr. :* Cartagine Concessae (Concessi)*, supra, ad n. 1.*

*Cod. Taml. :* Micarii *=* Machari*, n. 4.*

Maiori*. Deest in ceteris codicibus. De lectionis sinceritate merito dubites.*

Salvatoris *=* Solutoris*, n. 11.*

Regani*. Quomodo emendandum sit non perspicimus. Variis modis corruptum habemus* Gaiani *ad april. 10.*

# V ID. APRIL.

I — II

**In Sirmia natale VII virginum quorum nomina Deus novit. et alibi Demetri diaconi Hilari Concessi Mari Sirmionis Furtunati**

| **Donati**

**et VII virginum canonicarum. Ravenna dedicatio oraturii sancti Poliucti.**

*Var. lect. codd.* (I) E (II) BSW. — 2. sirmi E ; syria S | 3. *om.* E | 4. V// E ; VII B² ; *om.* B¹ ; quinque SW | 6-9. *om.* E | 6-7. B¹ *in ras.* | 6. quorum *sic* BS ; quarum W | 9. scit S | 12. dimetri S ; dimitri W | 13. diač EW ; diacoñ B | 14. heracli B ; helari S | 17. syrmium BS ; syrmiomū W | 20. *add.* natale W ; natale sčorum S | 21. septem S | 23. canonicorum E ; cannonirum S | 24. in ravenna SW | 25-26. *om.* E | 28. policti SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Sirmio nat. VII virginum quae in unum meruerunt coronari. — Taml. : VII virgines quae in unum merueru(n)t coronari Dimetri Hilarii Concessi Macharii Dedici Simmimonis Fortunati et aliorum VII Donati Saturi Piloti et virginum V Quadrati cuius sanguis adhuc remanet Hilarii. — Mon. : et aliorum X Dimetri Helari Concessi. — Rich. : In Syrmia Dimetri diaconi Helari Concessi Furtunati et virginum septem Marii Donati et translatio corporis sancti Marci evangelistae et sancti Senesii martyris in Augiam anno Domini 830.

## APRIL. 9

*1.* in sirmia] *Breviarium Syriacum:* ἐν Σιρμίῳ Δημήτριος (*s r m a d m t r s in syriaco*). *Celebratissimi martyris Demetrii, cuius memoriam agunt Graeci die 26 oct.* [1]. *Acta eiusdem habentur serioris aetatis cum libellis miraculorum maioris pretii* [2]. *Nostra coniectura est Demetrium Sirmii martyrium fecisse, unde eius cultus Thessalonicam delatus sit* [3], *et reliquiae in basilica maxima repositae* [4].

**in Sirmia Demetrii diaconi.**

*5.* vii virginum] *Quaecumque de virginibus martyribus geminato elogio hodie proferuntur perobscura sunt et incerta. Et primo quidem omissus est agonis locus; Sirmium enim S. Demetrii palaestra est. Dein de virginum numero disceptatur; nota enim nunc V nunc VII apponitur. Quod autem v i r g i n e s c a n o n i c a e nuncupantur (n. 23), in memoriam revocat laterculum diei 24 dec., ubi recoluntur virgines canonicae non minus quadraginta Antiochiae passae, de quibus alte silent monumenta Antiochena. Dubium etiam est num ad virgines referenda sit dictio q u o r u m n o m i n a D e u s n o v i t (n. 6-9), cum eadem postridie de martyribus Afris promatur. Huius autem loco in suis codicibus haec legebat Beda:* quae in unum meruerunt coronari [5], *nostris consonantibus Cambr. et Taml. Iamvero haec eadem et nos legemus ad diem april. 14, de virginibus Antiochenis, S. Domninae filiabus: D o m n i n a e... c u m s u i s v i r g i n i b u s s i m u l c o r o n a t a e. Hinc exsurgit coniectura, iusto forsan audacior, die 9 april. anticipatam haberi memoriam virginum illarum, quarum numerus a librariis errore vel licentia auctus sit. Septem virginum commemoratio ad diem 15 maii, n. 5, silentio praetereunda est, quoniam ab hodierna derivata est.*

*14.* hilari] *Hic rursus habemus par illud martyrum H i l a r i, C o n c e s s i, de quo alias, et april. 8 ad n. 1. Plurimos cumulat errores haec martyrologii Romani enuntiatio:* Romae natalis sanctorum martyrum Demetrii, Concessi, Hilarii et sociorum. *De qua notat Baronius hos sanctos restitutos esse ex vetere manuscripto S. Cyriaci. Variis ex locis illos conquisitos, nullumque Romanum esse nemo non videt.*

*16.* mari] *Solo nom ne notus M a r i u s ille.*

*17.* sirmionis] = *S i r m i a, supra, n. 2.*

*18.* furtunati] *Hodie: F u r t u n a t i, D o n a t i, die vero 11, n. 25, 26: F o r t u n a t a e, D o n a t a e.*

*28.* poliucti] *Nonnullis visum est nomen martyris perperam scriptum esse, et emendandum* Pollionis, *quoniam in monumentis Ravennatium* de monasterio sancti Pulionis *sermo est, non vero de Polieucto* [6]. *Facili autem negotio argumento occurritur, quod alio loco fusius ostendere conati sumus* [7], *ideoque scribendum putamus:*

**Ravenna dedicatio oratorii sancti Polyeucti.**

excerpta] *Cod. Taml.: D e d i c i* = *dedicatio, n. 25.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 163. — [2] *BHG²*. 496-547. Cf. *Les recueils antiques de miracles des Saints*, p. 57-64. — [3] Delehaye, *Les légendes grecques des saints militaires*, p. 106-108. — [4] Diehl, *Les monuments chrétiens de Salonique* (Paris, 1918) p. 61-114. — [5] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 111. — [6] Agnelli *Liber pontif.*, Testi Rasponi, p. 63, cum annot. 4. Etiam Lanzoni, *San Severo*, p. 13. — [7] *L'hagiographie ancienne de Ravenne*, in *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 13-15.

*Simmimonis*

*S i m m i m o n i s = Sirmionis, id est S i r m i a, n. 2, 17.*

*a l i o r u m V I I = VII virginum, n. 5*

*S a t u r i, april. 12, n. 41 : Saturnini.*

*P i l o t i = Filonti, al. Filoni, april. 11, n. 34.*

*Q u a d r a t i. Plane ignotus est ille Quadratus, de quo tamen narratur sanguinem eius remanere. Sed tanta est codicis Tamlactensis depravatio ut dubium sponte nascatur an suo loco posita sit haec sententia.*

*Cod. Rich. : T r a n s l a t i o... M a r c i. Annales Augienses ad num.829 :* Pretiosa corpora sancti Valentini et sancti Senesii in Augiam insulam venerunt V idus aprilis [1]. *Abbatum Augiensium catalogus :* Huius [Erlebaldi] anno IX pretiosa corpora sanctorum Marci evangelistae de Venetiis, Senesii et Theoponti m. de Tarvisio in Augiam translata sunt per Ratolfum episcopum Veronensem, anno Domini 830 [2]. *Translatio S. Marci in Augiam an. 830 et Miracula :* Tunc episcopus Ratoldus, accepto corpore sancti Marci, nimio repletus gaudio, domum reversus est. Postea venerabiliter accepto eodem corpore nec non reliquiis sanctorum Senesii et Theoponti, quos in Tharvisio adquirebat, laetus nostram transvexit ad patriam. Corpus vero beati Marci collocavit in Augiensi insula, sanctum Senesium et Theopontum in cella sua anno incarnationis Domini octingentesimo tricesimo, regnante Ludowico imperatore anno septimo decimo. Quomodo corpus eius ab Alexandria translatum fuisset, ignoramus. Sed haec ut diximus ita se habere, non dubitamus. Tunc episcopus, ut rogatus fuerat, mutato nomine appellavit eum Valentem [3].

[1] *M.G.*, Scr., t. I, p. 67. — [2] *M.G.*, Scr., t. II, p. 38. — [3] *BHL.* 5285. Cf. K. Beyerle, in *Die Kultur der Abtei Reichenau* (München, 1925), p. 345-61.

# IV ID. APRIL.

**Alexandria Appolloni presbiteri Grani Hilari Donatae Concessae Saturnini. in Tracia Gaiani. in Africa martyres XVII quorum nomina Deus scit. et alibi Pinnadi Successae Marcellae. Antiochia sancti Theodori presbiteri [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in dacia gaviani diač E.

*Var. lect. codd.* EBSW.— 1. ala x̄ E ; in alexandria SW | 2. apollini S ; appolloni W[1] ; apolloni W[2] | 3. prƀ E ; presƀi B ; prƀi W ; prƀt S | 4. granii B | 5. helari BSW | 6. donati BSW | 7. concessi BSW | 8-28. *om.* W *qui post* concessi *add.* cum ceteris sanctis et domnini ep̄i (*cf. diem seq.*) | 10. tratia *add.* natł S | 11. gagiani B ; gagani S | 13. aff̄ E | 14-15. XVII martyr̄ E | 14. martyri S | 16-19. *om.* E | 22. pennadi B ; pinnati S | 23. successi BS | 24. marcelle S | 25. anthiocia B ; in anthiochia S ; *add.* natł S | 26. *om.* E | 28. prƀ E ; prƀi BS.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. appolloni prespiteri et in Dacia Repensi Gauiani diaconi — Taml. : Apollonii Repensi Diaconi Ilarii Saturnini Pinnadi Teodori Donatae Concessae Successae Mariae Pinnadii Marcelne et aliorum XVII Gagiani Teodori. — Mon. : In Africa martyrum XVII quorum nomina Deus scit Alexandriae Apolloni Saturnini. — Rich. : Alexandria Apollonii presbyteri et in Datia Ripensi Gaiani diaconi Helari Antiochia sancti Theodori presbyteri Lugduno depositio sancti Syagrii.

## APRIL. 10

*1.* alexandria] *Breviarium Syriacum : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀφλώνιος. Huius nulla supersunt Acta. Quod autem cum Marciano et Nicandro martyrium fecisse feratur, nostris etiam libris suffragantibus ad 5 april. et 5 iun., hagiographorum libidini tribuendum est* [1].

**Alexandria Apolloni presbiteri.**

*Quae profert martyrologium Romanum :* Alexandriae sanctorum martyrum Apollonii presbyteri et aliorum quinque, qui in persecutione Maximiani in mare demersi sunt, *partim ex Usuardo, partim e Petro de Natalibus, teste Baronio collecta sunt, parum feliciter.*

*4.* grani] *Legendum, ni fallor, G a i a n i, infra, n. 11.*

*5.* hilari] *April. 9, n. 14. Cf april. 8, n. 1.*

*6.* donatae] *April. 11, n. 26 ; april. 9, n. 19 : D o n a t i.*

*7.* concessae] *April. 9, n. 15 : C o n c e s s i. Cf. april. 8, n. 1.*

*8.* saturnini] *April. 12, n. 41.*

*10.* in tracia] *Error esse videtur, emendandus ope codd. E, ad calcem, Cambr. Rich. et etiam Taml. Proba enim dictio est D a c i a R i p e n s i s* [2] *a librariis in suis exemplis reperta et rite expressa. Tuto proinde accipi potest :*

**in Dacia Ripensi Gaiani diaconi.**

[1] *Les martyrs d'Égypte*, p. 54-60. — [2] Cf. Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie*, t. IV, p. 1975.

*13.* IN AFRICA] *Inusitata est in hisce fastis annuntiatio martyrum Afrorum nullis additis nominibus, quorum loco ponitur sententia* q u o r u m n o m i n a D e u s s c i t. *Hanc die april. 9, n. 5, virginibus adhaerere, perperam, ut videtur, suo loco dictum est.*

*22.* PINNAD ] *April. 8, n. 13 :* P i n n a r i.

*23.* SUCCESSAE] *Legendum cum B, S :* S u c c e s s i. *Successus enim, martyr Caesaraugustanus, inde ab april. 4, n. 14, hosce laterculos pervasit : april. 6, n. 10 : april. 8, n. 12.*

*24.* MARCELLAE] *Solo nomine nota.*

*25.* ANTIOCHIA] T h e o d o r u s, *presbyter Antiochenus iam signatus est mart. 23, n. 5, et mart. 29, n. 12.*

**Antiochia sancti Theodori presbiteri.**

EXCERPTA] *Cod. Taml. :* M a r i a e *= Mari, april. 9, n. 16.*
a l i o r u m X V I I *= martyres XVII, n. 15.*
*Cod. Rich. :* S y a g r i i, *april. 11, n. 39.*

---

# III ID. APRIL.

I | II

**In [a] Mauritania natale Salonis Maximi [5] Hilari Concessi cum ceteris sanctis [10] et Domnini episcopi. Salona Dalmatiae [15] Dominionis episcopi et mil.**

**trium [20] | VIII**

**Dalmati. in Africa Fortunatae [25] Donatae et aliorum CCXL. Nicomedia [30] Eustorgi presbiteri Nestoris Filonti Ceremoniae [35]. Lugduno Galliae depositio Siagri patricii [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) *in marg. huius diei :* depositio sc̄i leonis pp̄ S². — b) rome leonis papę B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1-13. *om.* W (*cf. diem praec.*) | 2. mauritā E ; mauritañ B ; maritania S | 3. *om.* E | 4. salanis EW | 5. maxime S | 6. helari S | 9. alis E | 14. in salona SW | 15. dalmat̄ E ; dalmacie B ; dalmacię W | 16. domionis SW | 17. *add.* VIII W | 19. milit̄ E ; milites S ; miliar̄ B ; milia W | 21. septe S ; *add.* et S | 22. *om.* W | 24. aff̄ E ; afreca W | 25. furtunati BSW | 26. donati BSW | 29. CXL S | 30. nicom̄ E ; in nicomedia SW ; *add.* natale sc̄orum SW | 31. eostorgi ES | 32. prb̄ E ; presb̄i B ; prb̄i S ; *om.* W | 33. nestori B ; nitoris S ; *om.* W | 34. filoni BSW | 35. ceremuniae B¹ ; caeremoniae S | 36. lugdune S | 37. gall̄ EBW ; gallea S | 38. *om.* E | 39. syagri W ; *add.* et B² W | 40. patrici E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Mauritani nat. Hilari Maximi Salonis in Dalmatis Domini episcopi et Dalmati et aliorum CCXL.— TAML. : Hilarii Saloniae Maximi Concessi Dominni Petri Iohannis Mariae Dalmathae Teclae Fortunatae Domitionis et multa milia cum eo Fortunati Eustorgii Nestoris Filonis et aliorum CCXLVII Ruphi martiris Concessi cum ceteris sociis Dalmathi Patricii cum sociis eorum adventus reliquiarum apostolorum et sanctorum. — MON. : In Africa Furtunatae Donatae et aliorum CCXL Romae Leonis papae et confessoris Domnini episcopi. — RICH. : In Mauritania Helarii Maximi Salona Dalmatiae Domionis episcopi Affrica Furtunati Donati alibi Eustorgii Nestoris.

## APRIL. 11

*1.* IN MAURITANIA] *Quinam ex martyribus qui hodie recensentur ad Mauretaniam referendi sint, immo sitne vel unus non liquet.*

*4.* SALONIS] *Non sancti sed civitatis nomen, infra, n. 14.*

*5.* MAXIMI] *Martyr Antiochenus, de quo april. 7, n. 6, april. 8, n. 6.*

*6.* HILARI] *April. 10, n. 5 ; april. 9, n. 14, et aliis locis :* H i l a r i, C o n c e s s i.

*10.* CETERIS SANCTIS] *Sententia vacua et insolens.*

*12.* DOMNINI] *=* D o m i n i o n i s, *n. 16.*

*14.* SALONA] *Breviarium Syriacum :* ἐν Σαλώνῃ Δομνίων ἐπίσκοπος. *Legitur in Chronico seu Libello Paschali :* Diocletiano septies et Maximiano sexies consulibus Christiani persecutionem sextam passi sunt. In ea persecutione passi sunt Petrus et Marcellinus Romae et Domnius et Felix martyres passi sunt Salona [1]. *Repertum est Salonae fragmentum tituli, tempore pacis, ut credunt, marmori inscripti :*

...DOMN...
...T IIII ID apriles

*quo constat S. Domnionis seu* D o m n i i *diem natalem pridie, id est 10 aprilis, Salonis celebrari consuevisse* [2]. *Hanc autem anniversariam diem in hieronymianis vestigium reliquisse nonnemo opi-*

[1] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 738. — [2] *Forschungen in Salona*, t. II, p. 75, n. 81 ; F. LENZI, *S. Domnio*, in *Bullettino di archeologia Dalmata*, t. XXXVI, p. 32, tav. V, VI.

*natus*

*natus est, quoniam* Domnini episcopi *nomen in codice* W *die 10 aprilis inscriptum est* [1]. *Huic vero sententiae nequaquam assentiendum est. Sola enim librariorum culpa laterculorum ordo hoc loco perturbatus est. Altero in titulo antiquo* [2] *sancti martyris nomen traditum est :*

DEPOSITVS PRIMVS EPI
SCOPVS XII KAL FEBR NE
POS DOMNIONES MARTORES

*Acta S. Domnionis quae habentur deterioris notae sunt* [3] *et prorsus neglegenda. Eiusdem reliquias anno 640 Romam translatas esse et nunc requiescere in sacello Lateranensi Sancti Venantii apud omnes in confesso est, et nullo negotio removetur Constantini Porphyrogeniti error, saec. X haec scribentis : Τὸ Ἀσπαλάθου κάστρον... καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου Δόμνου ἐν ᾧ κατάκειται ὁ αὐτὸς ἅγιος Δόμνος* [4]. *Elogium S. Domnionis ita restituit Rossius, nemine, quem sciam, repugnante :* Salona Dalmatiae Domnioni episcopi et militum IIII [5]. *Milites illos removendos esse mox ostendetur, proindeque scribendum :*

**Salona Dalmatiae Domnionis episcopi.**

*19.* ET MIL.] *Ardua est disceptatio de genuina codicum lectione, singulis in diversa abeuntibus :*

*E. militum trium*
*B. miliaria VIII*
*W. VIII et milia VIII.*

*Nodum facile solvi existimant qui musivum in Lateranensi oratorio Sancti Venantii inspexerunt, ubi depicti sunt martyres Salonitani,* SCS DOMNIVS *cum aliis, quorum quattuor habitum gerunt militarem* [6] *:*

SCS ANTIOCHIANVS
SCS GAIANVS
SCS PAVLINIANVS
SCS TELIVS

*Exstat et Salonis lapis in quo, saec. VII, ut videtur, insculpta sunt nomina :*

*ant*IOCHIANVS
*gaia*NVS
TELIVS
*paulinia*NVS
ASTE*rius*

*Asterius ille etiam in musivo est, sed veste sacerdotali indutus. Militibus ergo quattuor stipatus cernitur Domnio, quorum et nomina habentur ; unde probanda videtur lectio militum III (I). Longe aliter rem diudicabit qui laterculum sequentis diei attente perlegerit. Hinc enim palam fit haec verba loco suo mota et a memoria Iulii papae* via Aurelia III miliario *quiescentis ad diem 11 aprilis male translata esse. Librariorum ergo imperitia miliaria III Domnio adhaerere coeperunt, dein ex lapidibus facti sunt filii Abrahae, immo milites martyres, sancti episcopi socii. Nec quemquam moveant quattuor isti milites candidis tunicis et auro in musivo Lateranensi micantes. His enim insignibus nequaquam comprobantur stipendia quondam meriti esse. Nam saepe ab huius aetatis pictoribus sancti, quorum vita ignota est, velut principes vel milites aulici effinguntur, et amictus splendore caelorum gloria significatur* [7].

*22.* DALMATI] = *Dalmatiae, n. 15.*

*24.* IN AFRICA] *Nomina Afris usitata sunt, quae proximis diebus iam occurrerunt :*

| | | |
|---|---|---|
| *25. Fortunatae,* | *April. 9, n. 18 :* | *Furtunati.* |
| *26. Donatae,* | *April. 10, n. 6 ; april. 9, n. 19 :* | *Donati.* |

*30.* NICOMEDIA] *Vereor ne ullus eorum quorum nomina haec sunt :*

*31. Eustorgi presbiteri*
*33. Nestoris*
*34. Filonti*

*ad Nicomediam pertineat, nec inter homines fuerit quaedam Ceremonia (n. 35) ita nuncupata.*

*39.* SIAGRI] *Male codices BW Patricium quendam a Siagrio diversum fingunt. Siagrius enim patricius fuit :* Ipso anno [*585*] Syagrius comex Constantinopole iusso Gunthramni in legatione pergit, ibique fraude patricius ordinatur [8].

**Lugduni Galliae depositio Siagrii patricii.**

ADDITAMENTA] *Leonis papae. Liber Pontificalis :* qui etiam sepultus est aput beatum Petrum apostolum III id. april. [9]. *Hodie tamen non est dies depositionis S. Leonis, qui in hieronymianis rite scriptus est die 10 nov.* [10], *neque etiam translationis, sedente papa Sergio ; haec enim 28 iun. an. 688 peracta est* [11]. *Quae sit ratio hodiernae commemorationis, quae post Bedam ceterosque transiit in martyrologium Romanum, ignoramus* [12].

EXCERPTA] *Cod. Taml. : Saloniae = Salona, n. 14.*

*Dominni = Domnii, Dominionis, n. 16.*
*Dalmathae = Dalmatiae, n. 15.*
*Domitionis = Dominionis, n. 16.*
*Multa milia, procul dubio mil. VIII, n. 19, 21.*

[1] J. ZEILLER, *Les origines chrétiennes dans la province romaine de Dalmatie* (Paris, 1906), p. 17-18. — [2] *Forschungen in Salona*, ibid., n. 82. — [3] *BHL.* 2268-2270. — [4] *De administrando imperio*, c. XXIX, ed. Bonn. p. 137. Cf. *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 400-402. De S. Domnione ceterisque sanctis Salonitanis multa egregie scripsit Fr. BULIĆ, in *Bullettino di archeologia e storia Dalmata*, inde saltem ab anno 1897. Cf. *Saints d'Istrie et de Dalmatie*, in *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 369-411 ; *L'hagiographie de Salone*, ibid., t. XXIII, p. 5-18. Scripta alia plurima afferuntur a F. LENZI, *San Domnio* (Roma, 1913), p. 15-22. — [5] *Musaici cristiani delle chiese di Roma*, abside dell' Oratorio di San Venanzio, fol. 5. — [6] Saepius editum, ut ap. DE ROSSI, *Musaici* ; *Forschungen in Salona*, t. II, p. 47 ; WILPERT, *Die römischen Mosaiken und Malereien*, p. 731, et partim pl. 111. — [7] *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 84. — [8] *Chron. Fredegarii*, IV, 5, *M.G.*, Scr. rer. Merov., t. II, p. 125. — [9] DUCHESNE, t. I, p. 239. — [10] DUCHESNE, t. c., p. 241 : « La date *III id. april.* est fausse ; la vraie s'est conservée dans le martyrologe hiéronymien, *IIII id. novemb.* » — [11] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 98. — [12] DE ROSSI, *Bullettino*, 1864, p. 56.

# PRID. ID. APRIL.

| I | II |
|---|---|
| In Asia Pergamo natale Carpi episcopi [a] Pauli Isaac Agatonis. | |
| Romae depositio Iuli episcopi. | Romae in cimiterio Calepodi via Aurelia tertio miliario depositio Iuli episcopi. |

**et alibi Agapi [b] Valeri Pupli Bassi Iuliani Felicis Pauli Mauri Hertulae Verecundae et aliorum XLII Quarti Saturnini Secundini Decimi Quarti Ianuari Secundi [c] Quinti Dextri Victuri Donati Varici [d] Venusti Titiani item Victoris Sirillae Luci [e] Urbanae item Urbanae Marci Iusti Cittini Paterni**

| I | II |
|---|---|
| **Famni** | |
| **Butti** | **Butti** |
| | **Pacini** |

**Marici Optati item Victuri Migoni Demetri Flaviani Marci Vitalis Minaliae Clementiae Victuriae Feliciae Maximae Musti item Marci Honorati Laurenti Arburi Crispinae Tertii Quintulae Restituti Revocati Saturnini Buttasi Barici [f] Optati Spini [g] Donati Manili Petri [h] Proculi item Donati Gemelli Evanti Lazari Venusti Flavini Rufini Valeri Pauli Crispini Felicis Nabori Victorini Donatulae Tertii Victoris Acutinae et Tertiae [i]. in Capua Cipriani Musculae Donatae Novellae Ianuari Silvani Muciani [k]. in civitate Vappingo depositio Constantini episcopi et alibi Cari Primi Cirilli Machari Stialis Venusti [l] Iuliae [m] Verecundi cum aliis VI Tertulae Antoniae Mustilae Migginae item Acutinae item Donatae. et alibi Eufemiae item Felicis Machari Primi et aliorum VIII.**

*Addunt codices pleniores:* a) et aliorum XLVII E. — b) et in capua quarti E — c) saturnini SWKLV ; item saturnini C. — d) butti MKLV. — e) iusti CMKLV. — f) pauli SCMKLV. — g) valente SCM. — h) felicis CMKLV. — i) mameri C. — k) saturi iuli C. — l) item venusti CWMKLV. — m) felicis CWMKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. asię W | 3. pergam̄o | 4. *add.* sc̄torum SW | 8. isac W | 9. agatoris E ; agatoni W | 10. rom̄ E | 14. rome BS | 16. cim̄it B ; cymitirio W | 17. calipo W | 18-19. *om.* W | 19. aurilia S | 29. publi S ; publii BW | 35. hertule B ; hestulę S | 36. veregundię B ; veregundę S ; vere gunde W | 38. *add.* numerum W | 39. XL duo B | 42. secundi BSW | 44 . darii BSW | 45. iacuari E¹ ; ianuari E² ; ianuarii B ; *om.* SW *qui add.* item | 46. secunde W ; *add.* saturnini SW | 48. dextrii B | 49. victori B ; victoris SW | 51. *add.* puti S ; initti W | 53. t ciani BW | 54. it̃ E | 55. victori EB | 56. syrillę W ; syrille S¹ ; syrilli S² | 57-130. *om.* W | 57. luce S ; *add.* iuste S | 58. urbane S | 59. it̃ E | 60. urbane S | 61. marti E | 62. ianuari S | 63. citini S | 66. *om.* S | 67. *add.* puti S (*cf.* 66) | 68. murici EB ; maurici S | 70. it̃ E | 71. victori S | 72. migone B ; magoni S | 74-75. *transp.* marci flaviani S | 77. menalię S | 82. *add.* arburi S (*cf.* 87) | 83. it̃ E | 87. arbori B ; *om.* S | 88. crispini BS | 89. terti E ; tercii B | 90. quintule B | 91-92. *transp.* revocati restitute S | 93-94 *transp.* buttasi saturnini S | 95. *add.* item B ; *add.* pauli S | 97. speni B ; *add.* valenti S | 99. manille S | 100. *add.* felicis S | 101. *om.* S | 102. it̃ E | 104. gemelle S | 108. flaviani S | 109. rufuni B | 110-111. *om.* S | 113. *om.* S | 115. victorinę S | 116. danatulę B¹ | 117. terti E ; tercii B ; *om.* S | 118. victuris S | 119. augustine S | 120. *om.* S | 123. *add.* natale sc̄orum S | 124. cypriani BS | 125. masculę S | 126. danatę B¹ ; donatę B² ; donati S | 127. novelle S | 128. ianuariae BS | 129. silvane S | 130. mutiani S | 132-133. *transp.* uuapingo civitate SW | 132. civī E | 133. uappineo E ; uuappingo B | 134. *add.* beati SW | 135. constsantino S | 137. *om.* E | 139-140. primigari S ; primi cari W | 141. cyrilli BSW | 142. marcari E ; macharii BSW | 143. tilari E ; *add.* item B | 144. *add.* item venusti W | 145. iuli S ; *add.* felicis SW | 146. veregundi B ; veracundę S | 148. alis E | 149. *add.* eocapi S ; eo capi W | 150. tertule S ; tertullę W | 151. antonę B ; antuniae W ; ananiae S | 152. mustile B ; mustille S | 153.magginae E ; migine SW | 154. *om.* E | 155. acuti B ; agustine S ; agutinę W | 156. *om.* ES | 157. donate W ; donati S | 158-159. *om.* W | 160. eufimie S ; eufimię W | 161-162. *om.* SW ; *add.* item B | 161. it̃ E | 163. macharii W ; *add.* item B | 167. VIIII BW ; novem S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae depositio Iuli episcopi et in Capua nat. Quarti et Asia Pergamo Carpi episcopi et aliorum XLVII. — TAML. : Iulii episcopi Romae Carpi Pauli Isaac Agothonis Musculae Donatae Noveliae Proclinae Calepodi Agapi Valeri Bassi Puplii Iuliani Felicis Pauli Mauri Celsi Cipriani et aliorum XLVIII Quarti confessoris Annodi Zefani. — MON. : Pergamo Carpi epicopi et aliorum LIII. — RICH. : Rome Iuli episcopi in Capadocia Quarti et in Asia Carpi episcopi et aliorum XLVII in Capua Cypriani Musculae Donatae Novellae.

## APRIL. 12

*1.* IN ASIA] *Die 13 aprilis in breviario Syriaco nuntiantur martyres Pergameni, in nostris autem libris hodie et cras. Inter eos irrepsisse videtur* I s a a c *(n. 8). Verum haec prava scriptio est pro* d i a c. *Male etiam scriptum est* P a u l i *pro* P a p y l i, A g a t o n i s *pro* A g a t h o n i c a e. *De his postridie. Interim legatur:*

**in Asia Pergamo natale Carpi episcopi, Papyli diaconi et Agathonicae.**

*8.* ISAAC] = *d i a c., id est diaconus.*

*9.* AGATONIS] = *A g a t h o n i c a e, supra, ad n. 1.*

*10.* ROMAE] *Depositio episcoporum:* Iuli in via Aurelia miliario III in Callisti. *Locus sepulturae S. Iulii dicitur* in Callisti, *quia in coemeterio Calepodii etiam S. Callistus quiescebat. Catalogus Liberianus:* Iulius... fuit temporibus Constantini a consulatu Feliciani et Titiani [*337*] ex die VIII id. feb. in diem pridie idus apriles Constancio V et Constancio caes. [*352*] [1]. *Liber Pontificalis:* sepultus est via Aurelia in cymiterio Calepodi miliario III prid. id. april. [2]. *Itinerarium Salisburgense, in via Aurelia:* Postea eadem via pervenies ad ecclesiam; ibi invenies sanctum Calistum papam et martyrem et in altero loco in superiori domo sanctus Iulius papa et martyr [3]. *Cetera quae de S. Iulii commemoratione notatu digna erant, reperies ad feb. 8, n. 17 et mart. 4, n. 6. Hodie certa annuntiatio est:*

**Romae in cimiterio Calepodii via Aurelia tertio miliario depositio Iulii episcopi.**

*26.* ALIBI] *Amplam habemus hodie nominum segetem quae undequaque et tumultuario opere collecta videtur. Primo enim intuitu agnoscuntur martyres Hispani, ex iis qui 22 ian. commemorantur, v. gr.* V a l e r i, P u p l i, O p t a t i *cet.; Antiocheni (april. 7):* M a x i m i, M a c h a r i; *Scillitani (iul. 17):* C i t t i n i, D o n a t a e *cet., et non pauci quos ipsa nomina Africae assignant:* B a r i c i, M i g g i n i, R e v o c a t i, M a u i l i *cet. Commisti sunt etiam laterculi 12 april. et 14 maii, id est* II id. april. *et* II id. maii, *quibus communia sunt:* V i c t o r i s, S e c u n d i a n i, Q u a r t i, V i c t u r i n i, I a n u a r i i, P r o c u l i, V i c t o r i s, N a b o r i s, F e l i c i s. *Die 25 maii haec reperies:* V i c t u r i, I s t i a l i, V i c t u r i a e, F l a v i n i. *Nullo satis certo signo homonymorum discretionem fieri, insuper vocabula non raro corrupta esse et a librariis vix rationem haberi masculini et feminini, qui haec legerit facile deprehendet. Ad singula pro modulo nostro afferemus quae utilia videbuntur.*

*27.* AGAPI] *April. 1, n. 15:* A g a p i s; *april. 5, n. 30:* A g a p a e. *Sed et communia sunt elementa cum* A g a [*t o n e, n. 9.*

*28.* VALERI] *Ian. 22, n. 7; infra, n. 110.*

*29.* PUPLI] *Lege* P u b l i, *ian. 22, n. 24; april. 2, n. 25; april. 4, n. 12.*

*30.* BASSI] *April. 13, n. 15:* B a s s a e.

*31.* IULIANI] *April. 2, n. 31; april. 4, n. 15; ian. 22, n. 44:* I u l i.

*32.* FELICIS] *Ian. 22, n. 29; maii 14, n. 36; infra, n. 113, 162.*

*33.* PAULI] *Ian. 22, n. 30; april. 4, n. 7; infra, n. 111.*

*34.* MAURI] *Solo nomine notus, item* H e r t u l a e, *n. 35.*

*36.* VERECUNDAE] *Huic adhaerent socii XLII. Infra, n. 146:* V e r e c u n d i *cum sociis VI.*

*40.* QUARTI] *Maii 14, n. 16; infra, n. 44. Cf. n. 123 ubi quaeritur num forte sanctus sit Capuanus.*

*41.* SATURNINI] *Infra, n. 93.* S a t u r n i n u s *unus est ex sociis S. Perpetuae* [4], *inter plurimos homonymos.*

*42.* SECUNDINI] *Maii 14, n. 15. Infra, n. 46:* S e c u n d i.

*43.* DECIMI] *Nudum nomen.*

*44.* QUARTI] *Supra, n. 40. Hoc loco* D a r i i *in codicibus alterius recensionis.*

*45.* IANUARI] *Maii 14, n. 18; april. 13, n. 9; infra, n. 128.*

*46.* SECUNDI] *Cf. supra, n. 42:* S e c u n d i n i.

*47.* QUINTI] *Martyr ita nuncupatus ex Passione S. Perpetuae notus est* [5]. *Sunt qui putent Quintum illum esse martyrem Capuanum. Infra, n. 123.*

*48.* DEXTRI] *Nudum nomen.*

*49.* VICTURI] *Maii 14, n. 3; maii 25, n. 52; infra, n. 71; n. 55, 118:* V i c t o r i s; *n. 79:* V i c t u r i a e. *Victorem, unum ex homonymis qui hodie libris nostris inscripti sunt, suum fecisse videntur Hispani. In kalendariis enim mozarabum nuntiatur:* Sancti Victoris, Bracare, *vel* Sancti Victoris martyris Christi [6]; *et exstat brevis* Passio S. Victoris martyris Christi, qui passus est in provincia Gallecia in civitate Bracara, die II idus apriles [7].

*50.* DONATI] *Infra, n. 98, 103. Cf. n. 126:* D o n a t a e.

*51.* VARICI] *Infra, n. 68:* M a r i c i; *n. 95:* B a r i c i.

*52.* VENUSTI] *Infra, n. 107, 144. Cf. maii 29, n. 47.*

*53.* TITIANI] *Nudum nomen.*

*55.* VICTORIS] *Supra, n. 49.*

*56.* SIRILLAE] *Infra, n. 141:* C i r i l l i.

*57.* LUCI] *Ni fallor* L u c i u s *ille pontifex Romanus est. Ubicumque enim in hisce codicibus Iulius papa commemoratur, Lucius quoque adest, ut alio loco notatum est. Cf. supra, n. 10.*

*58.* URBANAE] *Etiam n. 60. Legendum videtur* U r b a n i. *Cf. ian. 22, n. 25; april. 2, n. 30.*

*61.* MARCI] *Infra, n. 75, 84. Forsitan* M a r <i> c i, *infra, n. 68, id est* B a r i c i.

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 8. — [2] Ibid., p. 205. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. Cf. t. II, p. 99-101. — [4] *BHL.* 6633. — [5] *BHL.* 6633, n. 11. — [6] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 460-61. — [7] *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 480. Cf. *Act. SS.*, April. t. II, p. 78-79.

62. IVSTI] *Nudum nomen.*

63. CITTINI] *Ex martyribus Scillitanis, iul. 17.*

64. PATERNI] *Nudum nomen.*

65. FAMNI] *Al.* Pacini, *n. 67, utrumque corruptum.*

66. BUTTI] *Infra, n. 94:* Buttasi.

68. MARICI] *Supra, n. 51:* Varici; *infra, n. 95:* Barici. *Lege quae notata sunt ad n. 61:* Marci, *quod ex* Marici *contractum esse coniectura est non inanis.*

69. OPTATI] *Ian. 22, n. 40. Infra, n. 96.*

71. VICTURI] *Supra, n. 49.*

72. MIGONI] *Infra, n. 153:* Migginae.

73. DEMETRI] *April. 9, n. 1.*

74. FLAVIANI] *Infra, n. 108:* Flavini; *maii 25, n. 43.*

75. MARCI] *Supra, n. 61, infra, n. 84.*

76. VITALIS] *Mentem subit* Vitalis *ille qui pater dictus est SS. Gervasii et Protasii* [1], *ob martyres Mediolanenses a die 14 maii ad hunc diem allatos, infra, n. 113, 114, 115.*

77. MINALIAE] *Nomen corruptum videtur; certe ignota est* Minalia, *item* Clementia, *n. 78, et* Felicia, *n. 80.*

79. VICTURIAE] *Maii 25, n. 54; supra, n. 49:* Victuri.

81. MAXIMAE] *Legendumne* Maximi? *Maximus martyr Antiochenus, nuntiatus est april. 7, n. 1, 6.*

82. MUSTI] *Nomen truncatum. Infra, n. 152:* Mustilae; *n. 125:* Musculae.

84. MARCI] *Supra, n. 61, 75.*

85. HONORATI] *Solo nomine notus cum* Laurenti, *n. 86,* Arburi, *n. 87,* Quintulae, *n. 90,* Restituti, *n. 91.*

88. CRISPINAE] *Infra, n. 112:* Crispini; *n. 97:* Spini.

89. TERTII] *Infra, n. 117; n. 121:* Tertiae.

92. REVOCATI] *Ho nomine appellatur unus ex sociis S. Perpetuae* [2].

94. BUTTASI] *Supra, n. 66:* Butti.

95. BARICI] *Punicum nomen. Supra, n. 51:* Varici; *n. 68:* Marici. *Repertus est in loco nuncupato Aïoun Berrich titulus:*

HIC MEMORIAE SANCTORVM PAVLI
PETRI DONATI MIGGINIS BARICIS [3]

96. OPTATI] *Supra, n. 69.*

97. SPINI] = Cri]spini, *infra, n. 112.*

98. DONATI] *Supra, n. 50, infra, n. 103.*

99. MANILI] *In kalendario Carthaginiensi, die 11 maii:* sancti Maiuli; *etiam in codicibus istis. Cf. mart. 7, n. 47.*

100. PETRI] *Ian. 22, n. 31.*

101. PROCULI] *Maii 14, n. 24.*

103. DONATI] *Supra, n. 50, 98.*

104. GEMELLI] *Solo nomine notus cum* Evanti, *n. 105, et* Lazari, *n. 106.*

107. VENUSTI] *Supra, n. 52, infra, n. 144.*

108. FLAVINI] *Maii 25, n. 55; supra, n. 74:* Flaviani.

109. RUFINI] *April. 24, ubi complura huius diei nomina iterata sunt, n. 14:* Rufinae.

110. VALERI] *Supra, n. 28.*

111. PAULI] *Supra, n. 33.*

112. CRISPINI] *Supra, n. 88:* Crispinae; *n. 97:* Cri]spini.

113. FELICIS] *Maii 14, n. 36; ian. 22, n. 29; supra, n. 32, infra, n. 162. Hic autem, ut videtur, martyr Mediolanensis.*

114. NABORI] *Maii 14, n. 35, martyr Mediolanensis, ut videtur.*

115. VICTORINI] *Maii 14, n. 17, melius, ut opinamur,* Victoris *martyris Mediolanensis. Etiam, n. 55, 118; n. 49:* Victuri.

116. DONATULAE] *Cf. infra, n.126:* Donatae.

117. TERTII] *Supra, n. 89; infra, n. 121:* Tertiae.

118. VICTORIS] *Supra, n. 55; cf. n. 49.*

119. ACUTINAE] *Infra, n. 155. Emendandum videtur* Aculinae, *id est* Aquilinae. *Cf. iul. 17, inter Scillitanos:* Aquilini.

121. TERTIAE] *Supra, n. 89, 117:* Tertii.

123. IN CAPUA] Cyprianus, *qui Capuae colebatur, procul dubio Carthaginiensis episcopus est. Eius enim effigies in musivo absidis ecclesiae Sancti Prisci Capuanae depicta erat inter Romanos martyres* [4] *cum Xysto, qui eodem anno sanguinem fudit, et iterum in tholo basilicae coniuncti cernebantur XISTVS CVPRIANVS. Nec mirum. Cyprianus enim per epistulas hortatus erat martyres Capuanos, quemadmodum ad diem 16 nov. exponetur* [5]. *De commemoratione S. Cypriani die 12 april. nihil praeterea compertum habemus.*

*Notatu dignum est in eodem musivo Capuano Quartum puerum puero Quinto consociatum fuisse. Hos ipsos esse qui hodie commemorantur:* Quarti, *n. 40,* Quinti, *n. 47, censuit F. Lanzoni* [6]. *Cum sint usitatissima huiusmodi cognomina — in hoc ipso laterculo numerantur* Primi, Secundi, Tertii, Quarti, Quinti, Decimi *— res in ambiguo est. De his uberius ad diem 10 maii, n. 9.*

125. MUSCULAE] *Supra, n. 82, n. 152:* Mustilae.

126. DONATAE] *Iul. 17, inter martyres Scillitanos. Infra, 157. Cf. supra, n. 50:* Donati.

127. NOVELLAE] *Solo nomine nota, cum* Silvani, *n. 129 et* Muciani, *n. 130.*

128. IANUARI] *Supra, n. 45.*

133. VAPPINGO] *Nunc Gap (Hautes-Alpes). Interfuit* Constantinus *episcopus variis conciliis ann. 517, 527, 529* [7].

**Vappingo depositio Constantini episcopi.**

139. CARI] *Num scribendum* Ma]cari? *Infra, n. 142, 163.*

140. PRIMI] *Infra, n. 164.*

141. CIRILLI] *Supra, n. 56:* Sirillae. *In breviario Syriaco die 13 april. nuntiatur* Κύριλλος *sed errore manifesto pro* Κάρπος.

[1] *BHL.* 8699. — [2] *BHL.* 6633. — [3] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 288. Cf. n. 254. — [4] GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, tav. 254. — [5] DE ROSSI, *Bullettino*, 1884-85, p. 123. — [6] *Le diocesi d'Italia*, p. 192. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 287.

*142.* MACHARI] *Martyr Antiochenus, de quo april. 7, n. 1. Infra, n. 163.*

*143.* STIALIS] *Maii 8, n. 71; 25, n. 51; 31, n. 30 varie scriptum:* Stiali, Istiali, Istali. *Quid reapse subsit non perspicimus.*

*144.* VENUSTI] *Supra, n. 52, 107.*

*145.* IULIAE] *Ian. 22, n. 44:* Iuli. *Supra, n. 31:* Iuliani.

*146.* VERECUNDI] *Supra, n. 36:* Verecundae, *cum sociis XLII.*

*150.* TERTULAE] *Solo nomine nota, cum* Antonia, *n. 151.*

*152.* MUSTILAE] *Supra, n. 82; n. 125:* Musculae.

*153.* MIGGINAE] *Supra, n. 72:* Migoni. *Reliquiae* MIGGINIS, BARICIS, *in titulo allato ad n. 95*[1].

*155.* ACUTINAE] *Supra, n. 119.*

*157.* DONATAE] *Supra, n. 126.*

*160.* EUFEMIAE] *Commemoratio* Euphemiae *Chalcedonensis fit april. 13, n. 5.*

*162.* FELICIS] *Supra, n. 32, 113.*

*163.* MACHARI] *Supra, n. 142.*

*164.* PRIMI] *Supra, n. 140.*

[1] De nomine disseruit J.H. BAXTER, in *Journal of Theological Studies*, t. XXVI (1924), p. 35-36.

---

# ID. APRIL.

**In Calcedonia natale sanctae Eufemiae Eucarpi Secutoris Catuli Ianuari. et alibi Pauli Acoliti Arobi Bassae Caritae Azatonicae. Pergamo Asiae Policarpi episcopi Pauli diaconi.**

*Addunt codices pleniores:* a) post multa tormenta requiescentes SWMKLV.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. calced E; calcidonia W | 4. *om.* E | 5. eufemie B; eufimiae S¹ | 6. eucapi B; et ucapie S; et eucapię W | 7. [se]cutoris S | 8. caruli E; *om.* SW; *add.* et alibi SW | 9. ianuarii BS | 10-11. *om.* SW | 13-14. *om.* SW | 15. passe B; passi S; passę W; *add.* caruli W | 16. cariti S; *add.* caroli aropi S; aro W | 17. agatonicae B; agatonice S | 18. pergam̄ E | 19. asie B | 21. *add.* et SW | 23. diac̄ E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In civitate Calcidonia nat. Eufemiae et Romae translatio Ianuarii martiris. — TAML.: Eufemiae virginis Eucarpiae Bassae Caritae Parurae Calipodi Castonicae Secutoris Agathonicae Leonitidis Pauli diaconi Karuli Ianuariae Policarpi Accoli Arobi. — MON.: In Calcedonia natalis sanctorum Euphemiae et Euchapi et post multa tormenta requiescentium (-um *sup. ras.*) Romae Ianuarii martyris et aliorum XIIII. — RICH.: In civitate Calcedonia Eufemiae et Rome Ianuarii martyris Secutoris Eucapi Catuli Pergamo Asiae Policarpi episcopi Pauli diaconi. — RHAB.: Romae in coemeterio translatio Ianuarii martyris.

## APRIL. 13

*1.* IN CALCEDONIA] *Sacramentarium Gelasianum:* in natali sanctae Euphemiae id. aprilis [1]. *De S. Euphemia fusius ad diem 16 sept. Cum Chalcedone etiam connectitur* Bassa, *infra, n. 15.*

*6.* EUCARPI] *Lege* Carpi, *infra ad n. 20. Quae addunt codices pleniores praeter BE:* post multa tormenta requiescentes, *Euphemiae non male aptantur.*

*7.* SECUTORIS] *Glossa videtur ad vocabulum* Acoliti, *n. 13.* Ἀκόλουθος *enim latine est pedissequus.*

*8.* CATULI] *Al.* Caruli, *nomen corruptum cuius elementa reperiuntur in* CARpi. *infra etiam* CARitae, *n. 16.*

*9.* IANUARI] *Non solus Cambr. legit:* Romae translatio Ianuarii. *Ita enim Rhabanus:* Romae in coemeterio translatio Ianuarii martyris. *In Rich. omittitur vocabulum* translatio. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [2]*:*

TRANSLATIO BEATI IANVA(*RII*)

*De translatione S. Ianuarii Romae in coemeterio Praetextati quiescentis, nullum in monumentis antiquis vestigium est. S. Ianuarii Neapolitani translationem intellego.*

**<Neapoli> translatio Ianuarii martyris.**

*12.* PAULI] *In nostris libris ubique pro* Papuli *legitur* Pauli, *infra, n. 22, et april. 12, n. 7.*

*13.* ACOLITI] *Nomen appellativum. Quare acolythus hoc loco dicatur Paulus, id est* Papylus, *alias diaconus, suo loco quaerendum, ad n. 18.*

*14.* AROBI] *Perversa scriptio vocabuli* acoliti, *n. 13.*

*15.* BASSAE] *Fuit Chalcedone basilica Sanctae Bassae, cuius presbyter erat Petrus, cognomento Fullo:* Πέτρος πρεσβύτερος τοῦ ἐν Χαλκηδόνι ναοῦ Βάσσης τῆς μάρτυρος ὁ ἐπίκλην Κναφεύς [3], *quae basilica non semel memoratur in historiis* [4]. *Bassae martyris natalem hodie celebrari vix crediderim. Ab Euphemia Chalcedonensi adductam, et propterea scribendum opinor.*

**<item Chalcedone> Bassae.**

[1] WILSON, p. 170. — [2] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I. p. 336. — [3] THEODORI LECT. *Hist. eccl.*, I, 20, *P.G.*, t. LXXXVI, p. 176. — [4] *Les origines du culte des martyrs*, p. 184.

*16.* CARITAE] *Vocem corruptam censeo ex* CAR p i.

*17.* AZATONICAE] *Lege* A g a t o n i c a e, *e martyribus Pergamenis de quibus nunc.*

*18.* PERGAMO] *Breviarium Syriacum :* ἐν Περγάμῳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Κύριλλος ἐπίσκοπος καὶ Ἀγαθονίκη καὶ Παῦλος, *in quam enunciationem duplex error irrepsit. Non enim Cyrillus sed* Κάρπος, *non Paulus sed* Πάπυλος[1] *vocantur martyres illi Pergameni. Error etiam in libris nostris est ubi* P o l y c a r p i *(n. 20) pro* C a r p i, *et* P a u l i *itidem (n. 12, 22) loco* P a p y l i *scriptum est. Emendationes suppeditant tum Eusebius, tum horum martyrum Acta. Eusebius :* Ἑξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγάμῳ πόλει τῆς Ἀσίας ὑπομνήματα μεμαρτυρηκότων φέρεται Κάρπου καὶ Παπύλου καὶ γυναικὸς Ἀγαθονίκης, μετὰ πλείστας καὶ διαπρεπεῖς ὁμολογίας ἐπιδόξως τετελειωμένων [2]. *Antiquissima illa Acta quae in sua* Συναγωγῇ τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων *Eusebius receperat, aetatem non tulisse dolendum est. Graeca tria habemus*[3], *quorum antiquiora non adeo sincera sunt*[4]. *Recens edita est Passio latina*[5]. *Nomina martyrum trium tum Eusebius tum Acta omnia (exceptis latinis quae* P a m p h i l u m *loco Papyli scribunt) eodem modo referunt. Dignitatem et officium reticent tum Eusebius tum graeca antiquiora*[6]. *Ceteris Carpus episcopus est Papylus diaconus ; de diaconatu tamen silet breviarium Syriacum, unde natam suspicor coniecturam Papylum seu Paulum* a c o l y t h u m *(n. 13) fuisse. A Graecis non hodie sed die 13 oct. memoria agitur* τῶν ἁγίων μαρτύρων Κάρπου καὶ Παπύλου, Ἀγαθοδώρου καὶ Ἀγαθονίκης[7]. *De Agathodoro, S. Papyli servo, altum est in monumentis antiquis silentium. Ab hagiographis effictum esse e geminato Agathonices nomine crediderim. E latinis martyrologiis, inde a Floro Lugdunensi, qui martyrum Pergamenorum elogium a Rufino accepit*[8] *— scribebat iste* P a p i r i u s *loco Papyli — exclusus remanserat ficticius ille Agathodorus. Sed in martyrologium Romanum introductus est a Baronio, qui Usuardum ex Metaphraste emendandum putavit. Scribendum est :*

**in Pergamo Asiae Carpi episcopi, Pauli diaconi et Agathonicae.**

EXCERPTA] *Cod. Taml. :* C a l i p o d i *= april. 12, n. 16 : in cimiterio Calepodii.*

C a s t o n i c a e *= Agathonicae, n. 17.*

L e o n i t i d i s, *an Leonis ? april. 11, in additamentis.*

K a r u l i, *n. 8 :* C a t u l i.

A c c o l i *= Acoliti, n. 13.*

*Cod. Mon. :* E u c h a p i *= Eucarpi, n. 6, id est* C a r p i.

[1] In codicibus tum *Πάπυλος* tum *Παπύλος*. — [2] *Hist. eccl.*, IV, 15. — [3] *BHG*[2]. 293-295. — [4] *Les Passions des martyrs et les genres littéraires*, p. 136-41. — [5] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche*, t. VI, p. 43-45 ; iterum H. LIETZMANN, in *Festgabe für Dr. Karl Müller* (Tübingen, 1922), p. 46-48. — [6] *BHG*[2]. 293. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 133. — [8] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 292.

# XVIII KAL. MAI.

I

**Romae Tiburti Valeriani Maximiani Cyriaci Dioclitiani. et Interamne Appolloni Fevi**

II

**Romae via Appia in cimiterio Praetextati sancti Tiburtii Valeriani Maximi Quiriaci**

**Optati Pati Saturnini Frontini Marciae Corniliae conditoris tituli**

| **Interamna**

**Proculi Valentini Prosduci [a] Liurni Dominae virginis cum suis virginibus simul coronatae et sancti Valeriani. et alibi Optati Saturnini Arcilai Simproni Frontoni Maximi Deceniae Marciae Corniliae. Alexandria Frontoni monachi.**

*Addunt codices pleniores:* a) in lugduno civitate depositio landiberti episcopi W ; et in lugduno civitate transitus domni landiberti episcopi MKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 1. rom̄ EW ; rome BS | 15. cimit̄ W | 16. *add.* nat̄ SW | 17. sc̄rum SW | 18. tyburtii S ; tivorti W ; *add.* philiosti S | 20. maxime S | 25-26. *transp.* marciae fruntinę W ; marcię frontine S | 26. martiae B | 27. cornelię S | 30. interramna B : in terram na W inter amna S | 33. producti E | 34. liorni B ; liornę S ; uurni W | 35. dominę W ; domninę B ; donatae S | 36. virḡ E | 40-42. *om.* E | 41. coronatis S | 46. *add.* item SW | 48. saturni W | 49. archilai SW | 50. sinproni W; samfroni S | 51. frontini BSW | 52. maxime S | 53. decimę BW ; decime S | 54. marcie B ; martiae S | 56. alexandriae E ; alexandrie B ; in alexandria W ; et in alexandria S | 57. frontini B ; frontonis S ; frontunis W | 58. monac̄ E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Tiburti et Valeriani et Maximiani et in titulo iuxta Ciriaci Diocletianes Simproni et Interamne Neapollonis Proculi et Valentini. — Taml. : Tiburtii Apati Valeriani Romae Pertextati Marciae Corneliae Fortunatae Dominae cum suis virginibus simul coronatae Maximi bis Ciriaci Donati Patii Saturnini Prontii bis Canditoris Tituli Tiburtii Valeriani Valenti Produci Liurni Archilai Dioclitiani Foebi Simfronii Proculi Valenti Optati Saturnini. — Mon. : Ciriaci diaconi Frontonis monachi. — Rich. : Rome natale Tiburtii Valeriani et Maximi alibi Appollonii Proculi Valentini Marciae Alexandria Frontonis.

## APRIL. 14

1. ROMAE] *Sacramentarium Gregorianum:* Natale sanctorum Tiburtii et Valeriani [1]. *In Sacramentario Leoniano, quod nunc mutilum est, et in medio aprili incipit, solus laudatur Tiburtius, in missae fragmento, his verbis*: Vere dignum Tibi enim festa sollemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam beati sancti Tiburtii martyris tui sanguis in veritatis tuae testificatione profusus magnifico nominis tui honore signavit et ideo cum angelis etc. [2]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [3] *:*

N(*ATALE*) S(*ANCTORVM*) TIBVRTII ET VALERIA-[NI.

*Itinerarium Salisburgense :* et in eadem via [Appia] ad Aquilonem ad sanctos martyres Tiburtium et Valerianum et Maximum et ibi invenies sanctum Urbanum episcopum et confessorem [4]. *Epitome de Locis sanctorum :* Iuxta eandem viam quoque ecclesia est multorum sanctorum id est Ianuarii... Tiburtii, Valeriani (et Maximi) et multi martyres ibi requiescunt [5]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* et paulo propius Romam sunt martyres Ianuarius, Urbanus... et in altera ecclesia Tiburtius, Valerianus, Maximus [6]. *Liber pontificalis :* [Hadrianus] ecclesiam beati Tiburtii et Valeriani atque Maximi seu basilica sancti Zenonis una cum cymiterio sanctorum Urbani pontificis, Felicissimi et Agapiti atque Ianuarii seu Cyrini martyribus foris porta Appia uno coherentes loco... noviter restauravit [7]. *Paschalis autem pontifex fertur corpus S. Caeciliae repperisse* in coemeterio Praetextati situm foris portam Appiam... cum carissimo Valeriano sponso atque Tyburtio et Maximo martyribus nec non Urbano et Lucio pontificibus [8]. *Valerianum S. Caeciliae sponsum fuisse, eiusque cum Tiburtio et Maximo martyrii socium, solis S. Caeciliae Actis commenticiis* [9] *innititur. Sedente Hadriano papa (777-795) in sua ecclesia coemeterii Praetextati certo certius quiescebant. In coemeterium Callisti eosdem postea translatos fuisse, nulla satis valida ratione comprobatur, quod ad diem 21 aprilis ostendetur. Legamus ergo :*

**Romae via Appia in cimiterio Praetextati sanctorum Tiburti Valeriani Maximi.**

4. MAXIMIANI] *Lege* *M a x i m i. Infra, n.20, 52.*

5. CYRIACI] *Inter martyres coemeterii Prae-*

[1] Wilson, p. 69.— [2] Wilson, p. 1.— [3] Capasso, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [4] De Rossi, *Roma sotterranea*, t. I, p. 180. — [5] Ibid., p. 180. — [6] Ibid., p. 181. — [7] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 509. Cf. p. 521. — [8] Ibid., t. II, p. 56. — [9] *BHL.* 1495.

*textati*

*textati Cyriacus non computatur. Praelucente codice Cambrensi huc adducenda verba c o n d i t o r i s t i t u l i (n. 28), et scribendum :*

**Romae in titulo iuxta Diocletianas Cyriaci conditoris tituli.**

*Titulus enim Cyriaci thermis Diocletianeis proximus erat* [1]. *Synodi anni 499 Actis subscripserunt Martinus et Epiphanius uterque* presbyter tituli Cyriaci ; *Actis vero synodi anni 595 Aventinus* presbyter tituli Sancti Quiriaci [3]. *Hadrianus papa (772-795)* tectum tituli beate Susanne martyris qui appellatur Duas domus, situm iuxta sanctum Quiriacum... noviter restauravit ; simili modo et titulum beati Cyriaci martyris [4]. *Leo papa III (795-816)* fecit... in titulo S. Quiriaci vestem de stauraci [5] *Paschalis (817-824) :* in ecclesia beati Cyriaci martyris in Thermas obtulit saepedictus praesul vela de fundato [6] *cet. Tituli Cyriaci exordia suo modo enarrare aggressus est qui commenticia S. Marcelli Acta conscripsit. Porro Cyriacum illum esse asserit qui cum Largo, Smaragdo, aliis sepultus est* via Ostiensi miliario ab urbe Roma plus minus octavo [7], *et colitur die 8 augusti, quo et in hisce fastis inscriptus est. Hunc fingit Artemiam, Diocletiani filiam, a daemone liberasse, et post reditum e Perside habitasse, cum Largo et Smaragdo,* in domo quam ei donaverat Diocletianus iuxta thermas Diocletianas [8].

6 DIOCLITIANI] *Supplendo praemitte : iuxta thermas*

8. INTERAMNE ] *Interamnenses sunt V a l e n t i n u s, n. 32, de quo fuse ad diem feb. 14, et P r o c u l u s, n. 31, A p o l l o n i u s, n. 9 E p h e b u s, hic F e v i, n.10, S. Valentini discipuli, si hagiographi audiendi sunt* [9]. *De his iam feb. 15, n. 7. Recurrunt april. 18, n. 30.*

**Interamnae Valentini, Prcculi, Apollonii, Ephebi.**

*Ubi Florus, Ado, Usuardus scripserant* Interamnae sancti Proculi martyris, *in martyrologio Romano Proculus etiam episcopus nuncupatur, nullo suffragante documento.*

22. OPTATI] *April. 12, n. 69 ; infra, n. 47.*

23. PATI] = *O] p [t] a t i, n. 22.*

24. SATURNINI] *April. 12, n. 41 ; infra, n. 48.*

25. FRONTINI] *Infra, n. 51 ; n. 57 : F r o n t o n i.*

26. MARCIAE] *Solo nomine nota, ut et C o r n i l i a e, n. 27. Infra, n. 54, 55.*

28. CONDITORIS] *Supra, n. 5.*

30. INTERAMNA] *Supra, n. 8.*

31. PROCULI] *Supra, n. 8.*

33. PROSDUCI] = *P r o s d o c e, martyr Antiochena. April. 15, n. 25.*

34. LIURNI] *Al. L i o r n i, ubi nonnulla remanserunt elementa nominis V e r o n i c a e, quae etiam martyr Antiochena est, april. 15, n. 26.*

35. DOMINAE] = *D o m n i n a e matris Prosdoces et Veronicae, april. 15, n. 28.*

36. VIRGINIS] *Ex modo dictis mendum est, et ea laterculi pars ita ordinanda :*

**<Antiochia> Prosdoce et Veronicae virginum et Domninae cum suis virginibus simul coronatae.**

*Lege et quae notata sunt ad april. 9, n. 5. Martyrologium Romanum :* Interamnae sanctae Domninae virginis et martyris cum sociis virginibus coronatae. *Haec in Florum Lugdunensem tandem refunduntur* [10], *praeter loci indicium, quod Adoni debetur. Ubi scribit enim* item *id est hoc loco,* Interamnae. *Nulla unquam fuit Domnina martyr Interamnae, eiusque nomen titulo Interamnensi inscriptum est a falsario. De his ad diem 15 feb., n. 15.*

44. VALERIANI] *Supra, n. 3.*

47. OPTATI] *Supra, n. 22, cum S a t u r n i n i, n. 24.*

49. ARCILAI] *April. 15, n. 12.*

50. SIMPRONI] *Nudum nomen.*

51. FRONTONI] *Infra, n. 57, supra, n. 25: F r o n t i n i.*

52. MAXIMI] *Supra, n. 20 ; n. 4: M a x i m i a n i.*

53. DECENIAE] *Al. D e c i m a e. April. 12, n. 43 : D e c i m i, nisi legendum est D o m n i n a e, ut supra, n. 35.*

54. MARCIAE] *Supra, n. 26, item C o r n i l a e, n. 27.*

57. FRONTONI] *In superioribus, n. 25, habuimus F r o n t i n u m inter martyres. Ut advertit Florentinius* [11], *facilis fuit lapsus a Frontino ad Frontonem ; de cetero vid. n. 51. Nec dubium quin monachum illum intellexerint cuius gesta narrantur in Vitis Patrum* [12].

**Alexandria Frontoni monachi.**

ADDITAMENTA] *L a n d i b e r t i abbatis Fontanellensis dein episcopi Lugdunensis, de quo obiter Gesta Abbatum* [13]. *Eius Vita edita est* [14].

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : N e a p o l l o n i s = Apollonii, n. 9.*

*Cod. Taml. : A p a t i = Appia (via) n. 13.*

*D o n a t i, april. 12, n. 50*

*P a t i i = Pati, n. 23, id est Optati. Cf. tamen A p a t i.*

*P r o n t i i = Frontini, n. 25.*

[1] DUCHESNE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVI, p. 33. Cf. J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 75-77 ; F. LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda*, p. 34-40. — [2] *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, p. 412.— [3] *M.G.*, Epist., t. I, p. 367. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 507. — [5] Ibid., t. II, p. 11. — [6] Ibid., t. II, p. 60. — [7] *BHL.* 5234, 5235, n. 24. — [8] Ibid., n. 15. — [9] *BHL.* 8460. — [10] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 330. — [11] *Vetustius ecclesiae occidentalis martyrologium*, p. 438.— [12] *BHL.* 3189. — [13] LOEWENFELD, *Gesta abbatum Fontanellensium*, c. 10, p. 31. Cf. p. 17, annot. 1. — [14] *BHL.* 4675. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 170.

# XVII KAL. MAI.

**Picino in aureo monte natale Maronis Messoris Proclinae Mositis. in Mesopotamia Arcilai Comatis Cipriani Vironicae Acutae Diogenis diaconi cum duobus fratribus. in Antiochia Syriae Prosduci Veronicae et Dominae filiae eius Octaviae Potamiae [a] Prodenti. Taudia Galatiae quo Amaliae Arcilai Potami. in Spaniis Caesaraugusta Luperci Apodemi cum duobus fratribus Marciani item Marciani Felicis Fausti Marcialis Fortunati Silvani Luciani. et alibi sancti Georgii. in Autisiodero Galliae dedicatio baptisterii qui est iuxta basilicam sancti Germani episcopi et confessoris [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) depositio sancti paterni episopi et scubilionis (scubilioni LV ; scubilionę M) abbatis MKLV. — b) ubi sunt conditę (condite S) reliquię sancti iohannis evangelistae. in eadem die (eodem dię S) dedicatio (dedicatione W) altaris sancti iuliani martyris qui brivate (privatę MLV, briviade S, brivatę C) partibus (passus C) est SWMKLV.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. cipino E | 2-4. *om.* E | 5. nt̃ E ; *om.* BSW | 9. mosetiș B | 11. mesopotā EB | 12. arcelai S ; archelai W | 13.comati B ; *om.* SW | 14.cypriani BW ; *add.* comati SW (*cf.* 13) | 15. vironice W ; veronicę S | 16. agute S¹ ; aguti S² | 18. diac̃ E | 20-21. duob : ffbus E | 23. antioc̃ E ; anthiociə B ; anthiochia S ; antiocia W | 24. siriae EW | 25. prosdoci BS ; prusduci W | 26. vironicę B ; veronici S ; vironiaę W | 28. dioninę B ; deonine S ; deoninę W | 29. filie B ; filia W ; filii S | 32. pomiae E | 33. praditi E | 34-35. taidi agalatiae E | 34. in taudia SW | 35. galac̃ B ; galacię W ; gallatię S | 37-38. malarchilai W | 37. amal BS | 38. archalai S | 41. spanis E | 42. caesar agusta E ; cesaraugusta B ; cesariae S ; cęsarię W ; *add.* passio sanctorum BSW | 43. luberci SW | 44. apomidi B ; apodomi W ; apodimi S | 46-47. duob. ffbus E | 49. it̃ E | 50. martiani W | 51.*add.* item felicis BSW | 54.furtunati S ; furnati W | 59-60. sc̄ae georgiae E | 60. giorgi W ; iorgi S | 61-74 *om.* E | 62. autesiodero B ; autisisiodere S¹ ; autisiodoro S² | 63. galacie B¹ ; gallileae W ; gałł S | 65. baptistirii W | 66. que B | 69. basilica SW | 72-74. *om.* S. | 74. confessores W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Pricino nat. Maronis et Meroris episcopi et in aureo monte Misae Proclinae Arcelai et sancti Paterni episcopi. — TAML. : Maronis Messoris Mossitis Archilaii Cipriani Proclinae Lotae Tertiae Acutae Dionicae Potamicae Perdentii Dioginis diaconi Felicis Marciani bis Fausti Marcialis Silvani Fortunati Luciani Leonidis. — RICH. : In Picino Maronis et Messoris episcopi in Mesopotamia Comati Cypriani in Antiochia Syriae Prosducae in Spaniis Luperci martyris.

## APRIL. 15

*1.* PICINO] *Id est* P i c e n o. *S.* M a r o n i s *Acta Passioni SS.Nerei et Achillei inserta sunt* [1]. *Missus est Maro* in centesimo trigesimo in Salaria via, *et ab hinc miliario secundo martyrio donatus. Montis Aurei incertus est situs. Nihilominus scribendum est :*

**Piceno in Aureo monte natale Maronis.**

*S. Maro variis in locis Piceni et in Sabinis colitur. Est ubi San Maroto nuncupetur* [2].

*7.* MESSORIS] *In codd. Cambr. et Rich.* *M e r o r i s (M e s s o r i s) e p i s c o p i, quo iure nescio. Suspicor nomen corruptum ex* MESO]*p o t a m i a, n. 11. Infra, n. 32 : Meso*]POTAMIAE.

*8.* PROCLINAE] *Prodinae? Cf. n. 33 : P r o d e n t i ; n. 25 : P r o s d u c i, id est P r o s d o c a e.*

*9.* MOSITIS] *Al. M o s s i t i s, cf. n. 7: M e s s o r i s.*

*11.* MESOPOTAMIA] *Apte cum A r c i l a i, id est A r c h e l a i, connecti ostendunt Acta Archelai seu* Disputatio habita in Carcharis civitate Mesopotamiae Archelai episcopi adversus Manen [3] :

**in Mesopotamia Archelai.**

*13.* COMATIS] *Nudum nomen.*

*14.* CIPRIANI] *April. 12, n. 124.*

*15.* VIRONICAE] *Infra, n. 26.*

*16.* ACUTAE] *Al. A g u t e, lectio incerta.*

*17.* DIOGENIS] *Cum aliis diebus tum 7 aprilis nuntiatus est Diogenes martyr Antiochenus, qui die 10 iul. Domninae et filiabus (infra, n. 22-28) rursum sociatur. Nullo tamen alio loco d i a c o n u s praedicatur.*

*20.* CUM DUOBUS] *Hac dictione c u m d u o b u s f r a t r i b u s Diogenis fratres designari incertum est, quia totis verbis rursum cum A p o d e m i, n. 45-47 coniungitur.*

*23.* IN ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum, ad diem 20 aprilis : ἐν Ἀντιοχείᾳ Πρόσδοκος καὶ Βερνικᾶ καὶ Δόμνιος. Laudationem εἰς τὰς ἁγίας μάρτυρας Βερνίκην καὶ Προσδόκην παρθένους καὶ Δομνίνην τὴν μητέρα αὐτῶν his auspicatur S. Iohannes Chrysostomus : Οὔπω εἴκοσιν ἡμέρας ἔχομεν σταυροῦ μνείαν ἐπιτελέσαντες καὶ ἰδοὺ μαρτύρων μνείαν ἐπιτελοῦμεν* [4]. *Recte advertit Montfaucon* [5] *homiliam de Cruce in die Parasceves biduo ante Pascha pronuntiatam fuisse, proindeque explodendum esse Graecorum calculum qui putantes illam Crucis memo-*

[1] *BHL.* 6064 ; *Act. SS.*, Maii t. III, p. 11-12. — [2] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 393. — [3] CH. H. BEESON, *Hegemonius Acta Archelai* (Leipzig, 1906), p. 1. — [4] *BHG*². 274. — [5] *P.G.*, t. L, p. 629.

*riam*

*riam festum esse Exaltationis S. Crucis (14 sept.), sanctas martyres quarta die octobris commemorant*[1]. *De iisdem S. Augustinus:* Sed quaedam, inquiunt, sanctae feminae tempore persecutionis, ut insectatores suae pudicitiae devitarent, in rapturum atque necaturum se fluvium proiecerunt eoque modo defunctae sunt, earumque martyria in catholica ecclesia veneratione celeberrima frequentantur [2]. *Nominum ordo hic quoque servandus videtur, proindeque additamentum f i l i a e e i u s repudiandum, vel emendandum:*

**in Antiochia Syriae Prosdocae, Veronicae et Domninae (earum matris).**

31. OCTAVIAE] *Infra, n. 34, T a u d i a, id est T a v i a, cum syllaba praefixa : o c* ] TAVIA.

32. POTAMIAE] *Lege M e s o*] POTAMIAE. *Infra, n. 39: P o t a m i.*

33. PRODENTI *= Prosduci, n. 25, id est P r o s d o c a e.*

34. TAUDIA] *Lege T a v i a. Tavium enim est civitas in Galatia. Quosnam tulerit martyres, neque ex martyrologio, neque ex Passione perquam fabulosa S. Meletii et sociorum* [3] *satis certo discimus* [4].

36. QUO AMALIAE] *April. 16, n. 68: G o a m a l i, lectio certe corrupta nec facile emendanda.*

38. ARCILAI] *A r c i l a i P o t a m i, lege M e s o*] *p o t a m i* [*a A r c h e l a i. Itera tur quae supra, n. 11, 12.*

41. IN SPANIIS] *Die 16 aprilis, in libris Mozarabum nuntiantur cum S. Engratia XVIII martyres Caesaraugustani* [5], *de quibus iam in martyrologio ad diem 22 ian. Ex his hodie soli numerantur:*

*43. L u p e r c i*
*44. A p o d e m i*
*51. F e l i c i s*
*52. F a u s t i*
*53. M a r c i a l i s.*

48. MARCIANI] *Hodie bis (n. 50), semel april. 16, n. 42, april. 17, n. 9. Idemne cum M a r c i a l i (n. 53) ?*

54. FORTUNATI] *Cum S i l v a n o, L u c i a n o (n. 55, 56), iterum april. 16, n. 65-67. Solus Fortunatus april. 17, n. 8, et proximis diebus.*

60. GEORGII] *April. 25, n. 24.*

62. AUTISIODERO] *De basilica S. Germani Autissiodori tum in variis monumentis tum maxime in Gestis episcoporum huius civitatis saepissime. Limpida est martyrologii enuntiatio:*

**in Autisiodoro Galliae dedicatio baptisterii qui est iuxta basilicam sancti Germani episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] *P a t e r n i episcopi Abrincensis eiusque socii S c u b i l i o n i s Vita a Fortunato conscripta est* [6]. *Iterum april. 16.*

*A l t a r i s S. I u l i a n i. Basilicae S. Iuliani mentio fit in Gestis episcoporum Autissiodorensium, inde ab Aunario seu Aunachario episcopo* [7].

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : M e r o r i s = Messoris, n. 7.*

*M i s a e = Mositis, n. 9 ?*

*Cod. Taml. : L o t a e, april. 16, n. 7.*

*T e r t i a e, april. 16, n. 8.*

*P e r d e n t i i, Prodenti, n. 33, id est: P r o s d o c a e.*

*L e o n i d i s, april. 16, n. 13.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 106. — [2] *De civitate Dei*, I, 26, 1. Cf. EUSEBII *Hist. eccl.*, VIII, 12, 5; *Origines du culte des martyrs*, p. 230. — [3] *BHG*. 1249. — [4] *Les martyrs de Tavium*, in *Anal. Boll.*, t. XXXVIII, p. 374-87. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 460 ; ID , *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, p. 272 — [6] *BHL*. 6477. — [7] DURU, *Bibliothèque historique de l'Yonne*, t. I, p. 329.

# XVI KAL. MAI.

I | II

**In Achaia Corintho civitate Calisti Carisi Lotae**

| **Leonedis**

**Tertiae Christianae Gallae Theodosiae**

**Leonidis Calistae. et Romae in Portu** |
**Martialis. et in Collo Liveris Vincenti** |

**item Carissi omnium in mare mersorum Caritonis Caelestae cum aliis V Nicae Galliniae Moniciae Nigiae. et alibi Marciani Antani Felicis Hermogenis**

| **Vincenti**

**Tertii**

| **Calistae.**

**et in Mauritania Talis et Basiliae. et in Ponto**

| **Inscla Celli**

**Marcialis Felicis item Felicis Fausti Furtunati Silvani Luciani Goamali Parcilai Leonedis Micae Gallieni Marciani Faustini Luciani [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et in collo liveris vincentii et in constantino scisciago monast(er)io depositio paterni episcopi S ; iocundi C.

*Var.lect.codd.* (I) E ; (II) BSW.— 1-2. *om.* E | 3. corinto EBS | 4. civī E ; civitaẗ W ; *add.* natale sanctorum SW | 5. calesti BS | 6. carissi BSW ; *add.* leonedis SW | 7-12. *om.* E¹ ; *add. ipsa 1 m. in marg.* | 7. lute B ; lote W ; lode S | 8. *om.* SW (*cf.* 6) | 9. terciae W | 10. xp̄ianae EBW ; xp̄iane S | 11. calle B ; galle S | 12. teodosiae E ; theodorę B ; theodore SW | 16. rom̄ E | 25. *om.* SW | 27-30. *om.* E | 30. mersi SW | 31. cantonis E ; caritoni W | 32. calestę B ; calistę W ; cariste S ; caelesiae E | 34. alis E | 36. nice S | 37. gallinicę W ; calliniae S | 38. municię B | 39. nigrae S | 41. aliis B | 42. marciane S¹ | 43. aniani B ; eniani SW | 45. hermoginis E ; hermonis W | 49. *om.* SW | 51. mauriẗ E ; mauritañ B | 52. natalis B ; natale S ; natł W | 53. *om.* BSW | 54. basilii B | 55. *om.* SW | 60. *om.* S | 62-63 *om.* BSW | 64. *add.* item felicis B ; felicis SW (*cf.* 62-63) | 66. salvani B | 68. gomali E ; guamali W | 69. par cilati B | 70. eonedis E ; leonidis S | 72. gallieniae S | 74. *add.* et SW | 75. et dep̄ abboni ep̄i mettinsis *add.* B².

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : In Recento nat.Carisae Leonidis et Calistae et Romae Marcialis et Colloliveris Vincentii. — TAML. : Carisae Lectoris Christianae Calistae Teodorae Gallidae Niciae Calliniae Monicae Nigiae Basiliae Leonidis Vincentii Caritonis cum aliis V Vincentii Marciani bis Martirialis Cenobieris Antonii Felicis Tertii Eniani Martialis Silvani Lucani Cantonis Calisti et aliorum XV. — MON. : In Achaia Corintho natalis sanctorum Calisti Carisi Lotae Leonedis alibi Marcialis. — RICH. : In Corintho Carisi Leonidis et Rome Vincentii in Mauritania Basiliae in Ponto Martialis Felicis Faustini Luciani.

## APRIL. 16

*1.* IN ACHAIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Κορίνθῳ τῆς Ἀχαίας Λεωνίδης καὶ ἕτεροι μάρτυρες. Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [1]:

P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) LEONIDI MAR(*TYRIS*)

*In synaxariis Graecorum nunc 15 april. nunc 16 et etiam 17 nuntiatur* [2]: *Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων... ἐκ τῆς χώρας Ἑλλάδος*

| | |
|---|---|
| *Λεωνίδου* | *Leonidis, n. 8, 13, 70.* |
| *Χαριέσσης* | *Carisi, n. 6; n. 26: Carissi; n. 31: Caritonis.* |
| *Νουνεχίας* | *Moniciae, n. 38.* |
| *Βασιλίσσης* | *Basiliae, n. 54.* |
| *Νίκης* | *Nicae, n. 36; n. 39: Nigiae; n. 71: Micae.* |
| *Γαλήνης* | *Galliniae, n. 37; n. 11: Gallae; n. 72: Gallieni.* |
| *Κάλλιδος* | *Calisti n. 5; n. 14, 48: Calistae; n. 32: Caelestae; n. 52: Talis (Κάλλις).* |
| *Θεοδώρας* | *Theodosiae, n. 12.* |

*Hos sanctos in mare mersos esse testatur eorundem Passio, cuius epitomen habemus in Syna-*

[1] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336.— [2] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 604, 605-609.

*xariis* [1], *et qua usus est Nicephorus Gregoras in Passione S. Codrati* [2]. *Editum est* Κονδάκιον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λεωνίδη καὶ τῶν ζ' παρθένων, *a melodo 11 decembris affixum* [3]. *S. B a s i l i (s s) a c u m s e p t e m a l i i s* *commemoratur mart. 19, n. 16.*

**in Achaia Corintho civitate Leonidis, Carissae, Galliniae, Theodorae, Nicae, Nuneciae, Callis, Basili(ss)ae, omnium in mare mersorum.**

*Martyrologii Romani enuntiatum:* Corinthi natalis sanctorum martyrum Callisti et Charisii cum aliis septem qui omnes in mare demersi sunt *suppeditavit Florus Lugdunensis, qui novem martyres numeraverat et virgines in viros commutaverat.*

5. CALISTI] = *Κάλλιδος. Infra, n. 14, 48: C a l i s t a e; n. 32: C a e l e s t a e; n. 52: T a l i s. Supra, ad n. 1.*

6. CARISI] = *Χαριέσσης. Infra, n. 26: C a r i s s i; n. 31: C a r i t o n i s. Supra, n. 1.*

7. LOTAE] *Solo nomine nota.*

9. TERTIAE] *Al. T e r t i i. Lege quae notata sunt ad n. 47.*

10. CHRISTIANAE] *Solo nomine nota.*

11. GALLAE] = *Γαλήνης; infra, n. 37: G a l l i n i a e; n. 72: G a l l i e n i. Supra, n. 1.*

12. THEODOSIAE] = *Θεοδώρας. Supra, n. 1.*

14. CALISTAE] *Supra, n. 5: C a l i s t i.*

16. ROMAE] *Perspicuum quidem est enuntiatum codicis E: R o m a e i n P o r t u M a r t i a l i s sed nequaquam probandum. Praeterquam enim quod de Martiali in Portu Romano nemo unquam audivit, videtur a die proximo april. 15, n. 53 Martialis martyr Hispanus cum aliis nonnullis huc allatus. Paulo infra, n. 57, 60 recurrit i n P o n t o M a r c i a l i s.*

24. VINCENTI] *Etiam infra, n. 46. Haec S. V i n c e n t i i commemoratio in omnibus codicibus die 19 april., n. 37 inscripta est. Lege:*

**in Caucoliberi Vincenti.**

26. CARISSI] *Supra, n. 6: C a r i s i.*

31. CARITONIS] = *Χαριέσσης, supra, n. 6.*

32. CAELESTAE] *Supra, n. 5: C a l i s t i.*

36. NICAE] = *Νίκης; infra, n. 39: N i g i a e; n. 71: M i c a e.*

37. GALLINIAE] *Supra, n. 11: G a l l a e.*

38. MONICIAE] *Νουνεχίας, supra, n. 1.*

39. NIGIAE] *Supra, n. 36: N i c a e.*

42. MARCIANI] *Infra, n. 73; april. 15, n. 48, 50; april. 17, n. 9.*

43. ANTANI] *Potior videtur lectio A n i a n i. Non est autem nomen martyris sed vocabulum ortum ex geminatis syllabis* ANI ANI *proximi nominis M a r c i* ANI.

44. FELICIS] *Infra, n. 61, 63; april. 15, n. 51.*

45. HERMOGENIS] *April. 17, n. 5; 18, n. 8.*

46. VINCENTI] *Supra, n. 24.*

47. TERTII] *Num martyris nomen sit dubitari potest. Tertius enim iudex Corinthi fuisse traditur, cuius loco successerit Venustus, qui Leonidem cum septem virginibus (n. 1) damnavit* [4]. *Supra, n. 9: T e r t i a e.*

48. CALISTAE] *Supra, n. 32.*

51. IN MAURITANIA] *Nomina martyrum exciderunt. Quae enim sequuntur sunt ex virginibus Corinthiis.*

52. TALIS] = *Κάλλις. Supra, n. 5: C a l i s t i.*

54. BASILIAE] = *Βασιλίσσης, supra, n. 1.*

57. IN PONTO] *Supra, n. 18: in P o r t u (Romano).*

58. INSCLA CELLI] *Aenigma est.*

60. MARCIALIS] *April. 15, n. 53.*

61. FELICIS] *Supra, n. 44.*

64. FAUSTI] *April. 15, n. 52. Infra, n. 74: F a u s t i n i.*

65. FURTUNATI] *Adde nomina S i l v a n i, n. 66, L u c i a n i, n. 67. April. 15, n. 54, 55, 56. Fortunatus rursum april. 17, n. 8 et proximis diebus.*

68. GOAMALI] *April. 15, n. 36: Q u o a m a l i a e.*

69. PARCILAI] *April. 15, n. 12: A r c i l a i.*

70. LEONEDIS] *Supra, n. 13, cf. n. 1.*

71. MICAE] *Supra, n. 36: N i c a e.*

72. GALLIENI] *Supra, n. 37: G a l l i n i a e.*

73. MARCIANI] *Supra, n. 42.*

74. FAUSTINI] *Supra, n. 64: F a u s t i.*

75. LUCIANI] *Supra, n. 67.*

ADDITAMENTA] *P a t e r n i, episcopi Abrincensis Vitam scripsit Venantius Fortunatus* [5]. *In C o n s t a n t i n o pago, Le Cotentin, monasterio Sesciaco, (Saint-Pair, près Granville, Manche) depositus est Paternus* [6].

**in Constantino Scisciago monasterio depositio Paterni episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: R e c e n t o* = *Corintho, n. 3.*

*Cod. Taml.: L e c t o r i s* = *Leonidis, n. 8.*

*A n t o n i i* = *Antani, n. 43.*

*E n i a n i* = *Aniani, Antani, n. 43.*

*L u c a n i* = *Luciani, n. 67.*

*C a n t o n i s* = *Caritonis, n. 31.*

[1] Ibid., p. 609-610. — [2] *BHG*². 358, n. 11-13. — [3] PITRA, *Analecta sacra*, t. I, p. 630-32. — [4] *BHG*². 358, n. 11. — [5] *BHL*. 6477. — [6] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 224.

# XV KAL. MAI.

**In Antiochia Petri diaconi Hermoginis ministri Petri Furtunati Marciani. in Africa Barucci Quinti Mappalici Victorici Donati Ianuari Macori Galli [a] Theodorae Iuliani presbiteri Meceonis [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) in fontenella monasterio depositio uuandone (uuandoni KLV) presbiteri et abbatis. in africa MKLV — b) miggini diomedis filippiani C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. antioč E ; anthiocia W ; anthiochia S ; *add.* natale sanctorum SW | 4. diač EW ; *add.* et BSW | 5. hermogenis BSW | 8. fortunati B | 11. affr̄ E ; afreca W | 12. barrucci B ; baruci W ; barici S | 13. *om.* W | 14. mappali E¹ | 15. victurici BSW | 17. ianuarii BW | 18. maconi BSW | 20. theodore BS | 21. riliani S | 22. prƀ E ; prƀi SW ; *add.* et BSW | 23. maceoni B ; meceoni W ; mustioni S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Antiochia nat Petri diaconi et Hermoginis et in Affrica nat. Furtunati et Marciani. — TAML. : Petri diaconi Furtunati Quinti Marciani Baruci Mapolicii Galli Victoricii Donati Ianuarii Maconi Hermoginis Ministri Marciani Iacobi. — MON. : In Antiochia natalis sanctorum Petri diaconi et Hermogenis ministri sancti Petri. — RICH. : Antiochia Petri diaconi et Ermogenis et in Affrica Furtunati et Martiani Quinti Mappalici Baruci Victurici Donati Galli Iuliani.

## APRIL. 17

*1.* IN ANTIOCHIA] *Nec Petrus nec Hermogenes Antiochiae passi sunt. E reliquis solus* Macharius, *si tamen vera est nostra emendatio ad n. 18, cum Antiochia apte conectitur.*

*3.* PETRI] *Quae de Petro et Hermogene proferuntur Acta deperdita suppeditasse videntur. Hermogenem Melitinensem esse ex dicendis ad diem 18 april. n. 8, palam fiet. Atqui Passio martyrum Edessenorum celeberrimis persecutionis Diocletiani athletis connumerat Πέτρον ἐν Μελιτινῇ* [1]. *Hinc sit utriusque breve elogium :*

**<Melitinae> Petri diaconi et Hermogenis ministri Petri.**

*8.* FURTUNATI] *April. 15, n. 54 ; 18, n. 33 ; 19, n. 19 ; 20, n. 16.*

*9.* MARCIANI] *April. 15, n. 48 ; 16, n. 42.*

*11.* IN AFRICA] *Nomina haec, pleraque certissime martyrum Africanorum, non hodie tantum recensentur.*

| | |
|---|---|
| *12.* Barucci | *april. 12, n. 95.* |
| *13.* Quinti | *april. 12, n. 47.* |
| *14.* Mappalici | *april. 18, n. 36.* |
| *15.* Victorici | *april. 18, n. 5.* |
| *16.* Donati | *april. 12, n. 50 ; april. 18, n. 14.* |
| *17.* Ianuari | *april. 12, n. 45 ; april. 18, n. 15.* |

*18.* MACORI] *Facilis est emendatio* Macari, *num et certa? Hinc coniectura :* in Antiochia Macharii (*supra, ad n. 1*). *De Machario martyre Antiocheno, cf. april. 7, ad n. 1. At quoniam statim subsequuntur nomina martyrum Corinthiorum (april. 16, n. 1), vereor ne vocabulum* Macori *monstrum quoddam sit ex divulsis membris* MA[ppalici] CORI [nthi] *coagmentatum.*

*19.* GALLI] *April. 16, n. 11 :* Gallae, *graece : Γαλήνης.*

*20.* THEODORAE] *April. 16, n. 12 :* Theodosiae, *reapse Θεοδώρας.*

*21.* IULIANI] *Ceterum ignotus est* Iulianus pr sbyter.

*23.* MECEONIS] *Al.* Mustioni *April. 18, n. 16 :* Micionis. *An conferendum cum april. 16, n. 38 :* Moniciae, *al.* Munidiae, *graece Νουνεχίας ?*

[1] VON GEBHARDT - VON DOBSCHÜTZ, *Die Akten der Edessenischen Bekenner*, p. 6.

# XIV KAL. MAI.

**Salona civitate Septimi diaconi Victorici. et alibi Hermoginis [a]. et in Africa Victoris Pampilici Donati Ianuari Micionis Domni Turimuni Sirici Prisciani [b]. Romae Eleuteri episcopi et Anteae matris eius Parteni Caloceri Febi Proculi Appolloni Fortunati Crispini Expediti Mappalici Victorini Gagi [c].**

*Addunt codices pleniores:* a) dionisii C. — b) iocundi C. — c) autisiodero in gallea (galł W) dedicatio altaris (alari S) senioris ecclesiae SMWKLV.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. salonas E ; in salona SW | 2. civi E ; civit B ; *add.* natale sanctorum SW | 4. diac̄ E | 5. victurici BSW | 8. hermogenis BS ; hermonis W | 9. *om.* SW | 10. *add.* $B^1$ *int. lin.* | 11. aff E | 13. pampyli B ; pamphyli W ; phamphili S | 15. ianuarii BSW | 16. imicionis B ; mitionis S | 18. turemuni BSW | 19-20. *litt. minoribus in* B | 19. syrici SW | 21. rome E ; rom̄ W ; *add.* natale sanctorum SW | 22. elioteri $B^1$ ; eleotheri $B^2$ ; eleutheri W ; eleutherii S | 25. antię $B^1$ ; anthię $B^2$ ; antiae SW | 26. mat̄ E | 27. *add.* et B | 28. pteni W | 29. colociri $B^1$ ; colceceri $B^2$SW | 32. apolloni BW | 33. furtunati BSW | 35. expetiti S | 37. victurini BSW ; *add.* et SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Salona nat. Septimi diaconi et in Affrica Victuris Romae Paterni et Caloceri. — Taml. : Septimi diaconi Ianuarii Victoris Paterni Victoricii Calocerii Pampi Lycii Donati Iuliani Micionis Domni Hermoginis Pamphili Turini Mumi Sirici Prisciani et aliorum XV. — Mon. : Salona civitate natalis sanctorum Septimi diaconi Victorici Tuscia Eleutherii episcopi. — Rich. : In Salona Septimi diaconi Victurici in Affrica Victoris Pamphili Donatae Rom. Partenii et Caloceri et Eleutherii episcopi Apollonii.

## APRIL. 18

*1.* SALONA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Σαλώνῃ Σεπτίμιος καὶ Ἑρμογένης. *Ut recte diudicavit L. Duchesne* [1], *Hermogenes Salonitanus non est, et rima est in laterculo, quam explere conabimur. De Septimio nulla est dubitatio. Eius enim anniversaria dies inscripta est in marmore Salonitano* [2]*:*

NATALE S(*e p t i*)MI (*m a r t y r i s*) DIE XIIII KAL MAIA(*S*)

*Effigies eius expressa est in musivo oratorii Sancti Venantii Lateranensis, habitu clericali* [3], *cum hac epigraphe:*

SCS SEPTIMIVS

*Scribatur proinde:*

**Salona civitate Septimi diaconi.**

*5.* VICTORICI] *April. 17, n. 15. Certe non est martyribus Salonitanis annumerandus. Prorsus enim de Victorico silent Dalmatiae monumenta* [4]. *Infra, n. 37:* V i c t o r i n i.

*8.* HERMOGINIS] *Iam seiunximus Hermogenem (supra, ad n. 1) a Septimio Salonitano* [5]. *Restat ut inquiramus in qua tandem civitate vel regione collocandus sit. Haec autem ex libris nostris colligimus:*

*april. 17:* Petri diaconi et Hermogenis ministri Petri.
*april. 18:* alibi Hermogenis.
*april. 19:* in Armenia Melitana civitate Hermogenis.
*april. 27:* in Armenia Militana civitate Hermogenis et Helpidi.
*maii 2:* in Armenia civitate Militana Helpidi et Hermogeni.
*maii 3:* in provincia Asiae in Luminata civitate natale Hermogenis de antiquis
*maii 3:* (*Breviarium syriacum*) ἐν Μελιτινῇ Ἐλπίδιος καὶ Ἑρμογένης μάρτυρες.

*Eiusdem sane Hermogenis multiplex est annuntiatio. Eo certius autem est loci indicium, quod 17 aprilis Petro martyri Melitinensi sociatus videtur. Scio equidem Petrum sub Diocletiano passum esse, si credendum est Actis sanctorum Edessenorum, Hermogenem autem in alia persecutione, cum* d e a n t i q u i s *esse perhibeatur. At vero Actis illis fidem praestandam crediderim ubi « loca sanctorum » significant, non tamen indubiam in ratione temporum. Recte igitur scribunt codices:*

**alibi Hermogenis.**

*Alibi, id est Melitinae.*

*11.* IN AFRICA] *Martyribus Afris, quorum nonnulli iam heri nuntiati sunt, peregrini aliquot permiscentur.*

[1] « A Salone on ne connaît pas d'Hermogène ; il est probable que l'abrégé syriaque a laissé tomber une rubrique géographique. » L. D. Aliis in locis secuti sumus breviarii lectionem, ut iacet. *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 406 ; t. XXIII, p. 15, quae deinde delenda voluimus, ibid., t. XLVII, p. 87. — [2] *Forschungen in Salona,* t. II, p. 92, n. 157. — [3] De Rossi, *Musaici cristiani delle chiese di Roma,* Abside dell' Oratorio di San Venanzio ; Wilpert, *Die römischen Mosaiken und Malereien,* pl. 111. — [4] Nil iuvat ostendisse, si tamen ostenditur, ex unius VICTVRI epitaphio Victurici nominis in regione frequentiam. J. Zeiller, *Les origines chrétiennes dans la province de Dalmatie* (Paris, 1906), p. 90. — [5] Nec refert quod quaedam VALERIA HERMOGENIA in titulis Salonitanis reperitur. Zeiller, ibid.

*12.* VICTORIS] *April. 20, n. 30. Ab aliis homonymis non facile discernendus. Cf. etiam supra, n. 5: Victorici, infra, n. 37: Victorini.*

*13.* PAMPILICI] = *Mappalici, infra, n. 36.*

*14.* DONATI] *April. 19, n. 21, 25; 20, n. 19. Cum Ianuari, n. 15: april. 17, n. 16, 17.*

*16.* MICIONIS] *April. 17, n. 23: Meceonis.*

*17.* DOMNI] *Ni vehementer fallor: Domnionis, episcopi, april. 11, n. 16, ab alio Salonitano, Septimio, n. 3, attracti.*

*18.* TURIMUNI] *Sitne nomen martyris, an civitatis,* Tauromeni *(?) in medio relinquimus.*

*19.* SIRICI] *April. 26, n. 12. Solo nomine notus, sicut et Prisciani, n. 20. Ex utroque coaluisse videtur, april. 19, n. 26: Serici [prisci]ani.*

*21.* ROMAE] *Habentur Acta cum graeca* [1] *tum latina* [2] *S. Eleutherii et matris eius Anthiae. In eo consentiunt quod Eleutherius Romae passus asseritur; de sede vero episcopali dissentiunt. Graecis enim, qui eum 15 decembris et 21 vel 20 iulii colunt* [3], *episcopus Illyrici est, Latinis episcopus Aecanus, Reatae cultus. Nodum intricatissimum solvere conati sunt A. Poncelet noster* [4] *et F. Lanzoni, qui et plurima de S. Eleutherii in Italia veneratione collegit* [5]. *In nostris libris 6 sept. et 24 nov. rursum inscriptus est; hodie in kalendario marmoreo Neapolitano* [6]:

N(ATALE) S(ANCTI) ELEVTHERII

*et etiam in kalendariis mozarabum* [7]. *Romanum martyrologium Eleutherium ascribit* Messanae. *Error in Florum Lugdunensem tandem aliquando refunditur, qui cum legisset in Passione:* in Apuliam civitatem HECANAM *seu* AECANAM, *properanter eadem his verbis expressit:* apud Messanam Apuliae civitatem [8]. *Num Eleutherius idem ille martyr sit qui in titulis* LIBERALIS *nuncupatur, certo definiri nequit* [9]. *Ceterum, codicum scriptio reformanda non est:*

**Romae Eleutheri episcopi et Anteae matris eius.**

*28.* PARTENI] *SS. Partheni et Caloceri martyrum Romae in coemeterio Callisti quiescentium anniversaria dies incidit in 19 maii. Vel alterum homonymorum par, vel Romanorum illorum in alia civitate festum commemorari opinabatur Rossius* [10], *non advertens ex errore legentis* XIIII kal. maii *loco* XIIII kal. iun. *eosdem martyres bis in martyrologio recenseri. In martyrologio Romano legitur:* Brixiae sancti Caloceri martyris *cet. Calocerus ille Brixiensis martyr Albingauni in Liguria praedicatur, de quo fuse in Actis SS. Faustini et Iovittae* [11] *et in Vita S. Secundi Astensis* [12]. *Legitur quidem* quarto decimo kalendarum aprilium *passus* [13]. *Falluntur nihilominus qui Calocerum illum Brixiensem fastis nostris inscriptum putant* [14]. *Legendum est:*

**<item Romae> Partheni, Caloceri.**

*30.* FEBI] *Nescio qua de causa rursum recolantur tres martyres S. Valentini socii, de quibus ad feb. 15, n. 7, april. 14, n. 8. Hinc:*

**<Interamnae> Ephebi, Proculi et Apollonii.**

*Apollonius igitur non est Romanus ille senator* [15] qui sub Commodo principe et Perennio praefecto ... a servo proditus quod christianus esset, iussus ut rationem fidei suae redderet, insigne volumen composuit *cet. Ita martyrologium Romanum. Primus erroris auctor fuisse videtur Florus Lugdunensis. Si standum est Actis Apollonii illius, ut nunc prostant: ἐμαρτύρησεν... πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν μαίου κατὰ Ῥωμαίους* [16], *id est april. 21, quo fit apud Graecos memoria τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἰσαακίου, Ἀπολλὼ καὶ Κοδράτου, qui erant θεράποντες τῆς βασιλίσσης Ἀλεξάνδρας* [17].

*33.* FORTUNATI] *April. 17, n. 8; 19, n. 19; 20, n. 16.*

*34.* CRISPINI] *April. 12, n. 112.*

*35.* EXPEDITI] *April. 19, n. 7.*

*36.* MAPPALICI] *April. 19, in kalendario Carthaginiensi:* XIII kalend. maias martyris Mappalici. *Iterum iterumque laudatur a S. Cypriano in epistulis* Mappalicus beatissimus [18].

**in Africa Mappalici.**

*37.* VICTORINI] *Cf. supra, n. 5: Victorici.*

*38.* GAGI] *April. 19, n. 6.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Pampi Lycii = Pampilici, n. 13, id est Mappalici.*

*Pamphili = item Pampilici, n. 13.*

*Turini Mumi = Turimuni, n. 18.*

[1] *BHG*² 568-571. — [2] *BHL.* 2450, 2451, 2451a, 2452. Cf. W. MEYER, *Die Legende des h. Albanus*, in *Abhandlungen der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, N. F., t. VIII, 1 (1904), p. 10-14. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 307, 831, 834. — [4] *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 409-26. — [5] *Le diocesi d'Italia*, p. 268-71. — [6] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [7] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 460-61. — [8] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 256-57. — [9] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 101, n. 23; p. 104, n. 38. Cf. *Les origines du culte des martyrs*, pp. 312, 457, n. 3. De Liberali, ad diem april. 24, n. 15. — [10] *Roma sott.*, t. II, p. 215. — [11] *BHL.* 2836. — [12] *BHL.* 7562-7564. — [13] *Act. SS.*, April. t. II, p. 526. — [14] F. SAVIO, in *Anal. Boll.*, t. XV, p. 30. — [15] *BHG*². 149. Cf. *Les Passions des martyrs et les genres littéraires*, p. 125-36. — [16] *BHG*². 149, 47. — [17] *Synax Eccl. CP.*, p. 619. — [18] *Epist.* X, 4; XXII, 2; XXVII, 1; HARTEL, pp. 492, 534, 541.

# XIII KAL. MAI.

**[a] In Armenia Militana civitate Hermoginis Gagi Expediti Aristonici Rufi Galatae una die coronatorum. Militanae Arminiae Rufi Hilari Aristonici Furtunati Gagi [b] Donati [c]. et in Africa Donati Sericiani [d] Elladi [e] item Hermoginis cum aliis duobus. Cauco liberi natale sancti Vincenti.**

*Addunt codices pleniores :* a) in fontenella monasterio depositio childeberti (chilberti episcopi KLV) abbatis MKLV. — b) maiulini C. — c) vitalis B. — d) item sericiani B ; item sereciani C. — e) serciani W.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. arminia B ; *om.* SW | 3. militania S | 4. civī E ; civit̃ B ; *add.* arminię SW | 5. hermogenis BSW | 6. *add.* rufi SW | 7. expetiti S | 8. aristoni S | 9. *om.* SW | 10. galate B¹S ; galathe B² | 11-13. *om.* E | 14. mitinae E ; militane S ; militinę W | 17. hilavi BW ; halavi S | 18. aristoceni S | 19. *add.* item B | 20-21. *transp.* donati gagi SW | 24. afī E ; afreca W | 25-26. *transp.* sericiani donati W | 25. *om.* S | 27. helladi B ; heladii W ; *om.* S | 28. serciani W : it̃ E ; *om.* S | 29. hermogenis BSW | 31. alis E | 32. *add.* in spaniis B | 33-34. cauco libri E ; calcoli heris B | 35. nt̃ E ; nat̃ SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Lasrani abbatis et Hermogenis et Expediti et in Spanis in Calcoliveris Vincentii. — Taml : Hermoginis Expediti Aristonici Zefani Gagi Mariae Galatae Militinae Arminiae Rufi Donati Elladii Ilarii Vincentii Allicionis Exsuperi Liberi et aliorum X. — Mon. : In Militana civitate Armeniae natalis sanctorum Hermogenis Gagi Rufi mart. Vincentii. — Rich. : Affrica Ermogenis et in Spaniis Vincentii et Gagi in Armenia Militene civitate Gagi Expediti Aristoni Cirufi Galatii.

## APRIL. 19

*1.* in armenia] *De sancto Hermogene disseruimus ad diem 18 april., n. 8. Gaium ceterosque qui enumerantur ex eius esse societate nullo comprobatur argumento neque constat ad quosnam ex istis martyribus referenda sit haec dictio una die coronatorum (n. 11-13).*

**in Armenia Melitana civitate Hermogenis.**

*6.* gagi] *Infra, n. 20 ; april. 18, n. 38.*

*7.* expediti] *Participium est, substantivorum more quandoque adhibitum, sed et cognomen Romanis usitatum. Quae de S. Expedito fabulantur quidam recentiores [1] silentio praeterire praestat.*

*8.* aristonici] *Ἄριστος martyr Alexandrinus de quo april. 21, n. 5. Infra, n. 18.*

*9.* rufi] *Breviarium Syriacum : Ῥοῦφος ὁ μάρτυς. Infra, n. 16.*

*10.* galatae] *Loci seu regionis potius quam hominis speciem praebet.*

*11.* una die] *Eodem die passos esse quotquot laterculus complectitur non prorsus negaverim ; eodem etiam loco, ut fert illa dictio, pernegandum.*

*14.* militanae] *Supra, n. 3. Sub eodem loci indicio iterum collocantur Rufus, n. 16, Aristonicus, n. 18, Gaius, n. 20, Hermogenes, n. 29, inter quos inserti sunt :*

*17. Hilari*

*19. Furtunati, april. 17, n. 8 ; 18, n. 33 ; 20, n. 16.*

*21. Donati, april. 18, n. 14 et saepius ; infra, n. 25.*

*24.* africa] *Solum Donatum (n. 21, 25) videtur Africa expostulare.*

*26.* sericiani] *April. 18, n. 19, 20 : Sirici, Prisciani. Unum vocabulum effecit homoeoteleuton :* sirici[*prisci*]ani.

*27.* elladi] *Nudum nomen.*

*29.* hermoginis] *Supra, n. 5, ubi quinque socios habere censebatur, die 17 april., n. 5, unum solum.*

*34.* cauco liberi] *Nunc Collioure, Pyrénées-Orientales arrond. Céret, canton Argelès. Supra, april. 16, n. 24. S. Vincentii diaconi Caesaraugustani, ian. 22, n. 10, commemoratio est.*

**Caucoliberi natale sancti Vincenti**

additamenta] *Vitalis : april. 21, n. 9.*

excerpta] *Cod. Cambr. : Lasrani, melius Lasriani, al. Molaisse, abbatis Lethglinnensis [2], kalendariis Hibernorum inscripta est memoria die april. 18.*

*Cod. Rich. : Aristoni Cirufi = Aristonici Rufi, n. 8, 9.*

[1] *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 425 ; t. XXV, pp. 90-98, 232 ; *Les légendes hagiographiques* [3], p. 87. — [2] C. Plummer, *Miscellanea hagiographica Hibernica*, p. 248, n. 271 ; p. 261, n. 153.

# XII KAL. MAI.

**I** | **II**

**In Alexandria Aradi presbiteri et Taciei.** |

**in Africa**

**natale sancti Silvani** [a] | **Serviani natale Araci Silvaniani**

**Furtunati Iohannis Honorati Donati Marciae Gemmae Corneliae**

| **item Gemmae Corneliae**

**Fortunatae** [b]**. Romae depositio sancti Victoris episcopi Felicis Alexandri Papiae** [c]**. et in cimiterio martyrum iuxta via Nomentana natale sanctorum Silvani Araiaci Donatae. in civitate Autisiodero depositio sancti Meriani presbiteri et confessoris** [d]**.**

*Addunt codices pleniores:* a) araiaci silvaniani CMKLV. — b) vincentię C. — c) everduno depositio sancti marcellini episcopi et confessoris silviani taraci donati quinti C. — d) et natale sancti genesii mart(yris) W².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. ala͞x E | 4. prƀ E | 8. aff̄ E ; afreca W | 9. nt̄ E | 12-13. natale sanctorum servani SW | 14. araiaci B²SW | 16. fortunati E | 18. orati BSW | 19. *om.* W | 20. marci B | 21. gemę W ; geme S | 22. comilię BW ; comilie S | 23. *om.* S | 24. gemme B ; geminę W ; gemine S | 25. cornilię W ; cornilii B | 26. furtunatę W ; furtunate S ; *om.* B | 27 rom̄ EW ; rome B | 28-29. *om.* E | 33. alaxandri E | 35-42. it̄ rome E | 35. *om.* SW | 37. cimiter̄ B ; cimīt W | 38. miliario W ; mło S | 39. *om.* S | 40-41. viamo mentana W ; via momentana S | 42-43. *in marg.* B² | 44. silvani EB¹ ; silviani B² ; salviani SW | 45. asaiaci E ; aiaraci S²W ; aiarici S¹ | 46. donate B ; donati S | 48-49. *transp.* autisiodero civitate S ; atisiodero civitate W | 48. civī E ; civit̄ B | 49. autisiodoro E ; autesiodero B¹ | 50. *om.* E | 52. martini BSW | 53. prƀ E ; prƀi SW | 55. confes̄ E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. Aradi prespiteri. — Taml. : Passio Heradii Acceti Silvani Fortunati Iohannis bis Marciae Gemnae bis Comiliae Corniliae Donate Fortunatae Papiae Romae Mariae Orati Donati Accessi Victoris Felicis Alaxandri Ciriacii Aradi Acciei Meriani Maximi et aliorum VIII. — Mon. : In Africa natalis sanctorum Silviani Furtunati Iohannis Orbati Donati Serviani. — Rich. : In Alexandria Aradi presbiteri Silvani Rom depositio Victoris episcopi Felicis Alexandri Silviani Autosiodoro civitate depositio Martini episcopi alibi sancti Senesii martiris.

## APRIL. 20

1. in alexandria] *Presbyter Alexandrinus qui april. 21, n. 5* A r a t o r i s *nuncupatur et* Ἄριστος *in breviario Syriaco, hodie sub nomine varie corrupto designatur :* A r a d i *(n. 3),* A r a c i *(n. 14),* A r a i a c i *(n. 45), et etiam, ni fallor* T a c i e i *(n. 6).*

7. in africa] *Omnia et singula nomina a n. 11 ad 26 Afrorum esse incertum est.*

11. silvani] *April. 15, n. 55 ; 16, n. 66, et infra, n. 44. Alia eiusdem nominis scriptio esse videtur tum* S e r v i a n i *(n. 12) tum* S i l v a n i a n i *(n. 15). Nominum quadam similitudine ductus, Florus Lugdunensis fastis hodie inscripsit* [1] *Sulpicium et Servilianum quos Acta SS. Nerei et Achillei* via Latina miliario secundo *sepultos esse asserunt* [2]*. Florum secuti sunt Ado et reliqui, unde in martyrologio Romano hisce sanctis locus factus est.*

16. furtunati] *April. 17, n. 8 ; 18, n. 33 ; 19, n. 19 ; infra, n. 26 :* F o r t u n a t a e, *et april. 21, n. 4.*

17. iohannis] *Solo nomine notus, item* H o n o r a t i, *n. 18, et* G e m m a e, *n. 21.*

19. donati] *April. 19, n. 21, et alias saepius ; infra, n. 46 :* D o n a t a e.

20. marciae] *April. 14, n. 26 ; 24, n. 51.*

22. corneliae] *April. 14, n. 27.*

26. fortunatae] *Supra, n. 16 :* F u r t u n a t i.

27. romae] *Ordo nonnihil turbatus facile restituitur ope laterculi diei 16 sept., qui, nescio ob quam causam, hodie exscriptus est, non tamen diligenter nec emendate. Praeterquam enim quod omissum est nomen* E m e r a n t i a n e t i s, *perperam additum est vocabulum* d e p o s i t i o, *cum non uno die martyres illos passos esse constet. Victor etiam non recte* e p i s c o p u s *nuncupatur* [3]*. Nam depositio Victoris episcopi neque in april. 20 neque in sept. 16 incidit, sed in iul. 28 :* Hic sepultus est iuxta corpus beati Petri apostoli in Vaticano V kal. aug., *teste Libro pontificali* [4]*. Emendationem quoque postulat dictio* i n c i m i t e r i o m a r t y r u m *(n. 36-38), ita legenda :* i n c i m i t e r i o m a i o r e. *Castigata ergo enuntiatio erit :*

**Romae in cimiterio maiore via Nomentana**

[1] Quentin, *Les martyrologes historiques*, pp. 365, 383. — [2] *BHL.* 6066 ; *Act. SS.*, April. t. II, p. 745-46. — [3] Rem aliter, non feliciter exponit Erbes, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. XXVI (1905), p. 54. — [4] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 137.

**Victoris**

**Victoris Felicis Alexandri Papiae <Emerantianetis>.**

44. SILVANI] *Supra, n. 11.*

45. ARAIACI] *Supra, n. 3: A r a d i ; n. 14: A r a c i.*

46. DONATAE] *Supra, n. 19: D o n a t i.*

52. MERIANI] *Codices alterius recensionis legunt M a r t i n i. Lege M a r i a n i, monachi Autissiodorensis saec. V, cuius Vita conscripta est* [1].

**in civitate Autiosiodoro depositio sancti Mariani presbiteri et confessoris.**

ADDITAMENTA] *G e n e s i i ; in cod. Rich.: S e n e s i i m a r t y r i s* [2].

EXCERPTA] *Cod. Taml.: H e r a d i i = Aradi, n. 3.*

*A c c e t i, cf. Taciei, n. 6.*

*C o m i l i a e = Corneliae, n. 22.*

*M a r i a e = Marciae, n. 20.*

*O r a t i = [Hon] o r a t i, n. 18.*

*A c c e s s i = Acceti, supra; cf. Taciei, n. 6.*

*C i r i a c i i = Araiaci, n. 45.*

*A c c i e i, cf. Taciei, n 6.*

*M e r i a n i. Est ubi scribatur M a r t i n i, etiam in Rich. Lectu digna sunt quae hodie in ipso initio partis hibernicae martyrologii Tamlactensis latine habentur:* Communis sollemnitas omnium sanctorum et virginum Hiberniae et Britanniae et totius Europae et specialiter in honorem sancti Martini episcopi.

[1] *BHL.* 5523. — [2] In cod. Sangall. 914 : *mart. et abbatis.*

---

# XI KAL. MAI.

**In Alexandria civitate Furtunatae Aratoris presbiteri Felicis Salvi Vitalis in carcere quiescentis. Romae in cimiterio Calisti via Appia Valeriani Maximi Tiburti [a]. et in Terracina Campaniae sancti Cessari. in Sicilia sancti Appelici [b]. et alibi Victoris Papiae Felicis. et depositio ApRunculi episcopi [c].**

*Addunt codices pleniores:* a) donati C. — b) iocunđi C. — c) depoš oedilvaldi prƀ E ; S... (*nota erasa in* S).

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *om.* E | 2. alaxãnd E | 3. civī E ; *om.* BSW | 4. furtunate S ; *praem.* nat̄ sc̄orum SW ; *add.* et B | 5. astoris S | 6. prƀ E ; prƀi W ; prƀt S | 8. silbi $B^1$ ; silvii $B^2$SW | 9. vitatis E | 11. cessar̄ E | 12. quiscentes S ; requiescentes W | 13. rom̄ EW ; rome BS | 14-18. *om.* E | 15. citer̄ $B^1$ ; cimitēr $B^2$ ; cimitrio W | 16. calesti B ; calestini SW | 18. *add.* natale sanctorum SW | 19. valeriān B | 21. tibertii BW ; tyburtii S | 24. terracena E ; taracina S | 25. campanie S ; *add*, nat̄. SW | 27. cesarii BS ; cęsarii W ; et *add.* BSW | 29. secilia $B^1$ ; *add.* nat̄ SW | 30. *om.* E | 31. amphellici B ; amphelici SW | 35. papie BS | 37. *om.* E ; *add.* alibi W ; alibi victoris papiae felicis et alibi S | 38. depoš EBS ; dep̄. W | 39. aprinculi S | 40. epiš E ; epī BSW.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : In Terracena Capodociae nat. Cesari et Furtunati.— TAML. : Cessari Aratoris Felicis Silvi Vitalis Valeriani Maximi Mariae Fortunatae Papiae Tiburtii Cesari Eugenii Victoris Petri et Pauli cum suis omnibus ApRunculi. — MON. : Romae in cimiterio Calisti via Appia natalis sanctorum Valeriani Maximi Tiburtii Alexandriae Furtunati. — RICH. : Alexandria Furtunati et Aratoris presbiteri Rom Valeriani Maximi Tirbutii et in Sicilia sancti Amphelici alibi Victoris Papiae Apruncuti episcopi.

## APRIL. 21

1. IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum* : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἄριστος ὁ πρεσβύτερος. *Hodie in libris nostris A r a t o r i s, n. 5; april. 20: A r a d i, A r a c i, cet. (n. 3, 14, 45); april. 19, n. 18: A r i s t o n i c i. Nomina autem* Arestos, Aristion, Aratus *in Aegypto frequentantur* [1]. *Seligenda videtur lectio:*

**in Alexandria Aristi presbiteri.**

4. FURTUNATAE] *April. 20, n. 26.*

7. FELICIS] *Infra n. 36; april. 20, n. 32; 23, n. 17, cf. annot. ad n. 27.*

8. SALVI] *Al. S i l v i. April. 23. n. 15. Cf. april. 20, n. 11: S i l v a n i ; n. 15: S i l v a n i a n i.*

9. VITALIS] *April. 23, n. 18; april. 19, solus B.*

10. IN CARCERE] *Non semel occurrit in libris nostris, v. gr. maii 2. Huiusmodi autem enuntiata saepe a loco suo mota sunt. Quare haec non necessario cum V i t a l i cohaerent.*

13. ROMAE] *Hodierna commemoratio in coemeterio Callisti SS. V a l e r i a n i, M a x i m i, T i b u r t i i, qui die april. 14 in coemeterio Praetextati celebrantur, non parum ve-*

[1] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 46, 71, 76.

*xavit*

*xavit eruditos. Opinatus est Rossius eos in Callisti translatos esse, ubi S. Caecilia, cuius socii esse feruntur, quiescebat* [1]. *Aliter Duchesne, qui Caeciliam potius pristinam sepulturam cum nova in Praetextati commutasse, ubi a Paschali pontifice* cum sponso Valeriano *inventa fuerit, argumentatur* [2]. *Salva tantorum virorum reverentia, neutra placet sententia ; nec enim translationes, quarum nullum in monumentis vestigium est, ad nodum solvendum adhibendae sunt. Loci indicium in* cimiterio Callisti via Appia, *quod ad Gaium pertinet, a die 22 april. pridie assumptum crediderim — id enim passim fieri perspeximus — et perperam laterculo innexum.*

**Romae Valeriani Tiburti Maximi.**

*Ceterum qua de causa martyrum memoria hodie iteretur, non liquet, quamquam nonnulli ab octavo post festum die rationem sumunt.*

*24.* IN TERRACINA] *Martyr Terracinensis, qui Romae colitur, Caesarius bis in hisce fastis inscriptus est, 21 april. et 1 nov. Et illam quidem commemorationem a principio Terracinae observatam fuisse censent nonnulli* [3], *hanc autem Romae introductam ob concurrentem die 21 april. natalem Urbis* [4]. *Eos autem fugisse videtur festum S. Caesarii die 1 nov. inscriptum esse kalendario marmoreo Neapolitano, quo sane usus Campanus non Romanus indicatur. Hinc quorumdam coniectura est non contemnenda* oratorium Sancti Caesarii martyris intra palatium [5] *21 april. dedicatum fuisse, idque consulto ipso natalis Urbis die* [6]. *Nihilominus plana est annuntiatio :*

**Terracina Campaniae sancti Caesarii.**

*29.* IN SICILIA] *Sanctus Appellicus, al. Amphellicus, ab ipsis Siculis ignoratur. De quo id tantum notatu dignum reperio, die 20 nov. in martyrologio nuntiari* in Sicilia civitate Missana Ampili, *al.* Ampheli.

*33.* ALIBI] *Id est Romae. April. 20, n. 30, 32, 34: Victoris, Papiae, Felicis.*

*39.* APRUNCULI] *Hunc esse episcopum Treverensem, de quo Gregorius Turonensis* [7], *coniectura nostrorum est* [8]*; Ludovici Duchesne sententia, homonymum potius ignotae sedis antistitem* [9]. *Quisquis ille est, scribendum :*

**Depositio Aprunculi episcopi.**

ADDITAMENTA] *Oedilvaldi. Kalendarium S. Willibrordi :* XI kl. aprelis Oedilualdi monachi [10]. *De eo vetus martyrologium anglicum : « On thone an ond twentegthan dæg thæs monthes bith thæs halgan ancran geleornes sancte Aethelwaldes ; se gesæt ancersetl on Fearne thæm ealonde ærest æfter sancte Cuthbrihte thæm halgan biscope, ond æfter thon the he tuelf gear thær wunode, tha eode he in thone gefean thære ecan eadinesse. thæs Aethelwaldes wunder wæs thæt he spræc to his liornæra sumum, ond tha feringa othsuigde he, suæ he hwæshwegu hercnade. tha frægn se his thegn hine forhwon he suæ dede : tha cwæth he : « hú meahte ic bú somod ge in heofon geheran ge her sprecan ? »* [11]. *De eo nostri tractarunt ad diem 23 martii* [12].

EXCERPTA] *Cod. Taml. : Mariae = Marciae, april. 20, n. 20.*

*Cod. Mon. : Alexandriae = Alexandri, April. 20, n. 33.*

[1] *Roma sott.*, t. II, p. 131-36. — [2] *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 65. — [3] KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 208. — [4] DUCHESNE, in *Nuovo Bullettino*, 1900, p. 22-23. — [5] De quo Liber pontificalis. DUCHESNE, t. I, p. 371 ; cf. p. 377, n. 12. — [6] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 148 ; BARTOLI, in *Nuovo Bulletino*, 1907, p. 191. — [7] *Vitae Patrum*, VI, 3 ; XVII, 1. — [8] *Act. SS.*, April. t. II, p. 841 ; t. III, p. 30. — [9] « Celui-ci [l'évêque de Trèves] est actuellement honoré le 22 avril, parce qu'on l'a identifié avec celui du martyrologe hiéronymien. » L. D. — [10] WILSON, *The Calendar of St Willibrord*, p. 6. Cf. p. 27. — [11] G. HERZFELD, *An Old English Martyrology*, p. 58-60.— [12] *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 463-65.

# X KAL. MAI.

**I**

**In Frigia civitate Hierapoli Philippi apostoli. Romae depositio Gai episcopi. et in Cordua civitate Parmeni et Elimas Crisoli presbiterorum et diaconorum Luci et Muci**

**II**

**In Africa civitate Gerapuli natale sancti Philippi apostoli. Romae in cimiterio Calesti via Appia depositio sancti Gagi papae et**

**Primuli Turdiani. Lugduno Galliae passio sancti Epepodi. et alibi Leonidis Aratoris Cyriaci Basiliae. in civitate Senonas depositio beati Leonis episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et parisius invento (*corr.* inventio) sancti dionisii episcopi cum eleutherio presbiter(o) et rustico diacono S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. frig̃ E | 3. civī E | 5. philipi E | 6. apoȝ E | 7. rom̃ E | 14. civī E | 19. prbrm̃ E | 21. diacnrm̃ E | 26. afreca W | 27-28. *om.* W | 27. civit̃ B | 28. *om.* S | 31. filippi W | 32. apostł B ; *om.* W | 33. rome BS ; rom̃ W | 35. cimit̃ B ; cymitirio W | 36. celestini S ; calestini W | 39. *om.* B | 42. pape S ; papię W | 43. *om.* SW | 44. primoli BW | 45. tur diani W | 46. lugdun̄ E | 47. gał EB ; gałł S ; gallea W | 48. *om.* E | 50. eppepodi BSW | 52. alib̄i W | 53. leonedis B ; leonis S¹ | 55. quiriaci BS ; quinriciaci W | 56. bassilię B | 58. civī E ; *om.* SW | 59. *add.* civitate SW | 61. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Frigia civitate Hyrapoli nat. Philippi apostoli et Romae depositio Gaii episcopi. — TAML. : Pilippi apostoli nativitas Gaii Leonis Tubiani Papiae Basillae Felicis Gerapuli Leonidis Epipodi Aratoris Ciriaci Rogati Primoli Mucae Parmeni Lucae Elimae Caulisti. — MON. : Sotheris papae Sennonas Leonis episcopi Lugduni Eppepodi. — RICH. : In Frigia civitate Hierapoli Philippi Rom. depositio Gagi episcopi Primuli Lugduno Galliae passio sancti Eppodi civitate Senonis Leonis episcopi.

## APRIL. 22

1. IN FRIGIA] *Die 1 maii celebratur festum SS. Philippi et Iacobi, de quo uberius ad hunc diem. In libellis de locis et festis apostolorum, qui martyrologio praefixi sunt* [1], *Philippus etiam kal. maiis assignatur, nulla hodiernae commemorationis facta mentione. Ceterum, si ratio habeatur Actorum S. Philippi* [2] *recte scriptum est :*

**in Frigia civitate Hierapoli Philippi apostoli.**

7. ROMAE] *Depositio episcoporum :* X kal. mai Gai in Callisti. *Liber Pontificalis :* sepultus est in cymiterio Callisti via Appia X kal. mai [3]. *In hoc coemeterio repertum est S. Gaii epitaphium :*

*ΓαίοΥ ΕΠΙσκ(όπου)*
*ΚΑΤ(άθεσις)*
*ΠΡὸ ι' ΚΑΛ ΜΑΙΩν* [4]

*et etiam titulus sepulcralis Iovinae cuiusdam quae paraverat sibi* ARCOSOLIVM IN CALLISTI AT DOMNVM GAIVM [5]. *Trina habetur in hieronymianis Gaii papae mentio : 20 feb., 22 april., 1 iul. Primam ex commutatis* X kal. mart. *et* X kal. mai. *ortam esse iamiam advertimus. Ita sentit Duchesne* [6], *ita primum senserat et Rossius, qui tamen post repertam Iovinae inscriptionem sententiam mutavit, arguteque ostendere conatus est S. Gaii corpus semel atque iterum intra coemeterium Callisti translatum fuisse, alterumque translationis anniversarium die 20 feb., alterum die 1 iul. actum esse. Veriorem tamen sententiam tueri nobis videtur G. Schneider, qui, Iovinae inscriptione denuo inspecta reque tota ad trutinam revocata, Rossii opinionem reiecit. Nullo enim modo suaderi potest aut revera illas translationes habitas esse aut etiam verisimile videri tales translationes unquam esse factas. Una dies commemorationis pro certa rataque habenda est, depositio nempe Gaii papae, die 22 aprilis* [7]. *Quae die 1 iul. incidit annuntiatio, nihil aliud est ac una ex illis martyrologii iterationibus, quarum nulla adhuc in promptu esse videtur causa* [8]. *Si quid tamen conicere liceat, notari velim kal. ian. Gaium quendam commemorari, qui in kal. iul. imperite traductus sit, deinde unus cum papa Gaio factus. Porro huius famam longe lateque vulgatam ostendit kalendarii marmorei Neapolitani inscriptio ad hunc diem* [9] *:*

P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) GAI P(*A*)P(*E*) ROMIS

[1] Supra, pp. 2, 4. — [2] *BHG*². 1516-1526. — [3] DUCHESNE, t. I, p. 161. — [4] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. III, p. 115 ; WILPERT, *Die Papstgräber und die Caeciliengruft in der Katakombe des hl. Kallistus*, Tafel II. De S. Gaii sepulcro, DE ROSSI, op. c., t. II, p. 104-107 ; t. III, pp. 114-201, 260-68. — [5] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. III, p. 263. — [6] *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 161. — [7] G. SCHNEIDER, *La triplice deposizione del papa Gaio*, in *Nuovo Bullettino*, 1907, p. 147-68. — [8] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 104, rem ita exponit : « Hier scheint er [Gaius] durch den am 2. Juli verzeichneten Miltiades, dem noch Eutychianus angeschlossen wurde, angezogen worden zu sein. » — [9] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336.

*Addendum*

*Addendum tamen est Gaium non in Depositione martyrum legi. De eo Libri pontificalis recensio antiquior:* in pace quievit [1]. *Quae scripta martyrem eum faciunt, a Passione Susannae derivata interpolataque sunt* [2].

**Romae in cimiterio Callisti via Appia depositio Gaii episcopi.**

*13.* IN CORDUA] *In Actis Polychronii, quae huius elogii materiam praebuerunt, Cordua, seu Cordula civitas in Perside est* [3]. *De martyribus, ceterum ignotis, nonnulla profert idem libellus, et tandem:* audientes subreguli, viri religiosi Abdon et Sennes, venerunt nocte et collegerunt corpora sanctorum presbyterorum Parmenii, Elymae et Chrysoteli et diaconos Lucam et Mucium, et sepelierunt in praedio suo iuxta civitatem Cordulam, decimo kalendas maias [4]. *Hinc:*

**in Cordula civitate Parmeni, Elimas et Criso<te>li presbiterorum et diaconorum Lucii et Mucii.**

*26.* IN AFRICA] *Vera lectio est* in Frigia, *n. 1.*

*44.* PRIMULI] *Die 9 maii nuntiatur* Romae via Latina Gordiani Primoli. *Socius S. Gordiani non Primulus sed Epimachus est, ut suo loco ostendetur. Interea, hodie legendum est:* Primuli, Gurdiani, *non Turdiani.*

*50.* EPEPODI] *Edita sunt Acta SS. Epipodii et Alexandri bipartita* [5], *quorum altera pars est de S. Alexandro, qui fuit occisus perendie et recolitur april. 24. Ambo simul sepulti sunt. De utriusque tumulo et* de muliere quae Epypodi martyris calciamenta collegit *scripsit Gregorius Turonensis* [6].

**Lugduno Galliae passio sancti Epepodi.**

*53.* LEONIDIS] *Martyr Corinthius, cum una ex sociabus* Basilia *(n. 56,* Βασιλίσσης*), de quibus ad 16 april., n. 8, 54. Martyrologium Romanum:* Alexandriae natalis sancti Leonidis martyris, qui sub Severo passus est, *subiungitque in notis Baronius Leonidem esse patrem Origenis* [7]. *Hunc autem hodie in Graecorum fastis frustra requiras.*

*54.* ARATORIS] *April. 21, n. 5.*

*55.* CYRIACI] *Nudum nomen.*

*56.* BASILIAE] Βασιλίσσης, *april. 16, n. 54. Cf. supra, n. 53.*

*59.* SENONAS] *Episcopus Leo obiit intra annos 538-549* [8].

**in civitate Senonas depositio beati Leonis episcopi.**

ADDITAMENTA] *Inventio S. Dionisii. De qua in gestis Dagoberti I:* Dagobertus denique Deo annuente, regnum paternum retinens, inter alia quae laudabiliter gessit memor voti iam dicti accessit ad supra memoratum locum, et, sicut in somnis praemonitus fuerat, sanctorum martyrum Dionysii Rustici et Eleutherii corpora requirens, digesta eorum in sarcofagis nomina repperit quae et in alium eiusdem vici loco summa cum veneratione decimo kal. maias transtulit [9].

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* Tubiani *= n. 45, Turdiani, id est Gordiani.*

Felicis *= April. 21, n. 7.*

Caulisti *= Callisti coemeterium, n. 36.*

*Cod. Mon.:* Sotheris. *Liber pontificalis:* Soter... qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia X kal. mai. *Ita in editione posteriore, non recte. Melius in priore:* sepultus est iuxta corpus beati Petri X kal. mai [10].

[1] DUCHESNE, t. I, p. 73. — [2] DUCHESNE, t. c., p. XCVIII-XCIX. — [3] « La *civitas Cordua* paraît imaginée d'après le nom de la Corduène, province située à l'ouest de l'Assyrie proprement dite. » L. D. — [4] *BHL.* 6884. — [5] *BHL.* 2574, 2575. — [6] *In Gloria martyrum,* c. XLIX ; *in Gloria confessorum,* c. LXIII. — [7] EUSEBII, *Hist. eccl.*, VI, 1. Cf. *Les martyrs d'Égypte* pp. 7, 31, 55, 56, 59. — [8] *Act. SS.*, April. t. III, p. 31-32 ; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux,* t. II, p. 415-16. — [9] *M. G.*, Scr. rer. Merov., t. II, p. 406. Cf. *Act. SS.*, Oct. t. IV, p. 920. — [10] DUCHESNE, t. I, p. 58 ; cf. pp. 135, LXI.

# IX KAL. MAI.

**In Africa Catulini Saturnini [a] Cori Felicis Theunae Theodorae Victorini Venusti Victori Nabori Soluti Pleni Silvi item Felicis Vitalis Theodorae Faustini Saloni Valeri Ursi. Romae Naboris item Silvi item Vitalis item Felicis [b]. in Alexandria Coronae. Valentia civitate in Galliis Felicis presbiteri Furtunati diaconi Achellei diaconi [c]. et alibi natale sancti Pantalimonis [d].**

*Addunt codices pleniores:* a) georgii martyris B. — b) nonnę C. — c) et commemoratio georgii martyris C. — d) et commemoratio georgi et sancti pulionis W².

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aff̄ E ; afreca W ; *add.* natale sanctorum SW | 5. chori BSW | 7. theone B ; theonę SW | 8. theodore S ; theodori BW | 9. victurini BSW | 11. victuri W ; victurini S | 12. navori BSW | 15. silvii SW | 16. it̄ E ; *om.* SW | 17. vitalis B¹ *et corr. ipsa 1 m.* felicis | 19. theodori B ; theodore venusti S | 21. saluni BSW | 24. rom̄ EW ; rome S | 26-27. *om.* S (*cf.* 31) | 27. silvii BW | 31. *add.* item silvi S | 33. alax̄ E ; alexandr̄ B | 34. corone BS | 35. in valentia BSW | 36. civī E | 38. gāl E ; gał S ; gałł W ; galleis B ; *add.* natale SW | 40. prb̄ E ; prb̄i W ; prb̄t S | 42. diac̄ EB | 43. acheles S ; cellei E | 44. diac̄ E | 47. nt̄ E | 49. pantalimoni BSW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Africa nat. Catulini Saturnini Felicis et Theodosi. — Taml. : Catuli Saturnini Felicis Theoni Chori Teodori Victori Theonae Mariae Venusti Victori Soluti Pleni Silvi Nabori Cori Iuberii Catulini Felicis Saturnini Saluni Faustini Victori Vitalis Ranastini Agripini Iohannis Zefani. — Mon. : In Valentia civitate in Gallis natalis sanctorum Felicis presbyteri Furtunati diaconi Romae Naboris papae. — Rich. : In Affrica Catulini Saturnini Felicis Rome Georgii martiris et Adelberti Naboris in Gallia Valentia civitate Felicis presbiteri Furtunati diaconi.

## APRIL. 23

1. in africa] *Die 15 iul. celebratur memoria S. Catulini, martyris Carthaginiensis, quem etiam hodie nuntiari coniectura est non plane inscita, ut opinor. Hinc scribamus :*

**in Africa Catulini.**

*Reliqua huius laterculi nomina magnam partem iam 12 april. et proximis diebus habita sunt. De singulis si quid notandum occurrat inquirendum.*

4. saturnini] *April. 12, n. 41; 24, n. 10 et alias saepius.*

5. cori] *Lege Cori[nthi], cui addatur Theodorae (n. 8), ex april. 16, n. 12:* Θεοδώρας.

6. felicis] *April. 12, n. 32; 20, n. 32; 21, n. 7; 24, n. 8. Infra, n. 17, 31, 39. Si cum Felice componemus Victori (n. 11), Nabori (n. 12), Vitalis (n. 29), Valeri (n. 22) quae alias Valeria, turmam Mediolanensium martyrum habebimus, quae hodie casu an artificio congregata fuerit decernere non audemus.*

7. theunae] *April. 24, n. 41: Theonae.*

8. theodorae] *April. 16, n. 12: Theodosiae, reapse* Θεοδώρας *Infra, n. 19. Cf. supra, ad n. 5.*

9. victorini] *April. 12, n. 115. Cf. infra, ad n. 11.*

10. venusti] *April. 12, n. 52. Cf. maii 29, n. 47.*

11. victori] *April. 12, n. 49, n. 115: Victorini. Cf. supra, ad n. 6.*

12. nabori] *April. 12, n. 114; infra, n. 25. Cf. supra, ad n. 6.*

13. soluti] *An Solutoris, qui april. 6, n. 6 et alias recensetur ? An potius nomen civitatis, Salodorum, Saluderum (Solothurn, Soleure) ? Haec enim legimus in Passione S. Mauricii :* Ex hac eadem legione fuisse dicuntur etiam illi martyres Ursus et Victor, quos Salodorum passos fama confirmat [1]. *Iamvero, utriusque martyris nomen hodie recensetur : Victori (n. 11), et Ursi (n. 23). Ab interpolatore qui haec adverterat, locus sanctorum forsitan ascriptus sit.*

14. pleni] *Lectio depravata videtur.*

15. silvi] *Infra, n. 27; april. 21, n. 8.*

17. felicis] *Supra, n. 6.*

18. vitalis] *April. 12, n. 76; 21, n. 9. Infra, n. 29.*

19. theodorae] *Supra, n. 8.*

20. faustini] *April. 16, n. 74; 24, n. 35.*

21. saloni] *April. 24, n. 37; april. 11, n. 4: Salonis, reapse civitas Dalmatiae.*

22. valeri] *April. 12, n. 28; 24, n. 38; it. n. 42: Valeriae.*

23. ursi] *Hunc socium esse S. Victoris qui Solodori passus fertur (supra, ad n. 13) nullo satis valido argumento comprobari potest. A Floro Lugdunensi SS. Victoris et Ursi memoria fastis inscripta est sept. 30 [2].*

24. romae] *Nequaquam scribendum opinor Romae Naboris. Erat quidem, forsitan via Aurelia, basilica sanctorum Naboris et Nazarii [3], de qua ad 8 et 12 iun. Sed Naboris, n. 25, nihil aliud est ac geminatio n. 12. Quapropter Urbis indicium interpolatum videtur.*

27. silvi] *Supra, n. 15, 17, 18: Silvi, Felicis, Vitalis.*

[1] *BHL.* 5737-39, n. 14 — [2] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 280-82. — [3] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, p. 534.

*33.* IN ALEXANDRIA] *Coronae adiungendus est Victor, supra, n. 11, et quemadmodum april. 24, n. 1, ita hodie quoque legendum :*

**in Alexandria Coronae et Victoris.**

*Hi saepius recurrunt, ut ad diem 14 maii notabimus. Hodie in quodam kalendario mozarabico inscripti sunt* [1].

*35.* VALENTIA] *Edita sunt Acta SS. Felicis, Fortunati et Achillei, martyrum Valentiae* [2], *quae nullius sunt pretii* [3].

**Valentia civitate in Galliis Felicis presbiteri, Furtunati diaconi, Achillei diaconi.**

*49.* PANTALIMONIS] *Graece Παντελεήμονος. Colitur a Graecis die 27 iul.* [4]. *Eiusdem Acta graeca* [5], *latina* [6], *armenia* [7], *coptica* [8], *nulla prorsus fide digna, edita sunt. In hisce fastis rursum commemoratur S. Pantalimon, al. Pantaleon, iul. 28, n. 14; oct. 2, n. 20.*

ADDITAMENTA] *Georgii. Sacramentarium Gregorianum :* VIIII kalendas maias id est XXIII die mensis aprilis natale sancti Georgii [9]. *In codice autem Ottoboniano 313, inter praefationes :* VIII kalendas maias natale sancti Georgii [10]. *Et hoc quidem die, 25 april., in codicibus utriusque recensionis nuntiatur Diospoli passio S. Georgii. Hodie Graecorum fastis inscripta est memoria τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου* [11]; *item in kalendario marmoreo Neapolitano* [12]:

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) GEORGII MAR(*TYRIS*)

*Codex B, qui hodie Georgium annuntiat, nihilominus april. 24 scribit :* Vigilia sancti Georgii. *Acta S. Georgii quotquot habemus graeca* [13], *latina* [14], *armenia* [15], *coptica* [16], *syriaca* [17], *aethiopica* [18], *turcica* [19], *ineptissimis fabulis referta sunt. De quibus alio loco diximus* [20] *et ubertim disseruit v. cl. Carolus Krumbacher* [21]. *De cultu S. Georgii late diffuso, post Papebrochium* [22], *non pauca passim collegerunt qui eiusdem Actis edendis insudarunt.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Theodosi = Theodorae, n. 8.*

*Cod. Taml. : Chori Teodori = Chorinto Theodorae, n. 5, 8.*

*Mariae = Marciae ? april. 20, n. 20.*

*Ranastini = Faustini, n. 20.*

*Cod. Rich. : Adelberti, episcopi Pragensis, qui obiit anno 997* [23].

[1] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 462. — [2] *BHL.* 2896, 2897. — [3] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 51-59. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 847. — [5] *BHG*². 1413-1418. — [6] *BHL.* 6429-6447. — [7] *BHO.* 835, 836. — [8] *BHO.* 837. — [9] Wilson, p. 69. — [10] Wilson, p. 274. Ibid., p. 286 : *V idus septembris natale sancti Georgii*, certa est emendatio sancti Gorgonii. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 623. — [12] Capasso, *Monumenta ducatus Neapolitani*, p. 336. — [13] *BHG*², 670-691 ; K. Krumbacher, *Der hl. Georg* p. 1-83. — [14] *BHL.* 3363-3396 ; *Supplem.*, p. 143-146. — [15] *BHO.* 309, 311, 315. — [16] *BHO.* 310, 320. — [17] *BHO.* 312, 313 ; E. W. Brooks, *Acts of S. George*, in *Muséon*, t. XXXVIII (1925), p. 67-115. — [18] E. A. Wallis Budge, *George of Lydda, a Study of the Cultus of St. George in Ethiopia* (London, 1930), Texts, p. 1-210. — [19] W. Bang, in *Muséon*, t. XXXIX, p. 41. — [20] Delehaye, *Les légendes grecques des saints militaires*, p. 45-76. — [21] Op. cit., p. 116-316.— [22] *Act. SS.*, April. t. III, p. 108-117. — [23] *BHL.* 37-40.

# VIII KAL. MAI.

I | II

**In Alexandria Coronae Victoris Zoticae Furtuni Donati Felicis Secundi Saturnini Silvani**

| **item Silvani**

**Rufinae Liberalis Meturi Tumnini Tibiriani Barachi Nabori Fusci Maventi Serani Furtuni item Donati Floriani Theonis presbiteri et aliorum XXIV. in Africa Faustini Victurini Saloni Valeri**

| **Alexandri**

**Orbanae Theonae Valeriae Fortunatae Publiani Foriani Memmeri Fausti Ianuari item Secundi Marciae Sambuciae Theodistiae Valeriani Orfani Heris Victoris Luci.**

**Babilonia magna Annaniae Azariae Misael egressio de igne.**

| **et in hac die Sidrac Misac Abdenago iterato nomine qui et Ananias Azarias et Misahel in Babilonia civitate magna de camino ignis ardentis sunt liberati.**

**in civitate Lugduno Galliae passio Alexandri cum aliis numero XXXIIII et dedicatio criptae ubi corpora eorum requiescunt. et alibi commemoratio sanctae Georgae et sancti Pauliunis [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) item alax̄ civī coronae victoris zotici fortuni donati felicis secundi saturnini silvani rufinae liberalis meturi tibiriani barachi nambori E *ad calcem* ; *et add. in margine* fusci maventi gerani furtuni donati flori E[1], *omnia e principio laterculi resumpta;* et vigilia sancti georgii B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. alax̄ E ; alexandr̄ B ; *add.* natale sanctorum SW | 3. corone S ; *add.* virgini SW | 5. goticae E ; zoticię S | 6. fortuni B ; furtunati W | 11. silviani B | 12-13. *om.* W | 13. silviañ B | 14. rufine B ; rofine S ; rofinę W | 17. toniti BSW | 18. ferian B ; feriani S ; firiani W | 20. nambori E | 21-22. fuscini aventi E | 23. serari W ; *add.* item B | 24. fortuni B | 25. it̄ E | 29. prb̄ E ; presbīt B ; prb̄i W ; prb̄t S | 30-32. *om.* BSW | 34. aff̄ E ; afreca W ; *add.* natale sanctorum SW | 36. victorini B | 37. saluni BSW ; *add.* caleri B[2] | 38. alexandri valeri B | 39. *om.* B | 40. orbani BSW | 41. theone B ; theodone S | 42. valerie B | 43. furtune B ; furtunę SW | 44. publi SW ; publii B | 45. foriane B ; forianae W ; floriane S[1] ; floriani S[2] | 46. mammeri W | 48. ianuarii B | 49. *om.* E | 51. marcie B | 52. sambacie B ; sambaciae W ; sambastiae S | 53. theudestię B ; thedestię W ; theodestię S | 55. urbani BSW | 56. heriis BS ; herus W | 57-58. *transp.* luci victoris SW | 58. lucis E | 59. babīl E | 60. mag̃ E | 64. egresio E | 68-70. hunc diem (in *om.*) SW | 72. *add.* et S | 73. abdinago W ; *add.* qui S | 76-77. *om.* S | 78. azaria S | 83. babylonia S ; babillonia W | 85. *om.* B | 89. ardentes W | 92-93. *om.* E | 93-94. *transp.* lugduno civitate SW | 95. gałł BSW ; in gāl E | 96. *om.* E ; pas̄ W ; *add.* sanctorum SW | 97. alaxandri E | 98-99. et aliorum E | 100. numr̄ S ; *om.* E | 103. dedicat̄ B | 103-111. *om.* E | 104. cripte B ; crepte S ; creptę W | 109-116. *om.* W | 110. *om.* S | 112. sc̄i B ; *om.* S | 113. georgiis B ; georgi S | 114. *om.* E | 116. pollionis B ; pulionis S.

*Excerpta ex variis.*—Cambr. : In Alexandria nat. Theonis prespiteri et aliorum XXIII et depositio Melliti episcopi.—Taml. : Passio Georgii cum XXXM DDCCLXXIX Fortunati Donati Felicis Secundi Coronae Victoris Rofinae Naboriae Carionae Mariae et trium puerorum de camino ignis Sedrac Misac Abdinago Militi bis Saturnini Silvani Liberalis Meturi Tomini Baradii Donati Floriani Fortuni Fusci Germani Donati Florii Valerii Felicis Ursi Clioni Silvi Vitalis et aliorum XXVIII Zotici Secundi Saturini LauriBarachi Silutani Liberalis Meturii Tommodi Firmani Zefani Iohannis Mammetis Tonicisi Barthoci et aliorum XXII. — Mon. : In Alexandri Theonis presbyteri Babyloniae trium puerorum Iuliane virginis Georgii martyris et aliorum XXIIII. — Rich. : In Alexandria Theonis et aliorum XXIIII in Africa Faustini Victurini in Babilonia civitate Sidrach Misach et Abdenago cum de camino ignis liberati sunt.

## APRIL. 24

*1.* in alexandria] *April. 23, n. 33, et aliis diebus :*

in **Alexandria Coronae Victoris**

*de quibus maii 14, n. 3. Ceteri, uno fortasse ex-Theone (n. 28), Alexandrini non sunt. Plerique iam nuntiati sunt april. 12 et 23.*

*5.* zoticae] *Al. Goticae. Solo nomine, si tamen nomine, nota. Cod. E, ad calcem scribit Zotici. Vid. Additamenta.*

*6.* furtuni] *Infra, n. 24; april. 20, n. 16, et alias saepius. Infra, n. 43: Fortunatae.*

*7.* donati] *April. 12, n. 50, et alias saepius. Infra, n. 26.*

*8.* felicis] *April. 12, n. 32; 23, n. 6 et alias saepius.*

*9.*

*9.* SECUNDI] *April. 12, n. 46. Infra, n. 50.*

*10.* SATURNINI] *April. 12, n. 41; 23, n. 4.*

*11.* SILVANI] *April. 12, n. 129; april. 23, n. 27: S i l v i.*

*14.* RUFINAE] *April. 12, n. 109: R u f i n i.*

*15.* LIBERALIS] *Martyr quidam L i b e r a l i s duobus in titulis metricis, Romae, via Salaria vetere repertis, laudatur. In capsa reliquiaria, Theveste Africae inventa, haec legitur epigraphe:*

HIC MEMORIA SANCTI LIBERALIS [1]

*Duos esse cognomines ex eo suadetur quod Romani martyris non tanta fuit famae celebritas quae ad Africam deferretur. Quoniam tamen res incerta est, quae monumentis de Liberali illo tradita sunt promere iuvat.*

MARTYRIS [2] HIC SANCTI LIBERALIS MEMBRA QVIESCVNT
QVI QVONDAM IN TERRIS CONSVL HONORE FVIT
SED CREVIT TITVLIS FACTVS DE CONSVLE MARTYR
CVI VIVIT SEMPER MORTE CREATVS HONOR
PLVS FVIT IRATO QVAM GRATO PRINCIPE FELIX
QVEM PERIMENS RABIDVS MISIT AD ASTRA FVROR
GRATIA CVI TRABEAS DEDERAT DEDIT IRA CORONAM
DVM CHRISTO PROCEREM MENS INIMICA FACIT
OBTVLIT HAEC DOMINO COMPONENS ATRIA FLORVS [3]
VT SANCTOS VENERANS PRAEMIA IVSTA FERAT

QVAMQVAM [4] PATRICIO CLARVS DE GERMINE CONSVL
INLVSTRES TRABEAS NOBILITATE TVAS
PLVS TAMEN AD MERITVM CRESCIT QVOD MORTE BEATA
MARTYRIS EFFVSO SANGVINE NOMEN HABES
ADIVNCTVSQVE DEO TOTA QVEM MENTE PETISTI
ADSERTOR CHRISTI SIDERA IVRE COLES
SIT PRECOR ACCEPTVM QVOD POST DISPENDIA [5] BELLI
IN MELIVS FAMVLVS RESTITVERE FLORVS [6].

*De eodem S. Liberali Epitome de Locis sanctorum in Via Salaria vetere:* inde non longe est in occidente ecclesia S. Iohannis martyris... ibi S. Diogenes et S. Fistus et S. Liberatus et S. Blastus [7]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* et ibi prope in eo loco qui dicitur Cucumeris requiescunt martyres Festus, Iohannes, Liberalis, Diogenes, Blastus *cet.* [8]. *Est etiam* Sancti Liberalis oleum *in indice eorum quae collegit Iohannes abbas* [9]. *Nihil praeterea de veneratione S. Liberalis reperire contigit. Quis autem fuerit, quo tempore vixerit, nec ipse Rossius rescis ere potuit* [10]. *Neque praetereundum Eleutherium quandoque Liberalem seu Liberatum nuncupari* [11].

*16.* METURI] *Lectionis corruptae speciem praebet. Iterum april. 30, n. 119.*

*17.* TUMNINI] *An D o m n i n i ?*

*18.* TIBIRIANI] *Al. F i r i a n i. Nudum nomen.*

*19.* BARACHI] *April. 12, n. 95.*

*20.* NABORI] *Id est N a b o r i s, april. 12, n. 114; april. 23, n. 12.*

*21.* FUSCI] *Al. F u s c i n i. An F a u s t i, F a u s t i n i (n. 47, 35)?*

*22.* MAVENTI] *Al. A v e n t i, lectio incerta.*

*23.* SERANI] *Al. S e r a r i, item incerta lectio. Cod. E ad calcem, in margine: G e r a n i. Vide Additamenta. Cod. Taml.: G e r m a n i, dein F i r m a n i.*

*24.* FURTUNI] *Supra, n. 6.*

*26.* DONATI] *Supra, n. 7.*

*27.* FLORIANI] *Infra, n. 45: F o r i a n i, al. F l o r i a n a e. Codex E, ad calcem, in margine: F l o r i. Vid. Additamenta.*

*28.* THEONIS] *April. 23, n. 7: T h e u n a e; infra, n. 41: T h e o n a e. Recte cod. Cambr.: in A l e x a n d r i a, quod casu omissum videtur in E, latet autem in ceteris sub A l e x a n d r i, n. 39. Theonas unus est ex martyribus XXXVII quorum exstat Passio* [12] *et memoria inscripta est libris nostris ad diem 9 feb. Numerus sociorum non recte exprimitur, n. 32: e t a l i o r u m X X I V; melius n. 101: XXXIIII ex XXXVII, ubi tamen perperam ad S. Alexandrum refertur. Ut alias saepius, numerus martyrum pro numero sociorum scribitur.*

**Alexandria Theonae presbiteri et aliorum XXXVII.**

*34.* IN AFRICA] *Ex incondita hominum serie undequaque collecta, nemo facile Afros eruerit.*

*35.* FAUSTINI] *April. 23, n. 20. Cf. supra, n. 21: F u s c i al. F u s c i n i.*

*36.* VICTURINI] *April. 12, n. 115; 23, n. 9.*

*37.* SALONI] *April. 23, n. 21.*

*38.* VALERI] *April. 12, n. 28; 23, n. 22; infra, n. 42: V a l e r i a e; n. 54: V a l e r i a n i.*

*39.* ALEXANDRI] *Legesis A l e x a n d r i a e, cum T h e o n a, n. 28 connectendum.*

*40.* ORBANAE] *April. 12, n. 58. Infra, n. 55: O r f a n i, al. U r b a n i.*

*41.* THEONAE] *Supra, n. 28.*

[1] GUÉNIN, *Inventaire archéologique du Cercle de Tébessa*, in *Nouvelles archives des missions scientifiques*, t. XVII (1909), p. 147. — [2] DE ROSSI *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II. p. 101, n. 23. — [3] Cod.: FLORIS. — [4] DE ROSSI, l. c., p. 104, n. 38. — [5] Cod.: DISPERANDIA. — [6] Versum ita refingendum opinatur Rossius: *in melius Florus restitutuit famulus.* Ibid., p. 104. — [7] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [8] Ibid., p. 177. — [9] Ibid., p. 176. — [10] *Bullettino*, 1888-89, p. 54-55. Cf. *Nuovo bull.*, 1912, p. 57-82. — [11] Supra, ad april. 18, n. 21. — [12] *BHL.* 6584.

*42.*

42. VALERIAE] *Supra, n. 38 : Valeri ; n. 54 : Valeriani*

43. FORTUNATAE] *Supra, n. 6 : Furtuni.*

44. PUPLIANI] *April. 12, n. 29 : Pupli.*

45. FORIANI] *Supra, n. 27 : Floriani.*

46. MEMMERI] *Nudum nomen.*

47. FAUSTI] *Supra, n. 21, Fusci ? Faustum, cui adhaeret Ianuarius (n. 48) inter martyres hispanos connumerari monuimus ad diem ian. 22, n. 13.*

48. IANUARI] *April. 12, n. 45.*

50. SECUNDI] *April. 12, n. 46.*

51. MARCIAE] *April. 14, n. 26 ; 20, n. 20 ; 25, n. 14.*

52. SAMBUCIAE] *Nudum nomen, item, n. 53 : Theodistiae.*

54. VALERIANI] *April. 21, n. 19. Cf. supra, n. 38 : Valeri.*

55. ORFANI] *Al. Urbani. Supra, n. 40 : Orbanae.*

56. HERIS] *Lectio dubia.*

57. VICTORIS] *April. 12, n. 49, 55.*

58. LUCI] *April. 12, n. 57.*

59. BABILONIA] *Memoriam τῶν ἁγίων παίδων 'Ανανίου '4ζαρίου, Μισαὴλ καὶ Δανιὴλ agunt Graeci die 17 dec.* [1], *Latini vero, inde a Floro Lugdunensi* [2], *16 dec. Regnante Leone imperatore (457-474), Constantinopolim delata sunt λείψανα τῶν παναγίων τριῶν παίδων 'Ανανίου, 'Αζαρίου Μισαήλ, ὑπὸ μὲν τοῦ εὐσεβοῦς τὴν μνήμην Λέοντος τοῦ βασιλέως ἐκ Βαβυλῶνος κομισθέντα* [3]. *Ab Apollinare episcopo Alexandrino († 568) Babylone recepta est manus unius ex tribus pueris, et dedicata ecclesia τῶν Ἁγίων Τριῶν Παίδων* [4]. *Calamae (nunc Guelma) reperta est inscriptio :*

SVB HOC SACRO
SANCTO BELAMINE ALTA
RIS SVNT MEMORIAE
SANCTORVM MASSAE CANDI
DAE SANCTI HESIDORI
SANCTORVM TRIVM PVERORVM
SANCTI MARTINI SANCTI ROMANI [5]

*Enuntiatio codicis E nulla indiget emendatione :*

**Babilonia magna Ananiae, Azariae, Misael egressio de igne.**

97. ALEXANDRI] *S. Epipodii, de quo april. 22, n. 50, Alexander socius est, biduo post trucidatus. De aliis comitibus nihil in eorundem Actis* [6]. *Quae hic subiunguntur : cum aliis numero XXXIV, loco mota sunt, et ad Theonam (n. 28) referenda. Sententia ubi corpora eorum requiescunt (n. 105-108) de solis Epipodio et Alexandro intellegenda est.* Hos itaque, *ita Passio,* semper concordes et socios quia mors diviserat, sepultura coniunxit... Erat enim in colle superposito civitati concretis densatus stipitibus locus, ibique in modum speluncae conclusa fructetis ac sentibus vallis latebat... quo in recessu venerabilia corpora religiosa provisione demersa sunt [7]. *Gregorius Turonensis :* Hic [S. Irenaeus] in crypta basilicae sancti Iohannis sub altari est sepultus ; et ab uno quidem latere Epypodius, ab alio Alexander martyr est tumulatus [8]. *Itaque legendum erit :*

**in civitate Lugduno Galliae passio Alexandri et dedicatio cryptae ubi corpora eorum [Alexandri et Epipodii] requiescunt.**

101. NUMERO XXXIIII] *Supra, n. 32 : aliorum XXIV. Legendum XXXVII. Sunt autem socii S. Theonae, n. 28.*

113. GEORGAE] *Al. Georgi. April. 23, in additamentis ; april. 25, n. 24. S. Georgi commemoratio in kalendariis Mozarabum hodie inscripta est* [9].

116. PAULIUNIS] *Al. Pollionis. April. 28, n. 5.*

ADDITAMENTA] *Ad calcem huius diei cod. E iterat quae principio scripta sunt, n. 1-27, praeter n. 17.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Melliti. Episcopus Londiniensis et Cantuariensis, de quo Beda, Hist. Eccl. I, 29-30 ; II, 3-7. Bedam secuti sunt sequioris aetatis hagiographi* [10].

*Cod. Taml. : Carionae = Coronae, n. 3.*
*Mariae = Marciae, n. 51.*
*Militi = Melliti.*
*Baradii = Barachi, n. 19.*
*Germani = Serani, n. 23. Infra, Firmani.*
*Florii = Floriani, n. 27.*
*Ursi, april. 23, n. 23.*
*Clioni = Theonis ? n. 28.*
*Silutani = Silvani ? n. 11.*
*Tommodi = Tumnini, n. 17.*
*Firmani = Supra, Germani.*
*Mammetis = Memmeri, n. 46.*
*Tonicisi, Barthoci, corrupta ex Theonis, Barachi ? n. 28, 19.*

[1] *Synax. Eccl CP.*, p. 317. Cf. *BHG*[2]. 485-488. — [2] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 349. — [3] *Vita S. Danielis Stylitae*, n. 92, in *Les saints stylites*, p. 87. — [4] *BHG*[2]. 469, n. 2-5. — [5] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 261 ; DUCHESNE, in *Bulletin des Antiquaires de France*, 1893, p. 238-41. Cf. *Anal. Boll.*, t. XIII, p. 406-407. — [6] *BHL*. 2574, 2575. — [7] *BHL*. 2574, n. 12. — [8] *In gloria martyrum*, XLIX. — [9] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 462.— [10] *BHL*. 5896-5898.

# VII KAL. MAI.

**In Syracusa civitate Siciliae natale sanctorum Evodi Hermogenis [a] et Calisti. in Africa [b] Novellis Marci Hermemphi Furtunati [c]. et in Persida civitate Diospoli passio sancti Georgii. Lugduno civitate depositio beati Rustici episcopi [d].**

*Addunt codices pleniores:* a) et passio sancti georgii C. — b) *Cod.* S *hunc locum 2 m. sic corr.* [in africa] dep̄......i apłi qui... [marci] eugłtę. et indictum ieiunium de letañ maiore [lugduno] *cet.* — c) iocundi C ; *inter lin.* de laetañ maior̄ C². — d) et in oriente passio sancti georgi S.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *om.* E | 2. syracussa E ; seracusa BW | 3. civī E | 4-6. *om.* E | 4. sicilie B | 7. evodii B | 8. hermoginis E | 9. *om.* E | 10. caliste B¹ ; calęste E² ; calistę SW | 12. aff̄ E | 13. nobilis B ; nubilis W ; *eras. in* S (*cf. supra in additamentis*) | 14. marcie B ; marcę W | 15. memphi E ; her memphi B ; *eras. in* S | 16. *eras. in* S | 17-24. *om.* SW | 20-21. *om.* E | 22. paš E | 24. georgi mar̄ E | 25. lugdono S¹ | 26. civī E ; *om.* BSW | 30. et confessoris *add.* W.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : In Siracusis Euodi Calistae et Ermogenis et Rustici episcopi. — TAML. : Marci evangelistae Hermoginis Euodi Memfi Geurgii Nobilis Calistae Marciae Fortunati Rustici et aliorum II. — MON. : In Persida civitate Diaspoli sancti Georgii alibi Evodi. — RICH. : In Alexandria sancti Marci evangelistae laetania romana Affrica Nobilis Martiae et in Persida civitate Diospoli sancti Georgii martyris Lugduno Rustici episcopi.

## APRIL. 25

*1.* IN SYRACUSA] *Huius memoriae proprius locus est sept. 1, ubi reperies quae annotanda occurrunt et expendetur lectio* C a l l i s t a e, *quae ceteris praestare videtur. Iteratae annuntiationis ratio ignoratur.*

**in Syracusa civitate Siciliae natale sanctorum Evodi, Hermogenis et Callistae.**

*12.* IN AFRICA] *Quod sequitur vocabulum* N o v e l l i s, *al.* N o b i l i s, N u b i l i s, *admodum dubiae lectionis est, et in ancipiti sumus sitne martyris an loci nomen* [1].

*14.* MARCI] *Al.* M a r c i e, M a r c e. *Quamquam apud Graecos* [2], *Coptos* [3] *et etiam nunc in Ecclesia latina S. Marci evangelistae memoria celebris habetur, haec alio die, ut videtur, 23 septembris in hieronymianis inscripta est. Inter lectiones incertas,* M a r c i e *ex eo commendatur quod iam april. 24, n. 51 prolata est, et die 21 iun., quemadmodum hodie, propinqua apparet loci indicio* in Sicilia civitate Syracusa. *Utrobique primum scriptum fuisse* M a r c i a n i *non negaverim. Marcianus enim Syracusanus inter clarissimos ecclesiae Siculae antistites habetur. Eius tamen festum a Graecis agitur die 31 oct.* [4], *in Sicilia vero 14 ian.* [5].

*15.* HERMEMPHI] *Ut iacet, vix pro hominis nomine habendum. Codex E scribit* M e m p h i. *Fuit autem in hac civitate Aegypti martyr Heraïs* [6], *quae in synaxariis Graecorum inscripta est die 5 oct.:* Ἱεραΐδος ἐκ πόλεως Μέμφεως [7]. *Nomina martyris et civitatis in unum coaluisse* H e r [*aïdis*] M e m p h i, *coniectura est quam sapientioribus expendendam relinquimus.*

*16.* FURTUNATI] *Cf. april. 24, n. 6.*

*19.* IN PERSIDA] *Diospolis nequaquam fuit in Perside, sed in Palaestina. Fuerunt ergo haec verba interpolata vel ad modum emendationis inducta ab homine qui Passionem S. Georgii legerat, ubi ille martyrium fecisse narratur sub Dadiano vel Datiano rege Persarum* [8]. *Testantur autem qui ad loca sanctorum peregrinabantur, S. Georgium Diospoli quievisse* [9], *eaque civitas, temporum decursu, ab eo nomen sortita est:* Διόσπολις ἤτοι Γεωργιούπολις [10]. *Scriptum erat igitur:*

**Diospoli civitate passio sancti Georgii.**

*Haec totis verbis reperies etiam maii 7, n. 130. Huius tamen iterationis ratio ignoratur. De liturgica S. Georgii commemoratione et Actis dictum est ad diem april. 23, in Additamentis.*

*25.* LUGDUNO] *De* R u s t i c o *episcopo Lugdunensi, disseruerunt nostri ad hunc diem* [11]. *Eiusdem epitaphii metrici, quod erat Lugduni in ecclesia S. Nicetii retro altare ipsius S. Rustici, repertum est apographum* [12]*:*

[1] « Le premier nom, avec l'orthographe de E, N o v e l l i s, paraît être plutôt un nom de lieu qu'un nom de personne. » L. D. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 627. — [3] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 78, 103. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 179. — [5] IOHANNES DE IOHANNE, *De divinis Siculorum officiis* (Panormi, 1736), p. 365.— [6] *Les martyrs d'Égypte*, p. 82. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 112. — [8] *BHG²*. 670. Cf. K. KRUMBACHER, *Der heilige Georg in der griechischen Ueberlieferung* (München, 1911), p. 1-105 ; *BHL*. 3363-3392.— [9] DELEHAYE, *Les légendes grecques des saints militaires*, p. 46-47. — [10] H. GELZER, *Georgii Cyprii descriptio Orbis Romani* (Lipsiae, 1890), p. 51. — [11] *Act. SS.*, April. t. III, p. 368-69. — [12] *C.I.L.*, XIII, 2395. Lege observationes L. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 164.

CVM TVA RVSTICE RECVBENT MEMBRA SACERDOS
FAMA PEREGRINI RIDET OPVS TVMVLI
ACTAQVE CAERVLEIS INSVLTAT VITA LATEBRIS
NIGRA SVPERFVSI NEC TIMET ANTRA SOLI
ASTRA FOVENT ANIMAM CORPVS NATVRA RECEPIT
HOC QVOQVE MORS VELLET NON LICVISSE SIBI
DENIQVE PACATO SOCIATVR GLORIA CAELO
ET MERITI PALMAM LVX COMITATVR AMANS
MIRA IGITVR RES EST VANI PER DEVIA MVNDI
QVAESITAS CAELI PROMERVISSE VIAS
FASCIBVS EMERITIS ET SVMMO FVNCTVS HONORE
AETERNI SECVM PRAEMIA IVRIS HABET
MILITE LEGIFERVM MODERATVS CORDE TRIBVNAL
PRAEBVIT INGENIO FORTIA TELA DVCI
LVBRICA SED CVRIS HOMINVM IAM SAECLA RELINQVENS
SVSCEPIT SACRI SERTA MINISTERII

*In apographo additum est:* et sequuntur alii versus qui legi non possunt propter fracturam marmoris ; et in margine tumuli est scriptum : OBIIT VII KAL MAIAS ABIENO CONSVLE *(501)*.

---

# VI KAL. MAI.

**In Axiopoli [a] Aureli. in Antiochia [5] Leonidis Vindei. in Africa Iuli [10] Victurini Sirici Honorati Felicis Pauli [15] Maximi Victuris Simplici Pollionis Viti [20] Calendini Appolloni Marcianae Felicissimae Timiae [25] Marciani Litissimi Simiae Germani Feliciae [30] Evassiae Gemelinae [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) nt̃ cirilli et in antio(chia) eutimiae et rom̃ primitivi E.— b) cleti martyris B ; cum sotiis orum felicis silvani centulo monasterio in gallia sancti richarii C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 3. aurili SW ; *add.* et B | 4. it̃ E | 5. antioc̃ E ; anthiocia B ; antiocia W ; anthiochia S ; *add.* syrie natale B | 6. leonedis SW | 7. *add.* et B | 9. aff̃ E ; afreca W | 11. victuri BSW | 12. syrici SW | 16. *add.* item B | 17. victoris BSW | 18. symplici W | 19. pullionis BW ; polionis S | 22. apolloni B ; apulloni W ; apulluni S | 23.marcianie B ; martiane S | 24. felicissime BS | 25. ethimie B ; aethemię W ; etuhimiae S | 26. martiani S[1] | 27. lictistissimi B[1] ; lictissimi B[2]W ; lectissime S | 31. evasię W ; evasie B | 32. gemelline B ; gemellini W ; *evanid. in* S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Axiopoli nat. Ircilli et Antiochia nat. Eutemiae et Romae in Portu Primitivi. — TAML. : Cirilli Etuniae Leonidis Vindei Iulii Victoricii Siricii Honorati Felicis Maximi Pauli Vitii Victoris Simplicis Pollionis Kalendini Apollionis Marciani Laetissimi Ructi Leonis Apollonii.— MON. : Eodem die natalis sancti Cleti papae et martyris Primitivi et aliorum XXIIII martyrum. – RICH. : In Anxiopoli Cyrilli et in Antiochia Syriae Leonidis Vindei et in Affrica Victoris Sirici Honorati Felicis Pauli Maximi Martiani.

## APRIL. 26

*1.* IN AXIOPOLI] *Breviarium Syriacum, die mart. 10: Κύριλλος καὶ Κίνδος, et maii 12: ἐν 'Αξιουπόλει Κύριλλος καὶ ἕξ ἕτεροι μάρτυρες. Cyrillum et Cindeum recensent libri nostri mart. 8, 9, maii 9, 10. Hodie geminatur memoriola 10 maii, errore legentis VI kal. maii pro VI id. maii. Cyrillus recte enuntiatur in cod. E et in breviariis ; insuper latet sub Aureli, n. 3; Κίνδος = Vindeus n. 7. De his uberius ad diem maii 9*[1]. *Probandum est enuntiatum :*

**Axiopoli Cyrilli <et> Vindei.**

*3.* AURELI] = *Cyrilli, de quo modo.*

*5.*IN ANTIOCHIA] *Leonides Antiochenus non est et frustra quaerimus quem rite Antiochiae assignemus. Si forte, quod non raro evenisse comperimus, martyris nomen excidisse creditur, de Timotheo, quem sub Antiochia repperimus mart. 26, n. 59; april. 6, n. 12; 7, n. 3; 8, n. 3 et iterum habebimus sept. 2, 8, 13, subit cogitatio, quoniam hodie* sanctus Timotheus *quidam kalendariis Mozarabum inscriptus est*[2]. *Erunt fortassis qui Timotheum sui vestigium reliquisse arbitrentur in vocabulo Timiae, infra, n. 25,*

[1] Interim, *Saints de Thrace et de Mésie*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 259-260 ; *Les origines du culte des martyrs*, p. 287-88. — [2] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 462.

*quod*

*quod tamen plane diversam patitur interpretationem. Aliam coniecturam silentio premere noluмus, nempe* A n t i o c h i a *ex nominibus esse quae diebus april. 26 et 27 communia sunt. Iamvero, april. 27, n. 79,* A n t i [o c h i a] *scriptum esse loco* A n t i [m i] *suo loco ostendere conabimur.*

*6.* LEONIDIS] *Passus est Corinthi in Achaia, ut dictum est ad diem april. 16, n. 1, ex incuria a* XVI kal. mai. *ad* VI kal. mai. *traductus.*

*7.* VINDEI] *Al.* Q u i n d e i, C e n d e i. *Supra, ad n. 1.*

*9.* IN AFRICA] *Martyribus Afris, si qui sunt in hoc laterculo, peregrini commisti sunt. Plerique autem proximis quoque diebus recensentur, Africae suppresso indicio.*

*10.* IULI] *April. 30, n. 37.*

*11.* VICTURINI] *Martyr Nicomediensis, ut videtur. April. 27, n. 74. Infra, n. 17.*

*12.* SIRICI] *April. 18, n. 19; april. 19, n. 26:* S e r i c i a n i.

*13.* HONORATI] *April. 20, n. 18; 30, n. 16.*

*14.* FELICIS] *April. 27, n. 82, et alias saepe.*

*15.* PAULI] *April. 27, n. 62.*

*16.* MAXIMI] *April. 27, n. 61.*

*17.* VICTURI ] *Martyr Nicomediensis, ut videtur. April. 27, n. 60. Supra, n. 11.*

*18.* SIMPLICI] *Solo nomine notus.*

*19.* POLLIONIS] *Martyr Cibalitanus, cuius festum agitur april. 28, n. 5.*

*20.* VITI] *Celeberrimi martyris* V i t i *memoria agitur die 15 iun., n. 37.*

*21.* CALENDINI] C a l e n d i n i, *al.* C a l e n d i o n i s, *nomen inscriptum est in fastis nostris die 30 oct.*

*22.* APPOLLONI] *Ut videtur, iteratio* P o l l i o n i s, *n. 19.*

*23.* MARCIANAE] *April. 24, n. 51:* M a r c i a e; *infra, n. 26 et april. 27, n. 63:* M a r c i a n i.

*24.* FELICISSIMAE] *Infra, n. 30 et april. 27, n. 70:* F e l i c i a e.

*25.* TIMIAE] *April. 27, n. 80. Truncus est* [A n]TIMI, *ibid., n. 10. Infra, n. 28:* S i m i a e. *Cf. supra, n. 5, ubi et alia prolata est coniectura, minus tamen probabilis.*

*26.* MARCIANI] *April. 27, n. 63; supra, n. 23:* M a r c i a n a e.

*27.* LITISSIMI] *April. 27, n. 69:* L a e t i s s i m a e. *Cf. supra, n. 24:* F e l i c i s s i m a e*?*

*28.* SIMIAE] = T i m i a e, *supra, n. 25.*

*29.* GERMANI] *April. 27, n. 64.*

*30.* FELICIAE] *Supra, n. 24:* F e l i c i s s i m a e.

*31.* EVASSIAE] *April. 27, n. 73:* E v a n t i a e, *lege* E v e n t i i, *ut suo loco ostendetur.*

*32.* GEMELINAE] *April. 27, n. 68:* G e r m e l i n a e.

ADDITAMENTA] C i r i l l i, *supra, ad n. 1.*

E u t i m i a e = T i m i a e, *supra, n. 25, reapse* A n t h i m i, *april. 27, n. 10.*

P r i m i t i v i. *De commemorationibus S. Primitivi disseruimus ad diem mart. 2, n. 9, quo partem illam laterculi 26 aprilis, id est* VI kal. maii, *ad* VI non. mart. *perlatam esse dictum est:*

**in Portu Romano Primitivi.**

C l e t i. *Romanus pontifex* C l e t u s, *de quo Liber pontificalis:* Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticanum VI kal. mai [1].

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* E u t u n i a e = *Timiae, n. 25.*

R u c t i = *Rustici, april. 25, n. 29.*

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, pp. 52, 122.

# V KAL. MAI.

| I | II |
|---|---|

**In civitate Tarso Ciliciae natale sancti Castoris [a]. in Nicomedia Antimi episcopi Stefani episcopi et Antoni presbiteri Libandiae**

| I | II |
|---|---|
| **Zenoni episcopi Generi Maurini Sodali Eutici Zotici Hilpidi [b].** | **Genosi Sodalis Zenosi Zotici Marini Zenoni Hilpidi Eutici.** |

**in civitate Armeniae Militana Hermitis Eppei**

| I | II |
|---|---|
| **episcopi** | **presbiteri** |

**item Helpidi Hermoginis. et in castello Aioviae in Capria Mauri et Capti diaconi Usandi Priani [c]. in Aegypto Nicomedia Victoris Maximi Pauli Marciani Germani cum aliis VI Germelinae Laetissimae Feliciae Germanae Felicis**

| I | II |
|---|---|
| | **Evantiae** |

**Victorini Nicofori Dioscori Serapionis Papiae [d]. Antiochia Timiae Mauri Atti diaconi Gennosi Sodalis.**

*Addunt codices pleniores :* a) germani C. — b) lupicini C. — c) cypri C. — d) anthimi episcopi B ; iohannis iulii C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. civī E ; *om.* W | 4. ciliē E ; cilicie B ; cilitiae S | 5. *om.* E | 7. castori BSW | 8. *om.* E | 9. nicom̄ E ; nicomēd B | 10. anchimi BS ; ancimi W | 11. *om.* E | 12. stephani SW | 14. *om.* BSW | 15. antonini BS ; authonimi W | 16. prb̄ E ; presbīt B ; prb̄i W ; prb̄t S | 17. lidie B ; in lidia SW | 26. genesi SW | 28. *om.* SW | 29. *om.* W | 31. zetnoni SW | 32. hilpidii S | 34. *om.* E | 35. civī E | 36. armeñ E ; arminie B ; arminiae SW | 37. militā E ; militane BS ; militanę W | 38. hermetis B ; *add.* hilpidi W ; helpidi S | 41. prb̄i BW ; prb̄t S | 42-43. *om.* SW | 42. it̄ E | 43. hilpidi B | 44. hermogenis BW ; hermogeni S | 46. *om.* BSW | 47. castel E | 48. aiovie B ; aluinę W | 49. *om.* E | 50. capri E | 51. maurii B | 54. diaē E | 55. husandi BW ; hustiandi S | 56. *add.* et B | 58. egīp E ; egypto B ; ęgypto S | 59. nicom̄ E | 62-63. *transp.* marciani pauli SW | 66. alis E | 68. gemmelline B ; gemellini SW | 69. legissime B ; legissimę W ; legissimi S | 71. germane B | 73. evancię W ; cuantię S | 74. victurini SW | 75. nicopoli S | 77-78. papiae serapionis SW | 78. *add.* et B | 79. antioē E ; anthiocia B ; in anthiochia S ; in antiocia W | 80. thimie B ; thunicę W | 81-82. mauriatti B | 83. diā E *int. lin.* | 84. genonsi BS ; genosi W | 85. sotalis E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia nat. Antimi Stephani episcopi et Antonini prespiteri et in Alexandria Hermitis et in Mileto Helepidi et Ermoginis. — Taml. : Alaxandri Eventii presbiteri Teodoli presbiteri et aliorum IIII Castori Anchimi Zenoni Generi Zefani Sodalis Antonii heremitae Antonini Maurimi Cutici Zotici Elipidii Antimi Epei Senoni Genesi Euticii Capti Maurii Hirudini Priami Victoris Maximi Hermetis Pauli Hermogini Mariae Germanae Liphandiae Militanae Brigitoniae Laetissimae Feliciae Mediae Gemellinae cum aliis V Germani Felicis Achimi Senori Assani Anathasii — Mon. : In Nicomedia Antemii episcopi Stephani episcopi Antonii presbyteri Romae Innocentii papae Anastasii papae.—Rich. : In Nicomedia Antimi Stephani episcopi et Antonini presbiteri et in Mileto Elpidii et Ermogenis in Tarso Ciliciae Castoris Antiochia Timiae Mauri.

## APRIL. 27

3. TARSO] *Iam mart. 28, n. 9 nuntiatum est, iisdem paene verbis :*

**in civitate Tarso Ciliciae natale sancti Castoris**

*cuius geminationis causa est in notis similibus* V kal. april. *et* V kal. maii. *In martyrologio Romano memoria fit* Tarsi in Cilicia sanctorum Castoris et Stephani, *annotatque Baronius : « Usuardus de Castore tantum. Maurolycus de utroque cui astipulantur vet. manuscript. » Iam viderat Sollerius perperam cum Castore connecti Stephanum, « tempore et loco plane distinctum* [1]. *» In eodem autem martyrologio, mart. 28, inscripta est memoria* Castoris et Dorothei. *Duplex ergo ibidem festum habet Castor, invitis sane compilatoribus.*

9. IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum, ad diem 24 april. :* <ἐν Νικομηδεί>ᾳ Ἄνθιμος... καὶ πέντε ἕτεροι <μάρτυρε>ς. *Eusebius :* ἐν τούτῳ τῆς κατὰ Νικομηδείας ἐκκλησίας ὁ τηνικαῦτα προεστὼς Ἄνθιμος διὰ τὴν εἰς Χριστὸν μαρτυρίαν τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται · τούτῳ δὲ πλῆθος ἄθροον μαρτύρων προστίθεται [2]. *Graeci Anthimum colunt die 3 sept.* [3], *martyres autem Nicomedienses plurimos die 30 dec.* [4]. *In Passione S. Anthimi, ex comitibus quos in martyrologio habere videtur, solus prodit* Z e n o n, *quem hagiographus nuncupat* τὸν καρτερικώτατον

[1] *Martyrologium Usuardi*, p. 237. — [2] *Hist. eccl.*, VIII, 6, 6. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 9. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 357.

Ζήνωνα

*Ζήνωνα* [1]; *in Actis quoque SS. Indes et Domnae, non tamen ut* episcopus (*infra, n. 19*), *sed εἷς τις τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου Ζήνων τοὔνομα* [2]. *Tutum ergo est ceteros omittere, donec meliora doceamur :*

**in Nicomedia Anthimi episcopi et Zenonis.**

*12.* STEFANI] *Episcopus Stephanus solo nomine notus est.*

*15.* ANTONI] *Al. Antonini. Presbyterum illum, solo etiam nomine notum, Lucenses sibi rapuere* [3].

*17.* LIBANDIAE] *Al. Lidie, in Lidia. Nomen regionis potius quam martyris hic latet.*

*18.* ZENONI] *Ex dictis ad n. 9, miles non episcopus fuerit.*

*20.* GENERI] *Infra, n. 26, 84: Genosi; n. 28: Zenosi, id est Zenoni, n. 18, 31.*

*21.* MAURINI] *Al. Marini, n. 30. Cf. n. 51, 81: Mauri.*

*22.* SODALI] *Nomen appellativum, an hominis, quis discernet ?*

*23.* EUTICI] *Infra, n. 33. Solo nomine notus. Cf. n. 24.*

*24.* ZOTICI] *Infra, n. 29. Zotici revera non esse diversum ab Eutici, n. 23, suadent elementa utrique nomini communia.*

*25.* HILPIDI] *Infra, n. 32, 43.*

*30.* MARINI] *Al. Maurini, supra, n. 21.*

*36.* ARMENIAE] *Breviarium Syriacum ad diem 3 maii : ἐν Μελιτινῇ Ἑλπίδιος καὶ Ἑρμογένης μάρτυρες. De his diximus ad diem april. 18, n. 8. Helpidius et Hermogenes requirendi sunt n. 43, 44, item n. 25, 32, 38. Errore legentis* V kal. mai. *pro* V non. mai. *hodie eorum fit commemoratio. Nihilominus legendum est :*

**in civitate Armeniae Militana Helpidi, Hermogenis.**

*38.* HERMITIS] *Nulla ratio habenda est lectionis codicis Cambr. : in Alexandria Hermitis. In serie enim bene longa martyrum Aegyptiorum Hermetem frustra requiras* [4]. *Nota* HERM[*ogenis*] *male lecta est* HERM[*etis*].

*39.* EPPEI] *Ne peregrini nominis martyr fastis inscribatur eo magis cavendum est quod ex nota* EP̄I (*n. 40*) *vel* EP̄P̄ *facile nasci potuerit.*

*40.* EPISCOPI] *Iterare videtur n. 11, 13, ita ut ad Anthimum n. 10) vel Stephanum (n. 12) referendum sit. Item n. 41: presbiteri, cum Antoni (n. 15) copulandum.*

*48.* AIOVIAE] *Legendum esse Castellum Iovia, in Pannonia, L. Duchesne coniectura est* [5], *certe non spernenda, e qua tamen parum lucis laterculo affunditur.*

*50.* IN CAPRIA] *Si legendum est, cum codice M, in Capua, admovendum crederem n. 56, Priani, lege: Cypriani, emendationem suggerente cod. C qui addit : Cyprii. Iam die april. 12, n. 123, habuimus : in Capua Cypriani. Quam ob causam haec memoria huc migraverit fateor me ignorare. Ceterum rem totam coniectura niti vix est cur moneamus.*

*51.* MAURI] *Cf. supra n. 21: Maurini. Ad calcem, n. 81-83, iterum scriptum est Mauri Atti diaconi, quae lectio aeque corrupta est atque haec nostra : Mauri et Capti diaconi, ubi Capti cum Capria (n. 50) componerem, si de vera alterutrius scriptione constaret. Codices L, M, V habent Mauri et Casti, lectio ut non certa ita nec despicienda.*

*55.* USANDI] *Corruptum et insanabile.*

*56.* PRIANI] *Forsitan <Cy>priani. Supra, n. 50.*

*58.* IN AEGYPTO] *Ut laterculus huius diei rite ordinetur, rursum adducatur oportet Passio sanctorum Aegyptiorum Victoris, Victorini et sociorum* [6], *de qua feb. 24, n. 82, feb. 28, n. 1, mart. 6, n. 1. Huius ope haec colligimus martyrum nomina :*

*60. Victoris*
*74. Victorini*
*75. Nicofori*
*76. Dioscori*
*77. Serapionis*
*78. Papiae.*

*His addendus Claudianus, qui hodie casu omissus est, ut ex collatis tribus aliis laterculis manifestum est. Porro Victor, Victorinus, Claudianus martyres sunt Nicomedienses quos Aegyptios fecit hagiographus mendax (cf. mart. 6, n. 1). Hinc loci indicium emendare conatus est, qui addidit Nicomedia (n. 59). Passio* quod est V kal. mart. *inscripta est ;* V kal. mai. *legisse censendus est qui martyres Aegyptios ita dictos in martyrologium intulit ad diem april. 27, scripsitque :*

**in Aegypto Victoris, Victorini, Nicefori, Dioscori, Claudiani, Serapionis, Papiae.**

*59.* NICOMEDIA] *Ab interpolatore primum in margine ascriptum, postea a librariis in contextu positum. Supra, n. 58.*

*61.* MAXIMI *Neque Maximus neque ceteri ad Felicem usque (n 72) Aegyptii sunt, nec etiam Nicomedienses. Omnes autem et singuli nuntiati sunt pridie, in Africa.*

| | |
|---|---|
| *61. Maximi* | *april. 26, n. 16.* |
| *62. Pauli* | *april. 26, n. 15.* |
| *63. Marciani* | *april. 26, n. 26.* |
| *64. Germani* | *april. 26, n. 29; infra, n. 71: Germanae.* |
| *65. cum aliis VI.* | |
| *68. Germelinae* | *april. 26, n. 32: Gemelinae.* |
| *69. Laetissimae* | *april. 26, n. 27: Litissimi.* |
| *70. Feliciae* | *april. 26, n. 30.* |
| *71. Germanae* | *supra, n. 64: Germani.* |
| *72. Felicis* | *april. 26, n. 14.* |

*73.* EVANTIAE] *April. 26, n. 31. Opitulatur*

[1] *BHG*[2]. 135, c. 3. — [2] *BHG*[2]. 823, c. 29. — [3] *BHL*. 585. — [4] *Les martyrs d'Égypte*, p. 215. — [5] « La localité indiquée paraît être un *Castellum Iovia*. Il y en avait plusieurs en Pannonie. Ce qui suit est très altéré. » L. D. De *Iovia*, VULIĆ, in PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie*, t. IX, p. 2005. — [6] *BHL*. 8596 d.

*nobis*

*nobis cod. Taml. qui scribit :* Alexandri Eventii presbiteri Teodoli presbiteri. *Sunt martyres Viae Nomentanae, qui coluntur 3 maii, a* V non. mai. *assumpti die* V kal. mai. *In solis codicibus posterioris recensionis huius memoriolae vestigium remansit E v e n t i u s, Evantia dictus. In ceteris olim et haec scripta fuisse ostendit quod heri anticipata sit (n. 31) memoria E v a s s i a e.*

79. ANTIOCHIA] *Cf. Codex B: A n c h i m i e p̄ i et A n t h i o c i a T h i m i e. Ex uno A n t i m i e p i s c o p i (n. 10, 11) confictum esse crediderim, n. 79, 80 :* ANT[*i o c h i a A n*]THIMI E[*p i.*

81. MAURI] *Supra, n. 51.*

84. GENNOSI] *Supra, n. 20, 26 ; lege Z e n o n i, n. 18, 31.*

85. SODALIS] *Supra, n. 27.*

ADDITAMENTA *L u p i c i n i. Duo noti sunt Lupicini, alter abbas Iurensis, qui recolitur die 21 martii* [1], *alter reclusus Lipidiacensis, cuius festum incidit in 24 iun.* [2]. *Lupicinum hodiernum ex his alterutrum esse nulla probabilis ratio suadet.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : M i l e t o = Militana civitate, n. 37.*

*Cod. Taml. : A l a x a n d r i, supra, ad n. 73. In Actis S. Alexandri et sociorum, ut in hoc codice, E v e n t i u s et T h e o d u l u s sunt* ambo presbyteri [3].

*e t a l i o r u m I I I I. In iisdem Actis alii plurimi sunt S. Alexandri socii, quorum soli* Quirinus, Balbina, Hermes *nomine noti.*

*A n t o n i i, supra, n. 15, qui certe non est Antonius ille Thebaeus dictus quem in mente habuit librarius.*

*C u t i c i = Eutici, n. 23.*

*S e n o n i = Zenoni, n. 18.*

*A c h i m i = Anthimi, n. 10.*

*S e n o r i. Supra, Senoni = Zenoni, n. 18.*

*A s s a n i = Usandi, n. 55.*

*A n a t h a s i i = Anastasii papae, cf. infra.*

*Cod. Mon. : I n n o c e n t i i, A n a s t a s i i. De Anastasio (an. 399-401) scribit Liber pontificalis :* sepultus est ad Ur o pilato V kal. mai [4] ; *de Innocentio (an. 401-417) :* sepultus est ad Urso pilato V kal. iuli, *in prima editione, in altera autem* V kal. aug. [5]. *Quae omnia emendatione indigere ostensum est. Innocentii commemoratio incidit non in diem 28 iul., sed in 12 mart., n. 37. De Anastasio vero disceptatur. Martyrologus, ut patet, legerat Librum pontificalem, nec male in Anastasio. Deceptus autem proxima et paene simili de Innocentio enuntiatione, utrumque eodem die obiisse opinatus est.*

[1] *BHL.* 5073, 5074.— [2] *BHL.* 5075.— [3] *BHL.* 266, n. 18. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis,* t. I, pp. 86-87, 219. — [5] Ibid., pp. 86-87, 222, 224.

# IV KAL. MAI.

I | II

[a] In Pannonia [b] Eusebi episcopi Pollionis Tiballi. in Alexandria natale sancti Victurini [c]. in Tarso Ciliciae

| Malinae cum aliis CLXX

Afrodisi

cum aliis CLXX Malinae |

Carilippi presbiteri Agapi lectoris in carcere requiescentium Eusebi eunuchi. in Africa provincia Numediae natale sanctorum Mannilli Donati Mauroli Lucani Victorinae Nicae [d] virginis et aliorum LXX Lucani et aliorum CCLXX. in territorio Beturivae civitatis depositio sancti Eusici presbiteri et confessoris [e].

*Addunt codices pleniores:* a) natale sancti vitalis episcopi M. — b) natale sancti vitalis episcopi KLV. — c) egressio noe de arca rome vitalis martyris B. — d) sancti vital(i)s mar(tyris) $S^2$ *int. lin.* — e) senoñ sancti artemii (?) episcopi et confessoris $S^2$.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. panonia S | 3. eusebii S | 5-6. *transp.* tiballi pollionis W; tyballi pollionis S | 6. tuballi B | 8. ala x̄ E; alexandr̄ B | 9-10. *om.* E | 9. *om.* W | 11. victorini B | 14. ciliĉ EB | 15. maline BS | 21. alis E | 24. carippi E | 25. prb̄ E; presbit̄ B; prb̄i W; prb̄t S | 26. acapi S | 27. lect̄ E; lectore W | 28-30. *om.* SW | 29. carme E | 30. requiescent̄ E | 31. eusevi BSW | 32. eunici B; eunuci S; ennuci W | 34. aff̄ E | 35-37. *om.* E | 35. provintia B; provintiae S | 36. numedie B; dum mediae W; dummedię S | 37. *om.* E | 39. manili BW; malini S | 41. maurini W; maurili S | 42. lucati W; luciani S | 43. victorini B; victurini SW | 44. nicee B; nicię W | 45. *om.* E; virgu S; virḡ W | 48. LXXII SW; septu duo B | 49. luciani BSW | 50-51. cum aliis BSW | 52. ducentos septuaginta B; CLXX S | 53-56. *om.* E | 54. territturio $B^1$; territurio $B^2$; *om.* SW | 55. beturive $B^1$; betorivę W; beturicae $B^2$; biturice S | 56. civī B; civitate S | 57. depos̄ E; deposit̄ B | 59. euseci B; eusebi W; eusebii S | 60. prb̄ E; prb̄i W; *om.* S | 62. confes̄ ES; conf̄ B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Nat. sancti Vitalis in Paronis nat. Pollionis et in Alexandria Victurini et in Tarso Ciliciae Afrodisi et aliorum CLXX. — TAML.: Egressio Noe de arca Cristifori cum suis XMCCCCIIII. Omnis qui ieiunat in feria eius requiem inveniet apud Deum. Victorini Eufrodisii Eusebii Tabilli Victoris Pilippi Cari bis Pollionis et aliorum CLXXXII Agapi Malinae Niciae Victorinae et aliorum LXX Lictoris et aliorum LXX Luciani et aliorum LXXX Eunuchii Augustini sacerdotis Donati Tomae Erasmi Mavilii Iuliani Celsii Eveni. — MON.: Romae sancti Vitalis martyris in Tarso Ciliciae Malinae cum aliis CLXX in Africa provincia Numidiae Niciae virginis et aliorum LXX eodem die sancti Cristofori martyris Luciani cum aliis CCLXX. — RICH.: In Pannoniis natale Pollionis et in Tarso Ciliciae Afrodisii et aliorum CLXX Eusebii episcopi Rom. Vitalis Bituricas depositio Eutici presbiteri.

## APRIL. 28

1. IN PANNONIA] *Civitas Pannoniae inferioris erat Cibalae, al.* C i b a l i s, *nunc Vinkovce* [1]. *Infra, n. 6:* T i b a l l i *non recte.*

3. EUSEBI] *In Passione S. Pollionis, primicerii lectorum, narratur S. Eusebium, episcopum ecclesiae Cibalitanae,* ante plurimos annos *in superiore persecutione, an. 253 vel 259, ut videtur, sed eodem die* quinto kalendarum maiarum *martyrium fecisse* [2]. *In codicibus nostris omnibus die 28 april. seu* quarto kal. maias *uterque inscriptus est. Pollio solus rursum 29 maii, id est* quarto kal. iunias: *in Cibalis Pollionis lectoris. In hodierno laterculo vox* l e c t o r i s *non quidem desideratur, sed suo loco decidit et cum* A g a p i *(n. 26) perperam connexa est. Hinc emendata lectio erit:*

**in Pannonia Cibalis Eusebii episcopi, Pollionis lectoris.**

*Eodem die apud Graecos memoria agitur* τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πουπλίωνος [3], *quem ipsum S. Pollionem esse minime dubium censemus. Ravennae erat* monasterium sancti Pullionis, *sedente Liberio III episcopo exstructum* [4].

6. TIBALLI] *Lege* C i b a l i, *vel* Cibalis, *supra, ad n. 1.*

8. IN ALEXANDRIA] V i c t u r i n u s *nuntiatus est heri* i n A e g y p t o *(april. 27, n. 58). Est et ubi* A l e x a n d r i a e *tribuatur (feb. 28, n. 1). Quare hodie nullus ei adiungatur socius non perspicio. Licet reapse Alexandrinus non est Victurinus, nec eius natalis in hunc diem cadit (cf. mart. 6, n. 1), servanda est codicum lectio:*

**in Alexandria natale sancti Victurini.**

V i c t u r i n u s *al.* V i c t o r i n a *iterum infra, n. 43.*

[1] PATSCH, in PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopaedie*, t. III, p. 2534. — [2] *BHL.* 6869. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 638. — [4] TESTI RASPONI, *Codex pontificalis ecclesiae Ravennatis*, p. 63.

13. IN TARSO] *Nullum, prima fronte, dubium est quin* Afrodisius *(n. 19) sit ille martyr Tarsensis, cum totidem verbis maii 9 et 10, scriptum sit* in Tarso Ciliciae Afrodisi. *At vero cautissime procedendum. Etenim verba* in Tarso Ciliciae *iam legimus april. 27, n. 3,* Afrodisium *autem suggessisse videtur proximum* in Afrodisia, *april. 30, n. 109. Hinc suspicio est laterculum* in Tarso Ciliciae Afrodisi *casu et fortuito, ut ita dicam, coaluisse binis ex locorum indiciis, eundemque ad alios dies perlatum, ut passim fit, ignota de causa. Quae de martyre Aphrodisio tradita sunt Tarso minime favent. In breviario Syriaco, die 14 maii* Ἀφροδίσιος *nulli asseritur civitati vel regioni. Hunc ipsum scribunt libri nostri die 13 maii* in Alexandria. *Est et Aphrodisius quidam Palaestinensis cum comitibus, quorum memoriam agunt Graeci die 4 mai:* τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀφροδισίου, Μίλδα, Μακροβίου, Οὐαλεριανοῦ, Λεοντίου, Ἀντωνίου καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἁγίων τῶν σὺν αὐτοῖς ἐν Σκυθοπόλει μαρτυρησάντων [1]. *Inscripti etiam sunt kalendario Neapolitano* [2]. *De Tarsensi quodam Aphrodisio monumentorum testimonia exspectanda sunt.*

15. MALINAE] *Infra, n. 39:* Mannilli, *al.* Malini; *april. 29, n. 40:* Manili, *fortasse legendum* Mauili, *de quo feb. 19, n. 12.*

18. ALIIS CLXX] *Infra, n. 48:* et aliorum LXX; *n. 52:* et aliorum CCLXX. *Ter eadem dictio, varie corrupta, et loco non suo posita. Cf. n. 52.*

19. AFRODISI] *Supra, ad n. 13.*

24. CARILIPPI] *Breviarium Syriacum:* ἐν Νικομηδείᾳ Εὐσέβιος πρεσβύτερος καὶ Χαρίλαμπος πρεσβύτερος καὶ διακόσιοι ἑξήκοντα καὶ ὀκτὼ ἕτεροι μάρτυρες. *Elogii membra dispersa sunt.* Nicomedia *agnoscitur sub* Nicae, *n. 44.* Eusebius, *n. 31, non presbyter sed* eunuchus *appellatur.* Carilippus, *n. 24 =* Χαρίλαμπος. *Numerus sociorum ter exprimitur, totiesque proximis nominibus male aptatur:*

(*Malinae, Afrodisi*) cum aliis CLXX, *n. 18, 22.*
(*Nicae virginis*) et aliorum LXX (*al.* LXXII), *n. 48.*
(*Lucani*) et aliorum CCLXX, *n. 52.*

*Hic autem numerus CCLXX syriaco rite respondet, ita tamen ut cum sociis iterum computentur antesignani (268 + 2 = 270). In synaxariis Graecorum die 30 maii inscripta est memoria* τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐσεβίου, Ῥωμανοῦ, Μελετίου, Χαραλάμπους, Χριστίνης καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἁγίων τῶν ἐν Νικομηδείᾳ καυθέντων [3]. *Emendatum ergo proferamus elogium:*

**in Nicomedia Eusebi eunuchi, Charalampi presbiteri cum aliis CCLXVIII.**

26. AGAPI] *Unus est episcoporum qui SS. Marianum et Iacobum, de quibus april. 30, n. 52, in certamine praecesserunt* [4]. *Ad eum refertur indicium* in Africa *cet. (n. 34-36), non vero haec verba* lectoris in carcere requiescentium.

**in Africa provincia Numediae Agapi.**

*In martyrologio Romano Agapius cum aliis diversarum regionum martyribus una enuntiatione comprehenditur:* eodem die sanctorum Aphrodisii (*cf. n. 13*), Caralippi, Agapii et Eusebii martyrum. *Ita iam scripserat anonymus Lugdunensis in codice Parisino 3879. Qua ratione hi sancti urbi Biternensi et Hispaniae quondam ascripti fuerint in* Actis *nostris ostensum est* [5].

39. MANNILLI] *Cf. supra, n. 15:* Malinae.

40. DONATI] *Saepius passim occurrit.*

41. MAUROLI] *April. 27, n. 21:* Maurini; *n. 51, 81:* Mauri.

42. LUCANI] *Cod. S:* Luciani, *item BSW, infra, n. 49; april. 30, n. 28, et hanc veriorem esse lectionem non negaverim. Saepius enim* Lucianus, *celeberrimus martyr Nicomediensis, cum aliis eiusdem civitatis martyribus commemoratur, v.gr. feb. 24, iun. 7, 8. Res tamen diversam patitur interpretationem. Lucianus enim videtur ad diem 30 april. cum aliis quattuor a die 5 ian. nescio quo casu transiisse. Hinc fieri potest ut hodierna annuntiatio anticipata sit a die 30 april. Cum autem Lucianus in carcere defunctus sit, ad eum fortasse pertinent n. 28-30, unde scribendum foret:*

**<item Nicomediae> Luciani in carcere quiescentis.**

43. VICTORINAE] *Al.* Victurini; *supra, n. 11.*

44. NICAE] *Lege* Nicomediae. *Supra, ad n. 24.*

45. VIRGINIS] *E vocabulo corrupto in modum nominis muliebris:* Nicae, *librarii stulte virginem et martyrem fecerunt, cui socios dederunt.*

48. ALIORUM LXX] *Supra, n. 18. Emendandum:* CCLXX *et cum martyribus Nicomediensibus, n. 24, coniungendum.*

49. LUCANI] *Supra, n. 42.*

52. ALIORUM CCLXX] *Supra, n. 18. Socii sunt martyrum Nicomediensium, n. 24.*

55. BETURIVAE] *Bourges. Vulgo* Bituricae civitatis. *Non tamen corrupta est vel inusitata scriptio* Beturivae [6].

59. EUSICI] Eusicius, *abbas Cellensis de quo Gregorius Turonensis* [7] *aliique* [8]. *Childebertus rex basilicam eius nomini dicatam exstruxit, eo loco qui iam dicitur Selles-sur-Cher (dép. Loir-et-Cher, arr. Romorantin)* [9].

**in territorio Biturivae civitatis depositio sancti Eusicii presbiteri et confessoris.**

ADDITAMENTA] Vitalis. *Sacramentarium Gregorianum:* IIII kalendas maias id est XXVII<I> die mensis aprilis natale sancti

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 658. — [2] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 337. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 717. — [4] *BHL.* 131, n. 3. — [5] *Act. SS.*, April. t. III, p. 568-71. — [6] HOLDER, *A celtischer Sprachschatz*, t. I, p. 441. — [7] *In gloria conf.*, LXXXI. — [8] *BHL.* 2754-2756. — [9] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI[e] siècle*, p. 472-73.

Vitalis[1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* IIII kalendas madias natale sancti Vitalis[2]. *Est hic Vitalis martyr Bononiensis, qui una cum S. Agricola die 27 nov. recensetur. Unde orta sit hodierna commemoratio, non uno modo explicari potest. Censuit L. Duchesne hunc esse anniversarium diem dedicationis tituli Vestinae, in vico Longo Romae (hodie Via Nazionale)*[3]. *Innocentius namque papa (401-417) dedicavit* basilicam sanctorum Gervasi et Protasi ex devotione cuiusdam illustris feminae Vestinae[4]. *Haec autem iam antiquis temporibus titulus sancti Vitalis nuncupari coepta est. Presbyteri enim huius basilicae Actis concilii an. 499 subscribunt* presb. tit. Vestinae, *anno vero 595,* presb. tit. Sancti Vitalis[5]. *Unde colligo basilicam non tantum martyribus Gervasio et Protasio dedicatam fuisse, sed et S. Vitali, cuius solo nomine eandem nuncupare usus invaluit*[6]. *Eodem plane modo Ravennates nobilem basilicam trium sanctorum sub S. Vitalis nomine designare consueverunt. Nonnemo arbitratus est die 28 april. non Romanae sed Ravennatis basilicae consecrationem, ab episcopo Maximiano factam, commemorari*[7]. *Sed ne hanc sententiam amplectamur gravissima prohibere argumenta alio loco ostendimus*[8].

*A r t e m i i. Artemius episcopus Senonensis, de quo Gregorius Turonensis*[9] *et Vita S. Lupi Senonensis*[10], *interfuit concilio Matisconensi ann. 581 et 585*[11].

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : i n P a v o n i s = in Pannonia, n. 1.*

*Cod. Taml. : C r i s t i f o r i. Infra item cod. Mon. S. Christophorum, de quo ad diem 25 iul., etiam Beda hodie commemorat :* natale sancti Cristofori martyris[12].

*T a b i l l i = Tiballi, seu Cibalis, n. 6.*

*L i c t o r i s = lectoris, n. 27.*

*A u g u s t i n i. Cf. april. 29, n. 38 : Agusti.*

[1] WILSON, p. 71. — [2] K. MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum,* p.411. — [3] « Ceci semble être la dédicace du *Titulus Vestinae* à Rome. » L. D. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis,* t. I, p. 220. — [5] Cf. J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum,* p. 68-70. — [6] *Anal. Boll.,* t. XLVII, p. 9-10. — [7] LANZONI, *Le diocesi d'Italia,* p. 730. — [8] *Anal. Boll.,* t. XLVI, p. 55-59. — [9] *Hist. Franc.,* VIII, 31. — [10] *BHL.* 5082. — [11] *Act. SS.,* April. t. III, p. 578 ; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux,* t. II², p. 416. — [12] QUENTIN, *Les martyrologes historiques,* p. 50.

# III KAL. MAI.

**In Alexandria natale sancti Germani [5] presbiteri et alibi Prosdoci [9] diaconi [a]. in [11] Nicomedia Prudenti Marcialis Sabbati [15] Codomani Basili item Germani Filocasti [20] Budenti Urbani et Pacatae [b]. in [25] Africa Grati et aliorum VI [30]. et Perusio Tusciae Valentini Marciani [35]. Bononiae Vitalis Agusti Victorini Manili [40] Metronae virginis Macculi [c]. in Alexandria [45] Pudenti Marciani Filocosi Theodorae virginis [50] Padis cum aliis duobus [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) et valentini E. — b) silvani ioci C. — c) megini C. — d) obiit amalarius episcopus B.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 1. *om.* E | 2. alaxañd E ; alexandř B ; *add.* civī E | 3. *om.* E | 6. prb̄ E ; presbit̄ B ; prb̄i W ; ep̄i S | 7-8. *om.* SW | 9. prosduci W ; prosdici S ; prostoci B | 10. diac̄ E ; diacoñ B | 12. nicom̄ E ; nicoměd B | 15. sabati W | 16. eodomoni B ; eo domoni W | 17. baseli W | 18. it̄ E | 20. filucasi BSW | 21. budendi S | 23. *om.* E | 24. pagate BS ; bagatę W | 26. aff̄ E | 30. VII B | 32. persiū B ; persiuum SW | 33. theusi E ; tuscie B ; tuciae S | 35. *add.* et B | 36. bononia B | 38. augusti B | 39. victurini SW | 41. metorinę W ; netori S ; meturinę B | 42. *om.* E ; virḡ W | 43. macculini B | 44. *om.* E | 45. alaxañd E ; alexandř B ; *add.* civī E | 48. fylocusi W ; filocusi S | 49. theodore SW | 50. virḡ EW | 51. *om.* B | 53. alis E.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : In Alexandria nat. Germani prespiteri et in Nicomedia Prodoci diaconi et in Plerusio Valentini. — TAML. : Germani diaconi Prosodoci Victorini Marciasii Sabbati Codni Nonnae Matrinae Basilii Theusii Valentini Tigusti Marciani Victorini Maulini Augusti Vitalis Bononiae et aliorum LXXXIII. — MON. : Hieremiae prophete in Alexandria natalis sancti Germani presbyteri papae Perusia Valentini martyris. — RICH. : In Alexandria Germani presbiteri et in Nicomedia Prosduci et in Perusio Valentini Martiani et in Affrica Grati et aliorum sex alibi Pudentis.

## APRIL. 29

1. IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Γερμανὸς ὁ πρεσβύτερος. Nil differt a nostris codicibus :*

**in Alexandria natale sancti Germani presbiteri.**

*Redit maii 2, et infra, n. 19.*

*Novembris Tomus II, 2.*

9. PROSDOCI] *Quis fuerit et qua in ecclesia diaconus, ignoratur.*

12. IN NICOMEDIA] *Unum videmus V i c t o r i n u m, n. 39, quem sibi forte vindicet Nicomedia. Huius enim nominis martyr in breviario Syriaco inscriptus est, die 6 mart., ἐν Νικομηδείᾳ.*

13. PRUDENTI] *Infra, n. 21 : B u d e n t i ; n.*

28 *46 :*

*46: Pudenti, et haec lectio ceteris praestat. Kalendarium Carthaginiense:* III kal. mai. martyris Pudentis. *Supplendum igitur vel* in Carthagine, *vel saltem* in Africa :

**<in Africa> Pudenti.**

*14.* MARCIALIS] *Nescio an conferendum cum Marciani, infra, n. 35, 47 ?*

*15.* SABBATI] *Martyrii socius fuit Codomanus al. Eodomonus, si, quod suspicamur, eo nomine celatur Dorimedon. Apud Graecos memoria agitur sanctorum Τροφίμου, Σαββατίου καὶ Δορυμέδοντος, die 19 sept* [1], *quo solus Trophimus fastis nostris inscriptus est, Dorymedonte ad diem 20 reiecto. Ex Actis autem eorum habemus S. Sabbatium alio die et loco mortem obiisse* [2].

*17.* BASILI] *In libris Graecorum Basileus episcopus Amaseae et martyr inscriptus est april. 26, 27, 28, 30* [3], *et die 26 in kalendario marmoreo Neapolitano* [4]*:*

P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) BASILEI EP(*ISCOP*)I

*Eiusdem Acta habemus* [5].

*19.* GERMANI] *Supra, n. 5.*

*20.* FILOCASTI] *Infra, n. 48: Filocosi.*

*21.* BUDENTI] *Etiam n. 46; 13: Prudenti.*

*22.* URBANI] *Nudum nomen; etiam Pacatae, n. 24.*

*26.* IN AFRICA] *In kalendario Carthaginiensi, die 5 maii nuntiatur:* III non. mai. depositio Grati episcopi. *Suo loco motus est a legente* III kal. mai. *pro III non. mai. Probanda ergo est lectio:*

**in Africa Grati.**

*30.* ALIORUM VI] *Al. VII. Quis horum dux fuerit non perspicimus. Cf. infra, n. 54: cum aliis duobus.*

*32.* PERUSIO] *Perusinum martyrem Valentinum nullum novimus. Potuit quidem Perusii celebrari memoria Valentini illius Romani simul et Interamnensis, de quo feb. 14, n. 5. Id tamen valde incertum. F. Lanzonio visum est iterari elogium diei 29 ian.:* Perusio in Tuscia Constanti. *Exciderit igitur nomen martyris* [6]. *Viri doctissimi sententiae libentius accederem si in kalendario Romano eodem dierum a kalendis numero dies 29 ian. et 29 aprilis exprimerentur.*

*35.* MARCIANI] *Infra, n. 47. Cf. supra, n. 14: Marcialis ?*

*36.* BONONIAE] *Heri Vitalis martyris illius qui cum Agricola, S. Ambrosio astante, Bononiae repertus est, memoria agebatur. Hodie prodit cum socio, cuius nomen, compendio exaratum* A G *male lectum est Agusti, Augusti, n. 38. Quis non videt scribendum esse:*

**Bononia Vitalis Agricolae**

*licet de commemoratione illa Bononiensi nihil traditum est?*

*39.* VICTORINI] *Fortassis martyr Nicomediensis, supra, n. 12.*

*40.* MANILI] *Corrupte scriptum etiam n. 43: Macculi, Macculini, emendate Mauili. Lege quae annotata sunt, april. 28, n. 15.*

*41.* METRONAE] *Al. Metorinae. Quidni legamus Matronae virginis Thessalonicensis cuius non semel meminit martyrologium. Cf. mart. 25. Eiusdem Acta habentur* [7].

*43.* MACCULI] *Supra, n. 40: Manili.*

*45.* IN ALEXANDRIA] *Iteratum ex n. 1.*

*46.* PUDENTI] *Supra, n. 13.*

*47.* MARCIANI] *Supra, n. 35.*

*48.* FILOCOSI] *Supra, n. 20: Filocasti.*

*49.* THEODORAE] *Lege Theodosiae. Quae enim hodie in synaxario inscripta est memoria τῆς ἁγίας Θεοδοσίας τῆς παρθένου* [8], *non Alexandrinae cuiusdam est sed Caesariensis illius praeclarissimae, quae in codicibus nostris die 3 aprilis iam nuntiata est et in Graecorum libris plerumque diebus 2, 3 aprilis et 29 mai recensetur. Natalis autem eius dies, teste Eusebio* [9], *est 2 aprilis, quo etiam in synaxariis sancti martyres Apphianus et Aedesius commemorantur* [10]. *Theodora vocatur in martyrologio, facili errore, quem Graeci non semper praecaverunt* [11]. *Quod cum aliis duobus prodit, id non de sociis passionis quos nullos habuit, intellege, sed de binis martyribus αὐταδέλφοις, quorum memoria eodem die fastis Graecorum inscripta erat (infra, n. 54). Haec nihilominus delenda non sunt.*

**<In Palaestina> Theodosiae virginis cum aliis duobus.**

*Qui codices secuti legendum putarunt* Alexandriae... Theodorae, *Theodoram illam intellexerunt cuius gesta narrantur in Actis Theodorae et Didymi* [12]. *Haec enim compendio tradit, ad diem 28 aprilis, anonymus Lugdunensis qui Adoni praeluxit et martyrologio Romano:* Alexandriae passio sanctae Theodorae virginis, quae idolis sacrificare contemnens, cum esset in lupanar tradita *cet.*

*51.* PADIS] *Quid rei subsit fateor me ignorare.*

*54.* DUOBUS] *Hi sunt Apphianus et Aedesius fratres. Theodosia mortem obiit πρὸ τεσσάρων νονῶν ἀπριλλίων* [13], *ita quoque Apphianus* [14], *paulo post vero Aedesius* [15]. *Saepius autem uterque simul commemorantur.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Codni Nonnae = Codomani, n. 16.*

*Theusii = Tusciae, n. 33.*

*Tigusti = Agusti, n. 38.*

*Maulini = Manili, n. 40.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 57. — [2] *BHG*[2]. 1853, 1854. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 629, 632, 633, 641. — [4] CAPASSO, *Monumenta ducatus Neapolitani*, t. I, p. 336. — [5] *BHG*[2], 239, 240. — [6] *Le diocesi d'Italia*, p. 549. — [7] *BHL*. 5688. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 639. — [9] *Mart. Palaest.*, VII, 1. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 579. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 453, 580. — [12] *BHG*[2]. 1742; *BHL*. 8072, 8073. Cf. TILLEMONT, *Mémoires*, t. V, p. 244-50. — [13] EUSEBII, *De mart. Palaest.*, VI, 7, 1. — [14] Ibid., IV, 15. — [15] Ibid., V 2.

# PRID. KAL. MAI.

**In Alexandria Dorothei presbiteri Rodaciani diaconi Viatoris Terenti Martini Maioricae item Victoris Claudi Silvani Clementi Honorati item Victorini Reducti item Honorati Telesfori Primosi Rogati Felicis item Felicis [a] Luciani Colisi item Rogati Severi Cotiae Fortuni Spinicae Iocundi Iuli [b] Emeriti Honori item Silvani Saturnini Emeliani [c] item Saturnini Afrodi Clugdi Pastoris episcopi. et alibi Secundiani Concordi Mariani Iacobi Floriani Gabri Gaiani Postumi Momini Quintiani Cassi Fasili Florenti Demetri Gadudi Crispini item Crispini Donati Zenonis et alibi Romodiani diaconi igne ustorum et mare mersorum cum aliis XXIIII Secundiani episcopi Alexandri diaconi Bubati Saturi Diodri Ropodiani et Nomensis et reliquorum quorum gesta habentur. Romae in cimiterio Pretextati via Appia depositio Quirini episcopi. in Frodiria Rodiciani diaconi Terenti Marini presbiteri Dagari cum aliis XII Meturi Clementis Lucini Telesfori Primosi Saturnini Emeliani Maioricae Saturnini [d]. depositio Policroni episcopi.**

*Addunt codices pleniores:* a) item felicis B. — b) secundini (secundiani W) episcopi SW. — c) item saturi C. — d) in gallia fontanella (fontenelle V ; fontenellę M) monasterio (monastyrio W ; monasterii V) translatio (depositio W) eremberti (ermberti W ; erbberti ML ; erb̄berti K ; erberti V) episcopi et confessoris WMKLV.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. alax̄ E ; alexandr̄ B | 3. derothei S | 4. pr̄b E ; presbit̄ B ; pr̄bi W ; pr̄bt S | 5. rodociani BSW | 6. diac̄ E | 10. maiorice BS | 11. *om.* E | 12. victuri E ; victori B | 13. claudii W ; cladi S | 15. orimenti E | 17. *om.* E | 18. vlctori BW ; victuri S | 19. deducti S | 20. it̄ E | 22. talesfori E ; thelefori BW ; thele fori S | 23. primusi E | 26. it̄ E | 29. colosi W ; casoli S | 30. *om.* E | 31. revocati E | 32. *add.* spicię SW (*cf.* 35) | 33. cottidie B ; cotidiae SW | 34. furtuni B | 35. spice B ; *om.* SW | 38. meriti BSW | 40. *om.* E | 43. emelliani E | 44. *om.* E | 45. saturninae E | 46. affrodi BSW | 47. dugdi SW ; ducti B | 48. partoris E | 50-51. *om.* SW | 50. e B | 52. *om.* S | 54. marciani S | 56. floria W | 60. momni E ; mommini SW | 62. crassi S | 63. starili W | 64-65. *om.* W | 66. gududi W | 68-69. *om.* B | 68. it̄ E | 71. geonis E ; zeonis W | 72-73. *om.* SW | 74. pomodiani BSW | 75-80. ignei diac̄ rumetina remisurini E | 75. diac̄ BW | 76-80. *om.* SW | 76-77. igneustorum B | 82. alīs E | 83. viginti quattuor B | 84. secundini E | 86. alaxandri E | 87. diac̄ E | 88. bubatis E ; babuti W | 90. driodri B | 91. ropodriani S | 92. *om.* E | 94-98. *om.* ESW | 94-95. de reli///-quorum B | 96. *om.* B | 98. habetur B¹ | 99. rome EBS ; rom̄ W | 100-104. *om.* ESW | 101. cimit̄ B | 107. ep̄i ESW ; mar̄ B | 109. frodiria S¹ ; frodyria S² | 110. roditiani B | 111. diac̄ ESW | 112. terrenti S | 113. maurini S | 114. pr̄b E ; presb̄i B ; pr̄bi W ; pr̄bt S | 115. dacari BS ; dicari W | 117. alis E | 121. luciani W | 122. telisfor W ; telis fosi S | 125. emiliani W | 126. maiorice B ; *add.* item B | 128-130. *om.* W | 128. depos̄ EB | 129. polocroni B ; pollicarpe S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. Efrodisi prespiteri et aliorum XXX et Romae depositio Quirini episcopi. — Taml. : Affrodisii Quirini Papae et aliorum XXX Dorothae Viatoris Terentii Martini ter Victorii Claudii Maioricae Claudii Silvani Orimenti Onoragi Dagarii et aliorum XLVII Lucini Saturnini Clementis Meturi. — Mon. : Romae in cimiterio Praetextati via Appia depositio sancti Quirini et aliorum XXXVIIII Hierosolima Iacobi apostoli fratris Domini. — Rich. : Alexandria Frodisi presbiteri Rome depositio Quirini Episcopi Dorothei presbiteri Rodociani diaconi Viatoris Martini Maiorici Victoris.

## APRIL. 30

1. IN ALEXANDRIA] *Nomina Alexandrinorum, si quae supersunt, e mari magno expiscari quis tentaverit ? Dorotheus enim — lege* D i o d o r u s *— martyr Aphrodisiensis est.*

3. DOROTHEI] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀφροδισίᾳ τῆς χώρας Καρίας Ῥόδοτος καὶ Ῥοδοπιανὸς οἱ μάρτυρες. *Fuit olim horum martyrum Passio graeca cuius epitomen habemus in synaxariis ad diem april. 29 :* ἄθλησις τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Διοδώρου καὶ Ῥοδοπιανοῦ διακόνου μαρτυρησάντων ἐν Ἀφροδισίᾳ τῆς Καρίας [1]. *Est et eiusdem Passionis versio latina :* Passio sanctorum martyrum Diodoroti et Rodopiani [2], *quam etiam nonnihil contractam esse suspicamur. Laterculi membra mirum in modum dispersa sunt et deformia. Nomina optime servavit synaxarium, male codices nostri.* Διόδωρος *scriptum est* D o r o t h e i *(n. 3),* D i o d r i, *n. 90 ;* Ῥοδοπιανός*:* R o d a c i a n i *(n. 5),* R o m o d i a n i *(n. 74),* R o p o d i a n i *(n. 91),* R o d i c i a n i *(n. 110) ;* Ἀφροδισία *(emendatius* Ἀφροδισιάς*):* A f r o d i *(n. 46),*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 638. — [2] *BHL.* 2163 b.

*Frodiria (n. 109); Καρία latere videtur in Dagari (n. 115) al. Dacari, Dicari*[1]. *Diaconum fuisse Rodopianum observat synaxarii lectio ; presbyterum facit Diodorum martyrologium, testis unus qui audiendus est. Verba autem* igne ustorum et mare mersorum cum aliis XXIIII (*n. 76-83*) *et infra :* cum aliis XII (n. *116-118*), *profecto ad Diodorum et Rodopianum non pertinent, quos Passio lapidatos asserit nullosque addit comites Quorsum haec referantur suo loco inquirendum. Altera vero sententia,* quorum gesta habentur (*n. 96-98*), *quin ad eos spectet, profecto nihil obstat. His caute observatis scribendum :*

**in Afrodisia Cariae Diodori presbiteri et Rodopiani diaconi, quorum gesta habentur.**

*Romani martyrologii enuntiatum :* Alexandriae sanctorum martyrum Aphrodisii presbyteri et aliorum triginta, *singuus verbis mendosum, a Baronio fulcitur auctoritate Bedae, recentiorum, veterum manuscriptorum.*

7. VIATORIS] *Pleraque nomina quorum hic exorditur catalogus, aliis anni diebus occurrunt, ubi tamen saepius incertum remanet sintne eorundem martyrum an homonymorum. Honoratus (n. 21), Telesforus (n. 22), Felix (n. 25, 27), Lucianus (n. 28), Iocundus (n. 36) procul dubio ii sunt qui ian. 5 commemorantur. In ceteros indagare frustra tentavimus.*

*Viatoris, nudum nomen. Cf. infra, n. 12: item Victoris.*

8. TERENTI] *Infra, n. 112.*

9. MARTINI] = *n. 113 : Marini presbiteri.*

10. MAIORICAE] *Infra, n. 126.*

12. VICTORIS] *Supra, n. 7 : Viatoris.*

13. CLAUDI] *Kalendarium Carthaginiense :* II kal. mai. martyris Claudi. *Hinc tuto scribitur :*

**<in Africa> Claudi.**

14. SILVANI] *Infra, n. 41.*

15. CLEMENTI] *Infra, n. 120.*

16. HONORATI] *Infra, n. 21 ; item n. 39 : Honori ; ian. 5, n. 5.*

18. VICTORINI] *April. 29, n. 39.*

19. REDUCTI] *Formae mira mutatio ex Claudi, n. 13. Lege quae annotata sunt ad n. 47.*

22. TELESFORI] *Infra, n. 122 ; ian. 5, n. 9.*

23. PRIMOSI] *Nudum nomen.*

24. ROGATI] *Infra, n. 31.*

25. FELICIS] *Infra, n. 27 ; ian. 5, n. 3.*

28. LUCIANI] *April. 28, n. 42 ; ian. 5, n. 6. Infra, n. 121 : Lucini.*

29. COLISI] *Al. Colosi, Casoli, nudum nomen.*

31. ROGATI] *Al. Revocati. Supra, n. 24*

32. SEVERI] *Nudum nomen. Quod et de reliquis n. 33-38 iterandum est : Cotiae, al. Cottidiae; Fortuni, Spinicae al. Spicae; Iocundi (cf. ian. 5, n. 10), Iuli, Emeriti, al. Meriti.*

39. HONORI] *Supra n. 16 : Honorati.*

41. SILVANI] *Supra, n. 14.*

42. SATURNINI] *Infra, n. 45, 124, 127.*

43. EMELIANI *Infra, n. 125. In Passione SS. Mariani et Iacobi, de qua mox, ad n. 52.*

46. AFRODI] = *Infra, n. 109 : Frodiria,* = *Afrodisia, supra, ad n. 3.*

47. CLUGDI] *Lege Claudi, supra, n. 13. Sedulo considerandae sunt huius nominis varietates :*

*Clugdi*
*Dugdi*
*Ducti*

*unde palam fit Reducti (n. 19) etiam a Claudi repetendum esse.*

48. PASTORIS] *Episcopus ceterum ignotus.*

52. SECUNDIANI] *Praeter alios plurimos qui a die 6 maii ad 30 april., id est a* II non. maii *ad* II kal. maii, *errore abducti sunt, adsunt martyres Lambaesitani, quorum Passio edita est*[2]. *Pars autem elogii ad diem 28 april., n. 26, delapsa est :* in Africa provincia Numidiae Agapi. *Praeter Agapium, in eadem Passione narratur certamen Secundini seu Secundiani, n. 52, (n. 84 : Secundiani episcopi), Mariani, n. 54, Iacobi, n. 55, Aemiliani, n. 43. Concordi vero (n. 53) nulla mentio est. Sed notanda haec Actorum sententia, qua martyrologus deceptus fuisse censendus est :* Agapius et Secundinus episcopi praedicandi, ambo spirituali dilectione concordes [3]. *Nostrum tamen non est ficticium illum Concordium, qui etiam die 6 maii recensetur, delere. Dispersa igitur elogii fragmenta colligamus :*

**in Africa provincia Numidiae Agapi, Secundiani episcoporum, Concordi, Mariani, Iacobi, Emiliani.**

*Secundianus in kalendario Carthaginiensi recensetur die 13 maii, postridie in nostro martyrologio.*

56. FLORIANI] *Omnia et singula nomina inde a n. 56 ad 70 usque recurrunt die 6 maii, uno excepto Momini, n. 60, incertae lectionis. Floriani, maii 6, n. 106 ; n. 75 : Florianae.*

57. GABRI] *Maii 6, n. 110 : Gavini.*

58. GAIANI] *Maii 6, n. 6, 56, 89, 129.*

59. POSTUMI] *Maii 6, n. 59.*

60. MOMINI] *Nudum nomen.*

61. QUINTIANI] *Maii 6, n. 67.*

62. CASSI] *Maii 6, n. 115.*

63. FASILI] *Maii 6, n. 90 : Faseri.*

64. FLORENTI] *Maii 6, n. 75 : Florianae?*

65. DEMETRI] *Maii 6, n. 77 : Demori.*

66. GADUDI] *Maii 6, n. 78 : Gaudo*$_t$*le.*

67. CRISPINI] *Maii 6, n. 81.*

70. DONATI] *Maii 6, n. 85.*

71. ZENONIS] *Nudum nomen. Proximus Zenon recensetur maii 10.*

74. ROMODIANI] = *Rodopiani, supra, n. 3.*

76. IGNE USTORUM] *Martyribus Aphrodisianis haec non aptari iam dictum est ad n. 3. Huius ad-*

[1] De martyrum nominibus deque variis diebus eorum commemorationi indictis, quibus adde 5 iulii, lege *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 256. — [2] *BHL.* 131. — [3] *BHL.* 131, n. 3, 1.

*diiamenti*

*ditamenti causa fuisse videtur perversa lectio Dorothei (n. 3). Qui haec scripsit in mente habuit Dorotheum, unum ex agminis Nicomediensium martyrum ducibus (cf. mart. 12, n. 1). Ex eorum enim Actis constat eos vario mortis genere interemptos, alios capite caesos, alios igne consumptos, alios in mare demersos fuisse* [1].

*84.* SECUNDIANI] *Supra, n. 52. Episcopum fuisse constat ex Actis* [2].

*86.* ALEXANDRI] *N. 86-91, sublatis Bubati, Saturi prorsus ignotis, ita ordinandi sunt: Alexandri<a> Diod<o>ri Ropodiani diaconi, quibus iterantur n. 1-6.*

*93.* NOMENSIS] *Vereor ne lectio depravata sit.*

*97.* GESTA] *Sententiam* quorum gesta habentur *de martyribus Aphrodisiensibus intellegere placuit, supra, n. 3.*

*99.* ROMAE] *Itinerarium Salisburgense (via Appia):* Ibi intrabis in speluncam magnam et ibi invenies S. Urbanum episcopum et confessorem et in altero loco Felicissimum et Agapitum martyres et diaconos Syxti, et in tertio loco Cyrinum martyrem, et in quarto Ianuarium martyrem [3]. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta eandem viam quoque ecclesia est multorum sanctorum id est Ianuarii... Agapiti, Felicissimi, Cyrini... [4]. *Notitia e Willelmo Malmesburiensi:* Et paulo propius Romam sunt martyres Ianuarius, Urbanus, Xenon, Quirinus, Agapitus, Felicissimus [5]. *In coemeterio Praetextati* [6] *repertus est titulus*

MRV IANVARI. FEL
ET COFF QVIRINI. MAIoris [7]

*In Actis SS. Alexandri, Eventii et Theoduli inducitur S. Quirinus, tribunus, pater S. Balbinae. Hic post multa tormenta decollatus est et* corpus eius rapientes christiani in via Appia sepelierunt in coemeterio Praetextati [8]. *S. Quirinum episcopum fuisse, soli codices nostri, praeter B, asserunt, decepti, ut videtur, recordatione Quirini episcopi Sisciae, qui etiam via Appia, non tamen in hoc coemeterio, quiescebat; huius autem memoria recolitur die 4 iunii. Nihilominus a codicibus nobis recedendum non est:*

**Romae in cimiterio Praetextati via Appia depositio Quirini episcopi.**

*109.* FRODIRIA] = *Aphrodisia, supra ad n. 3.*

*110.* RODICIANI] = *Rodopiani, supra, ad n. 3.*

*112.* TERENTI] *Supra, n. 8.*

*113.* MARINI] *Supra, n. 9: Martini.*

*115.* DAGARI] *Al. Dacari, Dicari. Hoc vocabulo latet Caria, supra, ad n. 3.*

*117.* ALIIS XII] *Supra, n. 83:* cum aliis XXIIII. *Solent huius modi dictiones per laterculos vagari, numeris interim mutatis.*

*119.* METURI] *Lectionem corruptam suspicor, quae iam occurrit april. 24, n. 16.*

*120.* CLEMENTIS] *Supra, n. 15.*

*121.* LUCINI] *Supra, n. 28: Luciani.*

*122.* TELESFORI] *Cum Primosi (n. 123) iam supra, n. 22, 23.*

*124.* SATURNINI] *Supra, n. 42, 45, et infra, n. 127.*

*125.* EMELIANI] *Supra, n. 43.*

*126.* MAIORICAE] *Supra, n. 10.*

*129.* POLICRONI] *Episcopi Virodunensis, discipuli S. Lupi Trecensis* [9].

**Depositio Policronii episcopi**

ADDITAMENTA] *Eremberti, monachi Fontanellensis, dein episcopi Tolosani, qui floruit exeunte saec. VII, Vitam habemus minime antiquam* [10]. *Die 3 ian., cod. W, altera manu inter lineas scriptum habet:* et est transitus domni Ermberti episcopi. *Eius autem Vitae scriptor asserit Erembertum ad Christum migrasse pridie idus maii, quo die, teste Mabillonio, eius memoria celebrabatur tum Tolosae,* tum in monasterio Fontanellae in quo eius reliquiae honorantur [11]. *Hodie ancipites haerent codices inter translationem et depositionem. In Gestis abbatum Fontanellensium, post narratam translationem SS. Wandregisili, Ansberti atque Wulframni e basilica S. Pauli ad ecclesiam S. Petri, pridie kalendas aprilis a. D. 704, haec addita sunt:* Eodem vero in loco, quo beatus Wandregisilus in praedicta sancti Pauli apostoli requieverat basilica, beatum Erembertum episcopum posuit, qui antea in inferiori loco eiusdem ecclesiae subter arcubus translatus, annos plus minusve triginta tres requieverat, die trigesimo post translationem praedictam, condidit super eam repam argenteam decoratam [12]. *Quamvis de elogio diei 3 ian. disceptari possit, nulla de hodierno oritur dubitatio, et codicis W reicienda est lectio.*

**in Gallia Fontanella monasterio translatio Eremberti episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Orimenti = Clementi, n. 15, cod. E.*

*Onoragi = Honorati, n. 16.*

*aliorum XLVII, infra XXXVIIII. Cf. quae dicta sunt ad n. 117.*

*Cod. Mon.: Iacobi. Maii 1, n. 6.*

[1] *BHG* ². 823; *Synax. Eccl. CP.*, p. 357-58. — [2] *BHL.* 313, n. 3. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [4] Ibid., p. 180. — [5] Ibid., p. 181. — [6] DE ROSSI, *Bullettino*, 1873, p. 62-80. — [7] *Nuovo bullettino*, 1909, p. 121. — [8] *BHL.* 266, n. 14. — [9] *BHL.* 5087. Cf. *Act. SS.*, April. t. III, p. 751; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 69-70. — [10] *BHL.* 2587. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. $I^2$, p. 307-308. — [11] *Act. SS.*, Maii t. III, p. 389, n. 1. — [12] S. LOEWENFELD, *Gesta abbatum Fontanellensium*, p. 19.

MAIUS

# MAIUS

**Mensis Maius habet dies XXXI**

---

## KAL. MAI.

<Laetanias indicendas>

| I | II |
|---|---|
| **Natale sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi** | **Initium praedicationis Domini nostri Iesu Christi. in Frigia Hierapoli provincia Asiae natale sanctorum Philippi apostoli et Iacobi.** |

**In Africa Quintiani Eleutheri Gagi Alexandri Saturnini. et alibi Apolloni Eufemi. Interamna**

| | |
|---|---|
| **militum XXIII** | **miliario LXIIII** [a] |

**Proculi Pelesti Agapiti et militum XXXIIII. et natale Mathei et Iacobi apostolorum. in Oriente Quintiani. Hierosolima natale sancti Iudae sive Quiriaci episcopi. et Emerita civitate natale Saturninae.**

| | |
|---|---|
| **Ausi civitate in Gallia natale Sorentis episcopi.** | **Tolosa natale Orienti episcopi. in Gallia civitate** |

**Autisiodoro depositio sancti Amatoris episcopi.**

| | |
|---|---|
| **monasterio Agauno sancti Sigimundi regis.** | **civitate Sedonensi loco Acauno passio Sigismundi regis.** |

**Begorra civitate depositio sancti Iustini** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) In gallia nanto monasterio (monasteria KLV) transitus sancti marculfi MKLV.— b) et in onellico nanto monasterio depositio marculfi abbati S, *et add. 2 m.* sc̄i g: : rg: : n ·. ·.· c: us sł x. ; magni isici foci C, *et add. 2 m. int. lin.* ambianis civitate natale sanctorum agii et acioli martyrum.

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — *Lemma.* Maius dies XXX et uno E ; mensis maius (madius S) habet dies XXXI BS ; mensis madius habet dies XXXI luna XXX W. — 4. pilippi E | 6. de *add.* W *dein abrad.* | 14. africa SW | 15. hyrapoli S ; *om.* W | 16-17. *om.* SW | 17. asia B | 18. sancti W | 19. phylippi S | 20. apostoli W | 21. *om.* W | 23-24. *om.* SW | 24. afr̄ E | 25. *add.* et S | 26. eleuteri E ; leotheri S ; heleotheri W | 32. appolloni E | 33. *add.* et E | 34. interamne E | 35. milit̄ E | 37. milia SW | 38. sexagissimo IIII $B^1$ ; sexagisimo IIII $B^2$ ; LXXIIII S | 40. felisti E ; peleste $S^1$ | 43. milit̄ E | 44. triginta trium B ; XXXII S | 45-50. *om.* W | 50. apostułr B ; *add.* et B | 51-52. *om.* E | 52. *add.* item B | 53. quintini BSW ; *add.* in SW | 54. hierosō E ; hierusołm B ; hierusolimam W ; hierosolyma S | 56. *om.* ES | 57. iude S | 58. seu B | 59. kyriaci E ; quiriacei W | 61. *om.* E | 62. emerite BS ; emeritę W | 63. civī E ; *om.* BSW | 65. saturnine S ; saturnini B | 67. civī E | 69. gał E | 73. in tolosa B ; inthelosa S | 74. *om.* W | 75. oriente $B^1$ ; orienti $B^2$ ; opoti S | 78. gallea W ; galleis B ; gałł S | 79. civetate W | 80. autesiodero $B^1$ ; autisiodero $B^2$W ; autysiodero S ; *add.* civī E | 81. *om.* E | 82. *om.* ES | 85. monast̄ E | 90-92. *om.* SW | 91. sodonensi $B^1$ ; sidonensi $B^2$ | 93. agauno S | 97. becora E ; begora S | 98. civī E | 99. *om.* E | 101. iusti ep̄i W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Apud Herapoli Frigiae nat. Philipphi apostoli et Iacobi apostoli et Interamna Proculi. — Taml. : Initium predicationis Iesu Christi nativitas Pilipi apostoli Iacobi apostoli fratris domini Nicodimi Proculi Quintiani Eleutherii Alaxandri Saturnini et milites XXVI Felestivi Agapiti Quintiniani et XXIII m. Gaii Germani Apollonii Petri Renovati Iohannis Frigiae Zefani. — Mon. : In Asia natalis apostolorum Philippi et Iacobi in Hierapoli initium praedicationis domini nostri Ihesu Christi.— Rich. : In Asia natale sanctorum Philippi apostoli et Iacobi in Affrica Quintiani Eleutherii et in Oriente Mathei apostoli Tolosa Orienti episcopi Autisiodoro Amatoris episcopi alibi Sigismundi regis (Vualdpurgae virginis *2 manu*).

MAI.

# MAI. 1

LAETANIAS] *Ceterorum mensium kalendis* *l i t a n i a e i n d i c e n d a e nuntiantur*[1]. *Hodie tamen codices omnes solitam indictionem reticent, licet Aunacharius Autissiodorensis episcopus* per duodecim mensium capita *litanias celebrandas constituerit, et quidem expressis verbis kalendis maiis,* in basilica domni Valeriani et monasteri(o) Vulfini [2]. *Consuetam igitur formulam initio huius mensis reponendam censuimus.*

4. PHILIPPI] *Sacramentarium Gregorianum:* Kalendis maiis natale apostolorum Philippi et Iacobi [3]. *Notitia de locis sanctorum Apostolorum:* Kal. mai. natale sancti Philippi apostoli in civitate Hierapoli provinciae Asiae [4]. *Breviarium Apostolorum:* Philippus... in Hierapuli Frigiae provinciae... quiescit; cuius natalicium kalendis maii celebratur [5]. *Solum P h i l i p p u m Hierapoli vixisse et obiisse ex eiusdem Actis efficitur* [6]*; in Actis autem I a c o b i cuiusvis nulla est Philippi mentio. Utriusque apostoli commemorationem kalendis maiis fieri coepisse ex eo plerique existimant quod ea dedicationis basilicae SS. Apostolorum Romanae anniversaria dies sit. Basilica Iulia primum dicta est a conditore Iulio summo pontifice (337-352). Ita Liber pontificalis:* Iulius... ecit basilicas II una in Urbe Roma iuxta forum...basilicam Iuliam quae est regione VII iuxta forum divi Traiani [7]. *Instaurari coepta est a Pelagio (556-561), perfecta autem fuit a Iohanne III (561-574):* Iohannes... perfecit ecclesiam apostolorum Philippi et Iacobi et dedicavit eam [8]. *In maiori superliminari portae ecclesiae haec inscripta erat epigraphe:*

PELAGIVS COEPIT COMPLEVIT PAPA IO-
[HANNES
VNVM OPVS AMBORVM PAR MICAT ET PRAE-
[MIVM [9]

*Alio autem loco legebatur carmen decem versiculorum, quod hoc concluditur disticho:*

QVISQVIS LECTOR ADEST IACOBI PARITER-
[QVE PHILIPPI
CERNAT APOSTOLICVM LVMEN INESSE LO-
[CIS [10]

*In martyrologio kal. maiis unum P h i l i p p u m a primo compilatore inscriptum fuisse, I a c o b u m autem accessisse post dedicationem basilicae Apostolorum auctor est L. Duchesne* [11], *cuius sententiae nonnihil roboris accedit a synaxariis illis* [12] *quae hoc ipso die memoriam servarunt τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου ἑνὸς τῶν ζ'. Unde legendum videtur (n. 13-20):*

**in Frigia Hierapoli provincia Asiae natale sancti Philippi apostoli.**

*Haec tamen advertenda sunt. Primum, iam die 22 aprilis Philippi elogium praemissum esse, quod errore factum esse contendit L. Duchesne* [13]. *Alterum est synaxaria non procul a Philippi positam habere Iacobi memoriam, quam pridie huius diei omnes quotquot sunt huius modi libri indicunt· 'Ιακώβου υἱοῦ Ζεβεδαίου, vel ut aliis placet, 'Ιακώβου τοῦ ἀδελφοθέου* [14].

6. IACOBI] *Quisnam e tribus Iacobis eligendus sit ignoratur, ut ex modo dictis et dicendis ad n. 47 satis perspicuum fiet.*

7. INITIUM] *In solis codicibus recensionis II haec habentur de die auspicatae praedicationis Christi, nec ullo antiquiore testimonio huius festi celebratio comprobatur, de quo ubertim, docte et pie illustrissimus Florentinius* [15].

**Initium praedicationis Domini nostri Iesu Christi.**

24. IN AFRICA] *Hic rursum incertum est ad quosnam martyres pertineat. Videtur enim Q u i n t i a n u s alio referendus.*

25. QUINTIANI] *In martyrum agmine longo quod diebus 6 maii et 30 aprilis commune est Q u i n t i a n i nomen occurrit, vix tamen illius cuius hodie memoria agitur. In synaxariis enim Graecorumdie 30 vel etiam 29 april. mentio est τῶν ἁγίων Κυντιανοῦ καὶ 'Αττικοῦ, quorum prior videtur hodie perperam i n A f r i c a collocari. Utique de Quintiano et Attico praeter nomen nihil compertum habemus; hos tamen orientales potius quam Afros esse ex usu librorum graecorum coniecerim. Ad haec comprobanda adducenda non sunt quae n. 51-53 proferuntur: i n O r i e n t e Q u i n t i a n i. Haec enim emendationem postulare opinamur.*

26. ELEUTHERI] *Solo nomine notus.*

27. GAGI] *Si G a i u m cum A l e x a n d r o (n. 28) iungemus, par martyrum habebimus quod laudat Eusebius* [16]. *Verum, A l e x a n d r i depravata lectio est pro A l e x a n d r i a. Remanet proinde solus G a i u s.*

28. ALEXANDRI] *Breviarium Syriacum die 2 maii: ἐν 'Αλεξανδρείᾳ Σατορνῖλος. Indubia ergo est emendatio: A l e x a n d r i a, nec loco movendus S a t u r n i n u s:*

**Alexandria Saturnini.**

*Haec proprio die iterantur maii 2, n. 9.*

31. ALIBI] *Delendum est. Nomen enim civitatis mox sequitur, n. 34.*

32. APOLLONI] *Nomina tria A p o l l o n i, E u f e m i (lege E p h e b i), P r o c u l i (n. 39) Interamnensium sunt, sociorum videlicet S. Valentini, qui postridie eiusdem festi, 15 feb. in libris nostris recensentur. Cum I n t e r a m n a, n. 34, cohaerent non m i l i t e s XXIII (n. 35),*

[1] DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XLII]. — [2] DURU, *Bibliothèque historique de l'Yonne*, t. I, p. 329. — [3] WILSON, p. 71. — [4] Supra, p. 2. — [5] Supra, p. 4.— [6] *BHG*². 1525, c. 108, 113, 130, 148. — [7] DUCHESNE, t. I, p. 205. — [8] DUCHESNE, t. I, p. 305. — [9] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 139, n. 27. — [10] Ibid., p. 65, n. 19. — [11] *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 306, ann. 2. — [12] *Synax. Eccl. CP.*, p. 645. — [13] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXVII]. — [14] *Synax. Eccl. CP.*, p. 639. — [15] *Vetustius Occidentalis ecclesiae Martyrologium*, p. 478-87. — [16] *Hist. eccl.*, V, 16, 22.

*sed*

*sed miliaria LXIIII (n. 37), quemadmodum ad diem 14 feb. annotatum est.*

**Interamna, miliario <ab Urbe> LXIIII, Apollonii, Ephebi, Proculi.**

*35.* MILITUM] = *Miliario, n. 37.*

*40.* PELESTI] *Lectio prava ita emendanda: Praeneste. Huc pertinent milites seu potius miliaria XXXIIII. Est quidem error in numero, distat enim Praeneste ab Urbe miliaria pl. m. XXIII. Sed notari velim hunc ipsum numerum militum XXIII, in codice E, supra, n. 36, Interamnae alligatum haberi. Si quis autem resciscere cupiat quare hodie Agapitus recolatur, ratio est quod cum laterculo Interamnensi diei 15 feb., Agape ad 1 maii translata est; Agape vero in Agapitum transmutata, Agapito tandem locus passionis additus. Unde post varios casus conficta est annuntitatio:*

**Praeneste miliario <ab Urbe> XXIII Agapiti.**

*43.* MILITUM] = *miliario. Numerus miliariorum emendatus XXIII male cum Interamna cohaeret, Praenestae vero iungendus est, n. 36.*

*47.* MATHEI] *Nuntiatur quoque Matthaeus apostolus maii 6, 21, sept. 21 et oct. 7. Cum Iacobo, qui hodie memoratur, coniunctus est ab homine qui Iacobum illum non filium Zebedaei, neque ἀδελφόθεον, sed Alphaei filium intellexit, nec fratrem a fratre seiungendum putavit* [1]. *Cum libri nostri soleant in Oriente (infra, n. 52) sanctos utriusque Testamenti reponere (lege quae dicta sunt ad ian. 4, n. 10), forsitan scribendum erit:*

**in Oriente Mathei et Iacobi apostolorum.**

*Sed quam incertum hoc sit ex dicendis ad n. 52 patebit.*

*52.* IN ORIENTE] *Quia mox sequitur laterculus S. Orientii, episcopi Auscitani (n. 75), dubium oritur de huius lectionis sinceritate.*

*53.* QUINTIANI] *Supra, n. 25. Quintianum cum Oriente non cohaerere ex modo dictis (n. 47, 52) satis patet. Praeterea de lectione merito ambigitur ob proximum et non adeo dissimile nomen Quiriaci (n. 59).*

*54.* HIEROSOLIMA] *Exstant S. Iudae Quiriaci Acta fabulosa* [2], *quae cum historia Inventionis S. Crucis connexa sunt* [3]. *Lectio certa est:*

**Hierosolyma natale sancti Iudae sive Quiriaci episcopi.**

*62.* EMERITA] *Nomen martyris excidit. Nullum enim Emerita Saturninam vel Saturninum sibi vindicat.*

*65.* SATURNINAE] *Lege cum B: Saturnini, supra, n. 29.*

*66.* AUSI] *Auscitanae civitatis, non Tolosanae (n. 73), episcopus fuit S. Orientius, cuius sunt Acta quae eum primis saeculi V decenniis floruisse perhibent* [4]. *De eius carminibus non est hic locus disserendi* [5].

**Ausci in Gallia natale Orientii episcopi.**

*73.* TOLOSA] *Huius urbis nomen, inductum ab interpolatore qui Saturninum (cf. n. 65) Tolosanum martyrem in mente habuit, Auscitanae civitatis nomen expulit a codicibus alterius stirpis.*

*80.* AUTISIODORO] *Vita S. Amatoris episcopi, qui obiit anno 418, conscripta est a Stephano Africano, presbytero, saec. VI* [6].

**Autisiodoro depositio sancti Amatoris episcopi.**

*86.* AGAUNO] *De S. Sigismundo, rege Burgundionum († 523), legendus est Gregorius Turonensis* [7]. *Habentur etiam eiusdem Acta* [8]. *Civitas Sedunensis nunc est Sion-en-Valais (Sitten), locus seu monasterium Acaunum, al. Agaunum, Saint-Maurice-en-Valais. Cum codicibus II recensionis scribendum:*

**Civitate Sedonensi loco Acauno passio Sigismundi regis.**

*97.* BEGORRA] *Gregorius Turonensis:* Infra terminum autem Beorretanae urbis in vico Sexciacensi sanctus Iustinus presbiter quiescit [9]. *Iustum eum vocat cod. W, et male addit episcopi, unde in seriem episcoporum sedis Begorritanae intrusus est Iustinus* [10]. *Begorra autem nunc est Cieutat (Hautes-Pyrénées, arrondissement et canton de Bagnères de Bigorre* [11]). *Quonam loco fuerit vicus ille Sexciacus, ubi Iustinus quiescebat, ambigitur* [12]. *Eiusdem S. Iustini elogium in libro Gregorii Turonensis de Gloria Martyrum scriptum esse nostra est coniectura:* Est alius martyr, infra terminum urbis Beorritanae, presbiterii honore praeditus, cuius passionis historia apud loci incolis legitur [13]. *In libri quidem corpore anonymus est ille martyr; in indice autem capitum nuncupatur Genesius:* De Genesio Beorritanae martyre. *Errore librarii ita scriptum esse credo, loco Iustini, Genesium suggerente cognomine utroque Arverno et Arelatensi qui in libro Gregorii proxime antecedunt. Vitam fabulosam, quam Papebrochius edere recusavit* [14], *non illam certo asseram quae ab incolis loci, auctore Gregorio legebatur; nonnulla tamen in ea narrantur quae cum elogio Gregoriano aliquatenus conveniunt.*

**Begorra civitate depositio sancti Iustini.**

[1] « S. Matthieu et S. Jacques, fils d'Alphée étaient frères (Matth. X, 3; Marc. II, 14 : III, 18 : Luc. VI, 15; Act. I, 13). On ne doit donc pas s'étonner de les voir groupés. » L. D. — [2] *BHL.* 7023-7025. — [3] *BHL.* 4169-4175. — [4] *BHL.* 6344-6348. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 96. — [5] BARDENHEWER, *Geschichte der altkirchlichen Literatur*, t. IV, p. 640-42. — [6] *BHL.* 356. — [7] *Hist. Franc.*, III, 5-6; *In gloria martyrum*, 74. — [8] *BHL.* 7717-7719. De monumentis ad eiusdem cultum pertinentibus: E. A. S(TÜCKELBERG), *S. Sigismund König und Märtyrer.* Zur Centenar-Feier, 524-1924. — [9] *In gloria conf.*, 48. Cf. *Act. SS.*, Maii t. I, p. 47-48. — [10] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 101. — [11] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VIe siècle*, p. 599. — [12] LONGNON, t. c., p. 600-602. — [13] *In gloria mart.*, 73. — [14] *Act. SS.*, t. c., p. 48, n. 5.

*ADDITAMENTA*]

ADDITAMENTA] *Nanto, nunc Saint Marcouf (dép. Manche, arr. Valogne). S. Marculphi Vita edita est* [1].

**in Gallia Nanto monasterio transitus sancti Marculfi.**

*Ambianis. De sanctis Acio et Acheolo ita in Vita S. Salvii Ambianensis episcopi :* Sed et sanctos Dei Firminum episcopum et confessorem Aceum quoque et Aceolum martyres Christi in crypta orientali reverenter condidit [2].

EXCERPTA] *Cod. Rich. : Vualdpurgae seu Walburgis, abbatissae Heidenheimensis, translatio hodie celebratur in pluribus ecclesiis* [3]. *Eius festum incidit in 25 feb.*

[1] *BHL.* 5266, 5267.— [2] *BHL.* 7470, n. 9. Cf. *Act. SS.*, Maii t. I, p. 44.— [3] *Act. SS.*, Maii t. I, p. 2.

---

# VI NON. MAI.

**Germani Caelestini Felicis Cettini Urbani Bellici Privatae. in Alexandria Saturnini in carcere quiescentis cum Neopoli socio suo. in Armenia civitate Militana Helpidi et Hermogeni [a]. in Alexandria Germani Caelestini Sanctinae. Autisiodoro translatio corporum sanctorum confessorum Optati episcopi Memmori presbiteri et Sanctiani presbiteri.**

*Addunt codices pleniores :* a) eupolitis item E.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 2. celestini BS | 4. acetini B ; caetini SW | 6. hellaci B ; bellaci S ; bellapi W | 7. private BSW | 9. alax̄ E ; alexandr̄ B | 11-17. *om.* E | 11-13. *om.* SW | 13. quiescenti B | 14-15. cumne apoli W | 16. sotio W | 19. arminia BSW | 20. civī E | 22. helpedi E ; hilpidi SW | 26. alax̄ E ; alexandr̄ B | 28. celestini BW ; *add.* et BS | 29. scantinę E ; sanctine B | 30. autesioder̄ $B^1$ ; autisioder̄ $B^2$ ; autisiodero SW ; altiodoro E | 32. corporis SW ; *om.* E | 34. confes̄ E ; confessor̄ B ; cū fr̄m SW | 37. memori BSW | 39. *add.* sancti S | 40. ani E ; sanciani $B^1$ ; sancciani $B^2$ ; santiani S ; sciani W | 41. prb̄ E ; prb̄i W ; presb̄i B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Saturnini Epolitis Elpidi et Ermoginis. — TAML. : Saturnini Hippoliti Eupolitis Elpidii Hermoginis Zefani Celestini Germani Quintini Urbani Belleci Alaxandri Mariae Privatae Transillae Saturnini et aliorum VI. — MON. : Alexandriae Saturnini et aliorum VIIII. — RICH. : In Alexandria Saturnini Germani Helpidiae Celestini Felicis Urbani Bellaci Privatae in Armenia civitate Militana Ermogenis.

## MAI. 2

*1.* GERMANI] *Infra, n. 27.*

*2.* CAELESTINI] *Infra, n. 28. Recurrit cum aliis nonnullis maii 4, n. 29, sub indicio : in Africa.*

*3.* FELICIS] *Etiam maii 4, n. 30, sub Africa. Fieri tamen potest ut sit Felix ille diaconus Hispalensis* [1]. *Kalendarium Cordubense anni 961, ad diem 2 maii haec habet :* in eo est Latinis festum Felicis diaconi interfecti in civitate Ispali [2]. *Idem inscriptus est kalendario lapideo saeculi VI, Carmonae reperto* [3] *:*

VI NONAS MAIAS
SANCTI FELICI DIACONI.

*4.* CETTINI] *Al. Caetini, forsitan legendum Caelestini, ut n. 2. Attamen, maii 6, n. 100 : Citini.*

*5.* URBANI] *Maii, 4, n. 31, in Africa.*

*6.* BELLICI] *Maii 4, n. 33, in Africa.*

*7.* PRIVATAE] *Nudum nomen.*

*9.* IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Σατορνῖλος. *Nihil praeterea de hoc Saturnino, qui iam heri (n. 29) praemissus est, traditum esse videtur. Nam minime certum est sententiam in carcere quiescentis, quae iam die 28 april., n. 28-30, loco movenda fuit, Saturnino competere.*

**in Alexandria Saturnini.**

*12.* IN CARCERE] *Lege quae dicta sunt april. 28, ad n. 26, 42.*

*15.* NEOPOLI] *Sitne hominis nomen potius quam loci ambigitur. Insana eorum coniectura est qui Neopoli paucis elementis a Napoleone differre asseruerunt, et sanctum inde Napoleonem effinxerunt* [4]. *Pro Neopoli cod. E scripsisse videtur, sed alio loco (litt. a) : Eupolitis. Martyrologiorum progenies Lugdunensis ad*

[1] *Act. SS.*, Maii t. I, p. 185 ; FLOREZ, *España sagrada*, t. IX, p. 307. — [2] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 463. Cf. p. 462, cod. B : *S. Felicis Spali.* — [3] *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 320. — [4] H. DELEHAYE, *La légende de saint Napoléon*, in *Mélanges d'histoire offerts à Henri Pirenne*, t. I (Bruxelles, 1926), p. 81-88.

*Usuardum usque, nullo indicto loco scribit:* Natale sanctorum Saturnini et Neopolis qui in carcere requieverunt. *Martyrologium vero Romanum:* Romae sanctorum martyrum Saturnini Neopoli, Germani et Caelestini qui multa passi in carcerem demum coniecti, ibi in Domino quieverunt. *Horum nullus Romanus unquam dictus fuerat.*

*16.* SOCIO SUO] *Formula est quae a nostrorum librorum stilo omnino abhorret, nec dubito quin locus corruptus sit. Codex W: c u m N e a p o l i s o t i o s u o. Celebrem esse apud Neapolitanos Sossium martyrem constat ex Actis S. Ianuarii et soc.* [1], *et in martyrologio 23 sept. et 13 oct. nuntiatur. Vix tamen crediderim Sossium Neapoli hodie quoque commemorari. Rem igitur totam potius in obscuro relinquamus.*

*19.* IN ARMENIA] *Breviarium Syriacum ad diem 3 maii: ἐν Μελιτηνῇ Ἑλπίδιος καὶ Ἑρμογένης οἱ μάρτυρες. Utrumque martyrem iam habuimus die 27 april., Hermogenem cum Petro die 17 april., solum H e r m o g e n e m 18 et 19 april., qui et recurret die 3 maii. De his uberius tractatum fuit ad diem 18 april. Lectio proba est:*

**in Armenia civitate Militana Helpidii et Hermogenis.**

*26.* IN ALEXANDRIA] *Solus Alexandrinus est G e r m a n u s, de quo, ad diem april. 29, cum nostris codicibus, breviarium Syriacum: ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Γερμανὸς ὁ πρεσβύτερος. Hinc:*

**in Alexandria Germani.**

*28.* CAELESTINI] *Supra, n. 2.*

*29.* SANCTINAE] *Sub hoc nomine latere videtur C e t t i n i, al. C a e t i n i, supra, n. 4, quod imprudens librarius ad normam proximi S a n c t i a n i (n. 40) immutavit.*

*30.* AUTISIODORO] *Gesta pontificum Autissiodorensium, XIV:* Optatus... hic construxit basilicam in honore sancti Christofori martyris iuxta basilicam sancti Germani ab orientalis in parte [2], cooperantibus duobus presbyteris suis, Sanctino videlicet atque Memorio. Hic sanctissimus pontifex, excurso vitae suae tempore, pridie kalendarum septembrium, cum eisdem sanctis presbyteris suis vitam finivit temporalem et adeptus est sempiternam; cum quibus pariter et sepultus est in eadem, quam construxerat, basilica. Postmodum vero, labentibus annis, consilio nobilium ac sapientum, translata sunt eorum sacra corpora in ecclesiam beati Germani, tam officiose, tam sollempniter, ut in omnibus martirologiis, et maxime vetustis, dies translationis eorum insertus habeatur, VI nonarum tertii mensis. Transitus autem vel depositio illorum pridie kalendarum septembrium ut praediximus, adnotatur [3]. *S. Optati depositio commemoratur die 31 augusti.*

**Autisiodoro translatio corporum sanctorum confessorum Optati episcopi, Memorii presbiteri et Sanctiani presbiteri.**

ADDITAMENTA] *E u p o l i t i s. An loco N e o p o l i, n. 15 ?*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: T r a n s i l l a e. An confictum ex t r a n s ( l a t i o), n. 31 ?*

[1] *BHL.* 4132, 4134. — [2] Legendum sane: *ab orientali parte.* — [3] L. M. Duru, *Bibliothèque historique de l'Yonne*, t. I, p. 324.

# V NON. MAI.

I | II

**In Hierusalem inventio sanctae crucis Domini nostri Iesu Christi ab Helena regina in monte Golgotha post passionem Domini anno ducentesimo trigesimo tertio regnante Constantino imperatore.** (II)

**in provincia Asiae Inluminata civitate natale sancti Hermogenis de antiquis.**

**Romae natale Eventi Alexandri Theoduli et natale Arboni.** (I)

**Romae via Nomentana miliario VII natale sanctorum Iuvenalis Eventi Alexandri Theodoli. et via Ardeatina natale Arboni.** (II)

**in Africa Mariani Fortunati Saturnini Rufinae Furtunionis item Fortunati. in civitate Autisiodoro depositio et translatio corporum sanctorum et confessorum Eusebi presbiteri et Aviti diaconi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) *Cf. var. lect. codicis E.*

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. hieruslm B ; hierosolima S ; hierusolima W | 4. sancte B | 13-15. *om.* SW | 19. annos S | 20-22. ducenti//simo XXXIII B ; CCXXXIII SW | 25. inperatore B | 26-30. *om.* E | 26. *om.* SW | 27. provintia SW | 28. asie B ; asia S | 32. *om.* B | 33. hermoginis E | 34-35. *om.* E | 36. rome E | 39. alaxandri E | 40. theduli E | 44-58. rome natale ebenti (*corr.*) alexandria (*corr.* alexandri) theudoli (*corr.* theodoli) furtunati S ; rom̄ natale ebenti alexandri theodoli furtunati natale arboni W | 44. rome B | 52. *corr.* heventi B² | 57. ardiadina B | 60-70. *om.* S | 61. aff̄ E | 62. mariana B¹ ; mariani B² | 63. furtunati B ; *om.* W | 65. rufini B | 66. furtunonis E | 67. it̄ E ; *om.* W | 68. furtunati BW | 69. *om.* EW | 70. civī E ; *om.* W | 71. antisiōd E ; autesioder̄ B ; autisiodero SW | 75. corporis W ; *om.* E | 76. *om.* S | 77-78. cum fratrum S ; *om.* E | 79. eusebii BS | 83. *add.* in nicom̄ natale antoniae in aff̄ natale caelestini felicis urbani romani bellici marciani mittuni petri floriani et in cess̄ natale silvani alaxandri et aliorum XL et alibi nestori mittoni antonini autisiōd translatio et depositio corcodomi diac̄ E *e die sequenti.*

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Eventi Alexandri Theodoli et inventio sanctae crucis Hierusolima. — TAML. : Crucis Christi inventio Mariae virginis conceptio Eventii Teodoli Ambrosii Rufinae Musae Saturnini Mariani Fortunati. — MON. : eodem die inventio sanctae crucis.— RICH. : Rome natale sanctorum Eventii Alexandri Theodoli in Hierosolima inventio sanctae crucis Affrica Mariani Furtunati Rufini.

## MAI. 3

*1.* IN HIERUSALEM] *Quae sequuntur deprompta sunt ex libello de Crucis Inventione cui intermista est historia Iudae Quiriaci. Eius exordium est :* Anno CCXXXIII regnante Dei cultore magno viro Constantino, *desinit vero :* die in qua inventa est sancta crux V nonarum maiarum... [1] *Libellus graecus reponit* τὴν μνήμην τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ εὑρέθη ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ μηνὸς σεπτεμβρίου τεσσαρεσκαιδεκάτῃ [2]. *Eodem die 14 septembris synaxaria nuntiant* τήν τε εὕρεσιν καὶ ὕψωσιν τῶν τιμίων ξύλων [3]. *De festo quod nunc est Exaltationis S. Crucis nihil est in libris nostris. Inventio S. Crucis indicitur in sacramentario Gelasiano* V nonas madias [4], *non autem in Gregoriano. Deest hodie in codice Epternacensi, ubi ad diem 7 mai reiecta est. In martyrologio Cambrensi duplex eiusdem est mentio tum 3 tum 7 mai.*

**in Hierusalem inventio sanctae crucis Domini nostri Iesu Christi ab Helena regina in monte Golgotha post passionem Domini anno ducentesimo trigesimo tertio regnante Constantino imperatore.**

*28.* ASIAE] *Breviarium Syriacum :* ἐν Μελιτηνῇ Ἐλπίδιος καὶ Ἑρμογένης. *De his iam heri, et praecipue ad diem 18 aprilis. Quamquam Melitene in provincia Asiae non fuit, cum martyrologio scribamus oportet :*

**in provincia Asiae in Melitana civitate natale Hermogenis de antiquis.**

*Acta Hermogenis complectebatur liber Eusebii de martyribus Diocletiani aetate antiquioribus, quod constat ex additamento* d e a n t i q u i s.

*36.* ROMAE] *Sacramentarium Gregorianum :* Natale sanctorum Alexandri, Euentii et Theodoli [5]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* Natale sanctorum Alexandri, Eventii, Theo-

[1] *BHL.* 4169. — [2] *BHG*². 402. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 43.— [4] WILSON, p. 172.— [5] WILSON, p. 72.

duli

duli [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* In septimo miliario eiusdem viae [Numentanae] sanctus papa Alexander cum Eventio et Theodulo pausant [2]. *Sepulturae locus ibi repertus est et pars altaris quod dedicavit Ursus* Nomentanae seu Ficulensis ecclesiae episcopus [3]. *Id autem testatur titulus maximam partem superstes* [4]*:*

. . . . . . . . . . ET ALEXANDRO DELICATVS VOTO POSVIT DEDICANTE AEPISCOPo VRSo.

*Hinc certa lectio est:*

**Romae via Nomentana miliario VII natale sanctorum Heventii, Alexandri, Theoduli.**

*De his egregie Florentinius: « Nihil in his de pontificatu Alexandri innuitur, neque ut antesignanus notatur neque Euentius et Theodolus commilitones dicuntur presbyteri. Et tamen omnia Latinorum martyrologia de S. Alexandro papa ac sociis memoriam recolunt V nonas maii, quemadmodum etiam vetustiora Acta testantur* [5]*.» His Actis* [6] *fere consonat Liber pontificalis, qui Alexandrum papam sepultum perhibet via Nomentana miliario VII, V nonas maii, socios tamen non presbyteros ambos sed unum Eventium, Theodulum vero diaconum nuncupat* [7]*. Alexander episcopus cum Theodulo diacono iam nuntiatus est die 17 martii.*

*43.* ARBONI] *Lectio emendanda videtur, qua tamen ratione non liquet. O r b a n i id est U r b a n i facile conieceris. In altera recensione A r b o n u s cum V i a A r d e a t i n a connectitur (n. 57)* [8]*, perperam si Urbanus est.*

*51.* IUVENALIS] *Sacramentarium Gelasianum:* in natali sancti Iuvenalis V nonas madias [9], *ubi confessor et pontifex, quemadmodum et in Vita* [10]*, asseritur. Narrat autem Gregorius p. S. Cassium Narniensem episcopum* ex more iuxta beati Iuvenalis martyris sepulchrum *sacrificium obtulisse* [11]*, et Probum episcopum Reatinum puero cuidam dixisse:* Noli timere quia ad me sanctus Iuvenalis et sanctus Eleutherius martyres venerunt [12]. *Belisarius patricius* in Via Flamminea iuxta civitatem Hortas monasterium sancti Iuvenalis *constituit* [13]. *In hac autem civitate ecclesia S. Iuvenalis non ante saec. XVI diruta est* [14].

*61.* IN AFRICA] *Quae sequuntur nomina pleraque non tamen omnia proximis diebus iterantur sub A f r i c a.*

*62.* MARIANI] *Maii 6, n.29, forsitan et maii 4, n. 34: M a r c i a n i.*

*63.* FORTUNATI] *Infra, n. 68. Cf. n. 66; etiam maii 4, incerto loco, in solo codice B.*

*64.* SATURNINI] *Maii 2, n. 10, in Alexandria.*

*65.* RUFINAE] *Nudum nomen.*

*66.* FURTUNIONIS] *Al. F u r t u n a t i, supra, n. 63.*

*71.* AUTISIODORO] *Neque de E u s e b i o presbytero neque de A v i t o diacono monumenta scripta quicquam referunt. Erat Autissiodori* basilica Sancti Eusebii martyris *de qua sub Scopilione (683-691) et Tetrico (691-706) in Gestis pontificum huius civitatis* [15].

**in civitate Autisiodoro depositio et translatio corporum sanctorum confessorum Eusebii et Aviti diaconi.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: M a r i a e v i r g i n i s c o n c e p t i o. Magni momenti sunt haec verba. Eandem commemorationem habet Oengussius:*

féil mâr Maire hûage

*id est:* Magnum festum Mariae virginis [16]. *In libro dicto Lebar Brecc haec addita est interpretatio:* id est haec inceptio eius, ut alii putant — sed in februo mense vel martio facta est illa, quia post VII menses nata est, ut innaratur— vel quaelibet alia feria eius [17]. *In kalendario metrico saec. X in Anglia exarato, die 2 maii eadem inscripta est memoria:*

Concipitur virgo Maria cognomine senis [18],

*id est sexto nonas maii. De his erudite, more suo, disputavit Herbertus Thurston* [19].

[1] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gregorianum*, p. 113.— [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 179. — [3] In epistula Innocentii I, *P. L.*, t. XX, p. 606. — [4] MARUCCHI, *Il cimitero e la basilica di S. Alessandro al settimo miglio della Via Nomentana* (Roma, 1922), p. 14, tav. VI. — [5] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 496. — [6] *BHL*. 266. — [7] DUCHESNE, t. I, p. 127. Cf. p. XCI. — [8] « On ne connaît aucun martyr de ce nom sur la voie Ardéatine. Le nom Arboni est du reste extraordinaire ; on ne voit guère d'où il pourrait dériver. Il y a peut-être métathèse pour *Orbani* (*Urbani*). Du reste aucun S. Urbain n'est indiqué sur la voie en question. » L. D. Nec plura J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 147.— [9] WILSON, p. 172. — [10] *BHL*. 4614. — [11] *Hom. in Evangelia*, II, 37, 9.— [12] *Dial.* IV, 13.— [13] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, pp. 296, 300. — [14] FONTANINI, *De antiquitatibus Hortae*, p.297.— [15] DURU, *Bibliothèque historique de l'Yonne*, t. I, pp. 324, 346. — [16] W. STOKES, *The Martyrology of Oengus the Culdee*, p. 122. — [17] STOKES, t. c., p.129. — [18] Cod. Musei Britannici Cotton. Galba, A. XVIII. — [19] *The Irish Origins of our Lady's Conception Feast*, in *The Month*, t. CIII (1904), p. 444-65.

# IV NON. MAI.

**[a] In Nicomedia [b] Antoniae nimium tortae et variis tormentis afflictae ab uno brachio tribus diebus suspensae et in carcere biennio reclusae a Priscilliano praeside flammis exusta obiit. in Africa Caelestini Felicis Urbani Romani Bellici Marciani Mittuni Petri. et in Norico ripense loco Lauriaco natale Floriani et principi officii praesidis ex cuius iussu ligato saxo collo eius de ponte in fluvio Aniso missus est oculis crepantibus praecipitatoris videntibus omnibus circumstantibus. et in Cesarea natale Silvani cuius gesta habentur. Alexandria et aliorum XL. et alibi Nestori [c] Mittoni Antonini. Autisiodoro depositio et translatio corporis sancti Corcodomi diaconi et confessoris in basilica sancti Amatoris.**

*Addunt codices pleniores :* a) natale sancti senesii M. — b) natale sancti senesii KLV. — c) furtunati B.

*Variae lectiones codd.* E (*e die praecedenti*) BSW. — *Inserit vero hac die seq. notulam cod.* E : nicia civī natale antoninae in affī caelestini et aliorum XL. — 2. nicom̄ E ; nicomeđ B ; *add.* natale E | 3. antoninę B | 4-26. *om.* ESW | 9. afflicte B | 23. preside B | 28. affī E ; natale *add.* BSW | 29. celestini B | 31. *om.* W | 34. marciali B ; marcialis SW | 35. *add.* presbiteri floriani SW | 37-68. floriani E *qui cetera omittit* | 38-40. in nurico ripense B ; innurico repesse S ; innu ri core pense W | 41-42. locarci S ; loquorq; W | 43-68. *om.* SW | 48. presidis B | 56-57. deponente B | 65. praecipitatum B | 69. *om.* S | 71. cesš E ; cesaria S ; cęsaria W | 72. *add.* sanctorum SW | 74-76. *om.* ESW | 77. alaxandri E ; in alexandria SW | 78-79. natale sanctorum $B^2$ *cuius 1 m. incerta est* ; *om.* SW | 80. *add.* martyrum $B^2$SW | 81-82. *om.* S | 83. nistori S | 84. mitton BW | 86. autisiōd E ; autisioder̄ B ; autisiodero SW | 87-89. tranšl et depoš E | 90-91. *om.* E | 92. corce domi W | 94-99. *om.* E | 97. basilicam $B^1$, *corr.* $B^2$ | 98. *add.* conf̄ $B^1$ *dein eras.* | 99. amatorū W ; *add.* eutimi diaconi W (*cf. diem seq.*)

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In civitate Nicea nat. Antoninae et in Affrica Caeslestini et aliorum XL. — TAML. : Antherii papae et aliorum XL Silvani Urbani bis Antoninae Celestinae Mariae Romulae Romani Floriani Emetuni. — MON. : In Nicomedia natalis sanctae Antoniae nimium tortae et variis tormentis afflictae ab uno brachio tribus diebus suspensae et in carcere biennium a Pisciliano preside flammis exusta obiit Lavoriaco sancti Floriani martyris et aliorum L martyrum. — RICH. : In Nicea civitate Antonini et in Affrica Caelestini et aliorum XII et in Caesarea Silvani Alexandria martyrum XL et alibi Floriani (*add. m. 2 :* et sancti Gotehardi episcopi). — MS. PARIS. LAT. 3879 : In Norico Ripensi loco Lauriaco natale sancti Floriani qui praesidis iussu ligato ad collum saxo in flumen Anesi praecipitatus est et mox omnibus qui circumstabant videntibus oculi praecipitatoris eius crepuerunt.

## MAI. 4

*1.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Νικομηδείᾳ Ἀντωνῖνος ὁ μάρτυς. In libris nostris plerumque* A n t o n i a *al.* A n t o n i n a, *sed et* A n t o n i n u s (*n. 85*) *nuncupatur. Suffragantibus Graecorum synaxariis scribatur oportet* A n t o n i n a. *Etenim tum 1 mart. tum 12 iun. in iisdem legitur historia τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀντωνίνης, contracta ex eiusdem Passione, quae nunc desideratur, et cum elogio nostrorum librorum ut plurimum congruebat*[1]. *Antonina* v a r i i s t o r m e n t i s a f f l i c t a *fuit : διαφόροις βασάνοις ὑποβάλλεται*[2]; t r i b u s d i e b u s s u s p e n s a : *κρεμᾶται... ἀναρτᾶται τῷ ξύλῳ*[3]; i n c a r c e r e b i e n n i o r e c l u s a : *ἀπήχθη πάλιν ἐν τῇ φρουρᾷ καὶ ἐν δυσὶ χρόνοις ἐν αὐτῇ ταλαιπωρεῖν ἐαθεῖσα...*[4]; f l a m m i s e x u s t a o b i i t : *ἁπλωθεῖσα ἐπὶ ἐσχάρας πεπυρακτωμένης*[5], *utique διαμείνασα ἀβλαβὴς ut in solo graeco habetur, cum hoc addito : ἐμβάλλεται εἰς σάκκον καὶ εἰς τὴν λίμνην Νικαίας ἀποῤῥίπτεται καὶ οὕτως τελειοῦται*[6]; *a* P r i s c i l l i a n o p r a e s i d e : *κατὰ τοὺς χρόνους Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ καὶ Πρισκιλλιανοῦ ἄρχοντος*[7]. *Praesidem Bithyniae tunc temporis fuisse Priscillianum testatur Lactantius*[8]. *Martyris palaestram dicunt* N i c o m e d i a m *breviarium Syriacum et codices martyrologii plerumque ; Nicaeam graeci : αὕτη ὑπῆρχεν ἐκ πόλεως Νικαίας... εἰς τὴν λίμνην Νικαίας ἀποῤῥίπτεται*[9]. *Etiam codex E, non quidem in elogio quod die 3 praemisit, sed in hodierno :* N i c i a c i v i t a t e. *Consentiunt codices Cambr. et Rich. Et hanc quidem lectionem potiorem esse existimamus.*

**in Nicaea civitate Antoninae, nimium tortae et variis tormentis afflictae, ab uno brachio tribus diebus suspensae et in carcere biennio reclusae, a Priscilliano praeside flammis exusta obiit.**

*28.* IN AFRICA] *Suppresso loci indicio, iam die 2 maii legebantur nomina haec :*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 500, 746. — [2] Ibid., p. 500. — [3] Ibid., pp. 500, 746, — [4] Ibid., p. 747. — [5] Ibid., pp. 500, 746. — [6] Ibid., p. 500. — [7] Ibid., p. 746. — [8] *De mortibus persecutorum*, 16. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 500, 746.

29. *C a e l e s t i n i, n. 2.*
30. *F e l i c i s, n. 3.*
31. *U r b a n i, n. 5.*
33. *B e l l i c i, n. 6.*

32. ROMANI] *Solo nomine notus.*

34. MARCIANI] *Cf. maii 3, n. 62: M a r i a n i.*

35 MITTUNI] *Infra, n. 84; maii 8, n. 80. Codices WS addunt p r e s b i t e r i.*

36. PETRI] *Maii 5, n. 14, ubi legendum esse E u t i m i suo loco ostendetur.*

39. IN NORICO] *S. F l o r i a n i elogium pendet ab eiusdem Passione* [1] *cuius ope emendantur lectiones codicis B:*

*e t p r i n c i p e lege: p r i n c i p i s* [2].
*d e p o n e n t e, lege: d e p o n t e.*
*p r a e c i p i t a t u m, lege p r a e c i p i t a t o r i s, cum martyrologo Lugdunensi.*

**et in Norico Ripensi loco Lauriaco natale Floriani, principis officii praesidis, ex cuius iussu, ligato saxo collo eius, de ponte in fluvio Aniso missus est, oculis crepantibus praecipitatoris, videntibus omnibus circumstantibus.**

60. ANISO] *Anisus fluvius,* die Enns, *in Danubium influens.*

71. IN CESAREA] *Eusebius: τῶν δ'ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Σιλβανός, ἐπίσκοπος τῶν ἀμφὶ τὴν Γάζαν ἐκκλησιῶν κατὰ τὰ ἐν Φαινοῖ χαλκοῦ μετάλλα σὺν ἑτέροις ἑνὸς δέουσι τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται* [3]. *Cum magnam partem Caesareae passi sint martyres Palaestinenses, nullo facto discrimine eos omnes qui simul ab Eusebio recensentur compilator Caesareae tribuit. Non a l i o r u m X L sed X X X V I I I I scribere debuit. Sed solet, ubi socios cum antesignano nuntiat illum ipsum inter socios computare.*

**in Caesarea natale Silvani cuius gesta habentur et aliorum XL.**

77. ALEXANDRIA] *Si lectio germana iudicatur, anticipata est a die 5 maii, n. 13, omisso martyris nomine. Sed et fieri potest ut scriptum fuerit A l e x a n d r i, e laterculo diei praecedentis, n. 39.*

83. NESTORI] *Solo nomine notus. In synaxariis graecis die 1 mart., occurrit memoria martyrum Pergensium Νέστορος καὶ Τριβιμίου, et hoc ipso die A n t o n i n a illa, de qua supra, n. 3, praeterea 'Αντωνῖνος quidam* [4]. *Hodie quoque in martyrologio habetur N e s t o r i... A n t o n i n i. Vereor tamen ut inde parum lucis nostro laterculo affundatur.*

84. MITTONI] *Supra, n. 35: M i t t u n i.*

85. ANTONINI] *Breviario Syriaco, ut dictum est ad n. 1, inscriptus est 'Αντωνῖνος pro A n t o n i n a. Martyrem Bithyniensem hic iterum sub hoc nomine nuntiari probabile est. Scio equidem in fastis Graecorum die 4 maii inter martyres Scythopolitanos A n t o n i n u m quendam ('Αντώνιος sed et 'Αντωνῖνος nuncupatur) numerari* [5]. *Vix tamen Palaestinenses illos noverit martyrologus.*

86. AUTISIODORO] *Exstat Libellus de revelatione S. C o r c o d o m i martyris et conversione S. Mamertini* [6], *qui et insertus est in Vita S. Germani Autissiodorensis* [7] *Corcodomus seu Corcodemus diaconus S. Peregrini habetur* [8].

**Autisiodoro depositio et translatio corporis sancti Corcodomi diaconi et confessoris in basilica sancti Amatoris.**

ADDITAMENTA] *S e n e s i i. Praeter ea quae de hoc martyre collegerunt Florentinius* [9] *et Henschenius noster* [10] *nihil habemus quod promamus.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: A n t h e r i i p a p a e. Non hodie sed 3 ian. A n t e r o s papa depositus esse traditur* [1].

*M a r i a e = Marciani, n. 34 ?*

*E m e t u n i = Mittuni, n. 35.*

*Cod. Rich.: G o t e h a r d i episcopi Hildesheimensis, cuius Acta habentur* [12].

[1] *BHL.* 3054. — [2] *Ex principe* scribit B. KRUSCH, in *M. G.*, Scr. rer. merov., t. III, p. 66. — [3] *Hist. eccl.* VIII, 13, 5. Cf. *De mart. Palaest.*, VII, 3; XIII, 4-5. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 500. — [5] Ibid., p. 658. — [6] *BHL.* 5200. — [7] *BHL.* 3454. — [8] *Vita S. Peregrini, BHL.* 6623. — [9] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium,* p. 498-99. — [10] *Act. SS.*, Maii t. I, p. 469-71. — [11] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis,* t. I, p. 147. — [12] *BHL.* 3581, 3582.

# III NON. MAI.

**Eutimi diaconi. Thessalonica Herenei Peregrini Herenae. in Africa Gregori Archilai et Felicissimae [a]. Alexandria Petri diaconi. Arelate depositio sancti Hilari episcopi. Vienna depositio Nectari et Niceti episcopi. Autisiodoro passio sancti Iuviniani lectoris et martyris translati in basilica sancti Amatoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) et passio sancti trifonis C. — b) ascensio domini $W^2$.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 1-2. *om.* W | 1. nt̄ eutimi E | 3. thessāl E ; thesalonic̄ B ; in tesalonica W ; inthessolonia S ; *add.* natale SW | 4. herene S | 5. *add.* et SW | 6. herene E | 7. I W | 8. aff̄ E | 9. gregorii B ; gregoni S | 10. archelai B ; arcelai S | 11. *om.* E | 12. felicissime B ; felicisime SW | 13. alāx E ; in alexandria SW ; *add.* civī E | 14. petivi BSW | 16. arelāt E ; arelato B ; in arelato SW | 17. *om.* E | 19. helari $B^1$W ; herarii $S^1$ ; herari $S^2$ | 21. vigenna B ; in vienna SW | 25. nicati $B^1$ ; nicaeti $B^2$ | 26. episcopis SW ; *om.* E | 27. autisiōd E ; autesiodr̄ $B^1$ ; autisiodr̄ $B^2$ ; autisiodero SW | 30. iuliani E | 31. lect̄ E ; lectō W | 32-38. *om.* E | 34-38. *om.* SW | 34. tranlato B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. Eutimi diaconi et in Tesalonica Herme. — Taml. : Ascensio prima Domini nostri Iesu Christi Herennae Gallae Felicissi Eutini et non Iustini Grigorii Hilarii Petivi Belli Petri Marciasi Erennei Archilai Necturi Niceti Eutemi Iohannis Petri Zefani et aliorum VI. — Mon. : In Tessalonica natalis sancti Peregrini ignibus adusti Alexandriae Epitimi diaconi Eufimi. — Rich. : Alexandria Eutimii diaconi et in Tesalonica Herenis Peregrini Affrica Gregorii Arelato Helari episcopi.

## MAI. 5

*1.* eutimi] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Εὔττιμος. *Manca est prima annuntiatio martyrologii (n. 1, 2). Plenior infra recurrit, n.13-15, ubi nomen* E u t i m i, *primum varie corruptum :* E p i t i m i *(cod.Mon.),* P e t i v i *(codd. BSW, infra, n.14), librarii emendare sibi visi sunt scribentes* P e t r i *(n. 14). Singularis est lectio martyrologii Tamlactensis :* E u t i n i e t n o n I u s t i n i.

**Alexandria Eutimii diaconi.**

*3.* thessalonica] *H e r e n e i = H e r e n a e, id est I r e n e. Fuit quidem martyr Thessalonicensis I r e n e, quae cum Chionia et Agape colitur 1 april., n. 14. Eandem hodie commemorari nullo comprobatur documento. In synaxariis autem graecis die 5 vel 4 maii, legitur historia insulse fabulosa cuiusdam* Εἰρήνης, ἐκ πόλεως Μαγεδών [1], *minime vero Thessalonicensis. Irenes solum nomen primum fuisse martyrologio inscriptum, cui interpolator* T h e s s a l o n i c a *ascripserit, coniectura probabilis est, etiam si quis contenderit sub* H e r e n a e *aliud quid latitare. Hodie enim in breviario Syriaco nuntiatur* Ἔρως ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, *nec librariorum ingenium superat haec ordine scripsisse :* H e r o s, H e r e n e i, H e r e n e.

*5.* peregrini] *P e r e g r i n i episcopi Autissiodorensis, de quo maii 16, nomen forsitan huc irrepsit, opportunitate sumpta a S.* I u v i n i a n o *(cf. n. 30), qui eiusdem lector esse perhibetur. Undenam conquisita sint quae habentur in codice Mon. :* in Thessalonica natale sancti Peregrini ignibus adusti, *non satis liquet.*

*8.* in africa] *Nomina haec tria ad Africam referenda esse :*

*9. G r e g o r i*
*10. A r c h i l a i*
*12. F e l i c i s s i m a e*

*nec affirmare nec negare audemus.*

*13.* alexandri ] *Supra, ad n. 1.*

*14.* petri] *Emendatio est ex* P e t i v i *(codd. BSW). Legendum* E u t i m i. *Supra, n. 1.*

*16.* arelate] *S.* H i l a r i i *Arelatensis, qui obiit an. 449, servatur in museo Arelatensi sarcophagus, cui haec epigraphe insculpta est [2] :*

SACRO
SANCTAE LE
GIS ANTESTIS
HILARIVS
HIC QVIESCIT

*cum carmine quod editum fuit in Actis Sanctorum [3]. Die 7 maii in libris nostris iterum nuntiatur. Vita eius habetur Honorato Massiliensi episcopo ascripta [4].*

**Arelate depositio sancti Hilari episcopi.**

*21.* vienna] *In Libro episcopali ecclesiae Viennensis iussu Leodegarii archiepiscopi (1030-1070) collecto :* kal. aug. S. Nectari episcopi Viennensis sub tempore Constantis, Ioviani et Iuliani imperatorum... III non. maii S. Nicetae

[1] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 654, 659 ; *BHG*². 953. — [2] Leblant, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, 515. — [3] *Act. SS.*, Maii t. II, p. 25 ; Leblant, t. c, 516. — [4] *BHL.* 3882.

Viennensis

Viennensis episcopi... Floruit autem temporibus Graciani et Theodosii augustorum [1].

**Vienna depositio Nectari et Niceti episcopi.**

*27.* AUTISIODORO] *De sancto Iuviniano legantur Acta SS. Peregrini* [2] *et Germani* [3] *episcoporum Autissiodorensium. In basilicam S. Amatoris etiam S. Corcodemus translatus est die 4 maii.*

**Autisiodoro passio S. Iuviniani lectoris et martyris, translati in basilica sancti Amatoris.**

ADDITAMENTA] *Trifonis. Etiam in nonnullis auctariis Usuardinis 4 vel 5 maii solum nomen* [4].

*Ascensio Domini die quadragesimo a 27 mart., quo in martyrologio nuntiabatur Resurrectio Domini .*

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Herme = Herenae, n. 6*

[1] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t I², pp. 182, 183. — [2] *BHL.* 6623, 6625. — [3] *BHL.* 3454.—

[4] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, pp. 253, 256.

# PRID. NON. MAI.

**[a] In Persida natale sancti Mathei apostoli et evangelistae et primi iniciorum martyrum. in Galliis Vico Iuli civitate natale beatissimi Geronti presbiteri et confessoris. in Africa Secundiani episcopi [b] Iacobi Mariani Concordii Marinae Eleodori Saturnini. Mediolano Victoris et Felicis item Victoris Calriciae Affidiae Judith Emeriae item Victoris Acutae Faustinae Hilariani Victorianae Saturninae Gavinae Hedenti Furtunae Victuriae Primae Gaiani Valentinae Fortunatae Postumi Faustini Maiorici Venusti Massuni Processae Secundiani Importunae Quintiani Petri Tassi Casserici Mappalici Veneriae Bonaefaciae Quinti Florianae Victorinae Demori Gaudolae item Victorinae Crispini Possini item Felicis Donati Labori Masillae [c] item Gaiani Faseri item Quinti Rogati Maxenti Ninnae Victuriae Valeriae Tironi Matronae Citini cum sociis et reliquis sanctis Floriani Herenei Fortunati Faustini Gavini Herenti Pappalici Primi Secundi Cassi Celerini Hieremiae Flavi [d] Macrobi Marcellini Maximi Bafroditi Agustiani Niciti cum aliis LXX item Gaiani cum aliis XX. Autisiodoro depositio sancti Valeri episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) natale sancti iohannis apostoli et evangeliste ante portam latinam in ferventis olei dolium missi C. — b) et aliorum LX E. — c) et natale sancti iohannis apostoli ante portam latinam S$^{2}$.— d) et gaiani cum aliis XX S.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 1-12. *om.* W | 3-4. *om.* E | 3. natał B$^{2}$ | 6. apoš E ; apostł B ; apłi S | 7-8. *om.* E | 8. evangeliste BS | 11. initiorum S | 11-12. *om.* E | 13-16. *om.* S | 14. gał E ; galleis BW | 15-17. *om.* E | 15-16. *om.* W | 17. civitatem S | 19. sčī E | 20. gerontii S | 21-22. *om.* SW | 22-23. *om.* E | 25. afř E ; *add.* natale sanctorum SW | 30. concordi E ; concordiae SW | 31. marine SW | 32. hilodori B$^{1}$ ; heliodori B$^{2}$S ; hiliodori W | 34. mediolā E ; mediolana S | 36. *om.* E | 38. it̃ E | 40. cariciae BSW | 41. aufidie B ; aufidiae SW | 42. iuthid E ; iu//dith B | 43. emerie B ; emerite S | 44. it̃ E | 46. acute BS | 47. faustine BS | 48. helariani B$^{1}$SW | 49. victoriani B ; victurini S ; victuriani W | 50. saturnine B | 51. gavine B | 53. furtune BS | 54. victurie B | 57. valentine BS | 48. furtunati BSW | 63. massumi S | 66. inportune BS ; in portunęW | 71. mapparici E ; mappaleci W | 72. venerie B ; benere E | 73. bonefacie B ; bonifacię SW | 74-75. *transp.* florine quinti B | 75. floriane S | 76. victorine B ; victurine S ; victurini W | 77. domori W | 78. gaudole BS | 79. it̃ E | 80. victurine S ; victurinę W ; victorini B | 82. possimi B ; possinni SW | 83-85. *om.* SW | 87. massille BS ; massillę W | 88-132. *om.* W | 88. *om.* E | 89. gaiane S | 90. fareri E ; fasseri S | 91. it̃ E | 95. nine B ; ninę S | 96. virtuniae EBS | 97. valerie B | 98. tyroni S ; tyrone B | 99. magrone B | 100. citine B$^{1}$ | 101-105. *om.* E | 102. *add.* eorum S | 108. furtunati BS | 110. gavine B | 111. hereni E | 112. pāpalici B ; papali S | 114. *om.*S | 115. casisi B ; *add.* secundo S | 119. magropi BS | 122. bafrobiti EBS | 123. acutiani BS | 124. nitici E ; niceti BS | 125-126. et aliorum E | 127. LXV E ; septuaginta B ; XXII S | 128. it̃ E | 130-131. et aliorum E | 132. LXXII S | 133. autesiodř B$^{1}$ ; autisidř B$^{2}$ ; autisiodero SW | 135. *om.* E | 136. valeriani E.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : In Affrica nat. Secundiani episcopi et aliorum LX et in civitate Tarreum Mathei et Primi. — TAML. : Mattei Secundiani Iacobi et translatio Iohannis filii Zachariae Gerontii Iacobi Saturnini Mauriani et aliorum LXXX Heliodori Concordii Marinae Mariae Curice Brigitonae Ausidiae Iudith Emeriae Acacae Faustinae Victoris Felicis Marcelli Maximi Augustini Valeriani Gaiani et aliorum LXXII. — MON. : In Africa sancti Candiani episcopi Romae dedicatio sancti Iohannis apostoli ante Portam Latinam passio sancti Mathei apostoli et aliorum LX. — RICH. : In Perside natale Mathei apostoli et evangelistae Affrica Secundini episcopi Mediolanio Victoris Felicis Autisiodoro Valeri episcopi.

# MAI. 6

1. IN PERSIDA] *Persis seu Parthis fidem christianam a S. Matthaeo praedicatam fuisse iam ab Ambrosio* [1] *et Paulino Nolano* [2] *asseritur* [3]. *Praeter hodiernam commemorationem, cuius rationem non assequimur, S. Matthaeus 1 maii, 21 maii, 21 sept., 7 oct. in hisce fastis signatus est. Hodie, et insuper die 16 nov. cum Graecis, in kalendario marmoreo Neapolitano* [4] *:*

N(ATALE) S(ANCTI) MATHEI AP(OSTO)LI

*In libris recentioribus, ut in martyrologio Romano, die 6 maii nuntiatur :* Salerni, translatio sancti Matthaei apostoli. *Haec autem translatio saec. XI exeunte facta est, de qua est epistula Gregorii p. VII, 18 sept. 1080 data, qua Alfano, archiepiscopo Salernitano, de reperto corpore beati Matthaei gratulatur* [5].

**in Persida natale sancti Mathei apostoli et evangelistae.**

10. PRIMI] *Numerus an homo, quis diudicabit? Infra, n. 113 : Primi, et n. 55, inter martyres Afros : Primae. A Florentinio lectum est :* primi iniciorum martyrum, *subiecta exercitatione :* De primitiis martyrum eorumque sacro die [6], *quae doctrina referta est, dubium tamen utrum ad rem necne. Locus corruptus est ; quomodo autem sanandus non perspicimus.*

15. VICO IULI] *Vicus Iulii, al. civitas Aturensium (Aire, dép. Landes), de qua Gregorius Turonensis* [7]. *Lectio plana est :*

**in Galliis Vico Iulii civitate natale beatissimi Gerontii presbiteri et confessoris.**

*Gerontius alter, episcopus, in fastis Mediolanensibus hac ipsa die inscriptus est :* III non. mai. depositio Geronti episcopi [8], *qui obiit anno 465* [9].

25. IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense :* II non. mai. Marini et Iacobi martyris. *De his et sanctis Secundiano et Agapio, qui in Passione SS. Mariani et Iacobi recensentur* [10], *iam egimus ad diem 30 aprilis, etiam de Concordio illo qui ex Passionis sententia obiter lecta, confictus est. Si in rerum natura exstitit ille qui hodie in kalendariis mozarabicis nuntiatur Concordius, plane ignotus est* [11]. *In natali SS. Mariani et Iacobi S. Augustinus sermonem ad populum habuit* [12]. *Secundianus kalendario Carthaginiensi inscriptus est die 13 maii, in nostris vero codicibus die 14 maii.*

**in Africa Secundiani episcopi, Iacobi, Mariani, Concordii.**

31. MARINAE] = *Mariani, n. 29.*

32. ELEODORI] *Nudum nomen. Lege quae notata sunt ad n. 62 : Venusti.*

33. SATURNINI] *April. 30, n. 42 ; infra, n. 50 : Saturninae.*

34. MEDIOLANO] *Mediolani coluntur tum Victor tum Felix. Victoris memoria agitur 8 et 14 maii, Felicis vero 12 iul., cf. maii 8, n. 46. Rursum Felicis, Victoris, maii 7, n. 95, 96.*

**Mediolani Victoris et Felicis.**

39. VICTORIS] *Ad Africam pertinere videntur plerique martyres huius laterculi. Non pauci propinquis etiam diebus recensentur. Victor rursum, infra, n. 45, et maii 7, n. 96 ; 8, n. 35 ; prius april. 30, n. 12.*

40. CALRICIAE] *Nuda nomina sunt, utinam recte scripta n. 40-43, 46 : Calriciae, Afidiae, Iudith, Emeriae, Acutae.*

45. VICTORIS] *Etiam, n. 35, 39.*

47. FAUSTINAE] *Maii 8, n. 66 ; infra, n. 60, 109 : Faustini.*

48. HILARIANI] *Nudum nomen.*

49. VICTORIANAE] *Infra, n. 54, 96 : Victuriae ; n. 76, 80 : Victorinae.*

50. SATURNINAE] *Etiam maii 7, n. 91 ; 8, n. 90. Supra, n. 33 : Saturnini.*

51. GAVINAE] *Infra, n. 110 : Gavini ; maii 7, n. 78 : Savinae.*

52. HEDENTI] *Infra, n. 111 : Herenti.*

53. FURTUNAE] *April. 30, n. 34 ; maii 7, n. 37 ; 8, n. 72 : Furtuni. Cf. n. 58 : Fortunatae.*

54. VICTURIAE] *Infra, n. 96 ; cf. n. 49 : Victorianae.*

55. PRIMAE] *Cf. n. 10, 113 : Primi.*

56. GAIANI] *April. 30, n. 58 ; infra, n. 89 et n. 129 : Gaiani cum aliis XX. In synaxariis die 4 vel 5 mart. agitur memoria τῶν ἁγίων μαρτύρων Νεοφύτου, Γαΐου καὶ Γαϊανῆς* [13], *sine elogio.*

57. VALENTINAE] *Nudum nomen.*

58. FORTUNATAE] *Maii, 7, n. 67 ; 8, n. 14 : Furtunati. Cf. supra, n. 53 : Furtunae.*

59. POSTUMI] *April. 30, n. 59.*

60. FAUSTINI] *Infra, n. 109 ; cf. n. 47 : Faustinae. Etiam maii 7, n. 120 : Faustini episcopi ; 8, n. 74.*

61. MAIORICI] *April. 30, n. 10, 126 : Maioricae.*

62. VENUSTI] *April. 23, n. 10 ; maii 22, n. 6 ; maii 10, n. 179 : Venustae. Martyrologium Romanum :* in Africa sanctorum martyrum Heliodori et Venusti cum aliis septuaginta quinque. *Haec ab Usuardo mutuatus est Baronius. Quam*

[1] *Explanatio psalmi XLV*, 21, PETSCHENIG, t. II, p. 344. — [2] *Carmen* XVIIII, 81, HARTEL, p. 121. — [3] Cf. R. A. LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 124-27. — [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [5] JAFFÉ-KALTENBRUNNER, *Regesta*, 5180.— [6] *Vetustius ecclesiae occidentalis martyrologium*, p. 506-511. — [7] *In gloria conf.*, 51 et passim ; LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI*e *siècle*, p. 595. — [8] MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 186 ; *Beroldus*, ed. MAGISTRETTI, p. 6. — [9] SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 174-76. — [10] *BHL*. 131. — [11] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 464-65.— [12] *Sermo* CCLXXXIV, *P. L.*, t. XXXVIII, p. 1288-1294. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, p. 660.

ob causam duces agminis delecti fuerint Heliodorus (n. 32) et Venustus et qua ratione reperti fuerint LXXV sodales non liquet.

63. MASSUNI] Lectio corrupta, ni fallor.

64. PROCESSAE] Maii 8, n. 53; 7, n. 97: Processi.

65. SECUNDIANI] Supra, n. 26; cf. n. 114: Secundi.

66. IMPORTUNAE] Nudum nomen.

67. QUINTIANI] April. 30, n. 61; maii 1, n. 25.

68. PETRI] Maii 5, n. 14. Lege quae annotata sunt ibidem ad n. 1.

69. TASSI] Infra, n. 115 et april. 30, n. 62: Cassi. Nota nomen quod statim sequitur: Casserici, n. 70.

71. MAPPALICI] De quodam Mappalico martyre lege quae annotata sunt ad 21 feb., n. 21. Infra, n. 112: Pappalici.

72. VENERIAE] Nuda nomina sunt Veneriae, Bonaefaciae.

74. QUINTI] Infra, n. 92; maii 7, n. 38, 44; 10, n. 16, 43, 135.

75. FLORIANAE] Infra, n. 106; april. 30, n.56 et maii 4, n. 44: Floriani.

76. VICTORINAE] Iterum, n. 80; supra, n. 49: Victorianae.

77. DEMORI] Conferenda Demori, Gaudolae, Crispini, Donati (n. 77, 78, 81, 85) cum april. 30, n. 65-67, 70: Demetri, Gadudi, Crispini, Donati. Demetrius et Donatus requirendi videntur in agmine τῶν ἁγίων μαρτύρων Δημητρίου, Δάνακτος, Δονάτου, Θερίνου, Μεσερεήρα καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν, quos hodie commemorant Graeci [1].

80. VICTORINAE] Supra, n. 76.

82. POSSINI] An idem qui supra n. 59: Postumi?

84. FELICIS] Supra, n. 37; april. 30, n. 25, 27; maii 7, n. 68, 95; 8, n. 46.

85. DONATI] Maii 7, n. 46, 48, 51, 94. Cf. supra, ad n. 77.

86. LABORI] Nuda nomina Labori, Masillae.

89. GAIANI] Supra, n. 56.

90. FASERI] April. 30, n. 63: Fasili.

92. QUINTI] Supra, n. 74; maii 7, n. 38, 44.

93. ROGATI] April. 30, n. 24; maii 8, n. 82, 89; maii 7, n. 55, 87, 116: Rogatae.

94. MAXENTI] Nudum nomen; maii 22, n. 13.

95. NINNAE] Maii 8, n. 38, 109; 10, n.106, 146.

96. VICTURIAE] Supra, n. 54.

97. VALERIAE] An legendum Valeriani, Οὐαλεριανοῦ e martyribus Scythopolitanis, de quibus legantur annotanda ad n. 119.

98. TIRONI] Nudum nomen.

99. MATRONAE] Maii, 8, n. 98.

100. CITINI] Maii 2, n. 4; 8, n. 105. Hic autem additur: cum sociis et reliquis sanctis. Hos esse martyres Scillitanos [2], quorum unus est Cittinus, suspicamur.

106. FLORIANI] Supra, n. 75: Florianae.

107. HERENEI] Infra, n. 111: Herenti; n. 52: Hedenti; maii 5, n. 4.

108. FORTUNATI] Maii 8, n. 14; maii 7, n. 67: Fortunatae.

109. FAUSTINI] Supra, n. 60.

110. GAVINI] Supra, n. 51: Gavinae.

111. HERENTI] Supra, n. 107: Herenei.

112. PAPPALICI] Supra, n. 71: Mappalici.

113. PRIMI] Supra, n. 10.

114. SECUNDI] Supra, n. 26, 65: Secundiani.

115. CASSI] Supra, n. 69: Tassi.

116. CELERINI] Maii 7, n.36. Alterum Celerinum vel eundem habuimus feb. 14, n. 140.

117. HIEREMIAE] An Hieremias propheta, quem Graeci colunt die 1 maii [3] ?

118. FLAVI] Maii 7, n. 4.

119. MACROBI] Huc iterum adducendi sunt martyres Scythopolitani, quorum in fastis Graecorum ad diem 4 maii inscripta sunt nomina: τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀφροδισίου, Μίλδα, Μακροβίου, Οὐαλεριανοῦ, Λεοντίου, Ἀντωνίου καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἁγίων τῶν σὺν αὐτοῖς ἐν Σκυθοπόλει μαρτυρησάντων [4], quique in kalendarium marmoreum Neapolitanum recepti sunt:

P(ASSIO) S(ANCTI) AFRODISII ET C(ON)GREGATIO EIVS [5]

Ex eo agmine sunt Macrobius, Bafroditus (n. 122) seu Afrodisius (lege quae de eo annotata sunt ad diem april. 28, n. 13), et Valeria (n. 97), si, ut conicimus, scribatur oportet Valeriani. Macrobius et Afrodisius postridie (n. 15, 117) iterum nuntiantur.

120. MARCELLINI] Maii 7, n. 14.

121. MAXIMI] Maii 7, n. 23.

122. BAFRODITI] Maii 7, n. 117: Epafroditi, immo Afrodisi, supra, ad n. 119.

123. AGUSTIANI] Maii 7, n. 6 9, 30: Agustini.

124. NICITI] Neque de illo martyre neque de aliis LXX, qui illum comitantur, quicquam compertum est.

129. GAIANI] Supra, n. 56, 89. Socios: cum aliis XX, illos ipsos esse (L) XX qui Nicetio (n. 124) iure adhaerebant, suspicor, nisi Gaianus illos Nicetio commodaverit.

133. AUTISIODORO] Floruit medio saec. IV episcopus Valerius, de quo in Vita S. Amatoris [6]. Est ubi, ut in cod. E, Valerianus nuncupetur, unde duos finxerunt episcopos Valerium et Valerianum [7].

**Autisiodoro depositio sancti Valeri episcopi.**

EXCERPTA] Cod. Cambr.: in civitate Tarreum. Die 21 sept.: in Perside civitate Tarrium. Hinc enata est annuntiatio quam referunt nostri ad hunc diem in civitate Tarentina sanctorum Matthaei et Primi [8].

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 662. — [2] *BHL.* 7527.— [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 545. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 658. — [5] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [6] *BHL.* 356. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II, pp. 444, 438. Cf. *Act. SS.*, Maii t. II, p. 105-106. — [8] *Act. SS.*, Maii t. II, p. 102.

*Cumulum*

Cumulum errorum perspiciet quicumque legerit quae dicta sunt ad n. 1 et 10[1].
Cod. Taml.: *Mariae Curice* = Maiorici n. 61.
Cod. Mon.: *Candiani* = Secundiani, n. 26.

[1] Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 312.

---

# NON. MAI.

I | II

[a] **In Nicomedia natale Flavi episcopi Agustini episcopi item Agustini**

| **trium fratrum.**

**et alibi Marcellini Macrobi Euthici**

**et trium fratrum [b].** |

**in Africa Celerini Maximi Victuri Pudentellae et aliorum multorum [c] item Agustini Victuri Gai Anti item Maximi Celerini Furtuni Quinti Flaviae Marcialis Privatiani Septimae Dextri Quinti Arnesi Donati item Donati Octaviani item Donati Marini Navigi Pulveri Rogatae Victuri Muberi Fortuni Victuri Secundi Cecili Donatae Saturnini item Donatae Navidae Furtunatae Felicis Iuli Crescenti Gallici Iustiniani Vitalici Rogatiani Lucellae Honorati Feliciae Savinae Stulti Simplici Flaviae Alexi Catulae Euticiae Peculiaris Germanae Rogatae Marcellae Udemari Stercolae Saturninae Primolae Castolae Donati Felicis Victori Processi Antoninae Sapidae Donatae Secundianae item Donatae Marcialis Ianuarii Diuni Victuri Tunidi item Furtunati Criscenti Germani Afidae Furtunati item Rogatae [d] Epafroditi Marcellini [e] palatini Faustini episcopi item Eutici et aliorum LVI. in civitate Diospoli passio sancti Georgii. Arelato depositio sancti Hilarii episcopi et confessoris. Augustoduno depositio beati Placidi presbyteri.**

*Addunt codices pleniores:* a) inventio sanctae crucis domini E. — b) et in constantinopoli achaici E. — c) canti B. — d) victoriae floridiani B. — e) floriani S; floridiani W.

*Variae lectiones codd* (I) E; (II) BSW. — 2. nicom̄ E; nicomđ B | 3. *om.* B; *add.* sanctorum SW | 4. flavii $S^2$ | 7. *om.* E | 8. it̄ E | 10-30. *om.* S | 12-13. *om.* W | 15. macobi $B^1$ | 16. cuthci E; eutici B; eutheci W | 21. aff̄ E; afreca W | 22. cęlerini W | 24. victori B; *add.* ep̄i W; *add.* sancte B | 25. potentelle B; potentellę W; *add.* allae E | 29. it̄ E | 31. victori B | 32-33. gagianti W | 32. gagi BS(W) | 34. it̄ E; *om.* BSW | 36. caelerini W | 37. fontini B; frontoni SW | 40. martialis E | 41-107. *om.* W | 42. septemine B; septiminię S | 44. quinte B; quintę S | 45. arnisi B; arneri S | 47. it̄ E | 50. it̄ E | 53. navagi B | 55. rogate S; rogati B; *add.* item B | 56. victori B; *om.* S | 57. mulieri B *om.* S | 58-59. *om.* S | 58. furtuni B | 59. victori B | 61-62. celedoniae E | 61. acili S | 62. donate B | 64. it̄ E | 65. donate BS; donati S; *add.* iuli S | 66. navidi B; navide S | 67. furtunate B | 67-68. felicis furtunate $S^1$; felicis furtunati $S^2$ | 69. *om.* S | 70. criscenti BS; *add.* sapide rogatiani donati S | 71. gallice B | 72. iustiani BS | 75. lucelle S; lucilli B | 78. savini B | 79. sulti BS | 83. catule B; cattuli S; *add.* ianuarii S | 84. euticie B; euthiciae S; *add.* victurii S | 86. germani BS; *add.* hercule S | 87. rogati BS | 88. marcelle BS | 89. odemari B; odemare S | 90. erculi B; avidie S | 91. saturnini B | 92-94. *om.* S | 93. astule B | 94. donate B | 96. victuri BS | 97. *add.* primuli S | 98. antonini B; *om.* S | 99. sapide B; *om.* S | 100. donate BS; *add.* castulę S | 101. secundiani BS | 102. it̄ E; *om.* S | 103. donate S; donati B | 104. *add.* rogati furtunati S | 105-107. *om.* S | 105. ianurii $B^1$ | 106. divii B | 107. victurii B; *add.* et B | 108. tunnidi $BS^2$; tuniudi $S^1$ | 109-110. *om.* SW | 109. it̄ E | 112. *add.* victuriae palatini SW. | 113-116. *om.* SW | 113. avide B | 115. it̄ E | 116. rogati B | 117. epafronditi S | 119. *om.* SW | 122. *om.* E | 124-126. cum aliis XLV BS; cum aliis XL W | 128. civī E | 129. diaspoli E | 132. georgi E; iorgii SW; *add.* martyr̄ B | 133. autisiodero S | 135. *om.* E | 136. hilari $EB^2$; helari $B^1S$; elari W | 137. *om.* S | 138-139. *om.* E | 140. agustoduno E; a//gustiduno B; agustiduno W | 142. *om.* E | 143. placiti EW | 144. episcopi S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Nicomedia nat. Flavi episcopi et Frodisi Macrobi Augusti Agustiani et trium fratrum et in Constantinapoli Acaici et inventio sanctae crucis. — TAML.: Agnitio sanctae crucis conceptio Mariae i(n) utero Flavi Afrodisti Macrobii Augustini Marcellini Pudentellae Postellae Allae Flaviae Septimnae Dextrae Quintae Scolasticae Rogatae Celerini bis Maximi Victuri bis Marcialis Augustini et trium fratrum Gaginati Frontoni Quinti Privatiani Arnesii Donati bis Navigii Pulvini Octoviani Marini Zefani Felicitatis. — MON.: Mediolani natalis sancti Victoris capitis caesi Nicomediae Flavii episcopi Helari confessoris et aliorum C. — RICH.: In Nicomedia Flavii episcopi Augustini Macrobii et in Constantinopoli Achaici in Affrica Celerinae Maximae Victuri Potentillae.

## MAI. 7

1. IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Νικομηδείᾳ Φλάβιος καὶ ἕτεροι μάρτυρες τέσσαρες. Nomina quae* F l a v i u m *sequuntur Nicomediensium esse nullo indicio suadetur, uno forsan excepto* M a r c e l l i n o *(n. 14), qui* p a l a t i n i *(n. 119) titulo ornatur* [1]. E u t h i c i *(n. 16), al.* E u t h e c i, *si pro* E u e t h i *scriptum est, etiam Nicomediae ascribi potest ex dictis ad feb. 22, n. 66. Sed haec non sunt satis certa, et unum solum tuto scribi poterit :*

**in Nicomedia natale Flavi episcopi.**

6. AGUSTINI] *Hodie ter occurrit, n. 6, 9, 30. Qui ascripsit* e p i s c o p i *in mente habuisse videtur Augustinum Hipponensem. Non tamen illum hodie commemorari crediderim, sed* A u g u s t i n u m *martyrem Capuanum, de quo agitur 16 nov. Huius enim diei laterculus partim ad 7 maii, nescio quo pacto, transiit.*

10. TRIUM FRATRUM] *Flavium cum duobus Augustinis tres fratres esse, codices II recensionis sequens, intellexit Florus Lugdunensis et alii deinceps, quibus consentit martyrologium Romanum :* Nicomediae sanctorum martyrum Flavii, Augusti et Augustini fratrum, *quod sane non scripsisset, si alteram recensionem inspicere contigisset, n. 17-19 :* e t t r i u m f r a t r u m.

14. MARCELLINI] *Infra, n. 118 :* M a r c e l l i n i p a l a t i n i. *Cf. n. 1.*

15. MACROBI] *Maii 6, n. 119.*

16. EUTHICI] *Scriptum esse pro* E u e t h i *(supra, ad n. 1), coniectura est quam urgere nolumus. Maii 8, n. 13, sub* A f r i c a *recensetur ; infra, n. 123 :* E u t i c i e t a l i o r u m L V I.

18. TRIUM FRATRUM] *Supra, n. 10.*

21. IN AFRICA] *Sequitur longa nominum series, quorum pleraque pridie vel postridie nuntiantur ; nonnulla etiam, quod sane mireris, die 16 nov.*

22. CELERINI] *Infra, n. 36 ; maii 6, n. 116.*

23. MAXIMI] *Infra, n. 35 ; maii 6, n. 121 ; 8, n. 20.*

24. VICTURI] *Infra, n. 31, 56, 59, 96, 107 ; maii 6, n. 35, 39, 45 ; 8, n. 2, 44.*

25. PUDENTELLAE] *Nudum nomen.*

30. AGUSTINI] *Supra, n. 6, 9.*

31. VICTURI] *Supra, n. 24.*

32. GAI] *Maii 8, n. 40.*

33. ANTI] *Maii 8, n. 22 :* A n t h o s i, *al.* A n t h u s. *Sed et notandum, ibid. n. 107 :* A n t i q u a e, *quod nobis videtur legendum* A n t i g o n a e, *quemadmodum scriptum reperitur die 16 nov.*

35. MAXIMI] *Supra, n. 23.*

36. CELERINI] *Supra, n. 22.*

37. FURTINI] *Infra, n. 58 ; maii 8, n. 72 ; maii 6, n. 53 :* F u r t u n a e.

38. QUINTI] *Infra, n. 44 ; maii 6, n. 74.*

39. FLAVIAE] *Maii 6, n. 118 ; maii 8, n. 36 ; infra, n. 81 ; supra, n. 4 :* F l a v i. *In martyrologio Romano legitur :* Tarracinae in Campania natalis beatae Flaviae Domitillae, *cum prolixo elogio, quod ex Actis SS. Nerei et Achillei* [2] *primus ad hunc diem protulit Florus Lugdunensis* [3], *nullo iure. Pro Flavia enim legendum est* F l a v i u s.

40. MARCIALIS] *Infra, n. 104 ; maii 8, n. 47 ; nov. 16.*

41. PRIVATIANI] *Nuda nomina :* P r i v a t i a n i, S e p t i m a e, D e x t r i, A r n e s i *(n. 41-43, 45).*

44. QUINTI] *Supra, n. 38.*

46. DONATI] *Infra, n. 48, 51, 94 ; maii 6, n. 85 ; nov. 16 ; cf. infra n. 62 :* D o n a t a e.

49. OCTAVIANI] *Solo nomine notus.*

52. MARINI] *Maii 8, n. 25 ; maii 6, n. 29 et nov. 16, n. 55 :* M a r i n a e.

53. NAVIGI] *Infra, n. 66 :* N a v i d a e ; *n. 99 :* S a p i d a e ; *n. 113 :* A f i d a e.

54. PULVERI] *Nuda nomina sunt* P u l v e r i, M u b e r i, *n. 54, 57.*

55. ROGATAE] *Mai 8, n. 28 ; infra, n. 87, et rursum n. 116.*

56. VICTURI] *Supra, n. 24, infra n. 59.*

58. FORTUNI] *Supra, n. 37.*

60. SECUNDI] *Maii 8, n. 54 :* S e c u n d a e.

61. CECILI] *Maii 8, n. 93 :* C e c i l i a e.

62. DONATAE] *Infra, n. 65, 100, 103 ; maii 8, n. 34, 83, 87. Cf. supra, n. 46 :* D o n a t i.

63. SATURNINI] *Maii 8, n. 15, 101 ; cf. infra n. 91 :* S a t u r n i n a e.

66. NAVIDAE] *Supra, n. 53 :* N a v i g i.

67. FURTUNATAE] *Infra, n. 110 ; maii 8, n. 14 :* F u r t u n a t i.

68. FELICIS] *Infra, n. 95 ; maii 6, n. 37 ; 8, n. 46.*

69. IULI] *Maii 8, n. 45 :* I u l i a e.

70. CRESCENTI] *Infra, n. 111.*

71. GALLICI] *Al.* G a l l i c a e ; *maii 8, n. 95 :* G a l l a e.

72. IUSTINIANI] *Nudum nomen.*

73. VITALICI] *Maii 8, n. 92 et nov. 16, n. 78 :* V i t a l i s.

74. ROGATIANI] *Nudum nomen, item* L u c e l l a e, *n. 75.*

76. HONORATI] *Nov. 16, n. 24.*

77. FELICIAE] *Maii 8, n. 56.*

78. SAVINAE] *Maii 6, n. 51 :* G a v i n a e.

79. STULTI] *Synonyma esse* S t u l t i *et* S i m p l i c i i *(n. 79, 80) suspicor.*

81. FLAVIAE] *Supra, n. 39.*

82. ALEXI] *Nudum nomen.*

83. CATULAE] *Infra, n. 93 :* C a s t o l a e.

84. EUTICIAE] *Supra, n. 16 et n. 123 :* E u t i c i.

85. PECULIARIS] *Nuda nomina* P e c u l i a r i s, G e r m a n a e, *n. 85, 86.*

[1] « La liste de Nicomédie devrait comprendre cinq noms, Flavius et quatre autres. Il est peu probable que les noms qui suivent immédiatement appartiennent à Nicomédie. A la fin de la liste Africaine on trouve un *Marcellinus palatinus* ; ce titre est de style nicomédien ». L. D. — [2] *BHL.* 6066. — [3] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 364-66.

*87.* ROGATAE] *Supra, n. 55.*

*88.* MARCELLAE] *Etiam n. 14, 118: Marcellini; nov. 16: Marcelli.*

*89.* UDEMARI] *Nudum nomen.*

*90.* STERCOLAE] *Maii 8, n. 27: Stercitae.*

*91.* SATURNINAE] *Maii 8, n. 90. Cf. supra, n. 63: Saturnini.*

*92.* PRIMOLAE] *Maii 9, n. 36: Primoli.*

*93.* CASTOLAE] *Supra, n. 83: Catulae.*

*94.* DONATI] *Supra, n. 46.*

*95.* FELICIS] *Felicis et Victoris memoria Mediolani, maii 6, n. 35. Hodie etiam Felix, n. 68, Victor, n. 24.*

*97.* PROCESSI] *Maii 6, n. 64 et 8, n. 53: Processae.*

*98.* ANTONINAE] *Maii 4, n. 3.*

*99.* SAPIDAE] *Cf. quae annotata sunt ad n. 53: Navigi.*

*100.* DONATAE] *Etiam n. 62, 103.*

*101.* SECUNDIANAE] *Maii 6, n. 26, 65: Secundiani.*

*104.* MARCIALIS] *Supra, n. 40.*

*105.* IANUARII] *Maii 8, n. 67; nov. 16, n. 9.*

*106.* DIUNI] *Lege Diunisii seu Dionysii.*

*107.* VICTURI] *Supra, n. 24.*

*108.* TUNIDI] *Lectio corrupta videtur.*

*110.* FURTUNATI] *Infra, n. 114. Supra, n. 67: Furtunatae.*

*111.* CRISCENTI] *Supra, n. 70.*

*112.* GERMANI] *Supra, n. 86: Germanae.*

*113.* AFIDAE] *Cf. quae annotata sunt ad n. 53: Navigi.*

*116.* ROGATAE] *Supra, n. 55.*

*117.* EPAFRODITI] *Maii 6, n. 122: Bafroditi.*

*118.* MARCELLINI] *Supra, n. 14; maii 6, n. 120, his tamen locis absque addito palatini; nov. 16 n 54: Marcelli.*

*120.* FAUSTINI] *Nec maii 6, n. 60, nec 8, n. 74, episcopus nuncupatur Faustinus.*

*123.* EUTICI] *Supra, n. 16; maii 8, n. 13. Supra, n. 84: Euticiae.*

*129.* DIOSPOLI] *Iteratur, nescio quam ob causam, memoria diei april. 25, n. 24:*

**in civitate Diospoli passio sancti Georgii.**

*133.* ARELATO] *Natalis S. Hilarii Arelatensis nuntiatus est die 5 maii. Eius autem corpus ad basilicam S. Stephani primum delatum est, populique venerationi expositum; postea, celebratis exsequiis, basilicae S. Genesii illatum* [1]. *Fuerit igitur 5 maii dies obitus, 7 vero dies depositionis.*

**Arelato depositio sancti Hilarii episcopi et confessoris.**

*140.* AUGUSTODUNO] *In codice Vaticano Regin. 435, quod est martyrologium Senonense, S. Placidi elogium plenius expressum est his verbis:*

**Augustoduno depositio beati Placidi presbiteri et abbatis basilicae sancti Simforiani martyris** [2].

ADDITAMENTA] *Codex E: Inventio S. Crucis. Ceteri ad diem 3 maii.*

*Achaici, maii 8, n. 18.*

*Victoriae, Floridiani, maii 8, n. 29, 30: Victuriae, Floridae.*

*Floriani, maii 4, n. 44; maii 8, n. 30: Floridae.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. die 3 maii scripserat:* Crucis Christi inventio, Mariae virginis conceptio. *Haec aliis verbis hodie iterat.*

*Gaginati. Cf. n. 32, 33:* Gai Anti.

[1] *BHL.* 3882, n. 30. — [2] *Act SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XXXVI].

# VIII ID. MAI.

**Mediolano Victoris capitis cesi cuius passio celebratur pridie idus maias. in Africa Eutici Furtunati Saturnini Marciae. Constantinopoli Agati militis Maximi presbiteri Anthosi diaconi Arestini Marini Tampi Stercitae Rogatae Victuriae Floridae item Floridae Luci Donatae Victoris Flaviae Iohannis Ninae Casti Gagi Furi Maximi item Victoris Iuliae Felicis Marcialis Famosae Honestae Nigri Battaci Rusticae Processae Secundae Militi Feliciae Maximae Dativae Tuniani Cutidi Secundilae Daticae Guddini Tertuli Caelestini Faustinae Ianuarii item Victoris Zetulae Stiale Furtuni Rogati Faustini Cineri Barraci Siddini item Ninae Mittuni Sirici Rogati Donatae Bacciri Gadderi Bereusi Donatae Spici Rogati Saturninae Gladiosae Vitalis Caeciliae Ianuariae Gallae Serenae Rogatae Matronae Agustinae item Saturnini Rufi Victoris Faustini Cithini Saderi Antiquae item Ninae [a]. in Aegypto Victoris Stefanae. in Sanctonico depositio sancti Martini abbatis [b]. Autisiodoro depositio Eladi episcopi [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) saturi corbeia monasterio translatio corporis beati gentiani martyris C. — b) viatoris iste martinus viator fuit vias enim fecit et fontes exurgere $S^2$. — c) et octabas apostolorum philippi et iacobi B.

*Variae lectiones codd.* EBSW.— 1. mediol E | 2. victuris S | 3-10. *om.* ESW | 11-12. *om.* SW | 12. afr̄ E | 13. *add.* marciae SW | 15. saturnine B | 16. marcie B ; *om.* SW | 17. constantinop̄ E | 19. milit̄ E ; militum SW ; *add.* et SW | 22. anthus B ; anthis S ; authys W | 23. diac̄ ES | 25. maruii $S^1$ | 26. *add.* victuriae SW | 27. stertiae B ; sterciae SW | 28. rogate BS | 29. victorie B ; *om.* SW | 30. floride S ; floredę W ; floridi B | 31-32. *om.* BSW | 31. it̄ E | 34. donati BSW | 35. victori B ; victuris W | 36. flavie B ; *om.* W | 38-47. *om.* W | 38. nenni B ; ninne S | 39. *om.* E | 43. it̄ E ; *om.* S | 44-46. *transp.* felicis iuliae victuris S | 45. iulie B | 47. martiani B ; marciani S | 48. famose B ; famorae E | 49. honeste S ; honesti B | 50. *om.* W | 51. baptici BSW | 52. rustici BS ; *om.* W | 53. processe BS | 54. secunde B | 56. felicie BS ; *om.* W | 57. maxime BS | 58-60. *om.* W | 58. dative B ; dativi S | 60. thidi B ; *om.* S | 61. secundile B ; secundole S ; secundolę W | 62-63. *om.* W | 62. datice B ; datiae $S^1$ ; datice $S^2$ | 63. gundoni $BS^2$ ; gondoni $S^1$ | 64. tertule $B^1$ | 65. celestine B | 66. faustine B ; faustini S | 67-74. *om.* E | 68-69 *om.* W | 69. victuri S | 70. zetule BW ; setulę S | 71. stialae SW | 75. *om.* W | 76. barachi BSW | 77. si//ddiri E ; sidini B | 78. *om.* E | 79. ninne B ; nine(tidi) S ; *add.* tidi S ; thidi W | 82-83. *om.* W | 83. donate S | 85. gaddiri B | 87. donate BS ; *om.* W | 89-90. *om.* W | 89. rogate B | 90-97. *om.* E *hoc loco, add. vero 1 m. in marg. inferiore* | 90. saturnini BS | 91. gladiose B ; glaudiose S | 93. cecilie B ; *add.* galle S ; gallę W | 94. ianuarie B | 95. galle B ; *om.* SW | 96. sereni B ; seneri SW | 97. rogate B ; rogati S ; *om.* W | 98. matronice BS | 99. agustine BSW | 100-103. *om.* W | 100. it̄ E ; *om.* S | 101. saturnine S | 102. rubi E | 103-104. *transp.* faustini victoris B ; faustini victuris S | 105. citini S ; chitini W | 106. zaderi BSW | 107. antique B ; antiqui SW | 108. itē W ; it̄ E | 109. ninne B ; nine S | 111. aegyp̄ E | 113. stefane B ; stephane S ; stephanę W | 114-119. *om.* B | 114. *om.* E | 115. scantonico E ; santonico S ; sancto nico W | 119. *om.* SW | 120. autesiod̄ E ; autesiodr̄ B ; autisiodero SW | 122. pelladi E | 123. *add.* et confessoris S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Mediolano nat. Victoris et in Nicomedia nat. Maximi prespiteri. — TAML. : Victoris bis Maximi Cessi Donati Lucii Iohannis Salivae Secundilae Marciae Daticae Victoriae Stertitiae Rogatae Floridae Ninae Flaviae Iuliae Famosae Mariae Processae Secundae Feliciae Eupiae Maximae Cutidi Sincliticae Fortunati Saturnini Tertuli Arestini Tamphi Marini Luci Donati Rustici Marciani Dati Batizi Militi Victoriani Ianuarii Odroni Capitis Cessi et aliorum X Lurentii. — MON. : In Africa Euticii Furtunati Marciae Romae Benedicti papae Epheso Iohannis apostoli adventio sancti Michaelis archangeli in monte Gargano. — RICH. : Mediolanio Victoris martyris et in Nicomedia Maximi presbyteri Affrica Eutici Fur(tunati Saturnini Helladii episcopi in monte Gargano inventio basilice sancti Michahelis archangeli) *uncis inclusa m. 2 pleraque in litura.*

## MAI. 8

1. MEDIOLANO] *Passio S. Victoris :* Decollatus est autem S. Victor octavo idus maias et sepultus est a S. Materno episcopo pridie idus maias [1]. *Kalendarium Mediolanense :* sancti Victoris ad Ulmum [2]. *Ecclesia autem* ad Ulmum, *quae erat prope portam Vercellensem, nunc diruta est* [3]. *Altera S. Victoris commemoratio, prid. id. maias, in kalendariis notatur veluti* Translatio S. Victoris [4], *seu* Translatio S. Victoris ad Corpus, *id est ad basilicam quae olim Portiana vocabatur, postea Sancti Victoris ad Corpus* [5]. *Et hae sunt praecipuae huius martyris festivitates. In martyrologio etiam 21 et 30 septembris inscriptus est. Quo iure, suis locis expedire conabimur. Aliis martyribus Mediolanensibus etiam quandoque a martyrologo sociatur, ut 12, 23 aprilis, 6, 10 maii. Plurimae tum in civitate tum in dioecesi Mediolanensi S. Victori ecclesiae dicatae erant* [6].

[1] *BHL.* 8580, n. 6. — [2] MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 186. — [3] MAGISTRETTI, *Beroldus*, p. 137. — [4] ID., *Manuale*, t. c., p. 187. — [5] ID., *Beroldus*, p. 5. — [6] *Liber notitiae sanctorum Mediolani* ed. M. MAGISTRETTI et U. MONNERET DE VILLARD (Milano, 1917), p. 393-94. Lege quoque F. SAVIO, *I santi martyri di Milano* (Pavia, 1906), pp. 3-24, 59-65 ; ID., *Gli antichi vescovi d'Italia.* Piemonte (Torino, 1898), p. 495-513.

**Mediolano**

**Mediolano Victoris capite caesi.**

12. IN AFRICA] *Series martyrum qui a martyrologo Africae tribuuntur post n. 16 interrupta videtur, et inde a n. 24 resumpta. Pleraque nomina iam superioribus diebus occurrerunt, nonnulla 16 nov. neque omnia et singula Afrorum sunt.*

13. EUTICI] *Maii 7, n. 16.*

14. FURTUNATI] *Maii 7, n. 110.*

15. SATURNINI] *Maii 7, n. 63.*

16. MARCIAE] *Legendumne Marcialis? Infra, n. 47; maii 7, n. 40.*

17. CONSTANTINOPOLI] *Breviarium Syriacum, 10 maii:* ἐν Νικομηδείᾳ Ἀκάκιος. *Idem postridie:* ἐν Κωνσταντινουπόλει Μάξιμος. *De utroque rursum perendie sermo erit. S. Acacius miles fuisse fertur, Constantinopoli passus* [1]; *Maximus autem, alio nomine Mocius dictus, ut opinamur* [2], *presbyter erat.*

**Constantinopoli Acaci militis et Maximi presbiteri.**

22. ANTHOSI] *Al. Anthus. Acacio et Maximo Anthosum diaconum comitem adiungere videtur martyrologus. De illo tamen, praeter nomen, cuius et scriptura incerta est, nihil traditum fuisse videtur.*

24. ARESTINI] *De lectionis sinceritate non satis constat.*

25. MARINI] *Maii 7, n. 52.*

26. TAMPI] *Lectio corrupta, ni fallor.*

27. STERCITAE] *Cf. maii 7, n. 90: Stercolae.*

28. ROGATAE] *Infra, n. 97; maii 7, n. 55; n. 73: Rogati.*

29. VICTURIAE] *Cf. maii 7, n. 24: Victuri.*

30. FLORIDAE] *Etiam n. 32.*

33. LUCI] *Nudum nomen.*

34. DONATAE] *Infra, n. 83, 87; maii 7, n. 62; cf. nov. 16, n. 15.*

35. VICTORIS] *Infra, n. 44, 69, 103, 112; maii 7, n. 24 et saepius; nov. 16, n. 22.*

36. FLAVIAE] *Maii 7, n. 39.*

37. IOHANNIS] *Nudum nomen.*

38. NINAE] *Infra, n. 79, 109; mai 6, n. 95; 10, n. 106, 146.*

39. CASTI] *Nudum nomen.*

40. GAGI] *Maii 7, n. 32.*

41. FURI] *Furius Romanum gentilicium est, in fastis nostris vix requirendum. An legendum Fur<tun>i? Infra, n. 72.*

42. MAXIMI] *Supra, n. 20; maii 6, n. 121; 7, n. 23. Cf. infra, n. 57: Maximae.*

44. VICTORIS] *Supra, n. 35.*

45. IULIAE] *Maii 7, n. 69: Iuli.*

46. FELICIS] *Maii 7, n. 68.*

47. MARCIALIS] *Maii 7, n. 40. Cf. supra, n. 16: Marciae.*

48. FAMOSAE] *Nuda nomina sunt Famosae, Honestae, Nigri, Battaci (maii 10, n. 75: Muttaci?), Rusticae, n. 48-52.*

53. PROCESSAE] *Maii 6, n. 64; maii 7, n. 97: Processi.*

54. SECUNDAE] *Maii 7, n. 60: Secundi, Infra, n. 61: Secundilae.*

55. MILITI] *Nomen appellativum est; supra ad n. 17.*

56. FELICIAE] *Maii 7, n. 77.*

57. MAXIMAE] *Supra, n. 20, 42: Maximi.*

58. DATIVAE] *Infra, n. 62: Daticae.*

59. TUNIANI] *Nudum nomen.*

60. CUTIDI] *Lege annotanda ad sept. 6, n. 13.*

61. SECUNDILAE] *Cf. supra, n. 54: Secundae.*

62. DATICAE] *An legendum Dativae, ut supra, n. 58?*

63. GUDDINI] *Nuda nomina Guddini, Tertuli (infra, n. 70: Zetulae), Caelestini, n. 63-65.*

66. FAUSTINAE] *Maii 6, n. 47. Infra, n. 74: Faustini.*

67. IANUARII] *Maii 7, n. 105; nov. 16, n. 9. Infra, n. 94: Ianuariae.*

69. VICTORIS] *Supra, n. 35.*

70. ZETULAE] *An supra, n. 64: Tertuli?*

71. STIALE] *Hinc inde recurrit in codicibus nostris, varie scriptum, Stialis, Istiali, Istali, april. 12, n. 143; maii 25, n. 51; 31, n. 30. Lectio admodum dubia.*

72. FURTUNI] *Maii 7, n. 37. Supra, n. 41: Furi?*

73. ROGATI] *Infra, n. 82, 89; maii 6, n. 93. Supra, n. 28: Rogatae.*

74. FAUSTINI] *Infra, n. 104; maii 6, n. 60; 7, n. 120: Faustini episcopi; supra, n. 66: Faustinae.*

75. CINERI] *Nuda nomina Cineri, Barraci (infra, n. 84: Bacciri?), Siddini, n. 75-77.*

79. NINAE] *Supra, n. 38.*

80. MITTUNI] *Maii 4, n. 35.*

81. SIRICI] *Nudum nomen.*

82. ROGATI] *Supra, n. 73.*

83. DONATAE] *Supra, n. 34.*

84. BACCIRI] *Cf. supra, n. 76: Barraci.*

85. GADDERI] *Infra, n. 106: Saderi, immo Iaderi.*

86. BEREUSI] *Nuda nomina Bereusi, Spici, n. 86, 88.*

87. DONATAE] *Supra, n. 34.*

89. ROGATI] *Supra, n. 73.*

90. SATURNINAE] *Maii 7, n. 91. Infra, n. 101: Saturnini.*

91. GLADIOSAE] *Nudum nomen.*

92. VITALIS] *Maii 7, n. 73: Vitalici; nov. 16, n. 8: Vitalis.*

93. CAECILIAE] *Maii 7, n. 61: Cecili.*

94. IANUARIAE] *Supra, n. 67: Ianuarii.*

95. GALLAE] *Maii 7, n. 71: Gallici.*

96. SERENAE] *Nudum nomen.*

97. ROGATAE] *Supra, n. 28.*

98. MATRONAE] *Maii, 6, n. 99; nov. 16, n. 65. Matrona ea esse videtur quae iam ab VIII kal. april. ad VIII kal. mart. relata, nunc ad VIII id. maias reponitur, numero VIII librarium seu interpolatorem in errorem inducente.*

[1] *BHG*[2]. 13.— [2] Cf. *Saints de Thrace et de Mésie*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, pp. 225, 228-32, 240.

*Notari*

*Notari tamen velim nomina duo Matronae et Augustini (n. 99) simul laterculo 16 nov. inscripta esse.*

*99.* AGUSTINAE] *Agustini: maii 6, n. 123; 7, n. 6; nov. 16, n. 3.*

*101.* SATURNINI] *Die 9 maii apud Graecos fit commemoratio τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κοδράτου in cuius Passione mentio est Σατορνίλου καὶ Ῥουφίνου, qui Caesareae capite plectuntur* [1]. *Rufinus, al. Rufianus, etiam nov. 16, n. 19. Supplenda est nota topographica.*

**<Caesareae> Saturnini <et> Rufi<ni>**

*103.* VICTORIS] *Supra, n. 35.*

*104.* FAUSTINI] *Supra, n. 74.*

*105.* CITHINI] *Maii 6, n. 100.*

*106.* SADERI] *Legendum videtur Iaderi, nomen Afris usitatum. Editus est titulus in musivo scriptus, Upennae repertus, quem hoc loco adducere iuvat:*

HEC SVNT NOMINA MARTIRVM PETRVS PAVLVS SATVRNINVS PRESBYTER

IDEM SATVRNINVS BINDEMIVS SATVRNIN VS DONATVS SATVRNINVS GVDVDA PAVLA CLARA LVCILLA FORTVN IADER CECILIVS EMILIVS PASSI DIE NONAS AVGVSTAS DEPOSITI VI (?) IDV S NOBEMBRES GLORIA IN ESCE LSIS DEO ET IN TERA PACS OMINIBVS [2]

*Nullius quidem horum martyrum dies passionis vel depositionis, ut patet, in 8 maii incidit. Itaque pro suo quisque iudicio viderit num fortuito sex saltem horum martyrum cognomines hodie vel pridie commemorentur:*

| | |
|---|---|
| *Donatus* | *maii 7, n. 46.* |
| *Saturninus* | *maii 8, n. 15.* |
| *Lucilla* | *maii 7, n. 75.* |
| *Fortuni* | *maii 7, n. 37.* |
| *Iader* | *maii 8, n. 106.* |
| *Cecilius* | *maii 7, n. 61.* |

*Cum Gududa conferri potest Guddini, supra, n. 63.*

*107.* ANTIQUAE] *Die 16 nov. quocum dies 7 et 8 nonnulla habent communia, Antigonae nuntiatur, n. 52.*

*109.* NINAE] *Supra, n. 38.*

*111.* IN AEGYPTO] *Hodie, ut alias saepius, Victorem quemdam (n. 2) sequitur par martyrum Victoris et Stefanae seu Coronae, de quibus rursum sermo erit ad diem 14 maii.*

**in Aegypto Victoris <et> Stefanae.**

*115.* IN SANCTONICO] *Gregorius Turonensis:* Martinus Sanctonicae urbis abba, Martini, ut ferunt, nostri discipulus, apud vicum urbis ipsius, in monasterium, quod ipse post magistri dogmata aedificavit, in pace quiescit... Huius sepulchrum Palladius episcopus [c. 580] cum non valuisset cum multis, opitulante adiutorio confessoris, cum quinque abbatibus movit composuitque cum voluit [3]. *Elogium Martini a die maii 8 ad 13, id est ab* VIII id. *ad* III id., *transfert codex B et ita enuntiat:* in Sanctonico monasterio Salimonno depositio sancti Martini presbiteri et confessoris. *Monasterium olim Salimonnum, deinceps Saliginense (Saujon, Charente-Inférieure) dictum est* [4].

**in Sanctonico monasterio Salimonno depositio sancti Martini presbiteri et confessoris.**

*120.* AUTISIODORO] *De Helladio episcopo legenda Vita S. Amatoris* [5], *qui eidem suffectus est.*

**Autisiodoro depositio Elladii episcopi.**

ADDITAMENTA] *Gentiani. Eius corpus Corbeiam translatum est saec. IX* [6].

**Corbeia monasterio translatio corporis beati Gentiani martyris.**

*Viatoris. Conferenda sunt quae leguntur in Vita altera S. Martini Vertavensis* [7].

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Cessi = (capitis) cesi, n. 4.*

*Salivae = Dativae, n. 58.*

*Cod. Mon.: Romae Benedicti papae. Benedictus II (684-685)* sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die VIII idus maias [8].

[1] *BHG*². 359; *Synax. Eccl. CP.*, p. 670. — [2] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne de l'Afrique*, n. 238. Cf. E. DIEHL, *Inscriptiones latinae christianae veteres*, n. 2096. — [3] *In gloria confessorum*, c. 56. — [4] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VIe siècle*, p. 559-60. — [5] *BHL.* 356. — [6] *BHL.* 3351. — [7] *BHL.* 5669, c. 5; cf. *Act. SS.*, Oct. t. X, p. 804, lit. *h.* — [8] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 364.

# VII ID. MAI.

**In Axiopoli Quirilli Gindei Zenonis [5]. in Tarso Ciliciae Afrodisi. Mediolano [a] de [11] ingressu reliquiarum apostolorum Iohannis [15] Andreae et Thomae in basilica [20] ad portam Romanam. in Persida [25] martyrum CCCX. Constantinopoli natale sancti [30] Timothei. Romae via Latina Gordiani [35] Primoli et natale Beati confessoris [40].**

*Addunt codices pleniores :* a) ephenici E.

*Variae lectiones cod'd.* EBSW. — 4. quindei BSW | 5. zenono B¹ ; zenoni B²SW | 6. *om.* BSW | 7. tarsu W | 8. cilicie BS ; ciliċ E ; cilię W | 9. afradisi BW | 10. medioı E | 11-23. *om.* EW | 11-13. *om.* S | 18. thome BS | 22. porta S | 23. romana S | 26. martyř E ; martyres BSW | 27. tricentos X B | 28. constantinopł B ; constantinop̄ E | 30. *om.* E | 31. thimothei SW | 32. rom̄ EW ; reme B ; ravenna S | 33-34. *om.* E | 35. gurdiani S | 37. *om.* W | 38. alibi E ; *add.* sancti SW | 40. confēss E ; confs W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Axiopoli nat. Quirilli Gindei et Genonis et in Tarso Ciliciae Afrodisi. — TAML. : Revelatio Michaelis archangeli festivitas apostolorum id est reliquiarum Tomae et Iohannis et Andreae Quirilli passio Gindei Zenonis Affrodisii Cendei Effenici Timothei Gordiani Beati et aliorum CCXIIII et aliorum martirum XXVI. — MON. : In Persida martyrum CCCX Constantinopoli natalis sancti Timothei Alexandriae Athanasii episcopi. — RICH. : In Anxiopoli Quirilli Zenonis et in Tarso Ciliciae Afrodisii Constantinopoli sancti Timothei alibi Primuli Beati confessoris.

## MAI. 9

1. IN AXIOPOLI] *Breviarium Syriacum ad diem 10 mart. : Κύριλλος καὶ Κίνδος — ad 12 maii : ἐν Ἀξιουπόλει Κύριλλος καὶ ἕτεροι ἒξ μάρτυρες. Horum martyrum commemoratio non semel recurrit in libris nostris :*

*mart. 8 :* (*Beroeae ?*) *Quirilli episcopi.*
*mart. 9 :* (*sine loco*) *Quirilli et Cindei.*
*mart. 11 :* (*sine loco*) *Quirilli, Cendei.*
*april. 26 : Axiopoli Quirilli, Vindei*
*maii 9 : Axiopoli Quirilli, Quindei, Zenonis.*
*maii 10 : Axiopoli Cyrilli, Cendis.. Zenonis.*
*iul. 9 : in Tomis Zenonis... Cyrilli episcopi.*
*aug. 1 : in Tomis Cyrilli.*

*Unde nominum iterationes ortae sint, aliquoties suadet dierum mensiumque proclivis confusio :* VII idus *scribi potuit 9 mart., 9 maii, 9 iul. ;* VI kal. *et* VI id. *26 april. et 10 maii. In Moesia praecipuo cultu ac veneratione servabatur S. Cyrilli memoria* [1]. *De Scythiae arcibus haec scribit Procopius : ἔνθα δὴ φρούριον πρῶτον Κυρίλλου ἁγίου ἐπώνυμόν ἐστιν, οὗπερ τὰ πεπονηκότα τῷ χρόνῳ ἀνῳκοδομήσατο ἀπημελημένως Ἰουστινιανὸς βασιλεύς* [2]. *Exstat cuiusdam Passio Cyrilli, quam quidam esse putaverunt martyris, qui Gortynae in Creta insula passus est* [3], *re tamen ipsa de Cyrillo agit, qui Tomis, ut videtur, martyrium fecit, et cui cultum exhibitum esse certum est Axiopoli et alibi. Cindeum vero commemorat Victricius Rotomagensis inter sanctos qui morbo affectis opitulari solent* [4] *:* Mutius, Alexander, Datysus, Chindeus larga virtute gratiam salutis infundunt [5]. *Hodie in martyrologio, uti et maii 10 et iul. 9, Cyrillo sociatus est Zenon. Hic etsi in breviario Syriaco desideretur, vix dubium est quin fuerit e numero sex martyrum illorum de quibus breviarium Syriacum ad diem 12 maii. Quibus omnibus perpensis, scribamus :*

**in Axiopoli Quirilli, Cindei, Zenonis.**

7. IN TARSO] *Breviarium Syriacum ad diem 14 maii : Ἀφροδίσιος, sine loco. Codices nostri ad diem 13 maii :* in Alexandria Afrodisi. *Tribus autem diebus 28 aprilis, 9 et 10 maii in iisdem legitur :*

**Tarso Ciliciae Afrodisi.**

*De qua enuntiatione paulo fusius ad diem 28 april. Hic iterum meminisse iuvat in synaxariis Graecorum ad diem 5 maii inscripta esse nomina martyrum Scythopolitanorum Ἀφροδισίου, Μίλδα, Μακροβίου, Οὐαλεριανοῦ, Λεοντίου, Ἀντωνίου κτλ.* [6], *quorum nonnulli, et quidem, ni fallor, Afrodisius sub nomine Bafroditi, Epaphroditi proximis diebus recensentur.*

10. MEDIOLANO] *S. Ambrosius in epistula Marcellinae data :* Nam cum ego basilicam dedicassem, multi tamquam uno ore interpellare coeperunt, dicentes : sicut Romanam basilicam dedices

[1] *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 259-60. — [2] PROCOPII *De aedif.*, IV, 7. — [3] *BHL.* 2069-2071 ; *BHG²*. 467 ; *Synax. Eccl. CP.*, pp. 17, 750. — [4] *Les martyrs d'Égypte*, p. 61-62. — [5] *De laude sanctorum*, XI, *P.L.*, t. XX, p. 453. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 658.

dedices. Respondi : Faciam, si martyrum reliquias invenero [1]. *Vita Ambrosii auct. Paulino :* Quo in tempore sancti Nazarii martyris corpus, quod erat in horto positum extra civitatem, levatum ad basilicam apostolorum, quae est in Romana, transtulit [2]. *Post translatas S. Nazarii reliquias in basilicam ad portam Romanam, S. Ambrosius titulum* NAZARIO MARTYRI *carmine composuit, cuius initium est :*

CONDIDIT AMBROSIVS TEMPLVM DOMINOQVE [SACRAVIT
NOMINE APOSTOLICO MVNERE RELIQVIIS [3]

*Huius templi dedicationem die 9 maii celebravit cum hisce reliquiis :*

**Mediolano de ingressu reliquiarum apostolorum Iohannis, Andreae et Thomae in basilica ad portam Romanam.**

*Haud dissimilis enumeratio habetur die 3 sept. :* in Aquileia dedicatio et ingressio reliquiarum SS. Andreae apostoli, Lucae, Iohannis, Euphemiae. *Die 27 novembris iterum :* in Mediolano Lucae, Andreae, Iohannis, Severi et Euphemiae. *Vocabulum quidem dedicationis aut ingressus reliquiarum hic desideratur. Vix tamen dubium est et hoc loco memoriam servari dedicatae Mediolani basilicae alicuius.*

*Neque hoc praetermittendum est. In hisce dedicationibus, quae eadem paene aetate ac hodierna illa Ambrosiana illatio factae fuisse videntur [4], cum apostolis, ut more illorum temporum loquar, ingressa fertur et celebris martyr* E u p h e m i a. *Iamvero, in codice Epternacensi, ubi cetera nomina evanuerunt, hodie legitur* Mediolano Ephenici, *quod nomen corruptum esse ex* E u p h e m i e *intellego, Euphemiae scilicet Chalcedonensis, cuius reliquias cum pignoribus apostolorum in basilicam ad portam Romanam intulerit S. Ambrosius. Scio equidem dubium ex eo moveri posse quod hodie frustra requiritur nomen* E p i m a c i, *qui S. Gordiani comes est (infra, ad n. 30). Istius loco scriptum fuisse* E p h e n i c i *libenter concederem, si sub* R o m a *potius quam* M e d i o l a n o *recenseretur.*

*25.* IN PERSIDA] *Plana est annuntiatio martyrum ignotorum :*

**in Persida martyrum CCCX.**

*28.* CONSTANTINOPOLI] *Haec ab Adone intellecta sunt de translatione reliquiarum S. Timothei apostoli Constantinopolim :* Constantinopoli natalis S. Timothei, quando ab Epheso eius sacra ossa delata sunt. *Erravit sane, nam haec translatio facta est kalendis iuniis an. 356, ut habent Consularia Constantinopolitana :* Constantio VIII et Iuliano Caes. His conss. introierunt Constantinopolim reliquiae apostoli Timothei die kal. iun. [5]. *Ceterum, Timotheus, de quo hodie, alius ab apostolo esse videtur. In synaxario enim legitur : ὁ ῥοδισμὸς τοῦ ἁγίου Τιμοθέου τοῦ πατριάρχου [6]. Nobis quidem olim visus est hic esse Timotheus patriarcha Alexandrinus, qui an. 381-385 sedit [7]. Quod sapientioribus minime placere perspeximus [8], neque nobis ipsis amplius placet, vel ex ea causa quod non 9 maii sed μηνὶ ἐπιφὶ εἰκάδι ἕκτῃ, id est 20 iulii, Timotheus obierit [9]. Ex aliis tamen sententiis quae proponuntur nullam amplecti validis rationibus cogimur, et cuiusnam* T i m o t h e i *sit hodie anniversarius seu rosationis dies fateor me ignorare. Interim reicienda non est enuntiatio :*

**Constantinopoli natale sancti Timothei.**

*32.* ROMAE] *In libris Graecorum die 9 maii inscripta est memoria Ἐπιμάχου καὶ Γορδιανοῦ [10]. Romae tamen eorum festivitas agitur die 10 maii.* G o r d i a n u s *quidem solus hodie distincte exprimitur. In solo codice Epternacensi, sub* M e d i o l a n o *legitur nomen* E p h e n i c i, *ab* E p i m a c h i *non adeo diversum, sed neque ab* E u p h e m i a, *ut dictum est ad n. 10. Res ergo in dubio relinquitur. In omnibus codicibus Gordiano adhaeret* P r i m o l u s, *cuius nomen hinc inde occurrit, et quidem 11 maii, n. 16. Hodie Epimachum a Primolo expulsum, vel etiam* P r i m o l i *ex* E p i m a c h i, *faventibus inscitis librariis nasci potuisse non negabo, nec scribere vereor :*

**Romae via Latina Gordiani Epimachi.**

*39.* BEATI] B e a t i, *presbyteri Vindocinensis, olim in dioecesi Carnotensi, Vita edita est [11].*

**Natale Beati confessoris.**

[1] Epist. XXII, 1, *P.L.*, t. XVI, p. 1019. — [2] *BHL.* 377, c. 32. — [3] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 161, n. 3 ; p. 177, n. 1. De carminis auctore, Id., *Bullettino*, 1864, p. 76.— [4] *Anal. Boll.*, t. XLVIII, p. 12-13. — [5] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 238. Theodorus Lector, II, 61 : *πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰουλίων. P.G.*, t. LXXXVI, p. 212. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 672. — [7] Ibid., p. 1011. — [8] G. Anrich, *Hagios Nikolaos*, t. II, p. 447. Dissentit etiam Duchesne in schedis. — [9] Theophanis *Chronogr.*, ad ann. 5879, De Boor, p. 70. — [10] *Synax. eccl. CP.*, p. 670. — [11] *BHL.* 1064-1066.

# VI ID. MAI.

## I

Romae passio Gordiani. Romae Epimacis et Midonis confessoris. Via Latina ad centum aulas Quarti et Quinti.

## II

Romae via Latina in cimiterio eiusdem natale Gordiani. et in cimiterio Pretextati Romae natale sancti Epimaci et Maioris confessoris. via Latina ad centum aulas Quarti et Quinti.

**In Africa Probatae Mecae Petri Dativi Ianuarii Furtunionis Theclae Lucellae Maximae Matronae. Axiopoli Cyrilli Cendis Dioni Acaici Crispionis Zenonis. Tarso Ciliciae Afrodisi Privati Giddini Saturnini Petri Dativi Furtuni Lucellae Maximae Matronae Muttaci Cicili Victuri Ianuari Securae Victuriae Bonosi Constantiae Maximi Gemini Ianuari Samini Perecrie Sinteri Aeruli Maiolae Maruli Felicis Indidi Reflenti Tinni Filioni Thointi Sileuci Zetulae Ianuariae Furtunatae Teclaciae Rogatae Paulinae Ianuari Ninae Ianuari Candediae Honoriae Saturnini item Saturnini Secundi Donati Solutoris item Felicis Marci Nappoli Cuddei Dati Nasomosi item Victoris Satuli Masuti Malci Severi Marciani Furtuni [a] Saturi Quintali Severioli Felicis Quinti [b] Fausti Donati Excritati Septimi Lucini Restituti Birici Dativae item Ianuariae Ninae Feliciae Satirae Marcillae Matronae Tuiae Lucusae Victurinae item Feliciae Iocundae Gloriosae Rogatinae Victurinae Iuliae Primae item Furtunati Mariae Rogati Munni Iacobi Septiminae Maurelli Incidi Tunni Felicionis Seleuci Honorati Saturni Lucini Zebberiae**

Crispi

**Venustae Saturnae Quintulae item Cirilli Dionisi. et alibi depositio sive natale Iob prophetae [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) saturni B. — b) congilli abbatis in sotcia (*corr.* scotcia) B. — c) et dedicatio ecclesiae sanctae mariae infra basilicas B².

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 4. rome E | 8. confeş E | 10. lat̄ E | 17. rome BS ; rom̄ W | 19. lavicana S | 21. cimit̄ BW | 23. *add.* sancti SW | 24. gurdiani S¹ | 25. *om.* S | 27. cimitr̄ B ; cimit̄ W | 28. pretextati S¹ ; preteaxa(ta)to S² | 29. rom. W ; *om.* S | 32. ephimici B ; epymaci S | 33. sc̄i *add.* S | 34. maris B¹ | 35. confeş B ; conf̄ W | 36-40. *om.* SW *qui add.* et | 42. *om.* SW | 44-45. *om.* SW | 45. aff̄ E | 46. probati B ; probate S | 47. moece B ; moethe S ; moecę W | 49. *om.* B | 50. ianuari E | 51. furtinionis W | 52. tecle B ; thecle S | 53. lucelle BS ; bucellę W | 54. maxime B | 55. matrone BS | 58. cindis B ; cindei S ; cendeis W | 59. dionis BSW | 60. acaci B ; accaci S ; *om.* W | 61. cripionis E | 63-75. *om.* W | 63-64 *om.* S | 64. cilic̄ E ; cilicie B | 67. citdini B | 68-69. *transp.* petri saturnini S | 70. dativae B | 72. lucelle BS | 73. maxime BS | 74. matrone BS | 75. mutaci BS | 76. cylici W | 77-78. *om.* W | 79. sacusę BW ; sacuse S | 80-81. *transp.* bonosi victorine S | 80. victurine B ; *om.* W | 81. bonosę W ; *add.* maiuli SW | 83. maximae B² *in marg.*, S ; *om.* W | 84-85. *transp.* ianuari gemini S | 85. *om.* W | 86. sam//ni E | 87. peregrie S ; *om.* W | 88-98. *om.* W | 88-89. *transp.* ęruli senteri S | 88. senturi B ; sinteriae E | 89. ruli E | 90. maioli B¹ ; maiuli B² ; *om.* S | 91. marulle BS | 93. indici BS | 96. felioni B | 97. tinthisi E ; thuinti S | 98. leuci E ; seleuci S | 99. zetule BS | 100. ianuarie BW | 101. furtunate BS ; *om.* W | 102. teglacie B ; theclacię W ; *add.* donate S | 103. rogate BS ; regatę W | 104. pauline BS | 105. ia//uari E ; *om.* W | 106. ninne B | 107. honori BSW | 108. condediae E ; candide B ; cande dię W | 109. *om.* BSW | 110-113. secundi saturnini S | 110-112. *om.* W | 111. *om.* E | 112. saturni E | 113. secundę W | 114. *om.* W | 116. *om.* ESW | 119. nappolli S | 120. goddei B ; coddei SW | 122. nassomosi S ; masomosi W | 123. it̄ E ; *om.* SW | 124-125. *transp.* satulli victoris SW | 124. victo ̄ EB | 125. satulli B | 127. malei E | 129. marcię W | 130. furtini SW | 133-134. *transp.* fidelis severioli S ; fedelis severioli W | 134. *om.* S ; fidelis B | 135. quinte B | 136. *om.* S | 138. extricati S ; et critati W ; *add.* birici S ; biroci W | 142. biri//i E¹ ; birici E² ; *om.* S | 143. dativi BSW | 144. it̄ E ; *om.* BSW | 145. ianuarie B | 146. nine B | 147. felicis BSW | 148. satiri B ; sati W | 149. marcelle B ; marcellę SW | 150-151. *transp.* tuiae matronae SW | 150. matrone B | 152. luesae E ; lucusse B | 153. victurie B ; victuriae SW | 154. it̄ E ; *om.* SW | 155. felicie B | 156. iocunde B | 157. gloriose B | 158. rogatine B ; rogatione S | 159. victurine B ; victuriae S | 160-176. *om.* W | 160. iulie B | 161. primi B | 162. it̄ E ; *om.* S | 164. manae E ; marie B | 166. monni S | 168. septimine S ; septemine B | 169. maurelle B | 170-171. inciditunni S | 173. seleugi B | 174. *add. iterum* honorati S | 177. gebberiae E ; zeperie B ; zeberiae W | 178. *om.* SW (cf. *V Id.*) | 179. venuste BS ; venustę W | 180. saturni BS | 181. quintule BS ; quintubae E ; *om.* W | 182. *om.* S | 183. cyrilli BSW | 184. diunisi B | 185. *om.* E | 188-189 *om.* E | 190. ioh W ; sancti iohannis S | 191. profetae EW ; prophete BS.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Gurdiani Ephimacis et Midonis confessoris. — Taml. : Gordiani Epimacis Midoris confessoris Protextati Quarti Quinti Maioris Petri Diutii Teclae Furionis Mariae Lucellae Probatae Mocae Maximae Iusti Matronae Iacobi Ianuarii Quirilli Gindei Dionini Achac Crispionis Zenonis Affrondisii Primitii. — Mon. : eodem die Romae sancti Gordiani et Epimachi martyrum alibi Cirilli Iob prophetae. — Rich. : Rome Gordiani et Epymachi et Maioris in Affrica Probati Petri Anxiopoli Cyrilli Felicis Faustae Victurini Saturnini in Scotia Fausti depositio Sivae natal. Iob prophetae.

MAI.

# MAI. 10

*1.* ROMAE] *Sacramentarium Gregorianum:* VI idus maias id est X die mensis maii natale sanctorum Gordiani et Epimachi [1]. *Itinerarium Salisburgense, via Latina:* Deinde pervenies ad S. Gordianum martyrem, cuius corpus requiescit sub altare magno in ecclesia S. Epimachi, et Quintus et Quartus martyres iuxta ecclesiam in cubiculo pausant. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam vero Latinam ecclesia est S. Gordiani, ubi ipse cum fratre Epimacho in una sepultura. Ibi quoque Quartus et Quintus. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Decima porta et via Latina dicitur. Iuxta eam requiescunt in una ecclesia martyres Gordianus et Epimachus, Sulpicius, Servilianus, Quintus, Quartus [2]. *Hadrianus papa* (*772-795*) basilicam sancti Gordiani et Epimachi, seu cymiterium eiusdem ecclesiae Simplicii et Serviliani atque Quarti et Quinti martyribus ... foris porta Latina noviter renovavit [3]. *Passio SS. Gordiani et Epimachi de illorum sepultura haec refert:* Unus ex familia eius cum aliis christianis nocturno silentio venerunt et rapuerunt venerandum corpus sancti martyris Gordiani et venientes in via, quae Latina nuncupatur, non longe ab urbe Roma sed quasi miliario plus minus uno, illic posuerunt eum in crypta sexto idus maias, ubi iam pridem sanctum Epimachum sepelierant [4]. *Ceterum, quae in hac Passione narrantur commenticia sunt, nec audiendus hagiographus qui Gordianum Iuliani imperatoris vicarium constituit. Omnino aliter carmen epigraphicum de S. Gordiano* [5]*:*

HAEC QVICVMQVE VIDES NIMIO PERFECTA LABORE
DESINE MIRARI MINVS EST QVAM MARTYR HABETVR
HIC AETATE PVER RVDIBVS IAM VICTOR IN ANNIS
TEMPORE SVB PARVO MATVRA LAVDE TRIVMPHANS
ASPERA INNOCVO MACVLAVIT TELA CRVORE
ET SITIENS TENERO SVXIT SIBI SANGVINE PRAEDO
SIC VICTOR SVPERAS AVRAS REGNVMQVE PETIVIT
ET NOS CAELESTI PLACIDVS DE SEDE REVISIT
NOMINE GORDIANVS CHRISTI QVEM PALMA CORONAT
MARMORE CONCLVDENS ARCAM CINERESQVE BEATOS
PRESBYTER ORNAVIT RENOVANS VINCENTIVS VLTRO

*In Sylloge Turonensi carmini superscriptum erat:* IN METROPI VIA, *recte omnino. Ea enim est quae a porta Metrovia ad viam Latinam ducebat. In codicibus II recensionis* E p i m a c h u s (*n 32*) *male a* G o r d i a n o *seiungitur et ad coemeterium Praetextati amandatur. Legendum est:*

**Romae via Latina in cimiterio eiusdem natale Gordiani et Epimaci.**

*7.* MIDONIS] *Melius in codicibus BSW:* M a i o r i s, *qui in coemeterio* P r a e t e x t a t i, *ut scribunt iidem, n. 34, quiescebat. Ibi enim repertus est lapis semifractus cum hac epigraphe:*

MARTV*rum* IANVARI. FEL*icissimi*
ET COFF. QVIRINI. MAIO*ris* [6]

*Certa igitur lectio est:*

**<item Romae> in cimiterio Pretextati Maioris confessoris.**

*9.* VIA LATINA] *Locus* a d C e n t u m A u l a s, *via Latina, ceterum ignotus est. Sollerter conicit Duchesne scriptum fuisse* a d C a u l a s, *quod a librariis interpretatum sit ad* C. a u l a s [7]. *Mendum, ubi adest, hac ratione tollendum erit, si quid huiuscemodi alii libri vel lapides suggerent.* *Sanctorum* Q u a r t i *et* Q u i n t i *sepulcrum via Latina religiose veneratos esse itinerantes dictum est ubi de S. Gordiano, ad n. 1. Nullum praeterea in monumentis scriptis par martyrum vestigium reliquit.*

**<item Romae> via Latina ad Centum Aulas Quarti et Quinti.**

*Ita etiam post Adonem et Usuardum martyrologium Romanum, cum hoc Baronii additamento:* quorum corpora Capuam translata sunt, *quod satis infeliciter excogitavit ut nodum aliquantulum intricatum expediret. Capuae enim colitur par martyrum homonymorum, quod in abside basilicae Sancti Prisci depictum est opere tessellato* [8]. *In martyrologio* Q u a r t u s *veluti Capuanus nuntiatur 7 oct. et 5 nov.;* Q u a r t u m *cum* Q u i n t o *die 12 april. nuntiari quorundam sententia est* [9]. *Sintne reapse martyres Capuani, an Romani in fastos Capuanos relati, etiam inspicienti picturam, in qua martyres Campani a peregrinis segregantur, dubium remanet. Horum enim agmen sinistram, illorum dextram occupat, inter utrumque autem stant pueruli* QVARTVS ET QVINTVS, *ea ratione ut Quartus potius Romanis, Quintus domesticis annumerandus videatur.*

[1] WILSON, p. 72. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180-81. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 509. Cf. p. 521. — [4] *BHL.* 3612, n. 5. — [5] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae urbis Romae*, t. II, p. 64, n. 15; IHM, *Damasi epigrammata*, 79. — [6] *Nuovo bullettino*, 1909, pp. 45, 121, tav. I, 2. — [7] « Le nom de lieu *Ad centum aulas* n'est pas autrement connu; peut-être faut-il lire *Ad Caulas*. En tous cas, il est étonnant que l'on ait attribué un nom spécial au petit mausolée où les saints Quartus et Quintus reposaient, tout près de la basilique des saints Épimaque et Gordien. Peut-être était-ce le nom primitif du cimetière tout entier. Il aurait eu deux appellations consécutives. » L. D. — [8] GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, tav. 254. — [9] Ad 12 april., n. 123. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 192.

AGNE
TIMOTEVS
SVSTVS
CEPRIANVS
PAVLVS
LAVRENTIVS
PETRVS
PRISCVS
LVPVLVS
SINOTVS
RVFVS
MARCELLVS
AGVSTINVS
FELICITAS
QVARTVS QVINTVS

45. IN AFRICA] *Pleraque nomina quae sequuntur ad Africam pertinere non negamus; non tamen omnia. Insuper plurima a librariis bis scripta esse mox palam fiet.*

46. PROBATAE] *Solo nomine nota.*

47. MECAE] *Al. Moecae, Muttaci (n. 75); die 7 iun.: Moechi, Mochi, Monachi; die 15 iun.: Muci, Motii; die 9 iul.: Meci, Moechi; die 16 iul.: Mochi, Mochari, graece Μωκίου. Constantinopoli praecipuo honore habebatur S. Mocius, 11 maii, qui dies est γενεθλίου τῆς πόλεως* [1], *eiusque ecclesia, quae certe antiquissima est* [2], *a Constantino condita ferebatur* [3]. *Passio eius graece edita est* [4], *In breviario Syriaco, ad diem 11 maii, nuntiatur ἐν Κωνσταντινουπόλει Μάξιμος. Iam ad diem 8 maii, n. 17, monuimus unum martyrem binis nominibus Mocii et Maximi designari* [5]. *Utroque sub vocabulo hodie recensetur (infra, n. 82, 83). Non in sola Urbe Regia* [6] *sed et in Hispania huius sancti martyris memoria celebris habebatur. In antiquissimo kalendario lapideo Carmonae reperto legitur:* III idus maias sancti Crispini et Muci m(artyrum) [7], *eodemque die, 13 maii, mozarabum kalendario anni 1052 inscriptus est* [8]. *A Victricio episcopo Rotomagensi, in libro* De laude sanctorum, *laudatur Mutius inter sanctos* qui larga virtute gratiam salutis infundunt [9].

**<Constantinopoli> Mucii.**

48. PETRI] *Infra, n. 69, 70 iterum: Petri, Dativi.*

50. IANUARII] *Infra, n. 78, 85, 105, 107. Cf. n. 100, 145: Ianuariae.*

51. FURTUNIONIS] *Infra, 71: Furtuni. Cf. n. 101: Furtunatae.*

52. THECLAE] *Tria nomina Theclae, Lucellae, Matronae (n. 52, 53, 55) a die 25 mart. huc adducta esse suo loco observatum est* [10]. *Lucellae, Matronae iterum n. 72, 74; n. 102: Teclaciae.*

54. MAXIMAE] *Infra, n. 73; maii 8, n. 57. Cf. n. 83: Maximi.*

56. AXIOPOLI] *Ex dictis ad diem 9 maii, n. 1, hodie rursum scribatur oportet:*

**in Axiopoli Cyrilli, Cindei, Zenonis.**

59. DIONI] *Al. Dionis, id est Dionisii, infra, n. 184.*

60. ACAICI] *Breviarium Syriacum: ἐν Νικομηδείᾳ Ἀκάκιος. Non Nicomediae sed Constantinopoli passus est Acacius miles, cuius Acta graeca habentur* [11], *ubi eius natalis his verbis indicitur: ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Ἀκάκιος τῇ πρὸ ὀκτὼ ἴδων μαίων τουτέστι μαίου η', καθ' ἕλληνας δὲ τῇ πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν μαίων* [12]. *In synaxariis 7 vel 8 maii recolitur* [13]. *In libris nostris die 8 maii, n. 18, luxato aliquantulum nomine, sed recte sub Constantinopoli recensetur. Corpus eius depositum fuit ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ Σταυρίῳ* [14]. *Ecclesiae et oratorii S. Acacii meminit Socrates* [15].

**<Constantinopoli> Acacii.**

61. CRISPIONIS] *Infra, n. 178: Crispi. Legendum fortasse Crispini, illius qui* III id. maias *cum Mucio inscriptus erat kalendario hispano. Supra, ad n. 47.*

62. ZENONIS] *Supra, n. 56, cum sanctis Axiopoli cultis.*

63. TARSO] *Tum 28 april. n. 19, tum 9 maii, n. 7, ita scriptum erat:*

**Tarso Ciliciae Afrodisi.**

66. PRIVATI] *Nuda nomina sunt, n. 66-68: Privati, Giddini, Saturnini; infra, n. 110, 112.*

69. PETRI] *Iam supra, n. 48, 49: Petri, Dativi.*

71. FURTUNI] *Infra, n. 130. Cf. n. 51: Furtunionis; n. 163: Furtunati.*

72. LUCELLAE] *Iam supra, ad n. 52, quaedam annotata sunt de Lucilla et Matrona (n. 74).*

73. MAXIMAE] *Supra, n. 54.*

75. MUTTACI] *Supra, n. 47: Mecae seu Muci.*

76. CICILI] *Maii 7, n. 61; maii 8, n. 93: Caeciliae.*

77. VICTURI] *Infra n. 124; maii 8, n. 2; 11, n. 23.*

78. IANUARI] *Supra, n. 50.*

79. SECURAE] *Nuda nomina sunt Securae, Victuriae, Bonosi, n. 79-81.*

82. CONSTANTIAE] *Lege Constantinopoli, cui recte tribuitur Maximus. Lege quae annotata sunt ad n. 47.*

**Constantinopoli Maximi.**

84. GEMINI] *Nuda nomina sunt et partim corrupta Gemini, Ianuari (supra, n. 50) Samini, Perecrie, Sinteri, Aeruli, n. 84-89.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 673. — [2] SOZOMENI *Hist. eccl.*, VIII, 17, 5. — [3] PREGER, *Scriptores originum Constantinopolitanarum*, pp. 18, 19. — [4] *BHG*². 1298. *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 163-76; eiusdem laudatio auct. Michaele monacho, ibid., p. 176-87. — [5] Quod iam expendimus in *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 230-31. — [6] Cf. infra, ad dies iul. 9 et 16. — [7] *Anal. Boll.* t. XXXI, p. 320. — [8] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 464. — [9] *P.L.*, t. XX, p. 453. — [10] Cf. DELEHAYE, *Une page du martyrologe hiéronymien*, in *Bulletin de la Classe des Lettres de l'Académie Royale de Belgique*, 1929, p. 32. — [11] *BHG*². 13. — [12] *BHG*². 13, n. 21. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 661, 664. — [14] *BHG*². 13, n. 21. Cf. *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 229. — [15] *Hist. eccl.*, II, 38; VI, 23. Cf. S. SALAVILLE, *Les églises de Saint-Acace à Constantinople*, in *Échos d'Orient*, t. IX (1909), p. 105.

90. MAIOLAE] *Maii 11, n. 9: M a i o l i. Etiam hodie, n. 91: M a r u l i; n. 169: M a u r e l l i, et n. 89: A e r u l i.*

92. FELICIS] *Infra, n. 117, 134.*

93. INDIDI] *Corrupta censenda sunt nomina I n d i d i, R e f l e n t i, T i n n i, F i l i o n i, T h o i n t i, n. 93-97. Cf. infra, n. 170-172: I n c i d i, T u n n i, F e l i c i o n i s.*

98. SILEUCI] *Infra, n. 173.*

99. ZETULAE] *Maii 8, n. 70.*

100. IANUARIAE] *Hoc loco n. 100-102: I a n u a r i a e, F u r t u n a t a e (maii 11, n. 24), T e c l a c i a e; supra, (n. 50-52): I a n u a r i i F u r t u n i o n i s, T h e c l a e.*

103. ROGATAE] *Infra, n. 158: R o g a t i n a e. Cf. 165: R o g a t i.*

104. PAULINAE] *Nudum nomen.*

105. IANUARI] *Supra, n. 50; etiam n. 107.*

106. NINAE] *Infra, n. 146; maii 8, n. 38.*

108. CANDEDIAE] *Lectio corrupta.*

109. HONORIAE] *Cf. infra, n. 174: H o n o r a t i.*

110. SATURNINI] *Supra, n. 68. Cetera nomina S e c u n d i, D o n a t i (infra, n. 137), S o l u t o r i s (n. 113-115) etiam ignotorum martyrum sunt.*

117. FELICIS] *Supra, n. 92.*

118. MARCI] *M a r c i N a p p o l i. Haec ita emendanda esse censebat P. Victor De Buck: M a r c i a n o p o l i, argute, procul dubio. Utinam et nomina martyrum Marcianopolitanorum reperire contigisset. Quae enim sequuntur (n. 120-122) C u d d e i, D a t i (an D a t i v i? n. 49), N a s o m o s i non minus corrupta sunt.*

124. VICTORIS] *Supra, n. 77.*

125. SATULI] *Lege S a t u r i, ut n. 131?*

126. MASUTI] *Nuda nomina n. 126-129: M a s u t i, M a l c i, S e v e r i (n 133: S e v e r i o l i), M a r c i a n i.*

130. FURTUNI] *Supra, n. 71.*

131. SATURI] *Supra, n. 125: S a t u l i? Cf. n. 148: S a t i r a e.*

132. QUINTALI] *Cf. infra, n. 135: Q u i n t i; n. 181: Q u i n t u l a e.*

133. SEVERIOLI] *Cf. supra, n. 128: S e v e r i.*

134. FELICIS] *Supra, n. 92.*

135. QUINTI] *Supra, n. 16, 43.*

136. FAUSTI] *Nomina martyrum ignotorum sunt, n. 136-138, 140-142: F a u s t i, D o n a t i (supra, n. 114), E x c r i t a t i, L u c i n i, R e s t i t u t i, B i r i c i.*

139. SEPTIMI] *Maii 11, n. 12; infra, n. 168: S e p t i m i n a e.*

143. DATIVAE] *Maii 8, n. 58. Cf. supra, n. 49: D a t i v i.*

145. IANUARIAE] *Supra, n. 100. Cf. n. 50: I a n u a r i i.*

146. NINAE] *Supra, n. 106.*

147. FELICIAE] *Infra, n. 155.*

148. SATIRAE] *Cf. supra, n. 131: S a t u r i; n. 180: S a t u r n a e.*

149. MARCILLAE] *Corruptum videtur ex a n c i l l a e, et cum M a t r o n a (n. 150) copulandum, ita ut legatur:*

**Matronae ancillae.**

*Conferenda quae annotata sunt supra, ad n. 52, et die 25 mart., ad n. 23.*

151. TUIAE] *Nomina corrupta sunt T u i a e, L u c u s a e (n. 151, 152).*

153. VICTURINAE] *Infra, n. 159.*

155. FELICIAE] *Supra, n. 147.*

156. IOCUNDAE] *Nuda nomina sunt n. 156-161: I o c u n d a e, G l o r i o s a e, R o g a t i n a e (supra, n. 103: R o g a t a e), V i c t u r i n a e (supra, n. 153), I u l i a e (maii 11, n. 14: I u l i) P r i m a e.*

163. FURTUNATI] *Supra, n. 71: F u r t u n i.*

164. MARIAE] *Lectio incerta videtur,*

165. ROGATI] *Cf. supra, 103: R o g a t a e.*

166. MUNNI] *Nomen corruptum. Cf. n. 95: T i n n i; 171: T u n n i.*

167. IACOBI] *Nuda nomina, n. 167-168: I a c o b i, S e p t i m i n a e (n. 139: S e p t i m i).*

169. MAURELLI] *Supra, n. 91: M a r u l i. Cf. M a i o l a e, n. 90.*

170. INCIDI] *Nomina haec quattuor: I n c i d i, T u n n i, F e l i c i o n i s, S e l e u c i (n. 170-173), iterantur. Supra, n. 93, 95, 96, 98: I n d i d i, T i n n i, F i l i o n i, S i l e u c i.*

174. HONORATI] *Cf. supra, n. 109: H o n o r i a e.*

175. SATURNI] *Infra, n. 180: S a t u r n a e. Cf. n. 148: S a t i r a e; n. 110: S a t u r n i n i.*

176. LUCINI] *Nuda nomina n. 176, 177, 179: L u c i n i, Z e b b e r i a e, V e n u s t a e.*

178. CRISPI] *Supra, n. 61: C r i s p i o n i s.*

180. SATURNAE] *Supra, n. 148: S a t i r a e; n. 175: S a t u r n i.*

181. QUINTULAE] *Supra, n. 132: Q u i n t a l i.*

183. CIRILLI] *Supra, n. 57.*

184. DIONISI] *Supra, n. 59: D i o n i*

190. IOB] *Libris Graecorum memoria S. I o b inscripta est ad diem 6 maii* [1]. *De inventione reliquiarum S. Iob in civitate* Carneas, *quae* dicitur nunc civitas Iob, quae ante dicta est Dennaba in terra Ausitidi, in finibus Idumeae et Arabiae, *plurima refert Aetheria illa Silvia olim dicta. Monachus quidam huius civitatis piscopum monuit* iuxta quod ei fuerat revelatum ut foderent in eo loco, qui ei fuerat ostensus, sicut et factum est. Qui fodientes in eo loco, qui ostensus fuerat, invenerunt speluncam, quam sequentes fuerunt forsitan per passus centum, quoad subito fodientibus illis adparuit lapis, quem lapidem cum perdiscoperuissent, invenerunt sculptum in coperculo ipsius Iob. Cui Iob ad tunc in eo loco facta est ista ecclesia, quam videtis, ita tamen ut lapis cum corpore non moveretur in alio loco, sed ibi, ubi inventum fuerat corpus, positus esset, et ut corpus subter altarium iaceret. Illa autem ecclesia, quam tribunus nescio qui faciebat, sic fuit inperfecta usque in hodie [2].

**Depositio sive natale Iob prophetae.**

ADDITAMENTA] *C o n g i l l i seu C o m g a l-*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 659. — [2] P. GEYER, *Itinera Hierosolymitana*, pp. 56, 59-60.

*li,*

*li, abbatis Benchorensis (Bangor), Acta habentur*[1].

**in Scotia Congilli abbatis.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: P r o t e x t a t i = Praetextati coemeterium.*

*D i u t i i = Dioni, n. 59.*

*F u r i o n i s = Felicionis, n. 172.*

*A c h a c = Acaici, n. 60, id est Acaci.*

*P r i m i t i. An Primuli, maii 11, n. 16?*

*Cod. Rich.: i n S c o t i a, nomen excidit, videlicet C o n g i l l i.*

*S i v a e = sive, n. 188.*

[1] *BHL.* 1909, 1910 ; PLUMMER, *Miscellanea hagiographica Hibernica*, p. 241.

---

# V ID. MAI.

| I | II |
|---|---|
| **Romae sancti Antimi.** | |

**in Sirmi Montani. in Africa Maioli Victorini Furtunati Septimi Comini Iuli Ianuariae Primuli Nerei Manili item Manili Victoriae item Victuris Fortunatae Ianuari. Romae Achilli Epimeni Nerei** [a].

| I | II |
|---|---|
| | **via Salaria miliario XXII natale sancti Antimi.** |

**in Asia natale sanctorum Demetri**

| I | II |
|---|---|
| **Attici** | |

**Tadhei. et alibi depositio Nepotiani. Vienna depositio Mamerti et Martini episcoporum** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) romae antimi E² *in marg.* — b) iohannis afrodisi cum sociis eor. d. S, *et in marg.* lingoñ civitat̃ depositio sancti iengulfi confessoris S².

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̃ E | 5. sirmia BS ; syrmia W ; *add.* nat̃ scor S ; nat̃ sc̃i W | 6. montaniani B | 8. aff̃ E ; afreca W | 9. maiuli BSW | 10. victurini BSW | 12. semtimi W | 13. commini W | 14. iulii BSW ; *add.* crispi SW (cf. B *heri*) | 15. ianuarie B | 16. primoli SW | 17-18. *transp.* manili nerei S ; manile nerei W | 19-20. *om.* B | 19. it̃ E | 21-22. *om.* E | 21. victorie B ; victuriae SW | 22-23. *om.* SW | 23. victuri B | 24. furtunate BS ; furtunati W | 25. ianuarii BSW | 26. rom̃ EW ; rome B ; roma S | 27. achilis E ; *add.* sippioni SW | 28. epemini B ; ęppimi S ; ępimini W | 31. salutaria SW | 32. milia W | 33. vigissimo (*corr.* vigisimo) secundo B | 39. *om.* E | 41. dimetri E ; demitri W | 43. thadtei B ; thathei S ; taddei W | 44-45. *om.* W | 45. *om.* S | 47. *add.* et B | 48. vegenna B¹ ; vigenna B² | 49. nt̃ E ; *add.* sc̃i B | 50. mãmerti B | 51-52. *om.* B¹ ; *in marg.* B² | 53. episrm̃ E.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : Romae nat. Antemi et in Asia Demetri Attici et in Sirmio Montania.— TAML. : Iob profetae Antimi Dimetri Attici Maii Montaniani Iulii bis Victurini Fortunati Comini Septimi Primuli Montani Nerei Attici Inerti Marnili Martini martiris Victurinis et ceterorum fratrum translatio. — MON. : In Africa natalis sanctorum Demetri Tathei Romae Anthimi presbyteri et aliorum VIIII martyrum. — RICH. : Rome Antemii in Asia Demetrii Sirmio Montaniani in Affrica Mauuili Septimi Iulii Ianuariae Victurii Fortunati.

## MAI. 11

1. ROMAE] *Paulo amplior memoriola infra, n. 30-36. Passio S. A n t h i m i :* Anthimus autem presbyter non longe ab urbe Roma, miliario vicesimo secundo in via Salaria circa Piniani praedia latitabat. *A Prisco consulari capite caesus est.* Cuius corpus tulerunt populi qui per eum fuerunt conversi, et in suo oratorio, ubi orare consueverat, posuerunt[1]. *Anno 501 Romanae synodo subscribit* Dulcitius episcopus ecclesiae Sancti Anthimi[2] ; *Gregorius autem papa, anno 593, Gratioso episcopo Nomentano* curam gubernationemque sancti Anthemi ecclesiae, Curium Sabinorum territorio constitutae, *committit*[3]. *Reperta sunt miliario circiter XXIII viae Salariae rudera ecclesiae antiquae quam S. Anthimo sacram fuisse eiusque corpus servasse existimavit H. Stevenson*[4]. *De celeberrimo Sancti Anthimi monasterio, non longe ab oppido nunc Montalcino nuncupato,*

[1] *BHL.*561, n.7, 9.— [2] THIEL, *Epistolae Romanorum pontificum*, p.670. — [3] *Reg.*III.20, EWALD, t. I, p. 178. Cf. adnot. 3. — [4] *Nuovo bullettino di archeol. cristiana*, 1896, p. 160-61. Cf. *Bullettino*, 1880, p. 106-107 ; *Real-Encyclopädie der christlichen Alterthümer*, t. II, p. 124-25.

*pato, non est hic disserendi locus* [1]. *Notasse iuvat in dioecesi Aversana oppidum esse S. Antimo. Nostra olim sententia fuit S. Anthimum, qui via Salaria colebatur, a celebri Nicomediensi episcopo diversum non esse, quod sola coniectura nos assecutos fuisse fatemur nec validis argumentis comprobare possumus* [2]. *Hanc tamen opinionem, a qua optimae notae eruditos dissentire non miramur* [3], *donec certis rationibus falsa comprobetur, relinquendam esse non liquet. Si vera est, de « natali basilicae » intellegenda est annuntiatio :*

**Romae via Salaria miliario XXII natale sancti Antimi.**

5. IN SIRMI] *Iam die 26 mart., n. 15, nuntiatum est, nec ratio iterationis deprehenditur :*

**in Sirmia Montani.**

8. IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense :* V idus mai. sancti Maiuli. *Infra, n. 18, 20: M a n i l i. De eodem iam ad feb. 19, n. 12, collato feb. 21, n. 4, ubi ad civitatem A d r u m i t u refertur. De M a i u l o vel M a v i l o ita Tertullianus, ad Scapulam :* Tibi quoque optamus admonitionem solam fuisse, quod cum Adrumetium Mavilum ad bestias damnasses, et statim haec vexatio subsecuta est et nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis [4]. *Saepius, variis in locis, v. gr. mart. 7, n. 51, idem Maiulus vel homonymus inter Afros martyres computatur. Hodie certe scribendum est :*

**in Africa Maioli.**

10. VICTORINI] *Duodecim quae Maiulum excipiunt nomina huius diei propria non sunt, neque omnia (v.gr. n. 13, 17) ad Africam referri possunt.*

*10. V i c t o r i n i — maii 10, n. 153 : V i c t u r i n a e.*
*11. F u r t u n a t i — maii 10, n. 163.*
*12. S e p t i m i — maii 10, n. 139.*
*13. C o m i n i — iun. 2, n. 236.*
*14. I u l i — maii 10, n. 160 : I u l i a e.*
*15. I a n u a r i a e — maii 10, n. 100.*
*16. P r i m u l i — maii 9, n. 36.*
*17. N e r e i — maii 12, n. 3.*
*18, 20. M a n i l i — supra, n. 9.*
*21. V i c t o r i a e — maii 10, n. 80.*
*23. V i c t u r i s — maii 10, n. 77.*
*24. F o r t u n a t a e — maii 10, n. 101.*
*25. I a n u a r i — maii 10, n. 50.*

26. ROMAE] *Die 12 maii (n. 1) coluntur SS. A c h i l l e u s et N e r e u s (n. 29), quorum hodie natalis dies anticipatur.*

**Romae Nerei <et> Achillei.**

28. EPIMENI] *Lege E p i m a c h i, de quo cum G o r d i a n o maii 10, n. 5, non vero P i m e n i, P i g m e n i vel P y m e n i* [5].

38. IN ASIA] *De martyribus tribus, quorum nomina subsequuntur : D e m e t r i, A t t i c i, T a d h e i. silent monumenta.*

47. NEPOTIANI] *Hoc nomen Notkero opportunitatem obtulit martyrologio suo inferendi Nepotianum presbyterum Altinensem de quo Hieronymus scripsit epistulam ad Heliodorum, seu Epitaphium Nepotiani* [6]. *Iam nuntiatus est Nepotianus aliquis die 7 feb., n. 12.*

48. VIENNA] *In Leodegarii Libro episcopali M a r t i n u s Viennensis episcopus floruisse asseritur* sub temporibus Neronis, Vespasiani et Titi, *eiusque festum agi kal. iul. De M a m e r t o, qui inter Nicetam et Hesychium sedit, in eodem Libro notatum reperimus :* Iacet hic pontifex Mamertus in ecclesia Apostolorum foris murum civitatis in dextera parte altaris [7]. *Quicquid de huius festi ratione censendum sit, cum codicibus scribendum est :*

**Vienna, depositio Mamerti et Martini episcoporum.**

ADDITAMENTA] *A f r o d i s i, maii 10, n. 65.*

*I e n g u l f i. S. Gengulfi, seu Gangulfi martyris Varennensis, Acta edita sunt* [8].

**Lingonas civitate depositio sancti Iengulfi con essoris.**

EXCERPTA] *Cod. Tol. : M a r n i l i = Maiuli, n. 9.*

*M a r t i r i s = iterum Mart[ini], n. 52.*

[1] *Act. SS.*, Mai t. II, p. 614 ; F. BARGAGLI-PETRUCCI, *Pienza, Montalcino e la Val d'Orcia Senese* (Bergamo, 1911), p. 130-38. — [2] *Les origines du culte des martyrs*, pp. 181, 341. — [3] F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, t. I, p. 345-47.— [4] *Ad Scapulam*, III. — [5] Rem in medio relinquit DE ROSSI, *Bullettino*, 1891, p. 154. — [6] *BHL.* 6057. Cf. *Act. SS.*, Maii t. II, p. 627. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², pp. 178, 183, 204, 205. — [8] *BHL.* 3328 ; *M. G.*, Script. rer. merov., t. VII, p. 155-70.

# IV ID. MAI.

**Romae [a] natale Nerei et Achillei fratrum et natale sancti Pancrati [b] Grati [c] Roteris virginis [d] Soteris Iohannis Achillis Moirei Afroditi cum aliis numero CCCCCIIII quorum nomina Deus scit Alexandri et Moisitis. in Africa Prancati [e].**

*Addunt codices pleniores :* a) in cimiterio pretextati B. — b) mar̄ cyriaci maximi E ; via aurelia miliario secundo B. — c) via aurelia B. — d) et via lavicana miliario sexto B. — e) et in cimiterio pretextati quiriaci maximi S.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 1. rom̄ EW ; reme SB | 2. *om.* E ; *add.* sanctorum SW | 4. *om.* SW | 5. achilei E | 6. fr̄s. x. S ; *om.* E | 10. pancrati S¹ ; panchratii S² ; panradi W | 11. gradi et SW | 12. roteris B¹ ; soteris B²W | 13. virḡ E | 14. sotheris B ; roteris W | 16. achilis E ; acillis B | 17. moireis B ; moisei W | 18. afroti E | 19-20. et alioru͞ E | 21. *om.* E | 22. quingentos quattuor B ; DIIII SW | 23-26. *om.* E | 27-29. *om.* S | 27. alaxandri E ; *om.* B | 28. *om.* W | 29. moysitis BW | 31. aff̄ E | 32. pracati E ; pancrati S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. sanctorum Nerei et Acilei fratrum in cimiterio eorum et Quiriaci et Maximi et via Auriliana sancti Pancrati martiris.— Taml. :Pancrati Nerei Aquilei fratrum Ciriaci qui crucem Domini invenit et CCCVI cum eo passi sunt Maximi Ciriaci Gratii Pancratii Rotheris Moisitis Iohannis Affrediti Achilis Zefani Alaxandri. — Mon. : eodem die Romae sanctorum Nerei et Achilei.— Rich. : Reme natale sanctorum Nerei Achillei Pancracii Quiriaci Sotheris virginis Iohannis Mosei Afroti cum aliis quingentis IIII^or^.

## MAI. 12

*1.* ROMAE] *Sacramentarium Gelasianum :* in natali sanctorum Nerei et Achillei fratrum et sancti Pancrati [1]. *Itinerarium Salisburgense, via Ardeatina :* Descendis per gradus ad sanctos martyres Nereum et Achilleum. *Epitome de Locis sanctorum :* Iuxta viam Ardeatinam ecclesia est Sanctae Petronellae, ibi quoque S. Nereus et Achilleus sunt et ipsa Petronella sepulti [2]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Via Ardeatina ubi sunt... et Nereus et Achilleus et alii plures [3]. *Passio SS. Nerei et Achillei :* Quorum corpora rapuit Auspicius discipulus eorum, nutritor sanctae virginis Domitillae ; qui etiam naviculo imponens adduxit et in praedio Domitillae in crypta arenaria sepelivit in via Ardeatina, a muro Urbis miliario uno semis, iuxta sepulchrum in quo sepulta fuerat Petronilla, apostoli Petri filia [4]. *Error est codicis B scribentis* in cimiterio Praetextati. *Melius codex Cambr. :* in cimiterio eorum, *consonante Indice coemeteriorum quo recensetur* coemeterium Nerei et Achillei via Ardeatina [5], *et Libro pontificali :* hic papa Iohannes (*523-526*) refecit cymiterium beatorum martyrum Nerei et Achillei, *via Ardeatina* [6] *; est autem pars coemeterii Domitillae. Ibi eruderata est eorumdem basilica, sedente papa Siricio exstructa* [7], *et fragmenta marmorea elogii Damasiani quod in codicibus integrum servatur :*

MILITIAE NOMEN DEDERANT SAEVVMQVE GEREBANT
OFFICIVM PARITER SPECTANTES IVSSA TYRANNI
PRAECEPTIS PVLSANTE METV SERVIRE PARATI
MIRA FIDES RERVM SVBITO POSVERE FVROREM
CONVERSI FVGIVNT DVCIS IMPIA CASTRA RELINQVVNT
PROICIVNT CLIPEOS FALERAS TELAQVE CRVENTA
CONFESSI GAVDENT CHRISTI PORTARE TRIVMFOS
CREDITE PER DAMASVM POSSIT QVID GLORIA CHRISTI [8]

*In commenticia illa SS. Nerei et Achillei Passione non milites sed eunuchi Flaviae Domitillae feruntur ; neque Damaso* f r a t r e s *sunt sed commilitones. Nihilominus scribendum est cum codicibus :*

**Romae in cimiterio eorum Nerei et Achillei fratrum.**

*Basilica eorumdem intra muros Urbis seu titulus SS. Nerei et Achillei olim* titulus Fasciolae *seu* de Fasciola *dictus est* [9].

*10.* PANCRATI] *Mox* [*P a n*] *g r a t i* (*n. 11*), *P r a n c a t i* (*n. 32*). *Sacramentarium Gelasianum :* in natali... et sancti Pancratii [10]. *Sacramentarium Gregorianum :* IIII idus maias id est

[1] Wilson, p. 173. — [2] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [3] Ibid., p. 181. — [4] *BHL.* 6063. — [5] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 181. — [6] Duchesne, t. I, p. 276. — [7] De Rossi, *Bullettino*, 1874, pp. 1-35, 68-75 ; Marucchi, *Roma sott.*, N. S., t. I, p. 157-93.— [8] Ihm, *Damasi epigrammata*, 8. Cf. P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, t. VI, p. 150. — [9] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, p. 124 ; *Bullettino*, 1875, p. 51-52 ; J. P. Kirsch, *Die römischen Titelkirchen*, p. 90-94 ; F. Lanzoni, *I titoli presbiterali di Roma antica*, p. 60-63 ; Chr. Huelsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 388-89. — [10] Wilson, p. 173.

XII die mensis maii natale sancti Pancratii [1]. *Itinerarium Salisburgense:* Deinde ambulas ad sanctum Pancratium cuius corpus quiescit in formosa ecclesia via Aurelia, quam S. Honorius papa magna ex parte aedificavit [2]. *Epitome de Locis sanctorum:* Inde haud procul in sinistra manu iuxta viam Aureliam S. Processus, S. Martianus, S. Pancratius [3]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Quarta decima porta et via Aurelia, quae modo porta S. Pancratii martyris dicitur, quod iuxta eam requiescit in sua ecclesia [4]. *Passio S. Pancratii:* Ductus itaque est beatissimus athleta Christi Pancratius in viam Aureliam, atque ut iussum fuerat decollatus... Tunc corpus eius ab Octabilla sublatum est occulte noctu; et conditum aromatibus et dignissimis linteaminibus involutum, sepelivit in sepulchro novo quarto idus maias [5]. *Basilica Sancti Pancratii eo loco excitata est a Symmacho (498-514) summo pontifice* [6], *ab Honorio (625-638) renovata* [7]. *Anno 594 Gregorius M.* congregationem monachorum in monasterio eidem ecclesiae cohaerenti *constituit* [8], *quod deinceps* monasterium S. Victoris apud S. Pancratium, *vel* S. Victoris et Pancratii *dictum est* [9]. *Fuit et monasterium* Sancti Pancratii qui ponitur iuxta basilica Salvatoris [10]. *Locum sepulturae S. Pancratii recte designat cod. B. Hinc:*

**<Romae> via Aurelia miliario secundo, natale sancti Pancrati.**

*De basilica Sancti Pancratii haec enarrat Gregorius Turonensis:* Est etiam ab huius urbis [Romae] muro et Pancratius martyr valde in periuribus ultor. Ad cuius sepulchrum si cuiusquam mens insana iuramentum inane proferre voluerit, priusquam sepulchrum eius adeat, hoc est antequam usque ad cancellos, qui sub arcu habentur, ubi clericorum psallentium stare mos est, accedat, statim aut arripitur a daemone aut cadens in terram amittit spiritum [11]. *In capsella reliquiarum Gradensi cum aliis martyribus inscriptus est* SANC. PANCRATIVS [12].

*11.* GRATI] = *Pan]grati, Pancrati.*

*12.* ROTERIS] *Recte B², Soteris, et recte etiam in B praemittitur: via Aurelia, saltem si fontem respicias unde haec hausta sunt; nam S. Soteris requiescit via Appia, ut ad diem 11 feb., n. 27 ostensum est* [13]. *Eodem die eodemque loco quo S. Pancratius Soterem celebrari opinatus est martyrologus, ex his verbis quibus concluditur Passio S. Pancratii:* Eodem tempore passa est virgo sacratissima, Sotheris nomine, nobili genere orta, sub Diocletiano novies et Maximiano octies [14]. *Haec quippe non de anno sed de ipso die intellexit, et Soterem cum Pancratio socios martyrii fuisse. Unde scripserat:*

**via Aurelia Soteris virginis.**

*14.* SOTERIS] *In codice B praemissum est: et via Lavicana miliario sexto; quae, excepto numero miliariorum* [15] *sumpta sunt e laterculo diei 10 feb., n. 25, non tamen ad Soterem pertinent sed ad martyres Zoticum et Amantium, ut alio loco ostensum est* [16]. *Quamquam nulla est alia Soteris praeter illam quae via Appia quiescebat* [17], *scriptum erat:*

**et via Lavicana miliario sexto Soteris.**

*15.* IOHANNIS] *Nudum nomen.*

*16.* ACHILLIS] *Supra, n. 5.*

*17.* MOIREI] = *Nerei, n. 3. Infra, n. 29: Moisitis.*

*18.* AFRODITI] *Videtur connectendum cum Alexandri, n. 27, id est Alexandria, et praelibari memoriam diei sequentis (n. 1-3):*

**Alexandria Afrodisi.**

*20.* CUM ALIIS] *Hi martyres CCCCCIIII non Afrodisi sed SS. Ciryci et Iulittae socii sunt, quemadmodum in eorumdem Passione enarratur* [18], *et ad diem maii 14, n. 40-48, totis verbis exprimitur. Numerus autem reducendus ad CCCCIIII. Cirycus, hoc loco omissus, latere videtur sub Quiriaci, Ciriaci, in cod. S et in breviariis Cambr., Taml., Rich.*

*27.* ALEXANDRI] *Lege Alexandria. Supra, ad n. 18.*

*29.* MOISITIS] *Iam pro Nerei scriptum erat, n. 17, Moirei, unde secundis librariorum curis enatum est Moisitis.*

*31.* IN AFRICA] *Nomina martyrum exciderunt.*

*32.* PRANCATI] *Pancrati, n. 10.*

ADDITAMENTA] *in cimiterio Pretextati. Error est, de quo supra, ad n. 1.*

*Quiriaci Maximi. Qui volunt hos martyres, cum codice S, laterculorum 14 et 30 april. memores, ad coemeterium Praetextati referre* [19], *Cyriacum cum Quirino (30 april., n. 106) commutare debent. Quonam iure id fieri possit equidem non video. Maximus quidam reapse in Praetextati quiescebat. Commemorationis hodiernae, si tamen eiusdem Maximi est, ratio non redditur. In Cyriaco Cirycum agnoscere placet, ut observatum est ad n. 20. Si audias Tamlactensem, Cyriacus ille est* qui crucem Domini invenit, *et 1 maii n. 59, recolitur. Haec est divinatio minime attendenda.*

[1] WILSON, p. 73. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [3] Ibid., p. 182. — [4] Ibid., p. 183. — [5] *BHL.* 6420-6427; *BHG².* 1408, 1409. Cf. P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Studi e Testi*, t. XIX, p. 77-120. — [6] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I. p. 262; cf. p. 267. — [7] Ibid., p. 324: cf. p. 326. Titulus in abside positus ap. DE ROSSI, *Inscriptiones christianae*, t. II. p. 24, n. 28; p. 156, n. 5. — [8] *Registr.*, IV, 18, EWALD, t. I. p. 252. — [9] HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 409. — [10] Ita *Liber pontificalis*, in Leone III, DUCHESNE, t. II, p. 22; cf. p. 43; HUELSEN, t. c., p. 409-410. — [11] *In gloria martyrum*, 38. — [12] DE ROSSI, *Bullettino*, 1872, p. 156. — [13] De his fusius disseruimus in *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 59-67. — [14] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Hagiographica*, p. 94-96. — [15] Die 10 feb. scriptum est *milicrio X*, non *VI*. — [16] *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 65-66. — [17] Non ita DE ROSSI, *Roma sott.*, t. III, p. 23. — [18] *BHL.* 1802, n. 10. — [19] I. P. KIRSCH, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 57.

# III ID. MAI.

**[a] In Alexandria Afrodisi Agrippae Sabini Gripfi Luci Cirillae Credulae cum aliis II [b]. in Palaestina Taraci Probi et Andronici. Pollentiae sancti Victoris Invici Adaucti Saturnini. Alexandria [c] Agrippae Acris Cirillae Sabini Credulae Maximi Gagi et depositio Sebastiani episcopi. in civitate Autisiodorensi depositio et translatio corporis sancti Marcelliani episcopi [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) in sanctonico monasterio salimonno depositio sancti martini presbiteri et confessoris B ; in treiecto depositio sanctissimi servatii episcopi et confessoris W. — b) iuvini treiecto porto in gallia depositio sancti servacii episcopi et confessoris C. — c) treiecto depositio sancti servasiae presbiteri et confessoris et translatio et dedicatio basilicae KLV. — d) et sancti servatii confessoris $S^1$, *add. etiam* $S^1$ *notulam de dedicatione S. Mariae, quam mutavit al. manus partim in rasura :* romae dedicatio basilicae sanctae [marie ad mar $S^1$] tyres $S^2$.

*Variae lectiones codd* EBSW. — 1. *om.* BW | 2. ala$\bar{x}$ E ; *add.* et nat̄ sc̄orum W ; nat̄ sc̄orum S | 3. aprodisi E ; afrosedi B | 4. agrippe BSW | 5. savini SW | 6. grisi E ; griffi SW | 7-8. lucirillae E | 8. cyrille BS ; cyrillę W | 9. oritulae E ; credule B ; crydule S ; cridulę W | 10-11. et alioṙ E | 12. duobus B ; duos S ; duo W ; III E | 13. *om.* E | 14. palestī E ; palestina BSW | 17. *om.* E | 18. antronici $B^1$ | 19. in polentia SW ; ponlentię E ; *add.* passio SW | 20. *om.* E | 21. victuris $S^1$ ; *add.* et $S^2$ | 22-23. *om.* SW | 22. invicia E | 23. daueti E ; aucti B | 25. alexandri E ; in alexandria S | 26. agrippe BS | 27. aeris E ; agris S ; ageris W | 28. cirille BS ; cyrillę W | 29. savini SW | 30. credolae E ; creduli BSW | 33. *om.* EW | 34. *add.* sancti B | 35. sabastiani $B^1$SW | 38. civī E ; cimiter̄ $B^1$ ; civīte $B^2$ ; civit̄ W | 39. autisiodō E ; autesioder̄ $B^1$ ; autisioder̄ $B^2$ ; autisioderense S ; autisiodero W | 43-44. *om.* E | 45. marcellini BS.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Oriente nat. Toroci Probi et Andromi. — Taml. : Taraci Probi Andronici Affrodissii Sabini Agripae Mariae Lucii Credulae Quirillae Perpetuae Grissi Lucii Gerbassi Saturnini Alaxandri Sabini et aliorum DVI Maximi. — Mon. : In Alexandria sanctorum Afrodisii Agrippae Savini Cirillae eodem die natalis sancti Servatii Romae dedicatio sanctae Mariae ad martyres. — Rich. : In Oriente Taraci Probi et Andronici Alexandria Agrippae Sabini Luci Cyrillae Acris Maximi Autisiodoro sancti Marcelliani (et Gangolfi martyris *add. m. 2.*)

## MAI. 13

*1.* in alexandria] *Breviarium Syriacum ad diem 14 maii : Ἀφροδίσιος, sine loco. Iam ter occurrit, april. 28, n. 19, maii 9, n. 7, et maii 10, n. 63: T a r s o C i l i c i a e A f r o d i s i i. Sitne reapse Tarsus agonis locus, non satis constat ; praestat fortassis A l e x a n d r i a. Lege quae annotata sunt ad 28 april. et 9 maii.*

*4.* agrippae] *Al. G r i p f i (n. 6), A g r i s, A c r i s (n. 27). Ad Alexandriam referendum esse nullo comprobatur documento, neque iterata inferius memoriola A l e x a n d r i a A g r i p p a e (n. 25, 26). Ibi enim pro civitate legi poterit, cum codice Epternacensi, nomen martyris A l e x a n d r i, illius qui 14 et 15 maii recolitur.*

*5.* sabini] *Infra, n. 29. Neque hunc Alexandrinum esse constat.*

*6.* gripfi] = *A g r i p p a e, n. 4.*

*7.* luci] *Nudum nomen.*

*8.* cirillae] *Infra, n. 27. Lege C y r i l l i. Hic enim signatur die 12 maii in breviario Syriaco : ἐν Ἀξιουπόλει Κύριλλος, in nostris codicibus maii 9, n. 3, et maii 10, n. 57.*

*9.* credulae] *Infra, n. 30. Martyribus qui Carthagine* in carcere fame necati sunt *annumeratur C r e d u l a quaedam a Luciano in epistula quae est inter Cyprianicas [1]. Huius tamen martyris anniversaria dies non indicatur.*

*12.* cum aliis ii] *Infra, n. 30, ubi iteratur C r e d u l a e, sequuntur nomina martyrum duorum M a x i m i, G a g i. Sintne socii Credulae, incertum est. De M a x i m o quodam, qui pridie in codicibus nonnullis recensetur, diximus ad diem 12 maii, inter Additamenta.*

*14.* in palaestina] *Non Palaestinenses sed Cilices sunt T a r a c h u s, P r o b u s, A n d r o n i c u s, qui iam occurrerunt die 5 april., n. 38, et rursum nuntiantur 27 sept. et 11 oct. In Palaestinam delatas esse horum martyrum reliquias, habemus ex Vita S. Euthymii († 473), ubi refertur, decimo post huius obitum anno Martyrium, episcopum Hierosolymorum, advenisse εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τοῦ μοναστηρίου καὶ γέγονεν ἡ ἀγρυπνία μετὰ λαμπρᾶς φωταγωγίας· καὶ ποιοῦντες τὴν σύναξιν, κατέθεντο ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον λείψανα ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων Ταράχου, Πρόβου καὶ Ἀνδρονίκου, μηνὶ μαίῳ ἑβδόμῃ ἔτους δεκάτου ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου κοιμήσεως [2]. Non quidem huius dedicationis, quae facta est die 7 maii, anniversaria dies hodie celebratur, sed, quod conicere fas est, alius cuiusdam templi vel sacelli consecratio commemoratur. Probanda ergo videtur lectio :*

**in Palaestina Taraci, Probi et Andronici.**

*19.* pollentiae] *Nunc Pollenzo Italiae (prov. di Cuneo). Lectio certa est :*

**Pollentiae sancti Victoris.**

[1] *Epist.* XXII, 2, Hartel, p. 534. — [2] *BHG*². 647. 648 ; *Νέα Σιών*, t. XII (1912), p. 659.

*De*

*De illo in Vita S. Dalmatii, quae saec. VII vel VIII conscripta est:* Quid igitur Pollensium, Astensium et Tortonensium civitates, ubi sanctorum beatissimorum Victoris, Secundi et Martiani corpora requiescunt [1]? *Victorem Pollentiae passum ibique sepultum esse nonnullorum sententia est. Alii tamen, cum L. Duchesne [2] et F. Savio [3], opinantur illum ipsum esse Victorem Mediolanensem de quo maii 14, n. 34. Et his libenter assentimur. Hodie celebrari commemorationem dedicationis ecclesiae S. Victoris Pollentiae, quam ob devictum eo loco Alaricum exstruxerit Honorius imperator, cum F. Savio asserere non ausim.*

*22.* INVICI] *Al. in vicia. Audiendi non sunt qui Viciam intellegunt pagum seu vicum a Pollentia parum remotum, nunc Vezza dictum [4]. Sunt et qui legant cum B: in Vici aucti, vel cum E: in Vici Daveti, hisque sub vocabulis latere nomen loci ubi occisus fuerit Saturninus (n. 24), suspicentur [5]. Neque id probandum est. Corruptae enim lectiones sunt aucti et Daveti ex Adaucti, n. 23.*

*23.* ADAUCTI] *Maii 14, n. 21, 27.*

*24.* SATURNINI] *Nomen centies in fastis obvium. Si cui forte cum Alexandria (n. 2, 25) coniungendum videatur, de Saturnino Alexandrino, ad diem 2 maii, n. 10, cogitari poterit.*

*25.* ALEXANDRIA] *In codice Epternacensi Alexandri, melius, si quid video. Proximis enim diebus Alexander non semel memoratur.*

*26.* AGRIPPAE] *Supra, n. 4; eiusdem autem prava scriptio est, n. 27: Acris.*

*28.* CIRILLAE] *Cum proxime sequentibus Sabini, Credulae, supra, n. 8, 5, 9.*

*31.* MAXIMI] *Supra, n. 11: cum aliis duobus, si tamen hi duo sub nominibus Maximi et Gagi iterantur, quod conici potest, non asseverari.*

*35.* SEBASTIANI] *Sebastianum episcopum nemo novit in sanctorum coetu. Cum autem die 14 maii, in breviario Syriaco nuntietur Σεραπίων ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, pro Serapione Sebastianum a librariis positum esse opinatus est F. Savio [6]. Iusto audacior coniectura. Gallicanis additamentis annumerandam esse crediderim Sebastiani memoriam, e qua nomen sedis casu exciderit.*

**... depositio Sebastiani episcopi.**

*39.* AUTISIODORENSI] *Marcellianus secundus est in serie episcoporum Autissiodorensium [7]:*

**in civitate Autisiodorensi depositio et translatio corporis sancti Marcelliani episcopi.**

ADDITAMENTA] *Martini. Haec in codice B perperam a die* VIII id. maii *ad* III id. maii *transcripta esse monuimus ad diem 8 maii.*

*Servatii nomen ab interpolatoribus Fontanellensibus martyrologio illatum fuisse auctor est B. Krusch [8], quamquam eius cultus saec. VIII antiquior est, ut vel constat ex Gregorio Turonensi [9].*

**in Treiecto depositio sanctissimi Servatii episcopi et confessoris.**

*Iuvini, maii 16, n. 25.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: In Oriente, itarursum loco in Palaestina, supra, n. 14. Cf. ian. 4, n. 10*

*Cod. Taml.: Grissi = Gripfi (n. 6) = Agrippae.*

[1] *BHL.* 2082, 2083.— [2] « Je pense qu'il s'agit de quelque commémoration locale de S. Victor de Milan, célébrée à Pollentia. » L. D. — [3] *San Vittore di Pollenzo,* in *Gli antichi vescovi d'Italia,* Piemonte, p. 495-513; ID., *I santi di Milano,* p. 65. — [4] P. GALLIZIA, *Atti dei santi che fiorirono ne' domini della r. casa di Savoia,* t. II, p. 330. — [5] SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia,* t. c., p. 502. — [6] SAVIO, t. c., p. 500. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux,* t. II², p. 444. — [8] *M.G.,* Scr. rer. merov., t. III, p. 83-84. — [9] *Hist. Franc.,* II, 5; *In gloria conf.,* 71.

PRID.

# PRID. ID. MAI.

**In Siria Victoris militis et [5] Coronae qui simul passi sunt [a]. in [11] Africa natale sanctorum Secundini [15] Quarti Victurini Ianuari Mediani et [20] Adaucti Denecutiae [b] Alexandri Proculi Aframi [c] item [26] Adaucti Adeodati. in Asia [30] sancti Maximi. Mediolano Victoris Namoris [35] Felicis Rustici. et alibi sanctorum [40] CCCCIIII martyrum qui cum sancto [45] Cyrico passi sunt. Arvernus dedicatio [50] ecclesiae sanctae Agricolae [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) rome isidori bonefacii B. — b) maximini B. — c) maximini proculi SW. — d) ipso die natale sancti pachumii monachi S[2] ; et est dedicatio basilicę sancti petri in uuizenburgo W.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 2. syria SW | 3. victuris S[1] | 4. *om.* E | 6. corone B | 7-10. *om.* E | 12. afř E | 13-14. *om.* E | 13. *om.* W | 14. sancti S | 15. secundiani BS[1]W ; secundianę S[2] | 17. victuriani BW | 18. ianuarii B | 19. medion BSW | 20-22. *om.* SW | 21. adaviti E | 22. denegothie B | 23. alaxandri E | 24-26. aframi maximini proculi W | 24. *om.* B[1]S | 26. *om.* ES | 27. adaviti E ; audacti S ; ad aucti W | 31. *om.* E | 32. maximini BS ; maximiani W | 33. mediolā E ; in mediolano SW | 35. nemoris E ; naboris B | 39. *om.* SW | 40. *om.* E | 41. quadringentorum quattuor B | 42. mař EW ; martyres S | 45. *om.* W | 46. cirico W | 47. pās E | 49. arvenñ E ? ; *add.* civī E ; civitate S | 50-52. *om.* E | 51. ecclesie B | 52. sc̄i S | 53. agregulę B[1] ; agriculę B[2] ; arcule S ; acreculę W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Victoris et Coronae et in Affrica Secundini.— Taml. : Coronae Victoris Secundini Quarti Vietorini Taraci Militis Ianuarii Madiani Alaxandri Affronnidis Maximini Pali Adacti Eutherii. — Mon. : Romae Theodori papae Ysidori martyris et aliorum XXX. — Rich. : In Syria Victoris et Coronae et in Affrica Secundini Quarti in Asia Maximiani Mediolanio Victoris Naboris.

## MAI. 14

*1.* in siria] *Octies in his fastis refertur par martyrum Victor et Corona, plerumque ab alio quopiam Victore arcessitum, et hodie quidem a Victore Mediolanensi (n. 34). Locus autem passionis varius est pro variis diebus* [1].

*Ian. 11 : (in Alexandria ?)*
*Feb. 20 : alibi (Al. = Alexandria ?)*
*April. 1 : in Aegypto*
*April. 23 : Alexandriae*
*April. 24 : Alexandriae*
*Maii 8 : in Aegypto*
*Maii 14 : in Syria*
*Iul. 21 : in Massilia.*

*Eosdem Siculi quoque* [2] *et Utriculenses* [3] *suos fecerunt. Acta autem exstant saepius retractata* [4], *de quibus disceptandi locus non est. De lectione dubitatio nulla oritur :*

**in Syria Victoris militis et Coronae, qui simul passi sunt.**

*12.* in africa] *Pridie in kalendario Carthaginiensi :* III idus maii martyris Secundiani. *In Actis SS. Mariani et Iacobi* [5] *mentio est Secundini seu Secundiani episcopi, de quo iam dictum est ad diem 30 april., n. 52. Scribatur igitur :*

**in Africa Secundini.**

*Eidem comites addere Quartum, Victurinum, Ianuarium (n. 16-18), nulla cogimur ratione.*

*19.* mediani] *Civitatis non hominis nomen. Lege Mediolani, n. 33.*

*21.* adaucti] *Infra, n. 27, et 13 maii, n. 23. Adauctus, martyr Romae die 30 aug. cultus, non sine comite Felice prodit. Alias ergo quaerendus ille noster. Quidni in Phrygia, ubi non tantum universi eiusdem urbis incolae, mortem pro Christo amplexi feruntur, sed et Adauctus quidam, de quo ita Eusebius :* καί τις ἕτερος Ῥωμαϊκῆς ἀξίας ἐπειλλημμένος, Ἄδαυκτος τοὔνομα, γένος τῶν παρ' Ἰταλοῖς ἐπισήμων, διὰ πάσης προσελθὼν ἀνὴρ τῆς παρὰ βασιλεῦσι τιμῆς, ὡς καὶ τὰς καθόλου διοικήσεις τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μαγιστρότητός τε καὶ καθολικότητος ἀμέμπτως διελθεῖν, ἐπὶ πᾶσι τούτοις διαπρέψας τοῖς ἐν θεοσεβείᾳ κατορθώμασιν καὶ ταῖς εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογίαις, τῷ τοῦ μαρτυρίου διαδήματι κατεκοσμήθη, ἐπ' αὐτῆς τῆς τοῦ καθολικοῦ πράξεως τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπομείνας ἀγῶνα [6]. *Rufinus, postquam immane incendium et tot civium christianorum stragem enarraverat, haec subdit :* Verum beati huius numerosique martyrii pariter ab universa urbe suscepti auctor et dux exstitit vir pietate et religione atque omni benignitate

[1] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 67, 70, 121, 123, 151. — [2] *BHL.* p. 1241 : *Act. SS.*, Maii t. III, p. 270. — [3] *BHL.* 8583b-8583d ; *Act. SS.*, t. c., p. 269. Inscriptionem, de invento corpore S. Victoris ab episcopo Fulgentio, quam ex Iacobillo attulit Henschenius, ex ipso marmore edidit R. Garrucci, *Storia dell' arte cristiana*, t. VI. p. 25. tav. 422 — [4] *BHG*[2]. 1864, 1865 ; *BHL.* 8559-63 ; 8559b-8562d. Cf. *Les martyrs d Égypte*, p. 117-118.— [5] *BHL.* 131. — [6] *Hist. eccl.*, VIII. 11.2

clarus

clarus Adauctus nomine *cet.* [1], *quae Eusebio aperte contradicunt. Adauctum illum in fastos primus intulit Baronius, qui ad diem 7 februarii eius elogium e Rufino depromptum martyrologio Romano, nullo praeeunte, inseruit* [2]. *Est et tertius Adauctus cuius memoriam Graeci agunt die 3 vel 4 oct.: τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀδαύκτου καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Καλλισθένης* [3]. *Sed neque istum nec Phrygium in hieronymianis hodie commemorari asserimus.*

22. DENECUTIAE] *Dinogetia oppidum est in Moesia inferiore* [4], *cui ab hieronymianis Alexander martyr ascribitur hodie et cras et 1 oct. Lectio certa est:*

**Dinogetiae Alexandri.**

*Cum Alexandri nomen in martyrologio et in synaxariis Graecorum occurrat inter sanctos quibus praecipue cultus exhiberi solebat in Macedonia, Moesia, Thracia, in promptu est inquirere eiusdemne martyris sit commemoratio quae variis diebus locisque facta fuerit. Victricius Rotomagensis unius Alexandri martyris meminit, cum eos recenset quos suis temporibus in regionibus istis populi veneratio maxime prosequebatur:* Mutius, Alexander, Datysus, Chindeus larga virtute gratiam salutis infundunt [5]. *Haec autem sunt quae de eo colligimus in fastis. Feb. 26, n. 3, 27, n. 2, Alexander Thessalonicae addicitur, nec adversatur breviarium Syriacum, quod die 26 feb. nullum ascribit nomen loci. Synaxaria autem, die 25 feb. memoriam agunt τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀλεξάνδρου τοῦ μαρτυρήσαντος ἐν Δριζιπάρῳ τῆς Θρᾴκης* [6]. *Qui mart. 13, n. 85, et 14, n. 29 commemoratur idem est Thessalonicensis; in synaxariis iis ipsis diebus: Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Πύδνῃ* [7], *et 9 nov.: Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Θεσσαλονίκῃ* [8]. *Ubi tandem maii 14 et 15 Dinogetiam legimus in hieronymianis, synaxaria (maii 13, 14), nomine civitatis suppresso, proferunt elogium quod reapse pertinet ad Alexandrum Driziparensem* [9], *cuius Passio in menologiis legitur ad diem 13 maii* [10]. *Aliquando suadere conati sumus non alium esse Alexandrum Thessalonicensem ab Alexandro Pydnensi sed unum eumdem duplicatum. Restat ut, omnibus perpensis quae graecarum litterarum fontes exhibent, pro sententia demus Alexandrum Thessalonicensem, qui et Pydnensis, eundem esse ac Driziparensem, qui et Dinogetiae cultus esse perhibetur.*

24. PROCULI] *Proculum Bononiensem uno versiculo cum Vitali et Agricola comprehendit Paulinus Nolanus* [11]. *Huncne vocatum dixerimus ob dedicationem Arvernensem ecclesiae SS. Agricolae et Vitalis (n. 50)? Quanquam id parum verisimile est, de Proculo nihil aliud occurrit.*

25. AFRAMI] *Lectio corrupta videtur.*

27. ADAUCTI] *Supra, n. 21.*

28. ADEODATI] = *Adaucti, n. 27.*

30. IN ASIA] *Passio S. Maximi:* Passus est autem famulus Dei Maximus apud Asiam provinciam secundo idus maii sub Decio imperatore et Optimo proconsule [12]. *Eodem die nuntiatur in fastis Graecorum* [13].

**in Asia sancti Maximi.**

33. MEDIOLANO] *De duplici festo S. Victoris, adhibitis Actis eius et kalendariis, dictum est ad diem 8 maii, n. 1. Mediolanenses quoque martyres sunt Nabor (Namor) et Felix (n. 35, 36), quorum nulla fit hodie commemoratio in sua ecclesia, ubi 12 iul. rite coluntur. Hos Victori adiunxit martyrologus seu potius interpolator, qui solet martyres eiusdem loci una complecti annuntiatione. Certe primum scriptum erat:*

**Mediolani Victoris**

*dein additum* <item Mediolani> Naboris Felicis.

36. FELICIS] *Kalendarium Carthaginiense:* II idus mai sanctae Felicis, Cecili et comitum. *In martyrologio semel hodie nomen Felicis exprimitur, duplici fortasse munere fungens, ita ut Mediolanensem simul et Carthaginiensem designet. Scribendum ergo foret:*

**<in Africa> Felicis.**

37. RUSTICI] *Rusticum unum fuisse ex comitibus quos cum Felice assignat kalendarium Carthaginiense nec asserere nec negare ausim.*

42. CCCCIIII MART.] *Aequali cum numero sociorum die 16 iun. recensentur Cirycus et Iulitta. Vix dissentiunt Acta ubi CCCCXLIIII martyres cum iis carceri mancipati eosque ad palmam praecessisse leguntur* [14].

**Alibi sanctorum CCCCIIII martyrum qui cum sancto Ciryco passi sunt.**

49. ARVERNUS] *Gregorius Turonensis:* Sanctus vero Namatius post obitum Rustici episcopi apud Arvernus in diebus illis octavus erat episcopus. Hic ecclesiam, qui nunc constat et senior intra murus civitatis habetur, suo studio fabricavit... Exactum ergo in duodecimo anno beatus pontifex edificium, Bononiae civitatem Italiae sacerdotes dirigit, ut ei reliquias sanctorum Agricolae et Vitalis exhibeant, quos pro nomine Christi Dei nostri manifestissime crucifixos esse cognovimus [15]. *Receptionem reliquiarum a Namatio fuse narrat idem Gregorius, dein pergit:* congregatis vero civibus, cum magno gaudio atque devotione sanctam ecclesiam his inlustratam pignoribus dedicavit [16]. *Emendationem ergo postulat nomen martyris, cui sociandus est Vitalis. Die 10 dec. recurrit* in civitate Arvernis Agricolae et Vitalis martyrum, *unde dubium oritur de die quo facta sit dedicatio. Sed lectio certa est:*

**Arvernus dedicatio ecclesiae sanctorum Agricolae <et Vitalis>.**

[1] MOMMSEN, p. 765-66. — [2] Cf. *Act. SS.*, Febr., t. II, p. 13-16. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 104. — [4] PATSCH, in PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie*, t. V, p. 654; WEISS, *Die Dobrutscha im Altertum*, p. 51-52. — [5] *De laude sanctorum*, p.453. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 489. — [7] Ibid., p. 535. — [8] Ibid., p. 208. — [9] Ibid., p. 680. — [10] *BHG*². 48, 49. Cf. *Catal. Graec. Vatic.*, pp. 185, 210; *Catal. Graec. Paris.*, p. 233. — [11] *Carm.* XXVII, 432. — [12] *BHL.* 5829, n. 3. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, p. 684. — [14] *BHL.* 1802, n. 10. — [15] *Hist. Franc.*, II, 16. — [16] *In gloria mart.*, 43.

*ADDITAMENTA*]

ADDITAMENTA] *Isidori. A Graecis hodie colitur* [1]. *De ecclesia S. Isidoro Romae dicata, itinerarium Einsidlense :* A porta Tiburtina usque Subura sancti Isidori... [2]; *item Liber pontificalis, in Leone III (795-816) :* et in monasterio sancti Isidori simili modo fecit canistrum ex argento, pens. lib. II [3].

*Bonefacii. Martyr est Tarsensis, si eius Actis fidem adhibeas* [4], *quem Graeci colunt 19 dec.* [5]. *Die 14 maii inscriptus est kalendario marmoreo Neapolitano* [6] *:*

N(ATALE) S(ANCTI) BONIFATII MART(YRIS).

*De ecclesia Romae S. Bonifatio dicata, libellus de Locis sanctis martyrum :* Basilica sancti Bonifaci martyris ubi ipse dormit [7]. *Liber Pontificalis, in Leone III :* in diaconia sancti Bonifacii [8]. *De diaconia et Actis S. Bonifatii optime scripserunt L. Duchesne* [9] *et P. Franchi de' Cavalieri* [10].

*Maximini = Maximi, n. 32, al. Maximini, Maximiani.*

*Pachumii. S. Pachomii memoriam agunt Graeci die 15 maii* [11].

EXCERPTA] *Cod. Taml. : Taraci, maii 13, n. 15.*

*Militis, nomen appellativum, refertur ad Victorem, supra, n. 34.*

*Affronnidis = Afrodisii, maii 13, n. 3.*

*Pali. Maii 15 n. 26. Pauli.*

*Cod. Mon : Theodori papae. Liber dontificalis :* Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die prid. id. maii [12]. *Obiit an. 649.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 683 ; *BHG*². 960, 961. — [2] HUELSEN, *La pianta di Roma dell' anonimo Einsidlense*, in *Dissertazioni della pontificia Accademia Romana di Archeologia*, Ser. II, t. IX (1907), p. 401-403. — [3] DUCHESNE, t. II, p. 24 ; cf. p. 45. — [4] *BHG*². 279-282 ; *BHL*. 1413-1417. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 325. — [6] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. Cf. MAZZOCHI, *Commentarius in vetus marmoreum kalendarium*, t. II, p. 290-305. — [7] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 143. — [8] DUCHESNE, t. II, p. 9 ; cf. p. 42. Cf. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 171. — [9] *Les légendes chrétiennes de l'Aventin*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. X, p. 226-34. — [10] *Dove fu scritta la leggenda di S. Bonifazio ?* in *Nuovo bullettino di archeologia cristiana*, 1900, p. 205-34. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 683. — [12] DUCHESNE, t. I, p. 333.

# ID. MAI.

| I | II |
|---|---|

**[a] In Sirmio Timothei et VII virginum. et alibi Alexandri Digni Chottiae. in Sardinia Simplici presbiteri. et in Portu Romano Prestabilis Felicis Victoris Cyrici Ianuari Heroli Pauli Minervi Aquilini Heracli**

**Dionisiae.**

**Mediolano natale Victoris.**

| I | II |
|---|---|
| **Lamsaco civitate Petri Pauli Andreae.** | **Lamosaco natale sanctorum Petri et Andreae Pauli et Dionisiae. et Augustoduno Treci episcopi [b].** |

*Addunt codices pleniores :* a) pentecostes W² *in marg.* — b) et in civitate fausiana rosolę S.

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. sirmia B ; syrmia S ; symia W ; *add.* nt̃ E | 3. thimothei SW | 4. *add.* alibi BSW | 6. virḡ W | 7-8. *om.* BSW | 9. alexandria S | 11. cotthie B ; chotitidię W | 13. sardinii S¹ ; sardina S ; sardī E | 14. simpici SW | 15. *om.* BSW | 16. *om.* ESW | 18. porto BSW | 19. rom̃ E | 20. praestabilis W | 24. ianuarii BSW | 27. menervi BSW | 29. heradi E | 31. mediol E | 32. *om.* BSW | 34-35. lamsacivī E | 39. lamosacū SW | 40. passio SW | 43. *om.* S | 44. andre S¹ ; andrei W | 47. diunise B¹ ; dionise B² ; diunisiae S¹ ; diunisę W | 48. *om.* SW | 49. agustiduñ B ; agustiduno SW | 50. trici B ; p̄teci S ; praetece W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Sirmio nat. Timothei et VII virginum et in Sardinia nat. Simplici prespiteri et in civitate Falisiana Rosulae.— TAML. : Primus Penticosti Timothei Alexandri Rosulae Populae Andrae Bamororae Cotiae et VII virginum Digni Simplicii Felicis Victoris Cirici Ianuarii Pauli Aquilini Petri Andreae Dionisii Heroli Minervi Eradii. — MON.: In Siria natalis sancti Timothei et alibi VI virginum Romae sanctae Victoriae virginis Digni. — RICH. : In Syrmio Timothei et VII virginum et in Sardinia Simplicii presbiteri Mediolanio Petri Andrei Dionisii Augustiduno Tredici.

# MAI. 15

1. IN SIRMIO] *De* T i m o t h e o *et* v i r g i n i b u s *VII egimus ad dies april. 8, n. 3, et april. 9, n. 5.* T i m o t h e u s *Antiochenus est, et* v i r g i n e s  V I I *Sirmienses non sunt. Quam ob causam utrumque elogium huc translatum sit ignoramus.*

11. DIGNI CHOTTIAE] *Lege* D e n e c u t i a e, *ut maii 14, n. 22, et scribatur iterum :*

**Dinogetiae Alexandri.**

13. IN SARDINIA] *Plana est lectio codicum, nec reicienda videtur :*

**in Sardinia Simplicii presbiteri.**

*Est in Sardinia, prope locum ubi Olbia fuit, ecclesia S. Simplicii, saec. XI exstructa* [1]. *In martyrologio Romano hoc elogio ornatur S. Simplicius :* Fausinae in Sardinia sancti Simplicii episcopi et martyris, qui Diocletiani tempore sub Barbaro praeside perfossus lancea martyrium consummavit. *Ad haec Baronius, in notis : « Accepimus eius martyrii Acta et sociorum ex Sardinia insula Romam delata. Meminit horum etiam Fara, lib. I de reb. Sard. » Acta illa recentiora sunt quam ut ullam fidem mereantur.*

18. IN PORTU] *Portuenses martyres in sequentibus nullos reperio. Cum hodie rursum commemoretur S. Victor Mediolanensis (n. 33 ; maii 14, n. 34), verisimilis emendatio est :* in Porta Romana, *nempe Mediolani. Eo enim loco fuit ecclesia S. Victoris, postmodum San Vittorello dicta* [2].

20. PRESTABILIS] *Non sancti nomen est sed vocis* p r e s b i t e r i *(n. 15) nota perperam intellecta.*

21. FELICIS] *Maii 14, n. 36.*

22. VICTORIS] *Maii 14, n. 34 ; infra, n. 33.*

23. CYRICI] *Maii 14, n. 46.*

24. IANUARI] *Maii 14, n. 18.*

25. HEROLI] *Infra, n. 29 :* H e r a c l i, *quae vera lectio est. Graeci hodie memoriam agunt* τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἡρακλείου, Παυλίνου καὶ Βενεδίμου, *qui Athenis passi leguntur* [3], *seu, ut in codicibus nostris est :* H e r a c l i i, P a u l i *(al.* P a u l i n i*),* M i n e r v i *(al. loco* M e n e r i, M e n s e r i n i*). De his maii 16, n. 3, 10-12, 31-33 ; 17, n. 19-21, et rursum maii 26, n. 4-6. Paulo fusior tractatio erit ad maii 17, n. 20.*

28. AQUILINI] *Recurrit maii 16, n. 3, 36 ; maii 17, n. 22, quemadmodum hodie Heraclio et comitibus proximus. Num iisdem sociandus, non liquet.*

29. HERACLI] *Supra, n. 25.*

30. DIONISIAE] *Infra, n. 47.*

31. MEDIOLANO] *Iteratur memoriola diei 14 maii, n. 33 :*

**Mediolano natale Victoris.**

*Sitne cum eo componendum alterum loci indicium* in Porta Romana *(n. 18), in medio relinquimus.*

34. LAMSACO] *In altera recensione* D i o n i s i a *recte coniuncta est cum reliquis martyribus Lampsacenis, quorum habetur Passio* [4].

**Lampsaco civitate Petri, Pauli, Andreae, Dionisiae.**

*Synaxaria Graecorum hosce martyres recensent alia 15 maii, alia 17 vel 18* [5], *non absque variatione in nominibus :* Πέτρου καὶ Διονυσίου, Χριστίνης, Ἀνδρέου καὶ Παύλου. *Lampsacenum dicunt Petrum ; ceteri Athenis martyrium patiuntur. Sunt et codices ubi iisdem copulantur* Ἡράκλειος, Παυλῖνος, Βενεδῖμος [6], *de quibus supra, ad n. 25.*

49. AUGUSTODUNO] *Nominis episcopi* T r e c i *considerandae sunt variationes :* P r e t e c i, P r a e t e c e, T r e d i c i ; *lege* R e t i c i. *Interfuit concilio Romano anni 313 et concilio Arelatensi anni 314. Laudatur a SS. Hieronymo, Augustino, Gregorio Turonensi* [7].

**Augustoduno Reticii episcopi.**

ADDITAMENTA] F a u s i a n a. *Locus* qui intra provinciam Sardiniam dicitur Fausiana *memoratur a Gregorio papa* [8], *sed ubi tandem situs sit, non liquet* [9]. *Lectio codicis S minime certa est. Scribit enim cod. Cambr. :* F a l i s i a n a *civitas ; Notkerus vero :* F i l a s i a n a, *quam nostri olim in Valachia ad Istrum flumen collocarunt* [10]. *Quod autem Sardi* R o s o l a m *seu* R o s u l a m *suam esse credunt quam et Rhoden illam ducunt, de qua in* Act. 12, 13), *nihil obstat, et res in incerto remanet* [11].

EXCERPTA] *Cod. Taml. :* P r i m u s  P e n t i c o s t i, *legendum* Primum Pentecoste. *In martyrologiis sequioris aetatis non raro hodie nuntiatur* Adventus Spiritus Sancti [12].

P o p u l a e = *Rosulae.*

C o t i a e... D i g n i = *Dinogetiae, supra, n. 10*

E r a d i i = *Eraclii, n. 25, 29.*

*Cod. Mon. :* V i c t o r i a e = *Victoris, n. 33.*

D i g n i, *supra, n. 10.*

[1] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, t. I, p. 678-79. — [2] SAVIO, *I santi martiri di Milano*, p. 18. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 688. — [4] *BHL.* 6716. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 683, 691. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 693, l. 58. — [7] *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 587-89 ; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 176-77. — [8] *Registr.* IV, 29. — [9] *C.I.L.*, t. X, p. 829. — [10] *Act. SS.*, Maii t. III, p. 475. — [11] Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 678 ; *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 419-20 ; DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xv]. — [12] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 276.

# XVII KAL. IUN.

**[a] In Isauria Aquilini Victurini quorum gesta habentur. et alibi Heracli Paulini Menserimi. in civitate Piceno Ausimo Florenti et Dioclitiani. in civitate Efera Mengenis Gaiani Iovini. in civitate Cortona Vincenti. Nideruni Herceli Meneri Pauli item Pauli Aquilini Minorgi. in territorio Autisiodorensi vico Baiaco passio sancti Peregrini episcopi primi civitatis ipsius. in territorio Tricassinae civitatis loco Campellus depositio Fiduli presbiteri et confessoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) mettis locello cuius vocabulum est senodochium dedicatio aecclesię sanctę marię $B^2$ *in marg.* — b) in abrincatino patricii abbatis S.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 2. isuaria E ; esaurea $B^1$ $S^1$ ; esauria $B^2S^2$ ; cęsaria W ; *add.* nat̄ sc̄orum SW | 4. victoriani B ; vecturiani $S^1$W ; victariani $S^2$ | 4-8. *om.* S | 5-7. *om.* E | 5-9. *om.* W | 10. heradi E ; eracli B | 12. menerimi $B^1$ ; meneremi $B^2$ SW | 13. *om.* E | 14. civī E ; cimitēr B | 15. picino BSW | 16. ausimi ES ; ausumi W ; *add.* civit̄ B | 18. *om.* E$B^1$ | 19. diocliciani BW ; dicletiani S | 20. *om.* E | 21-22. civitāt eff̄ B | 21. civī E ; civit̄ W | 22. efeso SW | 23. mengeni B | 24. gaionio W | 25. iuveni $B^1$ ; iovini $B^2$ ; iuveni W | 26. *om.* E | 27. civī E ; civit̄ BW | 28. cortuna E ; cortoñ B | 29. vinanti W | 30. nideiruni $S^1$ ; nide runi $S^2$ | 31. heracli B ; hereli SW | 32-33. pauli meneri BSW ; *add.* aquili W ; aquilli S | 34-35. *om.* BS | 34. it̄ E | 36. aquili B ; *add.* item pauli $B^2$ ; aquilli item pauli S ; *om.* W | 37. monorgi BSW ; *add.* aquilini $B^2$ | 38-39. *om.* E | 39. territurio B ; *om.* SW | 40. autisiodō E ; autesioderēn $B^1$ ; autisioderēn $B^2$ ; autisioderense S ; autisoderins W | 41. civī E | 42-43. *om.* E | 43. pass W | 47. *om.* E. | 50-51. *om.* WS | 51. civī E ; t̄riturio B | 51-52. *om.* S | 52. trecas E ; trecassine B ; trigassine S ; trigasinę W | 53-55. *om.* ESW | 56. nt̄ E ; dep̄ W | 57. fiduli $B^1$ ; fidoli $B^2$ SW | 58. pr̄b E ; pr̄bi W | 60. confes E ; conf̄ W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Pricino in civitate Tausimo nat. Dioclitiani et Florentii. — TAML. : Dioclitiani Florentii Aquilini bis Victorini Heradi Paulini bis Menserini Florentii Gaiani bis Vincentii Minerii Pauli Minorgi Auriani Victuriae Ioveni Herilii Niderni Basillae et aliorum XII.— MON. : In Isauria natalis sanctorum Aquelini Victoriae quorum gesta habentur Eradi Victoriani Paulini.— RICH. : In Isauria Victurianae in Epheso Gaiani Iovini Autisiodoro passio sancti Peregrini episcopi alibi depositio Fiduli presbiteri.

## MAI. 16

*1.* IN ISAURIA] *Martyrum nomina excidisse videntur.*

*3.* AQUILINI] *Infra, n. 36; maii 15, n. 28; 17, n. 19.*

*4.* VICTURINI] *Ab Aquilino, qui cum laterculo Nivedunensi (n. 30) cohaeret, seiungendus est. Quare suo loco motam esse sententiam :* quorum gesta habentur *censeo.*

*6.* GESTA] *Ad quosnam sanctos, Picenos (n. 15) vel Nivedunenses (n. 30), haec referantur incertum est.*

*9.* ALIBI] *Infra, n. 30: N i d e r u n i, lege N i v e d u n i.*

*10.* HERACLI] *Cum sociis duobus* [1], *infra, n.31-33.*

*11.* PAULINI] *Infra, n. 33, 35 : P a u l i, ut et maii 15, n. 26, maii 17, n. 20 Graece : Παυλίνου, in synaxariis.*

*12.* MENSERIMI] *Infra, n. 32: M e n e r i; n. 37 : M i n o r g i ; mai 15, n. 27 : M i n e r v i. Graece : Βενεδίμου. Maii 17, n. 21 : M i n e r i.*

*15.* PICENO] *Gesta sanctorum Florentii et Diocletiani martyrum Auximi in Piceno narrantur in Actis S. Anthimi, quae nullius esse pretii constat* [2]. *Horum reliquias servavit antiquum Sancti Florentii monasterium, unde anno 1437 ab episcopo Auximano in ecclesiam cathedralem illatae sunt* [3].

**in Piceno civitate Ausimo Florentii et Diocletiani.**

*22.* EFERA] *Cod. B : e f f. ; W : e f e s o. Nomina martyrum non sunt Asianorum sed Afrorum et M e n g e n i s seu M i g g i n certe punicum est. Videntur ergo librarii pro consueta nota a f f., id est A f r i c a, e f f. scripsisse, unde e f e s o, e f e r a et alia similia. Elogium a die 15 iun. huc transiit errore legentis* XVII kal. iun. *loco* XVII kal. iul. ; *ibi autem i n c i v i t a t e B a r b a r i a martyres isti passi leguntur ; I o v i n u s nuncupatur I o v i a n u s. Hodie quoque scribendum videtur :*

**in Africa civitate <Barbaria> Miggenis, Gaiani, Iovini.**

*28.* CORTONA] *Nullos sibi martyres vindicat Cortona Italica. Legenda quae annotabuntur ad diem 25 maii, n. 23, ubi habetur* Gortuna civitate Vincenti. *Neque Gortyna Cretensium V i n c e n t i u m martyrem suum agnoscit.*

*30.* NIDERUNI] *Lege N i v e d u n i. Martyrum nomina iam habuimus heri (n. 25-27) et hoc ipso die (n. 10-12). De his paulo fusius, maii 17, n. 18. Interim ita scribenda est anticipata annuntiatio :*

**Niveduno Heracli, Pauli, Menedimi.**

*31.* HERCELI] *= H e r a c l i, supra, n. 10.*

*32.* MENERI] *Supra, n. 12 : M e n s e r i m i, immo M e n e d i m i, n. 30.*

[1] Cf. *Synax. Eccl. CP.*, p. 688. — [2] *BHL.* 651. — [3] Cf. *Act. SS.*, Maii t. II, p. 614-15.

*33.* PAULI] *Infra, n. 35 ; supra, n. 11 : Paulini.*

*36.* AQUILINI] *Maii 17, n. 19 ; maii 15, n. 28, ubi legenda quae annotata sunt.*

*37.* MINORGI] = *Meneri, n. 32.*

*45.* PEREGRINI] *Passio S. Peregrini :* Iussit proconsul Baugiaco loco, ubi tunc temporis custodia obscurissima habebatur, vinctum retrudi in carcerem... Martyrizatus est autem beatissimus Peregrinus episcopus sub die decimo septimo kalendarum iunii [1]. *Vicus Baiacus nunc Bouhy (dép. Nièvre)* [2].

**in territorio Autisiodorensi vico Baiaco passio sancti Peregrini episcopi primi civitatis ipsius.**

*55.* CAMPELLUS] *Les Champeaux* [3].

*57.* FIDULI] *S. Fidoli, abbatis Trecensis, saec. VI, Acta habentur* [4].

**in territorio Tricassinae civitatis loco Campellus depositio Fiduli presbiteri et confessoris.**

ADDITAMENTA] *Patricii. De Patricio illo nihil compertum est praeter haec* [5] *:*

**in Abrincatino Patricii abbatis.**

EXCERPTA] *Cod. Taml. : Heradi = Heracli, n. 10.*
*Auriani = Esauria = Isauria, n. 2.*
*Victuriae = Victurini, n. 4.*
*Herilii = Heracli, n. 10 ; Herceli, n. 31.*
*Niderni = Niveduni, n. 30.*
*Basillae, maii 17, n. 6.*

[1] *BHL.* 6623, n. 4, 7. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 431. — [2] « S. Pèlerin, premier évêque d'Auxerre. Sa Passion dit qu'il fut arrêté à Entrains (Nièvre, arrondissement de Clamecy), puis emprisonné *Baugiaco loco.* Elle ne précise ni l'endroit du supplice ni celui de la sépulture. Les *Gesta episcopi Autiss.* n'en disent pas plus long. On sait par le martyrologe hiéronymien que le sanctuaire était au *vicus Baiacus* ou *Baugiacus*, localité représentée par le village actuel de Bouhy, à sept ou huit kilomètres d'Entrains. » L. D. — [3] « Bourg incorporé dans la ville de Troyes au XIIe siècle ». BOUTIOT-SOCARD, *Dictionnaire topographique du département de l'Aube*, p. 34. — [4] *BHL.* 2974-2976. — [5] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 218.

---

# XVI KAL. IUN.

**In Alexandria Adrionis Victoris et [5] Basillae. Romae via Salaria vetere [10] Parteni Caloceri Primi et depositio [15] Liberii episcopi. Nividuno Heracli [19] Pauli [a] Mineri Aquilini Victoris. et alibi [25] Artemi Galcori.**

*Addunt codices pleniores :* a) peregrini B.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 2. ala ꝛ E ; alexandr̄ B | 3. *om.* BSW | 5. *om.* BSW | 6-10. *macula infuscat. in* S | 6. basilae E ; basille B ; basilię W | 7. rom̄ E ; rome B ; in roma W | 8-10. *om.* ESW | 9. sal B¹ ; salara B² | 11. paterni et E ; partini S ; parthini W | 12. caloc'ri B¹ ; caloceri B² ; galligori SW | 13. *om.* SW | 14. *om.* ESW | 15. e pono SW | 16. libi E ; liberi BSW | 18. inueduno E ; *partim macula del. in* S | 19. eracli E | 21. minerii B¹W ; mineri B² ; menerii S | 23-24. *om.* S | 24-25. *om.* SW | 25. aliorum B | 27. calori B ; calcori SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Atrionis Victoris et Basellae Paterni et Caloceri. — TAML. : Andrionis Victoris Basillae Basiae Caloceri Gallicorii Liberii Adomnini Pauli bis Aquilini Victoris Arthemi Primi Eponi Heracli Potomonis Minerii Hiemi et aliorum VII Calori. — MON. : In Alexandria natalis sanctorum Victoris Basiliae Romae Parthemi Calocerii. — RICH. : In Alexandria Victoris Basile Rome Partenis Caloceri et depositio Liberii episcopi in Achaia Calisti Vincentii Felicis.

## MAI. 17

*1.* IN ALEXANDRIA] *Nomen martyris Adrionis e codicibus alterius recensionis evanuit.* Ἀδρίων *aegyptium est* [1] *et tuto scribi potest :*

**in Alexandria Adrionis.**

*4.* VICTORIS] *Itinerarium Salisburgense :* Deinde vadis ad Australem via Salinaria donec venies ad S. Ermetem... in altera spelunca Protus martyr et Iacintus deinde Victor martyr [2]. *Huius martyris memoriola videtur esse ita composita :*

**Romae via Salaria vetere <in cimiterio> Basillae Victoris.**

*Martyrologium Romanum codices nostros diligenter, utinam et caute, exscripsit :* Alexandriae sanctorum martyrum Adrionis, Victoris et Basillae, *ita ut Romanorum iura laedere videatur.*

*11.* PARTENI] *Etiam, n. 26 : Artemi. Post*

[1] PREISIGKE, *Namenbuch*, i. v., p. 9. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176.

*biduum*

*biduum amplior erit SS.* P a r t h e n i *et* C a l o c e r i *commemoratio et uberior tractatio, maii 19, n. 1.*

*12.* CALOCERI] *Etiam infra, n. 27 :* G a l c o r i. *Cum* P a r t h e n i o, *maii 19, n. 1.*

*13.* PRIMI] *Depravatam esse lectionem puto,* Pri(mi) *loco* Pri(scillae), *et ita scribendum :*

**<item Romae in cimiterio> Priscillae depositio Liberii episcopi.**

*Quamquam non hodie sed 24 sept. memoria agitur depositionis Liberii episcopi (352-366). Quare plerisque visum est ordinationis eius anniversariam diem in 17 maii incurrere, et error est in Catalogo Liberiano, ubi Liberius sedisse perhibetur* ex die XI kal. iun. [1]. *Etenim anno 352 in dominicam incidebat dies XVI kal. iun., non vero XI kal. iun. Male proinde* natalis ordinationis *in* d e p o s i t i o *commutatus est. Simili modo a librariis in Miltiadem peccatum est* [2].

*18.* NIVIDUNO] *Breviarium Syriacum ad diem 18 maii :* ἐν Βιθυνίᾳ Ἡρακλᾶς καὶ Παῦλος. *Sola specie differunt locorum indicia. Ita enim scripturae syriacae elementa comparata sunt ut levi lapsu a* N i v e d u n o *ad* B i t h y n i a m *perventum sit. Nomina sanctorum in laterculis maii 15, n. 25, 27, maii 16, n. 10-12, 31-33, maii 26, n. 4-6, et in synaxariis* [3] *varie scripta sunt. De* H e r a c l i *nulla est disceptatio, quamquam etiam* H e r o l i, H e r c e l i, H e r a d i *scribitur.* P a u l u s *in synaxariis est* Παυλῖνος, *et in codicibus nostris maii 16, n. 11, maii 26, n. 5.* M i n e r i *alias est* M i n e r v i *(maii 15, n. 27),* M e n e r i m i, M e n s e r i m i *(maii 16, n. 12),* M u n d i n i *(maii 26, n. 6), graece* Βενεδίμου, *quod et scriptum reperimus* Μενεδήμου, Μεδίμνου [4]. *Legendum puto Menedimi.*

**Nividuno Heraclii, Pauli, Menedimi.**

*Martyrologium Romanum :* Novioduni sanctorum martyrum Heradii, Pauli, Aquilini cum duobus aliis, *ubi Usuardum sequitur, qui tamen recte scribit* H e r a c l i i. *De Aquilino mox sermo erit.* C u m a l i i s d u o b u s *intellege de Menedimo et Victore. Hunc vero non esse Noviodunensem ex dictis ad n. 4 manifestum est.*

*22.* AQUILINI] *Tum 15 maii, n. 28, tum 16, n. 36, ut et hodie, non vero maii 26, martyribus Nividunensibus* A q u i l i n i *nomen adhaeret. Ne tamen incaute in eorum societatem intrudatur monent synaxaria et breviarium Syriacum.*

*26.* ARTEMI] = P a r t h e n i, *supra, n. 11.*

*27.* GALCORI] = C a l o c e r i, *supra, n. 12.*

ADDITAMENTA] P e r e g r i n i, *maii 16, n. 45.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. :* B a s i a e = *Basillae, n. 6.*

P o t o m o n i s, *maii 18, n. 3.*

*Cod. Rich. :* i n A c h a i a. *Inter martyres Corinthios, april. 16, n. 1, occurrit nomen* C a l l i s t i, *al.* C a l l i s t a e. *Frustum laterculi* a XVI kal. maii *ad* XVI kal. iun. *errore translatum est.*

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 8.— [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 113.— [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 688. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 21, l. 22 ; cf. p. 19, l. 50.

# XV KAL. IUN.

**In Alexandria Potamonis presbiteri Ortasi [5] presbiteri [a] Serapionis presbiteri Panteri Dioscori [10] Palmi Petegon diaconi Cenroni Dativi [15] Luci et Maximae Hermonis lectoris [20] cum aliis IIII. in Aegypto [25] in Anacipoli Dioscori lectoris qui [30] multa passus est. Constantinopoli Esuchi [35] Serapionis Bustasi presbiteri Potamonis Pantheri [40] Petegloni Dieranti lectoris Dativi Marciani [45] Luciosae Locani Egenae et alibi [50] Cassi et Victoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) marci evangeliste B. — b) prime S.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 2. alax̄ E ; alexandr̄ B | 3. patamoni S ; pantamoni W | 4. prb̄ E ; prb̄i W ; presbit̄ B | 5. hortasi BW | 6. presbit̄ B ; prb̄i W ; *om.* E | 7. syrapionis E | 8. prbrm̄ E ; *om.* B ; prb̄i W | 9. pantheri E | 12. pitigon B ; petecon SW | 13. diac̄ EW | 14. cenron BS ; cesson W | 17. *om.* SW | 18. maxime BS ; maximę W | 19. hermon BS ; hermone W | 20. lect̄ EW | 21. et E | 22. aliorum E | 25. aegip̄ E ; egypto S | 26-27. *om.* ESW | 29. lect̄ EW | 30-33. *om.* E | 33. *add.* in SW | 34. constantinop̄ E ; constantinopł B | 35. euchi E ; effuchi S ; efuchi BW | 36. sara ionis S ; sera ionis W | 38. pr̄b E ; prb̄i W | 39. patamon BS ; pactamon W | 40. panteri BW ; pateri S[1] ; panteri S[2] | 41. peteglondi B ; poteclondi S ; pete clondi W | 42. aran B ; eran S ; aeran W | 43. lect̄ EW | 46. luciosi BSW | 47. lucianę BW ; lucianae S | 48. aeginę BW ; eginę S | 50. *add.* nat̄ scr̄m SW | 51. casii S ; casi W | 52. *om.* E ; et̄ W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Potamonis Hostasi et Serapionis prespiteri et Marci evangelistae. — TAML. : Marci evangelistae Potomonis Bostasii Hortasii Serapionis presbiteri Pantini Dicorii Palmi Dativi Mariae Maximae Lucianae Agnae Urbanae Luci Hermoni Zefani cum aliis quatuor Discori Pantomoni Pedecladi Marciani Luciosi Casii Victoris Michaelis.— MON. : In Aegipto Anacipoli Dioscori lectoris in quem pente sismam et variatorum exercuit ita ungues eius effuderit cum torqueretur nimium martyrio coronatus est sancti Serapionis monachi. — RICH. : Alexandria Potamonis presbyteri Bostasii in Aegypto Dioscori in Antiochia Petri Ermogenis Furtunati Quinti Victurici. — FLORUS : Apud Aegyptum natale sancti Dioscori lectoris in quem praeses multa et varia tormenta exercuit ita ut ungues eius effoderet et lampadibus eius latera inflammaret sed caelestis luminis fulgore territi ceciderunt ministri novissime laminis ardentibus adustus martyrium consummavit.

## MAI. 18

1. IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum ad diem 19 maii : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Σεραπίων ὁ μάρτυς καὶ δώδεκα ἕτεροι μάρτυρες. Vix non omnia quae in hieronymianis hoc loco legimus et ex orientali martyrologio tandem derivata esse crediderim iam 9 februarii habuimus. Certum quidem est ea nota fuisse illi qui Passionem scripsit XXXVII martyrum* [1]. *O r t a s i perperam pro H o r p e s i vel H o r s i e s i scriptum esse videtur, nisi forte latinum factum est a graeco Ὀρτῆσις* [2]. *P a l m i mendum pro P a u l i esse conicimus. C e n r o n i certe nomen non sine naevo haud scio an pro illo R o n i sit, de quo die 9 feb., n 35. D i o s c o r u s idem esse videtur qui ex litterarum traditione infra, n. 28, commemoratur uti martyr i n A n a c i p o l i. His autem omnibus qui in Alexandria passi feruntur commisti sunt quidam peregrini. D a t i v u s enim Africanum est nomen ; L u c i i et D a t i v i nomine appellati erant inter martyres in metallo constitutos ad quos litterae exstant S. Cypriani* [3]. *Nobis dubium non est quin nomina tria D a t i v i, L u c i, M a x i m a e perperam inter Alexandrinos interiecta sint. Quibus remotis, superest ut legamus :*

**in Alexandria Potamonis presbiteri, Ortasi presbiteri, Serapionis presbiteri, Panteri, Dioscori, Pauli, Petegon diaconi, Cenroni, Hermonis lectoris et aliorum IIII.**

*Tredecim, cum breviario Syriaco, martyres numeramus.*

15. DATIVI] *Tres martyres D a t i v u m, L u c i u m, M a x i m a m Afros esse conicimus, supra ad n. 1.*

21. CUM ALIIS IIII] *Post iterata, n. 36-44, nomina Alexandrinorum, leguntur haec quattuor : M a r c i a n i, L u c i o s a e, L o c a n i, E g e n a e (n. 45-48). Hos esse a l i o s I I I I anonymos qui commemorantur in extremo laterculo non nemini forsitan videbitur. Iam tali coniecturae vocabulorum forma minime favet.*

27. ANACIPOLI] *Dioscorus martyr,cuius mentio etiamnum incidit inter Alexandrinos, idem videtur esse cuius proxime meminit martyrologus, hoc loco Passionem eius secutus* [4]. *Non martyrii locus, sed patria latet in illa A n a c i p o l i, in A n o c i n o p o l i emendanda ex codice Oxoniensi Bodleiano Fell 3, ubi* anoquinoblitone *profecto est pro Ἄνω Κυνοπολιτῶν* [5]. *Itidem a Passione ortum duxit vox illa l e c t o r i s, ea tamen ratione ut f i l i i l e c t o r i s scribi debuisset. Si enim melius diligentiusque Passionem perlegisset qui haec conscripsit (idem legitur in elogiis hieronymianis codicis Mon. et Flori, inter Excerpta), in haec martyris ipsius verba incidisset :* non sum sed pater meus lector fuit. *Nostrum non est eius errorem sed librariorum vitia emendare ; scribendum igitur :*

**in Aegypto in Anocinopoli Dioscori lectoris qui multa passus est.**

*Eundem martyrem commemorari in martyrologio die 17 iun. et 16 dec. suadet prona nimium dierum confusio XV kal. iun., XV kal. iul., XV kal. dec.* [6]. *Altera Passionis recensio diem enuntiat 18 mai, altera 17 iun. De S. Dioscoro Graeci agunt in synaxariis ad diem 13 octobris* [7].

34. CONSTANTINOPOLI] *Breviarium Syriacum ad diem 19 maii : ἐν Κωνσταντι<νουπόλει> ἐν Βυζαντίῳ Ἥσυχος καὶ ἕτεροι μάρτυρες. Nomen sancti, ceterum ignoti in codicibus nostris male scriptum est E f u c h i, E u c h i. Quinam tandem H e s y c h i i socii fuerint, divinandum profecto esset. Non ii, ut patet, quorum nomina proxime posita sunt, quippe quae sint Alexandrinorum, nec D a t i v u s, de quibus diximus ; neque ulla ratio suadet e M a r c i a n o et iis qui sequuntur Hesychii societatem componendam esse. Certa est lectio :*

**Constantinopoli Hesychii.**

36. SERAPIONIS] *Supra, n. 7.*

37. BUSTASI] *Supra, n. 5 : O r t a s i.*

39. POTAMONIS] *Supra, n. 3.*

40. PANTHERI] *Supra, n. 9.*

41. PETEGLONI] *Supra, n. 12 : P e t e g o n.*

42. DIERANTI] *Lectio corrupta ex D i o s c o r i, n. 10. Cf. n. 28, 29.*

44. DATIVI] *Supra, n. 15.*

45. MARCIANI] *Huius et L u c i o s a e (maii 19, n. 73 : L u c u s s a e ?), L o c a n i, E g e n a e nomina neque Alexandriae neque Constantinopoli deputanda esse iam dictum est ad n. 21, 34.*

51. CASSI] *De C a s s i, V i c t o r i s, nihil notatu dignum habemus, nisi quod die 6 martii n. 55, 56, iam occurrerunt.*

ADDITAMENTA] *M a r c i e v a n g e l i s t e meminit solus B e codicibus plenioribus, e breviariis Cambr. et etiam Taml. Lege quae annotata sunt ad diem 25 april., n. 14.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. : P a n t i n i = Panteri, n. 9.*

*L u c i a n a e = Luci, n. 16.*

*U r b a n a e, maii 19, n. 53.*

*P a n t o m o n i = Potamonis, n. 3.*

*P e d e c l a d i = Petegloni, Petegon, n. 41, 12.*

*Cod. Mon. : D i o s c o r i. Eius elogium, quale allatum est ad n. 27, contractum esse ostendunt tum cod. Mon., tum Florus, qui hieronymianam lectionem pleniorem servarunt. In Monacensi tamen vitiose tradita est. Emendationem postulant v. gr. p e n t e s i s m a m, quod turpiter*

[1] *BHL.* 6584. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 44-51. — [2] Paeisigke, *Namenbuch*, i. v. — [3] *Epist.* LXXVI. Hartel, p. 827. — [4] *BHL.* 2203, e f. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 340-44. — [5] *Les martyrs d'Égypte*, p. 81. — [6] Quentin, in *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 341. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 136.

*depravatum*

*depravatum videtur ex* p r a e s e s m u l t a, *ut est apud Florum; et* v a r i a t o r u m, *etiam cum Floro legendum:* v a r i a t o r m e n t a [1]. *Cod. Rich.:* P e t r i, E r m o g e n i s, *april. 17, n. 3, 5. A* XV kal. maii *ad* XV kal. iun. *haec nomina male translata sunt.*

[1] Quentin, in *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 340; t. XXXIX, p. 334; P. Franchi de' Cavalieri, in *Nuovo bullettino di archeologia cristiana*, t. XI, pp. 251, 254.

---

# XIV KAL. IUN.

**Romae natale Caloceri et Parteni eunuchorum Decii imperatoris et uxoris eius qui cum essent unus ex his praepositus cubiculi alter primicerius nolentes sacrificare idolis a Decio occisi sunt et requiescunt in cimiterio iuxta via Appia. in cimiterio Calesti via Appia natale Paterni Gallicuri Urbani Indici Seleuci Felicis Donici Crescenti Colonicae Iulicae item Urbanae. in Alexandria Areni diaconi. in Cesarea Cappadociae Poliochi. in Africa Quintuli Primuli Salusti Fortunati Donatoris item Donatoris Primi Dicessi Lucussae Rogatae Orbanae Romanae. in Getulia Emili Basili Pretextatae Basiae Partini.**

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 1. rom̃ EW ; rome S | 2. nt̃ E ; nat̃ sc̄orum W ; *add.* scrm̃ S | 4. *om.* EBSW | 5. paterni B | 6. eunichorū E ; eunucorū et uxorū B ; eunucor̄ et ucorum eius S ; eunochorū et uxorum eius W | 8. imp̄ E ; imperatori W | 9-11. *om.* BSW | 11. *in marg. add.* E | 12-40. *om.* E | 14. esset BSW | 18. prepositus BS ; prępositus W | 19. cubili S | 21. primicirius W | 25-26 adecio W | 32. cimit̃ W | 37. cimit̃ W | 39-40. *om.* S | 41. nat̃ W | 42. prenni E ; parteni S | 43. galli curi E ; gallicorum B ; galigori S ; galitori W | 44. *in marg. add.* conf̄ E ; orbane S ; urbanę W | 46. se leuci W | 48. glonici B ; clonici SW | 49. criscenti B | 50. colonicę SW | 51. iuliae BS | 52. it̃ E ; itē W | 53. urbani B ; orbane S ; urbanę W | 54. *om.* E | 55. alexandri E ; *add.* nat̃ sc̄i SW | 57. diac̄ EW | 59. cess̄ E ; cęsaria W | 60. capodoc̄ E ; capadocię B ; cappadocię W ; *add.* nat̃ sc̄i SW | 61. puliuchi B ; puliochi W | 63. aff̄ E ; *add.* nat̃ scr̄ SW | 64. quinti BSW | 65. primoli SW | 66. *om.* E | 67. furtunati BSW | 68-69. duorum BSW | 69. it̃ E | 72. indicę BW | 73. locustę B ; luguste S ; lugustę W | 74. rogate S ; rogatę W | 75. urbanę BW ; urbane S | 76. *om.* E ; romane S ; romanę W | 77-78. ingetulia E ; *add.* nat̃ scōrum SW | 79. emeli S | 80. baseli B | 81. praetextatae E ; p̄textāte S ; praetextate W | 82. baselię B ; basilię W ; baseli S | 83. parthini B ; pastini S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Patertiani et eunuchorum Deci regis martirum. — Taml. : Urbani confessoris Decii regis Eunucorum martirum Calocerii Paterni Proni Galli Curii Iudicii Urbanae bis Coloniae Iuliae Sarrae Selincii Seleucii Felicis Dominici Crescenti Alaxandri Areni bis Quinti Fortunati Emelii Basilii Decii Clorini Florini Pullioli Fausti episcopi Pudentianae. — Mon. : Natalis sanctae Potentianae virginis. — Rich. : Rome Caloceri Pudentianae Urbani Seleuci Alexandria Areni diaconi in Caesarea Epoliochi in Affrica Quinti Getulia Emelii.

## MAI. 19

1. romae] *Depositio martyrum:* XIIII kal. iun. Partheni et Caloceri in Callisti Diocletiano VIIII et Maximiano VIII [304]. *Passio sanctorum Caloceri et Partheni:* Sancta Anatolia cuius servi sanctorum corpora rapuerant ipsa per se condidit eos in crypta, in qua erat positum corpus sancti Sixti papae venerandum... Passi sunt die XIIII kalendarum iuniarum, Decio Augusto et Grato consulibus [250] [1]. *Liber de Locis sanctorum:* Iuxta viam Appiam... Cecilia virgo pausat et ibi S. Tarsicius et S. Geferinus in uno tumulo iacent, et ibi S. Eusebius et S. Calocerus et S. Parthenius per se singuli iacent [2]. *Ita fere et Notitia ex Willelmo Malmesburiensi* [3]. *Martyrum nomina aliter aliterque depravata iterantur:* P a t e r n i (*n. 42*) *aut* P a r t i n i *pro Partheni;* G a l l i c u r i (*n. 43*) *pro Caloceri. Sunt et elogia duo, quorum alterum, quod genuinum videtur et ex kalendario seu Depositione martyrum depromptum* (*n. 36-43*), *sic legendum est:*

**Romae, in cimiterio Callisti via Appia, natale Partheni Caloceri.**

*Alterum, quod insiticium est, contractum fuit e Passione aliquatenus ei dissimili quam nunc habemus. Haec autem Passio, quam Rossius, rationibus motus parum certis* [4], *non spernendam putabat, reapse omni fide caret et chronotaxim exhibet aperte falsam, quam excludunt consulatus in Depositione martyrum notati. In nostris quidem martyrologiis SS. Parthenius et Calocerus quinquies annuntiantur, nempe: diebus feb. 11* (*Additam.*); *april. 18, n. 28; maii 17, n. 11-12; 19, n. 3-5; iul. 20, n. 49. Iamvero in hac serie, mentio quae 17 maii occurrit, ut alias persaepe, e die 19 anticipata est; quae 18 april., inde ortum habuit*

[1] *BHL.* 1534, n. 6. — [2] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [3] Ibid., p. 181. — [4] *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 240-41.

*quod,*

*quod, frequenti itidem errore, pro* XIIII kal. iun. *lectum est* XIIII kal. maii ; *tandem die 20 iul., bina nomina, Parthenius et Calocerus, nulla quam cernamus ratione, in promiscuum indicem irrepserunt. His igitur diebus exclusis, de 11 feb. et de 19 maii tantum ambigitur* [1]. *Age vero nisi adesset mentio prior, die 11 feb., de altera ad d. 19 maii nulla difficultas moveri posse videretur, adeoque ambos sanctos martyrio coronatos anno 304, die 19 maii depositos fuisse indubitanter diceres. Sed die 11 feb. commemoratos fuisse SS. Parthenium et Calocerum certa documenta ostendunt. In coemeterio Callisti, in aditu cubiculi quod cryptae S. Eusebii proximum est, cuiusdam graphio scriptum legitur :* TERTIO IDVS FEFRVA PARTENI MARTIRI CALOCERI [2]. *Consonant martyrologium Bedae* [3] *et catalogus reliquiarum Sancti Silvestri* [4], *neque discrepat usus ecclesiae Ravennatis* [5]. *Geminationem huius festi e translatione quadam reliquiarum repetendam esse coniecit Rossius, quem sane non fugerat annos alibi aliter indicatos esse : an. 250 in Passione, 304 in Depositione martyrum ; sed cum duo anni consulares alias in Depositione martyrum notati, 258 ad 29 iun. et 304 ad 22 sept., reliquiarum translationibus appositi sint — ut ipse opinabatur — rerum similitudine quadam inductus est ut crederet diem 11 feb. natalem fuisse SS. Parthenii et Caloceri, die autem 19 maii celebratam fuisse eorum translationem. Sed pace dixerim tanti viri, in utroque erravit, et quod SS. Partheni et Caloceri Passioni aliquid concessit auctoritatis, et quod consulatus in Depositione martyrum expressos translationum annos signare putavit* [6]. *Nostra quidem sententia, nisi adsunt argumenta perspicua, non facile conicienda est translatio aliqua contigisse illa aetate, quando praeterquam in gravissima necessitate mortuorum corpora sepulcro moveri non solebant. Quae cum ita sint, aperte fatemur, quod alias totiens fatendum est, nos fugere cur sollemnitas SS. Partheni et Caloceri geminata fuerit, et martyrologii textum, qualem ferunt codices, proponimus :*

**Romae natale Caloceri et Parteni eunuchorum Decii imperatoris et uxoris eius ; qui cum essent unus ex his praepositus cubiculi, alter primicerius, nolentes sacrificare idolis a Decio occisi sunt et requiescunt in cimiterio iuxta viam Appiam.**

*44.* URBANI] *Infra, n. 53, 75 : U r b a n a e. In eodem coemeterio Callisti sepultus erat U r b a n u s papa, quem commemorat inscriptio a Sixto III papa posita, seu catalogus pontificum illic quiescentium* [7], *cuius et fragmentum in hieronymiano die 9 aug. latere suo loco advertemus. Est et inscriptio in crypta :*

ΟΥΡΒΑΝΟϹ *Επισκοπος*

*Diem depositionis enuntiat Liber pontificalis :* XIIII kal. iun. [8]. *Quod tamen ad sepulturae locum spectat, errorem gignit in Libro pontificali permistio Urbani papae cum episcopo U r b a n o in coemeterio Praetextati quiescente, cuius mentionem infert hieronymianum die 25 maii, n. 35 ; unde effectum est ut illo die Urbani papae festum ageretur. Neque omni vestigio erroris caret et hoc die martyrologium, quo O r b a n a e, R o m a n a e et P r a e t e x i a t a e (n. 75, 76, 81) voces obvias habemus, uti planum est, pro R o m a e in coemeterio P r a e t e x t a t i U r b a n i, ubi alter Urbanus sepultus est. Quibus neglectis, legendum est :*

**<item Romae, via Appia in cimiterio Callisti> Urbani.**

*U r b a n i c o n f e s s o r i s lectio est codicum Epternacensis, Tamlactensis hodie, cras vero et Richenoviensis. Ita etiam in quibusdam itinerariis de Urbano illo episcopo in coemeterio Praetextati sepulto. Non ideo tamen movemur a sententia, quae verior nobis esse videtur, in quam tamen fateor non omnes convenire* [9].

*45.* INDICI] *De lectionis sinceritate merito dubites. Infra, n. 72 : D i c e s s i, seu potius D i c e, ut suo loco ostendere conabimur.*

*46.* SELEUCI] *Martyr Palaestinensis est, qui colitur die 16 feb., n. 80, dummodo vera sit nostra coniectura S e l e u c u m a X I V k a l. m a r t. ad X I V k a l. i u n. (quod genus errandi frequens est in martyrologio) delatum esse.*

*47.* FELICIS] *Quis inter sexcentos Felices discernet?*

*48.* DONICI] *Alias G l o n i c i, C l o n i c i. Cf. n. 50 : C o l o n i c a e.*

*49.* CRESCENTI] *Solo nomine notus.*

*50.* COLONICAE] *Nomen inusitatum non est.* c]OLONICAE ALUMNNAE *epitaphium positum fuit in coemeterio Romano* [10]. *Supra, ad n. 48 : C l o n i c i, ni fallor, pro C o l o n i c i.*

*51.* IULICAE] *Al. I u l i a e. Maii 22, n. 30.*

*53.* URBANAE] *Supra, n. 44 : U r b a n i.*

*55.* IN ALEXANDRIA] *In breviario Syriaco hodie Serapionis cum martyribus aliis duodecim fit commemoratio. Illi tamen, nulla interposita dubitatione, censendi sunt iidem quos 18 maii, n. 1, recenset hieronymianum. Nihilominus, codicibus omnibus consentientibus, scribendum ducimus :*

**in Alexandria Areni diaconi.**

*Quis tamen ille martyr fuerit, ignoramus.*

*59.* IN CESAREA] *Maii 21, n. 21, iterum legemus :*

**in Caesarea Cappadociae Polyeucti.**

*63.* IN AFRICA] *Nomina pleraque nunc obvia die 21 maii recurrunt.*

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 210-19. — [2] De Rossi, t. c., p. 211 ; tav. XXXIII, 5 ; cf. p. 217. — [3] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 49. — [4] « Mense febr. die XI. » Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, p. 57.— [5] *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 53 ; supra, ad diem 11 feb., in Additam. — [6] De Rossi, t. c., p. 219. — [7] De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 48-52. — [8] Duchesne, t. I, pp. 62, 143-44. — [9] Cf. J. P. Kirsch, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 225. — [10] Marucchi, *I Monumenti del museo cristiano Pio-Lateranense*, tav. 56, n. 21.

| | |
|---|---|
| 64. *Quintuli* | *maii 21, n. 14: Quinti.* |
| 65. *Primuli* | *it., n. 15.* |
| 66. *Salusti* | *it., n. 16.* |
| 67. *Fortunati* | *it., n. 17.* |
| 68. *Donatoris* | *it., n. 25: Donati.* |
| 71. *Primi* | *it., n. 19.* |

72. DICESSI] *Mendum irrepsit; sanatio in promptu non est. Videtur tamen ultima syllaba amputanda. Cf. n. 73*

73. LUCUSSAE] *In hoc nomine abditum videtur quod n. 46 aperte profertur: Seleuci. Puta, si ultimam Dicessi (n. 72) syllabam admoveas, habebis Silucus [sae].*

74. ROGATAE] *Saepius recurrit in laterculis africanis.*

75. ORBANAE] *Supra, n. 53; n. 44: Urbani.*

76. ROMANAE] *Lege Romae in coemeterio Praetextati (n. 81). Supra, ad n. 44.*

78. IN GETULIA] *Gaetulia pars est Libyae; Getulius autem inter nomina martyrum tum alias tum 28 maii, n. 6, recensetur. Cum de martyribus in Gaetulia passis nihil traditum sit, de vera lectione ancipites haeremus.*

79. EMILI] *Maii 22, n. 8.*

80. BASILI] *Maii 20, n. 10: Basilae.*

81. PRETEXTATAE] *Id est coemeterium Praetextati. Supra, ad n. 44.*

82. BASIAE] *Supra, n. 80: Basili; maii 20, n. 10: Basilae.*

83. PARTINI] *Supra, n. 5: Parteni.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Patertiani = Parteni, n. 5.*

*Cod. Taml.: Proni = Parteni, n. 5.*

*Galli Curii = Caloceri, n. 3. Cf. maii 17, n. 27.*

*Iudicii = Indici, n. 45.*

*Cod. Rich.: Pudentianae, al. Potentianae. Capitulare evangeliorum Wirzeburgense:* [men. mai.] die XVIIII natale Pudentianae [1], *silentibus sacramentariis. Itinerarium Salisburgense:* Postea ascendens eadem via [Salaria] ad Sancti Silvestri ecclesiam ibi multitudo sanctorum pausat... et in spelunca Crescentius martyr et in altera S. Prisca martyr et Fimitis pausat in cubiculo quando exeas et in altera S. Potenciana martyr et Praxedis. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta eandem viam Salariam S. Silvester requiescit et alii quamplurimi, id est S. Caelestinus, S. Potentiana, S. Praxedis. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Deinde basilica S. Silvestri... et prope Paulus et Crescentianus, Prisca et Semetrius, Praxedis, Potentiana pausant [2]. *Acta SS. Pudentianae et Praxedis:* Concludens autem sedecim annos virgo Domini Potentiana migravit ad Dominum. Cuius corpus nos una cum germana eius involvimus cum omni diligentia aromatibus et habuimus occultum in titulo supradicto. Post dies autem viginti et octo, detulimus noctu corpus et posuimus iuxta patrem suum Pudentem in coemeterio Priscillae via Salaria XIIII kalend. iunii [3]. *Acta illa, minime sincera et satis inepta, scripta sunt postquam ecclesia Pudentiana seu titulus Pudentis nomen sortita est ecclesiae Sanctae Pudentianae, quae dicendi ratio paulatim inducta est. In lapide sepulcrali anni 384 inscriptus est* LEOPARDVS LECTOR DE PVDENTIANA [4]. *Salvis pontificibus Siricio (384-399) et Innocentio (401-417), Ilicius, Leopardus et Maximus presbyteri ecclesiae reficiendae et ornandae allaborarunt* [5]. *Eo tempore concha absidis decorata est opere tessellato cum hac inscriptione, quae etiamnum cernitur:*

DOMINVS CONSERVATOR ECCLESIAE PVDENTIANAE [6]

*Habemus epitaphia clericorum* TITVLI PVDENTIS *annis 489 et 528 inscripta* [7]. *Actis synodi anni 499 subscripserunt Asterius et Iustinus, uterque* presbyter tituli Pudentis [8]. *Synodo anni 595 interfuit Bassus* presbyter tituli sancti Pudentis [9]; *synodo anni 745 Sergius* humilis presbiter S. Romanae ecclesiae tituli sanctae Potentianae [10]. *Teste Libro pontificali, Hadrianus p. (772-795) restauravit* titulum Pudentis, id est ecclesia sanctae Pudentianae [11]; *ibidem, in Vita Leonis III (795-816), eadem ecclesia hisce vocabulis designatur:* in titulo sanctae Pudentianae [12]; in titulo beatae Pudentianae [13]; titulum Pudentis [14]. *Sunt qui putent sanctarum Pudentianae et Praxedis effigies in musivo absidis tituli Pudentis depictas esse. Ita Rossius, prius haesitans [15], I. Wilpert [16], I. P. Kirsch [17], quibus, salva reverentia viris doctissimis debita, assentiri non possumus, quandoquidem imagines istae delineatae sunt antequam Acta illa commenticia SS. Pudentianae et Praxedis conscriberentur [18]. De Praxede disquisitio fiet ad diem 21 iul. Qua ratione S. Pudentiana quaedam seu Potentiana coepta sit martyribus in coemeterio Priscillae quiescentibus connumerari, fateor me ignorare. Nihilominus cum codice scribendum:*

**Romae Pudentianae.**

[1] G. MORIN, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 306. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176-77. — [3] *BHL.* 6988, n. 4. — [4] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, n. 347. — [5] DE ROSSI, *Bullettino*, 1867, p. 49-60. — [6] DE ROSSI, *Musaici*. Musaico dell' abside di S. Pudenziana, tav. 42-46. — [7] DE ROSSI, *Bullettino*, 1867, p. 60; 1880, p. 107. — [8] *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, p. 411. — [9] *M. G.*, Epist., t. I, p. 367. — [10] *M. G.*, Concilia, t. II, p. 4. — [11] DUCHESNE, t. I, p. 508. — [12] DUCHESNE, t. II, p. 11. — [13] Ibid., p. 34. — [14] Ibid., p. 24. — [15] *Musaici*, l. c., fol. 9. — [16] *Römische Mosaiken und Malereien*, p. 1066-68. — [17] *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 65-66. — [18] Praeter ea quae collegit I. P. KIRSCH, op. c., de titulo Pudentis scripserunt DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 133; F. LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica* (Roma, 1925), p. 30-34.

# XIII KAL. IUN.

**In Africa Victoriae Marcelosae Salsae. Romae via Salaria vetere Basilae. in Ostea Aureae [a]. Nemauso Baudilis martyris. et alibi Gervasii et Protasi et depositio Vellesi et Fausti episcoporum [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) nustiae S ; nustuę W.— b) beturicas civitate depositio sancti austrigiseli episcopi B ; in civitate beturicas depositio sancti austregiseli abbatis W ; in civitate bituricas depositio sancti austregisseli (augstregisseli K ; austregysseli M) episcopi MKLV.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 2. aff̄ E ; *add.* nat̄ sc̄orum SW | 3. victor riae E ; victurii B¹ ; victorii B² ; victuriae S ; victurię W | 4. marcellosę BSW | 5. salsę W | 6. rom̄ EW | 7-9. *om.* E | 8. salar̄ B ; salutaria SW | 9. *om.* SW | 10. baseli B ; basselisę S¹ ; baselisę S² ; basilissę W | 11-12. *om.* SW | 13. aurei SW | 14. nemaui SW | 15. baudeli BWS¹ ; baudelii S² | 16. mar̄ EW ; martyris S | 18. *add.* nat̄ sc̄orum SW | 19. gerbasi E | 20. *om.* BSW | 23-25. *om.* E | 27. episcr̄m E ; ep̄i W.

*Excerpta ex variis.*— Cambr. : In Affrica nat. Marcellosae Victoriae Salsae et Romae Basillae et Uasteca Aureae. —Taml. : Marcellosae Victoriae Salsae Basillae (*in medio die exciderunt duo folia Libri Lageniensis ; Taml. desideratur usque ad kalendas augustas exclusive*). — Mon. : in Galleis civitate Nemauso natalis sancti Baudili martyris Romae Basilissae virginis Pastoris episcopi.— Rich. : Rome Urbani confessoris Basillae Victuriae in Galliis Baudeli martyris alibi Protasii Gervasi Fausti Bituricas Austregesili episcopi. *al. man. :* Eustasii mar.

## MAI. 20

*1.* in africa] *Nomina Afris usitata sunt* V i c t o r i a *et* S a l s a *(n. 3, 5). Prius enim cum alibi tum in Passione martyrum Abitinensium* [1] *obvium est, posterius martyris est Tipasitanae, cuius Acta habentur* [2] *et de qua ad diem 10 oct. disquisitio fiet. Utrum istae hodie an cognomines colantur, in medio relinquitur. De ipso vocabulo* M a r c e l o s a e, *plane inusitato, ambigi potest.*

*6.* romae] *Codicum lectio perspicua est, et reapse Basilla via Salaria veteri quiescebat. Verumtamen dubitamus num hodie commemoratio eius celebrata sit ; diem enim 22 sept., quo in Depositione martyrum Romana inscripta est, ei sacrum esse constat. Crediderim elogium diei 17 maii, n. 4, a librariis aliquantulum retractatum huc transiisse.*

**Romae via Salaria vetere Basillae.**

*12.* in ostea] *De basilica S.* A u r e a e *Ostiensi, Liber pontificalis, in Sergio I (687-701) :* Hic basilicam sanctae Aureae in Hostis, quae similiter fuerat distecta et disrupta, cooperuit suoque studio renovavit [3]. *In Leone III (795-816) :* Sarta tecta vero ecclesiae beatae Aureae sita in Ostias omnia noviter reparavit [4]. *De eadem ecclesia rursum ibidem in Leone IV (847-855)* [5]. *Edita est Passio S. Aureae* [6], *quae nullam habet in vera historia fundamentum, nec veriora sunt quae de ea in Passione S. Censurini narrantur* [7]. *Martyrium subiisse fertur die 23 vel 24 aug., die 29 eiusdem mensis sepulturae mandata fuisse* [8]. *Acta graeca martyrum ad Ostia Tiberina, Cyriaci, Hippolyti et sociorum, quorum erat Chryse seu Aurea* [9], *compendio traduntur in synaxariis ad die 30 ian.* [10]. *In hieronymianis memoratur iterum Aurea die 22 augusti, n. 19,* in Portu Romano. *Hodie vero :*

**in Ostia Aureae.**

*14.* nemauso] *Gregorius Turonensis :* Est apud Nemausensis urbis oppido Baudillii beati martyris gloriosum sepulchrum de quo saepius virtutes multae manifestantur [11] *S.* B a u d e l i i *Acta vulgata sunt sublestae fidei* [12]. *In titulo sepulcrali Petri cuiusdam, Venasci prope Carpentoratum reperto, haec leguntur :* XII KAL. IVNIAS TENARIAS INTRAVIT PETRVS FAVCES AVERNI SED MARTYR BAVDOLIVS PER PASSIONIS DIE DOMINO DVLCEM SVVM COMMENDAT ALVMNVM [13], *ubi ad 21 maii removetur S. Baudelii commemoratio. In kalendariis mozarabum inscripta est die 20* [14]. *S. Baudelii reliquiae in variis Hispaniae titulis recensentur* [15].

**Nemauso Baudilis martyris.**

*19.* gervasii] *Martyrum Mediolanensium* G e r v a s i i *et* P r o t a s i i *memoria celebratur die 19 iun., a quo huc allati sunt ob oscitantiam legentis* XIII kal. iun. *loco* XIII kal. iul.

*24.* vellesi] *Sedes episcopalis utriusque episcopi ignota est.* V e l l e s i u s *quidam episcopus Vapincensis interfuit concilio Aurelianensi anni 549, et Parisiensi anni 554* [16], *forsitan hic noster. Si ita est, et Vapincensis videtur dicendus*

[1] *BHL.* 7492. — [2] *BHL.* 7467. — [3] Duchesne, t. I, p. 376 : cf. p. 380. — [4] Ibid., t. II, p. 14. — [5] Ibid., t. II, p. 118.— [6] *BHL.* 808-813.— [7] *BHL.* 1722-23. — [8] *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 756. — [9] *BHG*². 466.— [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 431. — [11] *In gloria martyrum*, 77.— [12] *BHL.* 1043,1044. — [13] Le Blant, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, n. 708. — [14] Férotin, *Le Liber ordinum*, p.464-65.— [15] Huebner, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, n. 57, 255 ; F. Fita, in *Boletín de la R. Acad. de la Historia*, t. XXV, p. 143. — [16] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 287.

*F a u s t u s*

*F a u s t u s*[1], *quamquam vix credibile est duorum eiusdem sedis episcoporum depositionem in eandem incidisse diem. F a u s t u m esse Faustum Regiensem illum, coniectura est Stiltingi, non satis probabilis*[2]. *Cum res admodum obscura sit, intactam proferimus codicum lectionem :*

**Depositio Vellesi et Fausti episcoporum.**

ADDITAMENTA] *A u s t r i g i s e l i episcopi Bituricensis Vita conscripta est*[3]. *Obiit anno 624.*

**in civitate Beturicas depositio sancti Austregiseli episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : V a s t e c a = Ostea, Ostia, n. 12.*

[1] « Un évêque *Vellesius* occupait le siège de Gap au milieu du VI[e] siècle. C'est peut-être celui-ci. En ce cas, il serait naturel d'attribuer aussi à Gap l'évêque Faustus. » L. D. — [2] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 652. — [3] *BHL.* 839, 840 ; Supplem., p. 39.

---

# XII KAL. IUN.

I | II

**In Mauritania Timothei Polieutici diaconi. in [a] provincia Cessaria Polieucti. in Africa Victi Maurellae Quinti Primuli Salusti Furtunati Maurellae Primi. in Cesarea Cappadociae Policuti Victori Donati Quinti Lucusae**

| **Primi Eucti.**

**in Brittania Timothei diaconi. et alibi natale Mathei apostoli. in civitate Autisiodorensium depositio beati Valentis presbiteri et confessoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) raveñ martyriae E. — b) et nemauso passio sancti baudilli et in ravenna martyriae S ; et natale sancti valentis martyris W².

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. mauritā E ; mauritañ B | 3. thimothei SW | 4. policutici E ; polieutici BW | 5. diač EW | 7. *om.* E ; vincia B¹ ; provincia B² ; provintia W | 8. cesar̄ B ; cesarea S ; cęsaria W | 9. polieuicti E ; poli eueti B ; poli euiti SW | 11. aff̄ E ; sanctorum *add.* B ; nat̄ sc̄orum *add.* SW | 13. maurelle S ; maurellę W | 15. primoli BSW | 17. fortunatę item B | 18. marcellae E ; mirelli S ; mirellae W | 21. cessā E ; cęsaria W | 22. capadōč E ; capadocię B ; cappa dociae S ; cappađ W | 24. victuri S ; victurię W | 27. locustae E ; locusę B ; lucuse S ; lucusę W | 29. euti SW | 31. brittañ E ; natł *add.* S ; nat̄ *add.* W | 32. thimothei SW | 33. diač EW | 34-38. *om.* W | 36. nat̄ ES | 37. matthei B | 38. apc̄s E | 39. *om.* E | 40. ciuī E | 41. autisiodō E ; autesī drinsio B ; autisioderensium S ; autisi oderinsium W | 42. depōs E ; dep̄ W | 43. *om.* E | 44. valis BSW | 45. pr̄b E ; prb̄i W | 46-47. *om.* E | 47. conf̄ W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Mauritania nat. Timethei et in Ravenna Marthiriae.— MON. : In civitate Autisiodoro depositio beati Vitalis presbyteri et confessoris Mauritania Timothei martyris.— RICH. : In Mauritania Timothei et Ravenna Martirii Poli Eutici in Affrica Victi Maurellae in Britania Timothei diaconi alibi sancti Valentis martyris et episcopi.

## MAI. 21

*1.* IN MAURITANIA] *Breviarium Syriacum ad diem 20 maii : Τιμόθεος καὶ Πολύευκτος οἱ μάρτυρες. In synaxariis Graecorum die 19 dec. leguntur elogia utriusque martyris : Τιμοθέου. Οὗτος ὁ ἅγιος Τιμόθεος ὁ διάκονος ὑπῆρχεν ἐν Μαυριτανίᾳ παρὰ τοῦ ἐκεῖσε ἐπισκόπου χειροτονηθεὶς διάκονος τῆς ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ ἐκκλησίας... — Πολυεύκτου. Οὗτος ὁ ἅγιος μάρτυς Πολύευκτος ὑπῆρχεν ἐν Καισαρείᾳ τὸν Χριστὸν ὁμολογῶν*[1]. *In quibusdam libris ad diem 21 dec. reiecta est eorum commemoratio, et Polyeucti quidem ut Πολυεύκτου ἰατροῦ Καισαρέως*[2]. *Iterum ambo nuntiantur infra, n. 23, 32. In principio laterculi vocabulorum ordo turbatus est, ita ut d i a c o n u s nuncupetur Polyeuctus non Timotheus, et p r o v i n c i a (n. 7) dicatur Caesarea non Mauritania. Scribatur oportet :*

**in Mauritania provincia Timothei diaconi ; in Caesarea Cappadociae Polieucti.**

*Cum Adone, qui Florum Lugdunensem sequitur*[3], *ita scribit martyrologium Romanum :* in Mauritania Caesariensi natalis sanctorum martyrum Timothei, Polii et Eutychii diaconorum, qui in eadem regione verbum Dei disseminantes, pariter coronari meruerunt. *Non tres sed duo mar-*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 328-29. Cf. *P.G.*, t. CXVII, p. 213-15. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 333, l. 31, 32, 40. — [3] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 333, 482.

*tyres nuntiantur. Etenim* P o l i E u t y c h i i = P o l i e u c t i. *Hic autem non in Mauritania* C a e s a r i e n s i *sed* C a e s a r e a e *passus est, neque diaconus fuit.*

*11.* IN AFRICA] *Nonnulla nomina martyrum Afrorum qui hodie recensentur iam 19 maii occurrere observatum est ad hunc diem, n. 63.*

*12.* VICTI] *Infra, n. 29:* E u c t i, *id est* P o l i e u c t i. *Nisi legendum sit* V i c t o r i, *n. 24.*

*13.* MAURELLAE] *Iterum n.18. Nomen corruptum videtur. Quidni ex* M a u r e [t a n i a] ?

*14.* QUINTI] *Maii 19, n. 64:* Q u i n t u l i.

*15.* PRIMULI] *Maii 19, n. 65. Sitne adducenda memoria breviarii Syriaci:* ἐν ᾽Αντιοχείᾳ Πρότερος = P r i m u l u s, *anceps haereo. Perendie enim memoria agitur SS. Montani et Lucii, in quorum Passione inducitur* P r i m o l u s *quidam* [1]. *Sed in martyrologio neque die 23 inter socios S. Montani recensetur, nec hodie martyrum illorum ulla mentio est.*

*16.* SALUSTI] *Maii 19, n. 66.*

*17.* FURTUNATI] *Maii 19, n. 67.*

*18.* MAURELLAE] *Supra, n. 13.*

*19.* PRIMI] *Maii 19, n. 71.*

*21.* CESAREA] *Supra, n. 8.*

*23.* POLICUTI] *Supra, n. 4, 9, 12; infra, n. 29.*

*24.* VICTORI] *Maii 17, n. 4; an et maii 20, n. 3:* V i c t o r i a e ? *Hic rursus Florum et Adonem sequitur martyrologium Romanum:* Caesareae in Cappadocia natalis sanctorum martyrum Polyeucti, Victorii et Donati. *Solus Polyeuctus, qui iam nuntiatus fuerat* in Mauritania, *Caesariensis est.*

*25.* DONATI] *Maii 19, n. 68:* D o n a t o r i s.

*26.* QUINTI] *Supra, n. 14; maii 19, n. 64:* Q u i n t u l i.

*27.* LUCUSAE] *Maii 19, n. 73.*

*28.* PRIMI] *Supra, n. 19.*

*29.* EUCTI] = *Polyeucti, n. 4.*

*31.* BRITTANIA] = M a u r i t a n i a, *n. 2.*

*32.* TIMOTHEI] *Supra, n. 3.*

*37.* MATHEI] *De* M a t t h a e o *evangelista tum alibi, tum die 6 maii verba fecimus. A 21 sept. ad 21 maii solita librariorum socordia transscriptum esse vix crediderim, cum nota numeralis non sit eadem:* XI kal. oct., XII kal. iun. *Neque quis cogitet de emendatione* M a n t i, *quia hac ipsa die colitur martyr Eboracensis* M a n t i u s [2]. *Solis enim Hispanis notus ille est. Lectionem* M a t h e i *originem ducere puto ab imperito scriptore, qui* [T i] m o t h e i *caput amputaverit. Huic alter successit qui* M o t h e i *loco* M a t h e i *scriptum fuisse existimavit, et quidem Matthei* a p o s t o l i .

*44.* VALENTIS] *Hoc solo fere laterculo notus est* V a l e n s *confessor. Error esse videtur codicis Rich. scribentis* S. Valentis martyris.

**in civitate Autisiodorensium depositio beati Valentis presbiteri et confessoris.**

*Martyrologium Romanum:* sancti Valentis episcopi, qui cum tribus pueris necatus est. *Subiungit Baronius: « Agit de eodem hac die Beda, Ado et alii, consentiuntque manuscripta. » De Valente prorsus silent tum Beda, tum Ado. Quae passim feruntur turbidis e fontibus hausta videntur* [3].

ADDITAMENTA] R a v e n n a e M a r t y r i a e. *Ita quoque 18 et 20 iun. Ab hac die,* XII kal. iul., *ad* XII kal. iun. *errore relata esse patet. Quaenam sit ratio huius commemorationis ad diem 20 iun., n. 15, inquirendum* [4].

B a u d i l l i, *maii 20, n. 15.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* V i t a l i s. *Lege Valentis, n. 44.*

*Cod. Rich.:* P o l i E u t i c i = *Polyeucti, n. 4.*

[1] *BHL.* 6009, n. 1. — [2] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 464-65. — [3] *Act. SS.*, Maii t. V, p. 7. — [4] Interim lege quae de his scripta sunt in *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 17-18.

# XI KAL. IUN.

I | II

**In Africa** | [a] **Romae**

**Faustini Timothei Venusti Casti Emili Cotti Rogati**

**Albini Rogatiani** |

**Maxenti et Felicis**

| **Ianuari Concessi Albini Rogatiani**

**item Casti item Emeli Plassi. in Corsica insula passio sanctae Iuliae. in civitate Autisiodoro depositio et translatio corporis sanctae Helenae virginis. in Cesarea Cappadociae Poliucti** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) senoñ natale ṡancti romani S² *in marg.* — b) in civitate treiecto dedicatio basilicę sancti michahelis archangeli W.

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. afř E | 3. nať sc̄orum *add.* S ; rom̄ nať sc̄orum W | 5. thimothei SW | 8. emeli W | 14. *om.* BSW | 19. rogantiani S | 20. iť E | 22. iť E | 23. emili S | 24. blassi W | 26. correca E ; corseca W | 27. insola E | 28. nť E ; pas̄ BW | 29. *om.* E ; sc̄ę BW | 30. iulię W | 31. *om.* E | 32. civī E ; civiť BW | 33. autisiōd E ; auts̄drinsiū B ; autisiodero S ; autisiodeřins W | 34. depōs E ; dep̄ W | 36. trans̄ E | 37-38. *om.* ES | 37. corpoř B ; corpōris W ; *om.* S | 39. elenę B ; heline S | 40. virḡ EW | 42-43. capp̄ cess̄ E | 42. cęssaria W | 43. capadocię B ; cappađ W ; nať sc̄i *add.* SW | 44. poliuiucti E ; puliucti B¹ ; poliucti B² ; poli octi S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Fausti Emeli Venusti Maxensi et Felicis et Astoni. — Rich. : Affrica Fausti Venusti Emuli Maxentii Rome Timothei Casti in Corsica Iuliae Autisiodoro sanctae Helenae virginis alibi Poliucti.

## MAI. 22

*1.* IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense :* XI kal. iunias sanctorum Casti et Emili. *De his S. Cyprianus :* Sic hic Casto et Aemilio aliquando Dominus ignovit, sic in prima congressione devictos victores in secundo proelio reddidit, ut fortiores ignibus fierent qui ignibus ante cessissent et unde superati essent inde superarent [1]. *In eorumdem natali sermonem habuit S. Augustinus* [2]. *Hodie bis nuntiantur (n. 7, 8 ; 21, 23), et iterum die 6 oct.* in Apulia. *Certa est lectio :*

**in Africa Casti et Emilii.**

*Reliqua nomina (n. 4-24) ad Africam pertinere non negaverim. Pleraque tamen iam aliis diebus signata sunt, 6 maii vel 21 maii.*

*3.* ROMAE] *Ita altera editio, loco* i n  A f r i c a, *forsitan propter Timotheum, cuius cognominem Romanum in mente habuit qui haec scripsit. Haec in martyrologium Romanum illata sunt :* Romae sanctorum martyrum Faustini, Timothei et Venusti, *ubi Baronius Bedam appellat et Adonem et Usuardum, qui hos martyres silentio premunt. Certe Romani non sunt.*

*4.* FAUSTINI] *Maii 6, n. 60.*

*5.* TIMOTHEI] *Maii 21, n. 3.*

*6.* VENUSTI] *Maii 6, n. 62 ; cf. maii 29, n. 47.*

*9.* COTTI] = *C a s t i, n. 7.*

*10.* ROGATI] *Maii 6, n. 93.*

*11.* ALBINI] *Cum R o g a t i a n i (infra, 18, 19) nuda nomina.*

*13.* MAXENTI] *Maii 6, n. 94.*

*15.* FELICIS] *Maii 6, n. 37.*

*16.* IANUARI] *Cum C o n c e s s i, nuda nomina.*

*21.* CASTI] *Supra, n. 7.*

*24.* PLASSI] *Maii 6 : T a s s i (n. 69), C a s s i (n. 115). Iterumne legendum C a s t i ? An potius, cum metathesi ortum ex l a p s i ? Clarissimi enim martyres Castus et Aemilius primum lapsi erant.*

*26.* IN CORSICA] *Passio S. I u l i a e multo post res gestas tempore exarata est* [3], *neque adeo certum est sanctam in Corsica martyrium subiisse. Sunt qui contendant ex Africa eius reliquias in insulam asportatas fuisse* [4], *quod minime negandum videtur. Nihilominus lectio codicum servanda est :*

**in Corsica insula passio sanctae Iuliae.**

*33.* AUTISIODORO] *S. H e l e n a e elogium requirendum est in Vita S. Amatoris episcopi Autissiodorensis* [5].

[1] *De lapsis*, 13, Hartel, p. 246. — [2] Sermo CCLXXXV, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1293-97. — [3] *BHL.* 4516-4517. — [4] Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 685-86. — [5] *BHL.* 356. Cf. *Act. SS.*, Maii t. V, p. 152.

in

**in civitate Autisiodoro depositio et translatio corporis sanctae Helenae virginis.**

*42.* IN CESAREA] *Iteratur ex die 21 maii, n. 9 :*

**in Caesarea Cappadociae Polieucti.**

ADDITAMENTA] *R o m a n i. Eius Vita edita est*[1].

**Senonas natale sancti Romani.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : A s t o n i = Aptoni, id est Astionis, maii 23, n. 5.*

[1] *BHL.* 7305.

---

# X KAL. IUN.

I | II

**In Spaniis Epictiti et Aptoni.**

(I) **Vienna civitate Desideri episcopi**

**Basili episcopi item Aptoni. in Africa Quinti Luci**

(II) **et passio sancti Desiderii episcopi et martyris**

**Iuliani Felicis Montanae Ianuariae Emeliae Nonnae Almeridae Asti Basilei episcopi Victori Firmi Montani Iuliani Victurici Fedeli Donati Niciae Fausti Timothei.**

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. spanis E ; hispaniis WS ; nat̃ scorum *add.* SW | 3. epicti E | 4. *om.* BSW | 5. abtomii B[1], abtomi B[2] ; optoni W | 7. civĩ E | 8. desiderĩ E | 9. epĩ E | 10. baselĩ BW | 11. epĩ EW | 12. ĩt E | 13. aptani E ; aptonii B ; optoni W | 15. afr̃ E | 16. quintili S | 19. pas̃ BW | 22. epĩ W | 24. lingonicę urb̃ *add.* S[2] ; martyr̃ B ; mar̃ W | 26. *om.* E | 27. montane SW | 29. emelię W | 30. nonne S ; nonnę W | 31. almerite S ; almeridię W | 34. epĩ EW | 35. victuri S | 37. *om.* S | 39. victorici B ; victurĩ S | 40. tedelĩ E ; fidelę B ; fideli SW | 42. nicae E ; nicię BSW | 44. thimothei SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Amerito nat. Epictari. — MON. : In Spaniis natalis sanctorum Epicteti Aptoni Basilii et aliorum XIIII. — RICH. : In Emerita Epicterii et Basi episcopi Affrica Quinti Lucii et Vienna Desiderii episcopi et mart. Iuliani Felicis Montani Ianuariae.

## MAI. 23

*1.* IN SPANIIS] *Ab interpolatore additum est — male omnino, sanctos enim Hispanos hodie frustra requiras, — propter A l m e r i d a e (n. 31), quod in codicibus quandoque cum E m e r i t a Hispaniarum urbe commutatur, ut videre est in cod. Rich. et, die 12 dec., in codice W. A l m e r i d a autem hodie intellegitur H a l m y r i d e in Moesia.*

*3.* EPICTITI] *Hodie memoria agitur SS. E p i c t e t i et A s t i o n i s*[1]. *Hic autem latet sub A p t o n i (n. 5, 13), A s t i (n. 32). Horum Acta deterioris notae edita sunt*[2]. *Halmyride in Moesia inferiore passi leguntur. Loci autem indicium servatum est in A l m e r i d a e, n. 31. Certa est lectio :*

**Almiride Epicteti et Astionis.**

*Ab hieronymianis decepti scripserunt compilatores martyrologii Romani :* in Hispania sanctorum martyrum Epitacii episcopi et Basilei[3], *quae omnia et singula delenda sunt. Nullus enim martyr hispanus hodie recensetur (cf. n. 1) ; E p i t a c i i, e corrupta lectione E p i c t a r i (cod. Cambr.) ortum, E p i c t e t i scribendum est. Episcopus autem fuit non Epictetus sed B a s i l i u s.*

*6.* VIENNA] *In codice B D e s i d e r i u s die 25 maii recensetur. Eius Acta habentur*[4], *et epistulae a S. Gregorio ad eum directae*[5].

**Vienna civitate passio sancti Desiderii episcopi et martyris.**

*10.* BASILI] *Infra, n. 33 : B a s i l e i. Lege quae notanda erunt ad n. 29.*

*13.* APTONI] *Supra, n. 5, lege A s t i o n i s.*

*15.* IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense :* X kal. iun. sanctorum Luci et Montani. *Ex eorum Passione*[6] *manifestum est ex eadem societate esse :*

[1] De his fusius tractavimus : *Les martyrs Épictète et Astion.* in *Bulletin de la section historique de l'Académie Roumaine*, t. XIV (1928), p. 1-5. — [2] *BHL.* 2568. — [3] De hac memoriola *Act. SS.*, Maii t. V, p. 148, n. 3, 4. — [4] *BHL.* 2148-2152. — [5] Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I[2], p. 207-208. — [6] *BHL.* 6009.

*17. Luci*
*25. Iuliani, iterum n. 38.*
*27. Montanae, lege Montani*
*35. Victori*
*39. Victurici*
*41. Donati Niciae, lege Donatiani.*

*Scribendum proinde :*

**in Africa Luci, Montani, Victori, Iuliani Victorici, Donatiani.**

*16.* QUINTI] *Maii 21, n. 14.*
*26.* FELICIS] *Maii 22, n. 15.*
*28.* IANUARIAE] *Nudum nomen.*
*29.* EMELIAE] *Emmelia nomen est matris S. Basilii Caesariensis episcopi* [1]. *Hic autem bis memoratur, n. 10, 33, unde legendum videtur :*

**Emeliae nonnae Basilii episcopi.**

*Haec tamen ab initio eo modo in martyrologio inscripta fuisse nemo credat. Iam die 19 maii, n. 79, 80 coniuncta erant nomina Emeli, Basili, scilicet Aemilii, qui colitur 22 maii, n. 8, et Basillae, de qua 20 maii, n. 10. Haec die 23 iterata sunt, et, ut mos est nostrorum librariorum, masculina cum feminina commutata terminatio. Tandem a quodam ceteris doctiore annotatum est Emeliam magni Basilii genetricem esse. Coniectura utique probabilis, non tamen certa, ut ex his quae ad n. 30 dicenda sunt palam fiet.*

*30.* NONNAE] *Id est matris. Die 28 maii, n. 5, 6 :* Getuli Nunni *; die 19, n. 78-80 :* Getulia Emili, Basili. *His collatis, dubium moveri potest fueritne quondam Nunnus cum Emili, Basili laterculo diei 19 inscriptus, unde in annuntiatione. Emeliae nonnae Basilii vocabulum nonnae non gratuito insertum esset, sed ex Nunni transformatum.*

*31.* ALMERIDAE] *Nomen civitatis in Moesia. Philostorgius :* τὸν δὲ Εὐνόμιον ἐκ τῆς Χαλκηδόνος τὴν ταχίστην τοὺς ἁρπασομένους ἐκπέμπει καὶ πρὸς τὴν Ἁλμυρίδα φυγάδα ποιεῖν ἐγκελεύεται. Τὸ δὲ χωρίον τῆς ἐν Εὐρώπῃ Μυσίας ἐστὶν ἐν χώρᾳ τοῦ Ἴστρου διακείμενον. Ἀλλ' ἡ μὲν Ἁλμυρίς, κρυσταλλωθέντος τοῦ Ἴστρου, ὑπὸ τῶν διαβάντων αὐτὸν βαρβάρων ἁλίσκεται [2]. *Supra, ad n. 1.*
*32.* ASTI] = *Astionis, supra, ad n. 3.*
*33.* BASILEI] *Supra, n. 10 ; cf. n. 29.*
*35.* VICTORI] *Supra, ad n. 15.*
*36.* FIRMI] *Legendum procul dubio :*

**Sirmi Montani.**

*Montanum martyrem Sirmiensem, mart. 26, n. 15, induxit interpolator propter homonymum Afrum, qui hodie (n. 27) colitur.*
*38.* IULIANI] *Supra, ad n. 15.*
*39.* VICTURICI] *Supra, ad n. 15.*
*40.* FEDELI ] *Nudum nomen.*
*41.* DONATI] *Cum Niciae coagulatum = Donatiani, supra, ad n. 15.*
*43.* FAUSTI] *Maii 22, n. 4 : Faustini.*
*44.* TIMOTHEI] *Maii 22, n. 5.*
EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Epictari = Epicteti, n. 3, unde* Epitacii, *in martyrologio Romano.*
*Cod. Rich. : Basi =* Basilii, *n. 10.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 365. — [2] *Hist. eccl.*, X, 6, BIDEZ, p. 128.

# IX KAL. IUN.

**In Istria natale Zoili Servuli. in Africa sancti Saturnini et aliorum VI. in Portu Romano natale sancti Vincenti. in Siria Zoeli Saturi Timini Saturninae Servili Felicis Silvani Furtuni item Zoeli Siriae et Diocliae. in Galliis civitate Namnetis Rogatiani Donatiani germanorum et martyrum** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) basilla civitate sancti albani martyris B.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 2. stria BW | 3. nt̄ E ; nat̄ W ; *om.* B ; sc̄orum *add.* SW | 4. zoelli B ; zebelli SW | 5. servoli BSW | 7. aff̄ E ; natł *add.* B ; nat̄ *add.* SW | 8. sc̄i EW | 11. alior̄ E | 12. III BW ; IIII S | 14. por̄ E ; porto BSW | 15. rom̄ EB | 16-17. *om.* E ; nat̄ sc̄i SW | 18. venanti B | 20. syria S | 22. satori W | 24. saturnini BSW | 29. it̄ E | 30. zoili E | 31. trię B[1] ; strię B[2]S ; stitę W | 33. diocli BW ; dicli S[2] ; diclii S[1] | 35. gāl E ; galleis BW ; gallea S | 36. civi E ; civit̄ BW | 37. nametis BW ; nat̄ sc̄orum *add.* W | 42. martyr̄ W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Hestria nat. Zoili Servoli et Affrica Saturnini et in Portu Romano Vincentii.— MON. : In Africa natalis sancti Saturnini et aliorum IIII Rogatiani. — RICH. : In Istria Servuli et in Affrica Saturnini in Syria Saturae Timini item Saturnini Felicis in Nametis civitate Rogatiani.

## MAI. 24

*1.* IN ISTRIA] *Breviarium Syriacum ad diem 23 maii : ἐν Λύστρᾳ Ζώαλος ὁ μάρτυς. Non in Istria tantum sed et in Siria, infra, n. 20, 30, collocatur S. Zoilus, ex depravata lectione. Nemo mirabitur Istrianos suum fecisse Zoilum* [1], *nullo tamen iure, ut manifestum est ex hac certissima emendatione :*

**in Lystra Zoili.**

*5.* SERVULI] *Ex enunciatione videtur Zoilo sociandus, et proinde ab Istrianis legentibus in Istria inter martyres suos libentissime cooptatus est* [2]. *Hinc factum est ut S. Servuli, martyris Tergestini, Acta conficta sint* [3]. *Reapse quis ille sit nemo dixerit. Equidem suspicor Servolum spurium esse partum ex Zoelo, ut passim scribunt. Iterum infra, n. 25 : Servili.*

*7.* IN AFRICA] *Hoc loco Saturninus cum aliis sex Africae deputatur. Infra, n. 22-28, cum Zoilo et Servulo mendose sub Siria recensentur nomina sex quae inter Afros vulgata sunt. Horum nonnulla proximis diebus recurrunt, et omnia, nullo omisso, die 5 iun., n. 47-54.*

*14.* IN PORTU] *Ex Epitome de Locis sanctorum et Notitia Willelmi Malmesburiensis colligitur Vincentium non quidem in Portu Romano, sed in via Portuensi locum venerationis habuisse* [4]. *Vincentius ille, qui in coemeterio Pontiani habitu clericali depictus est* [5], *diaconus Caesaraugustanus fuisse videtur. Nec obstat eum inter Romanos martyres connumerari in Passione S. Eusebii et sociorum,* quorum corpora Eusebii videlicet Vincentii, Peregrini et Pontiani collegit beatus Rufinus et sepelivit non longe ab urbe Roma miliario sexto in arenario inter viam Aureliam et Triumphalem octavo kalendas septembris [6]. *In hac enim Passione multa congesta sunt temere collecta. In Portu Romano S. Vincentio dedicatam fuisse basilicam probabile censeo* [7], *et consecrationis anniversariam diem hodie celebrari.*

**in Portu Romano natale sancti Vincentii.**

*20.* IN SIRIA] *Supra, n. 1. Lege : in Lystra.*

*21.* ZOELI] *Supra, n. 4 ; infra, n. 30.*

*22.* SATURI] *Hunc cum ceteris quinque superius designari his verbis et aliorum VI, eosque et alias recenseri suo loco, n. 6, dictum est.*

| | |
|---|---|
| *22. Saturi* | *maii 25, 26, iun. 5.* |
| *23. Timini* | *maii 25 (Timini, Tomuni), iun. 5.* |
| *24. Saturninae* | *maii 25, 26, iun. 5.* |
| *26. Felicis* | *iun. 5.* |
| *27. Silvani* | *iun. 5.* |
| *28. Furtuni* | *maii 26, iun. 5 (Furtunati).* |

*25.* SERVILI] *Supra, n. 5.*

*30.* ZOELI] *Supra, n. 4, 21.*

*31.* SIRIAE] *Supra, n. 20.*

*33.* DIOCLIAE] *Alias Diocli; prius ni fallor* DIOELI = ZOELI, *n. 30. Ex dictis satis manifestum est qua ratione emendandus sit Florus Lugdunensis, cuius enuntiatum in martyrologium Romanum receptum est :* In Istria sanctorum martyrum Zoelli, Servilii, Felicis, Silvani et Dioclis.

*37.* NAMNETIS] *SS. Rogatiani et Donatiani Passio* [8] *hanc annuntiationem subministravit :*

**in Galliis civitate Namnetis Rogatiani, Donatiani germanorum et martyrum.**

ADDITAMENTA] *Basilla civitate Albani. In solo codice B tum civitatis tum martyris mentio est ; quam ex Basili (maii 23, n. 10) et Albini (maii 22, n. 11) conflatam asserere divinationis speciem haberet. In re tam incerta coniecturis temperare malumus.*

[1] *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 384-85. — [2] Ibid., p. 385. — [3] *BHL.* 7642. — [4] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 182-83. — [5] De Rossi, *Bullettino*, 1881, p. 149-54. — [6] *BHL.* 2742, n. 11. — [7] *Les origines du culte des martyrs*, p. 336. — [8] *BHL.* 2275.

# VIII KAL. IUN.

| I | II |
|---|---|
| **Mediolano Dionisi episcopi et confessoris.** | **insula Tusciae** |

**civitate Blera natale Senciatae Vincenti et Scantae.**

| | |
|---|---|
| | **Mediolano depositio Dionisi episcopi** |

**Policrati et aliorum IIII. Gortuna civitate Vincenti Iohannis. in Oriente Eusebi. via Nomentana miliario VIII natale Urbani episcopi. in cimiterio Pretextati. Dorostori. in Africa Fabiani Septimi [a]. Efeso Iohannis apostoli Saturnini Saturi Timini Tomuni Victuri Stiali Victuriae Flavini [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) trecas leoni monachi B.— b) et vigenna passio sancti desiderii episcopi et martyris B ; et depositio sancti marcelli confessoris et vienna passio sancti desiderii episcopi S ; et depositio sancti marcelli confessoris W.

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. mediōl E | 1-5. *om.* W | 3. ep̄i E | 5. confēs E | 6. insola EB | 7. tuscię W | 8. civī E ; civit̄ W | 9. plera B ; lere S ; lera W | 10. *om.* E ; nat̄ W ; sc̄orum *add.* SW | 11. sencianae E ; sentiatę BW ; sentate S | 12. vincentii B | 14. sanctae S ; santę B ; sc̄ae W | 16. dep̄ W | 16-19. *om.* E | 17. dioni SW | 18. ep̄i W | 19. polegrati BS ; polecrati W | 23. coronati BSW | 24. civī E ; *om.* BSW | 31. nominata E ; nometana S | 32. mił E | 34. nt̄ E ; nat̄ W ; natł B | 35. turbani E ; orbani W | 36. ep̄i E ; epi W | 38. civī E ; cimiter̄ B ; cimiterio (r *in ras*) S ; cimit̄ W | 39. p̄textata E ; pretatati S¹ ; pretaxato S² ; praetextati W | 42. aff̄ E | 43. sabiani B | 44. septini E ; septinę B ; in *add.* SW | 45. effeso E ; epheso B ; imefeso S | 46. ioh E ; ioh̄an̄ B ; ioh̄is S | 46-47. *om.* W | 47. apoſ E ; apoł B ; apłi S ; et augłta *add.* S | 48. saturni B | 49. *om.* E | 50. tomum B | 51. tomū S ; tomum W | 53. istiali E ; stialis S | 54. victurię W ; et *add.* BS | 55. fluini E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Mediolano depositio Diuri episcopi et in civitate Blera Vincensi et Sanctiae et in Campania Catellae Canionis et in Trible Secundini et in Ephiso Iohannis apostoli. — Mon. : Alibi Dionisii Vincentii Sanctiae Atelliae Secundini. — Rich. : In Mediolanio depositio Dionisii episcopi et in Campania Atelae Amonis Rome sancti Urbani episcopi Dorostori Epheso Iohannis apostoli.

## MAI. 25

*1.* MEDIOLANO] *S.* *Dionysius Mediolanensis, anno 355 in exsilium missus, in Cappadocia diem supremum obiit. Huc a S. Ambrosio an. 375/6 deputati sunt presbyteri et clerici qui a S. Basilio martyris reliquias impetrarent, ut Mediolani perpetuae traderentur sepulturae* [1]. *Dubium relinquitur num dies obitus an depositio Mediolani commemoretur. Si vera sunt quae de die natali S. Dionysii* in Armenia Minore *ad diem 8 feb. astruere conati sumus, depositionis festum hodie agitur, quod et usu ecclesiae Mediolanensis comprobari videtur* [2]. *Scio equidem S. Aurelii et Dionysii depositionem in eandem incidisse diem :*

AVRELIVS CIVITATIS RIDITIONIS EPISCOPVS HAC DIE DEPOSITVS QVA ETIAM PONTIFEX SANCTVS CONFESSORQVE DIONYSIVS POST CONSOLAT. DOMNI N. DIVI LEONIS IVNIORIS [AN. 475].

*His clauditur titulus in Aurelii tumulo ab Eusebia quadam positus* [3]. *Iamvero die 9 novembris S. Aurelius colitur* [4]. *Unde nonnullis visum est 25 maii non esse depositionis sed consecrationis S. Dionysii anniversariam diem* [5]. *Id tamen non facile concedam, cum die 9 nov. nulla unquam S. Dionysii commemoratio facta fuerit, neque ullo modo sciamus quandonam de S. Aurelio agi coeptum sit. Omissis aliis causis, S. Aurelii memoria ad aliam liberam diem vel idcirco transferri potuit ne celebritati S. Dionysii officeret* [6]. *Scribendum est :*

**Mediolano depositio Dionysii episcopi et confessoris.**

*6.* INSULA] *Haec verba* insula Tusciae, *in solis codicibus alterius recensionis obvia, interpolata esse mox ostendetur.*

*9.* BLERA] *In Actis S. Sentii presbyteri narratur ille corpus S. Mamiliani in insulam Egilium*

[1] S. Basilii *Epist.* CXCVII, *P.G.*, t. XXXII, p. 710.— [2] Magistretti, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 187. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 129. — [4] *Act. SS.*, t. c., p. 131. — [5] Savio, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 120-21. — [6] De his paucis egimus in opusculo *Note sur une inscription chrétienne de Milan*, in *Bulletin de la Classe des Lettres de l'Académie Royale de Belgique*, 1929, p. 313-20.

(*vulgo*

(*vulgo Giglio*) *deduxisse, dein civitatem Bleranam* (*nunc Bieda*) *petiisse, plurimos ibidem baptizasse, tandem in pace quievisse* sub die octavo kalendas iunias [1]. *Haec autem Acta conscripta sunt ab hagiographo cui nulla monumenta antiqua praesto erant, quique e martyre confessorem fecisse videtur* [2]. *De S. Sentiatis basilica Blerana ita Liber pontificalis in Vita Leonis IV* (*847-855*) *:* Ipse vero beatissimus papa fecit in ecclesia sancti Sinzigii, qui ponitur in civitate Blerana, veste de fundato I, habentem in medium tabulas de chrisoclabo cum effigie Salvatoris, habentem in capite gemmas prasinas III, et sancti Sinzigii et beati praesulis, et vela de fundato IIII [3]. *Tempore labente basilicae titulus immutatus est, ut ex « Statutis » civitatis, anno circiter 1550 compilatis, apparet :* In Dei nomine ... et sanctorum Viventii et Sensiae quorum corpora in ecclesia S. Nicolai servantur [4]. *Nominis S. Sentiatis varia est scriptura : Sentiatae* (*B, W*) *Scantae* (*E, B, W*), *Sentate* (*S*), *Santae* (*B*), *Sanctae* (*W, S*), *Sanctiae* (*Cambr., Mon.*). *Quae adduntur in codicibus alterius recensionis : in insula Tusciae, interpolata sunt e Vita S. Sentiatis, sed male omnino, nam Blera in insula Egilio sita non est. Scribamus oportet :*

**Civitate Blera natale Sentiatis.**

*Praeter Vitam de qua supra, alteram habemus qua S. Sentias Spoletium venisse ibique supremum diem obiisse fertur. His autem concluditur :* Spoletani fabricaverunt basilicam super corpus eius [5]. *Hanc dicunt antiquam S. Salvatoris basilicam, Spoletio parum dissitam* [6].

*12.* VINCENTI] *Lege Viventi, ut scriptum repperimus in loco Statutorum civitatis Bleranae modo adductorum. S. Viventii memoria Blerae agitur die 11 dec.* [7], *eumque episcopum fuisse tradunt. Eius sacrum corpus in ecclesia nunc Sanctae Mariae Blerana, olim S. Viventii, ut ferunt, requiescit* [8].

*14.* SCANTAE] = *Senciatae, n. 11, lege Senciatis.*

*15.* MEDIOLANO] *Supra, n. 1.*

*19.* POLICRATI] *In breviario Syriaco mutilus habetur laterculus ad diem 23 vel 24 maii referendus, quo signatur Πολύκαρπος quidam, unde facilis est ad Policrati lapsus. Vera tamen lectio potius erit Pasicrati, quam commendat nomen civitatis Dorostori* (*n. 40*)*; ibi enim Pasicratem passum esse constat. De eo una cum Valentione et Hesychio mentio est in Passione S. Iulii, qui et ipse Durostori martyrium fecit. Hunc in ipso agonis loco ita alloquitur Hesychius :* Obsecro te, Iuli, cum gaudio comple pollicitationem tuam, et accipe coronam quam Dominus confitentibus se dare promisit, et memor esto mei ; nam et ego subsequor te. Plurimum etiam saluta Pasicratem et Valentionem famulos Dei, qui nos iam per bonam confessionem praecesserunt [9]. *Natalis autem dies S. Iulii incidit in 27 maii. Passionis graecae τῶν ἁγίων Πασικράτους καὶ Βαλεντίωνος epitome legitur in synaxariis ad diem 24 april.* [10], *latinae vero vix supersunt vestigia* [11]. *Passio SS. Pasicratis et Valentionis, Passio S. Iulii et Passio SS. Nicandri et Marciani unius quondam Passionis partes fuisse videntur* [12], *quam forte noverit qui scripsit Policrati et aliorum IIII, ita ut hos quattuor Iulium, Hesychium, Marcianum, Nicandrum intellegamus. Valentio autem, cuius nomen nunc suppressum est, olim in libris nostris Pasicratem comitabatur, quod palam fit ex hoc Flori Lugdunensis elogio :* VIII kal. iun. apud Moesiam civitate Dorostoro natale sanctorum martyrum Passicratis, Valentionis et aliorum duorum simul coronatorum [13]. *Haec ex hieronymianis deprompta esse indicio est clausula* et aliorum duorum simul coronatorum, *cuius reliquias habemus in vocabulo coronati in codicibus B, W, corrupte in E : Gortuna, ubi sciolus quidam Gortunam illam Cretensem civitatem agnoscere sibi visus est. De numero quidem sociorum disceptari potest, quattuorne fuerint an duo. Cum in hisce fastis notae numerales plerumque incertae sint, codices nostros sequendos putamus. Attamen lectio* duorum *non est prorsus damnanda ; potuit enim pro Iulio et Hesychio poni Scribamus ergo :*

**<apud Moesiam civitate> Dorostoro Pasicratis <et Valentionis> et aliorum quattuor <simul> coronatorum.**

*23.* GORTUNA] *Ut modo dictum est, prava lectio vocis coronati, cui interpolator civitate appinxit.*

*26.* IOHANNIS] *Infra, n. 46. Ad Iohannem pertinent voces in Oriente, ab interpolatore additae qui, ut dictum est ad diem 4 ian., n. 10, sanctos Novi Testamenti in Oriente collocat, ita ut scribendum sit :*

**in Oriente Iohannis.**

*29.* EUSEBI] *Videtur hic esse Eusebius Vercellensis episcopus* [14], *qui cum S. Dionysio in exsilium missus fuerat, eique supervixit. Ambrosius, in epistula ad Vercellensem Ecclesiam :* Denique sanctus Dionysius exegit votis ut in exsilio vitam poneret ; ne regressus confusa institutis seu usu infidelium studia plebis aut cleri inveniret ; meruitque hanc gratiam, ut pacem Domini tranquillo affectu secum referret. Itaque ut Eu-

[1] *BHL.* 7581. — [2] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 522-26 ; cf. p.1096. Cf. DE ROSSI, *Bullettino*, 1887, p. 90-103. — [3] DUCHESNE, t. II, p. 125 ; cf. p. 138. — [4] Apud DE ROSSI, t. c., p. 98. — [5] *BHL.* 7582. — [6] DE ROSSI, *Bullettino*, 1871, p. 131-43 ; 1887, p. 98. — [7] FERRARI, *Catalogus sanctorum Italiae*, die 11 dec. — [8] DE ROSSI, *Bullettino*, t. c., p. 100-101. — [9] *BHL.* 4555.— [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 627. — [11] In indice codicis Monacensis 4554 signata est *Passio sanctorum martyrum Passecratis et Valentionis*, quae tamen in codice deest. Cf. Fr. WILHELM, in *Münchener Museum*, t. I, p.194. — [12] JANNING, in *Act. SS.*, Iun. t. IV, p. 198-99 ; MAZZOCHI, *Commentarii in marmoreum Neapolitanum kalendarium*, t. III, p. 653-54 ; P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Nuovo bullettino di archeologia cristiana*, t. X, p. 22-26. — [13] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p.265. — [14] DUCHESNE, in schedis.

sebius sanctus prior levavit vexillum confessionis, ita beatus Dionysius in exsilii locis priori martyribus titulo vitam exhalavit [1]. *Ab interpolatore, qui haec noverat, Dionysio hodie sociatus est Eusebius, cuius natalis dies est 1 augusti.*

*31.* NOMENTANA] *Videtur referri ad Urbani (n. 35), non recte. Undenam error fluxerit mox aperire conabimur.*

*35.* URBANI] *Itinerarium Salisburgense, in Via Appia:* Et eadem via ad Aquilonem ad sanctos martyres Tiburtium et Valerianum et Maximum. Ibi invenies sanctum Urbanum episcopum et confessorem. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta eandem viam quoque ecclesia est multorum sanctorum, id est Ianuarii, qui fuit de septem filiis Felicitatis maior natu, Urbani, Agapiti, Felicissimi... *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Et paulo propius Romam sunt martyres Ianuarius, Urbanus, Xenon, Quirinus, Agapitus, Felicissimus [2]. *Liber pontificalis: Hadrianus* ecclesiam beati Tiburtii et Valeriani atque Maximi seu basilicam sancti Zenonis una cum coemeterio sanctorum Urbani pontificis, Felicissimi et Agapiti... restauravit [3]. *Haec perspicue ostendunt reapse Urbanum quendam episcopum in Praetextati coemeterio quievisse, alium tamen ab Urbano papa, qui in Callisti coemeterio positus erat. Sed errore inducto et confusione inter duos cognomines sanctos, tandem Urbani papae commemoratio, quae iure habenda fuisset die 19 maii, uti advertimus suo loco, in alterius Urbani diem translata est. Cuius rei testes sunt tum Sacramentarium Gregorianum:* VIII kal. iunias id est XXV die mensis maii natale S. Urbani papae [4], *tum Passio S. Urbani papae:* Sepelierunt autem eum cum suis sociis in coemeterio Praetextati via Appia octavo kalendas iunias [5]. *Ex duabus igitur sepulturis quas hodie martyrologium Urbano assignare videtur: via Nomentana (n. 31) et cimiterio Praetextati (n. 37), altera servanda est priore excisa, et ita scribendum:*

**<Romae> in coemeterio Praetextati natale Urbani episcopi.**

*Nunc paucis dicendum de vocibus interpolatis via Nomentana miliario VIII (lege VII). Haec non Urbani sed Alexandri martyris, quem Alexandrum papam perperam intellexerunt, sepultura est. Qui etiam Urbanum huc amandandum censuit, usus est Indiculo locorum ubi summi pontifices quiescebant, e Libro pontificali tandem derivato, quo indice primum legebatur:*

in miliario VI via Nomentana
Alexander
in cimiterio Praetextati
Urbanus.

*Haec autem in duobus codicibus qui Indiculum continere noscuntur ita scripta sunt:*

COD. PARIS. 5140

in miliario VI via Nomentana
Alexander
Urbanus.

COD. VATIC. 3764

Alexander mil. VI via Numentana
Urbanus.

*Qui haec contulerit facile deprehendet unde error ortus sit. Satis quippe fuerit tres voces* in cimiterio Praetextati *excidisse, ut cum loco proxime antecedente connecteretur Urbanus* [6].

*40.* DOROSTORI] *Supra, ad n. 19.*

*42.* IN AFRICA] *Videtur laterculus Africanus post n. 44 interruptus. Nomina singula, quae aliis etiam locis occurrunt, perpendenda sunt.*

*43.* FABIANI] *Infra, n. 55: Flavini. Breviarium Syriacum: ἐν τῇ πόλει Βουβιδωνᾶ Φλαβιανὸς ὁ μάρτυς. De nominibus tum martyris tum civitatis quaedam consideranda sunt. Certum est martyrem nuncupatum fuisse Flavianum non Fabianum. Etenim Flavianus martyr est ex societate SS. Montani et Lucii, quorum memoria agitur die 23 maii; ille autem die 25 maii martyrium sumpsit:* nam post biduum, secundum quod postulatum fuerat, Flavianus quoque productus gloriam suam passione perfecit [7]. *Et hac ipsa die kalendarium Carthaginiense:* VIII kal. iun. sancti Flaviani et Septimiae. *Nomen civitatis, quod deest in martyrologio latino, in syriaco olim lectum est Νοβιοδούνῳ, ex coniectura parum cogente. Alia praesto est, quae levi in vocabulo Βουβιδωνᾶ inducta emendatione scribit: ἐν τῇ πόλει Νουμιδῶν. Duo tamen obstant: primum de Numidia nullum esse verbum in Passione SS. Montani et Lucii; alterum, quod praeter Perpetuam et socios, nullus in fastis orientalibus martyribus Afris locus conceditur. Posterior tamen ratio non nimium urgenda est. Cui placuerit immutatum retinere Βουβιδωνᾶ, in syriaco intercidisse concedat nomina martyrum qui ibi passi fuerint, et nomen loci ad quem pertinet Flavianus. Sed qui meminerit die 20 ian. in eadem vicinia iam occurrisse Neveduno et Fabiani, probabiliter malit hic etiam legere Νοβιοδούνῳ, utcumque obscura videtur duorum nominum coniunctio. Utravis sententia eligetur, certe Africanus est hodiernus Flavianus neque a Septimia (Septimi, Septimae, n. 44) seiungendus, licet de ea nulla mentio sit in Actis S. Montani.*

**in Africa Flaviani et Septimiae.**

*45.* EFESO] *Graeci S. Iohannis festum agunt die 8 maii* [8], *id est* VIII id. mai. *In hieronymianis autem nuntiatur:*

*25 maii = VIII kal. iun.*
*24 iun. = VIII kal. iul.*
*8 iul. = VIII id. iul.*

[1] *Epist.* LXIII, *P. L.*, t. XVI, p. 1208. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180-81. — [3] DUCHESNE, t. I, p. 509. — [4] WILSON, p. 75. — [5] *BHL.* 8372-8373, n. 10. — [6] De his uberius DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, pp. XXII-XXV, 53, 151; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. XLVI-XLVII. — [7] *BHL.* 6009, n. 15. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 633.

*Trigeminam commemorationem censemus cum Duchesne*[1] *derivatam ex una, idibus cum kalendis, mensibusque inter se permixtis. Interim certa est lectio :*

**Efeso Iohannis apostoli.**

*48.* SATURNINI] *Maii 24, n. 9 ; 26, n. 25, 28 ; iun. 5.*

*49.* SATURI] *Maii 24, n. 22 ; 26, n. 23 ; iun. 5.*

*50.* TIMINI] *Iterum n. 51 : T o m u n i. Ni fallor, frustum nominis quale esset [S e p] - t i m i n i. Cf. supra, n. 44.*

*52.* VICTURI] *Maii 26, n. 24 ; 27, n. 15. Cum tribus qui nunc sequuntur, etiam 12 april.*

*53.* STIALI] *Al. I s t i a l i, maii 27, n. 33 (S t i a b i l i) ; 31, n. 30 : 12 april., n. 143.*

*54.* VICTURIAE] *April. 12. n. 49.*

*55.* FLAVINI] = *F a b i a n i, n. 43, lege F l a v i a n i. Utrumque nomen april. 12, n. 74, 108 recensetur.*

ADDITAMENTA] *S. L e o n i s, cuius Vita edita est*[2], *monasterium Mentuni... Mantenay) nunc est Saint-Lyé.*

**Trecas Leonis monachi.**

*D e s i d e r i i. Maii, 23, n. 8.*

*M a r c e l l i. Difficile est coniectare quisnam ex pluribus hoc nomine vocatis sanctis esse possit. Ita decessores nostri*[3], *et nos.*

EXCERPTA] *Cod.Cambr. : D i u r i, lege Diuni ; ita saepe pro Dionisi, n. 2.*

*C a t e l l a e, lege Atellae, ubi S. Canio, cuius exstat Passio*[4], *colitur. Eius effigies lapillis delineata est in tholo basilicae S. Prisci Capuanae*[5]. *In codice Rich. :* in Campania Atelae Amonis, *quod ita facile emendatur :*

**Atellae in Campania Canionis.**

*i n T r i b l e, forsitan : in T r e b u l a (Treglia vel Tregghia in Campania). De S. S e c u n d i n o vel SS. Secundinis, si placuerit, nihil certi traditum est*[6].

[1] *Act SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXVII]. — [2] *BHL.* 4843. — [3] *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 3. — [4] *BHL.* 1541. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 204. — [5] *Les origines du culte des martyrs*, p. 345. — [6] Lege LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, pp. 178-79, 260, 1095, 1097 et passim.

---

# VII KAL. IUN.

**In Africa natale Eracli Paulini Mundini[a]. in Africa item Pauli Ateonis Quadrati[b] Rufini et Valeriae. in Tuder Tusciae Felicissimae Eracli Paulini Meridie Saturi Victuri Saturnini Marini item Saturnini Furtunati et Theomedi. Autisiodoro loco Cociaco passio sancti Prisci cum sociis suis innumera martyrum multitudine[c].**

*Addunt codices pleniores :* a) agustini episcopi E. — b) et depositio sancti agustini episcopi et confessoris B. — c) rome simmetri martyris B ; et in africa depositio sancti agustini episcopi S ;et transitus magulfi sive maiulfi episcopi B[2].

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 1-2. *om.* SW | 2. afr̄ E | 3. *om.* E ; nāt. S ; natł BW | 4. heracli SW | 5. pauli BSW | 6. mindini B ; mindiane S ; mindinę W | 8. afr̄ E | 9. *om.* E ; it̄ B | 11. anteon BS ; antemi W | 12. quatrati BSW | 13. rufine S | 14. *om.* E | 15. valerię W | 16-17 insula S | 17. tudertina B ; tū turtina W | 18. tusicę S ; tuscię W ; nat̄. sc̄orum *add.* SW | 19. felicissime S ; felicissimę W | 20. heracli S | 22. menedinę BW ; menedine S | 24-28. *om.* S | 24. victor̄ B | 26. maurini W | 27. it̄ EB ; itē W | 28. saturi BW | 31. thomedi BS ; th̄o medi W ; in territurio *add.* SW | 32. autisiōd E ; autesioder̄ B ; autisiodorense S ; autisioderin̄s W | 33. civī E | 34. *om.* E ; quotiatico S ; quotiaco W | 35. pas EW | 36. *om.* E ; sc̄i W | 37. martyris *add.* SW | 38-43. *om.* E | 39. sotiis W | 41. innumero S ; numera W | 42. marty̅r̄ B ; *om.* S ; in W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica Eracli Paulini et depositio Agustini episcopi et Uder Tusciae scriae Felissimae. — MON. : In Africa Eradi. — RICH. : In Affrica Eracli Pauli et in Tuder Felicissimi et Mindiniae in Affrica depositio sancti Augustini episcopi Autisiodoro passio sancti Prisci.

## MAI. 26

*1.* IN AFRICA] *Non Afri sunt sed Noviodunenses martyres E r a c l i u s cum sociis duobus (n. 4-6 et 20-22), de quibus ad diem 17 maii, n. 18, ubi de nominum scriptura quaedam annotata sunt. Hodie rursum scribamus oportet :*

<Niveduni> **Eraclii, Paulini, Menedemi.**

*8.* IN AFRICA] *Neque Afrorum sunt nomina quae proxime subsequuntur. Huc adducendus videtur S a t u r u s cum reliquis, n. 23-31.*

*10.* PAULI] = *P a u l i n i, n. 5, 21. Martyr enim ille Noviodunensis nunc Paulus, nunc Paulinus nuncupatur.*

*11.* ATEONIS] *Al. A n t e o n i s, A r t e o n i s, reapse A r t e m o n i s, ut palam fiet e commentario ad 14 iun. Ab hoc enim die cum*

*R u f i n o*

*R u f i n o* et *V a l e r i a* (*al.* *V a l e r i o*) *ad 26 maii, nescio qua via, aberraverunt.*

*12.* QUADRATI] *Florus Lugdunensis :* VII kl. iun. sancti Quadrati martyris in cuius solemnitate sancti Augustini sermones habiti inveniuntur [1]. *Haec divinando proferre videtur, nam Q u a d r a t i illius memoria agitur die 21 aug. Occasionem arripuit ut eodem die alterius Quadrati, episcopi Athenarum, de quo silent antiqua martyrologia, elogium texeret* [2]. *Uterque Quadratus ab Adone et Usuardo assumptus, die 26 maii in martyrologium Romanum transiit, ubi praeterea, die 21 aug. fit commemoratio* sancti Quadrati episcopi ; *quamquam fatetur Baronius se a nemine doceri cuinam ecclesiae praefectus fuerit.*

*13.* RUFINI] *Cum V a l e r i a* (*n. 15*) *al. V a l e r i i et A t e o n e* (*n. 11*) *a die 14 iun. huc allatus.*

*17.* IN TUDER] *F e l i c i s s i m a , quam eam ipsam esse existimamus quae die 24 novembris Perusiae assignatur, multis in locis Umbriae et Tusciae colitur : Tuderti* (*Todi*), *Faleriis* (*Civita Castellana*), *Hortae, Viterbii, alibi, quandoque commutato nomine in F e l i c i s s i m u m* [3], *et quod nonnullis placet, in F i r m i n a m et I l l u m i n a t a m. Sed haec intricatiora sunt quam ferat praesens disquisitio. Ad cl. Lanzonium, qui haec abunde explicat, remittimus* [4]. *Scribendum est :*

**in Tudertina Tusciae Felicissimae.**

*Martyrologium Romanum cum Floro Lugdunensi eiusque sequacibus hieronymianum codicem exscribit :* Tuderti natalis sanctorum martyrum Felicissimi Heraclii et Pauli. *Haec facile emendantur ex dictis ad n. 1.*

*20.* ERACLI] *Cum P a u l i n o, supra, n. 4, 5.*

*22.* MERIDIE] = *M u n d i n i , n. 6, id est M e n e d e m i.*

*23.* SATURI] *Maii 24, n. 22 ; 25, n. 49 ; iun. 5. Cf. supra, n. 8.*

*24.* VICTURI] *Maii 25, n. 52 ; 27, n. 15.*

*25.* SATURNINI] *Infra, n. 28 ; maii 24, n. 9 ; 25, n. 48 ; iun. 5.*

*26.* MARINI] *Maii 27, n. 17 : M u r i n a e ?*

*29.* FURTUNATI] *Maii 24, n. 28 : F u r t u n i.*

*31.* THEOMEDI] *Cum hoc nomine T h e o m e d i quaedam similitudo est in vocabulo* Timidensium, *quo in kalendario Carthaginiensi designantur martyres ad diem 31 maii.*

*32.* AUTISIODORO] *S. P r i s c i et sociorum edita sunt Acta fabulosa* [5]. *Locus C o c i a c u s, nunc Coucy.*

**Autisiodoro loco Cociaco passio sancti Prisci cum sociis suis innumera martyrum multitudine.**

ADDITAMENTA] *A g u s t i n i. Beda venerabilis :* Scriptum vero est in tumba eiusdem Augustini epitaphium huiusmodi : Hic resquiescit domnus Augustinus Doruuernensis archiepiscopus primus, qui olim huc a beato Gregorio Romanae urbis pontifice directus et a Deo operatione miraculorum suffultus, Aedilberctum regem ac gentem illius ab idolorum cultu ad Christi fidem perduxit et, completis in pace diebus officii sui,defunctus est VII kalendas iunias eodem rege regnante [6]. *Ab insciis librariis quibusdam Augustinus episcopus Hipponensis habitus est ; qui congruenter* in Africa *praemiserunt.*

**Depositio sancti Augustini episcopi et confessoris.**

*S i m m e t r i. Epitome de Locis sanctorum, via Salaria nova :* Iuxta eandem viam Salariam S. Silvester requiescit... S.Philippus unus de septem, S. Semetrius. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Deinde basilica S. Silvestri ubi iacet... et martyres Caelestinus... Prisca et Semetrius [7]. *Videtur et in Itinerario Salisburgensi nomine aliquantulum luxato designari :* S. Prisca martyr et Fimitis pausat in cubiculo quando exeas. *Acta SS. Pudentianae et Praxedis :* Misitque statim et tenuit multos ex illis, inter quos tenuit Simetrium presbyterum cum aliis viginti duobus et eos sine audientia gladio puniri praecepit. Quorum corpora noctu beata Praxedis collegit et in coemeterio Priscillae sub die VII kalendas iunii sepelivit [9]. *Liber pontificalis : Leo III* (*795-816*) in monasterio sancti Simmitrii fecit canistrum ex argento pens. lib. II [10]. *Leo IV* (*847-855*) Fecit ipse mitissimus in ede propria, quam ipse a fundamentis fieri disposuit, quam ex iure parentorum suorum sibi etenim accessisse videbatur, monasterium ancillarum Dei, in honorem sanctorum Simetri et Cesarii ubi et dona largitus est [11]. *S. Gregorii p. Registrum* (*ann. 599*) *:* filius noster Fortunatus abbas monasterii S. Semetrii [12]. *Qui Registrum edidit,* Demetrii *contra fidem codicum scribendum putavit. Praeter ea quae adduximus et Vitam fabulis refertam, quam nostri omiserunt* [13], *de S. Simetrio nihil traditum est. Sed vera est lectio :*

**Romae Simmetrii martyris.**

*M a g u l f i sive M a i u l f i. Edita est Vita eius sub nomine M a n v e i* [14], *in qua episcopus Baiocensis asseritur* [15]. *Sequioris aetatis est, ut recte nostri iudicarunt* [16]. *Minus feliciter de ea tractavit I. Lair* [17].

**Transitus Magulfi episcopi.**

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 369. — [2] QUENTIN, t. c., p. 308 ; cf. pp. 622, 669-71. — [3] *Les origines du culte des martyrs*, p. 361. — [4] *Le diocesi d'Italia*, p. 419-23. — [5] *BHL.* 6930. — [6] *Hist. eccl.*, II, 3, PLUMMER, t. I, p. 86. — [7] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176-77. — [8] Ibid., p. 176. — [9] *BHL.* 6989, n. 8. — [10] DUCHESNE, t. II, p. 25. — [11] DUCHESNE, t. c., p. 120 ; cf. p. 45, n. 99. Cf. P. KEHR, *Italia pontificia*, t. I, p. 120 ; CHR. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, pp. 233-34, 487-88. — [12] *Registr.* IX, 191. HARTMANN, t. II, p. 180. — [13] *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 360.— [14] *BHL.* 5220.— [15] Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II². p. 218. — [16] *Act. SS.*, Maii t. VI, p.767. — [17] *Études sur les origines de l'évêché de Bayeux*, III, in *Bibliothèque de l'École des Charles*, 1868, p. 33-34.

EXCERPTA]

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: U d e r = Tuder, n. 17.*
*Cod. Mon.: E r a d i = Eracli, n. 4.*
*Cod. Rich.: M i n d i n i a e = Menedimi: cf. n. 1.*

---

# VI KAL. IUN.

I | II

**In Alexandria Acculi presbiteri Evangeli et aliorum XIIII. in Thomis Heliae Luciani Zotici Marcialis Victuri et Murinae [a]. in Africa**

| **Sacci**

**Iuli Dami Carpiae [b]. in Sardinia Salustiani Eutropi episcopi. alibi Crescentini Ticiani Quinti**

| **Stiabili.**

*Addunt codices pleniores :* a) romę restituti B. — b) et aliorum CCCC E.

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. alex̄ E ; alexandr̄ B ; nat̃ sc̄orum *add.* SW | 3. aquilini B¹W ; aquili B²S | 4. pr̄b E ; presbit̃ B ; prib̄i S ; prb̄i W | 5. evangeli B¹ ; evangelii B²SW | 11. helię S | 17. maurine S ; maurinę W | 19. aff̄ E ; nat̃ scōrum *add.* S ; *add.* nat̃ sc̄i W | 22. daamę B ; da ame SW | 23. carpię W | 25. sardiñ E ; sardina S | 26. salutiani BW ; *om.* S (*cf.* 33) | 27. eutrici BSW | 28. ep̄i EBW | 29. *om.* BSW | 30. criscentini BSW | 31. titiani B | 33. et in sardina salustiani *add.* S ; *cf.* 26.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Acoli prespiteri Eua et in Sardinia Salustiani. — MON. : Autisiodorense civitate loco Quintiaco passio sancti Prisci martyris cum sociis in numero. Romae Iohannis Eleutherii papae. — RICH. : Alexandria Aquilini presbiteri Evangelici et aliorum XIIII alibi Heliae Luciani Martialis in Affrica Sace Carpiae in Sardinia Saluciani Eutici episcopi Crescentini Ticiani Quinti Stiabili.

## MAI. 27

*1.* IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum die 26 maii : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Εὐκαίριος ὁ πρεσβύτερος καὶ ἑπτακαίδεκα ἕτεροι μάρτυρες. Cum his fere consonat martyrologium. Leve discrimen est in numero comitum, nec mirum ex XUII oriri potuisse XIIII. Restat ut quaeramus uter e duobus E v a n g e l u s an A c c u l u s seu potius A q u i l i n u s presbyter ille sit agminis ductor. Suspicor equidem utrumque nomen pro uno scriptum esse, et in A c c u l i iam corrupto, dein cum A q u i l i n i in altera editione commutato, Εὐκαίριον latitare, E v a n g e l i i vero vocabulum graecum aliquatenus latine exprimere.*

**in Alexandria Evangelii presbiteri et aliorum XIIII.**

*10.* IN THOMIS] *A Graecis in synaxariis, ad diem 13 sept., inscripta est ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Μακροβίου, Γορδιανοῦ, Ἡλεῖ, Ζωτικοῦ, Λουκιανοῦ καὶ Οὐαλερίου* [1]*; in elogio autem totis verbis asseritur H e l i a m, L u c i a n u m et Z o t i c u m Tomis martyrium fecisse. Hi rursum martyrologio inscripti sunt die 8 iun., forsan a librario legente* VI id. iun. *loco* VI kal. iun. *Potuit etiam fieri ut martyres Tomitanos advocaverint martyres in Moesia passi qui die 8 iun. memorantur.*

**in Tomis Heliae, Luciani, Zotici.**

*14.* MARCIALIS] *Omnium codicum lectio est. De Marciali quopiam hodie nihil habemus quod promamus. Obvia videtur, non tamen certa, emendatio : M a r c i a n i. Marcianus enim martyribus Tomitanis apte subiungitur. Nam breviarium Syriacum, ad diem 5 iun., haec habet : ἐν Τόμει τῇ πόλει Μαρκιανὸς καὶ ἕτεροι τρεῖς μάρτυρες, ad diem vero 10 iul. : ἐν Τόμει τῇ πόλει Μαρκιανὸς καὶ ἕτεροι ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα. Marcianus etiam occurret 8 iun., cum tribus illis Tomitanis, et die 26 dec., n. 26, iam legimus :* Dorostoli Heliae, Marciani, Nicandri.

*15.* VICTURI] *Maii 25, n. 52 ; 26, n. 24.*

*17.* MURINAE] *Maii 26, n. 26 : M a r i n i ?*

*19.* IN AFRICA] *Aliis necessario exclusis, martyres Afri requirendi sunt inter eos qui n. 15, 17, 20, 22, 23, 30-33 recensentur : sed qua ratione reperiendi ignoramus, eo magis quod nomina quaedam perverse tradita sunt.*

*20.* SACCI] *Nudum nomen.*

*21.* IULI] *Passio S. Iulii :* Martyrizatus est

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 40.

autem

autem venerabilis Dei famulus Iulius apud provinciam Moesiam in civitate Dorostorense, die VI kal. iun., agente Maximo praeside [1]. *Loci indicium hodie evanuit, non tamen die 4 iun., quo Iulii memoria iteratur. Sit igitur:*

**<In Dorostoro> Iulii.**

*22.* DAMI] *Al. D a a m a e, lectio corrupta.*

*23.* CARPIAE] *Nudum nomen, cui annectit codex E:* et aliorum CCCC.

*25.* IN SARDINIA] *S a l u s t i a n i cuiusvis apud Sardos nulla exstat memoria. Coniectura est v. cl. Lanzonii [2] nomen ortum esse ex S a [n-c t i] l u c i a n i (supra, n. 12), quae, ut verum fatear, non adeo placet. Notatu autem digna est, ad diem 31 maii, n. 12, haec commemoratio: S a r d i n i a C r i s c e n t i a n i. Crescentianum non ad Sardiniam pertinere sed potius ad Aquileiam, suo loco ostendere conabimur. Sed nomen martyris C r e s c e n t i n i (infra, n. 30) cum ementita palaestra hodie anticipatum habemus. S a r d i n i a, quae nec Salustiani nec Crescentiani patria est, tandem aliquando sibi vindicat G a b i n u m, qui die 30 maii, n. 14, recolitur.*

*27.* EUTROPI] *Arausiensis episcopi E u t r o p i i, qui saec. V exeunte obiit, gesta habentur [3]. Nomen civitatis in laterculum diei sequentis delapsum est, 28 maii, n. 8: A u r o s i, id est A r a u s i o n e (Orange), ut legendum sit:*

**Arausione Eutropii episcopi.**

*30.* CRESCENTINI] *Lege C r i s c e n t i a n i, de quo iam supra, ad n. 25, et rursum sermo erit ad 31 maii, n. 13.*

*31.* TICIANI] *E C r e s c e n t i a n i in duas partes desecto, librarii duos fecerunt C r e s c e n t i n i (n. 30), T i c i a n i.*

*32.* QUINTI] *Nudum nomen.*

*33.* STIABILI] *Al. S t i a l i, maii 8, n. 71; 25, n. 53; 31, n. 30, et april. 12, n. 143.*

ADDITAMENTA] *R e s t i t u t i. In Passione S. Restituti narratur matronam nomine Iustam cum christianis aliquot S. R e s t i t u t i corpus collegisse,* ut perduceret in praedio suo via Numentana; ... mane vero adhuc diluculo advenerunt cum sancto corpore, et cum hymnis et laudibus perduxerunt sanctum corpus in miliario decimo sexto, in praedium praefatae dominae Iustae, venerabilis feminae, in cryptis inferioribus, illicque dignissimae sepulturae funerarunt sub die sexto kalendas iunias [4]. *Hodie Restitutus in solo codice B nuntiatur, in ceteris die 29 maii et iterum 11 iunii, ubi* via Nomentana miliario ab urbe VII, *die vero 29 maii, n. 34, male in* via Aurelia *sepultus asseritur. A Bosio viae Nomentanae miliario circiter XVI detecta sunt antiquum coemeterium et rudera basilicae [5]. S. Restituti duplicatam commemorationem 27 et 29 maii ita explicat Henschenius ut* VI kal. iun. *characteribus inversis* IV kal. iun. *lectum fuerit [6]. Quicquid id est, scribendum erit:*

**Romae via Nomentana miliario XVI ab Urbe natale Restituti.**

*A l i o r u m C C C C. Adhaeret C a r p i a e, supra, n. 23.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: A c o l i, n. 3.*

*E u a = Evangeli, n. 5.*

*Cod. Mon.: l o c o Q u i n t i a c o lege loco Cociaco, maii 26, n. 33.*

*R o m a e I o h a n n i s E l e u t h e r i i lege: Efeso Iohannis (maii 25, n. 46) R o m a e E l e u t h e r i i p a p a e. Liber Pontificalis:* Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, VIIII kal. iun. *Sed in nonnullis codicibus scriptum est* VI kal. iun. [7].

[1] *BHL.* 4555. — [2] *Le diocesi d'Italia*, p. 657. — [3] *BHL.* 2782, 2783. — [4] *BHL.* 7197, n. 5. — [5] F. STEVENSON ap. DE ROSSI, *Bullettino*, 1880, p. 106. — [6] *Act. SS.*, Maii t. VII, p. 11. — [7] DUCHESNE, t. I, p. 136.

# V KAL. IUN.

**I** | **II**

**In Africa natale | Pamphilia**

**Getuli Nunni Primi Aurosi**

**| in Africa**

**Proti [12] Mari Miniae. in Sardinia Emili Felicis Priami Feliciani. Romae via Nomentana miliario XIII Epagati Eustasi Victiae Castulae Epigati Amae Octobri Uroriae Vimpiali Homini Marcelli Cilloniae Maximae Filomini Avettiae Commini Marcianae Flumini Macrianae Castulae cum aliis VI. in civitate Parisius depositio sancti Germani episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) dedicatio sancte reginę et sancti clodoaldi regis brittanię S² *in marg.*

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. aff E | 3. nt E | 4. pampilia B ; pamphylia S | 5. zetoli BS²W ; zotoli S¹ | 6. n///unni E ; primi BSW | 7. nonni BSW | 8. auresi S ; curesi W | 12. porto B ; portini SW | 13-14. arminię BW ; arminie S | 15-16. *om.* B | 16. sardiñ E ; sardina S | 17. aemili W | 18. felici BS | 19. priani W | 20. liciani B ; luciani SW | 21. rom̄ EW ; rome S | 22-25. *om.* E | 23. nomitana S¹ ; nom̄ tana S² | 25. XIII° B ; nat scorum *add.* SW | 26. vepegani E ; epigati S ; epegati W | 29. castule S ; castulę W | 30. et pigati E ; epicati SW | 30-31. epigatiani B² | 31. aniae ES | 32. octubri SW | 33. urorię W | 34. vippi adauli B ; vippia hyli S ; viapia hili W | 36. marcili BSW | 37. cilioniae S ; cillonię W | 38. maxime S ; maximę W | 39. filomoni E ; fylomini BSW | 40. auticię B ; avittiae SW | 41. cummini E ; cōmini S | 42. martiane S ; marcianę W | 44. macriani BS ; marciani W | 45. castuli S ; castulę W | 47. alis E | 48. septem B ; VII SW | 49. *om.* E | 50. civī E ; civit B | 51. pariseus E | 52. depos E ; *om.* W | 53. sc̄i EW | 55. ep̄i EW ; *add.* et confessoris S ; et conf *add.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Getuli Numis Aurosi et Primi et Armenia Proti. — MON. : Romae Epigati Parisius Germani confessoris. — RICH. : In Affrica Cetuli Aurosi Proti in Sardinia Emeli Priami Rom. Epigati Catulae Martialis Parisius civitate depositio sancti Germani episcopi.

## MAI. 28

1. IN AFRICA] *De martyribus Africae deputandis maior solito est dubitatio, cum quattuor nomina (n. 5-8) a codicibus alterius recensionis in Pamphylia collocentur, et inter reliquos plurimi reperiantur qui certe Africani non sunt. Sintne omnino quidam ex iis ad Pamphyliam restituendi non liquet. Laterculus intricatas habere radices videtur :*

*28 maii : Getuli, Nunni... Emili (n. 5, 6, 17).*
*19 maii : in Getulia, Emili, Basili (n. 78-80).*
*23 maii : Emeliae nonnae Basilei (n. 29, 30, 33).*

7. PRIMI] *Divulsa membra unius elogii colligenda sunt : Primi (n. 7), Felicis (n. 18), Priami (n. 19), Feliciani (n. 20), Romae via Nomentana miliario XIII (n. 21-25) :*

**Romae via Nomentana miliario XIII Primi Feliciani.**

*Horum martyrum dies natalis celebratur 9 iun., id est* V id. iun., *unde in errorem inductus est qui eos die* V kal. iun. *reposuit. De lectione miliario XIII aptius sermo erit ad diem 9 iun.*

8. AUROSI] *Lege : Arausione (Orange). Pertinet ad elogium S. Eutropii, maii 27, n. 27.*

11. IN AFRICA] *Supra, n. 1.*

12. PROTI] *Nisi sit Πρώτου = Primi, n. 7, Protus ille dicendus est martyr Aquileiensis, qui memoratur die 31 maii, n. 5. Est et aliquis Protus, die 27 oct. Sardiniae deputatus ; unde scribendum foret* in Sardinia Proti. *Verum quod hodie signatur in Sardinia (n. 16), ab elogio Gabinii, maii 30, n. 14, decerptum est.*

13. MARI] *Adde n. 14 : Miniae, Mari miniae, al. Arminiae, lectio corruptissima pro Sardiniae, n. 16.*

16. IN SARDINIA] *Laterculo diei 30, n. 11, restituendum. Cf. supra, n. 12.*

17. EMILI] *Lege quae dicta sunt ad n. 1.*

18. FELICIS] = *Feliciani, n. 20.*

19. PRIAMI] = *Primi, n. 7.*

20. FELICIANI] *Supra, ad n. 7. Quae hodie leguntur in martyrologio Romano :* in Sardinia sanctorum martyrum Aemilii, Felicis, Priami, et Luciani, qui pro Christo certantes coronati sunt, *ab Usuardo, Adone, Floro, praeter breve elogium, accepta sunt, et adeo infeliciter expressa ut nec emendationem patiantur. Priamus enim, Felix et Lucianus depravata sunt nomina Primi et Feliciani, martyrum Romanorum.*

21. ROMAE] *De sanctis via Nomentana sepultis, dictum est ad n. 7. Errant sane qui iisdem accensendos arbitrantur martyres quorum nomina subiuncta sunt, n. 26 et seq., eosque fortasse designari*

*gnari in confracti frusto tituli* MART *his in locis reperto* [1]. *Horum enim neminem Romae passum esse mox palam fiet.*

*25.* MILIARIO XIII] *Die 9 iun. scriptum est* *m i l i a r i o X V. Utrum eligendum suo loco requiretur.*

*26.* EPAGATI] *Non unius loci sunt nec diei martyres qui a n. 26 ad 48 recensentur. Lugdunenses quidam sunt ex agmine eorum qui die 2 iun. coluntur* [2]. *Horum primus est V e t t i u s E p a g a t u s, n. 28, 30: V i c t i a e, E p i g a t i; n. 40: A v e t t i a e. Iun. 2, n. 229, 306.*

*27.* EUSTASI] *Nudum nomen.*

*28.* VICTIAE] *V e t t i i, supra, n. 26.*

*29.* CASTULAE] *Maii 31, n. 47; iun. 1, n. 40; iun. 2, n. 188. Infra, n. 45.*

*30.* EPIGATI] *Supra, n. 26.*

*31.* AMAE] *Martyr Lugdunensis :* Helpis quae et Ammas, *ut est in variis martyrologiis, et apud Gregorium Turonensem* [3]. *Iun. 2, n. 250.*

*32.* OCTOBRI] *Martyr Lugdunensis, iun. 2, n. 237.*

*33.* URORIAE] *Non ita dissimile corrupti vocabuli A u r o s i, n. 8. Recurrit iun. 1, n. 45.*

*34.* VIMPIALI] *E duobus nominibus martyrum Lugdunensium* Ulpius Vitalis *unum fecerunt :* Vimpialis. *Iun. 2, n. 234, 235.*

*35.* HOMINI] *Id est C o m m i n i. Martyr Lugdunensis, iun. 2, n. 236, Infra, n. 41.*

*36.* MARCELLI] *Solo nomine notus, ut et C i l l o n i a e, n. 37.*

*38.* MAXIMAE] *Maii 31, n. 43, iun. 1, n. 36; iun. 2, n. 29.*

*39.* FILOMINI] *Martyr Lugdunensis, iun. 2, n. 238. Cf. infra, n. 43.*

*40.* AVETTIAE] = *V e t t i i, n. 26, 28.*

*41.* COMMINI] *Supra, n. 35.*

*42.* MARCIANAE] *Iun. 2, n. 155. Infra, n. 44: M a c r i a n a e.*

*43.* FLUMINI] = *F i l o m i n i, supra, n. 39.*

*44.* MACRIANAE] *Supra, n. 42: M a r c i a n a e.*

*45.* CASTULAE] *Supra, n. 29.*

*51.* PARISIUS] *S. G e r m a n u s episcopus Parisiensis. Ob. anno 576. Huius gesta conscripsit Venantius Fortunatus* [4]. *De eius basilica doctas habuit tractationes Iulius Quicherat* [5].

**✠ in civitate Parisius depositio sancti Germani episcopi.**

ADDITAMENTA] *R e g i n a e. Dedicationem basilicae S. Reginae hodie celebrari credendum non est. Huius enim martyris memoriam, nescio quo casu, ad hunc diem a 7 sept., n. 43, translatam esse ostendit proxima mentio C l o d o a l d i, qui etiam 7 sept., n. 30, colitur.*

*C l o d o a l d i r e g i s B r i t t a n i a e. Inter reges Britanniae Clodoaldum frustra requiras. Sed occurrit C a e d u a l, rex Occidentalium Saxonum, qui, teste Beda venerabili, Romam perveniens,* pontificatum agente Sergio, baptizatus est die sancto sabbati paschalis anno ab incarnatione Domini DCLXXXVIIII, et in albis adhuc positus, langore correptus XII kalendarum maiarum die solutus a carne et beatorum est regno sociatus in caelis [6]. *Sepultus est in Vaticano, et epitaphium metricum in eius monumento positum* [7]. *Kalendariis nonnullis inscriptus fuisse videtur nec 20 aprilis, quo obiit, nec 28 maii sed 28 aprilis* [8]. *Non ergo Caedual nuntiatur in codice Senonensi, sed reapse C l o d o a l d u s filius Chlodomeris regis, die 7 sept. fastis inscriptus, cum R e g i n a ad 28 maii traductus, et librariorum libidine rex Britannorum factus.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : N u m i s = Nunni, n. 6.*

*A r m e n i a = Sardinia ; cf. n. 13.*

*Cod. Rich. : C a t u l a e = Castulae, n. 29, 45.*

*M a r t i a l i s = Marcianae, n. 42.*

[1] G. SCHNEIDER, in *Nuovo bullettino*, 1910, p. 253-57. — [2] Cf. QUENTIN, in *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 136-38. — [3] *Vitae Patrum*, VI, 1. Cf. QUENTIN, p. 119. — [4] *BHL.* 3468. — [5] *Critique des deux plus anciennes chartes de l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés*, in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, Sixième série, t. I (1865), p. 513-55 ; *Les trois Saint-Germain de Paris*, in *Mémoires de la société des Antiquaires de France*, t. XXVIII (1865), p. 156-80. — [6] *Hist. eccl. Angl.*, V, 7. — [7] Epitaphii sinceram lectionem constituit DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 288. — [8] Supplement to the *Menology of England and Wales* compiled by R. STANTON (London, 1892), p. 760.

# IV KAL. IUN.

I | II

**Romae natale virginis. in Spanis Genti Numidia Crispolis.**

**in Ciballis Pollionis lectoris.**

| **Nomedia Crispoli [14].**

**in Cesarea Cappadociae Cyrilli. in Africa Primi Accidiae Bassi Mori et aliorum CLIII. Treveris depositio Maximini episcopi [a]. Romae via Aurelia Restituti. item via Tiburtina VII germanorum.**

| **in Spaniis Genti [43].**

**Antiochia Sicimodi Bassi Venusti Victuri Pullieni. item in Cesarea Cappadociae Carilli Primoli Venodi Venusti. Tredentei in Anaunia Sisinni Alexandri Martyrii [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) de antiquis ubi (ibi W) multa signa et curationes (curationis W) fiunt SWMKLV. — b) romae natale sanctae petronillae C.

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̃ E | 2. nt̃ E | 10. natale sc̄ae *add.* S ; nat̃ sc̄i W | 11. pullionis BW | 12. lect̃ ESW ; in *add.* SW | 13. nicomedia S ; numidia W ; nat̃ sc̄i *add.* SW | 14. crispuli SW | 16. cesꝫ E ; cęsaria W | 17. capōd E ; capadocię B ; cappadocia S ; cappđ natł sc̄i W | 18-20. *om.* S | 18. cirilli E | 20. aff̃ E ; nat̃ sc̄orum *add.* W | 22. accidię W | 23. passi S | 23-24. passimoni BW | 24-25. *om.* S | 27. centum quinquaginta tres B | 28. trever̃ E | 29. nt̃ E ; *om.* B ; depos S ; dep̄ W ; sc̄i *add.* S | 30. maximi $B^1S^1W$ ; maximini $B^2$ $S^2$ | 31. ep̄i EW | 32. rom̃ EW | 33-34. *om.* E | 34. aurilia nat̃ sc̄i SW | 35. restitutae $S^1$ ; restituti $S^2$ | 36. *om.* BSW | 38. tiburtiñ B ; tyburtina S | 39. septem BW ; septe S | 42. hispaniis S ; nat̃ sc̄i *add.* SW | 43. centi S | 44. antioc̄ E ; anthiocia B ; antiọcia W | 45. scimodi E | 48. victori B | 49. pulli eni B | 50. it̃ EB ; itē W | 51-52. *om.* E | 51. *om.* S | 52. cęsariae W | 53. capōd E ; capadocię B ; cappadocia S ; cappadocię W | 54. carelli BSW | 56. finodi BW ; finoli S | 58-59. *om.* E | 60. anauma W ; nat̃ sc̄orum *add.* SW | 61-62. sisinn/////1//// et S | 61. gissinni E | 62. alaxandri E ; et *add.* SW | 63. martyr̃ E ; martyr //// S ; marthyri W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. virginis et in Romizia Crispoli et in Spania Genti et Romae Restituti et in Treveris Maximi episcopi. — MON. : In Africa natalis sancti Bassimoni et aliorum CLIII Primi Treviris sancti Maximi episcopi. — RICH. : Romae Restituti et in Affrica Primi Acidi Apasimoni et aliorum CLIII Treveris Maximi episcopi in Spaniis Sicinoti Musti.

## MAI. 29

*1.* ROMAE] *Mancus est laterculus deficiente virginis nomine. Codex C, ad calcem S. Petronillam nuntiat. Huius nomine supplendam esse lacunam codicis E probabile est* [1]. *In aliis codicibus huius virginis memoria indicitur die 31 maii, quo amplior de eadem tractatio habebitur.*

**Romae natale <Petronillae> virginis.**

*5.* IN SPANIS] *In kalendariis hispanicis frustra Gentii nomen requiritur. In iisdem, ad diem 21 maii inscriptus est Mantius, qui prope Eboram a Iudaeis occisus fertur saec. V vel VI* [2], *cuius Passionem habemus* [3]. *Cavendum ne quantulacumque nominum similitudine decipiamur. Sunt qui vocabulum hoc cum sequenti coniungant legantque: gente Numidia* [4], *quod usibus horum librorum consentaneum non est.*

*7.* NUMIDIA] *Al. Nomedia (n. 13), quod etiam lectum est Nicomedia. Die enim sequenti, n. 15, Crispoli in Nicomedia in codicibus alterius recensionis scriptum reperimus. Crispoli nomen in quibusvis fastis ecclesiarum desideratur. In nostris codicibus inscriptus est tum* IIII kal. iun., *tum* IIII id. iun., *solito interpolatoris errore ab uno ad alium diem transvectus cum duplici, ut videtur, loci indicio :* in Spanis Crispoli Nicomedia, *unde nihil lucis sed crassior offunditur caligo. De Crispolo iterum non tantum 30 maii et 10 iun. sed et 11 iun. mentio erit.*

*10.* IN CIBALLIS] *Die 28 aprilis, id est* IIII kal. maias, *cum Eusebio nuntiatus est Pollion, qui nunc solus redit* IIII kal. iunias. *Infra, n. 49 : Pullieni. Recta et aperta lectio est :*

**in Ciballis Pollionis lectoris.**

[1] J. P. KIRSCH, in *Römische Quartalschrift*, t. XXX (1916-1922), p. 76-78.— [2] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 464-65. — [3] *BHL.* 5219. — [4] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 64.

*16.* IN CESAREA] *Breviarium Syriacum ad diem 28 maii : ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Κύριλλος ὁ μάρτυς. Iterum infra, n. 54 : Carilli. Huius Cyrilli Acta exstant latina seu potius laudatio* [1] *; graeca perierunt.*

**in Caesarea Cappadociae Cyrilli.**

*20.* IN AFRICA] *De subnectendis martyribus solita oriuntur dubia. Singula potius nomina examini subiciemus.*

*21.* PRIMI] *Maii 28, n. 7.*

*22.* ACCIDIAE] *Videtur corruptum nomen, hominisne an loci nescio.*

*23.* BASSI MORI] *Al. Passimoni, in breviario Monacensi Bassimoni, quod Aegyptum sapit. Aegyptios enim martyres nomine Passamoni, Bassamoni, Bastamoni 9 et 14 feb. recensuimus* [2]. *Omnino incerta est lectio. Vagatur enim per huius diei laterculum dissyllaba particula mori, modi, nodi quae variis nominibus postponitur :*

*Bassi*MORI
*Sici*MODI
*Ve*NODI.

*Quemadmodum a Sicimodi (n. 45) seiungenda est, ut mox ostendetur, ita et a Bassi segregandam esse ostendere videtur hoc nomen, n. 46, seorsim positum.*

*26.* ALIORUM CLIII] *Ad quem referenda tanta martyrum societas ignoramus.*

*28.* TREVERIS] *S. Maximini Treverensis episcopi († c. 345) Vita et Miracula edita sunt* [3].

**Treveris depositio Maximini episcopi.**

*32.* ROMAE] *De S. Restituto ad diem 27 maii brevis tractatio fuit, ubi notatum est eum via Nomentana quievisse, non vero via Aurelia, quae verba loco mota sunt a die 31 maii, n. 20, pertinentque ad elogium SS. Processi et Martiniani. Hodie rursum scribatur :*

**Romae via <Nomentana> Restituti.**

*Cum Floro, Adone, Usuardo errat martyrologium Romanum :* Romae via Aurelia natalis sancti Restituti martyris.

*37.* VIA TIBURTINA] *De Septem Germanorum turma cum matre Symphorosa, qui via Tiburtina quiescere feruntur, sermo erit ad dies 27 iun. et 18 iul. Interim legamus :*

**item via Tiburtina VII germanorum.**

*42.* IN SPANIIS] *Supra, n. 5.*

*44.* ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἡσυχος. Facile solvitur vocabulum Sicimodi ex Sici et particula modi (supra, ad n. 23) concretum. Hesichi enim in libris nostris scribitur Sici, 30 maii, n. 2, vel Isici, 31 maii, n. 58 ; 18 nov., n. 8. De Hesychio plura ad diem 30. Legendum :*

**in Antiochia Hesichi.**

*46.* BASSI] *Supra, ad n. 23.*

*47.* VENUSTI] *Etiam n. 57. Venustus saepe in his fastis occurrit, plerumque inter martyres Afros, v. gr. april. 12, n. 52 ; 23, n. 10 ; maii 6, n. 62 ; 22, n. 6 ; iun. 28, n. 10 ; oct. 10, n. 14.*

*48.* VICTURI] *Maii 26, n. 24 et alias passim.*

*49.* PULLIENI] *Supra n. 11 : Pollionis.*

*54.* CARILLI] *Supra, n. 18 : Cyrilli.*

*55.* PRIMOLI] *Maii 19, n. 65 ; 21, n. 15.*

*56.* VENODI] *Al. Finodi, quae lectio ad veram magis accedit. Principio enim scriptum fuisse Sinodi nullus dubito. Quod ut palam fiat adducenda sunt quae habentur in laterculo diei 28 iun., n. 70 : in Nicea Sinidi. Haec autem cum unius litterulae commutatione Nicaenam synodum menti obiciunt. Iamvero a Graecis celebratur μνήμη τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ τῇ κατὰ Νίκαιαν... συνελθόντων* [4], *die 29 maii, id est* IV kal. iun. *Numerorum similitudo effecit, sicut saepe alias in his libris, ut etiam* IV kal. iul. *ea memoria iteraretur. Dein, solita librariorum arte factum est ut proprio die, 29 maii, paulatim expungeretur, uno tandem nomine Finodi = Sinodi in rei testimonium relicto ; die vero 28 iun. lectio paene integra remaneret. Utrimque ergo scriptum fuit :*

**in Nicaea Sinodi.**

*Synodum Nicaenam congregatam fuisse die 20 maii, auctor est Socrates : καὶ ὁ χρόνος δὲ τῆς συνόδου, ὡς ἐν παρασημειώσιν εὕρομεν, ὑπατείας Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῇ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός* [5]. *Dubitationem non paucis iniecit quod in actis concilii Chalcedonensis, symbolo Nicaeno alia praemissa est nota temporis : ἐν μηνὶ Δεσίῳ ιθ', τῇ πρὸ ιγ' καλανδῶν ἰουλίων* [6], *consonante Chronico Paschali* [7]. *Alii nihilominus a Socrate non esse recedendum opinantur* [8]. *Re quidem vera inter duas lectiones simillimas,* XIII kal. iun. *et* XIII kal. iul., *solius mensis discrimen est ; mensi maio favet martyrologium, quamquam de die non convenit cum Socrate.*

*58.* TREDENTEI] *In Anaunia (Val di Non) quae duodecim millibus a Tridento distat, anno 397 passi sunt SS. Sisinnius, Alexander, Martyrius, quorum certamen enarravit Vigilius episcopus Tridentinus duabus in epistulis ad S. Simplicianum episcopum Mediolanensem et Iohannem Chrysostomum datis* [9]. *Minoris momenti sunt eorumdem Acta quae feruntur* [10]. *Eorum reliquias et acceperunt ecclesiae Mediolanensis* [11], *Brixiana* [12], *Ravennas* [13]. *Memi-*

[1] *BHL.* 2068.— [2] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 46, 49. — [3] *BHL.* 5822-5827.— [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 716. — [5] *Hist Eccl.*, I, 13, 13. — [6] MANSI, *Concilia*, t. VI, p. 956. — [7] DINDORF, t. I, p. 525. — [8] HEFELE, *Conciliengeschichte*, t. I². p. 295-97. — [9] *BHL.* 7794-7795. — [10] *BHL.* 7796-7798. — [11] *Vita S. Ambrosii*, *BHL.* 377, c. 52. Cf. F. SAVIO, *I santi martiri di Milano* (Pavia, 1906), p. 71-73 ; ID., *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 827-31. — [12] GAUDENTII BRIXIENSIS *Sermo* XVII, *P.L.*, t.XX, p.959-71.— [13] VENANTII FORTUNATI *Carm.*, I, 2, v. 21-23, ubi *Sisenus* pro Sisinnio ponitur.

*nit S. Augustinus* clericorum Anaunensium qui, occisi a gentibus, nunc martyres honorantur [1]. *De iisdem,* qui temporibus nostris passi sunt, *duae sunt homiliae inter opera Maximi Taurinensis* [2].

**Tridenti in Anaunia Sisinnii, Alexandri, Martyrii.**

ADDITAMENTA] *Quae addunt codices plerique alterius recensionis : d e a n t i q u i s, u b i m u l t a s i g n a e t c u r a t i o n e s f i u n t, Maximino Treverensi, qui M a x i m u s in his codicibus (etiam in B) nuncupatur, male aptari nemo non videt. Sed reapse d e a n t i q u i s est M a x i m u s martyr in Asia, qui sub Decio passus esse fertur* [3]. *Hic utique die 14 maii in his fastis commemoratur, sed alias etiam 29 maii, v. gr. in codicibus Parisinis 5304, 5306 :* Passio sancti Maximi episcopi, qui passus est IIII kal. iunias [4], *et in Actis illis quae « ab Istris depravata » esse conqueritur Papebrochius* [5]. *Scriptum ergo primum fuisse opinor* Treveris depositio Maximini episcopi et alibi Maximi episcopi de antiquis. *Utique Maximus ille episcopus non fuit, sed eo titulo in codicibus ornatur.*

*P e t r o n i l l a e. De qua supra, n. 1, et maii 31, in Additamentis.*

EXCERPTA] *N a t. v i r g i n i s, supple : Petronillae, ut supra, ad n. 1.*

*Cod. Cambr. : R o m i z i a =* Nomedia, *Numidia, n. 7, 13.*

*Cod. Mon. : B a s s i m o n i, n. 23.*

*Cod. Rich. : A c i d i, n. 22.*

*A p a s i m o n i, n. 23.*

*S i c i n o t i, n. 45.*

*M u s t i = Venusti, n. 47.*

[1] *Epist.* CXXXIX, 2, *P.L.*, t. XXXIII, p. 536. — [2] *P.L.*, t. LVII, p. 695-98. — [3] *BHL.* 5829. — [4] *Catal. Lat. Paris.*, t. II, pp. 41, 52. — [5] *Act. SS.*, Maii t. VII, p. 14-16.

# III KAL. IUN.

**[a] Antiochia Sici palatini qui multa [5] tormenta passus est. in Turribus [10] Sardiniae natale sanctorum Gabini Crispoli [15]. in Nicomedia multorum sanctorum [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) in aquileia natale cantiani eutici et eutimi E. — b) in cappadocia natale cyrilli S.

*Variae lectiones codd.* EBSW. — 1. antioc̄ E ; anthiocia BW ; in anthiochia S ; *add.* nat̄ sc̄orum W | 2-3. scipalatini E ; nat///////tini S | 4-8. *om.* E | 6. turmenta B | 7. passi W | 8. sunt W | 9. *om.* BSW | 10. tur///// S | 11. sardine S ; sardinie W | 12-13. *om.* E | 12. nat̄ W | 13. sc̄orum W | 16. *om.* E | 17. numidia E ; *add.* nat̄ SW | 18. multorū ES | 19. sc̄orum ESW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Antiochia nat. Isicii et Palatini et in Sardinia Gabrini.— MON. : In Antiochia natalis sanctorum Sici Palatini qui multum passi sunt.— RICH. : In Antiochia Esiciae Eutimiae et in Sardinia Gavini Palatini item in Sardinia Gabinae Crispoli.

## MAI. 30

*1.* ANTIOCHIA] *S. Hesychii nomen, sub forma S i c i latitans, deteximus die 29 maii, quem sancto martyri proprium esse demonstrat breviarium Syriacum. Idem documentum, ad 26 augusti,* Ἡσυχον *memorat. Deest quidem nomen loci, sed alii sancti qui iuxta recensentur, satis aperte innuunt Antiochensem Hesychium istic designari* [1]. *Inter martyres huius ecclesiae nominatur et Hesychius in homilia syriaca quae Eusebio ascripta fuit* [2]. *Memoratur etiam iul. 1, n. 26 ; iul. 2, n. 37 ; iul. 3, n. 46 ; nov. 10* [3] *; in indiculo quem martyrologium exhibet die 10 iul. et rursus die 18 nov., cum S. Romano, cuius passionem plerumque consequitur Passio H e s y c h i i* [4]. *Haec seorsim latine tradita est* [5]. *Graecum exemplar contractius referunt synaxaria ad 4 martii et maii 10* [6]. *In Passionem non inepte quadrat p a l a t i n i titulus, quo Hesychius appellatur, ita ut scribere fidenter possis :*

**Antiochia Hesichi palatini qui multa tormenta passus est.**

*Martyrologium Romanum :* Antiochiae sanctorum Syci et Palatini, qui pro Christi nomine multa tormenta passi sunt. *Baronius hoc loco Bedam et Usuardum appellat. In nonnullis codicibus Usuardinis reapse P a l a t i n u s inter martyres recensetur, ut et in breviariis Cambrensi et Monacensi.*

*10.* IN TURRIBUS] *Martyrologii contextus eius*

[1] *Origines du culte des martyrs*, p. 226. — [2] *BHO.* 800. Cf. *Origines du culte des martyrs*, p. 225, annot. 2. — [3] *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 368-70. — [4] *BHL* 7298-7304. — [5] *BHL.* 3861. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 505, 674.

*modi*

*modi verbis conceptus est, ut Turribus in Sardinia SS. Gabini et Crispoli cultus proprius esse videatur. Sed Crispolus ad eam regionem pertinet, cuius nomen proxime sequitur. Itaque legendum ut heri (n. 7): in Nicomedia (Numidia) Crispolus. Solum Gabinum sive Gavinum Sardinia sibi vindicat. Memorat S. Gregorius monasterium Sardum huic et S. Luxorio dedicatum :* Gavini atque Luxurii monasterium [1]. *S. Gabini quoque titulo insignis est antiqua ecclesia episcopalis Turrium (Porto Torres). Recenti admodum tempore ficta est Passio SS. Gavini, Proti et Ianuarii* [2], *cui nemo prudens fidem habuerit* [3]. *Idem S. Gabinus in martyrologio nostro die 25 oct., n. 9, iterum occurrit. Unde nonnulli sibi persuaserunt duos in Sardinia SS. Gabinos exstitisse* [4].

**in Turribus Sardiniae natale sancti Gabini.**

*Martyrologium Romanum, cum Floro et nostris codicibus, Crispulum cum Gabino martyrem Turritanum facit.*

*17.* IN NICOMEDIA] *Duae rubricae Numidia, Nomedia sive N(ic)omedia commutabiles sunt et ad Crispolum referri videntur (maii 29, n. 7). Utra autem anteponenda sit, nullo scripto testimonio constat.*

*18.* MULTORUM] *Locus ubi insederat memoria multorum sanctorum hactenus ignotus est. Notare iuvat in kalendario Carthaginiensi, ad 31 maii, annuntiari festum sanctorum Timidensium. Sintne illi sancti multi de quibus nunc, cum nulla indicia prodant, in medio relinquamus.*

ADDITAMENTA] *in Aquileia. Cantius, Cantianus et Cantianilla in omnibus codicibus postridie primo loco nuntiantur.*

*Eutici et Eutimi. Aquileienses non sunt. In synaxariis Graecorum hodie inscriptus est* Εὐτύχης, *quem fingunt S. Iohannis apostoli discipulum* [5]. *Suspicor Eutimium ab Euticio alium non esse.*

*Cyrilli maii 29, n. 18.*

EXCERPTA] *Cod. Rich. : Eutimiae = Eutimi, in cod. E.*

[1] *Registrum*, IX, 197, Hartmann, p. 185. — [2] *Act. SS.*, Oct. t. XI, p.560-66. — [3] F. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, t. I, p. 674. — [4] *Act. SS.*, Maii t. VII, p. 236.— [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 715.

---

# PRID. KAL. IUN:

**I** | **II**

**In Aquileia Canti Cantiani Proti Crisogoni et Cantianellae.**

| **Cartagine Daciani.**

**Turribus Sardiniae Criscentiani. in civitate Sirtha Donatiani. Romae via Aurelia Processi Martiniani [a] Gallieni Germani Victuris Silvani Thelesfori Victurini Donati Stiali Terti Rogati item Germani item Silvani Honori Ciciliae Tertulae Lautae Victuriae Furtunatae Maximae Rogatae Paulicae Appiae Castulae Amelliae item Tertulae Lupi Iustae Teclae. in Antiochia Paulini et Isici [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) sanctę petronillę virginis S² *in marg.* — b) sanctae petronillae E² ; romę petronillę virginis B¹ ; leodico vico translāt corpōr sc̄i lantdebert B² *in marg.*

*Variae lectiones codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. aquileī E ; quileia W ; nat̄ sc̄orum *add.* SW | 3. *om.* E ; cantii S² ; et *add.* S | 5. procati B | 6. grisogoni SW | 8. cantinellae E ; cantianillę S² | 10. *om.* S ; daci anę W | 11. *om.* E ; turrib ; BS | 12. sardiñ EB ; sardinię W | 13. criscentianę et B ; criscentioni S | 15. civī E ; civit̄ W | 16. firtha B ; sarta S | 17. donationi S ; donacianę W | 18. rom̄ E ; romę W | 19-20. *om.* E | 20. aur̄l B ; aurilia nat̄ sc̄orum SW | 21. *add.* et B¹ : *del.* B² | 22. martiniañ B ; martiani W ; in civitate earumdem nat̄ sc̄orum *add.* SW | 23. gauleni B ; gaulieni SW | 25. victori B ; victuri SW | 27. thalisfori E ; tilisfori S ; thelisfori W | 28. victorini BW | 30. istali E ; istiali W | 33. it̄ E | 35. it̄ E | 38. cecilię B ; cicilię W | 39. *om.* S ; tulę W | 40. laudae E ; laute S ; lautę W | 41. victorię B ; victurię W | 42. furtunate S ; furtunati W | 43. maximi B ; maxime S ; maximę W | 44. rogate S ; rogatę B | 45. paulice S ; paulicę BW | 46. acapię B ; agapiae S ; agapię W | 47. castule S ; castulę W | 48. *om.* E ; amille S ; amellę W | 49. it̄ E | 10. tertule S ; tertulę W | 52. iusti SW | 52-53. iustidae E | 53. tecle S ; teclę W | 54. *om.* E | 55. antioc̄ E ; anthiocia BW ; anthi ochia S | 57. *om.* E | 58. istici. E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Aquileia nat. Cattiani Proti Crisogoni. — Mon. : Romae via Aurelia natalis sanctorum Petronellae virginis Processi et Martiniani. — Rich. : In Aquileia Cantiani Proti Rom. Processi Martiniani Cartagine Datiani alibi Isici Rome sanctae Petronellae virginis.

# MAI. 31

*1.* IN AQUILEIA] *Aquileienses sancti, quibus hic accensentur Protus et Chrysogonus, iidem sunt quos Fortunatus Cantianos appellat:*

> Aut Aquileiensem si forte accesseris urbem
> Cantianos Domini nimium veneraris amicos
> Ac Fortunati benedicti martyris urbem [1].

*Nomina Cantianorum inscripta sunt in celebrata illa Gradensi « capsella »: C a n t i u s, C a n t i a n u s, C a n t i a n i l l a* [2]. *Illorum passionis variae narrationes exstant, in quibus paene omnibus sancti die 31 maii obiisse dicuntur. Ex istis libellis antiquissimus, qui S. Ambrosii* [3] *nomine perperam inscriptus est, et alias ac fortasse verius Maximo Taurinensi tribuitur, solos memorat tres sanctos Cantianos. In altera Passione, quae pariter Ambrosio supposita fuit, sancti die 14 iunii occubuisse narrantur, iisque socius additur Protus, non tamen Chrysogonus* [4]. *Hunc cum Proto Cantianis adiungunt, cum reliquae istorum Passiones* [5], *tum inscriptiones recentiores nec satis certae fidei* [6]. *Denuo nobis occurrent tres Cantiani cum Proto et Chrysogono die 15 iunii: soli Cantiani 17 iunii; Protus cum Cantianilla 14 iunii. Chrysogono autem sacer est 24 novembris. Itaque haud temere dixeris 31 maii proprium festum esse Cantianorum* [7], *iisque Protum et Chrysogonum sociatos fuisse, quod et ipsi Aquileienses essent.*

**In Aquileia Cantii, Cantiani, Cantianillae.**

*Si fides sit Chronico Gradensi, accidit ut, saec. VI mediante, Geminianus quidam presbyter* cum quibusdam suis comprovincialibus ad Aquilegensium destructam perveniret civitatem; perquirentes reliquias sanctorum, invenerunt ibi corpora sanctorum martyrum Cancii et Canciani atque Cancianille necnon et corpora sanctarum virginum Eufemiae, Dorotheae, Teclae et Erasmae, quas omnes reliquias, ut ei revelatum fuerat, secum deferentes, cum maximo honore in Castro Gradensi infra ecclesias dignissime condiderunt. *Paulus patriarcha* corpora sanctorum Canci, Canciani et Cancianillae in ecclesia sancti Iohannis evangelistae celeberrime composuit *et natalicia eorum celebrari constituit* pridie kalendas madii [8]. *Erravit procul dubio qui haec scripsit, posuitque kalendas maias pro kalendis iuniis.*

*5.* PROTI] *Ut modo dictum est, nec P r o t i nec C h r y s o g o n i natalis hodie agitur, quamquam et ipsi Aquileienses sunt. Quare seorsim nominandi.*

**<item in Aquileia> Proti, Crisogoni.**

*9.* CARTAGINE] *Ignotus plane est martyr Carthaginiensis D a c i a n u s, al. D a c i a n a, quem soli codices BW recensent. An forte scriptum pro D [o n] a t i a n u s, infra, n. 17 ?*

*11.* TURRIBUS] *Quoniam nulla apud Sardos est C r i s c e n t i a n i (n. 13) memoria, admovendus G a l l i e n i, al. G a u l i e n i, n. 23, id est G a b i n i, cuius natale agebatur heri, maii 30, n. 14, et rursum scribendum:*

**Turribus Sardiniae Gabini.**

*13.* CRISCENTIANI] *Al. C r i s c e n t i a n a e. Si tolerabilis videbitur coniectura quam ad diem 17 feb., n. 13, protulimus, C r i s e n t i a n u s Aquileiensis erat, sed non alius a Crisogono, n. 6. Martyrologium Romanum nostrorum codicum errores non correxit:* Turribus in Sardinia sancti Crescentiani martyris.

*16.* SIRTHA] *Licet de D o n a t i a n o martyre Cirthensi nihil compertum est, accipienda videtur lectio:*

**in civitate Cirtha Donatiani.**

*18.* ROMAE] *Nescio quae causa huc adduxerit martyres, quorum natalis est iul. 2, n. 2-3.*

**Romae via Aurelia Processi <et> Martiniani.**

*23.* GALLIENI] *Hunc Sardiniae restituimus, supra, ad n.11. In codicibus autem S, W, haec scripta reperimus: i n c i v i t a t e e o r u m d e m n a t a l e s a n c t o r u m G a u l i e n i, cet., quae operae pretium est paulo attentius considerare. Locum corruptum esse nemo negabit, quem ita emendandum suadent codices nonnulli, ut Barberinianus ille Bedae-Flori* [9]*: i n c i v i t a t e G e r u n d a, quod et legebat Notkerus:* in Hispania civitate Gerunda. *Hinc nomina pleraque hodierni laterculi martyrum Gerundensium essent. Et quidem a Prudentio laudatur* artubus sanctis locuples Gerunda [10], *quod de plurimis martyribus intellegendum videtur. Ita Florentinius: « Ad tot tantosque martyres Prudentium facile est allusisse, dum in Peristephano et hymno de martyribus Caesaraugustanis eandem sacris pignoribus divitem vocavit* [11]. *» Nil tamen obstat quominus haec de solis S. Felicis, martyris celeberrimi, reliquiis dicta esse censeantur:*

> Parva Felicis decus exhibebit
> artubus sanctis locuples Gerunda,

*eo magis quod in monumentis liturgicis antiquioribus ne verbum quidem est de martyrum Gerundensium caterva, sed semper de solo Felice fit mentio, v. gr. in missa mozarabica S. Cucufatis:* Qui distinctis locis distincta martyrum solatia praestas, locaque singula proprio martyrum cruo-

[1] *Vita S. Martini*, IV, 658-60. — [2] Loco C a n t i a n u s errore scriptum est S a n t i a n u s. DE ROSSI, *Bullettino*, 1872, pp. 41-42, 156-58, tav. X-XI. — [3] *BHL.* 1549. — [4] *BHL.* 1547. — [5] *BHL.* 1543-1546, 1548, 1549a, 1549c. Cf. F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 868-70. — [6] *Les origines du culte des martyrs*, p. 376. — [7] P. PASCHINI, *La chiesa Aquileiese*, pp. 58-62, 71. — [8] MONTICOLO, *Cronache Veneziane antichissime*, t. I, pp. 37, 41. — [9] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XXIV]. — [10] *Peristeph.*, IV, 30. — [11] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 563.

re glorificas, dum et Gerunde civibus das Felicem et Barcinone populis Cucufatem [1]. *Dictu vix opus est Gerundenses, ultro obtrudentibus martyrologis, libenter in fastis suis reposuisse martyres quos natale solum tulisse asserebatur. Editae sunt lectiones breviarii Gerundensis, quae ita ordiuntur :* Pridie kal. iunii apud civitatem Gerundam natalis sanctorum martyrum Germani, Iusturi, Paulini et Sicii [2], *habeturque decretum episcopi quo horum festivitas in alium diem transfertur :* Die tricesima mensis maii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo, reverendus in Christo Pater et Dominus Dominus Andreas, Dei gratia episcopus Gerundensis, de consilio et assensu honorabilis Capituli : quia festivitas beatorum martyrum Germani, Iusturi Paulini et Sici, quorum corpora in Gerundensi ecclesia tumulata existunt, propter concurrentiam festivitatum Ascensionis et Pentecostes ipsarumque festivitatum octavas et aliarum festivitatum, non poterat saepius solemnizari honorifice, ut decebat : statuit et ordinavit quod de cetero, perpetuis temporibus, festivitas memorata a clero et populo civitatis Gerundae debite celebretur ac festivetur annis singulis feria secunda post octavas Pentecostes et ipsorum officium hoc ordine regulariter decantetur... [3]. *Martyres pseudo-Gerundenses quorum Passionem habemus* [4], *sunt* Germanus *(n. 24),* Iust[ur]us *(n. 52),* Paulinus *(n. 56),* Sicius *(n. 58), quorum duo postremi Antiocheni sunt (si tamen* Paulini *lectio proba est), ceteri probabilius Afri, ut plerique hodierno laterculo inscripti. Ut ea quae dicta sunt paucis complectamur, lectio* in civitate Gerunda *non ideo reicienda est quia nulla supersunt nomina martyrum quae ad eam referantur ; id enim in libris nostris, e quibus multa resecta sunt, haud rarum est. Exciderint ergo nomina vel solius* Felicis, *cuius natalis celebratur die 1 aug., n. 83, vel martyrum duorum qui tabulae eburneae, in territorio Gerundensi repertae, inscripti sunt :*

+ HE SVNT RELIQV(I)AE
SC̄I ROMANI SC̄I
TOME MARTIRVM QVI
APVT GERVNDAM
CLAVIBVS TRANSFIXI
MARTIRIVM PASSI

*Titulum genuinum iudicat Aemilius Hübner, saeculo sexto septimove exaratum* [5].

24. GERMANI] *Iun. 1, n. 27 ; infra, n. 34. Hic et reliqui, ad* Teclam *usque (n. 53), proximis diebus recensentur, videnturque ad Africam pertinere, immo forsitan ex eis sunt quos nuntiat kalendarium Carthaginiense :* II kal. iun. sanctorum Timidensium, *de quibus tamen nihil praeterea traditum est.*

25. VICTURIS] *Iun. 1, n. 33.*

26. SILVANI] *Iun. 1, n. 28 ; infra, n. 36.*

27. THELESFORI] Telesforus *aliquis, idemne an alius nescio, signatus est his diebus : ian. 5, n. 9 ; 6, n. 5 ; april. 30, n. 22, 122.*

28. VICTURINI] *Iun. 3, n. 57 ; iun. 1, n. 69 :* Victurinae.

29. DONATI] *Iun. 1, n. 53 et passim.*

30. STIALI] *Maii 8, n. 71 ; 25, n. 53 ; april. 12, n. 143.*

31. TERTI] *Iun. 1, n. 175.*

32. ROGATI] *Iun. 1, n. 26.*

34. GERMANI] *Supra, n. 24.*

36. SILVANI] *Supra, n. 26.*

37. HONORI] *Iun. 1, n. 52 :* Honorati.

38. CICILIAE] *Iun. 1, n. 30. A* Caecilia *ad* Castulam *(n. 47) omnia et singula nomina eodem ordine laterculo 1 iun., n. 30-33, 35-40, inscripta reperiuntur.*

39. TERTULAE] *Infra, n. 50 ; iun. 1, n. 31 :* Tertuli.

40. LAUTAE] *Iun. 1, n. 32.*

41. VICTURIAE] *Iun. 1, n. 33 :* Victuri, *et n. 112 :* Victuriae.

42. FURTUNATAE] *Iun. 1, n. 35.*

43. MAXIMAE] *Al.* Maximi. *Iun. 1, n. 36.*

44. ROGATAE] *Iun. 1, n. 37.*

45. PAULICAE] *Iun. 1. n. 38 :* Paulinae.

46. APPIAE] *Al.* Agapiae. *Iun. 1, n. 39, etiam* Appiae.

47. CASTULAE] *Iun. 1, n. 40.*

48. AMELLIAE] *An martyr Lugdunensis, de qua iun. 2, n. 287 :* Amiliae *?*

50. TERTULAE] *Supra, n. 39.*

51. LUPI] *Iun. 1, n. 158.*

52. IUSTAE] *Cod. E :* Iustidae, *melius* Iusticlae *seu* Iusti <Te>clae. *Iun. 2, n. 99 :* Iusti.

53. TECLAE] *Iun. 1, n. 8.*

55. IN ANTIOCHIA] *Iam diebus 29 et 30 maii mentio occurrit quam hic habemus :* in Antiochia Hesichi. *Novum est quod additur* Paulini. *Fuit quidem Antiochensis martyr nomine* Paulus *vel* Paulinus, *cuius hic recordari non absurdum est* [6]. *Attamen, cum in hesterno laterculo legatur* palatini *(maii 30, n. 3), non vero* Paulini, *multo probabilius videtur scribendum hodie sicut heri :*

**in Antiochia Hesichi palatini.**

Paulini *quidem in* Barlaam *converti voluit B. Bolotov, qui non sine specie veri demonstravit S. Barlaam, qui in martyrologio nostro die 18 novembris inscriptus est, olim celebratum fuisse die 31 maii* [7]. *Etsi tamen satis probabiliter defendi possit S. Barlaam cum Hesychio primum die 31 maii martyrologio illatum fuisse, sed eius nomen, ut tot alia, librariorum incuria deinde excidisse, emendatio a Bolotovio proposita violentior est quam prudentior.*

ADDITAMENTA] Petronillae. *Epitome de Locis sanctorum :* Iuxta viam Ardeatinam ecclesia est S. Petronellae ; ibi quoque S. Nereus et S. Achilleus sunt et ipsa Petronella sepulti. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Via Ar-

[1] FÉROTIN, *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, p. 499. — [2] FLOREZ, *España sagrada*, t. XLIII, p.276.— [3] FLOREZ, t. c., p. 277.— [4] *BHL.* 3466.— [5] *Inscriptiones Hispaniae christianae*, 192. — [6] *Les origines du culte des martyrs*, p. 226. — [7] Cf. *Anal. Boll.*, t. XXII, p. 136-37.

deatina

deatina... et non longe S. Petronilla et Nereus et Achilleus et alii plures [1]. *In Actis SS. Petronillae et Feliculae, quae in Passione SS. Nerei et Achillei sunt inserta* [2], *Felicula narratur obiisse bis septem diebus post S. Petronillam. Itaque, si reapse Feliculae natalis est 13 iunii, quo die martyrologio inscripta est, Petronillae memoria agenda est 31 maii. Utique parum fidei debetur Passioni SS. Nerei et Achillei, cum in ceteris, tum etiam iis locis ubi de S. Petronilla agitur, quam naturae concessisse refert, cum aliunde constet Petronillam martyrio e vivis fuisse sublatam* [3]. *Sed nihil prohibet quominus vel in figmentis hagiographicis dies emortuales sanctorum recte traditi sint. Praeterea notandum est, in Passione nostra tempora non certis formulis signata esse, neque omnino definite constare quomodo computandi sint bis septeni illi dies. Nullo igitur satis certo indicio liquet utrum S. Petronilla pertineat ad diem 31 maii an ad 29 ubi eius memoriam in codicibus aliquot inscriptam repperimus. Teste Libro pontificali, Gregorius p. III (731-741)* annuam stationem *in festo S. Petronillae indixit* [4]. *Utinam et dies hic annotatus esset. De basilica et sepulcro S. Petronillae non semel egerunt viri docti* [5]. *Ipsius sanctae corpus, sedente Paulo p. I (757-767), in Vaticanam basilicam translatum fuit* [6]. *Ravennae erat monasterium, id est ecclesia Sanctae Petronillae* herens muris ecclesiae apostolorum, *in qua sepultus fuit Florentius episcopus* [7].

*Lantdeberti. De die et anno translationis corporis S. Landiberti, vulgo Lamberti, episcopi Traiectensis Leodium plurimum disceptatum est etiam a nostris* [8], *quibus praesto non fuit haec memoria, ad oram paginae in codice B ascripta:*

**Leodico vico translatio corporis sancti Lantdeberti.**

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180-81. — [2] *BHL.* 606. — [3] Delehaye, *Sanctus*, p. 119. — [4] Duchesne, t. I, p. 420 ; cf. p. 424. — [5] De Rossi, *Bullettino*, 1865, p. 46 ; 1874, pp. 14-35, 122-25 ; 1875, p. 543. — [6] Duchesne, t. c., p. 464 ; cf. p. 466 ; De Rossi, *Bullettino*, 1878, p. 125-46 ; 1879, pp. 5-20 ; 139-60. — [7] Agnelli *Liber pontificalis*, XV, Testi-Rasponi, p. 61. — [8] *Act.SS.*, Sept. t.V, p.551-55. Cf. *M.G.*, Script. rer. merov., t. VI, p. 306.

---

**IUNIUS**

# IUNIUS

**Mensis Iunius habet dies XXX**

---

## KAL. IUN.

**Laetanias indicendas**

I | II

In Tessalonica Octavi. in Antiochia Zosimi et Teclae virginis. in Africa Crispini [a]. Romae Ioventi Cirici Exsuperanti Heracliae. item Tessalonica Luciae virginis et Auciae regis barbarorum Rogati Germani Silvani Bulodi Ceciliae Tertuli Lautae Victuri Egati Fortunatae Maximae Rogatae Paulinae Appiae

| Castulae

Coteussae Novellae Agapae Carrae Ururiae Bublassae Furtunati Marciani

Saturnini |

Baiani Rogatianae Honorati Donati

| item Rogati

Marciani Saturnini Potini Pauli Petruni Rotiliae Flavi Quintae Ianuariae Novelliae Ianuari Gososiae Fedosae Victurinae Matronae Castuli Rogatianae Quinti Marci Geminae Marcialis Mituni Pauli Verrici Cassi item Saturnini [b] item Martini Donati item Rogati Iohannis item Furtunati Donatiani item Marciani Sailis Casti item Ianuari item Donati Ortinsis item Saturninae Malchi Silvani item Quinti Feliciae Sillefae item Ianuariae Furtunatae Victuriae Matriae Primae Gemellinae Faustinae item Novellae Donatae Zetulae Barici Urbanae Romanae Primiae item Tertulae Castae Maximae item Urbanae Obta-

*Addunt codices pleniores :* a) et natale sancti nicomedis mr̄t *int. lin.* S². — b) felicis BS. — c) urbanae B²; *in marg.* S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — *Lemma :* iunius dies XXX (lit. ind. *om.*) E ; iunius W ; letaniae indicende S | 2. tessalō E ; thesalonica BW ; thessalonica S | 5. antioč E ; anthioč B ; anthiochia S ; anthiocia W | 8. tecle BS | 9. *om.* BW | 11. afr̄ E | 13. rom̄ E ; rome S | 15. cyriaci B ; cyriac /// S ; ciriaci W | 16. exoperanti B ; experanti SW | 17. eraclię BW ; eracliae S | 18. *om.* E | 19. tessalō E ; thesalonič B ; thessalonica S ; thesalonica W | 20. lucia B¹ ; /// ucie S | 23. aucie S | 25. *om.* E ; barbarum W | 29. bullodi BSW | 30. cęcilię W | 31. tertulae B ; tertula S¹ | 32. lautę W | 33. victorie B ; victuriae S ; victurię W | 34. gagi BSW | 35. furtunatę BS ; furtunati W | 36. maxime S | 37. rogate S | 38. pauline S | 39. agapiae S ; agapię BW | 40. castule S | 41. coteusę BW ; cote use S | 42. novelle S | 43. agape S | 45. urorię B ; ururie S | 46. bublasę BW ; bublase S | 47. furtunatę B | 48. martini SW | 51. rogatiani BSW | 53. *om.* S | 55. *om.* SW | 58. pontini SW | 59. pruli E | 60. petrum W | 61. rotilię B ; rutiliae S ; rutilię W | 63. quietę B ; quietiae S ; quietae W | 64. ianuarii W | 65. novelli B ; novelle S ; *om.* W ; *add.* item S | 66. ianuarii B ; iamnis W | 67. sesosię B ; sosiae S ; sosię W | 68. fodosę B ; falose S ; foedosę W | 69. victorine B ; *om.* W | 70. matrone SW | 71-99. *om.* W | 71. castulę B ; castule S | 72. rogatiane S | 75. gemini B | 76. *om.* B | 77. *add.* item S | 79. vericci B ; verici S | 84. marcialis B ; marciani S ; *add.* it B, item S | 86. *om.* BS | 87. rogatę B | 88. iannis BS | 93. martiani S | 94-98. *om.* B | 97. ianuarii S | 98. *om.* S | 100. ortensi B ; hortinsi SW | 101. *om.* W | 102. saturni S² ; *om.* W | 104-107. *om.* W | 104. silvani B¹ | 107. felicie B ; felitiae S | 108. sillefe E ; sylefe S ; syllefe W | 109. *om.* W | 111. furtunate S | 112. victorię B | 113. mariae BSW | 114. prime S ; *om.* W. | 115. gemellini B | 116-133. *om.* W | 118. novelle S ; *add.* barici S | 119. donate S | 120. getulę B ; getullae S | 121. *om.* S | 122. orbanę B ; orbane S | 124. primę BS | 125. *om.* BS | 126. turtule S ; *add.* item S | 127. caste S | 128. maxime S | 130. urbani B ; orbanae S

tae

**tae item Matronae Melosae Mittuni Maiori Secundae [c] item Urbanae Gemellinae Saturninae Proculae Sordidae Silvanae Rufinae Ninae Sepaci Vincenti Prisci Hilari Felicis Castolae Asabi**

| **Pulli**

**cum aliis CXX Lupi cum aliis XIII Catulini Publassi Martini Gaiani Marcellini Pledi item Marciani Cisti**

| **Marci**

**Maiori Proculi Epagati Terci Sillirae Fertulae Maiosae Timothei Marcellini Rotili Germani Iohannis Maximae cum aliis CLXII. Vienna Claudi episcopi.**

131. optate S ; ortatę B | 132. *om.* S | 133. manae E ; matrone B | 134. melusę B | 135. metune S ; metuni W | 136. molori B ; molosi SW | 137-142. *om.* W | 139. urbani B¹ ; orbane S¹ ; urbane S² | 140. gemlini B ; geme S² | 141. saturnini B | 142. procule S | 143. gordidae E ; sordidę B ; surdidae S ; surdidę W | 144-153. *om.* W | 144. silvani B ; silvanę S | 145. ruf /// n /// S | 147. sepacę | 150. helari B | 152. castule BS | 153. arabi BS | 154. publi SW | 156. alis E | 157. centū viginti B | 160. alis E | 161. tredecim B ; XXXIII S | 162-182. *om.* W | 162 castilini B | 163. publasi B | 165. gagiani BS | 166. marcelliani BS | 167. fledi EB | 168. *om.* E | 169. marti E ; marcelliani S | 170. casti S | 172. maiuri BS | 174. pagati BS | 175. tertii B ; terti S | 176. sylire S | 177. fertule B | 180. marcellinę S | 181. rotuli S | 184. maximi B ; maxime S | 186. alis E | 187. sexaginta quinque B : LXXV SW | 188. vigenna B ; vincenna S | 189. dati E ; eladi B² ; eludi B¹ ; cludi S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Thesalonica nat. Octavi et in Antiochia Zosimi et Theclae. — Mon. : Antiochia natalis sanctorum Zosimi Romae sancti Nicomedis martyris Teclae virginis. — Rich. : In Thesalonica Octavii et in Antiochia Zosimi et Teclae in Affrica Crispini Rome Loventi Exuperanti dedicatio sancti Nicomedis martyris alibi Donati.

## IUN. 1

*1.* in tessalonica] *Thessalonicensem martyrem faciunt libri nostri* O c t a v i u m, *qui Antiochenus est. Si in uberrimo huius diei laterculo nomen quaeris quod Thessalonica sibi vindicare posse videatur, unum occurrit* M a t r o n a e *(n. 70), de qua pauca annotata sunt ad diem 25 mart., n. 23. Sed et in Africa Matronae nomen pervulgatum est, ita ut tota res in dubio relinquenda sit.*

3. octavi] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀντιοχείᾳ Ὀκτάβιος [1] καὶ Ζώσιμος. *Hinc legatur oportet :*

**in Antiochia Octavi <et> Zosimi.**

*Z o s i m u s inter Antiochenos recensetur die feb. 15, n. 10.*

*8.* teclae] *Iam heri nuntiata est* T e c l a, *casu coniuncta cum* A n t i o c h i a, *ubi martyr hoc nomine vocata nulla fuit. Videtur potius cum Afris reponenda, ut dictum est maii 31, n. 24, 53.*

*11.* in africa] *Si codicum litteram solam respicias, unus hodie martyr Africanus nuntiatur* C r i s p i n u s, *cum tamen laterculi compaginem vel obiter inspicienti manifestum sit plerosque martyres collecticii manipuli ad Africam pertinere. Praeterquam quod enim nomina eadem sunt quae in Actis sinceris aliisque christianorum africanorum catalogis passim leguntur, hodierni laterculi martyres non pauci aliis etiam martyrologii locis comparent, praemisso titulo :* in Africa. *Ipsa tamen nomina Africae non ita propria sunt ut certo discriminari possint, cum praesertim satis certa documenta de cuiusque martyris persona fidem nobis non faciant. Accedit quod homonyma hic occurrunt solito frequentiora. Utique fieri potuit ut in martyrum turma idem pluribus nomen esset. Sic, ut alia praetermittam, inter Abitinenses* [2] *occurrunt Saturnini duo, itidem bini Rogati, Secundae, Matronae, Ianuariae, Rogatiani tres et Felices quattuor. Verum in hodierno catalogo, etsi cognomines aliquot recenseri non negamus, ipsa tamen totius laterculi ratio ostendit, eorumdem sanctorum nomina perperam iterata fuisse. Hanc autem confusionem explicare eo difficilius est, quod hic, ut alias persaepe in martyrologio, genera nominum temere discriminata fuerunt, ita ut, exempli gratia, quae dicitur* Ianuaria *possit esse* Ianuarius. *Neque certius de die constat. Indiculi martyrum plerumque facticii sunt, et quod sancti simul annuntiantur, non idcirco die eodem passi demonstrantur. In hoce quidem mense iunio, ad dies 1, 2, 3, series nominum occurrunt quae ultro citroque in hac vicinia permearint, et praeterea cum remotioribus etiam martyrologii locis cohaereant, sive ex illis partim transsumptae sunt, sive illuc pervagarunt. Ne commentarius noster plane silvesceret, satis esse duximus annotare quae indiculorum partes communes essent hinc diebus iunii 1, 2, 3, inde diebus maii 28 et 31, et ex longinquiori cognatione, diebus februarii 15, 16 et 17 ; quibus addi poterat februarii 22 et alii bene multi. In eius modi concursionibus, uter dies alterius laterculum reciprocaverit, quandoque prorsus incertum est. Sane ad diem 2 iun.,* Nundinari *cum sociis itidemque martyres Caesarienses aliosque, istuc translatos esse cernimus e die februarii 16, qui illis proprius est. Sed de aliis non paucis cum liquida indicia desint, nihil decerni potest. Quae cum ita sint, valde incautus sit qui longam nominum seriem in martyrologio legens, nulla exploratione facta, illo die ingentem martyrum stragem contigisse sibi persuadeat, cum ex eius*

[1] In syriaco : O c t a b i s. — [2] *BHL.* 7492.

modi catalogis multi non sint nisi fortuita nominum congeries.

13. ROMAE] Non Ioventium sed Luciam virginem et Auceiam regem (n. 20-25) adducendos esse docent eorundem Acta[1], de quibus cum aliis diebus (iun. 24, 25, 26, iul. 1) tum maxime 19 decembris sermo erit.

**Romae Luciae virginis et Auceiae regis barbarorum.**

14. IOVENTI] Deest loci indicium. Ioventium alium non esse suspicor ab eo qui in Actis Faustini et Iovitae[2] frater Faustini dicitur cum eo Brixiae passus, in hisce autem fastis Iuventia nuncupatur, ad diem feb. 16, n. 7. Pars enim laterculi XV kal. mart. ad kal. iun. nescio quo casu delata est (supra, ad n. 11). Neque Faustinus neglectus fuisse videtur, sed latere dicendus erit sub Faustinae, n. 116.

15. CIRICI] Solo nomine notus Ciricus ille.

16. EXSUPERANTI] Cf. iun. 3, n. 106: Exuperiae.

17. HERACLIAE] Solo nomine nota.

19. TESSALONICA] Supra, n. 1. Alio quidem loco (iun. 25, n. 11) Lucia et Auceia Thessalonicae tribui videntur, sed perperam. Nullum enim ex eorumdem Actis vel aliis quibusvis fontibus loci indicium praeter Romam elici potest.

20. LUCIAE] Supra, ad n. 13.

26. ROGATI] Infra, n. 55, 87; iun. 2, n. 24, 125, 132; feb. 15, n. 24. Rogatus et alter Rogatus recensentur in Actis martyrum Abitinensium.

27. GERMANI] Infra, n. 182; maii 31, n. 24.

28. SILVANI] Infra, n. 104; iun. 3, n. 58, 101, 122; feb. 17, n. 73; maii 31, n. 26. Cf. iun. 2, n. 31: Silvini; n. 232: Silvi. Infra n. 144: Silvanae.

29. BULODI] Lectio depravata videtur.

30. CECILIAE] Iun. 2, n. 169; feb. 16, n. 30: Cicili. Notasse iuverit nomina singula a Caeciliae ad Castulae (n. 30-40), uno excepto Egati (n. 34), eodem plane ordine die 31 maii, n. 38-47, iam scripta esse. Caecilia quaedam est inter martyres Abitinenses.

31. TERTULI] Iun. 2, n. 128. Infra, n. 126, 177: Tertulae, etiam maii 31, n. 39.

32. LAUTAE] Maii 31, n. 40.

33. VICTURI] Iun. 3, n. 34, 104; maii 31, n. 25; feb. 15, n. 41, 44; 17, n. 40. Infra, n. 112: Victuriae, ut et maii 31, n. 41.

34. EGATI] Infra, n. 174: Epagati; iun. 2, n. 306.

35. FORTUNATAE] Infra, n. 111; iun. 2, n. 59, 141; maii 31, n. 42. Cf. infra, n. 47: Furtunati.

36. MAXIMAE] Infra, n. 128, 184; iun. 2, n. 29, 43, 173; maii 31, n. 43; insuper feb. 16, n. 70, quo die Secundae et Donatillae, martyribus Tuburbitanis sociatur. Et hae quidem in laterculis 1 et 2 iun. non desiderantur: Secunda, iun. 1, n. 137; Donatilla iun. 2, n. 103: Donatulae.

37. ROGATAE] Iun. 2, n. 144, 215, 316; maii 31, n. 44. Cf. supra, n. 26: Rogati.

38. PAULINAE] Maii 31, n. 45: Paulicae. Iun. 2, n. 46: Paulae.

39. APPIAE] Ita et maii 31, n. 46, cum codice E. Ibi tamen BSW legunt Agapiae. Cf. infra, n. 43: Agapae.

40. CASTULAE] Infra, n. 152; iun. 2, n. 188, 301; maii 31, n. 47. Infra, n. 71: Castuli.

41. COTEUSSAE] Ignotum, si tamen genuina lectio est.

42. NOVELLAE] Infra, n. 118; n. 65: Noveliae.

43. AGAPAE] Feb. 15, n. 18; feb. 17, n. 41; supra, n. 39: Appiae.

44. CARRAE] Vix probanda lectio.

45. URURIAE] Maii 28, n. 33, ubi notatum est veluti larvatum nomen civitatis Arausicanae.

46. BUBLASSAE] Infra, n. 163: Publassi. Neutra lectio sana videtur.

47. FURTUNATI] Infra, n. 90; iun. 2, n. 165, 197; iun. 3, n. 41, 113. Supra, n. 35: Fortunatae.

48. MARCIANI] Infra, n. 56, 93, 169. Cf. iun. 2, n. 155: Marcianae.

49. SATURNINI] Infra, n. 57, 82; iun. 2, n. 119, 163; feb. 17, n. 53. Duo sunt hoc nomine appellati martyres Abitinenses. Cf. infra, n. 102: Saturninae.

50. BAIANI] Infra, n. 165: Gaiani.

51. ROGATIANAE] Infra, n. 72; feb. 17, n. 68. Cf. iun. 3, n. 40: Rogatiani.

52. HONORATI] Iun. 2, n. 209, 315; feb. 16, n. 46; maii 31, n. 37: Honori. Non quidem Honoratus sed Honorata quaedam annumeratur martyribus Abitinensibus.

53. DONATI] Infra, n. 85, 99; iun. 2, n. 120; iun. 3, n. 6, 30, 36; maii 31, n. 29; feb. 16, n. 57; feb. 17, n. 11.

55. ROGATI] Supra, n. 26.

56. MARCIANI] Supra, n. 48.

57. SATURNINI] Supra, n. 49.

58. POTINI] Episcopus martyr Lugdunensis, Pothinus, iun. 2, n. 225.

59. PAULI] Infra, n. 78; feb. 16, n. 21, 31, 45, 51; iun. 2, n. 33.

60. PETRUNI] Melius sane Petroni; nudum nomen.

61. ROTILIAE] Iun. 2, n. 134; infra, n. 181: Rotili.

62. FLAVI] Iun. 2, n. 54; iun. 2, n. 32: Flaviani; iun. 3, n. 107: Flavicae.

63. QUINTAE] Iun. 3, n. 55; infra. n. 73, 106: Quinti.

64. IANUARIAE] Infra, n. 110; iun. 2, n. 104, 124, 135; iun. 3, n. 9, 77, 99, 112. In Passione martyrum Abitinensium Ianuariae nomen bis recensetur. Cf. n. 66: Ianuari.

65. NOVELIAE] Supra, n. 42: Novellae.

66. IANUARI] Infra, n. 97; iun. 2, n. 78, 139, 152; iun. 3, n. 33, 73; feb. 17, n. 32, 34. Cf. n. 64: Ianuariae.

67. GOSOSIAE] Tum Gososia tum Fe-

[1] BHL. 4980-4982. — [2] BHL. 2836-2838; Supplementum, 2838 b, d. Cf. F. SAVIO, La légende des SS. Faustin et Jovite in Anal. Boll., t. XV, p. 5-65.

dosa (n. 68) nomina sunt de quorum sinceritate merito dubites.

69. VICTURINAE] Iun. 3, n. 43; infra, n. 112: Victuriae, iun. 3, n. 57: Victurini.

70. MATRONAE] Infra, n. 133; iun. 2, n. 36, 56; iun. 3, n. 109. Lege quae annotata sunt ad n. 1. Eodem nomine appellatae sunt duae martyres Abitinenses.

71. CASTULI] Iun. 2, n. 162. Cf. supra, n. 40: Castulae.

72. ROGATIANAE] Supra, n. 51.

73. QUINTI] Infra, n. 106; supra vero, n. 63: Quintae. In turma Abitinensium est Quintus aliquis.

74. MARCI] Infra, n. 171; feb. 16, n. 54, 59; feb. 17, n. 70. Cf. iun. 2, n. 113: Marciae.

75. GEMINAE] Iun. 2, n. 239: Gemini.

76. MARCIALIS] Iun. 2, n. 136; feb. 16, n. 52.

77. MITUNI] Infra, n. 135.

78. PAULI] Supra, n. 59.

79. VERRICI] Lectio corrupta videtur, an ex Barici, n. 121?

80. CASSI] Cognomen Cassius in nostris fastis rarum est. Quidni legendum Casti (infra, n. 95) vel Cassi(ani), iun. 3, n. 54?

82. SATURNINI] Supra, n. 49.

84. MARTINI] Infra, n. 164. Martinus quidam est martyr Abitinensis.

85. DONATI] Supra, n. 53.

87. ROGATI] Supra, n. 26.

88. IOHANNIS] Infra, n. 183; feb. 15, n. 25.

90. FURTUNATI] Supra, n. 47.

91. DONATIANI] Mai 31, n. 17; feb. 17, n. 56.

93. MARCIANI] Supra, n. 48.

94. SAILIS] Lectio depravata videtur.

95. CASTI] Iun. 2, n. 157; feb. 17, n. 37. Cf. infra, 127: Castae; supra, n. 80: Cassi; n. 170: Cisti.

97. IANUARI] Supra, n. 66.

99. DONATI] Supra, n. 53.

100. ORTINSIS] Genuina lectio videtur Hortensi. Nihil tamen de martyre Hortensio compertum habemus.

102. SATURNINAE] Infra, n. 141; iun. 2, n. 40, 45, 72, 106, 168, 191; iun. 3, n. 128. Martyr Abitinensis hoc nomine vocata habetur. Cf. n. 49: Saturnini.

103. MALCHI] Semiticum hoc nomen punicum martyrem appellare potest.

104. SILVANI] Supra, n. 28.

106. QUINTI] Supra, n. 73.

107. FELICIAE] Iun. 2, n. 172. Cf. feb. 17, n. 35: Feliciani.

108. SILLEFAE] Forsitan imperiti librarii scriptio pro voce Feliciae, n. 107. Cf. tamen n. 176: Sillirae, vocabulum aeque luxatum.

110. IANUARIAE] Supra, n. 64.

111. FURTUNATAE] Supra, n. 35.

112. VICTURIAE] Iun. 2, n. 89, 112, 145, 160; iun. 3, n. 52, 82; feb. 17, n. 57. Victuria quaedam martyribus Abitinensibus annumeratur.

113. MATRIAE] An Mariae, quae ter saltem iun. 2 nuntiatur, scil. n. 62, 80, 186?

114. PRIMAE] Iun. 2, n. 149, 174; feb. 16, n. 28; infra, n. 124: Primiae. Inter martyres Abitinenses Prima quaedam recensetur.

115. GEMELLINAE] Infra, n. 140; feb. 15, n. 40: Gemellae; feb. 15, n. 45: Gemelliani.

116. FAUSTINAE] Iun. 3, n. 110. Cf. feb. 16, n. 5: Faustiniani, al. Faustini; feb. 17, n. 65: Faustiniae; supra, ad n. 14.

118. NOVELLAE] Supra, n. 42.

119. DONATAE] Iun. 2, n. 41, 61, 75, 111, 115, 146.

120. ZETULAE] Iun. 3, n. 56; feb. 17, n. 71: Cetulae.

121. BARICI] Cf. supra, n. 79: Verrici.

122. URBANAE] Infra, n. 130, 139; iun. 2, n. 150; iun. 2, n. 51: Orbani.

123. ROMANAE] Feb. 15, n. 9; iun. 3, n. 115: Romani.

124. PRIMIAE] Supra, n. 114: Primae.

126. TERTULAE] Iun. 2, n. 64, 95; maii 31, n. 39; infra, n. 177: Fertulae; supra, n. 31: Tertuli.

127. CASTAE] Iun. 2, n. 189. Cf. supra, n. 95: Casti.

128. MAXIMAE] Supra, n. 36.

130. URBANAE] Supra, n. 122.

131. OBTATAE] Nudum nomen.

133. MATRONAE] Supra, n. 70.

134. MELOSAE] Infra, n. 178: Maiosae, forsan pro Maiori, n. 136.

135. MITTUNI] Supra, n. 77.

136. MAIORI] Infra, n. 172; n. 178: Maiosae. Cf. n. 134.

137. SECUNDAE] Iun. 2, n. 123, 134; et feb. 16, n. 69, si forte sit Maximae et Donatillae (quorum natalis est 30 iul.) socia. Supra, ad n. 36. Sed et bis signatur Secunda in serie martyrum Abitinensium.

139. URBANAE] Supra, n. 122.

140. GEMELLINAE] Supra, n. 115.

141. SATURNINAE] Supra, n. 102.

142. PROCULAE] Iun. 3, n. 96; infra, n. 173; Proculi. Notasse iuverit Proculum olim et in laterculo feb. 15 inscriptum fuisse, ut ibidem ad n. 7 notatum est.

143. SORDIDAE] Nudum nomen.

144. SILVANAE] Iun. 3, n. 91; supra, n. 28: Silvani.

145. RUFINAE] Iun. 3, n. 97; feb. 15, n. 14: Rufini, al. Rufinae.

146. NINAE] Iun. 2, n. 109; ibid., n. 166, 284, 296: Nicae. Nina sive Nica, cum sex qui proxime sequuntur martyribus eodem fere ordine die 2 iun. memorantur veluti Lugdunenses, non recte.

| | |
|---|---|
| 146. Ninae | iun. 2, n. 296 (Nicae). |
| 147. Sepaci | iun. 2, n. 298. |
| 148. Vincenti | iun. 2, n. 295. |
| 149. Prisci | iun. 2, n. 297. |
| 150. Hilari | iun. 2, n. 299. |
| 151. Felicis | iun. 2, n. 300. |
| 152. Castolae | iun. 2, n. 301. |

De Castola iam supra, n. 40. Felix insuper nuntiatur iun. 2, n. 76, 94, 102, 118, feb. 17, n. 63, et quattuor cognomines martyres inter Abitinenses habentur; inter eos etiam non quidem Hilarus, sed Hilarion.

153.

*153.* ASABI] *Al.* *A r a b i, lectio admodum incerta.*

*154.* PULLI] *Crediderim lectionem a librariis male habitam pro L u p i, n. 158. P u l l i c u m a l i i s = L u p i c u m a l i i s. Ceterum de sociis CXX vel XIII (n. 157, 161) nihil traditum est. In laterculo 15 feb., n. 27: a l i o r u m X I I.*

*158.* LUPI] *Maii 31, n. 51.*

*162.* CATULINI] *Cf. iun. 2, n. 96: C a s t u l i n a e.*

*163.* PUBLASSI] *Supra, n. 46: B u b l a s s i.*

*164.* MARTINI] *Supra, n. 84.*

*165.* GAIANI] *Supra, n. 50: B a i a n i.*

*166.* MARCELLINI] *Infra, n. 180. Non videtur seiungendus Marcellinus a P l e d i, n.167, quod legendum crediderim P e t r i, ut habeatur par martyrum Romanorum qui coluntur postridie, n. 1-7. M a r c e l l i n u s quidam nuntiatur et in laterculo feb. 16, n. 56.*

*169.* MARCIANI] *Supra, n. 48.*

*170.* CISTI] *An legendum C a s t i, n. 95 ?*

*171.* MARCI] *Supra, n. 74.*

*172.* MAIORI] *Supra, n. 136.*

*173.* PROCULI] *Cf. supra, ad n. 142: P r o c u l a e.*

*174.* EPAGATI] *Supra, n. 34: E g a t i. Martyr Lugdunensis, de quo iun. 2, n. 306.*

*175.* TERCI] *Iun. 2, n. 178.*

*176.* SILLIRAE] *Cf. supra, n. 108: S i l l e f a e ; iun. 2, n. 177: S i l d i n a e.*

*177.* FERTULAE] = *T e r t u l a e, supra, n. 126*

*178.* MAIOSAE] *Cf. supra, n. 134: M e l o s a e.*

*179.* TIMOTHEI] *Nudum nomen.*

*180.* MARCELLINI] *Supra, n. 166.*

*181.* ROTILI] *Feb. 17, n. 72: R u t u l i. Cf. supra, n. 61: R o t i l i a e.*

*182.* GERMANI] *Supra, n. 27.*

*183.* IOHANNIS] *Supra, n. 88.*

*184.* MAXIMAE] *Supra, n. 36.*

*185.* CUM ALIIS] *Si M a x i m a Tuburbitana illa est quae colitur iul. 30, nullos habuit socios praeter Secundam et Donatillam.*

*188.* VIENNA] *Interfuit C l a u d i u s concilio Arausicano an. 441, concilio Vasionensi, an. 442* [1]. *Teste Gennadio, Salvianus Massiliensis scripsit* Expositionis extremae partis libri Ecclesiastes ad Claudium episcopum Viennensem librum unum [2].

**Vienna Claudii episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.: L o v e n t i = n. 14: I o v e n t i.*

*N i c o m e d i s. Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* Kalendis iuniis dedicatio basilicae sancti Nicomedis [3]. *Sacramentarium Gregorianum:* Kal. iuniis dedicatio natalis sancti Nicomedis [4]. *De S. Nicomede iterum die 15 sept., in Additamentis. Hodie certe legendum:*

**Dedicatio sancti Nicomedis martyris.**

[1] *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 72-73; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 72-73. — [2] *De viris illustribus*, LXVIII. — [3] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 131. — [4] WILSON, p. 82.

# IV NON. IUN.

| I | II |
|---|---|
| **Romae natale Petri exorcistae et Marcellini presbiteri** | **Romae in cimiterio inter duos lauros via Lavicana miliario quarto Marcellini presbiteri et Petri exorcistae** [a] |

**Tomathi Rogati cum aliis XLII Secundi Maximae Martiniani Silvini Flaviani Pauli Petri Victorinae Matronae Faustae Extricati Antoninae Saturninae Donatae Reduciae Maximae item Saturninae Paulae Iuliae Florentini Fortunati Maximi Orbani Felicissimae Iustae Flaviae item Matronae Marciosae Valentinae Furtunatae Venustae Donatae Mariae Gallicae Tertulae Vitalicae Evanciae item Iuliae Sammatae Posinnae item Saturninae Concordiae item Donatae Felicis Valentini Ianuari**

| | |
|---|---|
| **Luci Mariae Mustillae** | **Mustille Luci item Mariae** |

**Marcillae Perci Datulae Victuriae Iuniani item Maximi item Felicis Tertulae Castulinae** [b] **Gauduli Modiani Iusti Saturi item Felicis Donatulae Ianuariae Furtunati Saturninae item Iuliae Ninae Honoriae Donatae Victuriae Marciae item Donatae Calponiae Extricati Felicis Saturnini Donati Zenoni Primosae Secundae Ianuariae Rogati Fausti Fontaci Tertuli item Paulae item Rogati item Secundae Ianuariae Marcialis Felicis** [c] **Furtunati Ianuari Adiutoris Fortunatae Nomentiae Paulae Rogatae Victoriae Donatae Maiori Posinnae Primae Urbanae Tunnini Ianuarii Senetionis Iuliae Marcianae Nondinari Casti Dati Florentinae Victuriae Piscinae Castuli Saturnini Victuriani Fortunati Nicae Nonnidi Saturninae Caeciliae Marinae Luciosae Feliciae Maximae Primae Firminae Evasi Sildinae Tertii Tusci Marcellinae Iotae Evasiae Sarmatiae Rotillae item Mariae Calpurniae Castulae**

| | |
|---|---|
| | **Castae** |

**item Saturninae cum aliis LXXVI Mari Ioviani Furtunati Orati Latinae.**

*Addunt codices pleniores :* a) et natale sc̄ vegilii cff S. — b) tullae E². — c) īt felicis B. — d) in formies nat. herasmi S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rōm E | 4. ex orcis E | 8. rome S | 9-17. *om.* SW | 19. *om.* S | 21. petrę B | 22. exorcista B | 23. thomoci BS ; tomoci W | 24. rogatiani S | 26. alis E | 27. quadraginta duo B | 35. victoriae B ; victuriae S ; victorię W | 36. matrone S | 37. fausti BS | 38. extrigatę B ; extricate S ; extricatę W | 39. antonine S | 40. *om.* B ; saturnine SW | 41. donate SW | 42. reductę BW ; reducte S | 43. maxime S | 44-50. *om.* S | 45. saturnini B | 46. pauli W | 49. furtunatę B ; furtunati EW | 50. maximę BW | 51. urbani B ; orbane SW | 52. felicissime S | 53. iuste S | 55. *om.* E | 56. matrone S | 57. marciose S | 58. valentine S ; valentiae W | 59. furtunate BS | 60. venuste BS | 61. donate S | 63. galliciae S. | 65. vatalici B ; vatulice S | 66. evantię BW ; evantiae S | 69. sammate S ; samniatę W | 70. possinni B ; possinne S ; possinnę W | 72. saturnini B ; saturnine S | 74. *om.* W | 75. donate S | 77. valentine W | 78. ianuarię BW | 82-85. *om.* B | 82. mustulae W | 86. marcellae B ; marcelle S ; martellę W | 87-88. percidatulę B ; percida tule S | 89. victorię B ; victurię S | 90. ioviani BSW | 92. maximę B ; maxime S ; maximae W | 95-102. *om.* E¹ ; *add.* E² *in marg.* | 95. turtule S ; tertullae W | 96. castuline S | 97. zaetuli E² | 101-105. *om.* W | 103. dontulae E ; donatule S | 105. furtunate S | 106. sarninę B ; sarnine S ; sarninae W | 107-108. *om.* W | 107. *om.* E | 108. iulie S | 111-115. *om.* W | 111. donate S | 112. victorię B | 113. marcie S | 114. *om.* E | 115. donate S | 116. caponię B¹ ; calponię B² | 117. extricate B ; extricati S | 117-120. *om.* W | 119. saturnine S | 120. donatę B | 121. zenovi E ; cinonę B ; cenoniae S ; caenonę W | 122. primosi S | 123-125. *om.* W | 126. faus ci E | 127. fontei BS ; fon taei W | 127-138. *om.* W | 128. tertulę BS | 130. paule S | 132. rogatę B ; rogate S | 134. secundę S | 135. ianuarii B ; ianuarię S | 139. ianuarii BSW | 141. furtunatę B ; furtunate S ; *om.* W | 142. nomicię B ; nomedię S ; nomitiae W | 143-146. *om.* W | 143. paule S | 144. rogate S | 145. victuriae S | 146. donate. S | 147. mavori BSW | 148. posinuae E ; posinni S ; *om.* W | 149. prime S ; primiae W | 150. urbane S ; *om.* W | 151. tonnini S | 152. ianuari E ; *om.* W | 153. senecionis B ; senicionis S ; senitionis W | 154. *om.* W | 155. marciane S | 159-160. *om.* W | 160. victorię B | 161. piscine S | 162. catuli E | 163. saturninę B ; *om.* W | 164. victoriani B ; victuriane S | 165. furtunati B ; fortunate S ; *om.* W | 166. ninę BSW | 167. nondine S ; nundini W | 168. saturnine S ; *om.* W | 169. caciliae S | 170. mariane S | 172-174. *om.* W | 175. formini B ; formine S ; forminae W | 176-189. *om.* W | 177. sildini BS | 179. fusci EB | 181. iuste BS | 183. sarmitię B ; salmaciae S | 184. rutulię B ; rodilicię S | 187. salpornie B ; salporniae S | 188. castule S | 189. casti S | 191. saturnine B | 193. alis E ; allis W | 194. septuaginta sex B ; XXIII W | 195. mariae BS ; *om.* W | 196-200. *om.* W | 196. iovinianę BS | 197. fortunati S | 199. latine S.

**Sabinae**

**Sabinae depositio Marcellini episcopi. in civitate Cesarea natale Thamati Honorati Seleuci Porfiri Pamphili**

**Estivi | Palestini**

**Rogatae. in Campania Herasmi. Lugduno Galliae XLVIII martyrum hoc est Potini episcopi Zachariae presbyteri Vetti Maccharii Alcipiadis Silvi Primi Ulpi Vitalis Cummini Octobris Filomini Gemini Iuliae Albinae Gratae Emiliae Potamiae Pompeiae Rodanae Biblis Quartiae Maternae Hilpis hii autem qui ad bestias traditi sunt Sancti diaconi Maturi Attali Alexandri Ponteci Blandinae hii sunt qui in carcere spiritum reddiderunt Aristei Cornili Zosimi Titi Iuli Zotici Appolloni Geminiani Iuliae Ausonae item Emiliae Iamnicae Pompeiae Domnae Amiliae Iustae Trofimae Antoniae item alii in Lugduno Vincenti Nicae Prisci Sepace Hilari Felicis Castolae. item in eodem loco Epagati Ameliae Donatae. alibi depositio Barbaruni presbyteri Humati Evasi Honorati Rogatae. Romae martyrum XLVIII [d].**

200. sal /// nę S ; *add.* et BS | 202. marcelli W | 204. *om.* E | 206. cessār E ; cesarię B ; caesaria W | 207. *om.* BSW | 209. *om.* W | 211. porfini B ; *om.* W | 212. pafili E ; phafili S | 214-215. *om.* W | 215. rogate S | 217. campā E | 218. nerasmi B ; nerasni S ; nerafmi W | 220. gał EB ; gallea S ; gałł W | 221. quadraginta et octo B ; XLVII W | 222. mār E ; martyres S ; martyris W | 225. rotini B ; rogatini S ; rogatiani W | 228. ep̄i W | 229. vitii B ; vethi S ; vethy W | 230. macharii BSW | 231. aslcipiadis E² *corr.* ; asclipiades B ; asclipiadis SW | 232. silvii BS | 234. ulpii BSW | 235. vitali B | 236. comini B ; commini SW | 237. octubris W | 238. philimoni B | 241. albini BW ; et alibi S | 242. grate S | 243. *om.* B ; melia S ; milia W | 244. potame S ; petamię W | 245. pompeię BS ; ponpeiae W | 246. rodianę S ; rodiane W | 247. bliblis B | 251-257. *om.* ES | 252. *om.* W | 258. *om.* E | 259-260. *invert.* E | 260. martyri B | 261. attuli B ; attili SW | 264. blandini S¹W | 265. hi S | 265-271. *om.* E | 270. sp̄m B | 272. atristei E ; arestei B | 272-290. *om.* W | 273. cornelii B ; cornilii S | 276. iulii BS | 278. apolloni B ; appolovi S | 280. iubeae S | 283. emelię B ; emelie S | 284. nicae E ; iamnicę S | 286. dominae E ; domne S | 287. amilie S | 288. iuste S | 289. tropimae E ; trophime S | 290. antonię S ; *add.* hii omnes famuli xp̄i sub antonino imperatore sunt coronati B | 291-292. *om.* SW ; cum aliis XVII mart̄ W | 293. *om.* BS | 294. lugdū E ; lugdunensiū B ; lugdunense S ; lugdunins̄ W | 295. vincentii W : vincenni S | 296. ninę BS ; *om.* W | 297-305. *om.* W | 297. priscae S | 298 sepacę BS | 301. castulę BS | 302-305. *om.* S | 307. emelię B ; amiliae S | 308. donate S ; *om.* W ; *add.* et B | 311. barbaroni B ; barbarundi S | 313. umati B | 314. tuasi S | 315-316. *om.* W | 315 honoratę S | 316. rogate S | 317. roma S ; rom̄ WE | 318. *om.* E ; martyres W | 319. quadraginta et VIII B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Marcellini prespiterii et Petri exorcistae et in civitate Cesarea Honori Propiri et Pampili et in Foririas Erasmi et Lugduno Blandina cum XLVI martiribus. — Mon. . Eodem die Eugenii papae. — Rich. : Rome Marcellini presbyteri et Petri exorcistae et in civitate Caesarea Honorati Porphirii et Pamphili alibi Tomaci Silvini. — Cod. Bruxell. 207-208 : Nomina autem martyrum haec sunt Vethius Zacharias Macharius Alcipiades Silvinus Primus Ulpius Vitalis Lomninus October Filominus Geminas Iulia Albina Grata Ponticus Blandina Emilia Potomine Pompeia Rodane Biblis Quarta Materna Alpisque et Amnas Maturus Alexander Iulius Apollonius hi sunt qui in carcere spiritum reddiderunt Arethius Fotinus Cornelius Cosemus hi autem qui ad bestias traditi sunt Sanctus Tytus Mammilia Loticus Iusta Trofome et Antani Geminianus Iulia Ausone Emilia Imanica Pompeia Domna. — Codex Velseri (Monacensis 3514) : Nomina autem martyrum haec sunt Vettius Macharius Alcipiades Silvius Primus Ulpius Vitalis Comminus Octobrius Filominus Geminas Iulia Albina Grata Aemilia Potomene Pompeia Rhodana Bibilis Quartia Pontica Materna Helpeque et Amnas hii autem qui ad bestias traditi sunt Sanctus diaconus Maturus Attalus Alexander Ponticus et Blandina hii autem qui in carcerem spiritum reddiderunt Arestius Cornilius Zosimus Titus Zoticus Iulius Apollonius Geminianus Iulia Auxentia item Aemelia Gamnica item Pompeia, Domna Mamilia Iusta Trofimae et Antonia. — Gregorius Turonensis (*In gloria martyrum*, XLVIII) : Quadraginta octo vero martyrum nomina qui Lugduno passi dicuntur haec sunt Vettius Epagatus Zaccharias Macharius Alcipiadis Silvius Primus Alpius Vitalis Comminius October Philominus Geminus Iulia Albina Grata Aemilia Postumiana Pompeia Rodonae Biblis Quarta Materna Elpen ipsa Stamas hii autem bestiis traditi sunt Sanctus et Maturus Alexander Ponticus Blandina hii sunt qui in carcerem spiritum reddiderunt Arescius Photinus Cornelius Zotimus Titus Zoticus Iulius Aemilia Gamnitae Pompeia Alumna Mamilia Iusta Trifimae Antonia et beatus Photinus episcopus. — Florus : Nomina vero XLVIII martyrum haec sunt Fotinus episcopus Zacharias presbyter Epagatus Macharius Alcibiades Silvius Primus Ulpius Vitalis Comminus Octuber Filuminus Geminus Iulia Albina Grata Rogata Emilia Potamia Pompeia Rodona Biblis Quartia Materna Helpes quae et Amnas hii autem qui ad bestias traditi sunt Sanctus Maturus Attalus Alexander Ponticus Blandina hi vero qui in carcere spiritum reddiderunt Aristeus Cornelius Zosimus Titus Iulius Zoticus Appollonius Geminianus Iulia Ausona Emilia Iamnica Pompeia Domna Iusta Trofima Antonia hi omnes famuli Christi sub praefato imperatore [*scil.* sub Antonino Vero] pariter coronati sunt.

## IUN. 2

*1.* Romae] *Sacramentarium Gelasianum:* In natale sanctorum Petri et Marcellini IIII nonas iunias [1]. *In codice Sangallensi:* IIII nonas iunias natale sanctorum Marcellini et Petri [2].

[1] Wilson, p. 174. — [2] Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 131.

*Sacramentarium*

*Sacramentarium Gregorianum:* IIII nonas iunias id est II die mensis iunii natale sanctorum Marcellini et Petri [1]. *In capitulari evangeliorum Wirceburgensi, sabbato secundae hebdomadae Quadragesimae legitur:* ad sanctum Petrum et Marcellinum; *die autem 2 iun.:* natale sanctorum Marcellini et Petri [2]. *Ambo sancti, qui in canone Missae nominantur, primum locum obtinente Marcellino, in codice E martyrologii inverso ordine recensentur; quem tamen morem non retinuerunt eiusdem familiae breviaria. Duo martyres in coemeterio* inter duas lauros ad S. Helenam, *uti hoc appellant Mirabilia* [3], *conditi erant. Utrumque memorant omnes, quotquot novimus, peregrini et topographi. Itinerarium Salisburgense:* Ad Helenam via Campana... postea intrabis in speluncam: ibi pausant sancti martyres Petrus presbyter et Marcellinus martyr. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam vero Lavicanam ecclesia est S. Helenae... ibi sancti isti dormiunt Petrus, Marcellinus... *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Via Lavicana... quae ad beatam Helenam tendit. Ibi sunt prope Petrus, Marcellinus... *Topographia Einsiedlensis:* In via Praenestina foris murum in sinistra S. Helena, S. Marcellinus et Petrus [4]. *Hadrianus papa (772-795)* cimiterium beatorum Petri et Marcellini via Lavicana iuxta basilicam beatae Elenae renovavit et tectum eius, id est S. Tiburtii et eorumdem sanctorum Petri et Marcellini noviter fecit [5]. *In eorum honorem titulum posuit Damasus papa in marmore dudum perdito, cuius nuper fragmentum repertum est* [6]. *Inscriptio quae in Passione SS. Marcellini et Petri refertur* [7], *ex ipso lapide videtur fuisse descripta* [8].

MARCELLINE TVOS PARITER PETRE NOSSE TRIVMPHOS
PERCVSSOR RETVLIT DAMASO MIHI CVM PVER ESSEM
HAEC SIBI CARNIFICEM RABIDVM MANDATA DEDISSE
SENTIBVS IN MEDIIS VESTRA VT TVNC COLLA SECARET
NE TVMVLVM VESTRVM QVISQVAM COGNOSCERE POSSET
VOS ALACRES VESTRIS MANIBVS MVNDASSE SEPVLCRA
CANDIDVLE OCCVLTO POSTQVAM IACVISSE SVB ANTRO
POSTEA COMMONITAM VESTRA PIETATE LVCILLAM
HIC PLACVISSE MAGIS SANCTISSIMA CONDERE MEMBRA [9]

*Reperta fuit etiam crypta in qua sancti requieverunt* [10]. *Exstitit quidem in antiqua via Merulana ecclesia SS. Marcellini et Petri; sed inter Urbis titulos nondum memoratur in synodo an. 499. Contra, anno 595, actis synodi Romani subscripsit* Albinus presbyter tituli SS. Marcellini et Petri [11]. *Cum autem an. 499 occurrat quidam* Andreas tituli S. Matthaei [12], *quae ecclesia anno 596 non iam nominabatur, coniecit Duchesne, titulo S. Matthaei, labente saeculo VI, subrogatum fuisse* titulum SS. Marcellini et Petri, *quod satis facile contingere potuit, cum ambae ecclesiae in eadem vicinia sitae fuerint* [13]. *Cum titulo SS. Marcellini et Petri commutari etiam potuit titulus Nicomedis* [14], *qui anno 499 ecclesiis Romanis annumeratus erat et in synodo 596 non amplius comparet* [15]. *Sed huic coniecturae nonnihil officit quod ecclesiae istae non admodum vicinae fuerunt. Ad diem 18 iulii iterum nobis occurrent nomina* Petri, Marcelli(a)ni *in ementita nomenclatura septem filiorum sanctae Symphorosae. Illuc qua via delata fuerint, incertum. Cum codicibus scribimus* d u o s *lauros.*

**Romae in cimiterio inter duos lauros via Lavicana miliario quarto Marcellini presbiteri et Petri exorcistae.**

23. TOMATHI] *Infra, n. 208:* T h a m a t i. *In hisce « pronum est Thimidae vel* T h i m i d e n s i u m *nomen agnoscere* [16] *». Ita L. Duchesne. Thimidenses autem sancti in kalendario Carthaginiensi nuntiantur die 31 mai. Lege quae ad hunc diem annotata sunt. Coniecturam tanti viri silentio praeterire noluimus, non tamen amplecti properamus, neque illam qua uberes horum dierum laterculi Thimidensium martyrum nominibus constare creduntur. Cf. infra, n. 313:* H u m a t i.

24. ROGATI] *Infra, n. 125, 132; iun. 1, n. 26, 55, 87; maii 31, n. 32; feb. 15, n. 24. Cf. infra, n. 144:* R o g a t a e.

25. CUM ALIIS] *Sintne anonymi, an potius XLII ex iis quorum nomina in hoc laterculo recensentur ignoramus.*

28. SECUNDI] *Iun. 3, n. 71; feb. 16, n. 60, 64; feb. 17, n. 62. Cf. infra, n. 123:* S e c u n d a e.

29. MAXIMAE] *Infra, n. 43, 173; iun. 1, n. 36, 128, 184.*

30. MARTINIANI] *Martinianum nullum novimus praeter illum qui Romae colitur die 2 iul.*

[1] WILSON, p. 82. — [2] MORIN, in *Revue Bénédictine*, 1911, pp. 303, 308. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 179. Cf. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 198, annot. 90; J. P. KIRSCH, *Die Märtyrer der Katakombe « ad duas Lauros » in Rom* (Freiburg i. B., 1920), p. 2-5. — [4] DE ROSSI, t. c., p. 178-79. — [5] DUCHESNE, t. c., p. 500. — [6] *Studi Romani*, t. I (1913), p. 65-66; A. MUÑOZ, *Il restauro della chiesa e del chiostro dei SS. Quattro Coronati* (Roma, 1914), p. 128. — [7] *BHL.* 5230-5231. Cf. IHM, *Damasi epigrammata*, n. 29. — [8] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 45. — [9] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 29. — [10] MARUCCHI, *La cripta storica dei SS. Pietro e Marcellino recentemente scoperta nella via Labicana*, in *Nuovo bullettino*, 1898, p. 137-93; ID., *Esame di un opusculo di Mons. G. Wilpert* (Roma, 1909), p. 9-14; G. WILPERT, *Le pitture recentemente scoperte nel cimitero dei SS. Pietro e Marcellino*, in *Nuovo bullettino*, 1900, p. 85-97; ID., in *Römische Quartalschrift*, 1908, p. 73-91. — [11] *M.G.*, Epist., t. I, p. 367. — [12] *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, p. 412. — [13] *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, 1887, p. 228. — [14] *M.G.*, Auct. antiq., t. c., p. 412-13. — [15] Ita J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 56-58. — [16] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXX].

*Inter*

Inter Afros habetur Martinus, iun. 1, n. 84, 164.

31. SILVINI] Infra, n. 232: Silvi, al. Silvini. Cf. iun. 1, n. 28: Silvani.

32. FLAVIANI] Cf. infra, n. 54: Flaviae.

33. PAULI] Iun. n. 59, 78; feb. 16, n. 21, 31, 45, 51. Infra, n. 46: Paulae.

34. PETRI] Supra, n. 3.

35. VICTORINAE] Iun. 1, n. 69; iun. 3, n. 52.

36. MATRONAE] Infra, n. 56; iun. 1, n. 70, 133; iun. 3, n. 109.

37. FAUSTAE] Cf. infra, n. 126: Fausti; iun. 1, n. 116; Faustinae.

38. EXTRICATI] Infra, n. 117; iun. 3, n. 42. Ita male scriptum esse pro Epagati (n. 306), coniectura est quam retulisse sufficiat [1].

39. ANTONINAE] Infra, n. 290: Antoniae.

40. SATURNINAE] Infra, n. 45, 72, 106, 168, 191; iun. 1, n. 102, 141; iun. 3, n. 128. Cf. infra, n. 119: Saturnini.

41. DONATAE] Infra, n. 61, 75, 111, 115, 146, 308; iun. 1, n. 119. Cf. infra, n. 120: Donati.

42. REDUCIAE] Nudum nomen.

43. MAXIMAE] Supra, n. 29.

45. SATURNINAE] Supra, n. 40.

46. PAULAE] Infra, n. 130, 143. Supra, n. 33: Pauli.

47. IULIAE] Infra, n. 68, 108, 154, 240, 280; feb. 17, n. 48. Cf. infra, n. 276: Iuli.

48. FLORENTINI] Cf. infra, n. 159: Florentinae.

49. FORTUNATI] Infra, n. 105, 138, 165, 197; iun. 1, n. 47, 90; iun. 3, n. 41, 113. Cf. infra, n. 59: Fortunatae.

50. MAXIMI] Infra, n. 92. Cf. supra, n. 29: Maximae.

51. ORBANI] Iun. 3, n. 37. Cf. infra, n. 150: Urbanae.

52. FELICISSIMAE] Nudum nomen.

53. IUSTAE] Infra, n. 288, inter martyres Lugdunenses; iun. 3, n. 94; feb. 17, n. 17. Cf. infra, n. 99: Iusti.

54. FLAVIAE] Iun. 1, n. 62; iun. 3, n. 107: Flavicae.

56. MATRONAE] Supra, n. 36.

57. MARCIOSAE] Nudum nomen.

58. VALENTINAE] Cf. infra, n. 77: Valentini.

59. FURTUNATAE] Infra, n.141; maii 31, n.42. Cf. supra, n. 49: Fortunati.

60. VENUSTAE] Feb. 17, n. 67: Venustinae.

61. DONATAE] Supra, n. 41.

62. MARIAE] Infra, n. 80, 186; n. 195: Mari.

63. GALLICAE] Iun. 3, n. 111: Galliciae.

64. TERTULAE] Infra, n. 95; iun. 1, n. 126, 177; maii 31, n. 39. Cf. infra, n. 128: Tertuli.

65. VITALICAE] Nudum nomen.

66. EVANCIAE] Cf. infra, n. 176, 314: Evasi.

68. IULIAE] Supra, n. 47.

69. SAMMATAE] Infra, n. 183: Sarmatiae.

70. POSINNAE] Infra, n. 148. Cf. n. 161: Piscinae.

72. SATURNINAE] Supra, n. 40.

73. CONCORDIAE] Feb. 17, n. 16.

75. DONATAE] Supra, n. 41.

76. FELICIS] Infra, n. 94, 102, 118, 137, 300; iun. 1, n. 151; feb. 17, n. 63.

77. VALENTINI] Cf. supra, n. 58: Valentinae.

78. IANUARI] Infra, n. 139, 152; iun. 1, n. 66, 97; iun. 3, n. 33, 72; feb. 17, n. 32. Cf. n. 104: Ianuariae.

79. LUCI] Feb. 15, n. 23; iun. 3, n. 90.

80. MARIAE] Supra, n. 62.

81. MUSTILLAE] Cf. iun. 5, n. 30: Mustili, al. Mustoli = feb. 2, n. 62: Mustulae.

86. MARCILLAE] Feb. 17, n. 46: Marcellae. Cf. infra, n. 180: Marcellinae.

87. PERCI] Lectio germana non videtur.

88. DATULAE] An legendum Donatulae, n. 103?

89. VICTURIAE] Infra, n. 112, 145, 160; iun. 1, n. 112; iun. 3, n. 52, 82.

90. IUNIANI] Solo nomine notus.

92. MAXIMI] Supra, n. 50.

94. FELICIS] Supra, n. 76.

95. TERTULAE] Supra, n. 64.

96. CASTULINAE] Cf. infra, n. 188, 301: Castulae.

97. GAUDULI] Tum Gauduli, tum Modiani, n. 98, sola nomina nota sunt.

99. IUSTI] Iun. 3, n. 108. Cf. supra, n. 53: Iustae. Maii 31, n. 52: Iustae, al. Iusti.

100. SATURI] Feb. 17, n. 60; iun. 3, n. 32: Saturni.

102. FELICIS] Supra, n. 76.

103. DONATULAE] Cf. supra, n. 88: Datulae. Forsitan legendum: Donatillae. Cf. iun. 1, ad n. 36.

104. IANUARIAE] Infra, n. 124, 135; iun. 1, n. 64, 110; iun. 3, n. 9, 77, 99, 112. Cf. n. 78: Ianuari.

105. FURTUNATI] Supra, n. 49.

106. SATURNINAE] Supra, n. 40.

108. IULIAE] Supra, n. 47.

109. NINAE] Iun. 1, n. 146. Cf. infra, n. 166: Nicae.

110. HONORIAE] Cf. infra, n. 209, 315: Honorati; iun. 3, n. 80: Honoratae.

111. DONATAE] Supra, n. 41.

112. VICTURIAE] Supra, n. 89.

113. MARCIAE] Cf. iun. 1, n. 74: Marci.

115. DONATAE] Supra, n. 41.

116. CALPONIAE] Infra, n. 187: Calpurniae.

117. EXTRICATI] Supra n. 38.

118. FELICIS] Supra, n. 76.

119. SATURNINI] Infra, n. 163; iun. 1, n. 49, 57, 82; iun. 3. n. 81. Cf. supra, n. 40: Saturninae.

120. DONATI] Iun. 1, n. 53, 85, 99; iun. 3, n. 6, 30, 36. Cf. supra, n. 41: Donatae.

121. ZENONI] Feb. 15, n. 6.

[1] QUENTIN in *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 129.

122. PRIMOSAE] *Solo nomine nota.*
123. SECUNDAE] *Infra, n. 134; iun. 1, n. 137. Cf. n. 28: Secundi.*
124. IANUARIAE] *Supra, n. 104.*
125. ROGATI] *Supra, n. 24.*
126. FAUSTI] *Cf. supra, n. 37: Faustae.*
127. FONTACI] *Lectio corrupta, ni fallor.*
128. TERTULI] *Iun. 1, n. 31. Cf. 64: Tertulae.*
130. PAULAE] *Supra, n. 46.*
132. ROGATI] *Supra, n. 24.*
134. SECUNDAE] *Supra, n. 123.*
135. IANUARIAE] *Supra, n. 104.*
136. MARCIALIS] *Iun. 1, n. 76; feb. 16, n. 52.*
137. FELICIS] *Supra, n. 76.*
138. FURTUNATI] *Supra, n. 49.*
140. ADIUTORIS] *Solo nomine notus.*
141. FORTUNATAE] *Supra, n. 59.*
142. NOMENTIAE] *Solo nomine nota.*
143. PAULAE] *Supra, n. 46.*
144. ROGATAE] *Infra, n. 215, 316; iun. 1, n. 37. Cf. supra, n. 24: Rogati.*
145. VICTORIAE] *Supra, n. 89.*
146. DONATAE] *Supra, n. 41.*
147. MAIORI] *Iun. 1, n. 136, 172.*
148. POSINNAE] *Supra, n. 70.*
149. PRIMAE] *Infra, n. 174; iun. 1, n. 114. Cf. infra, n. 233: Primi.*
150. URBANAE] *Iun. 1, n. 122, 130, 139; supra, n. 51: Orbani.*
151. TUNNINI] *Solo nomine notus.*
152. IANUARII] *Supra, n. 78.*
153. SENETIONIS] *Solo nomine notus.*
154. IULIAE] *Supra, n. 47.*
155 MARCIANAE] *Maii 28, n. 42. Cf. iun. 1, n. 48: Marciani.*
156. NONDINARI] *Feb. 16, n. 19.*
157. CASTI] *Iun. 1, n. 95. Cf. infra, n. 189: Castae.*
158. DATI] *Forsitan legendum Dativi, feb. 17, n. 44. Inter martyres Abitinenses recensetur Dativus, sed et Dantus, al. Datus.*
159. FLORENTINAE] *Cf. supra, n. 48: Florentini.*
160. VICTURIAE] *Supra, n. 89.*
161. PISCINAE] *Cf. supra, n. 70: Posinnae.*
162. CASTULI] *Iun. 1, n. 71. Cf. infra, n. 188: Castulae.*
163. SATURNINI] *Supra, n. 119.*
164. VICTURIANI] *Inter martyres Abitinenses est et aliquis Victorianus.*
165. FORTUNATI] *Supra, n. 49.*
166. NICAE] *Infra, n. 296. Non alia videtur Nina, n. 109. Lege quae annotata sunt ad iun. 1, n. 146.*
167. NONNIDI] *Solo nomine notus. Cf. tamen supra, n. 156: Nundinari.*
168. SATURNINAE] *Supra, n. 40.*
169. CAECILIAE] *Iun. 1, n. 30; maii 31, n. 38.*
170. MARINAE] *Solo nomine nota. Cf. tamen n. 62: Mariae.*
171. LUCIOSAE] *Solo nomine nota.*
172. FELICIAE] *Iun. 1, n. 107.*
173. MAXIMAE] *Supra, n. 29.*
174. PRIMAE] *Supra, n. 149.*
175. FIRMINAE] *Perpendendae sunt variae lectiones codicum B: Formini, W, S: Forminae, quibus ostenditur hoc vocabulo non martyrem, sed Formianam ecclesiam designari, ad quam pertinet S. Herasmus, infra, n. 218. Locus celebritatis in breviario Cambrensi eius nomini adhaeret: in Foririas Erasmi.*
176. EVASI] *Infra, n. 314. Quoniam locus S. Herasmi proxime antecedit, commendari videtur emendatio Erasmi. Sed obstat, si quid video, laterculus diei feb. 17, in quo legitur n. 61: Ebasi. Cf. n. 182: Evasiae.*
177. SILDINAE] *Iun. 1, n. 175-176: Terci Sillirae; hodie Sildinae Tertii. Cf. quae annotata sunt ad diem feb. 17, n. 43.*
178. TERTII] *Iun. 1, n. 175.*
179. TUSCI] *Cf. iun. 3, n. 20: Tusciae, quod regionis nomen est.*
180. MARCELLINAE] *Cf. n. 86: Marcillae; feb. 17, n. 46: Marcellae; supra, n. 6: Marcellini.*
181. IOTAE] *Nomen corruptum videtur.*
182. EVASIAE] *Cf. supra, n. 176: Evasi.*
184. ROTILLAE] *Iun. 1, n. 61; iun. 1, n. 181: Rotili.*
186. MARIAE] *Supra, n. 62.*
187. CALPURNIAE] *Supra, n. 116: Calponiae.*
188. CASTULAE] *Infra, n. 301; iun. 1, n. 40, 152; maii 31, n. 47. Cf. supra, n. 96: Castulinae; n. 162: Castuli.*
189. CASTAE] *Iun. 1, n.127. Cf. supra, n. 157: Casti.*
191. SATURNINAE] *Supra, n. 40.*
192. CUM ALIIS] *Hos LXXVI Saturninae socios esse nullo comprobatur argumento.*
195. MARI] *Cf. supra, n. 62: Mariae?*
196. IOVIANI] *Solo nomine notus.*
197. FURTUNATI] *Supra, n. 49.*
198. ORATI] *An Horati, vel potius Honorati, infra, n. 209? Cf. iun. 3, n. 130: Orasi.*
199. LATINAE] *Solo nomine nota, ut et Sabinae, n. 200.*
202. MARCELLINI] *Ignotae sedis episcopus est. Videtur retinenda codicum lectio:*

**Depositio Marcellini episcopi.**

206. CESAREA] *Caesariensium martyrum non sunt nomina Thamati et Honorati, sed Seleuci, Porfiri, Pamphili (n. 210-212). Hi cum aliis a die feb. 16, qui eorum natalis est, advecti sunt. Ad eorumdem elogium pertinet n. 214: Palestini (in cod. E: Estivi), lege: Palestinae. Scribatur proinde:*

**in civitate Caesarea Palaestinae natale Seleuci, Porfiri, Pamphili.**

208. THAMATI] *Supra, n. 23: Thomati; infra, n. 313: Humati.*
209. HONORATI] *Infra, n. 315; iun. 1, n. 52; feb. 16, n. 46.*
213. ESTIVI] *Lectio corrupta; melius n. 214: Palestini, lege: Palestinae. Supra, ad n. 206.*
215. ROGATAE] *Supra, n. 144.*
217. IN CAMPANIA] *Herasmus martyr, de quo variae*

*variae circumferuntur fabulae* [1], *Formiis in Campania quiescebat. Scribit Gregorius papa Bacaudae episcopo, de adiungenda ecclesia Minturnensi* Formianae ecclesiae, in qua corpus beati Herasmi martyris requiescit [2]. *Idem in litteris Anthemio subdiacono datis mandat de stipe solvenda* Paulino presbytero monasterii sancti Herasmi, quod in latere montis Repperi situm est [3]; *mittit et litteras Fantino defensori Panormitano, ubi de monasterio* sanctorum Maximi, Herasmi et Iulianae [4]. *Romae, sedente papa Adeodato (672-676), monasterium erat* Sancti Herasmi situm in Caelio monte, in quo concrevisse visus est sanctissimus vir; multa nova edificia augmentavit; sed et casalia conquisivit et in vita sua abbatem vel congregationem ibidem instituit [5]. *In codicibus plenioribus nomen civitatis, varie luxatum, longe aberravit (supra, n. 175). Proprio loco positum est in codice Cambr.: i n F o r i r i a s. Hinc scribendum censemus:*

**in Formias in Campania Herasmi.**

*219.* LUGDUNO] *In hodierno laterculo martyres Lugdunenses bis memorantur. Primo loco incedit Pothinus integrum agmen ducens, quod singillatim recensetur (n. 219-290); deinde rursus occurrunt (n. 294, 306, 307) Epagathus et Amelia, qui soli supersunt ex iterata lustratione eiusdem agminis. Censet quidem L. Duchesne ampliorem catalogum iam exstitisse in italica forma nostri martyrologii* [6]; *H. Quentin vero additum hunc fuisse in gallicana recensione* [7]. *Utcumque se res habet, martyres Lugdunenses in martyrologio iam nuntiatos fuisse antequam in Galliam invectum sit, suadetur indiculo breviore, qui sane nonnihil explicatior fuit antequam plenior ille alter additus fuit. Lugdunensium martyrum indicem integrum referunt etiam Gregorius Turonensis, legendaria varia, inter quae Velserianum (cod. Monac. lat. 3514), Bruxellense (cod. 207-208) et martyrologia quae dicunt historica. De huius constitutione hoc loco inquirendum non est, quandoquidem indiculus, qualis in martyrologio refertur, ex Eusebio tandem descriptus sit. Eusebius quippe, postquam ex epistula ecclesiarum Viennensis et Lugdunensis locos excerpsit, hanc veluti conclusionem subdidit: Τί δεῖ καταλέγειν τὸν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ τῶν μαρτύρων κατάλογον ἰδίᾳ μὲν τῶν ἀποτμήσει κεφαλῆς τετελειωμένων, ἰδίᾳ δὲ τῶν θηρσὶν εἰς βορὰν παραβεβλημένων, καὶ αὖθις τῶν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς κεκοιμημένων, τόν τε ἀριθμὸν τῶν εἰς ἔτι τότε περιόντων ὁμολογητῶν; Ὅτῳ γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρέστατα διαγνῶναι μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτύρων συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην, κατείλεκται (V. 4. 3).*

*Iamvero ex tripertita illa divisione, qua distinguuntur martyres gladio decollati, feris traditi et in custodia enecti, secundum tertiumque membrum in martyrologium transierunt, infra, n. 251-257, 265-271. Neque mirum est deesse primum, quod omittendum fuit, cum totius agminis princeps factus est Pothinus episcopus, qui in carcere occubuit nec disertis verbis accenseri poterat iis quibus caput amputatum fuit. Unde constat indiculum Lugdunensium martyrum, qui in martyrologio legitur, desumptum esse ex epistula integra quam Eusebius in μαρτύρων συναγωγὴν inseruit.*

*De Z a c h a r i a illo qui secundo loco nominatur (n. 227), quaestiuncula enodanda est. Is enim communiter non martyr fuisse iudicatur sed S. Iohannis Baptistae pater, qui in epistula non semel nominatur et a compilatore neglegente inter Lugdunenses computatus est. Iamvero criticos non fugit Zachariam istum in martyrologio e loco motum fuisse quem obtinet in antiquiore catalogi forma, quam referunt codex Bruxellensis et Gregorius Turonensis. In hac enim recensione Zacharias, nullo interposito nomine, consequitur Vettium Epagathum. In epistula Vettius Epagathus quasi Zacharias alter bis inducitur: οὗ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἠκρίβωτο ἡ πολιτεία, ὡς καίπερ ὄντα νέον συνεξισοῦσθαι τῇ τοῦ πρεσβυτέρου Ζαχαρίου μαρτυρίᾳ* (V, 1, 9)... *ἔχων δὲ τὸν παράκλητον ἐν ἑαυτῷ, τὸ πνεῦμα Ζαχαρίου* (V, 1, 10). *Inde collegerunt Vettium Epagathum cognomine Zachariam appellatum fuisse, et quomodo legatur* Helpis quae et Ammas *(cf. infra, n. 250) ita etiam scriptum olim fuisse:* Vetti Epagathi qui et Zacharias. *Acute coniectatum, non tamen certe. Cum enim Zacharias presbyter appelletur, satis probabile est nomen eius desumptum fuisse ex epistulae loco ubi mentio habetur πρεσβυτέρου Ζαχαρίου, sive Zachariae senioris. Sed utrumvis eliges, Zachariae nomen e martyrum censu tollendum est.*

*221.* XLVIII] *Hic numerus est martyrum in hodierno catalogo, non excluso Zacharia. Iam Gregorius Turonensis martyres XLVIII computabat:* Post hunc XLVIII martyres passi sunt, ex quibus primum fuisse legimus Vectium Epagatum [8]. *Catalogo haec mentio praemissa est:* Quadraginta octo vero martyrum nomina qui Lugduno passi dicuntur, haec sunt [9]. *Attamen ipse Gregorii catalogus mutilus est, nec amplius 43 nomina complectitur. Lege quae annotata sunt ad n. 219.*

*225.* POTINI] *Eusebius: Ποθεινός. Extra locum positus. Est enim ex his qui in carcere spiritum reddiderunt (n. 265-271), teste Eusebio: μόγις ἐμπνέων ἐρρίφη ἐν τῇ εἱρκτῇ καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἀπέψυξεν* [10]. *Velut episcopus sufficitur antesignano, qui erat Vettius Epagathus laïcus, infra, n. 229.*

*227.* ZACHARIAE] *Ut dictum est ad n. 219, Zacharias non Lugdunensis, sed pater Iohannis Baptistae πρεσβύτερος Ζαχαρίας, librariorum socordia martyribus cooptatus.*

*229.* VETTI] *Eusebius: Οὐέττιος Ἐπάγαθος* [11]. *Primus erat in serie martyrum Lugdunensium,*

[1] *BHL.* 2578-2585. Cf. F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 163-64. — [2] *Registr.*, I, 8, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 10. — [3] *Registr.*, I, 23, t. c., p. 27. — [4] *Registr.*, IX, 172, EWALD-HARTMANN, t. II, p. 169. — [5] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 346. Cf. ibid., p. 347, ann. 6; HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 249. — [6] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXVIII]. — [7] *La liste des martyrs de Lyon de l'an 177*, in *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 113-38. — [8] *Hist. Franc.* I, 29. — [9] *In gloria martyrum*, 48. — [10] *Hist. eccl.*, V, 1, 31. — [11] *Hist. eccl.*, V, 1, 9.

*quod et testatur catalogus Eusebianus* [1], *et totis verbis Gregorius Turonensis :* Post hunc et XLVIII martyres passi sunt, ex quibus primum fuisse legimus Vectium Epagatum [2]. *Scribit et ille de avia sua Leucadia :* Leucadia ab stirpe Vettii Epagati descendens, quem Lugduno passum Eusebi testatur historia [3]. *Infra, n. 306 : E p a g a t i ; maii 28, n. 28, 30 : V i c t i a e... e t P i g a t i.*

*231.* ALCIPIADIS] *Eusebius :* Ἀλκιβιάδης.

*232.* SILVI] *Codex Bruxellensis : S i l v i n i.*

*236.* CUMMINI] *Gregorius Turonensis : C o m m i n i u s.*

*239.* GEMINI] *Gregorius Turonensis et codex Velseri : G e m i n a s.*

*240.* IULIAE] *Cf. infra, n. 280. Nomina quae bis vel ter in hoc catalogo occurrunt : I u l i a e, E m i l i a e, P o m p e i a e, non ideo errore librariorum iterata censenda sunt, cum sint fortasse homonymorum.*

*241.* ALBINAE] *Iam feb. 17, n. 66.*

*243.* EMILIAE] *Iam feb. 17, n. 58. Cf. infra, n. 283; n. 287 : A m i l i a e, etiam 307 : A m e l i a e. Lege quae observata sunt ad n. 240.*

*244.* POTAMIAE] *Gregorius Turonensis : P o s t u m i a n a ; cod. Velseri : P o t o m e n i ; cod. Bruxellensis : P o t o m i n e.*

*245.* POMPEIAE] *Cf. infra, n. 285. Lege quae observata sunt ad n. 240.*

*247.* BIBLIS] *Eusebius :* Βιβλίς.

*250.* HILPIS] *Gregorius Turonensis :* Elpen ipsa Stamas. *Codex Velseri :* Helpe que et Amnas. *Codex Bruxellensis :* Alpis que et Ammas. *Florus :* Helpes *Supra, mai 28, n. 31 : A m a e. Helpis videlicet alio nomine, quod in hisce fastis omissum est, vocabatur A m m a s, legendumque H i l p i s seu H e l p i s q u a e e t A m m a s.*

*255.* AD BESTIAS] *Supra, ad n. 219.*

*258.* SANCTI] *Eusebius :* εἰς Σάγκτον τὸν διάκονον ἀπὸ Βιέννης [4].

*260.* MATURI] *Eusebius :* Μάτουρος.

*261.* ATTALI] *Eusebius :* Ἄτταλος.

*262.* ALEXANDRI] *Eusebius :* Ἀλέξανδρος.

*263.* PONTECI] *Eusebius :* Ποντικός. *Gregorius Turonensis, codices Velseri et Bruxellensis : P o n t i c u s.*

*264.* BLANDINAE] *Eusebius :* Βλανδῖνα.

*269.* IN CARCERE] *Supra, ad n. 219.*

*272.* ARISTEI] *Gregorius Turonensis : A r e s c i u s ; cod. Velseri : A r e s t i u s ; cod. Bruxellensis : A r e t h i u s.*

*280.* IULIAE] *Supra, n. 68. Cf. n. 240.*

*281.* AUSONAE] *Cod. Velseri : A u x e n t i a.*

*283.* EMILIAE] *Cf. supra, n. 243.*

*284.* IAMNICAE] *Gregorius Turonensis : G a m n i t a e ; cod. Velseri : G a m n i c a.*

*285.* POMPEIAE] *Cf. supra, n. 245.*

*287.* AMILIAE] *Gregorius Turonensis et cod. Velseri : M a m i l i a ; cod. Bruxellensis : M a m m i l i a. Cf. supra, n. 243 : E m i l i a e.*

*288.* IUSTAE] *Cf. supra, n. 53.*

*290.* ANTONIAE] *Hoc nomine clauditur turma martyrum Lugdunensium, quae ita videtur in martyrologio secundis curis inserta esse. Sintne cognomina interdum cum gentiliciis copulanda, ita ut, v. gr., U l p i u s V i t a l i s, I u l i a A l b i n a non pro quattuor martyribus, sed pro duobus posita sint, nulla ratione discerni potest* [5]. *Vocabulorum discrimen pro modulo nostro induximus.*

**Lugduno Galliae XLVIII martyrum hoc est Potini episcopi, Zachariae presbyteri, Vetti, Macharii, Alcipiadis, Silvi, Primi, Ulpi, Vitalis, Cummini, Octobris, Filomini, Gemini, Iuliae, Albinae, Gratae, Emiliae Potamiae. Pompeiae, Rodanae, Biblis, Quartiae, Maternae, Hilpis. Hii autem qui ad bestias traditi sunt : Sancti diaconi, Maturi, Attali, Alexandri, Ponteci, Blandinae. Hii sunt qui in carcere spiritum reddiderunt : Aristei, Cornili, Zosimi, Titi, Iuli, Zotici, Apolloni, Geminiani, Iuliae, Ausonae, item Emiliae, Iamnicae, Pompeiae, Domnae, Amiliae, Iustae, Trofimae, Antoniae.**

*294.* LUGDUNO] *Martyres Lugdunenses nonnullos iampridem hodie nuntiatos fuisse conieceris, huiusque annuntiationis reliquias esse nomina E p a g a t i, A m e l i a e (n. 306, 307)* [6], *ceteris suppressis, quando amplior ille accesserit catalogus, n. 219-290. Unde legendum :*

**in Lugduno Epagati, Ameliae.**

*Deinde male inserti sunt inter L u g d u n o et E p a g a t i martyres septem, n. 295-301, e laterculo diei iun. 1 (n. 146-152) assumpti, et sola vocabulorum collocatione Lugdunenses effecti. Hinc tres fuisse Lugduni martyrum turmas arbitrati sunt librarii, remque perspicuam reddendam censuerunt scribendo : i t e m a l i i i n L u g d u n o (n. 291-294), i t e m i n e o d e m l o c o (n. 302-305).*

*295.* VINCENTI] *Nomina haec septem laterculus pridianus subministravit :*

| | |
|---|---|
| *295. V i n c e n t i* | *iun. 1, n. 148.* |
| *296. N i c a e* | *iun. 1, n. 146* (Ninae). |
| *297. P r i s c i* | *iun. 1, n. 149.* |
| *298. S e p a c e* | *iun. 1, n. 147.* |
| *299. H i l a r i* | *iun. 1, n. 150.* |
| *300. F e l i c i s* | *iun. 1, n. 151.* |
| *301. C a s t o l a e* | *iun. 1, n. 152.* |

*306.* EPAGATI] = *Vettii Epagathi, supra, n. 229.*

*307.* AMELIAE] *Supra, n. 287.*

*308.* DONATAE] *Supra, n. 41.*

*311.* BARBARUNI] *Homo ignotus. Annuntiatio ceterum plana et perspicua respuenda non est :*

**alibi depositio Barbaruni presbyteri.**

*313.* HUMATI] *Cf. supra, n. 23, T o m a t h i ; n. 208 : T h a m a t i.*

*314.* EVASI] *Supra, n. 176.*

*315.* HONORATI] *Supra, n. 209.*

[1] *Anal. Boll.*, t. XXXIX, pp. 120, 121, 124.— [2] *Hist. Franc.*, I, 29. — [3] *Vitae Patrum*, VI, 1.— [4] *Hist. eccl.*, V, 1, 17. — [5] HIRSCHFELD, *Zur Geschichte des Christenthums in Lugdunum vor Constantin*, in *Sitzungsberichte der Berliner Akademie*, 1895, p. 38-409. Cf. QUENTIN, in *Anal. Boll.*, t. c., p. 137-38. — [6] Et illa fortassis quae die 28 maii praemittuntur.

*316.* ROGATAE] *Supra, n. 144.*

*317.* ROMAE] *Si qui fuerint Romani hodie nuntiandi, nomina eorum excidisse credendum est. Etenim XLVIII martyrum caterva Lugdunensium est. Supra, n. 221.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: P r o p i r i = n. 211: Porfiri. i n F o r i r i a s = in Formias seu Formiis. Cf. n. 217.*

*Cod. Mon.: E u g e n i i. Sedit papa Eugenius an. 654-657. Liber Pontificalis:* qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum, sub die IIII non. iun. [1].

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 341.

---

# III NON. IUN.

**In Africa Quirini Abidiani Grati Donati Neporis Papozinici Ianuariae Demetriae et aliorum CXLVII sanctae Iulianae virginis. apud Arecium civitatem Tusciae Laurenti [a] natale sancti Thomae apostoli. Romae Marcelli Avidi Cati Donati Mefomi Passemi Saturni Ianuari Victuris Viriani Donati Urbani Felicis Veneriae Rogatiani Furtunati Extricati Victurinae Gorgoninae Tosae Felicitatis Valeriae Priscae Paulae Fortunatae Donatae Victuriae Sinerci Cassiani Quinti Zetulae Victurini Silvani Gagiae Rogatiani Aureli Afroni Nabori Quinti Mettevani Libosi Emeriti Sexti Fructi Severi Secundi item Ianuari Flori Titoriae Donatae Ianuariae Severae Ianuarissae Honoratae Saturnini Victoriae Maturae Luciae Neptunalis Criscentis Pompani Cipri Tertulae Luci Silvanae Pupli Obraci Iustae Domiti Proculae Rufinae Valeriae Ianuariae item Silvani Felicis Veneriae Victoris Furtunatae Exuperiae Flavicae Iusti Matronae Faustinae Galliciae Ianuariae Fortunati Pupli Romani Petri Verani Afroni et aliorum CII Silvani et aliorum LXXXIII Emeritae Septimini Saturninae Amasi Orasi. Aurelianis civitate vico Maiduno depositio sancti Leifardi presbyteri.**

*Addunt codices pleniores:* a) et aliorum CCCC E.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. ãff E; afreca W | 4. abdiani B; abiuiani S | 5. gagi BSW | 7. nepori SW | 8. papozinci SW | 13. centum quadraginta septem B; CXLVI W; *add.* et S | 14. *om.* E; sc̄i SW | 15. iuliani SW | 16. mār /// W | 18. arenum E; aretiam S | 19. civit B; civitate S; civīt W | 21. laurentini S²; *add.* et S | 22-25. *om.* W | 24. thome S | 25. rom̄ EW; roma S | 27. aviti S | 27-28. avidicati E | 28. gagi BSW | 31. passimi S | 34. victorię B; victuriae S; victurię W | 40. rogatiane SW | 41. furtunate SW | 42. et stricati W | 43. victurine S; victurinę W | 44. gorgonię BSW | 45. togę B; gogę S; dogę W | 48. prisci B | 49. paule S; pauliae W | 50. furtunatę BW; furtunate S | 51. donate S | 52. victorię B | 55. quintae S | 56. zetule S | 57. victorini B; victurinae W | 58. silvanę W | 61. aurili BSW | 63. napori SW | 65. mettuanę B; metuane S; metuanę W | 67. emerenti B; emereti S | 72. *om.* E | 73. ianuarii SW | 75. tytorii BW; tytori S | 76. donate S | 78. severe S | 79. ianuari BW; ianur S | 80. honorate S | 82. victori B; victuriae S; victurię W | 86. criscentibus S | 87. pomponi BS; ponponi W | 88. cypri B; cybri SW | 89. testulę S | 90. lucę W | 91. silvani B; silvane S | 92. publi BW; pobli S | 93. operci B; oberci SW | 94. iusti SW | 96. prucelę S | 97. rufine S | 99-101. *om.* W. | 100. *om.* E | 101. silvane S | 105. furtunate S | 106. exsupię B; exupiae S; exupię W | 107. flavię BW; fluviae S | 111. gallatiae S | 113. furtunati B; furtunate S; furtunatę W | 114. bupli B; publi SW | 119-121. cum aliis VII W; cum aliis septem BS | 122. silvane S | 123-124. cum aliis BSW | 125. octuaginta tres B; LXCCIIII S | 126. emerite SW | 128. saturnini BS | 129. amosi S | 128-130. *invert.* orasi saturnini amasi W | 131. aureliān E; aurilianis SW | 132. *om.* E | 133-134. *om.* ESW | 136. *om.* E | 137. lifardi S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Affrica nat. Quirini et in Tuscia Erecito Laurentii et aliorum CCCC. — MON.: In Africa natalis sanctorum Quirini Gagi Donati et aliorum XLVII in Aretio Laurentii cum CCCC martyribus. — RICH.: In Affrica Quirini et in Tuscia Recio civitate Laurentii et aliorum quadringentorum alibi sanctae Iulianae virginis natale sancti Thomae apostoli Rome Marcellae Aviti Gagi Methomi Passemi Viriani.

## IUN. 3

*1.* IN AFRICA] *Legantur quae die 1 iun., n.11, observata sunt de trino martyrum Africanorum catalogo in principio huius mensis posito.*

*3.* QUIRINI] *Est episcopus Sisciensis, de quo iun. 4, n. 29.*

*4.* ABIDIANI] *Quaterni sunt martyres qui paulo inferius eodem procedunt ordine, ceterum ignoti, ita ut ne de nominum singulorum scriptione quidem liquido constet.*

*4. A b i d i a n i 28. A v i d i.*

| | |
|---|---|
| 5. Grati, al. Gagi | 29. Cati, al. Gagi. |
| 6. Donati | 30. Donati. |
| 7. Neporis | 31. Mefomi. |

8. PAPOZINICI] Unumne sit an duplex vocabulum, parum refert; ita enim a vera lectione detortum est, ut nomen martyris agnosci nequeat.

9. IANUARIAE] Infra, n. 77, 99, 112; iun. 1, n. 64, 110; iun. 2, n. 104, 124, 135. Cf. infra, n. 79: Ianuarissae.

10. DEMETRIAE] Solo nomine nota.

12. ALIORUM] Sitne turma martyrum CXLVII plane distincta an socii eorum qui praemittuntur, non liquet.

15. IULIANAE] Ex nominibus est quae subministravit laterculus diei 16 feb., ubi nuntiatur Iuliana in Campania Cumas. Loci indicium requirendum opinor in laterculo diei sequentis, ubi Camas (n. 45), Camasi (n. 10) pro Cumas esse videtur. Hodie proin scribatur:

**Cumas sanctae Iulianae virginis.**

18. APUD ARECIUM] Hodie nuntiari dedicationem basilicae S. Laurentii in civitate Aretina, nostra fuit iampridem sententia [1], quam v. cl. F. Lanzoni non reprobavit [2], quae etiam firmari videtur e laterculo sequentis diei. Ibi enim vestigia reperimus iteratae memoriae Aretinae iun. 4, n. 34: Areci Datiani; cod. B: Daciani, Aricii Diaconi, et paulo inferius, n. 48: Eiagoni, Ieiaconi, Supple: Areci <Laurenti> diaconi. Unde scriptum fuisse opinor tum hodie, tum postridie:

**apud Arecium civitatem Tusciae Laurenti diaconi.**

Scio equidem hoc ipso die memoriam agi sanctorum Laurentini et Pergentini, qui passi sunt sub Decio imperatore in civitate Aretina tertio nonas iunii [3], cum sociis ducentis et sexaginta, vel etiam quadringentis, ut aliis placet [4]. Acta autem illorum martyrum nullius fidei sunt, et conficta crediderim ope laterculorum hieronymianorum, ubi Laurenti(n)us repertus est. et, ut videtur, Pergentinus, qui nunc legitur Expergenti (iun. 4, n. 39); socios CCCC numerant breviaria quae inter excerpta recensuimus.

24. THOMAE] Apostoli Thomae festum agitur die 3 iul. Diem 3 iun. eidem errore assignatum esse censet L. Duchesne [5]. Erroris tamen causa non est, ut saepius accidit, in nota numerali, quippe quae hinc sit III non. iun., illinc vero V non. iul.

27. MARCELLI] Lege: Romae Marcellini, de quo heri, n. 6. Huius autem socium Petrum seorsim nuntiari, infra, n. 116, coniectura est minime spernenda.

28. AVIDI] Supra, n. 4: Abidiani.

29. CATI] Al. Gagi. Supra, n. 5.

30. DONATI] Supra, n. 6. Etiam infra, n. 36.

31. MEFOMI] Supra, n. 7: Neporis.

32. SATURNI] Cf. iun. 2, n. 100: Saturi; iun. 4, n. 13: Saturnae.

33. IANUARI] Infra, n. 73; iun. 1, n. 66, 97; iun. 2, n. 78, 139, 152.

34. VICTURIS] Infra, n. 104; iun. 1, n. 33; feb. 15, n. 41, 44; 17, n. 40.

35. VIRIANI] Infra, n. 117: Verani.

36. DONATI] Supra, n. 6, 30.

37. URBANI] Iun. 2, n. 51: Orbani.

38. FELICIS] Infra, n. 102; iun. 1, n. 151; iun. 2, n. 300.

39. VENERIAE] Infra, n. 103.

40. ROGATIANI] Infra, n. 60.

41. FURTUNATI] Infra, n. 113; iun. 1, n. 47, 90; iun. 2, n. 165, 197. Infra, n. 50: Fortunatae.

42. EXTRICATI] Iun. 2, n. 38, 117.

43. VICTURINAE] Iun. 1, n. 69. Cf. infra, n. 57: Victurini.

44. GORGONINAE] Al. Gorgoniae. Solo nomine nota.

45. TOSAE] Al. Togae. Neutra lectio commendanda videtur.

46. FELICITATIS] Cf. iun. 5, n. 21.

47. VALERIAE] Infra, n. 98.

48. PRISCAE] Cf. iun. 2, n. 297: Prisci.

49. PAULAE] Iun. 2, n. 46, 130, 143.

50. FORTUNATAE] Infra, n. 105. Cf. n. 41: Furtunati.

51. DONATAE] Infra, n. 76; iun. 1, n. 119; iun. 2, n. 41, 61, 75, 111, 115, 146.

52. VICTURIAE] Infra, n. 82; iun. 1, n. 112; iun. 2, n. 89, 112, 145, 160; feb. 17, n. 57.

53. SINERCI] Corruptum videtur ex Sinerotis al. Senertis, feb. 23, n. 4, 48.

54. CASSIANI] Cf. iun. 1, n. 80: Cassi.

55. QUINTI] Infra, n. 64; iun. 1, n. 73, 106. Cf. iun. 1, n. 63: Quintae.

56. ZETULAE] Iun. 1, n. 120; feb. 17, n. 71.

57. VICTURINI] Cf. supra, n. 43: Victurinae.

58. SILVANI] Infra, n. 101. Lege annotata ad n. 122. Cf. n. 91: Silvanae.

59. GAGIAE] Cf. supra, n. 5, 29: Grati, Cati al. Gagi.

60. ROGATIANI] Supra, n. 40.

61. AURELI] Solo nomine notus.

62. AFRONI] Infra, n. 118.

63. NABORI] Solo nomine notus.

64. QUINTI] Supra, n. 55.

65. METTEVANI] Al. Mettuanae. De lectionis sinceritate merito dubitari potest.

66. LIBOSI] Praeter episcopum Vagensem, de quo dec. 29, n. 10, nullum Libosum novimus.

67. EMERITI] Cf. infra, n. 126: Emeritae.

68. SEXTI] Cf. feb. 15, n. 38: Xysti al. Sixti.

69. FRUCTI] In epistula Luciani Celerino data, inter martyres qui in carcere fame necati sunt, Fructus quidam nominatur [6]. Cf. feb. 18, n. 12: Fructuli.

[1] Les origines du culte des martyrs, p. 363. — [2] Le diocesi d'Italia, p. 567-68. — [3] BHL. 6632, n. 8. — [4] Cf. Act. SS., Iun. t. I, p. 271. — [5] Act. SS., Nov. t. II, 1, p. [LXXVIII]. — [6] Inter epistulas Cyprianicas, n. XXII, 2, HARTEL, p. 534.

*70.* SEVERI] *Cf. infra, n. 78: Severae.*
*71.* SECUNDI] *Iun. 2, n. 28; feb. 16, n. 60, 64; feb. 17, n. 62.*
*73.* IANUARI] *Supra, n. 33.*
*74.* FLORI] *Solo nomine notus; ita et n. 75: Titoriae.*
*76.* DONATAE] *Supra, n. 51.*
*77.* IANUARIAE] *Supra, n. 9.*
*78.* SEVERAE] *Cf. n. 70: Severi.*
*79.* IANUARISSAE] *Nomen derivativum certe parum usitatum, si tamen genuina lectio est. Cf. supra, n. 9: Ianuariae.*
*80.* HONORATAE] *Cf. iun. 2, n. 110: Honoriae; n. 209: Honorati.*
*81.* SATURNINI] *Iun. 1, n. 49, 57, 82; iun. 2, n. 119, 163; feb. 17, n. 53; cf. infra, n. 128: Saturninae.*
*82.* VICTORIAE] *Supra, n. 52.*
*83.* MATURAE] *Cf. iun. 2, n. 260: Maturi, e martyribus Lugdunensibus.*
*84.* LUCIAE] *Cf. iun. 1, n. 20. Cf. infra, n. 90: Luci.*
*85.* NEPTUNALIS] *Solo nomine notus.*
*86.* CRISCENTIS] *Feb. 17, n. 51.*
*87.* POMPANI] *Feb. 15, n. 39: Pomponi.*
*88.* CIPRI] *Al. Cypri, Cybri. An feb. 17, n. 54: Cyptonis?*
*89.* TERTULAE] *Iun. 1, n. 126, 177; iun. 2, n. 64, 95.*
*90.* LUCI] *Iun. 2, n. 79; feb. 15, n. 23.*
*91.* SILVANAE] *Iun. 1, n. 144. Cf. supra, n. 58: Silvani.*
*92.* PUPLI] *Infra, n. 114.*
*93.* OBRACI] *Al. Oberci, Operci, lectio incerta.*
*94.* IUSTAE] *Iun. 2, n. 53, 288; feb. 17, n. 17.*
*95.* DOMITI] *Solo nomine notus.*
*96.* PROCULAE] *Iun. 1, n. 142.*
*97.* RUFINAE] *Iun. 1, n. 145.*
*98.* VALERIAE] *Supra, n. 47.*
*99.* IANUARIAE] *Supra, n. 9.*
*101.* SILVANI] *Supra, n. 58.*
*102.* FELICIS] *Supra, n. 38.*
*103.* VENERIAE] *Supra, n. 39.*
*104.* VICTORIS] *Supra, n. 34.*
*105.* FURTUNATAE] *Supra, n. 50.*
*106.* EXUPERIAE] *Cf. Iun. 1, n. 16: Exsuperanti.*
*107.* FLAVICAE] *Iun. 1, n. 62: Flavi.*
*108.* IUSTI] *Iun. 2, n. 99.*
*109.* MATRONAE] *Iun. 1, n. 70; iun. 2, n. 36, 56.*
*110.* FAUSTINAE] *Iun. 1, n. 116.*
*111.* GALLICIAE] *Iun. 2, n. 63: Gallicae al. Galliciae.*
*112.* IANUARIAE] *Supra, n. 9.*
*113.* FORTUNATI] *Supra, n. 41.*
*114.* PUPLI] *Supra, n. 92.*
*115.* ROMANI] *Lectio certa non est. Iun. 1, n. 123, habemus: Romanae. Nomen autem Petri (n. 116) in mentem inducit: Romae Petri; supra, n. 26: Romae Marcelli<ni >. En tibi par martyrum qui pridie Romae coluntur, iun. 2, n. 3, 6.*
*117.* VERANI] *Supra, n. 35: Viriani.*
*118.* AFRONI] *Supra, n. 62.*
*122.* SILVANI] *Supra, n. 58, 101. Notanda quae subiuncta sunt:*

*et aliorum LXXXIII,*

*quibus remittimur ad feb. 17, n. 22;*

*Salviani et aliorum XXXIIII,*

*vel, ut est in codicibus alterius recensionis:*

*aliorum LXXXIIII.*

*Hunc autem numerum non esse martyrum, sed miliariorum observatum est illo die, ad n. 25.*
*126.* EMERITAE] *Cf. supra, n. 67: Emeriti.*
*127.* SEPTIMINI] *Solo nomine notus.*
*128.* SATURNINAE] *Iun. 1, n. 102, 141; iun. 2, n. 40, 45, 72, 106, 168, 191; cf. supra, n. 81: Saturnini.*
*129.* AMASI] *Meminisse iuvat martyris illius Lugdunensis cui cognomentum erat Amas, iun. 2, n. 250: Helpis quae et Ammas.*
*130.* ORASI] *Iun. 2, n. 198: Orati.*
*131.* AURELIANIS] *S. Liphardi, abbatis Magdunensis in Gallia (Meung-sur-Loire, dép. Loiret) Acta habemus* [1].

**Aureliani civitate vico Maiduno depositio sancti Leifardi presbyteri.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Erecito, et cod. Rich.: Recio = n. 18: Arecium.*

[1] *BHL.* 4931-4933. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 90-91.

PRID.

# PRID. NON. IUN.

| I | II |
|---|---|

**In Ninive natale Dinoci | Nividuno civitate**

**Zotici Attali Eutici Camasi Quirinae Iuliae Saturnae Galduni Ninittae Furtunionis et aliorum XXV Cyrini episcopi Ebusti Rustici episcopi. in Sabaria civitate Pannoniae Quirini. Romae [a] natale sancti Picti Areci Datiani. in Cilicia sanctorum Expergenti Cristae Itali Philippi Eustici Rustuli**

**Camas |**

**Iuliae Saturnini Eiagoni Momnae Furtuni Criscentiae. in Sabaria civitate Rutuli cum aliis duobus.**

*Addunt codices pleniores :* a) in cimiťr catacumbas via appia miliario IIII B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 11. quirini BW ; quirine S | 12. iulię W | 13. saturnini B ; saturnine S ; *om.* W | 15.nitice S ; ninnite W | 19. viginti quinque B ; XXII W | 20. cuirini B¹ ; cirini B² | 23. rusti S | 26. saba E ; sabbaria S | 28. pannōn E ; *om.* SW | 30. rōm EW ; rome S | 31-32. *om.* E | 31. *om.* B | 32. scōrum B | 33. daciani *add.* B² | 34. aricii B ; arecii SW | 35. diaconi B ; daciani SW | 37. celicia B ; *add.* natalę S ; nāt. W | 38. *om.* E | 39. erpegenti W | 40. chictę B ; chiste S ; chistae W | 41. italii BSW | 43. eusti S | 44. rustici B ; rustili S ; rusticli W | 48. ieia coni BW ; i///l///ani S | 49. monnę B ; monnaei W ; momne S | 50. furtune S | 53. sabār E ; sabbastia S | 55. rustoli B ; rustuli SW | 57. alis E | 58. duo S ; II W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Ninive nat. Dinoci Attali et in mari Cyrinae Iuliae et in Saracia Ciprini.— MON. : Civitate Sabaria natalis sancti Rutuli cum aliis II. — RICH. : In Ninivae Dinocii Attali Eutici et in Saracia civitate Pannoniarum Cyrini episcopi Rom. Picti Arecii Datiani in Sicilia Expergenti.

## IUN. 4

*1.* IN NINIVE] *Breviarium Syriacum : ἐν Βουβιδουνίᾳ Φίλιππος. Haec emendatricem manum postulant, praelucente interpretatione latina, sed levem admodum, ut legatur ἐν Νουβιδουνίᾳ, id est Νοβιοδούνῳ. In utraque martyrologii recensione Philippi (n. 42) nomen longe distat a civitate, quae in altera recte exprimitur, in priore vero, ita corrupte, ut sanctum quendam Dinocum Assyrium (n. 4) librarii incaute confinxerint. Quamnam secuti fuerint errandi viam, facile deprehenditur ex hisce lectionibus [1] :*

*Ninive nat. dinoci E, Cambr.*
*Ninive dinoci Rich.*
*nive dinoci*
*nive duno[ci(vitate)*

*Scriptum ergo erat :*

**Niveduno civitate Philippi.**

*Porro Noviodunum civitas est in Moesia, nunc Issáktscha ; Philippus autem censetur ille Heracleensis [2], cuius Acta edita sunt.*

*7.* ZOTICI] *Martyr Lugdunensis, iun. 2, n. 277.*

*8.* ATTALI] *Martyr Lugdunensis, iun. 2, n. 261 ; infra, n. 41 : Itali.*

*9.* EUTICI] *Forsitan legendum Zotici, ut supra, n. 7. Cf. infra, n. 43 : Eustici.*

*10.* CAMASI] *Infra, n. 45 : Camas. Legendum crediderim Cumas, qui locus est venerationis S. Iulianae, de qua heri (n. 15).*

*11.* QUIRINAE] *Infra, n. 20 : Cyrini ; n. 29 : Quirini.*

*12.* IULIAE] *Martyr Lugdunensis, iun. 2, n. 240. Eae tamen sunt codicum nostrorum corruptelae, ut si quis contendat loco Iuliae legendum esse Iuli<an>ae, quae sit Cumana illa modo memorata (n. 10), de audacia carpendus non sit. Quicquid id est, aliam esse Iuliam quae paulo inferius, n. 46, nuntiatur, mox ostendere conabimur.*

*13.* SATURNAE] *Al. Saturnini, rursum infra, n. 47. Cf. iun. 2, n. 100 : Saturi ; iun. 3, n. 32 : Saturni.*

*14.* GALDUNI] *Vocabulum biforme ex GALlia LugDUNI. Cf. iun. 2, n. 220.*

*15.* NINITTAE] *Cf. supra, n. 2 : Ninive = Niveduno.*

*16.* FURTUNIONIS] *In epistula Luciani Celerino data, nomen est* Fortunionis *in carcere necati [3]. Infra, n. 50 : Furtuni.*

*18.* ET ALIORUM] *Martyrum XXV manipulus a ceteris distinctus, an socii eorum qui praemissi sunt, incertum.*

*20.* CYRINI] *= Quirini, n. 29 ; supra, n. 11 : Quirinae.*

*22.* EBUSTI] *Solo nomine notus.*

[1] De his iam DE ROSSI, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XXI]. — [2] *Saints de Thrace et de Mésie*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, pp. 243, 273. — [3] Inter epistulas Cyprianicas, XXII, 2, HARTEL, p. 534.

23. RUSTICI] *De Rustico episcopo, qui hodie natalem habeat, nihil traditum est, et ipsa nominis lectio incerta mihi est, cum in eodem laterculo mentio sit*

*R u s t i c i, n. 23.*
*E u s t i c i, n. 43.*
*R u s t u l i, al. R u s t i c i, n. 44.*
*R u t u l i, al. R u s t o l i, n. 55.*

*Quae omnia ad unum reduci videntur loci non hominis nomen. De his ad n. 44. Dignitas autem e p i s c o p i, n. 24, ad Quirinum, n. 29, referenda est.*

26. IN SABARIA] *De S. Quirino talia refert Hieronymus in Chronico, ad an. 308:* Quirinus episcopus Siscianus gloriose pro Christo interficitur. Nam manuali mola ad collum ligata e ponte praecipitatus in flumen diutissime supernatavit et cum spectantibus conlocutus, ne sui terrerentur exemplo, vix orans, ut mergeretur, optinuit [1]. *Eadem leguntur in eiusdem Passione, in qua Sabariam (Stein-am-Anger) ad praesidem deductus asseritur, passus* sub die pridie nonarum iuniarum, *depositus autem* in basilica ad Scarabetensem portam [2]. *Depositionis locum S. Quirini cum eiusdem sede episcopali commutat Prudentius, cum scribit:*

Urbis moenia Sisciae
concessum sibi martyrem
complexu patrio fovent [3].

*De reliquiarum translatione, ita Appendix ad Passionem:* Facta autem incursione barbarorum in partes Pannoniae, populus christianus de Scarabetensi urbe [4] Romam fugiens, sanctum corpus Quirini martyris afferentes secum deduxerunt. Quem via Appia, miliario tertio, sepelierunt in basilica apostolorum Petri et Pauli, ubi aliquando iacuerunt, et ubi S. Sebastianus quiescit, in loco qui dicitur Catacumbas [5]. *Qui Itinerarium Salisburgense conscripsit, S. Quirinum in basilica quiescentem papam et martyrem esse putavit:* Postea pervenies via Appia ad S. Sebastianum martyrem, cuius corpus iacet in inferiore loco, et ibi sunt sepulchra apostolorum Petri et Pauli, in quibus XL annorum requiescebant. Et in occidentali parte ecclesiae per gradus descendis ubi S. Cyrinus papa et martyr pausat. *Epitome de Locis sanctorum:* Et iuxta eandem viam ecclesia est S. Sebastiani martyris, ubi ipse dormit, ubi sunt sepulturae apostolorum in quibus XL annos quieverunt. Ibi quoque et Cyrinus martyr est sepultus [6]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Via dicitur Appia. Ibi requiescunt S. Sebastianus et Quirinus, et olim requieverunt apostolorum corpora [7]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas:* Sci Sevastiani. Sci Eutycii. Sci Quirini [8]. *Reapse S. Quirini mausoleum adiacet basilicae S. Sebastiani, ibique titulus metricus in pariete inscriptus nunc mutilus, non ita pridem repertus est:*

. . . DEVOTAM
QVAE TIBI MARTYR EGO REPENDO MVNERA LAVDIS
HOC OPVS EST NOSTRVM HAEC OMNIS CVRA LABORIS
VT DIGNAM MERITIS . . . . . . . . . . . . . . . .
HAEC POPVLIS C . . . . . . . . . . GLORIA FACTI
HAEC QVIRINE TVAS . . . . . . . . PROBABI [9].

*Sequendus est codex B, supplendaque vox e p i s c o p i, supra, n. 21, sed miliariorum numerus ad III reducendus.*

**in Sabaria civitate Pannoniae Quirini episcopi; <item> Romae in cimiterio Catacumbas via Appia miliario III.**

*Ceterum elogio quo S. Quirini natalis nuntiatur, memoriam Romanae translationis, quae alio die certo certius facta est, postmodum additam esse, vix est cur moneamus.*

*Die 12 iun. in Sacramentario Gelasiano indicitur natale* sanctorum Cyrini, Naboris et Nazari [10], *et in Passione S. Basilidis horum sanctorum corpora posita sunt* in via Appia tertio miliario ab Urbe, in basilica apostolorum, ubi corpora eorumdem principum aliquando iacuerunt, videlicet Petri et Pauli, et sanctus Sebastianus martyr Christi requiescit in eodem loco qui dicitur Catacumbas [11]. *Haec de Nabore et Nazario vera non sunt, de C y r i n o vero recte dicta, si a Quirino Sisciensi alius non est. Fuerit ergo dies 12 iun. commemorandae translationi S. Quirini dicata. Coniecturam hanc esse nemo non videt, sed non plane inanem.*

33. PICTI] *Corruptela videtur nominis E p a g a t i, martyris Lugdunensis, iun. 2, n. 306, quod varie scriptum repperimus tali modo: E p e g a t i, E p i c a t i, P i g a t i, P i c a t i. Cf. maii 28, n. 30.*

34. ARECI] *Observatione digna est lectio codicis B: D a c i a n i A r i c i i D i a c o n i, qua ostenditur in ceteris D a c i a n i positum esse pro appellativo d i a c o n i, quod mox iteratur, item perverse, n. 48: e i a g o n i, i e i a c o n i. Pertinet autem ad memoriam S. Laurentii, quae heri plenior referebatur (iun. 3, n. 18), et hodie iteratur sic truncata, ut ipsum L a u r e n t i i nomen interierit, quod supplendum non dubitamus:*

**Aretii <Laurentii> diaconi.**

*Haec alio modo alii exponunt, quorum coniectura est sub A r e c i latere nomen martyris T a r-*

[1] HELM, *Die Chronik des Hieronymus*, p. 229; FOTHERINGHAM, p. 311. — [2] *BHL.* 7035, n. 4, 5. — [3] *Peristeph.*, VII, 3-5. Cf. J. ZEILLER, *Les origines chrétiennes dans les provinces Danubiennes*, p. 71. — [4] Error est, scribendumque S a b a r i a u r b e, ubi iacebat Quirinus ad Scarabetensem portam. — [5] *BHL.* 7036. — [6] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [7] Ibid., p. 181. — [8] Ibid., p. 180. — [9] A. DE WAAL, *Die Apostelgruft ad Catacumbas*, in *Römische Quartalschrift*, 3es Supplementheft (Rom, 1894), p. 100; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 76 a. Cf. DE ROSSI, *Bullettino*. 1894, p. 147-50; DUCHESNE, *La « memoria apostolorum » de la Via Appia*, p. 8-10, in *Memorie della pontificia Accademia Romana di archeologia*, t. I, 1923. Nomen martyris primus legit H. STEVENSON, ap. DE WAAL, p. 100. — [10] WILSON, p. 174. — [11] *BHL.* 1020, n. 9.

*s i c i i illius quem carmine laudavit Damasus* [1]*; vocem autem d i a c o n i corruptam esse ex D a c i a n i, non vice versa* [2]*, quibus assentiri nequaquam possumus.*

*35.* DATIANI] = *diaconi, ut modo declaratum est. Infra, n. 48: e i a g o n i. Martyrologium Romanum:* Romae sanctorum martyrum Aretii et Daciani. *Non martyrum, sed civitatis et dignitatis haec nomina sunt.*

*37.* IN CILICIA] *Neque E x p e r g e n t i (n. 39) nec alia quaepiam ex sequentibus nomina Ciliciae tribuere sinunt monumenta.*

*39.* EXPERGENTI] *Suspicionem movet vocabulum inusitatum, quod in suos usus convertisse videtur ineptus ille hagiographus qui gesta SS. Laurentini et Pergentini* [3] *conscripsit. Cf. iun. 3, n. 18.*

*40.* CRISTAE] *Quoniam hodie sancti in Moesia culti commemorantur (lege annot. ad n. 1 et 44), C h r e s t u m illum Tomitanum martyrem, qui die 3 april., n. 7, in libris nostris inscriptus est, ab iisdem attractum esse crediderim. Redit ille iun. 8, n. 39, ubi rursum plurimi eiusdem regionis martyres recoluntur.*

*41.* ITALI] = *A t t a l i, supra, n. 8.*

*42.* PHILIPPI] *Supra, ad n. 1.*

*43.* EUSTICI] *Supra, n. 9: E u t i c i. Fieri tamen potest ut potius referat vocabulum R u s t i c i = R u s t u l i = R u t u l i. Cf. n. 23, 44.*

*44.* RUSTULI] *Al. R u s t i c i, R u s t i c l i, infra, n. 55: R u t u l i, al. R u s t o l i, R u s t u l i: lectio mutila vocis D u r o s t o l i, cui adhaerebat nomen martyris, non I u l i a e (n. 46), quemadmodum nunc scriptum est, sed I u l i et ea quibus laterculus clauditur: c u m a l i i s d u o b u s (n. 56-58). Hi autem sunt Pasicrates et Valentio, qui Iulium* per bonam confessionem praecesserunt, *ut est in eius Actis* [4]. *Memoria S. Iulii agitur die 27 maii, n. 21; SS. Pasicratis et Valentionis, 25 maii, n. 19.*

**Durostoli Iulii cum aliis duobus.**

*Martyrologium Romanum:* in Pannonia sanctorum martyrum Rutili et sociorum. *Nullum esse Rutilium martyrem ex dictis manifestum est.*

*45.* CAMAS] *Supra, n. 10: C a m a s i, id est C u m a s.*

*46.* IULIAE] *Ex modo dictis ad n. 44, haec non est I u l i a, de qua supra, n. 12; sed legatur oportet I u l i i.*

*47.* SATURNINI] *Iun. 3, n. 81, et alias passim. Cf. supra, n. 13: S a t u r a e.*

*48.* EIAGONI] *Al. I e i a c o n i = d i a c o n i, supra, ad n. 34.*

*49.* MOMNAE] *Al. M o n n a e. Nudum nomen.*

*50.* FURTUNI] *Cf. supra, n. 16: F u r t u n i o n i s.*

*51.* CRISCENTIAE] *Solo nomine nota.*

*53.* SABARIA] *Supra, n. 26.*

*55.* RUTULI] = *R u s t u l i, n. 44, id est D u r o s t o l i.*

*57.* CUM ALIIS] *Sunt hi duo martyres Pasicrates et Valentio, de quibus supra, ad n. 44.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: i n m a r i = Camasi, n. 10. Ita H. I. Lawlor* [5].

*i n S a r a c i a = Sabaria, n. 26.*

*C i p r i n i = Cyrini = Quirini, n. 29.*

[1] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 14. Lectu digna sunt quae de Tarsicio scripsit P. FRANCHI DE' CAVALIERI, ap. WILPERT, *Die Papstgräber*, p. 96-98. — [2] H. ACHELIS, *Die Martyrologien*, p. 246; J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender im Altertum*, p. 153-154. — [3] *BHL.* 6632. — [4] *BHL.* 4555. — [5] *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, t. 1, p. 16.

# NON. IUN.

**In Aegypto Marciani Nicandri et Appolloni quorum gesta habentur. in Africa Evasi et Privatae. Romae miliario VII via Ardeatina Felicolae Felicitatis Fappae Grigoriae Gagi Rutiani Saturnini Rogatae Hilari Victuri Mustili Ingenui Secundi Mauri Urbici Secundiani Castulae** [a] **Candidae Primae Feliciani Fortunati Marcialis Iulianae Nicandri Sacri** [b]**. in Istria Zoili Sateri Tymini Saturnini Servili Felicis Silvani Furtunati.**

*Addunt codices pleniores:* a) corbeia translatio corporis sancti precordii cf. C. — b) et depōs. scī bonifaci archiepī C.

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. aegyp̄ E | 3. martiani BW | 4. ni /// candri E; nigrandi BSW | 6. appollini E; apolloni BW; appoloni S | 7-9. *om.* E | 11. āff E | 12. tuasi S | 14. privati BSW | 15 rōm EW; rome S | 16-19. *om.* E | 18-19. *om.* SW | 19. ardiatina B | 20. filoculę BS[1]; filocule W | 22. fappe BW; rappe S | 23. gregorii BS; gregori W | 25. rustianę B | 26-27. *invert.* S | 28. helari BSW | 30. mustoli B; mustuli SW | 35. secun W | 36. castule B; castuli S | 37. candide S; canditę W; | 38. primi BSW | 39. feliciane SW | 40. furtunati B; furtunate SW | 41. maroialis S | 42. iulię B; iuliane S | 43. nigandri B; nicander S; niander W | 44. sacrini W; sacrim S | 45-46. in stria BSW | 47. zoeli BSW | 48. satiri B; sabri S; saturi W | 49-50. *om.* W | 49. timini B | 50. saturnine S | 51. servilii BSW | 54. fortunati BS.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Roma via Ardiatina nat. Ficulae et in Aegypto Marcia Nicardri et Apollini et in Affrica Inasi et Probatae per. — MON.: In Aegipto natalis sanctorum Marciani Nigrandi Apolloni quorum gesta habentur. — RICH.: Rom. Feliculi Felicitatis Gregorii in Aegypto Martiani Nigrandi Affrica Evasi et Privati et in Syria Zoeli Saturi Servili alibi passio sancti Bonifacii archiepiscopi.

# IUN. 5

1. IN AEGYPTO] *Ut tricas omnigenas in elogiis SS.* Marciani *et* Nicandri, *quae multoties iterantur, involutas expediamus, principio in memoriam revocanda sunt quae de his sanctis referunt tum breviarium Syriacum, tum variae Passiones. In breviario bis nuntiantur hoc modo : Die 5 iun. : ἐν Τόμει τῇ πόλει Μαρκιανὸς καὶ τρεῖς ἕτεροι μάρτυρες. Die 10 iul. : ἐν Τόμει τῇ πόλει Μαρκιανὸς καὶ ἄλλοι τεσσαράκοντα ἑπτά.*

*Sanctorum Nicandri et Marciani Passiones bifariam dispertiuntur* [1] *: aliae nimirum e Moesia originem ducunt ; aliae eos sanctos cum sociis octo in Aegypto passos esse ferunt. Ad primum genus pertinent duae Passiones, verbis potius quam rebus narratis dissimiles : altera in Actis SS. edita est* [2], *cuius initium : Ἧκον ἐπὶ τὰ κατὰ διαβόλου, altera nuper prodiit e codice Hierosolymitano Sancti Sepulcri XVII : Στρατιωτικῆς ἑταιρείας καὶ φάλαγγος* [3]. *Nullus quidem Moesiae locus in hisce memoratur ; sed indubium est artam fuisse connexionem inter illa et ea quae de S. Iulio Durostorensi scripta feruntur deque aliis eiusdem regionis sanctis* [4]. *Exstat et versio latina, quae tamen ita immutata est ut usui esset in civitate Venafro, ubi aliquando SS. Marcianus et Nicander colebantur* [5].

*Alterum genus hae constituunt Passiones : 1° Passio decem martyrum Aegyptiorum in Actis nostris edita* [6]. *2° Μαρτύριον τῶν ἁγίων δέκα μαρτύρων Μαρκιανοῦ, Νικάνδρου, Ἀπολλωνίου, Λεωνίδου, Ἀρρίου, Γοργίου, Ὑπερεχίου, Σελενιάδος, Εἰρήνης καὶ Πάμμωνος, e codice Hierosolymitano Sancti Sepulcri XVII* [7]. *3° Passio latina, cuius est exordium :* Memoriis sanctorum communicare [8].

*Ad commemorationes SS. Nicandri et Marciani in fastis hieronymianis tandem gradum faciamus. Horum autem nomina scripta reperimus diebus 5 april., 5 iun., 8 iun., 17 iun., 10 iul., 26 nov., 26 dec. Seponenda est commemoratio 5 april., quae a* nonis *iuniis ad* nonas *apriles errore recensentis reportata est. Seorsim etiam suo loco quaerendum erit de cultu utriusque martyris in ecclesia Capuana, die 26 nov.*

*Die 5 iun. primo loco ponitur turma decem martyrum Aegyptiorum, solis Marciani, Nicandri et Apollonii nominibus expressis.*

**in Aegypto Marciani Nicandri et Apollonii quorum gesta habentur.**

*Hos ex Passionibus supra allatis* [9] *interpolator inseruit laterculo, ubi iampridem* Marcianus *et* Nicander *Moesi inscripti erant, et adhuc eguntur dummodo attente id fiat. E* Marciano *enim factus est* Marcialis, *n. 41, et loci indicium, quod laterculum intuenti non statim apparet, eruendum est e vocabulo* Mustili, *n. 30, al.* Mustoli, Mustuli, *quod corrupte refert* Durostoli, *quemadmodum heri eadem civitas sub* Rustuli *(iun. 4, n. 44) occultabatur. In hisce enim codicibus Marcianus et Nicander non Tomis tantum, ut in Syriaco, deputantur, sed et Durostoro, vicino Tomis oppido. Legatur proinde :*

**Durostori Marciani et Nicandri.**

*Die 8 iun., eodem pacto quo 5 iun., Aegyptii homonymi accesserunt memoriae sanctorum Marciani et Nicandri qui Durostori colebantur. Ita Moesorum Passio graeca : ἐμαρτύρησαν δὲ οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ μάρτυρες Νίκανδρος καὶ Μαρκιανὸς μηνὶ ἰουνίῳ ὀκτώ* [10]. *Eodem die in synaxariis Graecorum nuntiantur* [11]. *De Aegyptiis nullum habemus simile testimonium.*

*Iun. 17, n. 5, solius* Nicandri *nomen superest. Sed nullo negotio demonstrabitur hanc quoque diem utrique sancto sacram fuisse.*

*Die 10 iul., n. 64, breviarii Syriaci auctoritatem habemus ut legamus, aliquantillum immutato sociorum numero :* in civitate Thomis Marciani et aliorum numero XXXVIII, *qua die idem profecto* Marcianus *commemoratur qui et die 5 iun. ;* Nicander *vero inter socios XXXVIII latitare putandus est.*

*Die 26 dec., post Heliam, n. 26, martyrem Tomitanum, Durostori rursum nuntiantur* Marcianus *et* Nicander.

*Aegyptiorum Marciani et Nicandri non est in martyrologio Orientali vestigium, nec habent diem natalem proprium. Bis enim eos obvios habemus, die 5 et 8 iun, utrobique veluti mensae Moesorum parasiti. Accedit quod nullus alius fons eorum elogii dignosci potest praeter Passionem Decem martyrum Aegyptiorum, commenticiam prorsus fabulam, qua ex hagiographi nescio cuius libidine, congregati sunt martyres in Moesia passi cum Aegyptiis nonnullis* [12]. *Ratione concludendum est Aegyptios Marcianum et Nicandrum nunquam exstitisse in rerum natura, sanctosque ita vocatos non tantum Tomis, ubi passi sunt, sed et Durostori cultos fuisse. Variis etiam in Italiae locis venerationem nacti sunt* [13], *immo et haud procul ab Urbe. Gelasius enim papa (492-496)* dedicavit basilicas sanctorum Nicandri, Eleutheri et Andreae in via Lavicana, in villa Pertusa [14]. *Inquirendum foret aliusne putandus sit* Nicander *ille*

[1] De hisce Passionibus lege P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Studi e Testi*, t. XXIV (1912), p. 141-57. — [2] *BHG*². 1330. — [3] B. LATYŠEV, *Menologii byzantini saeculi X quae supersunt*, t. II, p. 27-30. — [4] De re paulo uberius tractavimus in *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 270 ; *Les martyrs d'Égypte*, p. 55. — [5] *BHL*. 6070-6073. — [6] *BHG*². 1194. — [7] LATYŠEV, t. c., p. 16-17. — [8] *BHL*. 5259b. — [9] *BHG*². 1194 ; LATYŠEV, t. c., p. 16-17 ; *BHL*. 5259b. — [10] *BHG*². 1330, n. 7. Passio edita a B. LATYŠEV, t. c., p. 27, die 9 legenda proponitur.— [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 738-40.— [12] DUCHESNE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p. 190-93 ; DELEHAYE, *Les martyrs d'Égypte*, p. 54-60. — [13] *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 263-70 ; F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 176-77.— [14] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 376.

*Marciani socio. Id minus probabile censeo. Legenda sunt annotata ad diem 17 iun., n. 3. Romanum martyrologium hodie nuntiat:* In Aegypto natalis sanctorum martyrum Marciani, Nicanoris, Apollonii et aliorum, qui in persecutione Galerii Maximiani illustre martyrium consummarunt. *Neglectis ergo inclutis illis martyribus Moesis, eorum in locum Aegyptii suffecti sunt.*

*12.* EVASI] *Iun. 2, n. 176; iun. 7, n. 14.*

*14.* PRIVATAE] *Al. P r i v a t i. Iun. 7, n. 15.*

*15.* ROMAE] *Nitidum est et rite expressum S. F e l i c u l a e elogium, si solum depositionis locum respexeris:*

**Romae miliario VII via Ardeatina Feliculae.**

*Perperam tamen nonis iuniis affigitur. Non sine causa huius martyris memoriam tum 14 feb., n. 13, tum iun. 13, n. 14, recenseri suis locis ostenditur. Hodiernae commemorationis nulla sufficiens ratio assignari potest. Errore inducta videtur in hunc modum. In hoc laterculo F e l i c u l a m excipit F e l i c i t a s, cuius nomen compendio* FELIC. *primum, dein integre scriptum fuerit, sed dubitanter:* FELIC *i t a s,* FELIC *u l a.*

*21.* FELICITATIS] *Magnam hodierni laterculi partem ad diem 2 feb. translatam esse iam notatum est. Ibi autem, n. 48, 49, scriptum repperimus C a p p a e F e l i c i t a t i s, quod minus recte hodie effertur: F e l i c i t a t i s F a p p a e. Si enim nostra non spernenda videbitur coniectura, legendum erit:*

**Capuae Felicitatis.**

*De Capuana F e l i c i t a t e disquisitio fiet ad diem 16 nov.*

*22.* FAPPAE] *Feb. 2, n. 44, 48: C a p p a e, lege: C a p u a e, ut modo scripsimus.*

*23.* GRIGORIAE] *Feb. 2, n. 47: G r i g o r i.*

*24.* GAGI] *Feb. 2, n. 46.*

*25.* RUTIANI] *Al. R u s t i a n e. Cf. iun. 4, n. 23: R u s t i c i.*

*26.* SATURNINI] *Feb. 2, n. 76; iun. 3, n. 81 et passim.*

*27.* ROGATAE] *Feb. 2, n. 75: R o g a t i, al. R o g a t a e; iun. 1, n. 26.*

*28.* HILARI] *Feb. 2, n. 14, 74; iun. 1, n. 150.*

*29.* VICTURI] *Feb. 2, n. 5, 52, 71; iun. 3, n. 34 et passim.*

*30.* MUSTILI] *Al. M u s t o l i. Feb. 2, n. 62: M u s t u l a e; iun. 2, n. 81: M u s t i l l a e. Legendum esse D u r o s t o l i, seu Durostori, ad n. 1 ostendere conati sumus.*

*31.* INGENUI] *Feb. 2, n. 61.*

*32.* SECUNDI] *Iun. 2, n. 28 et passim. Cf. infra, n. 35: S e c u n d i a n i.*

*33.* MAURI] *Feb. 2, n. 57: M a u r i c i.*

*34.* URBICI] *Feb. 2, n. 58.*

*35.* SECUNDIANI] *Feb. 2, n. 60; feb. 2, n. 43: S e c u n d o l a e.*

*36.* CASTULAE] *Feb. 2, n. 42; iun. 1, n. 40.*

*37.* CANDIDAE] *Feb. 2, n. 41: C a n d i d i.*

*38.* PRIMAE] *Adde n. 39: P r i m a e, F e l i c i a n i. Feb. 2, n. 39, 40: F e l i c i a n i, F i r m i, id est: P r i m i, F e l i c i a n i, qui martyres sunt Romae culti, die 9 iun., n. 1.*

*40.* FORTUNATI] *Feb. 2, n. 38; iun. 1, n. 47; et passim.*

*41.* MARCIALIS] *Feb. 2, n. 54; iun. 1, n. 76.*

*42.* IULIANAE] *Al. I u l i a e. Feb. 2, n. 16: I u l i a n a e, n. 8: I u l i a e. Cf. iun. 3, n. 15; iun. 4, n. 12, et ibid., n. 46, ubi non I u l i a e, sed I u l i i legendum esse ostensum est.*

*43.* NICANDRI] *Supra, n. 4.*

*44.* SACRI] *Lectio corrupta videtur.*

*46.* IN ISTRIA] *Legendum esse:*

**in Lystra Zoili**

*demonstravimus ad diem 24 maii, n. 1.*

*48.* SATERI] *Hoc et reliqua sex nomina eo ordine cum Zoilo laterculus diei 24 maii (n. 21-28) subministravit. Quod loco F u r t u n i hodie legatur, n. 54: F u r t u n a t i, nihil est.*

ADDITAMENTA] *C o r b e i a. De translatione Corbeiam reliquiarum S. P r a e c o r d i i anno circiter 940, edita est narratio* [1].

**Corbeia translatio corporis sancti Praecordii confessoris.**

*B o n i f a c i episcopi Moguntini memoria hodie agitur. Eius Acta edita sunt* [2].

**Depositio sancti Bonifacii episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: I n a s i e t P r o b a t a e = Evasi et Privatae, n. 12-14.*

*P e r = Peregrinae, iun. 6, n. 9* [3].

[1] *BHL.* 6913, 6914. — [2] *BHL.* 1400-1404. — [3] Cf. H. BRADSHAW, ap. H.J. LAWLOR, *The Psalter and Martyrology of Ricemarch,* t. I, p. 80.

# VIII ID. IUN.

| I | II |
|---|---|

**In Africa | Niveduno**

**Amanti Luci Alexandri Andreae Donati Peregrinae. in Africa Itali Zotici Camari Philippi Attali. et alibi depositio beati Candi episcopi. Gracinopoli depositio Cerati episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 2. āff E | 3. nividuno S ; nevoduno W | 4. amaniti S | 5. lucii B | 6. alexandriae SW | 7. *om.* SW | 9. peregri BSW | 11. āff E | 14-20. *om.* S | 14. camasi BW | 15. philipi E | 20. *om.* E | 21. gaudi B ; claudi SW | 23. glacinopoli E ; gracinopole S ; gracinopolę W | 24. *om.* W | 25. ceraci S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Amanti Luci Alaxandri Andrae Donati et Peregrini. — MON. : Nivendo natalis sanctorum Amanti Lucii Alexandri. — RICH. : In Affrica Amantii Lucii Andreae Donati Peregrini Itali Philippi alibi depositio Gladii episcopi Gratianopoli depositio Cirati episcopi.

## IUN. 6

1. IN AFRICA] *Infra, n. 11. Quos altera martyrologii recensio Nivedunenses facit, Afros potius crediderim. Id tamen asseverare nolo, cum de hisce sanctis sileant monumenta. Varia huius laterculi nomina a die 4 iun. aliisque proximis assumpta sunt.*

3. NIVEDUNO] *Nomen martyris requirendum est sub n. 15: P h i l i p p i, et iteranda quae scripta sunt iun. 4.*

**Niveduno Philippi.**

*Hunc Philippum et diaconum illum de quo Act. XXI, 8-16, unum esse primus asseruisse videtur Ado, cuius errorem alii amplexi sunt, et ipsi compilatores martyrologii Romani:* Caesareae in Palaestina natalis beati Philippi,qui fuit unus de septem primis diaconis *cet.*

4. AMANTI] *Hunc Afrum esse minus probabile existimo. Nam die 10 feb., n. 9, memoratur A m a n t i u s martyr Romanus, una cum Z o t i c o. Cum Z o t i c o (n. 13), quem Romanum illum esse existimabat, sed reapse homonymus est Lugdunensis, A m a n t i u m copulandum esse interpolator censuerit. Res paulo aliter declaranda erit, si A m a n t i u s hodie anticipatio habetur diei iun. 9, n. 13.*

5. LUCI] *Iun. 2, n. 79; iun. 3, n. 90. SS. L u c i u m et A m a n t i u m, hoc ipso die colunt Parmenses, quo eorum corpora Cornelii, apud Parmam flumen reperta esse feruntur* [1]. *Martyres esse homonymos, quibus idem dies cultus casu obtigerit quis credat ? Haec notasse sufficiat dum historia inventionis a fide dignis testibus digesta proferatur.*

6. ALEXANDRI] *Neque de Alexandro, neque de sequela, n. 7-9, quicquam compertum est.*

*In martyrologio Romano hodie nuntiatur:* Novioduni in Galliis sanctorum martyrum Amantii, Alexandri et sociorum, *cum hac Baronii annotatione: « Agit de his Usuardus hac die. » Atqui haec scribit Usuardus:* Civitate Niveduno sanctorum martyrum Amantii et Alexandri [2]. *Nivedunum Galliarum (Noyon) interpretatus est Baronius, quem secuti sunt non pauci* [3]. *Ceterum error est in loco martyribus illis assignato cum solius Philippi (n. 15) Nivedunum, et quidem in Moesia, palaestra sit. Edita sunt Acta SS. Amandi episcopi, Lucii, Alexandri et Audaldi* [4], *quos Noviodunenses fuisse asserunt, translatos in monasterium Cannense, in Gallia Narbonensi. Plane apocrypha sunt et ope hodierni laterculi conficta.*

11. IN AFRICA] *Supra, n. 1.*

12. ITALI] *Infra, n. 16: A t t a l i; iun. 4, n. 8, 41; martyr est Lugdunensis, iun. 2, n. 261.*

13. ZOTICI] *Martyr Lugdunensis, iun. 4, n. 7; iun. 2, n. 277.*

14. CAMARI] *Al. C a m a s i, iun. 4, n. 10, non martyris sed loci nomen, ut videtur.*

15. PHILIPPI] *Supra, ad n. 3.*

16. ATTALI] *Supra, n. 12: I t a l i.*

21. CANDI] *Al. G a u d i, C l a u d i; cod. Rich.: G l a d i i. De episcopo cuius neque sedes nota est neque nomen certo traditum coniecturis parcendum.*

23. GRACINOPOLI] *In catalogo episcoporum ecclesiae Gratianopolitanae sextus est C i r a t u s. Interfuit concilio Arausicano, an. 441* [5]. *C e r e t i u s cum Salonio et Verano episcopis Gallorum ann. 450 scripsit ad Leonem papam* [6]. *In epistula synodica Eusebii Mediolanensis ad eundem, Ceretii quoque mentio est* [7]. *Variae quae de eius aetate et sede episcopali prolatae sunt coniecturae et iam Papebrochio minus probatae visae sunt* [8], *sponte evanescunt* [9].

**Gratianopoli depositio Cerati episcopi.**

[1] *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 632. — [2] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 320. — [3] Quorum nomina sunt in *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 628. His adde LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 805. — [4] *BHL.* 331. — [5] MANSI, *Concilia*, t. VI, p. 441. — [6] *P. L.*, t. LIV, p. 887-89. — [7] *P. L.*, t. c., p. 946. — [8] *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 708-710; t. II, p. LXXXVIII. — [9] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I[2], p. 231.

# VII ID. IUN.

| I | II |
|---|---|
| In Africa | In Byzantium [a] |

**Pauli Fortunati Macari Primosi Accadi Mochi. in Africa Victuri Evasi Privatae Ianuariae Donatae Spisinae Quirilli. in Cessarea Cappadociae Luciani martyris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) quae est constantinopoli B. — b) et nicomedia eustoli epi S ; et pās. bonifacii epi qui passus est inuues tracia (trachia W[2] ; strachia W[3] *in marg.*) W.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 2. āff E | 4. begantium B ; cigantiam S ; begarecium W | 6. furtunati BSW | 7. magri B ; macri WS | 9. achaci B ; accaci S ; cachaci W | 10. moechi B ; monch S ; monač W | 12. āff E | 13. victor /// B ; victori W | 15. private S | 17. donate S | 18. spissine S, *erasum* | 19. quirili S ; *om.* W | 20. *om.* E | 21. cessar E ; cesarea BS ; cessaria W | 22. cappōd E ; capodō S ; cappad W | 24. mar EW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Pauli Furtunati Matari et Evasi et Privatae et in Oriente in Vizantio Accussi. — Mon. : In Cesarea Cappadociae natalis sancti Lucani Africa Pauli Fortunatiani et aliorum VII eodem die natalis sanctorum Vincentii et Benigni. — Rich. : Affrica Pauli Furtunati et in Bizantio id est Constantinopoli Macharii Privati Vasii et Moenecii alibi Primosi Cesarea Luciani.

## IUN. 7

*1.* in africa] *Infra, n. 12. Loci indicium melius servarunt codices alterius recensionis, n. 4.*

*4.* in byzantium] *In martyrum censu habitus est* P a u l u s, *episcopus Constantinopolitanus, cuius memoriam agunt Graeci 6 novembris* [1]. *Exstat eiusdem Vita* [2], *in qua nihil de natali eius die. Scholion est:* q u a e e s t C o n s t a n t i n o p o l i, *ab interpolatore additum, qui et martyres in Urbe regia cultos addidit* A c c a d i, M o c h i, *n. 9, 10, id est* A c a c i, M o c i i, *de quibus maii 8, 10, 11.*

**in Byzantio Pauli.**

*6.* fortunati] *Iun. 3, n. 41 et passim.*

*7.* macari] *Iun. 2, n. 230.*

*8.* primosi] *Iun. 2, n. 122:* P r i m o s a e.

*9.* accadi] *Iun. 8, n. 24:* A c a i c i, A c a c i, *maii 10, n. 60. Supra, ad n. 4*

*10.* mochi] *Iun. 8, n. 48:* M u c i ; *maii 10, n. 47. Supra, ad n. 4.*

*12.* in africa] *Supra, n. 1. Quae sequuntur nomina proximis diebus eodem sub regionis indicio signata sunt.*

*13.* victuri] *Iun. 1, n. 33 ; iun. 3, n. 34 ; iun. 5, n. 29.*

*14.* evasi] *Iun. 2, n. 176 ; iun. 5, n. 12.*

*15.* privatae] *Iun. 5, n. 14.*

*16.* ianuariae] *Iun. 1, n. 64 ; iun. 8, n. 47 et passim.*

*17.* donatae] *Iun. 1, n. 119 ; iun. 8, n. 49, et passim.*

*18.* spisinae] *Iun. 8, n. 50.*

*19.* quirilli] *Die 29 maii, n. 16, nuntiatum est:* i n C e s a r e a C a p p a d o c i a e C y r i l l i. *Idem hodie, inverso ordine (n. 19-22), iterari nemo facile credat. Alium enim martyrem sibi vindicare videtur Caesarea, ut mox ostendetur.*

*21.* cessarea] *De martyre* L u c i a n o *Caesariensi prorsus silent monumenta. Sed Caesareae hodie occubuit celeberrimus martyr Procopius ; de cuius agone haec scribit Eusebius: Δαισίου μηνὸς ἑβδόμῃ, πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Ἰουνίων λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίοις, ἡμέρᾳ τετράδι σαββάτου, τοῦτο πρῶτον ἐπὶ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ἀπετελέσθη μαρτύριον* [3]. *Nomen martyris, nescio quo casu, expunctum fuit. Nec obstat quod Caesarea* C a p p a d o c i a e *totis verbis exprimitur. Saepius enim in martyrologio altera pro altera Caesarea scribitur ; postridie, ubi Procopii elogium iterabatur, nunc etiam suppresso martyris nomine, utriusque civitatis Cappadocis et Palaestinensis (n. 6-7, 36-37), huius, ni fallor, in modum emendationis, mentio remansit. Quapropter scribendum censeo :*

**Caesareae in Palaestina <Procopi>.**

*A Graecis Procopius colitur die 8 iul.* [4], *quo etiam in codicibus nostris memoratur,* i n C a e s a r e a C a p p a d o c i a e.

*23.* luciani] *Martyr Tomitanus, iun. 8, n. 43.* L u c i a n u s *quidam est in kalendario marmoreo Neapolitano, die 3 iun* [5]. *Non tamen hic noster putandus est, sed Λουκιλλιανός, qui 3 iun. colitur a Graecis* [6]. *Haec rite perspexit Mazochius* [7].

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 197. — [2] *BHG*[2]. 1472, 1473. — [3] *Mart. Palaest.*, I, 1. Cf. *BHL.* 6949. De eiusdem martyris Passionibus sequioris aetatis et apprime fabulosis, *BHG.* 1576-1579, diximus in libello *Les Légendes grecques des saints militaires* (Paris, 1909), p. 77-89. — [4] *Synax. Eccl., CP.*, p. 805. — [5] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p.725.— [7] *In vetus marmoreum sanctae Neapolitanae ecclesiae kalendarium commentarius*, p.511-12.

*ADDITAMENTA*

ADDITAMENTA] *Eustoli episcopi Nicomediensis, iun. 8, n. 53.*

*Bonifacii episcopi Vitae editae sunt*[1]. *Eius festum agitur die 5 iun. Westracia seu Westrachia pagus est Fresonum*[2].

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Matari = Macari, n. 7.*

*Accussi = (Acculi) = Accadi, n. 9, reapse Acaci, martyris Byzantii culti.*

*Cod. Mon.: Lucani = Luciani, n. 23. Vincentii et Benigni, martyrum Mevaniae, Acta edita sunt*[3].

*Cod. Rich.: Vasii = Evasi, n. 14. Moenecii = Mochi, n. 10; lege: Mocii.*

[1] *BHL.* 1400-1404. — [2] W. Levison, *Vitae sancti Bonifatii archiepiscopi Moguntini* (Hannoverae, 1905), p. 225, i. v. Ostor- et Westeraeche. — [3] *BHL.* 8674. Cf. Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 321; Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 434-35.

# VI ID. IUN.

**In Aegypto natale Marciani. in Cessarea Palestinae natale Euristis. in Dorostoro civitate natale sancti Marci. in Nicomedia Vitici Nestoris[a] Cari Lampitis et Marcianae Acaici. in Sardinia natale Salustiani. Romae via Aurelia Nabori et Nazari. in Cessarea Cappadociae. Dorostoli Cresti Marciae Muciani Helii Luciani Zotici. in Africa Ianuariae Muci Donatae Spisinnae. in Nicomedia Eustoli episcopi. in Galleis Sessionis civitate depositio sancti Medardi episcopi et confessoris[b].**

*Addunt codices pleniores:* a) primi B. — b) rotomago cīv. dēp. sc̄i geldardi ep̄i et cf̄. C.

*Var. lect. codd.* E BW — 1. *om.* E | 2. aegip̄ E | 3. *om.* E | 5. *om.* E | 6. cessār E; cesarea B; cęsaria W | 7. palestīn E; palaš̄t W | 8. natalę B | 9. cristi B; cristis W | 10. *om.* E | 11-12. civit̄ dorostero W | 13. natalę B | 16. *om* E | 17. nicōm E; *add.* nāt W | 19. nistori B; nestori W | 20-21. carolapidis B; caro lapidis W | 23. marcinae E; marinę BW | 24. *om.* BW | 25. *om.* E | 27. *om.* E; natalę B; sc̄i *add.* W | 28. *corr. 1 m., prius* salustini E; salautiani B; lustiani W | 29. rōm E | 30-31. *om.* EW | 32. naboris B | 33. *om.* BW | 35. *om.* E | 36-37. *om.* W | 36. cessār E; cesarea B | 37. cappōd E | 38. dorostori B | 39. *om.* BW | 41. mutiani B; mutuanę W | 42. *om.* W | 46. āff E | 48. *om.* B; Ilii W | 50. spesinę B; spisinę W | 51. *om.* E | 52. nicōm E | 53. eustili W | 55. *om.* E | 56. gāl E; gāll W | 58. civitatę B | 59-60. *om.* E | 63-64. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: Romae nat. Naboris et Nazari et in Cesaria Chresti et in Nicomedia Nestoris et in Seconis civitate depositio sancti Medardi episcopi et confessoris. — Mon.: In Aegipto natalis sancti Marciani Nicomediae in Dorostoro civitate natalis sancti Marci alibi Naboris Nazari Sessionis natalis sancti Medardi confessoris. — Rich.: Rom. natale sanctorum Naboris et Nazarii Primi et in Caesarea Cresti Martiae Mociani et in Nicomedia Nestoris Suessionis sancti Medardi episcopi.

## IUN. 8

1\. IN AEGYPTO] *De martyribus Marciano et Nicandro, qui ab aliis in Moesia, ab aliis in Aegypto passi dicuntur, paulo fusius disceptatum est ad diem 5 iun., n. 1. Hodie rursum, propter Moesos cognomines (n. 15-17) Aegyptios intrusit interpolator. Nicandri nomen a librariis suppressum est.*

**in Aegypto natale Marciani <et Nicandri>.**

6\. IN CESSAREA] *Locus martyrii S. Procopii est Caesarea Palaestinae; dies autem 7 iun., quo eius elogium quondam in martyrologio legebatur, sub mentito indicio Caesarea Cappadociae, ut heri, ad n. 21, dictum est. Hodie rursum eadem scripta erant (n. 36-37). Lectio Caesarea Palaestinae correctoris manum prodit.*

**in Caesarea Palaestinae <Procopii>.**

9\. EURISTIS] *Infra, n. 39: Cresti.*

11\. IN DOROSTORO] *Hodie apud Graecos memoria agitur SS. Nicandri et Marciani*[1], *quorum nomina corruptis lectionibus involuta sunt in hoc laterculo, nimirum n. 15: Marci = n. 23: Marcianae = n. 40: Marciae = Marciani. Compendio scriptum fuisse NIC(andri) conicio, a librariis male suppletum NIC(omedia). Locus passionis et celebritatis praecipuae horum sanctorum, ut patet ex breviario Syriaco, fuit civitas Tomitanorum. In libris tamen nostris cum Durostoro eorum nomina plerumque connectuntur (iun. 5, iun. 17, dec. 26), ita ut Tomitanos illos in vicina quoque civitate cultum habuisse credendum sit.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 739; *BHG*³. 1330.

in

**in Dorostoro civitate natale sanctorum Marciani et Nicandri.**

*17.* IN NICOMEDIA] *Ex NIC(andri) facta est NIC(omedia). Hac autem accepta lectione, Nicomedienses, quos huius diei laterculus non ferebat, ex aliis diebus adducti sunt, nimirum Vitici (n. 18), qui est Evitius seu Euetius, die 24 feb. n. 82, memoratus, et Cari Lampitis (n. 20-21) die 28 april., n. 24, Carilippi presbiteri in nostris codicibus,* Χαρίλαμπος πρεσβύτερος *in breviario Syriaco. Vox presbiteri superesse videtur in codice B: primi, ex nota prbi male soluta.*

*18.* VITICI] = *Euetii, supra, ad n. 17.*

*19.* NESTORIS] *Hic inter Nicomedienses numeratur; nullum tamen Nicomediensem Nestorem novimus.*

*20.* CARI] *Adde n. 21, ut fiat Carilampitis, id est* Χαρίλαμπος, *de quo ad n. 17.*

*23.* MARCIANAE] *Etiam n. 15: Marci; n. 40: Marciae = Marciani, supra, ad n. 11.*

*24.* ACAICI] *Iun. 7, n. 9: Accadi = Acaci, maii 10, n. 60.*

*26.* IN SARDINIA] *In hodiernum laterculum transiit fragmentum laterculi 27 maii, in quo et legitur, n. 25-26, in Sardinia Salustiani. Huius autem ne ipsi quidem Sardi memoriam agunt, quam in martyrologium Romanum accepit Baronius:* In Sardinia sancti Sallustiani confessoris, *additque: « Agit de eo item hac die Usuardus; meminit eiusdem Fara de rebus Sardois ». Ne ullum in rebus obscuris neglegamus testimonium, Faram illum Sassarensem audiamus: « Anno salutis... S. Salustianus miraculis in Sardinia clarus obdormivit in domino 6 idus iunii, ut refert Usuardus. Hunc sanctum Iustinianum appellat Maurolicius abbas* [1] *». De loco ubi Salustianus miraculis claruerit, nihil.*

*29.* ROMAE] *A die 12 iun. huc allata est haec annuntiatio:*

**Romae via Aurelia Naboris et Nazarii.**

*Ad hunc diem nonnulla dubia movebuntur de loci indicio.*

*36.* IN CESSAREA] *Supra, ad n. 6.*

*38.* DOROSTOLI] *Iam supra, n. 11, cum sanctis Marciano et Nicandro. Hic vero cum alio nomine, quod casu suppressum est, connectendum videtur; et scribendum, ut die 27 maii, n. 21, e quo pars huius laterculi originem sumpsit:*

**<Item> Dorostoli <Iuli>**

*39.* CRESTI] *Supra, n. 9: Euristi, non recte.* Χρηστός *martyr est Tomitanus, de quo april. 3, n. 7, huc adductus ab aliis eiusdem civitatis martyribus, qui infra, n. 42-44, nuntiantur.*

*40.* MARCIAE] *Supra, n. 15, Marci = Marciani. Lege quae dicta sunt ad n. 11.*

*41.* MUCIANI] *Infra, n. 48: Muci, recte, ut maii 10, n. 47; iun. 7, n. 10: Mochi.*

*42.* HELII] *Nomina tria, etiam a die 27 maii, n. 11-13, assumpta, martyrum Tomitanorum sunt:*

**<in Tomis> Helii, Luciani, Zotici.**

*His hodie accessit* Χρηστός, *supra, n. 39.*

*46.* IN AFRICA] *Ut die 7 iun., n. 16-18, Africae deputantur:*

*47. Ianuariae, iun. 7, n. 16.*
*49. Donatae, iun. 7, n. 17.*
*50. Spisinnae, iun. 7, n. 18.*

*48.* MUCI] *Supra, n. 41: Muciani.*

*52.* IN NICOMEDIA] *Eustolius, episcopus Nicomediensis, ann. 314 subscripsit actis synodi Ancyranae:* Eustolius Nicomediae Bithyniae [2]:

**in Nicomedia Eustolii episcopi.**

*57.* SESSIONIS] *S. Medardus, episcopus Veromanduorum,* gloriosus confessor iuxta urbem Sessionas [3] *(seu Suessionas) quiescit. Ita Gregorius Turonensis* [4], *qui saepius de eo eiusque basilica. Plurima de S. Medardo ab aliis conscripta sunt, quae recensere huius loci non est* [5].

**in Galliis Sessionis civitate depositio sancti Medardi episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] *S. Geldardi seu Gildardi Vita edita est* [6].

**Rotomago civitate depositio sancti Geldardi episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Seconis = Sessionis, id est Suessionis, n. 57.*

[1] *De rebus Sardois liber primus* (Calari, 1580), p. 71. — [2] LEQUIEN, *Oriens christianus*, t. I, p. 584.— [3] Cf. HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. II, p. 1656-60. — [4] *In gloria confessorum*, c. 93. — [5] *BHL.* 5863-5874; *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 72-105; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 102. — [6] *BHL.* 3539.

# V ID. IUN.

| I | II |
| --- | --- |
| **Romae Primi et Feliciani.** | |

**in Alexandria Maximi presbyteri. in Nicea civitate Diomedis Amanti Mutiani Alexandri**

| I | II |
| --- | --- |
| | **Ianuarii. Romae via Nomentana ad Arcas miliario XV ab Urbe Primi et Feliciani. et in Galleis civitate Aginno loco Pompeiaco passio sancti Vincentii martyris.** |

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm E | 6. alāx E | 9-11. *om.* W | 13. amandi W | 14. motiani B ; modiani W | 17. rōm W | 18-21. *om.* W | 24-39. et in gall pompeiae mār primi et feliciani W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Nat. Primi et Feliciani Alaxandria Maximi prespiteri et Diomedis et Amandi et in Scotia Columcille. — MON. : In Alexandria natalis sancti Maximi presbyteri Romae Primi et Feliciani. — RICH. : Rome Primi et Feliciani et in Alexandria Maximi presbyteri Diomedis et Amantii in Galliis civitate Agenna passio sancti Vincentii.

## IUN. 9

*1.* ROMAE] *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* V idus iunias natale sanctorum Primi et Feliciani [1]. *Passio SS. Primi et Feliciani :* Et accipientes eos milites duxerunt in via quae dicitur Nomentana, miliario tertio decimo, ferro vinctos, et miserunt eos in carcere iuxta forum civitatis... Nocte vero a christianis fidelibus rapta sunt corpora et portaverunt ea ad Arcus Nomentanos iuxta arenarium... Et dum post aliquantos annos cessasset persecutio paganorum, multi christiani in honorem beatorum martyrum Primi et Feliciani basilicam in nomine ipsorum construxerunt [2]. *Huius basilicae rudera repperit Bosius, miliario circiter XV viae Nomentanae* [3]. *Sedente Theodoro p. (642-649)*, levata sunt corpora SS. martyrum Primi et Feliciani,qui erant in arenario sepulta via Numentana, et adducta sunt in urbe Roma : qui et recondita sunt in basilica beati Stephani protomartyris [4]. *in monte Coelio, ubi etiamnum cernitur utriusque sancti effigies in musivo hac ipsa aetate depicta, adiectis nominibus :*

+ SC̄S PRIMVS      + SC̄S FELICIANVS

*Periit epigramma ab eodem summo pontifice positum et in uno codice Laureshamensi parum emendate traditum :*

EXQVIRENS PIETAS TECTVM DECORARE SACRATVM
PASTORIS SVMMI THEODORE CORDEM EREXIT
QVI STVDIO MAGNO SANCTORVM CORPORA CVLTV
HOC DEDICAVIT NON PATRIS NEGLECTV RELIQVIT [5]

*Ultimo versiculo indicatur Theodorum patris corpus ad martyres sanctos composuisse* [6]. *Sanctorum elogium, in codice E contractum, alterius stirpis codices integrum servarunt. Illud autem errore amanuensium vel interpolatoris praemissum est die 28 maii, n. 19-25, cum varietate quadam in numero miliariorum : m i l i a r i o X I I I, ubi fuit locus passionis, non sepulturae, si Actis fidendum est.*

**Romae, via Nomentana ad Arcas miliario XV ab Urbe Primi et Feliciani.**

*6.* IN ALEXANDRIA] *Certa est omnium codicum lectio :*

**in Alexandria Maximi presbyteri**

*quae servanda est, etsi de Maximo nihil certi habemus. Maximus quidam presbyter in Passione S. Epimi martyribus annumeratur* [7].

*10.* IN NICEA] *Hodie in synaxariis Graecorum, nullo expresso loco, inscripta est memoria τῶν ἁγίων μαρτύρων Ὀρέστου, Διομήδους καὶ Ῥόδωνος* [8]. *S. Diomedis solius memoria in eisdem inscripta est ad diem 16 augusti, cum elogio* [9], *quo eiusdem Passio* [10] *paucis contrahitur. S. Diomedes Tarsensis natu perhibetur, Nicaeae in Bithynia passus.*

**in Nicea civitate Diomedis.**

*13.* AMANTI] *Iun. 6, n. 4, memoratur A m a n t i u s, quem S. Zotici socium esse suspicamur. A m a n t i u s quoque unus est ex martyribus cuius gesta narrantur in Passione SS. Getulii,*

[1] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 133. — [2] *BHL.* 6922, n. 3, 7. — [3] E. STEVENSON, ap. DE ROSSI, *Bullettino*, 1880, p. 106. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 332 ; cf. p. 334.— [5] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 152, n. 30. — [6] Ita Rossius, l. c. — [7] *BHO.* 275. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 112. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 739. — [9] Ibid., p. 901. — [10] *BHG*[3]. 548-550.

*Cerealis*

*Cerealis et sociorum* [1]. *Getulius autem cum sociis hodie celebratur in loco ubi sacrum eius corpus quiescere creditur* [2]. *Haec enim leguntur in martyrologio Pharphensi saec. XI:* V id. iun... et in Sabinis fundo Capriolo, miliario XXX° ab Urbe Roma, natalis sanctorum Gethulii, Amantii, Primitivi atque Cerealis [3].

*14.* MUTIANI] *Iun. 8, n. 41.*

*15.* ALEXANDRI] *Non unius Alexandri hodie a Graecis memoria agitur:* *᾿Αλεξάνδρου καὶ ᾿Αντωνίνης* [4], *quorum etiam Acta prolixiora habentur* [5], *nullius tamen auctoritatis, et alterius Alexandri:* *τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος ᾿Αλεξάνδρου ἐπισκόπου Προύσης*, *cuius Acta latent, si tamen unquam exstiterunt. Pridie huius diei in kalendario marmoreo Neapolitano signatur:*

N(*ATALE*) S(*ANCTI*) ALEXANDRI EP(*ISCOP*)I [6]

*quem eundem esse atque Alexandrum Prusae non negat Mazochius* [7].

*16.* IANUARII] *Iun. 8, n. 47:* *I a n u a r i a e*.

*33.* AGINNO] *De S. Vincentii ecclesia quae est in loco Pompeiaco (nunc Mas-d'Agenais, dép. Lot-et-Garonne), habetur carmen Venantii Fortunati* De basilica S. Vincentii ultra Garonnam [8], *quam Leontius, Burdigalensis episcopus,* stagneis tectis *ornavit. De eadem non uno loco Gregorius Turonensis* [9]. *Eidem martyri — sitne Vincentius diaconus Caesaraugustanus an martyr in Gallia passus, in medio relinquitur* [10] *— sacra fuisse videtur* basilica S. Vincentii Vernemetis, *de qua in altero carmine Fortunati* [11]. *Edita sunt Acta S. Vincentii Aginnensis* [12]. *In codicibus non paucis, falso sub indicio:* *i n G a l l i a P o m p e i a c o*, *loco Vincentii, ponuntur martyres* *P r i m u s e t F e l i c i a n u s* *(n. 2, 4). Unde martyres Aginnenses et Romani simul passi leguntur* [13].

**in Galliis civitate Aginno loco Pompeiaco passio sancti Vincentii martyris.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* *C o l u m c i l l e*, *nomen hibernicum Columbae, abbatis Hiensis, de quo habentur Acta latina* [14] *et breviores narrationes* [15].

[1] *BHL.* 3524, 3525. — [2] I. SCHUSTER, *Spigolature Farfensi*, in *Rivista storica Benedettina*, t. V (1910), p. 57. — [3] SCHUSTER, *Martyrologium Pharphense saeculi XI*, in *Revue Bénédictine*, t. XXVII (1910), p. 79. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 739. — [5] *BHG*². 50. — [6] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [7] *In vetus marmoreum sanctae Neapolitanae ecclesiae kalendarium commentarius*, p. 529. — [8] *Carm.* I, 8. — [9] *Hist. Franc.*, VII, 35; *In gloria martyrum*, 104. Cf. LONGNON, *Géographie de l'ancienne Gaule au VI*e *siècle*, p. 548-52.— [10] L. SALTET, *Étude critique de la Passio S. Vincentii Aginnensis*, in *Revue de Gascogne*, N. S., t. I (1901), p. 97-113; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 142-44; DELEHAYE, *Les origines du culte des martyrs*, p. 393-94; *Anal. Boll.*, t. XX, p. 474-75.— [11] *Carm.* I, 9. — [12] *BHL.* 8621-8624. — [13] *BHL.* 2928-2936. — [14] *BHL.* 284-285.— [15] C. PLUMMER, *Miscell. hag. Hibernica*, p. 208-11.

---

# IV ID. IUN.

| I | II |
| --- | --- |
| **Romae Basilidis** | **Romae via Aurelia [5] miliario XIIII natale Basilledis** |

**Arasi [10] Rogati Ianuari Cassiani Victuri Martini [15]**

| | |
| --- | --- |
| **Davalli** | |

**et aliorum XX. in [20] Spanis Crispoli. in Nicomedia natale [25] sancti Zachariae. in Autisiodoro depositio [30] beati Censuri episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. rōm E | 3. rōm W | 4-5. *om.* W | 7-8. *om.* W | 9. basilidis W | 10. aurisi B; aufiri W | 12. ianuarii BW | 13. *om.* W | 14. victori B | 19. XII B | 21.spaniis BW | 23. *om.* E | 24. nicomēd E | 26. *om.* E | 27. machariae W | 28. *om.* E | 29. autisiodōr E; autesioder̄ B; autisiodero W | 30-31. *om.* E | 31. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Nat. Basilidis et in Affrica Aresi Rogati et aliorum XI.— MON.: In Nicomedia natalis sancti Zachariae prophetae Romae Basillae Autisiodoro depositio beati Censuri episcopi. — RICH.: Rome Basilidis Aurisi Rogati Basillae in Spaniis Crispuli et in Nicomedia Zachariae in Autisiodoro depositio beati Censuri episcopi.

## IUN. 10

1. ROMAE] *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi (porta et via Aurelia):* in quinta [ecclesia] S. Basilides duodecimo miliario [1]. *Hodie, in codicibus nostris nuntiatur Basilides* v i a A u r e l i a m i l i a r i o X I I I I, *die vero 12, n. 1:* m i l i a r i o V. *Miliario XII, ubi fuit antiqua civitas episcopalis Lorium, detecta sunt vestigia coemeterii, et in instrumentis publicis memoria ecclesiae S. Basilidis servata est* [2]. *Variae sunt Passiones S. Basilidis, ubi nunc pridie idus iunias* [3], *nunc quarto idus iunias* [4] *passus refertur. Est et ubi e* v i a A u r e l i a *provinciam Aureliam, urbem Aureliam, Aurelianum finxerint hagiographi* [5]. *Quamquam ex monumentis liturgicis dies natalis S. Basilidis 12 iun. est, hodie iam scribendum:*

**Romae via Aurelia miliario XIIII natale Basilidis.**

*In martyrologio Romano hodie talia nuntiantur:* Romae via Aurelia natalis sanctorum Basilidis, Tripodis, Mandalis, et aliorum viginti martyrum, sub Aureliano imperatore, et Platone Urbis praefecto, *ex Adone* [6]. *Huius elogii fons est Passio S. Basilidis, in qua socii ei tribuuntur quorum nomina temere desumpta sunt e laterculo diei 12 iunii* [7]. *Idem autem Basilides illa die iterum in Romano martyrologio inscriptus est* [8].

10. ARASI] *Al.* A u r i s i, A u f i r i. *Corruptum videtur ex* A u r (*elia*).

11. ROGATI] *Iun. 1, n. 26 et passim. Huius et quattuor sequentium nomina in catalogis, initio huius mensis positis, reperiuntur.*

12. IANUARI] *Iun. 1, n. 66 et passim.*

13. CASSIANI] *Iun. 3, n. 54.*

14. VICTURI] *Iun. 1, n. 33 et passim.*

15. MARTINI] *Iun. 1, n. 84.*

16. DAVALLI] *In solo codice E. Lectio incerta videtur.*

19. ALIORUM XX] *Basilidis socios hos viginti fecit Ado (supra, ad n. 1), nullo iure. Lectio codicis Cambr.:* a l i o r u m X I, *transisse videtur in martyrologium Romanum, ita tamen ut non statim agnoscatur:* In Africa sanctorum martyrum Aresii, Rogati, et aliorum quindecim. *Sunt autem quindecim illi martyres XI cum Ianuario, Cassiano, Victore et Martino (n. 12-15), quorum nomina reticentur.* A r e s i i = A u r a s i, *n. 10, corruptum nomen viae est, non martyris.*

21. IN SPANIS] *Haec omnia:* i n S p a n i s C r i s p o l i i n N i c o m e d i a (*n. 20-24*) *iam scripta erant die 29 maii (n. 5, 7, 8), et plane ambigua sunt. Die 11 iun., n. 5,* R o m a e *nuntiatur Crispolus. Rectene an secus eo loco inquirendum, ubi et aptius expendi poterit hodierna Romani martyrologii annuntiatio:* in Hispania sanctorum martyrum Crispuli et Restituti.

27. ZACHARIAE] *Videtur loci indicium* i n N i c o m e d i a (*n. 24*) *ad* C r i s p o l u m (*n. 22*) *referendum esse. Namque de* Z a c h a r i a *quopiam Nicomediensi nihil traditum est.*

29. IN AUTISIODORO] C e n s u r i o *episcopo, anno circiter 475, missa est epistula a Sidonio Apollinari* [9], *eidemque inscripta est a Constantio Vita S. Germani* [10]. *Alio loco collecta sunt quae de eius aetate et cultu reperiri potuerunt* [11].

**in Autisiodoro depositio beati Censuri episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* Z a c h a r i a e p r o p h e t a e. *Haec temere scripta esse a librario manifestum est.*

B a s i l l a e = *Iun. 11, n. 3.*

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 183. — [2] G. Tomassetti, *La campagna Romana*, t. II, p. 490; J. P. Kirsch, *Le memorie dei martiri sulle vie Aurelia e Cornelia*, in *Miscellanea Francesco Ehrle*, t. II, p. 87. — [3] *BHL.* 1018, n. 6; 1020, n. 9. — [4] *BHL.* 1019, n. 5. — [5] *BHL.* 1018. — [6] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 493-94. — [7] *BHL.* 1019. — [8] Ex Passione *BHL.* 1020. — [9] *Epist.* VI, 10. — [10] *BHL.* 3453. — [11] *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 277-78.

# III ID. IUN.

**I**

**Romae natale Basilae. item Romae Crispoli Restituti.**

**II**

**Romae via Salaria natale sanctae Basillae. item via Nomentana miliario VII ab Urbe natale sancti Crispoli Restituti. et alibi**

**translatio corporis Furtunati episcopi et martyris**

**item** |

**in Aquileia Emeriti Hereti Victuriani Victoris. et alibi natale sanctorum Naboris et Felicis.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rom̄ E | 5. rom̄ E | 8. rom̄ W | 9-10. *om.* W | 12. sc̄i W | 13. *prius* crispo *sed eras.* B | 14-21. *om.* W | 22. scōrum W | 23. crispuli W | 27. *add.* in aquileia E *corr.* | 28. *om.* E. | 30-32. martyr̄ epī B | 31-32. *om.* E | 36. emereti W | 37. ariti B ; alreti W | 38. victoriani B | 39. victoris B² ; victuris W | 42-43. *om.* EB¹ ; *add.* B² *int. lin.* | 46. fec's W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Basiliae in civitate eiusdem translatio Furtunati episcopi et martiris. — Mon. : Et in Aquileia Emeriti Victoris Victoriani Romae Restituti. — Rich. : Rome Basillae Crispuli Restituti et Aquilegia Furtunati episcopi Emeriti Victuriani Victoris alibi Naboris et Barnabae apostoli.

## IUN. 11

*3.* basilae] *B a s i l l a, quae reapse via Salaria quiescebat, sed 22 septembris recolebatur, quo casu ad hunce diem perlata sit, hactenus non exploratum est. Fortasse Basilidis, qui pridie et postridie (iun. 10, n. 2 ; 12, n. 6) in martyrologio annuntiatur, nomen in exemplo quopiam contracte scriptum fuit* Roma Basil. ; *quod pro B a s i l l a e positum existimans, interpolator de suo addidit loci mentionem, quae haud difficulter restitui poterat. Pleniores enim codices habent :* via Salaria. *Articulatius Beda : v i a S a l a r i a v e t e r e, et recte quidem. Cambrensis denique codex addit : i n c i v i t a t e e i u s d e m ; quod, qui meminerit non raro* CIM *cum* CIV *commisceri, leget indubitanter : i n c i m i t e r i o e i u s d e m. His omnibus apte coniunctis efficitur mentio :*

**Romae via Salaria vetere in cimiterio eiusdem natale sanctae Basillae.**

*Quae verisimilis foret, nisi dies proximus reapse Basilidi non Basillae sacer esset.*

*6.* crispoli] *Erraticam Basillae commemorationem aliter explicandam existimans, L. Duchesne coniectura usus est, quam neglegere non possumus. Quippe cum mentione loci Crispoli nomen (n. 6) coniungit, quasi scriptum fuisset :* Romae via Salaria vetere in cimiterio Basillae natale Crispoli. *Crispolum autem eundem esse iudicat atque Crispum martyrem, quem via Salaria in coemeterio Basillae collocant topographi* [1]. *Et re quidem vera in istorum libris, haec leguntur. Epitome de Locis sanctorum :* In occidentem tendentibus apparet basilica S. Ermes, ubi ipse martyr iacet. Ibi sunt S. Crispus et S. Herculanus et S. Maximilianus et S. Basilessa. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Ibi iuxta viam S. Hermes requiescit et S. Vasella et Protus et Iacinthus, Maximilianus, Herculanus, Crispus. *Index oleorum, quae collegit Iohannes abbas :* S. Proti, S. Iacynti, S. Maximiliani, S. Crispus, S. Herculanus [2]. *Verum, praeterquam quod aliquid interest inter C r i s p u m et C r i s p o l u m, Crispoli nomen satis infrequens est ut ipsa insolentia sua a Crispo se distinguat. Neque in ullo e locis ubi occurrit Crispolus quicquam ei cum Roma commune fuisse perspicitur. Instat tamen Duchesne et negat Crispoli nomen cum viae Salariae mentione in martyrologio casu fortuito coniungi potuisse. At frustra : nam reapse fortuita amborum concursio fuit, neque S. C r i s p o l u s cum B a s i l l a in eodem martyrologii laterculo nominatus fuisset, nisi ipse una cum Romano martyre R e s t i t u t o a die maii 29 ad iunii 11 translatus fuisset. Memoranda igitur erat docti viri coniectura ; haec tamen non evicit ut Crispolus idem atque Crispus tuto dici possit.*

*7.* restituti] *Modo diximus R e s t i t u t u m a die 29 maii (n. 35) huc cum Crispolo migrasse. Ad illum pertinent verba : i t e m R o m a e (n. 5). Restituti genuinum elogium, quod habetur ad d. 27 maii (Additam.), ostendit emendatione egere numerum miliariorum VII.*

**Item Romae via Nomentana miliario VII ab Urbe natale sancti Restituti.**

*29.* furtunati] *Aquileiae magna cum celebritate colebatur F o r t u n a t u s martyr, de*

[1] In schedis L. D. — [2] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 176-77.

*quo*

*quo plura ad diem 12 iul. Quapropter non alibi (n. 26), sed in Aquileia (n. 35) videtur nuntianda Fortunati translatio. Obstat tamen quod martyr ille episcopus non fuit, nec in serie episcoporum Aquileiensium ullus est Fortunatus. Fuit quidam Fortunatianus episcopus, Liberii papae coaevus. Sed neque martyr fuit nec inter sanctos relatus. Nonnullorum opinio est Fortunatum episcopum a Pannonia Aquileiam translatum esse, quemadmodum Quirinus episcopus Sisciensis Romam adductus est* [1]. *Episcopi dignitatem martyri male appositam potius crediderim.*

**in Aquileia translatio corporis Fortunati episcopi et martyris.**

*In martyrologio Romano hodie memoratur* Passio sanctorum Felicis et Fortunati. *Haec melius expendentur ad diem 14 aug.*

*36.* EMERITI] *Solo nomine notus. Num reapse alius ac Hereti, n. 37 ?*

*37.* HERETI] *Al. Ariti, Alreti. Ad oppidum Eretum, in via Salaria miliario XIX, remandat coniectura v. cl. L. Duchesne, quam neque amplecti neque reicere volumus* [2].

*38.* VICTURIANI] *Sanctorum Victuriani et Victoris, qui Nicomediae passi feruntur, dies natalis est 6 mart. Exstat Passio sanctorum martyrum Victorini et Victoris et aliorum* [3], *quos Aegyptios esse finxerunt hagiographi* [4].

*44.* NABORIS] *Naboris et Nazari, martyrum Mediolanensium, commemoratio fit crastina die. Solius Naboris hodie anticipatio est, cui alter adiunctus martyr Mediolanensis Felix. Utriusque simul natalis celebratur die 12 iul.*

EXCERPTA] *Cod. Rich. : Barnabae apostoli memoriam, in rasura scriptam, ceteri omnes reticent.*

[1] J. ZEILLER, in *Revue des questions historiques*, 1924, t. I, p. 484 ; P. PASCHINI, in *Revue d'histoire ecclésiastique*, 1923, p. 397. Cf. F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 872. — [2] « De ces quatre noms [n. 36, 37, 38 et 39] Hereti pourrait bien être celui de la localité d'Eretum, située sur la voie Salaria, au 19e mille, à peu de distance de Monte Rotondo et du sanctuaire de S. Restitut. » L. D. — [3] *BHL.* 8596a. — [4] *Les martyrs d'Égypte*, p. 51-54. Cf. feb. 24, 28 ; april. 27.

---

# PRID. ID. IUN.

| I | II |
|---|---|
| | **Romae via Aurelia miliario V Basilledis** [a]**.** |

**Tripoli** [b] **Magdaletis.**

| | |
|---|---|
| **Romae Basilis Distri Polimaci** | |

**Zabili Aureli** [c] **Donatellae Secundae.**

*Addunt codices pleniores :* a) naboris et nazarii (nazari W) cirini CW². — b) nagesi B. — c) (cirini B² *in fine lin.*) nabori nazari B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rome B | 2. *om.* W | 3. aurili W | 6. baseledis W | 7. tribuli B | 8. macidaletis W | 9. rōm E | 13. zabuli E¹ ; zabini BW | 14. aurili W | 15. donatelle B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Tripoli nat. Magdaletis et Basilidis. — MON. : Romae sancti Basilidis Cirini Naboris Nazari. — RICH. : In Tripoli Magdaletis Rom. Basilidis Cirini et Naboris et sancti Nazarii Aurili Donatillae Secundae.

## IUN. 12

*1.* ROMAE] *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* Pridie idus iunii natale sanctorum Basilidis, Cyrini Naboris et Nazarii [1]. *Frontonis kalendarium :* Die XII mens. sup(rascripti) natale S. Basilidis [2]. *Iam die 10 iunii nobis occurrit Basilides. Verum inter utramque mentionem non constat quoto miliario viae Aureliae sepultus fuerit Basilides.*

**Romae via Aurelia miliario V Basilidis.**

*S. Basilidis Passiones habentur numero tres* [3]. *In prima, ubi solus inducitur, eius festum diei 12*

[1] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 133. — [2] *Kalendarium Romanum nongentis annis antiquius*, p. 133. — [3] *BHL.* 1018-1020.

*iunii*

*iunii assignatur* [1]. *In altera, quae diem emortualem indicat 10 iunii, Basilidi martyres duo consociantur :* Passio sanctorum Basilidis, Tripodis et Mandalis [2]. *Uterque ex hodierno laterculo (n. 7, 8) huc irrepsit.* T r i p o d i s *quippe ex nomine urbis Tripolis umbra hominis factus est. Tertia tandem accedit* Passio sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii [3], *quae ad diem iunii 12 inscripta est. Basilidi tres martyres adiungit, qui in libris liturgicis, eodem die 12 iunii, commemorantur, sed Romae nequaquam passi sunt. In hoc libello quattuor martyres non* via Aurelia, *sed* via Appia *sepulti fuisse dicuntur :* Christiani igitur colligentes corpora eorum sanctissima, posuerunt ea occulte cum magna diligentia in via Appia, tertio miliario ab Urbe, in basilica apostolorum, ubi corpora eorumdem principum aliquando iacuerunt, videlicet Petri et Pauli et sanctus Sebastianus martyr Christi quiescit in eodem loco qui dicitur Catacumbas [4]. *Iamvero solus* Cyrinus, *qui et* Quirinus, *martyr Sabariae passus, qui die 4 iunii recolitur, via Appia sepultus fuit. Reliqui tres, quibuscum via Aurelia depositus fuisse dicitur in martyrologio Romano, alibi quieverunt.*

7. TRIPOLI] *Al.* T r i b u l i. *Etsi martyris nomine Magdaletis nusquam alibi memoriam legimus, ea tamen tam liquidis verbis concepta suspicionem effugit. Itaque :*

**Tripoli Magdaletis.**

*Ex* M a g d a l e t i s *factus est* M a n d a l e s, *ex Tripoli* T r i p o s, *qui ambo in Passione* BHL. *1019, S. Basilidi adiuncti sunt, uti modo diximus.*

10. BASILIS] *Tria nomina* B a s i l i s, D i s t r i, P o l i m a c i *(n. 10-12), sic legenda sunt :* B a s i l i [s] d i s, T r i p o l i, M a c i. *Nec de primo, nec de secundo ambigi potest (n. 6, 7).* M a c i *autem nihil aliud est nisi trunculus nominis Magdaletis (n. 8), quod in codicibus nonnullis* M a c i d a l e t i s *scriptum est. Ita W.*

13. ZABILI] *Elementa restitue in locum unde unumquodque subsiliit et habebis* B a s i l i <d i s>, *n. 6, 10.*

14. AURELI] *Non sanctus, sed umbra* v i a e A u r e l i a e, *n. 3.*

15. DONATELLAE] *Africanae martyres* D o n a t i l l a *et* S e c u n d a, *die 30 iulii sociam habent nomine* M a x i m a m.

ADDITAMENTA] N a g e s i. *Donec repertus erit S. Nagesus, de quo nemo unquam inaudivit, hoc nomen habendum est ut arva nominis cuiuspiam* N a z a r i, *quod infra in eodem codice legitur.*

C i r i n i. *Vide supra, n. 1. Inde ante omnia redeundum est ad Sacramentarium Gelasianum, in quo festum annuntiatur* sanctorum Cyrini, Naboris et Nazarii [5], *quibus Basilides additur in codice Sangallensi. Ambo sancti* N a b o r N a z a r i u s q u e *ad Mediolanum pertinent. Nabor, cum Felice, commemoratur die 12 iulii, Nazarius autem die 28 mensis eiusdem. Victor quidam, anno 404* DEPOSITVS IN BASILICA SANCTORVM NAZARI ET NABORIS *legitur in titulo, qui repertus fuit. Non temere conieceris festo hodierno commemorata fuisse huius basilicae encaenia. Cum autem in ea mortuorum corpora conderentur, extra muros urbis haec sita fuerit necesse est. At quo loco ? Titulus quem modo recitavimus nullam prae se fert originis notam. Utique ex martyrologio nostro colligere pronum est basilicam* N a z a r i i e t N a b o r i s *sitam fuisse* via Aurelia. *Sed mentio viae Aureliae ad Basilidem refertur, et haud scio an uni Basilidi propria sit. Neque obstat quod die 8 iunii legitur :* R o m a e v i a A u r e l i a N a b o r i s, N a z a r i i, *quandoquidem haec laterculi pars ex hodierno anticipata est, in quo loci indicium ambiguum est.*

EXCERPTA] *Cod. Rich. :* C i r i n i. *Is est qui in Sacramentario Gelasiano memoratur et unus esse videtur cum Quirino Sisciae martyre.*

[1] *BHL.* 1018. — [2] *BHL.* 1019. — [3] *BHL.* 1020. — [4] *BHL.* 1020, n. 9. — [5] WILSON, p. 174.

# ID. IUN.

| I | II |
|---|---|

**In Africa Luciani Fortunatiani Crescentiani et Teclae. in Persida natale Bartholomaei apostoli.**

| I | II |
|---|---|
| **Romae Feliculae.** | **Romae via Ardiatina miliario VII Feliculi.** |

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 2. *aff* E ; afreca W | 4. furtunati EW | 5. criscentiani BW | 6. *om.* E | 7. thecle B ; tecle W | 8-12. *om.* W | 10. *om.* E | 11-12. *erasum in* E, *1 man. scriptum erat* | 11. bartolomei B¹ ; bartholomei B² | 13. rom̄ E | 15. rome B ; rōm W | 16-17. *om.* W | 17. ardiadiadina B¹ ; ardiardiadina B² | 18. mil W.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : In Affrica nat. Luciani Furtunatiani et in Persida Bartholomei apostoli n(atale) de passione. — MON. : In Africa nat. sanctorum Luciani Fortunati Crescentiani. — RICH. : In Affrica Luciani et Furtunati et in Persida Bartholomei apostoli Rom. Feliculi.

IUN.

# IUN. 13

*1.* IN AFRICA] *Quinam sint hi sancti quattuor Afri nemo facile dixerit. Proximus est in nostris codicibus* Lucianus, *iun. 8, n. 43; sed Tomitanus est. Die 10 maii, n. 51, 52, memoria signatur* Fortunionis *et* Theclae. *Hodie neque certa est lectio* Fortunatiani, *al.* Furtunati.

*7.* TECLAE] *Legenda quae annotata sunt ad diem iun. 14, n. 11:* Theodoli, *ubi codex Epternacensis scribit* Teclae Theodoli.

*11.* BARTHOLOMAEI] *Eius natalis hodie* in Persida, in India *vero die 25 augusti memoratur. In codice Cambrensi additum est:* N. de passione, *quod eruditus vir, in re martyrologica ceterum versatus, legendum putavit* n(on) de passione, *ita ut de translatione intellegendum esset* [1]. *Quod nemo non mirabitur, quoniam nota N in hisce fastis nunquam non* n(atale) *designat. De translationibus S. Bartholomaei Liparim, Beneventum, Romam, in Galliam, nulla mentio est in codicibus nostris* [2]. *In libellis de locis et festivitatibus Apostolorum, qui martyrologio praefixi sunt, S. Bartholomaei natalis ad diem 24 vel 25 aug. refertur* [3]. *A Graecis die 11 iun. recolitur memoria τῶν ἁγίων ἀποστόλων Βαρθολομαίου καὶ Βαρνάβα* [4]; *24 vel 25 aug.: τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρθολομαίου ἤτοι ἡ κατάθεσις τοῦ ἁγίου αὐτοῦ λειψάνου* [5], *quae est commemoratio translationis sacri corporis εἰς τὴν Λίπαριν, indeque εἰς τὴν πόλιν Βενιβένδου.*

**in Perside natale Bartholomaei apostoli.**

*13.* ROMAE] *Triplex in hisce fastis S.* Feliculae *commemoratio est. Die 14 feb., n. 13, in solis codicibus prioris recensionis, sed favente sacramentario Gelasiano:* in natali Valentini, Vitalis et Feliculae XVI kal. martias [6]. *Quod autem die 13 iun. signatur, consonat cum Passione SS. Nerei et Achillei, in qua narratur Felicula bis septem dies post S. Petronillam martyrium subiisse* [7]. *In kalendario Frontonis missa indicitur postridie:* die XIV mensis suprascripti in natale S. Feliculae. *Sed advertit editor scribendum esse die* XIII [8]. *Qua de causa in laterculum 5 iun., n. 20, S. Feliculae memoria irrepserit, suo loco expedire conati sumus, nec iis assentiendum putamus qui nonas iun. antiquam et usu traditam esse huius martyris festivitatem asserunt* [9]. *De loco depositionis recte tum 5, tum 13 iunii referunt quae scripta sunt in Actis:* Sanctus autem Nicomedes presbyter in speculis positus occulte levavit corpus et pernoctanter in biroto perduxit ad cassellam suam, septimo milliario ab urbe Roma, via Ardeatina, et ibi eam sepelivit, in quo loco fructificant orationes eius usque in hodiernum diem [10].

**Romae via Ardeatina miliario VII Feliculae.**

*Ravennae a Iohanne episcopo († 595) exstructum est monasterium SS. Marci, Marcelli, Feliculae, teste Agnello:* Postquam autem obiit hic beatissimus Iohannes die 11 mense ianuarii, sepultus est in ecclesia beati Apolinaris civitatis Classis extra muros, in monasterio sanctorum Marci, Marcelli et Feliculae quod ipse a fundamentis haedificavit et tesselis decoravit et omnia consummavit. Et super valvas dicti monasterii versus metricos continentes invenietis ita:

INCLITA PRAEFVLGENT SANCTORVM LIMINA TEMPLO
MARCI MARCELLI FELICVLAEQVE SIMVL
PONTIFICES HOS ROMA COEPIT HAEC MARTIR HABETVR
HORVM GREGORIVS DAT PAPA RELLIQVIAS
QVAS PETIT ANTISTIS MERITIS ANIMOQVE IOHANNES
PARVVLA PRO SVMMIS REDDERE DONA PARAT... [11]

*Gregorius p. scripsit Castorio notario de* monasterio Sanctorum Marci, Marcellini et Feliculae, quod Ravennae situm est [12].

[1] H. J. Lawlor, *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, pp. 16, 81. Ita etiam de Iacobi Alphaei natali, pp. 17, 83. Infra, 22 iun. ad n. 28. — [2] De translationibus, *BHG*[2], 229-230; *BHL*. 1004-1008. — [3] Supra, p. 2-4. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 743. — [5] Ibid., p. 919-22. — [6] Wilson, p. 167. — [7] *BHL*. 6061, n. 16. — [8] I. Fronto, *Kalendarium Romanum nongentis annis antiquius*, p. 94. — [9] J. P. Kirsch, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 154-55. Cf. p. 226. — [10] *BHL*. 6061, n. 17. — [11] *Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis*, 98. Holder-Egger, p. 342. — [12] *Registr.*, IX, 168. Hartmann, t. II, p. 166. Cf. litteras Mariniano episcopo datas, VI, 1, ibid., t. I, p. 381.

# XVIII KAL. IUL.

I | II

**In Frigia civitate Laudicia natale [5] Artheonis [a]**

**| Afrae.** (II)

**in Africa [9] Quintiani [b] Theodoli et Festivae [12].**

**in Specia Antoni [15] Afrae |** (I)

**Cantianellae. in Aquileia Proti [20]. in civitate Aurilianis translatio corporis [25] sancti Aniani episcopi et confessoris [30] et liberatio civitatis ipsius a [35] Chunis. in territorio Sessionis civitatis [40] passio sanctorum [c] Valeri et Rufini [45] martyrum.**

*Addunt codices pleniores :* a) et in epheso miggenis galliani et E. — b) teclae E. — c) ignatii B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. pagia W | 3. *om.* E | 4. laudā E ; *om.* B¹W ; lauđic B² | 5. *om.* E ; *add.* sc̄i W | 6. anteonis B ; anteoni W | 7. afre W | 9. af̄f E | 10. quinciani W | 11. theodole B ; theudoli W | 11*. et *om.* W | 12. festive B | 17. cantianelle B | 19. aquileī E ; *add.* nāt sc̄i W | 21. *om.* E | 23. auriliā E ; aurelianis B | 25. *om.* E | 29-30. *om.* E | 31-38. *om.* E | 38. territurio B | 42. *om.* E | 44. *om.* E 46. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Frigiam civitate Laudaciae nat. Antheonis et in Efesso Migenis Galari et Iovini et in Affrica Quintiani et Theodoti Theclae et Festinae et sancti Rufini et Valeri de passione eorum. — MON. : Anteoni Afri et aliorum V et in Aquileia natalis sancti Proti. — RICH. : In Frigia civitate Laodicia Antonionis et in Epheso Miogenis Gallani in Affrica Quintiani Festivi Suessionis Valerii Rufini mart.

## IUN. 14

*4.* LAUDICIA] *Codex Epternacensis : L a u d ā ; Cambrensis : L a u d a c i a e ; Richenoviensis : L a o d i c i a. Nomen martyris A r t e o n i s, al. A n t e o n i s, iam occurrit maii 26, n. 11 : A t e o n i s, al. A n t e m i. Rursum iun. 15, n. 32 : A n t e o n i s, al. A r t e o n. Porro scribendum est A r t e m o n i s. In fastis enim Graecorum memoria recolitur, 12 april. et 8 oct.,* τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἀρτέμωνος, ὃς ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως, πρεσβύτερος τῆς κατὰ Λαοδίκειαν ἐκκλησίας [1]. *Eius autem Acta edita sunt* [2].

**in Frigia civitate Laodicia natale Arte<m>onis.**

*7.* AFRAE] *Infra, n. 16. Praeter martyrem Augustanam, quae colitur 7 aug., n. 34, nullam Afram novimus. Notam* AFR(*i c a*) *lectam fuisse* AFR( *a* ) *suspicamur.*

*9.* IN AFRICA] *Sine loci indicio die 15 iun., n. 33, 34 : Q u i n t i a n i, T h e o d o l i, qui hodie Africae deputantur.*

*10.* QUINTIANI] *Toties hisce diebus varie corrupta occurrunt nomina sanctorum Cantianorum, ut iure credideris legendum esse C a n t i a n i.*

*11.* THEODOLI] *In codice Epternacensi scriptum est T e c l a e T h e o d o l i. Unum esse nomen varie scriptum nostra est coniectura, et T e c l a potius eligendum. Iun. 13, n. 7* [3].

*12.* FESTIVAE] *Solo nomine nota. Al. F e s t i v i, cod. Rich.*

*14.* IN SPECIA] *Corrupte = i n F r i g i a, supra, n. 1. Cod. W : i n P a g i a.*

*15.* ANTONI] *Lege A r t e o n i s, quod alii scribunt A n t e o n i s, supra, n. 6, reapse A r t e m o n i s.*

*16.* AFRAE] *Supra, n. 7.*

*17.* CANTIANELLAE] *A Proto, martyre Aquileiensi, de quo mox, n. 20, huc accita.*

*19.* IN AQUILEIA] *In A q u i l e i e n s i ecclesia hodie solius P r o t i memoria agebatur* [4] *:*

**in Aquileia Proti.**

*Sed, ut mos est recensenti, alios Aquileienses advocavit qui eum veluti deducerent. Ex his soli hodie remanserunt C a n t i a n i l l a, n. 17, et, si quid video, C a n t i a n u s, sub nomine Q u i n t i a n i, n. 10. Integrum agmen prodit postridie.*

*23.* AURILIANIS] *Qua ratione civitas Aurelianensis a S. Aniano liberata fuerit, narrat Gregorius Turonensis* [5].

**in civitate Aurilianis translatio corporis sancti Aniani episcopi et confessoris et liberatio civitatis ipsius a Chunis.**

*39.* SESSIONIS] *Acta SS. R u f i n i et V a l e r i i, martyrum in agro Suessionensi, edita sunt* [6].

[1] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 121, 597. — [2] *BHG*². 175. — [3] De his cf. DELEHAYE, *Une page du martyrologe hiéronymien*, in *Bulletin de la Classe des Lettres de l'Académie Royale de Belgique*, 1929, p. 25-26. — [4] P. PASCHINI, *La Chiesa Aquileiese ed il periodo delle origini* (Udine, 1909), p. 60. — [5] *Hist. Franc.*, II, 7. Cf. *BHL.* 475. — [6] *BHL.* 7373, 7374.

*Quibus*

*Quibus minime fidendum esse recte iudicavit Tillemont* [1].

**in territorio Sessionis civitatis passio sanctorum Valerii et Rufini martyrum.**

ADDITAMENTA] *In Epheso Miggenis. Martyres tres, qui in E et Cambr. velut Ephesini recensentur, diebus 16 maii, n. 21-25 et 15 iun., n. 17, 21, 22 in omnibus codicibus inscripti sunt.*

*Ignatii. In solo codice B. Quis ille sit Ignatius, ignorare nos fatemur.*

EXCERPTA] *Cod.Cambr. : Galari. In codice E: Galliani; iun. 15, n. 21: Gagiani al. Gaiani.*

*Theodoti, Theclae. In codice E: Theclae Theodoli. Lege quae dicta sunt ad n. 11.*

*Cod. Rich.: Miogenis, Gallani, lege: Miggini, Gagiani, iun. 15, n. 17, 21.*

[1] *Mémoires*, t. IV, pp. 450, 718.

---

# XVII KAL. IUL.

**In Dorostoro civitate natale sancti [5] Ysici. in Aquileia Cantiani [a] Proditi [b] Clementis [11] Cantianae. Constantinopoli sanctorum Muci [15] Megetiae Mingini. in civitate Barbaria [20] Gagiani Ioviani Philipi. in Lucania [25] Viti Candidi Cantiani Cantianellae Proti [30] Crisogoni Anteonis Quintiani Theodoli. in [35] Sicilia Viti Modesti et Criscentiae [40].**

*Addunt codices pleniores :* a) iuvini muci E. — b) marci B.

*Var. lect. codd.* EBW. — 1. *om.* E | 2. dorostōr B | 3. *om.* BW | 4 *om.* E | 6. usici E ; isici W | 7. *om.* E | 9. sanctiani W | 10. proti B ; protiti W | 12. cantiani BW | 13. constantinōp E ; constantinopolim B ; *add.* nāt W | 14. *om.* E | 15. motii B ; nuci W | 16. migetie B ; mugitię W | 17. mingin BW | 18. *om.* E | 21. gaiani BW | 23. phylippi W | 25. lucana W | 26. niuiti W | 27. candedi BW | 28. canciani W | 29. cantianelle B | 31. grisogoni W | 32. arteon BW | 36. si///cilia E ; sycilia B | 37. *om.* W ; *add.* scōrum W | 40. criscentie B ; criscenti W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Constantinopoli nat. Muci et Megeciae et in Lucania Viti et in Benevento Marci et in Aquilea Cansiani Iovini. — MON. : In provincia Sicilia passio sanctorum Viti et Modesti et Crescentiae Salerno sancti Viti martyris. — RICH. : Constantinopoli Mucii et Meieciae in Lucania Viti Candidi et in Benabento Marcii in provintia Siciliae Viti Modesti et Crescentiae.

## IUN. 15

1. IN DOROSTORO] *Martyris nomen, Ysici, al. Isici, Usici scriptum Hesychius est; de quo in Passione S. Iulii Durostorensis. Huic autem, qui 27 maii passus est, Hesychius haec dixisse fertur :* Obsecro te, Iuli, cum gaudio comple pollicitationem tuam, et accipe coronam quam Dominus confitentibus se dare promisit, et esto memor mei ; nam et ego subsequor te. Plurimum etiam saluta Pasicratem et Valentionem famulos Dei, qui nos iam per bonam confessionem praecesserunt ad Dominum. Iulius vero osculans Esichium dixit : Frater festina venire. Mandata enim tua iam audierunt quos salutasti [1]. *Hesychius iam signatus est die 9 mart., n. 13, et iterum erit 17 iun., n. 18.*

**in Dorostoro civitate natale sancti Ysici.**

8. IN AQUILEIA] *Hodie, cum Proto, cuius natalis fuit heri, Aquileienses martyres, qui iam 31 maii fastis inscripti fuerunt, recensentur :*

9. *Cantiani, maii 31, n. 4; iterum infra, n. 28; iun. 17, n. 22; iun. 14, n. 10: Quintiani; infra, n. 12: Cantianae; n. 33: Quintiani.*

10. *Proditi = Proti, maii 31, n. 5; iun. 14, n. 20; infra, n. 30.*

27. *Candidi = Cantii, maii 31, n. 3; iun. 17, n. 21.*

29. *Cantianellae, maii 31, n. 8; iun. 14, n. 17; iun. 17, n. 24: Cantianae.*

31. *Crisogoni, maii 31, n. 6; nov. 22, n. 27; 24, n. 7. Quae uno comprehendimus enuntiato :*

**in Aquileia Proti, Cantii, Cantiani, Cantianillae, Chrysogoni.**

11. CLEMENTIS] *Solo nomine notus.*

13. CONSTANTINOPOLI] *In urbe Regia colebatur martyr qui hodie Muci, Nuci, Motii nuncupatur,*

[1] *BHL.* 4555.

*nuncupatur, estque* M u c i u s *seu* Μώκιος, *maii 10, n. 47. Ceteri Constantinopolitani non sunt. Redundat ergo vox* s a n c t o r u m.

**Constantinopoli Mucii.**

*16.* MEGETIAE] *Al.* M i g e t i a e, M u g i t i a e *prava scriptio nominis proxime sequentis* M i g g i n. *Cum* M u c i o *transit ad diem 16 iul., n. 15-17:* M o e c i e t M e g i t i a e, *nimirum a die* XVII kal. iul. *ad* XVII kal. aug.

*17.* MINGINI] *Al.* M i n g i n. *Cum aliis duobus n. 21, 22:* G a g i a n i, *al.* G a i a n i, I o v i a n i, *ter in nostris libris signatus est: maii 16, n. 20-25:* i n c i v i t a t e E f e r a M e n g e n i s, G a i a n i, I o v i n i; *iun. 14, in codicibus prioris recensionis:* i n E p h e s o M i g g e n i s, G a l l i a n i, I o v i n i; *hodie tandem, n. 17, 21, 22. A mense iunio ad maium devecti sunt hi martyres, ab homine incurioso, qui legerat* XVII kal.iun. *loco* XVII kal. iul. M i g g i n *nomen punicum est, quod cum in variis martyrologii laterculis tum in epistula a Maximo Madaurensi S. Augustino data habetur:* Quis enim ferat Iovi fulmina vibranti praeferri Migginem [1]? *Affertur et titulus in Africa repertus:*

HIC MEMORIAE SANCTORVM
PAVLI PETRI
DONATI MIGGINIS BARICIS [2]

*Voces* E f e r a, E p h e s o *lectiones corruptae sunt pro* A f r i c a *(maii 16, n. 22);* I o v i a n i *est pro* I o v i n i, *vel vice versa; et quanquam ignota est civitas Barbaria, scribendum videtur:*

**in <Africa> civitate Barbaria Migginis, Gaiani, Ioviani.**

*23.* PHILIPI] *Quis ille sit et quorsum pertineat, ignoratur.*

*25.* IN LUCANIA] *Bis hodie nuntiatur* V i t u s; *primum solus* i n L u c a n i a, *quae antiquior inscriptio est, dein cum duobus sociis,* i n S i c i l i a *(n. 35-40). Haec postrema produnt Passionem vere insulsam SS. Viti, Modesti et Crescentiae, qua fertur Vitus in Sicilia natus, Romae tortus, miraculo prope flumen Silarum delatus, in Lucania exstinctus* [3]. *Eadem graece reddita est* [4], *unde horum sanctorum memoria in synaxaria quaedam transiit* [5]. *De SS.* M o d e s t o *et* C r e s c e n t i a *nihil praeter ea quae in Passione narrantur traditum est. S. Viti antiqua est et multis in locis Siciliae, Italiae, in partibus etiam transalpinis, pervulgata veneratio* [6]. *Exstat epistula Gelasii papae de consecratione cuiusdam ecclesiae S. Viti, quem confessorem non martyrem appellat:* Piae mentis amplectenda devotio est, qua Senilius vir honorabilis in re Viviana sui iuris fundasse perhibetur ecclesiam, quam in honorem sancti Viti confessoris eius nomine cupit consecrari [7]. *Romae S. Viti sollemnitas agebatur, ut patet ex sacramentario Gelasiano:* in natali S. Viti XVII kal. iulias [8]. *Antiquissima est ecclesia Sancti Viti in Esquilino, seu Sancti Viti in Macello, quae diaconia fuit* [9], *quamque a* m o n a s t e r i o b e a t i V i t i *non esse aliam censuit L. Duchesne* [10]. *Scribit Gregorius papa Theodoro duci Sardiniae de monasterio* Sancti Viti, quod Vitula quondam recordandae memoriae construxerat [11], *et Leoni episcopo Catinensi de monasterio* Sancti Viti quod in Ethena, monte est positum [12]. *Inter sanctos quorum reliquiae servabantur in capsellis ecclesiae Gradensis erat et*

SANC. VITVS  SCS BITVS

*ut testantur inscriptiones* [13]. *In kalendario marmoreo Neapolitano inscripta est memoria* S. VITI [14]. *Sepositis ergo iis quae a Passione deducta sunt, scribatur oportet:*

**in Lucania Viti.**

*27.* CANDIDI] = C a n t i i, *supra, ad n. 8.*

*28.* CANTIANI] *Cum ceteris, n. 29-31, supra, ad n. 8.*

*32.* ANTEONIS] = A r t e m o n i s, *iun. 14 n. 6.*

*33.* QUINTIANI] = C a n t i a n i, *supra, ad n. 8.*

*34.* THEODOLI] *Iun. 14, n. 11.*

*36.* IN SICILIA] *Ex dictis ad n. 25, scribendum erit:*

**in Sicilia Viti Modesti et Crescentiae.**

ADDITAMENTA] M a r c i, *solo nomine signatus in codice B. In breviariis Cambrensi:* i n B e n e v e n t o M a r c i; *Richenoviensi:* i n B e n a b e n t o M a r c i i. *Marcus tamen non fuit episcopus Beneventi sed Aecae in Apulia, cuius festum, quod multis in locis inferioris Italiae celebre habetur, plerumque indicitur die 5 nov.* [15].

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* S a l e r n o s a n c t i V i t i. *Sub nomine civitatis latere existimo fluvium Siler seu* S i l a r u m, *quo ab angelo ductus fuisse fertur S. Vitus in eiusdem Passione* [16].

[1] AUGUSTINI *Epist.*, XVI, 2, GOLDBACHER, t. I, p. 37. — [2] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 288. — [3] *BHL.* 8711. — [4] *BHG²*. 1876. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 36. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 751. — [6] *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 1015-20; *Origines du culte des martyrs*, p. 352-53; F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 320-22. — [7] JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta pontificum Romanorum*, n. 679. — [8] WILSON, p. 175. — [9] *Liber pontificalis*, in Vita Leonis III, DUCHESNE, t. II, p. 12. — [10] Ibid., t. I, p. 481. Cf. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 499-500. — [11] *Registr.*, I, 46, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 72. — [12] *Registr.*, XIV, 16, ibid., t. II, p. 435. — [13] DE ROSSI, *Bullettino*, 1872, pp. 41-42, 155-58, tav. X, XI. — [14] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [15] F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 256. — [16] *BHL.* 8711, n. 10.

# XVI KAL. IUL.

**In Africa Ciriaci Valeriae Marciae Diogenis Micae. in Sicilia civitate Misana Saturnini Cendini [a]. Antiochia sanctorum Cirici et Iulittae matris eius et cum eis CCCCIIII martyrum. in civitate Namnetis natale sancti Similiani.**

*Addunt codices pleniores :* a) modesti B.

*Var. lect. codd.* EBW. — 2. afř E ; *add.* natł scōrum W | 3. quiriaci B ; *om.* W | 4-7. diogenis miccae valerię marcię B ; diogenis micę valeriae martię W | 8. *om.* E | 11. missana B ; *om.* W | 13. cendeni W | 14. antiōch E ; anthiocia BW | 15. *om.* EW | 16. cyrici BW | 18. iulitę BW | 19. matř E | 22-23. aliorum E | 24. quadrigentorū triū B | 25. nāt E ; marti B | 26-27. *om.* E | 28. nānetis B | 29-30. *om.* E | 31. simelini B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Ciriae Valeriae et Marciae et passio Cirici martiris et matris eius Iulitae cum XI milibus CCCC IIIIor. — Mon. : Esaiae prophetae Africa Ciriaci et aliorum CCCCXXIIII. — Rich. : Affrica Quiriaci Valeriae in Sicilia civitate Misena Saturnini Cendeni in Antiochia Cyrici et Iulittae et cum eis quadringenti IIIIor alibi Aurei episcopi et Iustini martiris.

## IUN. 16

*1.* in africa] *C i r i a c u m Africae concedere nolim quia nomen Africanam originem non redolet, et suspicio est alium non esse nisi C i r i c u m, infra, n. 16. Forsitan advocandus S a t u r n i n u s, n. 12, ob hanc causam quod plurimos Saturninos Africa tulit. Ceteri Afri non sunt.*

*4.* valeriae] *Iun. 19, n. 25 ; iun. 17, n. 35 : V a l e r i a n a e, al. V a l e r i a n i.*

*5.* marciae] *Solo nomine nota, nisi forte sit M a r c i a n i, laterculo diei iun. 17 restituendum, ubi cum N i c a n d r i (ibid., n. 5) celebrem efficiat martyrum bigam iam aliis diebus obviam.*

*6.* diogenis] *Iun. 17, n. 4.*

*7.* micae] *Iun. 17, n. 34 : M u s c a e.*

*9.* in sicilia] *Iteratur a die 15 iun., n. 36. Nomina autem martyrum reticentur, praeter M o d e s t u m, quem solus servavit codex B.*

*11.* misana] *Interpolatum censeo. Nam neque nomina martyrum quae sequuntur neque alia ulla in hisce fastis Messanensium sunt* [1].

*12.* saturnini] *Nudum nomen. Supra, ad n. 1.*

*13.* cendini] *Sitne Κίνδος, in breviario Syriaco mart. 10, Q u i n d e u s, V i n d e u s in hoc martyrologio, in kalendario marmoreo Neapolitano* cindinv *die 20 feb.* [2], *nolumus asserere, omni deficiente loci indicio. De C i n d e o, in Axiopoli culto, maii 9, ad n. 1.*

*14.* antiochia] *Non Antiochiae, sed Tarsi in Cilicia passi leguntur C i r y c u s et I u l i t t a in eorumdem Actis* [3], *quae dudum tamquam apocrypha reiecta sunt. Comites, qui cum iisdem in carcerem missi, ad palmam eos praecesserunt, etiam seorsim fastis nostris inscripti sunt, 12 maii, n. 22, numero DIIII ; 14 maii, n. 41, CCCCIIII. Passio latina CCCCXLIV socios numerat* [4], *Passio syriaca, CCCCXXX* [5]. *Quae leguntur in cod. Cambrensi :* cum XI millibus CCCCIIII, *declarantur ex Passionis recensione a syris solis servata, qua narratur Cirycus XI millia hominum baptizasse* [6] *; nimirum baptizatorum numerus martyribus additus est. Limpida est lectio codicum :*

**Antiochia sanctorum Cirici et Iulittae matris eius et cum eis CCCCIIII martyrum.**

*S. C i r y c i, et quidem solius, celebritas late patuit, cuius vestigia in Syria, Palaestina, Hiberia, Ponto, Lydia, Italia, Gallia, Hispania facile persequimur* [7]. *I u l i t t a m fuisse Ciryci matrem, non solum in hagiographorum libris sed in rerum natura, nulla ratione evinci potest. Fuit quaedam Iulitta martyr non incelebris, a S. Basilio laudata* [8], *sed cuius palaestra fuit Caesarea in Cappadocia, non vero Antiochia aut Tarsus.*

*28.* namnetis] *A Gregorio Turonensi laudatur* Similinus magnus confessor, *apud urbem Namneticam, ubi erat et* basilica antestitis Similini [9]. *Codex noster B : S i m e l i n i.*

**in civitate Namnetis natale sancti Similiani.**

additamenta] *M o d e s t i. Iun. 15, n. 38.*

excerpta] *Cod. Rich. : A u r e i ep. et I u s t i n i. Edita est Passio SS. Aureae et Iustinae* [10], *de qua fuse Papebrochius* [11]. *Titulum metricum his sanctis positum incertae originis habemus* [12], *et alterum certe spurium* [13].

[1] Cf. F. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 614-615. — [2] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 336. — [3] *BHL.* 1801-1810 ; *BHG*². 314-318 ; *BHO.* 193, 194. Cf. A. Dillmann, *Ueber die apokryphen Märtyrergeschichten des Cyriacus mit Iulitta und des Georgius*, in *Sitzungsberichte der preussischen Akademie*, 1887, t. I, p. 339-56. — [4] *BHL.* 1802, n. 10. — [5] *BHO.* 194 ; Dillmann, t. c., p. 342. — [6] Dillmann, t. c., p. 343-44. — [7] *Origines du culte des martyrs*, p. 197-98. — [8] *BHG*². 972. — [9] *In gloria martyrum*, c. 59. Cf. *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 42-43. — [10] *BHL.* 823-826. — [11] *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 43-78.— [12] De Rossi, *Inscriptiones christ. Urbis Romae*, t. II, p. 258. — [13] F. X. Kraus, *Die christlichen Inschriften der Rheinlande*, t. II. p. 327, n. 27.

# XV KAL. IUL.

| I | II |
|---|---|
| **Romae Cyriaci Blasti Diogenis Nicandri.** | **Romae ad septem balumbas via Salaria vetere sanctorum Quiriaci Blastini Gandrienae.** |

**Dorostoli Ysici.** | **in Aquileia**

| **Canti**

**Cantiani**

| **et Cantianae.**

**Alexandria Dioscori et Marini martyris.**

| **Romae Diogenis.**

**Aquileia Geriae Muscae Valerianae Mariae. in Aurelianis civitate Aviti presbyteri.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm E | 7-13. *om.* W | 15. blasti W | 16. nicandri ene W | 17. dorostori B | 18. iusici E ; isici W | 19. *om.* EW | 20. aquilae EW | 24. cantiane B | 25. alāx E | 29. *om.* E | 32. in aquileia B | 33. cyriae BW | 35. valeriani B ; valeriane W | 37. *om.* E | 38. aurilianis W | 39. *om.* E | 41. prȩsbiteri W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae ad viculo Acies lambas via Salaria veteri natale Diugeni Blasti Emgueni Froni et Gandri. — Mon. : In Aurelianis civitate depositio sancti Aviti presbyteri et confessoris Romae Diogenis et aliorum CCLXII. — Rich. : Rom. Diogenis Quiriaci et in Ravenna Fronii Blastini Alexandria Dioscori et Marini et in Aquilegia Cyriae Aurelianis Aviti presbiteri.

## IUN. 17

1. ROMAE] *Cyriaco, qui Romanus non est, seposito, ad Blastum et Diogenem animum convertamus. Utriusque in via Salaria sepulcrum collocant topographi. Itinerarium Salisburgense :* Deinde vadis ad orientem donec venias ad ecclesiam Iohannis martyris via Salinaria ; ibi requiescit Diogenus martyr et in altero cubiculo Bonifacianus et Fistus martyr sub terra ; sub terra Blastus martyr. *Epitome de Locis sanctorum :* Ecclesia S. Iohannis martyris... ibi S. Diogenes et S. Fistus et S. Liberatus et S. Blastus. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* in eo loco qui dicitur Cucumeris requiescunt martyres Festus, Iohannes, Liberalis, Diogenes, Blastus. *Index oleorum :* Sancti Blastro et multorum sanctorum [1]. *Index coemeteriorum :* Coemeterium ad Septem columbas ad caput S. Iohannis in clivum Cucumeris [2]. *In pergamena saec. XI descripta haec leguntur :* Breve recordationis facio ego Igizo de corpora sancti quae tulit de cemeteria scus Ermen. Et isti ss. avebit nomen Blastus et Longinus et Ioan. martyr ad via Salaria de porta Pinciana [3]. *Ex libris, non ex marmore, quod periit, editum est epigramma in sepulcro S. Diogenis :*

HIC FVROR HOSTILIS TEMPLVM VIOLAVIT INIQVVS
CVM PREMERET VALLO MOENIA SEPTA GETES
NVLLIVS HOC POTVIT TEMERARIA DEXTERA GENTIS
HAEC MODO PERMISSA EST QVOD PERITVRA FVIT
NIL GRAVAT HOC TVMVLO SANCTORVM PESSIMVS HOSTIS
MATERIAM POTIVS REPPERIT ALMA FIDES
IN MELIVS SIQVIDEM REPARATIO FVLGET HONORE
CVM SCELERE HOSTILI CREVIT AMOR TVMVLIS
SVSCIPE NVNC GRATVS DEVOTAE MVNERA MENTIS
DIOGENIS MARTYR CVI DEDIT ISTA VOLENS [4]

*In cippo seu altari ecclesiae Sancti Marcelli, in via Lata, saec. XI-XII inscripta sunt nomina sanctorum quorum reliquiae quae reconditae erant :*

HIC REQVIESCVNT CORPORA S(*AN*)C(*T*)ORVM IOH(*ANN*)I(*S*) PR(*ESBITER*)I BLASTI DIOGENI ET LONGINI MARTVRVM [5].

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 176-77. — [2] Ibid., p. 176. De coemeterio ad Septem Palumbas, ibid., p. 132. — [3] Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, p. 45 ; De Rossi, *Bullettino*, 1894, p. 15. — [4] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 83, n. 25 ; p. 100, n. 13 ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 99. Cf. Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 293-94. — [5] G. Albarelli, *Il cimitero in Clivum Cucumeris, ricerche intorno ad un gruppo di martiri vene-*

*Certa*

*Certa ergo lectio est :*

**Romae ad septem Palumbas via Salaria vetere sanctorum Blasti Diogenis.**

*2.* CYRIACI] *Iun. 16, n. 3, seu, ut videtur, C i r i c i, ibid., n. 16. Infra, n. 14: Q u i r i a c i. Lege quae annotata sunt ad iun. 20, n. 1.*

*5.* NICANDRI] *De N i c a n d r o et M a r c i a n o fusius tractavimus ad diem 5 iun. Hodie solus inscriptus est Nicander kalendario marmoreo Neapolitano :*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) NICANDRI [1]

*Opportune observat Mazochius : « Mos est kalendarii huius, ut quoties de pluribus martyribus agitur, antesignanus tantum notetur, commilitones subaudiri iubeantur [2]. » Accidit etiam ut sanctus unus e turma sumptus alicubi praecipua veneratione insignis habeatur. Exemplo sit Vitalis ab Agricola seiunctus [3], Cosmas a Damiano [4]. Ceterum, diem 17 iun. S. Nicandro cum socio Marciano sacram fuisse, saltem in regionibus inferioris Italiae, habemus ex eorumdem Passione :* Requieverunt autem Christi martyres Nicander et Marcianus XV kal. iulii [5]. *Non omnino desiderari, sed loco motum et nonnihil immutatum esse crediderim nomen M a r c i a n i. Iun. 16, n. 5, iun. 18, n. 3, recensetur M a r c i a, hodie, n. 36 : M a r i a. Ad eos etiam pertinet civitatis nomen D o r o s t o r i, n. 17, quacum interpolator, more suo, coniunxit alium eiusdem loci martyrem H e s y c h i u m (n. 18).*

**Dorostori Nicandri <et> Marciani.**

*14.* QUIRIACI] *Supra, n. 2: C y r i a c i.*

*15.* BLASTINI] *Supra, n. 3. In codice B: B l a s t i n i G a n d r i e n a e, lege: B l a s t i N i g a n d r i, ut in W. Utrobique autem additur e n e, cauda nescio cuius vocabuli deperditi.*

*18.* YSICI] *Memoria S. H e s y c h i, iun. 15, n.1, proprio loco recensetur. Hodie a martyribus Nicandro et Marciano advocatur, ita ut scribendum videatur :*

**<item> Dorostori Ysici.**

*20.* IN AQUILEIA] *Infra, n. 32. Aquileiensium martyrum, quos iam proximis diebus 14, 15 iun. habuimus, memoria, collatis codicibus utriusque stirpis, facile restituitur :*

**in Aquileia Cantii, Cantiani et Cantianillae.**

*24.* CANTIANAE] *Lege: C a n t i a n i l l a e.*

*25.* ALEXANDRIA] *Die 18 maii, n. 28, iam nuntiatus est D i o s c o r u s, sed in A n o c y n o p o l i, hic melius Alexandriae, ut ibidem observatum est. Duplicis vel et triplicis commemorationis ratio est numerus* XV kal.*, quibus enuntiantur maii 18, iun. 17, dec. 18 :*

**in Alexandria Dioscori.**

*28.* MARINI] *De M a r i n o quopiam Alexandrino nihil est in monumentis. Transiit in diem 18 iun., n. 28: i n A l e x a n d r i a S. M a r i n a e, al. M a r i n i.*

*31.* DIOGENIS] *Supra, n. 4.*

*32.* AQUILEIA] *Supra, n. 20, pertinetque ad sanctos Cantianos, minime vero ad sanctos illos qui proxime scripti sunt [6], quosque suos esse aliquando censuerunt Aquileienses. Etenim in antiquo eorum breviario, quod vidit Ferrarius, officium erat cum lectione SS. Cyriacae et Muscae, sororum et virginum [7]. Hodiedum utriusque cultum assumpsit ecclesia Foroiuliensis [8].*

*33.* GERIAE] *Al. C y r i a e. Die 16 iun., cod. Cambrensis scribit C i r i a e, ubi ceteri habent C i r i a c i. Legendum ergo videtur C y r i a <c> e, seu Ciriaci, supra, n. 2. Cf. n. 32.*

*34.* MUSCAE] *Iun. 16, n. 7: M i c a e, quae nobis sunt nuda nomina. Cf. supra, n. 32.*

*35.* VALERIANAE] *Al. V a l e r i a n i. Iun. 16, n. 4, et iun. 19, n. 25: V a l e r i a e. Qui Cyriacam et Muscam (n. 33, 34) Aquileienses esse putant, Valerianum episcopum eiusdem civitatis, qui die 27 nov. colitur, hodie nuntiari suspicantur [9]. Nulla id valida ratione firmari ex dictis manifestum est.*

*36.* MARIAE] *Cf. iun. 18, n. 3: M a r c i a e; n. 32: M a r i n a e, in codice W: M a r i a e.*

*38.* IN AURELIANIS] *A v i t i Miciacensis, qui c. ann. 525 obiit, variae editae sunt Vitae [10].*

**in Aurelianis civitate Aviti presbyteri.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: a d v i c u l o A c i e s l a m b a s = ad Septem (VII) Palumbas, n. 8, 9.*

*E m g u e n i = Diogeni(s), n. 4.*

*F r o n i, etiam in cod. Rich.: F r o n i i, lectio plane incerta.*

*C a n d r i = Nicandri, n. 5.*

*rati nel titolo S. Marcelli in via Lata* (Aquila, 1909), tav. I, II; G. GATTI, in *Bullettino Comunale*, 1909, p.113-15 ; *Nuovo bullettino*, 1909, p. 140. — [1] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [2] *In vetus marmoreum Neapolitanae eccl. kalendarium commentarius*, p. 651. — [3] Cf. *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 56. — [4] *Les origines du culte des martyrs*, p. 221. — [5] *BHL.* 6070, n. 3. — [6] Recte F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 867. — [7] *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 287. — [8] P. PASCHINI, *La chiesa Aquileiese ed il periodo delle origini*, p. 69. — [9] PASCHINI, t. c., p. 70.— [10] *BHL.* 879-882. Cf. *Supplementum*, p. 40.

# XIV KAL. IUL.

| I | II |
|---|---|
| In Africa Marciae Emili Felicis. | |
| Romae Marcellini et Marci. | Romae civitate Balbinae via Ardiatina Marci Marcelliani. |

**Thomi Pauli Cyriaci. Ravenna civitate sanctorum Martyrii Felicis Emilii Crispini. in Alexandria civitate natale sanctae Marinae.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. aff̄ E | 3. martię B | 6. rom̄ E | 10. rom̄ W | 11. civit̄a B | 11-14. *om.* W | 20. ravēn E | 21. *om.* BW ; *add.* nāt W | 22. *om.* E | 23. marthari B ; martari W | 25. emili B ; emeli W | 27. *om.* E | 28. alāx E | 29. *om.* BW | 30-31. *om.* E | 31. sc̄i BW | 32. marini B ; mariae W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Emeli et Felicis et Romae Marcellini et Marci fratris. — Mon. : Ravennae natalis sanctorum martyrum Felicis Emili Crispini Romae sanctorum Marci et Marcelliani martyrum. — Rich. : Affrica Emilii et Felicis Rom. Marcelliani et Marci Balbini Pauli Cyriaci Felicis in Alexandria sancti Marini.

## IUN. 18

1. in africa] *Eodem modo 16 iun., n. 5, M a r c i a Africae deputatur, dubium tamen est utrum recte an potius velut M a r c i a n i Nicandro (iun. 17, n. 5) copulanda sit. Etiam notari velim M a r c i (n. 9) feminino genere iterari potuisse, ut solita fert librariorum incuria.*

4. emili] *Utriusque E m i l i, F e l i c i s nomen infra, n. 24, 25, rursum ponitur sub R a v e n n a. Quamquam hi martyres Ravennates non sunt, non ideo tamen Afri sunt habendi.*

6. romae] *Sacramentarium Gelasianum :* XIV kal. iulias in natale sanctorum Marci et Marcelliani [1]. *Sacramentarium Gregorianum :* XIIII kalendas iulias id est XVIII die mensis iunii natale sanctorum Marci et Marcelliani [2]. *Itinerarium Salisburgense :* Et dimittis viam Appiam et pervenies ad S. Marcum papam et martyrem, postea ad S. Damasum papam et martyrem via Ardeatina, et ibi in altera ecclesia invenies duos diaconos et martyres Marcum et Marcellianum fratres germanos cuius corpus quiescit sursum sub magno altare. *Epitome de Locis sanctorum :* Et in alia basilica non longe Marcus et Marcellinus sunt honorati. et adhuc in alia ecclesia alius Marcus cum Marcellino in honore habetur [3]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Inter viam Appiam et Ostiensem est via Ardeatina, ubi sunt Marcus et Marcellianus [4]. *Passio S. Sebastiani :* Sepulti sunt et ipsi [Marcellianus et Marcus] in Via Appia miliario secundo ab Urbe, in loco qui vocatur ad Arenas, quia cryptae arenarum illic erant, ex quibus Urbis moenia struebantur [5]. *Antiquus Index coemeteriorum Urbis :* Cymiterium Balbinae ad sanctum Marcum et Marcellianum via Ardeatina. Cymiterium Basilei ad sanctum Marcum via Ardeatina [6]. *Mendum esse in indice existimavit Rossius ita tollendum :* Cymiterium Balbinae ad sanctum Marcum, via Ardeatina. Cymiterium Basilei ad sanctum Marcum et Marcellianum via Ardeatina [7]. *Aliter L. Duchesne, cui visum est Basileum loco non suo scriptum esse, quippe qui ad viam Latinam pertineat, et non solum papam Marcum, quemadmodum testatur Liber pontificalis* [8], *in coemeterio Balbinae sepultum esse, sed et sanctos Marcum et Marcellianum* [9]. *Iohannes VII papa (705-707)* laboravit et in cymiteriis beatorum martyrum Marcelliani et Marci, Damasique sancti pontificis [10]. *De locis ubi horum sanctorum corpora iacuerunt, plurimum disceptatum est* [11].

[1] Wilson, p. 175. — [2] Wilson, p. 83. — [3] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [4] Ibid., p. 181. — [5] *BHL*. 7543. n. 84. — [6] Stevenson, in *Nuovo bullettino*, 1897, p. 260. Cf. De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 131 ; *Bullettino*, 1878, p. 44. — [7] De Rossi, t. c., p. 132 ; *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xxxix] ; Stevenson, in *Nuovo bullettino*, t. c., p. 266. — [8] *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 202. — [9] Postquam Rossii emendationem exposuerat, ita pergit : « Le martyrologe écarte cette correction et prouve que les saints Marc et Marcellien étaient bien dans le cimetière de Balbine. La faute est ailleurs, je crois. Le nom de *Basileus* se rattache plutôt à la voie Latine. Je serais porté à croire que la mention du cimetière *Basilei* est égarée ici, comme un peu plus loin, dans le même texte, le cimetière d'Apronien, lui aussi de la voie Latine, est transporté après celui de Commodille, sur la voie d'Ostie. En somme, il faut admettre que le sanctuaire des deux martyrs Marc et Marcellien et la basilique du pape Marc se trouvaient l'un et l'autre dans le cimetière de Balbine. » L. D. — [10] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I., p. 385.— [11] G. Wilpert, *La scoperta delle basiliche cimiteriali dei santi Marco e Marcelliano e Damaso*, in *Nuovo bullettino*, 1903, p. 43-58 ; Id. *Scoperta di un cancello marmoreo nel cimitero dei santi Marco e Marcelliano*, in *Nuovo bullettino*, 1905, p. 67-69 ; Id., in *Römische Quartalschrift*, 1930, p. 1-5 ; O. Marucchi, *Discussione critica sul luogo recentemente attribuito ai sepolcri del papa Damaso e dei martiri Marco e Marcelliano presso la via Ardeatina*, ibid., p. 191-230 ; Id. *La memoria dei santi Marco e Marcelliano nel cimitero di Domitilla e probabile attribuzione a questi martiri da*

*Ut*

*Ut aliis in locis, civitate (n. 11) scriptum est pro cimiterio.*

**Romae cimiterio Balbinae via Ardeatina Marci et Marcelliani.**

*17.* THOMI] *Rursum die 20 iun., n. 1: in Thomis civitate Pauli Cyriaci, quo remandamus quae de hisce martyribus notanda occurrunt. Eos Tomitanos non esse hodie dixisse sufficiat.*

*20.* RAVENNA] *Die 20 iun., n. 9, 10, 14, 15: Felicis, Emili, Crispini, Martyriae, de quibus ad hunc diem.*

*26.* CRISPINI] *Nullum Crispinum suum agnoverunt Ravennates antiqui. Est quidam Crispinus inter socios S. Mammari, cuius natalis est IIII id. iun.* [1]. *Hodie forsitan homonymus colitur, de quo et iun. 20, n. 14.*

*32.* MARINAE] *Al. Marini. Die 17 iun., n. 25-29, scriptum erat:* Alexandria Dioscori et Marini martyris, *ubi iam observatum est Marinum non esse Alexandrinis annumerandum. Hac tamen civitate donatus in laterculum hodiernum receptus est. Quamquam e collatis codicibus non satis efficitur fueritne vir an femina. Dubium lepide solvit Baronius. Cum enim in Usuardo legisset:* Alexandriae passio sanctae Marinae virginis, *ita quoque scripsit in martyrologio Romano, cum hoce commentario: « De ea et Ado [lege Usuardus] hac die, qui martyrem eam dixit, cui tamen vetera manuscripta contradicunt. Haec etenim illa est quae virili habitu monasticam exercuit disciplinam Marinusque nomine dicta est. Cuius res praeclare gestae narrantur in Vitis Patrum, part. I, n. 44. »*

EXCERPTA] *Cod. Rich.: Balbini, lege: Balbinae, n. 12, quae est eponyma coemeterii.*

*un carme del papa Damaso*, in *Nuovo bullettino*, 1899, p. 5-19, ubi de fragmentis Philocalianis (Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 59), quibus SS. Iohannes et Paulus laudari credebantur. De iisdem G. Bonavenia, in *Nuovo bullettino*, 1911, p. 123-26. — [1] *BHL.* 5205, 5206. n. 3.

---

# XIII KAL. IUL.

| I | II |
|---|---|
| **In Mediolano** [a] **natale sanctorum** | |
| **Gerbasi et Protasi Nazari** | **Nazari Gervasi Protasi** |

**et Celsi pueri. Romae in cimiterio Yppoliti via Tiburtina Honori Evodi Petri. alibi Valeriae Marcelli Vitalis Ursicini** [b].

*Addunt codices pleniores:* a) in galilea monasterii sc̄i theodati (*corr.* deodati) confessoris B. — b) et in fiscāmo monasthirio childomarce abbatiss̄ W; fiscamno monasterio depositio childomarce (*1 m.* childemarce KL) KLV.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. *om.* E | 2. mediōl E; civitate *add.* B | 3-4. *om.* E | 9-11. nazari (*hic add. et int. lin. ut videtur sed eras.*) gervasi protasi B | 15. rom̄ EW | 16-17. *om.* W | 16-20. *om.* E | 19-20. *om.* W | 22. evoti W | 24. *om.* W | 25. *om.* EW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Mediolano depositio Marcellini Gerbasi et Protasi. — Mon.: Romae Ypoliti Nazari. — Rich.: Mediolanio sanctorum Protasii et Gerbasii Marcelli Rome Evodii Petri alibi Valeriae Marcelli Vitalis Ursicini.

## IUN. 19

*1.* IN MEDIOLANO] *Kalendarium Carthaginiense:* XIII kal. iulias sancti Gervasi et Protasi martyrum. *Sacramentarium Gregorianum:* XIII kalendas iulias id est XVIIII die mensis iunii natale sanctorum Protasii et Gervasii [1]. *Kalendarium Ambrosianum:* XIII kl. iul. sanctorum martyrum Protasii et Gervasii [2]. *Horum corporibus in basilicam Ambrosianam transferendis et deponendis* [3] *praeter S. Ambrosium, qui reliquias ipse invenit et transtulit* [4], *testis interfuit S. Augustinus* [5], *et fortasse Paulinus Vitae Ambrosii scriptor* [6]. *Haec anno 386 contigerunt, qui annus in martyrologio consulum nominibus indicatus est,* Honorii *et* Evodii, *inter sanctorum choros requirendis, n. 21, 22* [7]. *Reliquias sanctorum, die iunii 17, feria IV, repertas, insequenti feria V transla-*

[1] Wilson, p. 83. — [2] M. Magistretti, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 83. — [3] *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 30-34. — [4] *Epist.* XXII, ad Marcellinam, *P.L.*, t. XVI, p. 1019-26; *Comment. in Psalm. CXVIII*, 6, 16, *P.L.*, t. XV, p. 1273. — [5] *Conf.* IX, 7; *De civitate Dei*, XXII, 8, 2; *Retract.*, 1, 13, 7. — [6] *BHL.* 377, n. 14, 15. — [7] Cf. De Rossi, *Roma sotterranea*, t. III, p. 197.

*tus,*

*tas, tandem feria VI, die iunii 19, sub altare basilicae Ambrosianae depositas fuisse, a plerisque asseritur* [1], *nec sine specie veri, cum haec dierum series satis apte quadret in narrationem ipsius Ambrosii ad Marcellinam sororem scribentis. Itaque probabile visum est ad hunc diem commemorari depositionem reliquiarum SS. Protasii et Gervasii. Superest tamen aliquantula difficultas, quam praetermittere non licet. Ecclesia Mediolanensis non depositionem sed inventionem sanctorum recolebat. Ita Ambrosius :* Celebramus enim diem sanctorum, quo revelata sunt populis corpora sanctorum martyrum [2]. *Neque alius erat mos Africanorum, qui martyrum reliquias acceperant. Haec sunt S. Augustini verba, in natali martyrum Protasii et Gervasii :* Celebramus ergo hodierno die, fratres, memoriam in hoc loco positam sanctorum Protasii et Gervasii, Mediolanensium martyrum. Non enim diem quo hic posita est, sed eum diem hodie celebramus, quando inventa est pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius per Ambrosium episcopum, hominem Dei, cuius tunc tantae gloriae martyrum etiam ego testis fui [3]. *Haec sane legenti videntur die 19 iunii sanctorum corpora reperta fuisse ; cum autem eadem tertio post die in basilica sub altare condita fuisse constet, depositio die iunii 21 contigisse dicenda esset. Atqui anno 386, dies iunii 21 in dominicum incidit, quod Ambrosii testimonio refragatur. Cum enim episcopus in haec verba perorasset :* Condamus ergo reliquias sacrosanctas et dignis aedibus invehamus, totumque diem fida devotione celebremus [4], *acclamavit populus ut in dominicum differretur diem martyrum depositio ;* sed tandem obtentum ut sequenti fieret die [5]. *Quod et reapse factum est. Hoc igitur die, sic a sancto Ambrosio in extrema oratione conclusum est :* satisfactum est petitioni vestrae, ut condendas hesterno in hodiernum diem differremus reliquias [6]. *Quae omnia ut inter se componantur, dicamus depositionem contigisse die iunii 19, sed ab Ambrosio et Augustino unica mentione inventionis comprehendi quae ab inventione ad depositionem usque contigerunt.*

**in Mediolano natale sanctorum Gerbasi et Protasi Honorio et Evodio <cons.>**

*Sanctis martyribus Mediolani repertis universus prope christianus orbis acclamavit, ecclesiaeque complures ex eorum reliquiis particulas acceperunt* [7]. *Inter basilicas quae SS. Gervasio et Protasio dedicatae fuerunt, memoranda in primis est Ravennas illa, postea Sancti Vitalis dicta, itidemque, Romae, titulus Vestinae* [8]. *Mediolani autem, labentibus saeculis illorum sepulcrum rursus delituit, donec anno 1864 in basilica Ambrosiana repertum fuit* [9]. *De gestis sanctorum martyrum exstat Passio* (BHL. *3514*), *quae S. Ambrosii nomine inscripta est, non sine tanti viri iniuria, cum ineptis fabulis referta sit* [10].

*E numero sanctorum qui hodie in martyrologio recensentur, nonnullos Mediolanum sibi vindicat, alios iure : N a z a r i u m, n. 8, C e l s u m p u e r u m, n. 13 (quorum festum agitur die 28 iul.* [11]*), alios titulo ementito quodam : V i t a l e m, n. 27, U r s i c i n u m, n. 28* [12]. *Ex illis omnibus, nullus ad d. iunium 19 proprie pertinet, cum suo quisque die recolantur. Eos arcessivit interpolator nescio quis importunus, qui, ubi agnoscit sanctos sibi bene notos, solet eos stipare sanctis aliis qui ad eandem ecclesiam pertineant. Ad hos accensenda foret V a l e r i a (n. 25), quae commenticia mater est sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, si hanc Valeriam, quae alias occurrit, hic duplici iure, Romanae scilicet simul et Mediolanensis martyris, memoratam esse constaret. In re incerta, hodiernam V a l e r i a m coniungere praestat cum Romanis martyribus de quibus infra sermo erit.*

*8.* NAZARI] *N a z a r i u s et C e l s u s, martyres Mediolanenses, non hodie sed die 28 iul. (n. 22, 23) coluntur. Ab interpolatore additi sunt propter alios Mediolanenses Gervasium et Protasium, ut modo dictum est.*

*15.* ROMAE] *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi (Via Appia) :* in altera ecclesia S. Sotheris et non longe pausant martyres Hippolitus, Adrianus, Eusebius, Maria, Martha, Paulina, Valeria, Marcellus [13]. *Sunt martyres quos Graecos nuncupare usus invaluit et quorum Acta edita sunt* [14] *cum titulo metrico* [15], *ubi lapicidae errore natalis dies inscriptus est* XIII k. iun. *loco* XIII kal. iul. [16]. *Eorum elogium habemus decurtatum et ab interpolatore implicatum. Is enim existimans H i p p o l y t u m illum esse martyrem celeberrimum cuius sepulcrum est in via Tiburtina, in locum vocabulorum C a l l i s t i via A p p i a, haec supposuit : Y p p o l i t i via T i b u r t i n a. Quae ille delevit restituenda sunt :*

**Romae in cimiterio (Callisti) via (Appia), Yppoliti, Valeriae, Marcelli.**

*21.* HONORI] *Legendum H o n o r i o et E v o d i o c o n s., qui sunt consules an. 386, non sancti, observatum est ad n. 1.*

*23.* PETRI] *Legendum esse R o m a e P e t r i et M a r c e l l i n i, quorum natalis est 2 iun., opinatus est qui M a r c e l l u m unum ex martyribus graecis esse non agnovit* [17]. *P e t r u m Marcello, al. Marcellino, ascriptum fuisse ab interpolatore qui martyrum in via Lavicana quiescentium recordabatur non negaverim.*

*25.* VALERIAE] *Ut observatum est ad n. 1,*

[1] G. Rauschen, *Jahrbücher der christlichen Kirche unter Theodosius dem Grossen*, p. 244 ; Tillemont, *Mémoires*, t. X, p. 187. — [2] *Comment. in Psalm. CXVIII*, l. c. cf. Sermo VI, 7. — [3] *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1299. — [4] *Epist.* XXII, 13. — [5] Ibid., 14. — [6] Ibid., 23. — [7] *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 830-37 ; *Les origines du culte des martyrs*, p. 90-93. — [8] Cf. *Anal. Boll.*, t. XLVI, p.55-59. — [9] De Rossi, *Bullettino*, 1864, pp. 6-8, 17-24. Cf. P. Franchi de' Cavalieri, in *Nuovo bullettino*, 1903, p. 115. — [10] *BHL.* 3514. Cf. F. Savio, in *Nuovo bullettino*, 1897, p. 153-77 ; *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 788-807. — [11] *BHL.* 6039-6043.— [12] *BHL.* 3514.— [13] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 263-64 ; t. III, p. 192-200 ; *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 192. — [14] *BHL.* 3970 ; *Acta SS.*, t. c., p. 93-99. — [15] Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 73.— [16] *Act. SS.*, t. c., p. 92, n. 10. — [17] J. P. Kirsch, *Der stadtrömische Festkalender*, pp. 59, 225 ; *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 32.

*praeter*

*praeter Romanam quae socia est S. Hippolyti,* V a l e r i a *quaedam est Mediolanensis, quae a pseudo-Ambrosio mater SS. Gervasii et Protasii fingitur* [1]. *Huius etiam nomen hic primum scriptum esse, dein, librariis facientibus, cum altera Valeria coaluisse, coniectura est non absurda quidem, non tamen adeo firma* [2].

*26.* MARCELLI] *Supra, cum Hippolyto, ad n. 15.*

*27.* VITALIS] *Martyr est Bononiensis, quem hagiographi Mediolanensem fecerunt et patrem SS. Gervasii et Protasii* [3].

*28.* URSICINI] *Neque hic Mediolanensis est; sed Mediolanensibus sociatus a pseudo-Ambrosio* [4]. *Eius autem natalis celebratur 13 decembris.*

ADDITAMENTA] *T h e o d a t i seu D e o d a t i episcopi Nivernensis, dein abbatis monasterii Vallis Galilaeae in Vosago (Saint-Dié), Vita edita est* [5].

**in Galilea monasterio sancti Deodati confessoris.**

*C h i l d o m a r c e. Vita S. Leudegarii :* Tunc acceptum ad suum perduxit coenobium quod vocatur Fiscamno, ubi erat congregatio sanctaemonialium ac virginum quibus praeerat Childemarca famula Christi [6]. *F i s c a m n o est hodie Fécamp, dép. Seine-Inférieure.*

**in Fiscamno monasterio depositio Childomarce abbatissae.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : M a r c e l l i n i = Marcelli, n. 26.*

[1] *BHL.* 3514. — [2] *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 31-32. — [3] Ibid. Cf. F. SAVIO, in *Nuovo bullettino*, 1897, p. 153-75. — [4] Ibid. — [5] *BHL.* 2131-2133. — [6] *BHL.* 4851, c. 15.

# XII KAL. IUL.

**In Thomis civitate Pauli Cyriaci** [5] **Paulae Felicianae** [a] **Thomae Felicis Emili** [10] **et alibi Vitalis Crispini** [14] **Martyriae** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) in fontanella monasterio depositio baini episcopi KLV. — b) et transitus domini hludovvici imperatoris B² *in marg.* ; in fontanella monas̄. dep̄. baini epī et conf̄ W.

*Var. lect. codd.* EBW. — 1-3. *om.* E | 5. ciriaci B ; cariaci W | 7. felicię B¹ | 11. *om.* E | 11-12. *om.* W | 15. marthyrię W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Ravennae nat. Crispini Vitalis Martiriae et in Tomosi Pauli et Ciriaci. — MON. : In Thomis civitate natalis sanctorum Pauli Ciriaci Paulae Romae Silverii papae Felicis. — RICH. : Ravenna Crispini Vitalis et in Thomis Pauli et Cyriaci Felicis et Thomae Emelii item Vitalis et Martyriae.

## IUN. 20

*1.* IN THOMIS] *C y r i a c u s, aut solus aut P a u l o comitante, omnes paene laterculos a die 16 iun. ad 21 invasit, et varia loca pervagatur :*

| | |
|---|---|
| *in A f r i c a C i r i a c i* | *iun. 16, n. 3.* |
| *R o m a e C y r i a c i* | *iun. 17, n. 2.* |
| *T h o m i (s) P a u l i C y r i a c i* | *iun. 18, n. 17.* |
| *T h o m i s ... P a u l i C y r i a c i P a u l a e* | *iun. 20, n. 4.* |
| *i n A f f r i c a ... C y r i a c i* | *iun. 21, n. 4.* |

*In Africa, Romae, in Moesia frustra requiras monumenta sincera quae hisce faveant excerptis. Nihil lucis affert elogium quod ad diem 18 iun. profert Usuardus, qui, dum in Hispania degebat, ex Actis nunc deperditis, haec deprompsisse videtur :* In Hispaniis civitate Malaca, sanctorum martyrum Siriaci et Paulae virginis, qui, post multa tormenta sibi illata, lapidibus obruti, inter saxa animas caelo reddiderunt. *Si addideris quae in Sylloge profert Henschenius de hisce sanctis* [1] *non multum inde colligitur, ut cum Sollerio loquar, praeter venerationem, quae ipsis, tamquam urbis patronis, Malacae sollemniter exhibetur* [2]. *Tenebras auget nedum dispellat Passio sanctorum martyrum Siriaci et Paulae nondum edita, in qua ad Anolinum proconsulem in civitate Urcitana perducti, in civitate Tremeta martyrium passi feruntur* [3]. *Haec Passio, sicut et Usuardina in Hispania conscripta, ab hagiographo quodam ex ingenio conficta est, nomina martyrum suggerente martyrologio. Usuardum sequitur Baronius scribens in martyrologio Romano :* Tomis in Ponto sanctorum martyrum Pauli et Cyriaci. *Neuter autem advertit hosce sanctos iam 18 iun. nuntiatos*

[1] *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 574. — [2] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 345. — [3] Cod. Musei Britannici Add. 25600, fol. 266-69 : *Passio sanctorum Siriace et Paule que passi sunt in civitate Tremeta sub Anolino proconsule die XIIII kalendas iulias.* Ex Actis illis patet legendum esse S i r i a c i loco S i r i a c e.

*esse*

*esse veluti martyres Hispanos Malacae passos.*

6. PAULAE] *Supra, n. 4: Pauli. Lectionem Paulae elegit qui Passionem Siriaci et Paulae concinnavit.*

7. FELICIANAE] *Neque Feliciana neque ullus ex tota hodierna sequela in Thomis martyrium fecit.*

8. THOMAE] *Supra, n. 1: in Thomis.*

9. FELICIS] *Die 18 iun., n. 23-26, Ravennae assignantur Martyrii, Felicis, Emilii, Crispini. Non aliter hodie; nam quod in codicibus plenioribus evanuit loci indicium, in breviaris, exempli gr. in Cambr. et Rich., superstes est. Ceterum falso cum hisce martyribus connectitur, quos antiqua Ravennatium traditio ignorat.*

10. EMILI] *Iun. 18, n. 4, 25. Supra, n. 9.*

13. VITALIS] *Martyr Bononiensis, iun. 19, n. 27.*

14. CRISPINI] *Iun. 18, n. 26. Supra, n. 9.*

15. MARTYRIAE] *Quamquam nec Martyrii nec Martyriae nomen fastis Ravennatium unquam illatum est, quondam tamen in nostris codicibus hodie scriptum fuisse Ravenna Martyri(ae), notatum est supra, ad n. 9, ita ut idem enuntiatum ter in libris nostris praesto sit: 21 maii (cod. E), 18 iun., n. 23 et 20 iun. Haec tamen nullo negotio ad unum reducuntur, cum ex errore legentis* XII kal. iun. *pro* XII kal. iul. *eadem scripta sint 21 maii et 20 iun., quae autem leguntur 18 iun., anticipatio sint memoriae hodiernae. Quid rei subsit, nonnisi coniectura assequi possumus. Non displicet suggestio, nomen Martini compendio scriptum* MART. *librariis ansam dedisse Martyriam illam confingendi, quae multorum ingenia exercuit. Etenim S. Martini Turonensis cultum Ravennae celebratissimum fuisse testimonio comprobatur Fortunati*[1], *et basilica illa Sancti Martini in Caelo aureo, quae nunc Sancti Apollinaris Novi nomen habet. Si ergo ad restituendum hodierni laterculi integritatem fas erit scribere Ravenna Martini, haec de dedicatione oratorii vel basilicae*[1] *S. Martini interpretanda erunt. Quanta cum cautela talia proferenda sint, nemo non videt*[2].

ADDITAMENTA] *In Fontanella. Gesta abbatum Fontanellensium:* Bainus episcopus de civitate Tyroanda[3], quintus ab almifico Wandregisilo, regimen assumpsit coenobii ab anno videlicet Hildeberti regis Francorum[4] et 13 Sergii papae[5]... Obiit autem idem episcopus Bainus duodecimo kalendarum iulii[6].

**in Fontanella monasterio depositio Baini episcopi et confessoris.**

[1] *Vita S. Martini*, IV, 686-701. — [2] De his disseruimus in *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 17-18. Quae tamen de die 18 iun. ceteris anteponendo prolata sunt urgere nolumus. — [3] Thérouanne. — [4] Hildebertus III, an. 695-711. — [5] Sedit an. 687-701. — [6] *Gesta abbatum*, 2, LOEWENFELD, p. 17-20.

---

# XI KAL. IUL.

| I | II |
| --- | --- |
| **In Affrica natale Cyriaci Saturnini Bellici Persei Appollinaris** | **Saturnini Quiriaci Apollonaris Bellici Persei** |

**Crisini Primae Ianuari. in Sicilia civitate Siracusa Rufini et Marciae [a]. in Cessarea Palestinae depositio Eusebii episcopi historiographi item Ipercli Saturninae Stercii [b] Hieremiae.**

*Addunt codices pleniores :* a) et sc̄i albani mār B[2] *in marg.* — b) albani mār W.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. aff̄ E | 14. crisimi BW | 15. primi BW | 16. ianuarię BW | 17. *om.* E | 18. sicil̄ E | 20. siracussa E ; *om.* W | 24. *om.* E | 25. cessār E ; cesarea B ; cęssaria W | 26. palēs E ; *om.* W | 27. *om.* E ; *add.* sc̄i sicil̄ W | 28. eusebi EW | 29. *om.* B | 30-31. *om.* W | 30. histograp̄ E ; historiografi B | 31. *om.* B | 32. hiperici B ; hiperidi W | 34. s(ter)cii *in ras. 1 m., quae iterum inceperat scribere* satu B ; stercię W | 35. hirię B ; hieriae W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Affrica nat. Saturnini Ciriaci Bellici Pessei Albani martiris et Primae. — MON. : In Africa natalis Saturnini Cesareae sancti Eusebii ystoriographi Bellici Moguntiae Albani martyris. — RICH. : In Affrica Ciriaci Bellici Crisimi in Sicilia civitate Siracusa Rufini et Marciae in Caesarea Palestinae depositio sancti Eusebii episcopi alibi sancti Albani martyris... enesii.

## IUN. 21

1. IN AFFRICA] *Non omnes et singulos qui sub Africa nuntiantur Afros esse probabile est.*

4. CYRIACI] *Iun. 16, n. 3; 17, n. 2; 18, n. 19; et 20, n. 5, ubi notatum est Cyriacum Afris vix annumerari posse.*

5. SATURNINI] *In laterculis Africanis vix unquam deest Saturninus aliquis. Infra, n. 33: Saturninae.*

6. BELLICI] *Aliis in laterculis occurrit, ut maii 2, n. 6, maii 4, n. 33, ceterum ignotus.*

*7.*

7. PERSEI] *Solo nomine notus.*

8. APPOLLINARIS] *Primum esse reor Ravennatem episcopum* A p o l l i n a r e m, *cuius natalis celebratur die 23 iul., n. 10; inscriptus est in nonnullis codicibus die 22 eiusdem mensis, id est* XI kal. aug., *quod supine legit interpolator* XI kal. iul. *Martyrologium Romanum, cum Usuardo, nuntiat:* in Africa sanctorum martyrum Cyriaci et Apollinaris, *Afros esse decernens eos de quibus maxime dubitandum est.*

14. CRISINI] *Al.* C r i s i m i. *Ex uno nomine* C r i s p i n i *(iun. 20, n. 14) duo fecerunt* C r i s i m i P r i m i, *al.* C r i s i m i P r i m a e.

16. IANUARI] *Ut supra, n. 5, de Saturnino.*

20. SIRACUSA] *De* R u f i n o *Syracusano silent monumenta, non ita de* M a r c i a *(n. 23), dummodo habeatur pro nomine mutilo* M a r c i a n i. *Fuit enim Marcianus episcopus Syracusanus, cuius natalem nunc celebrant die 14 iun.* [1]. *In Graecorum fastis nuntiatur die 31 vel 30 oct.* [2], *et 30 eiusdem mensis in tabulis Neapolitanis* [3]. *Eundem iam obvium habuimus, ut videtur, april. 25, n. 14. Scribatur ergo, ex coniectura tamen:*

**in Sicilia civitate Siracusa Marciani.**

21. RUFINI] *Idem qui hodie Syracusanus, postridie (n. 35) Alexandrinus praedicatur, perperam utrobique, parem ob causam. In marmore Neapolitano inscriptus est hodie Rufus:*

P(ASSIO) S(ANCTI) RUFI MAR(TYRIS)

*et eodem in kalendario rursum die 27 augusti, die vero 7 april.:* RVFINI MARTYRIS [4]. *Si, ut opinamur, unus est* R u f u s, *vel nomine derivativo* R u f i n u s, *ab hagiographis in diversos discerptus, Capuanus ille erit, de quo 27 aug.* [5]. *Cum Floro, et tandem cum codicibus nostris scribit martyrologium Romanum:* Syracusis in Sicilia natalis sanctorum Rufini et Martiae, *quae non nisi delendo emendari possunt.*

28. EUSEBII] *Multis displicuit hominem in rebus fidei nonnihil suspectum fastis inscribi, nihilque intentatum reliquerunt ut se a scrupulo eximerent Eusebium Caesariensem inter sanctos reponendi. De his optime disseruit Sollerius in notis ad Usuardum, qui codicum hieronymianorum lectionem accipere non dubitavit. In martyrologio Romano Eusebium Samosatenum Caesariensi supposuit Baronius, quod variis ductus rationibus sibi faciendum putavit, et praecipue quia in fastis Graecorum, die 22 iun., Samosatenus ille celebratur* [6]. *Et id quidem negari nequit, nihil tamen officit testimonio librorum nostrorum, quo nullum limpidius afferri potest.*

**in Caesarae Palaestinae depositio Eusebii episcopi historiographi.**

*In breviario Syriaco, die 30 maii:* μνήμη Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου Παλαιστίνης.

32. IPERCLI] *Al.* H i p e r i c i, H i p e r i d i. *Quicquid elegeris, ignotum.*

33. SATURNINAE] *Supra, n. 5:* S a t u r n i n i.

34. STERCII] *Nomen, ut iacet, inusitatum, forsitan corruptum ex* T e r t i i. *Namque apud Graecos hodie (in libris nonnullis postridie) memoria celebratur* Τερεντίου ἐπισκόπου Ἰκονίου [7], *qui apud eosdem, ad diem 20 oct.* Τέρτιος *nuncupatur* [8]. *Aliter tamen res explicari potest. Habebimus enim* S t e r t e i *die 22 iul., n. 15, scil.* XI kal. aug., *a quo simul cum Apollinari (supra n. 8) ad* XI kal. iul. *allatus fuerit.*

35. HIEREMIAE] *Al.* H i e r i a e. *In synaxariis Graecorum memoratur martyr non incelebris apud Aegyptios* Ἱερατ̃ς [9], *utique non hodie, sed die 30 maii. At inter 30 maii et iun. 21 quoddam velut commercium nominum intercedere dictu non absurdum videtur, cum Eusebius (supra, n. 28) hodie latinis fastis, die 30 maii orientalibus inscriptus sit.*

ADDITAMENTA] *S.* A l b a n i, *martyris in Britannia, memoria agitur iun. 22, n. 39.*

[1] *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 786-95. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 179, 177. — [3] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [4] Ibid., pp. 337, 338, 336. — [5] Cf. MAZZOCHI, *In marmoreum Neapolitanum kalendarium commentarius*, p. 699-700; F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p.193-194.— [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 763.— [7] *Synax. Eccl. CP.*, pp.761, 764. — [8] Ibid., p. 153. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 717.

# X KAL. IUL.

I — II

**In Antiochia Syriae sanctorum Gangali Iuliani Graphi et sanctorum martyrum DCCCLXXVIIII qui depositi sunt in baptisterio quorum nomina Deus habet in libro viventium. in Persida natale sancti Iacobi Alphaei apostoli. item in Alexandria civitate Rufini martyris**

| **in Brittania Albini martyris**

**cum aliis numero DCCCLXXXVIIII positis in catalocum quorum nomina scripta sunt in libro vitae. in civitate Nola natale Paulini episcopi et confessoris. item alibi depositio sanctae memoriae Niceti episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. *om.* BW | 2. antioch̄ E ; anthiocia W | 3. sirię B ; *om.* W | 4. *om.* E | 5. gantalicę W | 7. *om.* E | 8-10. et aliorum E | 11. octingentorum octuaginta et octo B ; DCCCXIII W | 12-16. *om.* W | 12-23. *om.* E | 23. vitę W | 24-32. *om.* W | 26. *om.* E | 29. alfei B | 31. *om.* EB[1] ; *add.* B[1] *in marg.* | 33. alāx E | 34. *om.* E ; *add.* nāt sc̄i W | 36. *om.* E | 38. brittanea W | 41-42. et aliorum E | 43. *om.* EW | 45. octingentos octuaginta et novem B | 45-54. *om.* EW | 57. *add.* campania B[2] *in marg.* | 61-63. *om.* E | 63. *om.* W | 68. nicei B ; nice W | 69. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Gangali Iuliani cum aliis DCCCXXVIII et in Persida Iacobi Alphei apostoli n. de passione et in Alexandria Rufini. — Mon. : Et aliorum DCCCXXII eodem die Paulini confessoris. — Rich. : In Antiochia Gantali Iuliani et aliorum octingentorum septuaginta VII martyrum et in Persida Iacobi Alfei apostoli in Nola Paulini episcopi alibi Alpinae martyris.

## IUN. 22

*1.* in antiochia] *Principio removeatur nomen* G a n g a l i, *incertae originis, et loci fortassis, non hominis* [1], *et adducatur* I u l i a n i *(n. 6), Cilicis, cuius festum agunt Graeci die 21 iun.* [2], *et Acta habemus* [3]. *Eius autem memoria ab Antiochenis celebris habebatur. Laudibus sanctum martyrem prosecuti sunt S. Iohannes Chrysostomus* [4] *et Severus patriarcha* [5], *eratque eius basilica extra muros civitatis, cui Persae, omnia in circuitu vastantes, pepercisse feruntur :* ἐνέπρησάν τε καὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ περιβόλου οἱ βάρβαροι, πλὴν τοῦ ἱεροῦ ὅπερ Ἰουλιανῷ ἀνεῖται ἁγίῳ [6]. *S. Marini exuviae in eandem illatae fuerunt* [7]. *De ea pseudo-Iacobus in Paenitentia Pelagiae :* συνελθόντας οὖν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκέλευσεν ἡμᾶς ὁ ἐπίσκοπος μεῖναι ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ [8], *et qui scripsit Acta SS. Andronici et Athanasiae* [9]. *Sed imprimis afferenda sunt quae apud Theodoretum leguntur, quoniam reliquom laterculi partem aliqua ratione illustrant. Theodosii monachi corpus Antiochiam delatum fuisse narrat :* εἰς τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων σηκὸν κατατίθεται, Ἰουλιανοῦ τοῦ νικηφόρου τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστοῦ ὁμόσκηνός τε καὶ ὁμορρόφος γεγονώς [10]. *Item Macedonium* εἰς τὸν τῶν νικηφόρων μαρτύρων σηκὸν ἀπεκόμισαν [11]. *Martyrum ceterum ignotorum ad S. Iuliani latus quiescentium numerus ingens sed incertus in martyrologio notatur. Codices inter se plurimum discrepant, nec sibi ipsis constant duobus in locis eum numerum referentes (n. 11, et n. 44), ita ut a quocumque computo instituendo nobis abstinendum sit.*

**in Antiochia Syriae sancti Iuliani et sanctorum DCCCLXXVIIII qui depositi sunt in baptisterio, quorum nomina Deus habet in libro viventium.**

*De S. Iuliani veneratione iam antiqua aetate per totum fere orbem celebrata alio loco disseruimus* [12]. *Rursum Iuliani mentio erit in martyrologio 12 aug., n. 17 et 25 aug., n. 8.*

*5.* gangali] *Non videtur sanctorum numero aggregandus. Supra, ad n. 1.*

*7.* graphi] *Frustum vocabuli* h i s t o r i o g r a p h i, *iun. 21, n. 30.*

*11.* dccclxxviiii] *Lectiones discrepantes in apparatu critico et infra, n. 44 ; quibus addendum, ni fallor, iun. 23, n. 15 : et* a l i o r u m L X X V I I I.

*28.* iacobi] *Martyrologum proprio ingenio indulsisse ubi* I a c o b u m A l p h a e i *aliosque apostolos, de quorum veneratione nullo certo loco constabat, ad Persidem amandavit, auctor est*

[1] « Le mot *Gangali* avant *Iuliani* me semble être une indication topographique, peut-être le nom du faubourg d'Antioche où se trouvait la basilique de Saint-Julien. » L. D. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 762. — [3] *BHG*[2]. 965, 966. — [4] *BHG*[2]. 967. — [5] Homil. LXXV, M. Brière, in *Patrologia Orientalis*, t. XII, p. 112-32. — [6] Procopius, *De bello Persico*, II, 10, Dindorf, p. 196. — [7] Malalas, *Chron.*, l. xviii, Dindorf, p. 452. — [8] *BHG*[2]. 1478. — [9] *BHG*[2]. 120, n. 2. — [10] *Hist. religiosa*, X, Schultze, p. 1199. — [11] Ibid., XIII, Schultze, p. 1216. — [12] *Origines du culte des martyrs*, pp. 184, 217, 240, 277, 381, 422, 456.

*Duchesne*

*Duchesne* [1]. *Codex Cambrensis notat: I a c o b i... n(a t a l e) d e p a s s i o n e* [2].

33. IN ALEXANDRIA] *Qui heri Syracusanus (iun. 21, n. 21) non recte dicebatur, nunc Alexandriae annectitur, nec melius. Periit igitur nomen martyris Alexandrini qui colebatur die 22 iun.*

35. RUFINI] *Iun. 21, n. 21.*

38. IN BRITTANIA] *Qui A l b i n u s hodie nuncupatur in codicibus posterioris recensionis, recte A l b a n u s dicitur pridie in cod. Cambrensi. Est enim ille protomartyr Angliae, cuius sepulcrum primus memorat Constantius in Vita S. Germani Autissiodorensis:* Conpressa itaque perversitate damnabili eiusque auctoribus confutatis animisque omnium fidei puritate conpositis, sacerdotes beatum Albanum martyrem, acturi Deo per ipsum gratias, petierunt [3]. *Et alio loco:* Tranquillam navigationem merita propria et intercessio Albani martyris paraverunt [4]. *Gildas, in libro De excidio et conquestu Britanniae:* Deus... clarissimos lampades sanctorum martyrum nobis accendit, quorum nunc corporum sepulturae et passionum loca, si non lugubri divortio barbarorum quam plurima ob scelera nostra civibus adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardorem divinae caritatis incuterent: sanctum Albanum Verolamiensem, Aaron et Iulium Legionum urbis cives ceterosque utriusque sexus diversis in locis summa magnanimitate in acie Christi perstantes dico [5]. *Fortunatus, in carmine de Virginitate, celeberrima in toto orbe sanctorum loca recensens:*

Egregium Albanum fecunda Britannia profert [6].

*Exstat Albani Passio, non quidem Actis sinceris annumeranda, antiqua tamen* [7], *qua usus est Beda* [8]. *Fuit Autissiodori basilica Sancti Albani, quam a S. Germano excitatam posteri crediderunt. Ita Heiricus, in Vita S. Germani:*

Hinc tibi surrexit praeclari schematis aula
moenibus in nostris, manibus constructa beatis;
hic, Albane, preces, hic audis vota piorum [9].

*Item in libris Miraculorum eiusdem:* Reversus ex Britanniis, reliquias antiquissimi pretiosique Albani martyris secum detulit, atque infra muros Autisiodori basilicam eis condendis exaedificans praefati martyris nomine dedicavit [10].

**in Brittania Albani martyris.**

41. CUM ALIIS] *Perperam additi sunt Rufino vel Albano socii ii ipsi qui supra (n. 9-23) in baptisterio ad S. Iulianum depositi leguntur. Quid sibi velit dictio: p o s i t i s i n c a t a l o c u m (catalogum ?) non ita perspicuum est.*

59. PAULINI] *Uranius presbyter, in Epistula ad Pacatum de obitu S. Paulini:* Obiit S. Paulinus episcopus decimo kalendas iulii, Basso et Antiocho vv. cc. consulibus [11], *id est anno 431. De eius vita et scriptis in Actis nostris ampla est tractatio* [12]. *Narrationem Gregorii Magni de Paulini captivitate Wandalica* [13] *ad cognominem spectare una est nunc doctorum sententia* [14].

**in civitate Nola natale Paulini episcopi et confessoris.**

68. NICETI] *Al. N i c e i. Hunc esse Remesianae vel* Romatianae civitatis episcopum, *de quo Gennadius* [15], *primus asseruit Florus Lugdunensis, assentiente Adone, cum universa sobole* [16].

[1] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXVIII]. — [2] Quod nuper interpretatus est huius codicis editor *n(on) de passione*, id est: *de translatione.* Infeliciter sane, ut iam advertimus ad diem 13 iun., n. 10. — [3] *BHL.* 3453, n. 16, *M.G.*, Scr. rer. Merov., t. VII, p. 262. — [4] Ibid., n. 18, t. c., p. 265. — [5] C. 10. *M.G.*, Auct. antiq., t. XIII, p. 31. — [6] Carm. VIII, 3, v. 155. — [7] *BHL.* 210 d. — [8] *Hist. eccl.*, I, 7. Cf. PLUMMER, t. II, p. 17; W. MEYER, *Die Legende des h. Albanus des Protomartyr Angliae*, in *Abhandlungen der kön. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, N. F., t. VIII, 1 (1904), p. 14-35, cf. *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 397-99. — [9] *BHL.* 3458, lib. IV, v. 28, 30. — [10] *BHL.* 3462, n. 17. — [11] *BHL.* 6558, n. 12. — [12] *Act. SS.*, Iun. t. IV, p. 193-237. — [13] *BHL.* 6560. — [14] *Act. SS.*, t. c., p. 230; F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 238. — [15] *De viris illustribus*, c. XXII. — [16] *Act. SS.*, t. c., p. 243-47; A. E. BURN, *Niceta of Remesiana* (Cambridge, 1905), pp. XIX-CXLIII, 137-56.

# IX KAL. IUL.

[a] In Nicomedia Aviti et Cinnami 5 lect. et aliorum Artonis Emeriti 10 Alici Captonis et aliorum 11 LXXVIII [b].

*Addunt codices pleniores:* a) inventio corporis sancti quintini martyris MKLV. — b) et vigilia sc̄i iohannis cum ieiunio praeveniente B.

*Var. lect. codd.* EBW. — 2. nicōm E; nicom̄d B | 4-8. *om.* W (*cf.* 15) | 4. *om.* B | 5. zinzami B | 6. lec̄t E; lectoris B | 9. arionis B; aritionis W | 12. capitonis BW | 15. septuaginta et octo B; czinzami lector̄ *add.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Vigilia sancti Iohannis babtistae et in Nicomedia nat. Aviti et in Cinnami lectoris. — MON.: Nicomediae Aviti Emeriti. — RICH.: Nicomedia Aviti et Cinnami Capitonis Ritonis Emeriti Alici et aliorum septuaginta octo.

## IUN. 23

1. IN NICOMEDIA] *Loco* A v i t i *legendum esse suspicor* V i t i. *Fuit quippe martyr Nicomediensis ita vocatus die 26 ian. breviario Syriaco inscriptus :* ἐν Νικομηδείᾳ Βίτος, *in nostris vero codicibus die 25 ian.*

5. CINNAMI] *Al.* Z i n z a m i. *Huius, qui fuit lector, nullam habemus aliam notitiam, neque sociorum :* e t a l i o r u m, *n. 8 ; cf. n. 14.*

9. ARTONIS] *Al.* A r i o n i s, A r i t i o n i s. *Infra, n. 12 :* C a p t o n i s, C a p i t o n i s.

10. EMERITI] *Nomina tria quibus clauditur huius diei laterculus, et saepius postea recurrent, facile credideris unius esse societatis. Cuius ut ratio melius perspiciatur* [1], *dies notandi sunt quibus eadem occurrunt :*

VIIII KAL. IUL.
23 iun. 10. E m e r i t i
11. A l i c i
12. C a p t o n i s.
VII KAL. IUL.
25 iun. 6. A g a p i t i, *lege :* C a p i t o n i s
7. E m e r i t a e.
VI KAL. IUL.
26 iun. 13. A g a p i t i, *lege :* C a p i t o n i s
14. E m e r i t a e.
V. KAL. IUL.
27 iun. 39. I t a l i c a e
41. C a p i t o n i s.
VIIII KAL. AUG.
24 iul. 29. E m e r i t a
34. C a p i t o n i s.
VIII KAL. AUG.
25 iul. 33. C a r i t o n i s
34. E m e r i t i.
VIIII KAL. SEPT.
24 aug. 4. C a p i t o l i n i
5. E m e r i t a e
6. I t a l i c a e.

*Ita fert huiusce martyrologii tenor, ut soli tres dies 23 iun., 24 iul., 24 aug., illi nempe qui* IX kal. *numerum habent, considerandi sint. Fuerunt enim nomina* E m e r i t a e *(al.* E m e r i t i), I t a l i c i *(al.* A l i c i, I t a l i c a e), C a p i t o n i s *ab uno horum dierum ad alios male translata — quod saepius factum esse in hisce libris novimus — quo ordine postea declarare conabimur. Ceteros dies : 25, 26, 27 iun., qui 23 iun. partim repetunt, et iul. 25, qui iul. 24 exscribit, paene neglegere fas est. Principium faciendum putemus a die 24 iul. Constat enim hunc esse diem* C a p i t o n i *rite assignatum, item* E m e r i t a e. *Certum igitur est ab eo die haec nomina ad alios transiisse. Nec obstat ibidem nunc deesse* I t a l i c a e *vel* I t a l i c i. *Plurima enim nomina variis e laterculis excidisse compertum est, nec mirum si die 24 iul. unum, ceteris remanentibus, suppressum sit. Neque hoc silendum. Inter immanes codicum nostrorum corruptelas ea forsitan numeranda est quae ex vocabulo* a l i i s *(iul. 24, n. 32) finxerit* a l i c i *(iun. 23, n. 11) quod emendandum quis duxerit in* (I t) a l i c i. *Fateor tamen talia facilius asseri quam probari. Unum mihi certum : tria nomina tandem aliquando e laterculo 24 iul. qualibet ratione promanare. Id autem non minimi momenti est statuisse. Etenim in eo contextu* C a p i t o n *quidem martyr est a Graecis in fastos die 24 iul. admissus ;* E m e r i t a *vero non hominis sed civitatis nomen est, cum sit depravata lectio vocis* A m i t e r n i. *Remanet ergo in tabulis* C a p i t o n ; E m e r i t u s *vel* E m e r i t a *expungitur ; in dubio relinquitur* I t a l i c u s *vel* I t a l i c a.

15. LXXVIII] *Nec trium martyrum, de quibus modo, socii sunt, nec ad hunc diem pertinere videntur. Redeunt illi octingenti septuaginta octo (vel novem) de quibus heri, n. 11, 41, detractis DCCC.*

ADDITAMENTA] *S.* Q u i n t i n i *inventio ab Eusebia matrona facta esse narratur :* Quae sepelivit corpus beatissimi viri Quintini martyris VIII kalendas iulias [2]. *Huius inventionis commemoratio libris liturgicis inscripta est eo die, vel pridie* [3].

**Inventio corporis sancti Quintini.**

[1] Cf. *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 46-47. — [2] *BHL.* 7000, c. 19. — [3] *Act. SS.*, Oct. t. XIII, p. 737-38.

# VIII KAL. IUL.

| I | II |
|---|---|
| **In Palestina Sabasti natale Iohannis Baptistae genuinum. et in Epheso receptio Iohannis evangelistae.** | **In provincia Palestina civitate Sabastia nativitas sancti Iohannis Baptistae. et in Epheso adsumptio sancti Iohannis apostoli et evangelistae.** |

**Romae [a] Festi Luciae [b] cum aliis XXII. in civitate Agustiduno depositio sancti Simplici episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) in cimiterio ad septem palumbas via salaria vetere sanctorum B. — b) regis B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. palestī E | 5. iōh E | 6. bāb E | 12. iōh E | 13. evanḡ E | 15. provintia B | 16. palestī E | 18. sabastia B ; *om.* W | 23-31. *om.* W | 28. iohan B | 32. rome E ; rōm W | 33. fisti BW | 34. luceię B ; luceiae W | 36. alis E | 37. sexaginta duo B | 38-39. *om.* E | 40. austi duno E ; agustiduno B ; agusteduno W | 42. *om.* E | 44. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Palestina Sebastiae nat. sancti Iohannis babtistae genuinum et in Oriente apud Ephesum receptio Iohannis apostoli. — Mon. : Et in civitate Augustuduno depositio Simplicii episcopi receptio Iohannis apostoli in Ephesum. — Rich. : In provintia Palestina civitate Sebastia natale sancti Iohannis baptistae et in Epheso dormitio sancti Iohannis evangelistae Rom. Luciae Augustiduno Simplici episcopi.

## IUN. 24

1. in palestina] *Cum S. Iohannis Baptistae festum arte cohaereat cum festo Nativitatis Dominicae, quod in Occidente, non in Palaestina primo institutum fuit, inde ratio ducta est negandi natale quoque Iohannis in Palaestina celebrari coepisse* [1]. *Ex Evangelio colligitur Iohannem sexto ante Christum mense natum esse. Itaque sumpto initio a die VIII kal. ian., intervallum mathematicorum ratione computatum est ad diem VIII kal. iul* [2]. *Isto die commemorari S. Iohannem, testis antiquissimus est S. Augustinus in oratione* de natali S. Iohannis Baptistae, qui est VIII kal. iul. [3]. *Neque hoc erat* natale passionis, *sed* genuinum, *ut martyrologii verbo utamur.* Natus est Ioannes hodie : ab hodierno minuuntur dies ; natus est Christus octavo kalendas ianuarias : ab illo die crescunt dies [4]. *In kalendario pariter Carthaginiensi annuntiatur :* VIII kalend. iul. sancti Iohannis Baptistae. *Quod ibidem legitur ad 27 decembris :* VI kal. ian. sancti Iohannis Baptistae et Iacobi apostoli quem Herodes occidit, *errore amanuensis, qui* Baptistae *legerit pro* Evangelistae, *vitiatum existimat Duchesne nec immerito* [5]. *Festum diei 24 iunii Constantinopolim quoque invectum est* [6]. *De* S e b a s t i a *(n. 3) lis nulla moveri potest. Etsi enim tumulo S. Iohannis quondam gloriata est Sebastia* [7], *nemo tamen ei Baptistae incunabula umquam concessit. Sed utcumque falsa est mentio, codicum auctoritate nititur. Quin immo vox* g e n u i n u m *non modo in codice E legitur, sed pariter in Cambrensi et Scorialensi* [8].

**in provincia Palaestina civitate Sebastia natale Iohannis Baptistae genuinum.**

10. in epheso] *Superius, ad diem 25 maii, notavimus illum diem, itidemque hodiernum, et fortassis etiam 8 iulii, in locum maii 8 subrepsisse. Hodie in codicibus occurrunt mentiones :* Receptio *(codd. E, Cambr.),* adsumptio *(B),* dormitio *(Rich.),* natalis S. Iohannis *(LMV). Quae verborum discrepantiae repetendae sunt e variis narratiunculis, quae de obitu Iohannis passim increbruerunt* [9]. *Legatur Florentinius* de Iohannis apostoli assumptione [10].

**in Epheso receptio sancti Iohannis apostoli et evangelistae.**

32. romae] *Itinerarium Salisburgense :* Deinde vadis ad orientem donec venias ad ecclesiam Iohannis martyris via Salinaria, ibi requiescit Diogenus martyr et in altero cubiculo Bonifa-

[1] Duchesne, *Origines du culte chrétien* [5], p. 286-87. — [2] Duchesne, t. c., p. 287, n. 1 : « Noter que la fête se célèbre le 24 juin et non le 25 ; pourquoi pas le 25, qui aurait donné exactement l'intervalle de six mois entre le Précurseur et le Christ ? Parce que l'on a fait le calcul suivant le calendrier romain ; le 24 juin est le *VIII kal. iul.*, comme le 25 décembre est le *VIII kal. ian.* A Antioche, avec le comput des jours d'un bout à l'autre du mois, on aurait certainement choisi le 25. » — [3] *Serm.* 287, 288-293, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1301-1335. — [4] *Serm.* 287, n. 4, t. c., p. 1302. Cf. *Serm.* 380, *P. L.*, t. XXXIX, p. 1675. — [5] *Origines du culte chrétien* [5], p. 259. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 767. — [7] *Origines du culte des martyrs*, p. 99. — [8] De Rossi, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xxviii]. — [9] Duchesne, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [lxxvii]. — [10] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 123-30.

cianus

cianus et Fistus martyr sub terra, sub terra Blastus martyr, deinde Iohannis martyr, postea Longuinus martyr. *Epitome de Locis sanctorum :* Inde non longe est in Occidente ecclesia sancti Iohannis martyris, ubi caput eius in alio loco sub altare ponitur, in alio corpus : ibi S. Diogenes et S. Fistus et S. Liberalis et S. Blastus et S. Maurus et S. Longina mater Iohannis sunt sepulti. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Et ibi prope in eo loco qui dicitur Cucumeris requiescunt martyres Festus, Iohannes, Liberalis, Diogenes, Blastus, Lucina. *Index coemeteriorum antiquus :* Coemeterium ad Septem Columbas ad caput S. Iohannis in Clivum Cucumeris [1]. *In codicibus nostris solus nunc memoratur Festus. Nemini tamen dubium erit quin et Iohannis nomen quondam in laterculo scriptum fuerit, et postea deletum a librariis quibus parum veri simile visum sit tertium Iohannem post Baptistam et Evangelistam eodem die celebrari. Sic tamen est. Haec enim leguntur in Passione S. Bibianae :* Tunc ergo Iulianus, furore plenus, tenuit Iohannem presbyterum ; quem non auditum in via Salaria ante simulacrum Solis decollare praecepit in Clivum Cucumeris. In eodem autem loco collectum est corpus eius a Concordio presbytero, et in sarcophago sepultus iuxta concilia martyrum VIII kal. iulii [2]. *Paucorum codicum lectio est* VIII kal. ian. [3], *quae videtur librariorum socordiae imputanda. In martyrologiis saec. IX valde implexa sunt quae traduntur de S. Iohanne, cum mense iunio tum etiam decembri* [4]. *Quod autem et mense decembri in iis nuntiatur, non in pravam lectionem* VIII kal. ian. *refundendum est, sed in ipsum nostrum martyrologium, ubi Iohannes et Festus iterum recensentur* XII kal. ian., *non quidem Romae, sed in Tuscia; dein* X kal. iun. : *alibi Iohannis et Festi. Ad diem 17 iun., n. 1, attulimus lapidem in ecclesia S. Marcelli repertum, in quo inscripta sunt nomina S. Iohannis et aliorum quorundam in eodem coemeterio viae Salariae, ut recte indicat codex B, quiescentium.*

**Romae in cimiterio ad Septem Palumbas via Salaria vetere sanctorum <Iohannis et> Festi.**

*Martyrologium Romanum :* ibidem [Romae] sanctorum Fausti et aliorum viginti trium. *Ad quae notat Baronius : « Agit etiam de his Beda, licet in mendoso codice Fistus pro Fausto legatur. » Codex autem iste, qui non est Bedae, non ita mendosus est, saltem in nomine Festi, cui Fausti supposuit Baronius. Martyres autem viginti tres (lege XXII vel forsitan LXII, infra, n. 37) a Festo seiungendi sunt, ut mox ostendetur.*

*34.* LUCIAE] *Contemnenda non est, licet falsa, lectio codicis B :* Luceiae regis, *qua manifestum fit non Luciam illam Syracusanam hodie commemorari, sed Romanam, quae cum Auceia rege passa asseritur, et saepius recolitur in hisce fastis, nempe iun. 1, n. 20 ; 25, n. 16 ; 26, n. 17 ; iul. 1 n. 13 ; dec. 18, 19. Lectis eorum Actis* [5], *scribamus oportet :*

**<item Romae> Luceiae <et Auceiae> regis cum aliis XXII.**

*De his fusius ad diem 19 decembris.*

*37.* ALIIS XXII] *Consideratione digna est lectio codicis B :* cum aliis sexaginta duo. *Dubium enim est utrum error sit scribentis LXII loco XXII, ac proin hi socii sint S. Luceiae, an potius alia designetur martyrum caterva, quae via Salaria quiescebat. Habemus enim carmen Damasianum quo laudantur sexaginta duo martyres in eodem, quo SS. Chrysanthus et Daria coemeterio sepulti* [6]. *Utique coemeterium istud in via Salaria Nova erat, non in Vetere, quae modo indicabatur. Sed potuit interpolator, homo parum doctus, utriusque viae discrimen non attendere, nec videtur casu et puro putoque errore in numerum LXII incidisse.*

*43.* SIMPLICI] *Non hodie tantum sed et 19 nov. memoratur Simplicius episcopus Augustodunensis. Duos fuisse Simplicios in serie episcoporum huius urbis nonnullorum sententia est, quae non videtur necessario repudianda* [7]. *Reliqua ad mensem novembrem reicientes, scribamus hodie :*

**in civitate Agustoduno depositio sancti Simplicii episcopi.**

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176-77. — [2] *BHL.* 1322, n. 6 ; *Catal. Lat. Brux.*, t. I, p. 163. — [3] *Bibliotheca Casinensis*, Floril. t. III, p. 191-93. — [4] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 347, 483, 695. — [5] *BHL.* 4980. — [6] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 43. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 177-78.

# VII KAL. IUL.

| I | II |
|---|---|

**In Africa natale Gaudenti Felicis**

| **Agapiti Emeritae.**

**in Alexandria Agathonis.**

**Tessalonica Salonicae Bigati Lantani et** |

**Luceiae virginis**

| **et Diogenis.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. *Cod.* W *dies* 25 *et* 26 *invertit et confundit eo modo :* VII KAL. IUL. thesalonica lamtani thessaulonicę et in eadē civīt luceiae virḡ. et aceiae regis ; VI KAL. IUL. in afreca gaudenti felicis agapiti emeretę. in alexandria luceiae vir̄g. et diogenis. rōm. pās martyrum iohannis et pauli. — 2. aff̄ E | 3. *om*. B | 9. alāx E | 10. agatonis B | 11. tessalōn E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Gaudenti Felicis et in Alexandria Agathonis. — MON. : Romae natalis sanctorum Luciae virginis et Acceiae regis barbari Bigati Lamtani Felicis. — RICH. : Affrica Gaudentii Felicis Agapiti Emeriti et in Alexandria Agathonis Luciae virginis.

## IUN. 25

*1.* IN AFRICA] *Ubi hodie, n. 4, 5, et cras, n. 11, 12, legitur:* G a u d e n t i, F e l i c i s, *die 27 iun., n. 34, 35, scriptum est:* Z e d d i n i *al.* G i d d i n i, F e l i c i s. *De Felice nihil novimus. Nomen autem* G a u d e n t i *scribendum esse* G u d d e n t i s, G u d d e n i s, G i d d i n i *demonstrabitur ad diem 27 iun., quo huius martyris natalis celebratur.*

*6.* AGAPITI] *Nomen biforme esse censeo a scriptore confictum qui prae oculis habebat* A G A t h o n i s *(n. 10) et* c A P I T o n i s *(iun. 23, n. 12). Cum* E m e r i t a e *(n. 7) Capitonis nomen variis in laterculis coniunctum esse ostensum est ad diem iun. 23, n. 10.*

*7.* EMERITAE] *Civitatis* A m i t e r n i n a e *nomen est, iun. 23, ad n. 10.*

*9.* IN ALEXANDRIA] *Inter martyres Alexandrinos die 9 feb., n. 38, recensetur* A g a t h o n; *die 14 feb., n. 62:* A g a t h o n e x o r c i s t a. *Quamquam nihil praeter nomen novimus, lectio codicum accipienda est :*

**in Alexandria Agathonis.**

*11.* TESSALONICA] *Bis scriptum:* S a l o n i c a e, *n. 12. Quae sequuntur nomina in hac civitate peregrina sunt. Videtur additum propter* L u c e i a m, *n. 16, ab interpolatore qui recordatus est laterculi diei 1 iun., n. 19, 20, ubi haec martyr Thessalonicae perperam ascribitur.*

*13.* BIGATI] *Iun. 26, n. 21. Notatu digna est lectio codicis Ottoboniani lat. 38,* V i z a t i, *cuius ope vocabulum certe corruptum emendatur :* V i z a n t i, B i z a n t i. *Titulus enim Bizantis pristinum nomen est ecclesiae SS. Iohannis et Pauli [1] quorum memoria postridie agitur. Synodo anni 499 subscripserunt presbyteri duo* t i t u l i V i z a n t i s *(al. Bizantis [2]), et posita est haec inscriptio intra annos 402-417 :*

TEMPORIBVS SANCTI
INNOCENTI EPISCOPI
PROCLINVS ET VRSVS PRAESBB
TITVLI BYZANTI
SANCTO MARTYRI
SEBASTIANO EX VOTO FECERVNT [3]

*14.* LANTANI] *Iun. 26, n. 8:* L a n t i n i. *Lectio incerta et depravata.*

*16.* LUCEIAE] *Codex W :* i n e a d e m c i v i t a t e L u c e i a e v i r g i n i s e t A c e i a e r e g i s, *ubi proxima civitas est Thessalonica. Ea quoque utitur formula postridie codex B, ibi tamen* i n e a d e m c i v i t a t e *recte ad Romam refertur. Iun. 24, n. 34:* L u c i a e.

*19.* DIOGENIS] *Iun. 17, n. 4; iun. 26, n. 19:* D i g n i. *Quiescebat* D i o g e n e s *in coemeterio Ad Septem Palumbas, de quo heri, quod interpolatori in mentem venit. Quare, suo more addidit martyrem qui eodem loco colebatur, Diogenem. Nec alia videtur fuisse huius commemorationis ratio [4].*

[1] J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen*, p. 26-33. — [2] *M. G.*, Auct. Antiq., t. XII, p. 413. — [3] DE ROSSI, *Bullettino*, 1877, p. 10 ; MARUCCHI, *Monum. crist. del Museo Pio-Lateranense*, tav. XLV. — [4] D i o g e n i s mendose scriptum esse in codice Bernensi loco Aceiae opinatus est v. cl. J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christ. Festkalender*, p. 158. Res aliter se habere videtur.

# VI KAL. IUL.

**Romae Iohannis et Pauli et in Tessalonica Lantini.**

**I**

**in Affrica Gaudenti Felicis Agapiti Emeritae. in Alexandria Luciae et Digni.**

**II**

**Thessalonicae Bigati item Lamtani. Romae Iohannis et Pauli fratrum et in eadem civitate Luceie virginis et Aceiae regis de barbaris.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW (*cod.* W *scribit hodie* :in Afreca gaudenti felicis agapiti emeretę in Alexandrie luceie virg et diogenis rōm pās martyrum iohannis et pauli *ceteras var. lect. quaere sub die hesterno*). — 1. rōm E | 2. iōh E | 7. tessāl E ; thesalonica B | 8. lamtani B | 10. aff̄ E | 16. alāx E | 20. thesalonicę B | 33-34. *add. in marg.* B[1].

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Iohannis et Pauli et Tesalonicae Lamtani. — Mon. : Alexandriae Agathonisi ipso die sancti Vigilii episcopi et martyris. — Rich. : Rome Iohannis et Pauli fratrum et in Thesalonica Lantani Bigati Rome Acteie alibi Diogenis.

## IUN. 26

*1.* romae] *Sacramentarium Leonianum* in natali sanctorum Iohannis et Pauli *non minus octo missas habet. In quinta legitur haec praefatio :* Vere dignum. Quamvis enim tuorum merita pretiosa iustorum quocumque fideliter invocentur in tua sint virtute praesentia potenter tamen nobis clementi providentia contulisti ut non solum passionibus martyrum gloriosis urbis istius ambitum coronares sed etiam in ipsis visceribus civitatis sancti Iohannis et Pauli victricia membra reconderes, ut interius exteriusque cernentibus et exemplum piae confessionis occurreret et magnificae benedictionis non deesset auxilium [1]. *Sacramentarium Gelasianum :* VII kal. iulias in vigilia martyrum Ioannis et Pauli. VI kal. iulias. item in natali eorundem [2]. *Sacramentarium Gregorianum :* VI kalendas iulias id est XXVII die mensis iunii natale sancti Iohannis et Pauli [3]. *Passio SS. Gallicani, Iohannis et Pauli fabula est, ab historica fide penitus abhorrens, e qua si pauca indicia eximas utilia ad locorum notitiam, nihil veri et sani colligi potest* [4]. *Ficta est ad explicandas origines basilicae SS. Iohannis et Pauli in monte Caelio. Haec autem basilica primum appellata est titulus Byzanti, sive titulus Pammachi* [5]. *Concilio anni 499 interfuerunt presbyteri duo Asellus et Agatho, uterque* presbyter tituli Vyzantis, *et alii duo, Gordianus et Iohannes, qui in scribendo nomine addunt :* presbyter tituli Pammachi [6]. *Gordianus iste quidem pater fuit Agapiti papae* (*535-536*) *:* ex patre Gordiano presbitero clericus a sanctos Iohannem et Paulum [7]. *Ex ipsa Passione constat* titulum Vizantis *et* titulum Pammachi *easdem aedes designare. In concilio anni 595, ambo vocabula non amplius comparent, sed ad nomina sua presbyteri Deusdedit et Iohannes addiderunt :* presbyter tituli SS. Iohannis et Pauli [8]. *Inscriptio* in introitu ecclesiae Iohannis et Pauli, *a Leone papa, ut videtur, posita, his verbis concepta est :*

ANTISTES DOMINI CELSA SACRARIA CHRISTI
VESTIBVLVM DECORAT GRATIA PVLCHRA LOCI
QVAE QVIA COMPTA NITET PRIMAQVE IN FRONTE [RENIDET
OSTENDIT QVANTVM NVMINIS INTVS INEST
QVIS TANTAS CHRISTO VENERANDAS CONDIDIT [AEDES
SI QVAERIS CVLTOR PAMMACHIVS FIDEI [9]

*Iohannis et Pauli basilicam non uno loco memorat Liber pontificalis. Superius hic memorata fuit inscriptio, sedente Innocentio I* (*402-417*) *posita, in qua nominantur* Proclinus et Florus pres*biteri tituli Byzanti* [10]. *In lapide sepulcrali, anno 535, insculpta est altera inscriptio, quae utinam integra esset, in qua nominatur presbyter tituli* sanctorvm iohannis et pavli [11]. *Tandem ex annis circiter 566-578, superest tertia inscriptio, neque haec integra :*

hic reqviescit m.......... *tituli sanctorum* iohannis et pavli [12].

*Nulla omnino fides debetur Passioni ubi refert basilicae patronos fuisse duos fratres qui, regnante Iuliano, in propria domo necati et sepulti fuerint. Suspiciosum est eos in aliquo e suburbanis coeme-*

[1] Feltoe, p. 34. — [2] Wilson, p. 179-80. — [3] Wilson, p. 85. — [4] *BHL.* 3236-3242. Cf. P. Franchi de' Cavalieri, in *Studi e Testi*, t. IX, p. 55-65 ; t. XXVII, p. 41-62.— [5] Cf. J. P. Kirsch, *Die römischen Titelkirchen*, pp. 26-33, 120-24, 156-58. — [6] *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, pp. 411, 412. — [7] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 287. Cf. p. 288, ann. 1. — [8] *M.G.*, Epist., t. I, p. 366-67. — [9] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 150 ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 106.— [10] Ad diem 25 iun., n. 13. — [11] M. Colagrossi, in *Nuovo bullettino*, t. XV, p. 58. — [12] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, n. 1123.

*teriis*

*teriis non conditos fuisse, neque ullo pacto inter Romanos martyres computari possunt. Nodum quaestionis alii aliter solvere conati sunt. Fuere qui dicerent nominibus Iohanne et Paulo apostolos designari [1]; aut Iohannem Baptistam et Paulum apostolum [2]; aut tandem martyres orientales, quos deinde hagiographi romanos fecerint [3]. Prima et secunda coniectura inde quadantenus confirmantur quod inter quartum et quintum saeculum in Italia ecclesiae multae SS. Apostolorum et Iohannis Baptistae reliquias sibi compararunt [4]. Titulo SS. Iohannis et Pauli aliae deinceps aedes conditae sunt, inter quas ecclesia SS. Iohannis et Pauli in Ianiculo [5]. Memoratur etiam in documento anni 1030,* monasterium S. Iohannis et Pauli quod nuncupatur maior ad S. Petrum seu Martinum [6]. *Incertum tamen est quod additur in exemplo quodam Libri pontificalis, monasterium istud conditum fuisse a Leone papa I; suam quippe opinionem scriba videtur huc obtrudisse [7]. Nostri autem martyrologii fons alius non est nisi Passio Gallicani.*

**Romae passio <sanctorum> martyrum Iohannis et Paulli fratrum.**

*7.* TESSALONICA] *Iun. 25, n. 11. Neque hodie ullum videtur esse nomen martyris quod ad hanc civitatem tuto referri possit.*

*8.* LANTINI] *Al. L a m t a n i. Iun. 25, n. 14.*

*10.* IN AFFRICA] *Iteratur ex laterculo hesterno (n. 4) annuntiatio, ubi emendandum est nomen martyris: G u d d e n i s, non G a u d e n t i. Utraque anticipatio est diei 27 iun., n. 34.*

*12.* FELICIS] *Iun. 25, n. 5; 27, n. 35.*

*13.* AGAPITI] *Iun. 25, n. 6.*

*14.* EMERITAE] *Iun. 25, n. 7.*

*16.* IN ALEXANDRIA] *Nomine martyris suppresso, ad hunc diem transiit a iun. 25, n. 9. L u c i a enim vel L u c e i a non Alexandrina sed Romana in eius Gestis praedicatur, quod recte n. 31, 32 exprimitur.*

*17.* LUCIAE] *Infra, n. 33.*

*19.* DIGNI] = *D i o g e n i s, ut cod. W, et pridie B.*

*21.* BIGATI] = *B i z a n t i, ut heri ostensum est, n. 13.*

*33.* LUCEIE] *Iun. 24, n. 34; 25, n. 16, et aliis diebus. Cf. iun. 1, ubi idem fere elogium promitur et rursum iul. 1. I n e a d e m c i v i t a t e (n. 30-32) recte refertur ad R o m a e (n. 1, 24).*

**(item Romae) Luceiae virginis et Auceiae regis de barbaris.**

[1] DELEHAYE, *Les légendes hagiographiques* [3], p. 214; *Les origines du culte des martyrs*, p. 340-341. — [2] F. LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica*, p. 46. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLIV, p. 250-51. — [3] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Studi e Testi*, t. XXVII, p. 41-62. — [4] *Anal. Boll.*, t. XLVIII, p. 11-16. — [5] HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p.277. — [6] HARTMANN, *Tabularium S. Mariae in via Lata*, p. 68, n. 55. — [7] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p.239; cf. p. 241, annot. 11.

# V KAL. IUL.

| I | II |
| --- | --- |
| **Romae natale VII germanorum Orispi Felicis Crispiani Spinellae.** | **Romae via Tiburtina miliario VIIII Crispi Crispiani Felicis Spinellae et septem germanorum.** |

**Cordobae in Spanis Criscentis Iuliani Remisi Prutiviae Iustinae Stattei Eugeni Novatiani Clementis Marcellini Zeddini Felicis Venusti Zoilli Marcelli Italicae Laeli Capitonis Tinni Tunachi.**

**et in insula Oia translatio corporis sancti Florenti [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) eodem die natł sanctorum martyrum iusti et clementis atque octaviani pontificis ambianis civitate inventio sanctorum corporum fusciani victorici atque gentiani martyrum C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. rōm E | 9. rōm W | 10-11. *om.* W | 12. mił W | 15. crispiniani B | 18. *om.* W | 20. dormientium in epheso *add.* B[2] | 21. cordaba B; *om.* W | 23. spaniis B; hispaniis W | 26. nemesi BW | 27. primitivi BW | 28. iusteni B; iustini W | 29. stacthei BW | 30. *om.* E | 31. n°vaciani B; novaciani W | 34. giddini B; ziddini W | 36. hinnustici BW | 37. zohili BW | 40. loeli B | 43. tucchi B; tucci W | 45-47. in insola in oia B.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR.: Romae nat. VII germanorum. — MON.: Romae via Tiburtina in cimiterio eiusdem miliario VIIII sanctorum Crispiniani Spinellae et VII germanorum. — RICH.: Rome septem germanorum Crispini Crispiniani Spinellae Felicis in Gordicba Crescentis Iuliani Nemesi Primitivi Eugenii.

## IUN. 27

1. ROMAE] *Septem germani, qui S. Symphorosae filii audiunt, ter in nostris fastis recensentur: die 29 maii, n. 37, his solis verbis:* via Tiburtina VII germanorum; *die 18 iul. n. 1, nomini* Sempherosae *subiungitur aliquid elogii, cum hac clausula:* nomina vero germanorum haec sunt. *Sed quae promuntur non ea sunt quae in Gestis horum sanctorum leguntur* [1]. *Hodie tandem, nulla matris facta mentione, recensentur, loco tamen non suo:*

24. Criscentis
25. Iuliani
26. Remisi *al.* Nemesi
27. Primitivi *al.* Prutiviae
28. Iustini *al.* Iustinae
29. Stacthei *al.* Stattei
30. Eugeni.

*De his silent itineraria, uno excepto libro de Locis sanctorum martyrum (in Via Tiburtina):* Prope eandem viam ecclesia est sancti Laurentii maior, in qua corpus eius primum fuerat humatum, et ibi basilica nova mirae pulchritudinis... ibi Hereneus, Iulianus, Primitivus, Tacteus, Nemeseus, Eugenius, Iustinus, Crescentius, Romanus sunt sepulti et S. Cyriace, S. Simforosa et Iustina cum multis martyribus sunt sepulti [2]. *Septem germanorum nomina ea fere sunt quae tum in Passione tum in martyrologio leguntur. Omnino falsum est eorum corpora in basilica S. Laurentii sepulta fuisse. Miliario enim VIIII viae Tiburtinae quiescebant. Cf. iul. 18, n. 1. In plerisque codicibus Actorum S. Symphorosae, ea proponuntur ad diem 18 iul.:* Natalis vero sanctorum martyrum Christi beatae Symphorosae et septem filiorum eius... celebratur sub die XV kal. augusti. *Est tamen ubi postrema verba commutata sint in* die V kal. iulii [3]. *In huius autem Passionis fontes indagare non est huius loci. Dubium non est hodie legendum esse:*

**Romae, via Tiburtina miliario VIIII, natale VII germanorum Criscentis, Iuliani, Nemesi, Primitivi, Iustini, Stactei, Eugeni.**

5. CRISPI] = *Crispi, n. 14. Crispiani, n. 7, Crispus socius est.*

6. FELICIS] *Infra, n. 16, 35; iun. 25, n. 5; 26, n. 12. Iun. 28, n. 4, Africae tribuitur.*

7. CRISPIANI] *De sanctis Crispo (n. 5) et Crispiano al. Crispiniano ita in multis codicibus Actorum SS. Iohannis et Pauli:* Beatus vero Crispus et Crispinianus et Benedicta lamentabantur in domo sua et orabant, ut aliquod signum eis ostenderet de sanctis martyribus. Et manifestavit eos Deus. Tunc Iulianus iratus iussit eos teneri et capitalem subire sententiam; quorum corpora occulte rapuerunt Iohannes et Pimenius presbyteri et Flavianus vir illustris expraefectus Urbis; et sepelierunt eos in domo Iohannis et Pauli non longe ab ipsis V kal. iulias [4]. *Sanctus Crispus aliquis iacebat in basilica S. Hermetis, via Salaria Vetere, ut alio loco ostensum est* [5]. *Illius vero qui hodie memoratur et Crispiniani sepulcrum ignotum erat, ut ex Actis modo allatis manifestum est.*

**<item Romae> Crispi et Crispiniani.**

8. SPINELLAE] *Solo nomine nota.*

21. CORDOBAE] *Martyrem Cordubensem Zoilum (n. 37) laudat Prudentius:*

Corduba Acisclum dabit et Zoellum
tresque coronas [6].

*Inscriptus est kalendariis Mozarabum:* sancti Zoyli martyris Cordoba [7], *et in eorundem libris liturgicis Officium et Missa eius habentur* [8]. *Edita sunt S. Zoili Passio et Miracula* [9].

**Cordobae in Spanis Zoilli.**

24. CRISCENTIS] *Nomina septem, n. 24-30 sunt Septem Germanorum, supra, n. 1.*

31. NOVATIANI] *Iun. 29, n. 20. Solo nomine notus, nisi famosus est haereticus ille quem martyrium fecisse contendunt eius asseclae:* Ἀλλ' οὗτος μὲν ὕστερον ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ τοῦ βασιλέως διωγμὸν κατὰ χριστιανῶν κινήσαντος ἐμαρτύρησεν [10]. *Ab iisdem conficta est Passio Novatiani, quae periit. Hanc libro VI operis adversus Novatianos exagitat Eulogius Alexandrinus, de quo Photius ter in* Μυριοβίβλῳ, *codd. CLXXXII, CCVIII, CCLXXX, eam* τὴν ψευδεπίγραφον ἄθλησιν Ναυάτου ἐπισκόπου *vocitans* [11], τὸ νόθον καὶ κακόπλαστον ὃ εἰς Ναυάτον ἀναφέρουσιν οἱ αὐτοῦ σπουδασταὶ μαρτύριον [12], τὸ φερόμενον Ναυάτου ψευδομαρτύριον [13].

32. CLEMENTIS] *Hunc Clementem, quisquis ille est, a die 18 iul., n. 24, 50, una cum nominibus VII Germanorum (supra, n. 1), et Marcelliano (18 iul., n. 20, 46), huc delatum censeo, quam ob causam ignoro.*

33. MARCELLINI] *Infra, n. 38: Marcelli. Legendum Marcelliani, si vera sunt quae modo diximus de Clemente.*

34. ZEDDINI] *Al. Giddini, iam 25 iun., n. 4; iun. 26, n. 11: Gaudenti, cum vero indicio in Africa. S. Augustinus sermonem habuit* in basilica Maiorum, in natali martyris Guddentis V kalendas iulii [14]. *Huius martyris Acta periere, sed admodum contracta leguntur in martyrologio Lugdunensi:* V kal. iul. apud Carthaginem natale sanctae Guddenes: quae Plutiano et Zeta consulibus [203], iussu Rufini

[1] *BHL.* 7971. — [2] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [3] V. gr. in cod. Carnotensi 144, fol. 193. *Anal. Boll.*, t. VIII, p. 132. — [4] *BHL.* 3239, n. 4. Cf. *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 258, n. 3. — [5] Ad 11 iun., n. 6. — [6] *Peristeph.*, IV, 19, 20. — [7] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 468-69. — [8] Férotin, *Le Liber sacramentorum*, pp. 573-77, 824. — [9] *BHL.* 9022-9025. — [10] Socratis *Hist. eccl.*, IV, 28. — [11] Cod. CLXXXII, *P.G.*, t. CIII, p. 533.— [12] Cod. CCVIII, t. c., p. 677.— [13] Cod. CCLXXX, *P.G.*, t. CIV, p. 353. — [14] *Sermo* CCXCIV, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1335.

proconsulis

proconsulis, quater diversis temporibus, equulei extensione vexata et ungularum horrenda laceratione cruciata, carceris etiam squalore diutissime afflicta, novissime gladio caesa est [1]. *Haec assumpsit Ado, et proprio marte ad XV kal. aug. transtulit; quem secuti sunt Romani martyrologii compilatores. Nomen martyris in codicibus nonnihil luxatum est. Quoniam de recta scriptione ambigi potest, in lectione codicis B sistimus :*

**<in Africa> Giddini.**

*35.* FELICIS] *Supra, n. 6.*

*36.* VENUSTI] *Al. Hinnustici. Iun. 28, n. 10; maii 29, n. 57.*

*37.* ZOILLI] *Infra, n. 40: Laeli. Supra, ad n. 21.*

*38.* MARCELLI] *Supra, n. 33: Marcellini.*

*39.* ITALICAE] *Iun. 23, n. 11.*

*40.* LAELI] *Al. Loeli = Zoilli, al. Zohili, n. 37.*

*41.* CAPITONIS] *Iun. 23, n. 12.*

*42.* TINNI] *Iun. 28, n. 68: Tilinini, al. Tilini, quod, ni fallor, aliud non est atque nominis Capitulini (n. 51) membrum avulsum.*

*43.* TUNACHI] *Al. Tucchi, Tucci. Lectio corrupta et desperata.*

*46.* INSULA OIA] *De S. Florentio pauca annotavimus ad diem dec. 30, n. 13, qua natalis eius celebratur. Hodie :*

**in insula Oia translatio corporis sancti Florentii.**

[1] E codice Parisiensi lat. 3879. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 174.

---

# IV KAL. IUL.

I | II

**In Africa Fabiani Felicis**

**Arionis Capitolini et Niciae |**

**Elaphi Venusti Eunuchi Crescentis Alexandri Theonis**

**| Arionis**

**Pleosi Asthefi Appollonis Ampamompis Offici Meloi Dionisi.**

**in Spanis | Pannus**

**Phevicis**

**Benveri Panubri |**

**Dioscori Turboni Capituli.**

**Biccae | Niceae**

**Gurdini. in Alexandria civitate sanctorum Sereni Tradori Postaphi Tyri Dosiniae Pasimi Sicidistae Ambeni Ariusi Dioscori Orionis Turbani Capitulini item Orionis Gimiri Plutarci Hirenei Heracli Heroti Potomini Marcellae Basilidi Leonidi**

**Panosi Pecesidisti |**

**Pambuni Orosi Panuberi Tilinini.**

**in Nicea | Nonniciae**

*Addunt codices pleniores :* a) et vigilia apostolorum petri et pauli B.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW.— 2. afr̄ E | 11. eunichi B; eunuci W | 12. criscenti B; crescenti W | 13. alaxandri E | 14. theoni BW | 15. W [1], orionis W [2] | 16. pleonis B; ploesi W | 17. astefyi BW; physoci *add.* W | 18. apolloni BW | 19. ampamon B; amfamon W | 20. phisofici B; *om.* W | 21. melvii B | 22. diunisi B | 25. hynus pannus BW | 26. phevicus BW | 30. turbini W | 31. capitulini BW | 33. nicae W | 34. gurdoni B | 35. *om.* E | 36. alāx E; alexandr̄ B | 37. *om.* BW; *add.* nāt W | 38. *om.* E | 40. theodorę B; theudori W | 41. partafi B; pastafi W | 42. titiri BW | 43. donisinnię B; dionisimę W | 44. passimi BW | 45. phesici distę B; phesici distae W | 46-47. ambiniari B; ambemari W | 47-52. *om.* W | 49. orion B | 53. orion BW | 54. sirini B; siniri W | 56. herenei BW | 58. herothi B | 59. potamini BW | 61. basiledis B: baselidi W | 62. leoni /// W | 65. pamboni BW | 66. oriosi BW | 68. tilini B; tilinae W.

Sinidi

**Sinidi. Lugduno Galliae Hirenei [75] episcopi cum aliis VII Leonidis [80] Plutarci Sereni Potamiae Marcellae [a].**

72. sinedi B | 74. gāl E ; galł B ; *om.* W | 75. herenei B ; hereni W | 78. alis E | 79. VI BW | 80-82. *om.* W | 80. leonedis B | 81. plutarchi B | 83. potamienȩ BW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae vigilia apostolorum Petri et Pauli et in Affrica nat. Fabiani Felicis Arionis Capitulini. — Mon. : Vigilia apostolorum Petri et Pauli in Africa natalis sanctorum Fabiani Felicis Helapi Venusti. — Rich. : Affrica Fabiani Arioni Capitolini Rome Leonis papae in Alexandria Theodori Pastafi Titiri Pasi Mifae Lugduno Galliae Herenei episcopi cum aliis sex.

## IUN. 28

*1.* IN AFRICA] *In hoc laterculo commisti sunt pauci martyres Afri cum plurimis Aegyptiis aliisque, quos in suo quemque loco reponere satagemus. Aegyptiorum autem nomina suppeditarunt tum Passio Decem martyrum* [1], *tum etiam, ut puto, Passio martyrum XXXVII* [2]*; sed maxime Eusebius, in capite Historiae ecclesiasticae de Origenis discipulis qui pro fide mortem obierunt* [3].

*3.* FABIANI] *Die 25 maii, n. 43, etiam nuntiatur in Africa Fabiani, quo loco ostensum est veram esse lectionem Flaviani. Haec hodie iterari asseverare nolim.*

*4.* FELICIS] *Iun. 25, n. 5; 26, n. 12; 27, n. 6.*

*5.* ARIONIS] *Infra, n. 15. In Passione Decem martyrum Arius,* Ἄρειος. *Cf. n. 47: Ariusi; n. 49, 53: Orionis* [4].

*6.* CAPITOLINI] *Infra, n. 31, 51; n. 68: [Capi]tilini. Cf. Iun. 23, n. 12: Captonis, et quae ibi annotata sunt.*

*8.* NICIAE] *Infra, n. 33: Niceae; n. 70: in Ničea.*

*9.* ȨLAPHI] *Nudum nomen.*

*10.* VENUSTI] *Iun. 27, n. 36. Videtur a die 29 maii, n. 47, 57, cum Sinidi (infra, n. 72), translatum.*

*11.* EUNUCHI] *Non semper est vocabulum appellativum, sed et cognomen, ut in lapide coemeterii christiani Viae Appiae:* EVNVCVS [5].

*12.* CRESCENTIS] *Martyr Romanus, iun. 27, n. 24.*

*13.* ALEXANDRI] *Non desunt martyres nomine Alexandri. Si tamen hic scriptum esset pro Alexandria (n. 36), equidem non mirarer. Namque die 24 april., n. 28, Alexandriae fit memoria Theonis presbyteri* [6]*. Legendum ergo esset: in Alexandria Theonis.*

*15.* ARIONIS] *Supra, n. 5.*

*16.* PLEOSI] *Al. Pleonis. Lectio dubia est. Fortasse Pelosi, seu Pelusi, cuius memoria Alexandriae fiebat april. 7, n. 18.*

*17.* ASTHEFI] *Al. Astefyi. Lectio certe corrupta.*

*18.* APPOLLONIS] *Apollo, Apollonius, Apollonia trita sunt cognomina in Aegypto* [7]*. Unus ex martyribus decem est Apollonius,* Ἀπόλλων [8].

*19.* AMPAMOMPIS] *Male coaluit vocabulum Ampamon,* Ἀπάμμων [9]*, cum principio sequentis, quod tamen, quale fuerit discerni non potest. Nam neque Pisoffici seu Phisophici (n. 20), nec Phevicis (n. 26) recte tradita sunt.*

*21.* MELOI] *Al. Melvii. Aegyptium nomen est* Μέλιος [10]*, quod tamen inter sanctos adhuc repertum non est.*

*22.* DIONISI] *Non unius Aegyptii martyris nomen est* [11]*. Cf. infra, n. 43: Dosiniae.*

*24.* IN SPANIS] *Si lectio probatur, translata est, suppresso martyris nomine, a die 27 iun., n. 22. Sed lege quae annotabuntur ad n. 25.*

*25.* PANNUS] *Coniuncta vocabula Hynus Pannus in codicibus BW auribus ingerunt in Hispanis seu in Spanis, n. 24. Sed ab hac lectione minime videntur originem ducere. Hynus enim principium est vocabuli Hinnustici, quod in codicibus BW ponitur pro Venusti iun. 27, n. 36. Pannus autem affine est nominibus Panosi (n. 63), Panubri (n. 28, 67).*

*26.* PHEVICIS] *Nomina copulata n. 25, 26: Pannus Phevicis collata velim cum*
*Pasimi Sici(distae), n. 44-45.*
*Panosi Pecesi(disti), n. 63, 64,*
*quae omnia egregie corrupta sunt. Forsitan recurrendum ad Passionem Decem martyrum, conferendumque Phevicis cum Ypherici, ex graeco* Ὑπερεχίου [12].

*27.* BENVERI] *Lectio non minus ceteris depravata.*

*28.* PANUBRI] *Legendum videtur Panubi,* Πανόβ, Πανοῦβις [13]*. Cf. n. 63: Panosi; n. 25: Pannus; n. 67: Panuberi.*

*29.* DIOSCORI] *Infra, n. 48.*

*30.* TURBONI] *Infra, n. 50: Turbani. Cf. n. 34: Gurdini, al. Gurdoni.*

*31.* CAPITULI] *Al. Capitulini, supra, n. 6.*

*32.* BICCAE] *Supra, n. 8: Niciae; n. 33: Niceae.*

*34.* GURDINI] *Al. Gurdoni, forsitan Gorgii,* Γοργίου *in Passione Decem martyrum. Cf. n. 30: Turboni.*

*36.* ALEXANDRIA] *Incerta sunt non pauca no-*

[1] *BHG*[3]. 1194 ; *BHL.* 5259 b. Cf. iun. 5, ad n. 1. — [2] *BHL.* 6584. Cf. feb. 9, n. 10. — [3] *Hist. eccl.*, VI, 4. — [4] *Cf. Les martyrs d'Égypte*, pp. 46, 217. — [5] De Rossi, *Roma sott.*, t. III, p. 141. — [6] *Les martyrs d'Égypte*, p. 71. — [7] *Les martyrs d'Égypte*, p. 212. — [8] *Anal. Boll.*, t. XXVII, pp. 471, 473. — [9] Preisigke, *Namenbuch*, p. 38. — [10] Preisigke, t. c., p. 213.— [11] *Les martyrs d'Égypte*, p. 214. — [12] *Anal. Boll.*, t. XXVIII, pp. 471, 473. — [13] Preisigke, t. c., p. 270.

*mina* :

*mina quae sequuntur. Alexandrini sunt quos ex Eusebio collectos diximus ad n. 1. Ceteri non facile agnoscuntur.*

39. SERENI] *Infra, n. 82; etiam n. 54: G i m i r i. Duo sunt nomine Σέρηνος martyres inter Origenis discipulos, apud Eusebium* [1].

40. TRADORI] *Al. T h e u d o r i, T h e o d o r a e. Ab Eusebio inter martyres persecutionis Diocletiani cum aliis recensentur Φιλέας τε καὶ Ἡσύχιος καὶ Παχύμιος καὶ Θεόδωρος τῶν ἀμφὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι* [2].

41. POSTAPHI] *Lectio corrupta.*

42. TYRI] *Nudum nobis nomen.*

43. DOSINIAE] *Al. D o n i s i n n i a e. Martyr Alexandrina est Διονυσία, quam laudat Dionysius Alexandrinus apud Eusebium* [3].

44. PASIMI] *Lectio incerta. Supra, ad n. 26.*

45. SICIDISTAE] *Infra, n. 64: P e c e s i d i s t i. Supra, ad n. 26. Suffixum d i s t a e, d i s t i a nescio quo vocabulo distractum videtur.*

46. AMBENI] *Al. A m b i n i a r i, A m b e m a r i. Ni fallor Ἀμμωνάριον illa quam simul cum Dionysia (n. 43) memorat Dionysius Alexandrinus apud Eusebium* [4].

47. ARIUSI] *Supra, n. 5: A r i o n i s.*

48. DIOSCORI] *Supra, n. 29. In epistula Dionysii Alexandrini, apud Eusebium, inter martyres laudatur D i o s c o r u s, puer annorum quindecim confessor etiamtum superstes: καὶ νῦν ὁ θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστιν Διόσκορος, εἰς μακρότερον τὸν ἀγῶνα καὶ διαρκέστερον μείνας τὸν ἆθλον* [5].

49. ORIONIS] *Supra, n. 5: A r i o n i s.*

50. TURBANI] *Supra, n. 30: T u r b o n i.*

51. CAPITULINI] *Supra, n. 6.*

53. ORIONIS] *Supra, n. 5: A r i o n i s.*

54. GIMIRI] *Al. S i n i r i. Supra, n. 39: S e r e n i.*

55. PLUTARCI] *Πλούταρχος, primus Origenis discipulus* [6]. *Etiam infra, n. 81.*

56. HIRENEI] *Lege Heraïlis, apud Eusebium: Ἡραΐς* [7]. *Repercussa imagine mox sequentis n. 75, legere sibi visus est librarius: H i r e n e i.*

57. HERACLI] *Ἡρακλείδης, tertius ex discipulis Origenis martyr effectus, teste Eusebio* [8].

58. HEROTI] *Ἥρων apud Eusebium neophytus, quartus ex discipulis Origenis martyrio coronatus* [9].

59. POTOMINI] *Al. P o t a m i n i, infra, n. 83: P o t a m i a e, al. P o t a m i e n a e, quam περιβόητον Ποταμίαιναν vocat Eusebius* [10].

60. MARCELLAE] *Infra, n. 84, Μάρκελλα, mater Potamiaenae* [11].

61. BASILIDI] *Βασιλείδης, miles ad Christum Potamiaenae orationibus conversus* [12].

62. LEONIDI] *Infra, n. 80, Λεωνίδης, pater Origenis, teste Eusebio, martyrio coronatus* [13]. *Tandem, sepositis iis quae nimium incerta videntur, reliqua omnia paucis complectamur:*

**in Alexandria civitate sanctorum Sereni, Theodori... Dionisiae, Ammonariae, Dioscori, Sereni, Plutarchi, Heraidis, Heraclidae, Heronis, Potamiaenae, Marcellae, Basilidis, Leonidis.**

63. PANOSI] *Supra, n. 28: P a n u b r i.*

64. PECESIDISTI] *Supra, n. 45: S i c i d i s t a e.*

65. PAMBUNI] *Πάμβων. P a m m o n unus est ex Decem martyribus quorum Acta non semel iam allata sunt* [14].

66. OROSI] *Ὧρος, Horus aliquis est in Passione martyrum XXXVII* [15].

67. PANUBERI] *Supra, n. 28: P a n u b r i.*

68. TILININI] *Al. T i l i n i, T i l i n a e. Membrum avulsum a C a p i t o l i n i, n. 6.*

70. IN NICEA] *Ad diem 29 maii, n. 56, monuimus non S i n i d i, sed S i n o d i Nicaenae memoriam hoc loco scriptam esse ex errore legentis* IV kal. iul. *pro* IV kal. iun.

**in Nicea sinodi.**

71. NONNICIAE] *Ita in codicibus alterius recensionis ubi prior habet i n N i c e a, quod ea ratione corrumpi potuisse non negaverim. Aliter tamen res explicari posset. Nonnicia vel N u n n i c i a graece est Νουνεχία, quae socia est S. Leonidis Corinthii (april. 16, n. 1). Leonidem (n. 62, 80) legens, qui reapse Aegyptius erat, alterius illius Leonidis recordatus sit interpolator et unam ex eius sociabus ascripserit, Nunniciam, eo magis quod aliam fortasse agnoverat in vocabulo N i c i a e (n. 8, cf. april. 16, n. 36). Haec licet incerta reticenda non erant.*

72. SINIDI] *Id est s i n o d i. Supra, ad n. 70.*

75. HIRENEI] *De martyrio S. I r e n a e i nihil satis certum traditum est. Ab Hieronymo in Commentario in Isaiam vocatur quidem* episcopus Lugdunensis et martyr [16], *sed per transennam, dum in libro* De viris illustribus [17], *ubi disertis verbis Photinus et Polycarpus martyres praedicantur, Irenaeus eo destituitur honore. In libro Quaestionum et Responsionum ad Orthodoxos, qui est inter opera spuria Iustini, etiam obiter adducitur ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ* [18]. *Item in fragmentis syriacis incertae originis:* Irenaeus episcopus Lugduni urbis, quem occiderunt in Occidente ii qui a romanis Galli appellantur [19]; Irenaeus autem episcopus Lugduni urbis, unus ex eis, quem interfecerunt Occidentales [20]. *Gregorius Turonensis:* Beatum Herenaeum diversis in sua carnifex praesentia poenis adfectum Christo Domino per martyrium dedicavit [21]. *Idem Gregorius, postquam laudaverat Pothinum, haec addidit:* cui merito et sanctitate condignus Herenaeus successit episcopus, per

[1] EUSEBII *Hist. eccl.*, VI, 4, 2, 3.— [2] *Hist. eccl.*, VIII, 13, 7. — [3] *Hist. eccl.*, VI, 41, 18.— [4] *Hist. eccl.*, VI, 41, 18. — [5] *Hist. eccl.*, VI, 41, 20. — [6] *Hist. eccl.*, VI, 3, 2; 4, 1-3. — [7] *Hist. eccl.*, VI, 4, 3. — [8] *Hist. eccl.*, VI, 4, 3. — [9] *Hist. eccl.*, VI, 4, 3.— [10] *Hist. eccl.*, VI, 4, 5.— [11] Ibid. — [12] Ibid. — [13] *Hist. eccl.*, VI, 1; 2, 12.— [14] *Anal. Boll.*, t. XXVIII, pp. 471, 473.— [15] *BHL.* 6584. — [16] Lib. XVII, c. 64, *P.L.*, t. XXXIV, p. 623.— [17] C. XXXV. — [18] *P.G.*, t. VI, p. 1364.— [19] G. MOESINGER, *Monumenta Syriaca*, t. II, p. 10, fragm. I. — [20] Ibid., p. 11, fragm. III. — [21] *Hist. Franc.*, I, 29.

martyrium

martyrium et ipse finitus [1]. *Quae hoc loco de S. Irenaeo scripsit partim ex confictis historiis SS. Andochii et soc. hausta fuisse auctor est* W. *Meyer* [2]. *Praeter Acta graeca brevissima et vix mentione digna* [3], *nullam novimus S. Irenaei Passionem, nec noverat Gregorius papa, scribens Aetherio Lugdunensi episcopo:* Gesta vero vel scripta beati Herenaei iam diu est quod sollicite quaesivimus, sed hactenus ex eis aliquid inveniri non valuit [4]. *Levia ergo sunt quae silentibus fere antiquis, quos inter Hippolytus, Tertullianus, Eusebius, interponi possunt* [5]. *S. Irenaeus* in cripta basilicae beati Iohannis sub altari est sepultus [6]. *Huic basilicae successit ecclesia Sancti Irenaei* [7]. *Pridie huius diei signatur in marmore Neapolitano:*

P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) IRINI [8]

*et in Graecorum fastis, non hodie, sed die 23 aug., una cum Irenaeo Sirmiensi* [9].

**Lugduno Galliae Hirenei episcopi.**

*79.* CUM ALIIS] *Sive septem sint sive sex, certe Irenaei socii non sunt, neque ullo indicio apparet quorsum sint referendi.*

*80.* LEONIDIS] *Supra, n. 62.*

*81.* PLUTARCI] *Supra, n. 55.*

*82.* SERENI] *Supra, n. 39.*

*83.* POTAMIAE] *Supra, n. 59: P o t o m i n i.*

*84.* MARCELLAE] *Supra, n. 60.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.: H e l a p i = Elaphi, n. 9.*

*Cod. Rich.: R o m a e L e o n i s p a p a e. Sacramentarium Gregorianum:* IIII kalendas iulias id est XXVIII die mensis iunii natale sancti Leonis papae [10]. *Non est dies depositionis S. Leonis sed translationis sub Sergio papa (687-701). De re aptius tractabitur ad diem 10 nov., qui S. Leonis natalis est* [11]. *Postmodum dies 28 iun. S. Leoni II (682-683) assignata est, quamquam* sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die V non. iul. [12].

*T i t i r i = Tilinini, n. 68; iun. 27, n. 42.*

*P a s i = Pa(no)si, n. 63.*

*M i f a e = Niceae, n. 33.*

[1] *In gloria martyrum*, 49. — [2] *Die Legende des hl. Albanus*, in *Abhandlungen der kön. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, N. F., t. VIII, 1, p. 66-67. — [3] *BHG* [2]. 950; *Synax. Eccl. CP.*, p. 917. — [4] *Reg.* XI, 40. HARTMANN, t. II, p. 314. — [5] Cf. TH. ZAHN, in *Real-Encyklopädie für protestantische Theologie*, t. IX, p. 407. Ut verum fateamur, vix movemur silentio Macarii Magnetis, cuius institutum erat Polycarpi, Irenaei, Fabiani, Cypriani *ἀνδραγαθήματα*, id est miracula, recolere. C. BLONDEL, *Macarii Magnetis quae supersunt*, p. 109. — [6] GREGORIUS TURONENSIS, *In gloria martyrum*, 49. — [7] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VIe siècle*, p. 197: « Ce sanctuaire a fait place depuis lors à l'église Saint-Irénée, qui a donné son nom à un quartier de Lyon situé sur la rive droite de la Saône, au sud-ouest de l'ancienne cité. Le tombeau de saint Irénée fut violé par les Calvinistes en 1562 et son corps mis en pièces. » — [8] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, p. 337. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 917.— [10] WILSON, p. 86.— [11] Interim lege DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 379. — [12] Ibid., p. 360.

---

# III KAL. IUL.

**Romae natale apostolorum Petri et Pauli Petri in Vaticano Pauli vero via Ostensi.**

| I | II |
|---|---|
| **et aliorum martyrum DCCCCLXXVIIII item Romae Novatiani** | **in eadem urbe Aurelia sanctorum Nevatiani et aliorum DCCCCLXXVII martyrum** |

**et dedicatio baptisterii antiqui Romae. in Persida natale Simonis et Iudae apostolorum.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. rome E; rom̃ W; *add.* via aurelia B | 2. scorū B² W | 3-7. *in ras.* B² | 5. *om.* W | 6. *add.* apostolorum W | 7-13. *om.* E | 11. *add.* in B | 13. *add.* utrumque in catacumbas passi sub nerone, basso et tusco consulib; B | 19. rōm E | 21-25. *om.* W | 29. nongentorum septuaginta et septē B | 30. mar̄ B | 31-35. *om.* E | 33. baptistirii W | 35. roma W | 36-42. *om.* W | 38. *om.* E; sc̄i *add.* B | 40. *om.* B | 41. iudę B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. apostolorum Petri et Pauli et aliorum DCCCCLXXVII. — MON.: In eadem urbe (Roma) via Aurelia natalis Navaciani Leonis papae DCCCCLXVIIII martyrum. — RICH.: Rome natale apostolorum Petri et Pauli et aliorum nongentorum septuaginta septem in Persida Simonis et Iudae apostolorum.

# IUN. 29

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum :* III kal. iul. Petri in Catacumbas et Pauli Ostense Tusco et Basso cons. [*258*] . *Non parum negotii facessit nota numeralis, quae apostolorum annum emortualem certissime non designat. Varias in sententias abeunt qui rem expedire conati sunt. Praecipua est quam exposuit v. cl. L. Duchesne* [1], *nempe corpora apostolorum, ut sacrilegii periculo eriperentur, anno 258 a christianis translata fuisse ad locum viae Appiae dictum Catacumbas; quod variis argumentis indiciisque sollerter astruere conatus est, maxime usus testimonio tituli Damasiani ibidem quondam positi :*

HIC HABITASSE PRIVS SANCTOS COGNOSCERE DEBES NOMINA QVISQVE PETRI PARITER PAVLIQVE REQVIRIS [2].

*Ab hac sententia cum debita tanto viro reverentia nobis recedendum est, cum minime certum videatur, immo non verisimile, reliquias apostolorum a pristinis sedibus ad Catacumbas delatas fuisse, indeque, reddita pace Ecclesiae, reductas. Nostra coniectura est hoc anno 258 apostolorum annuam commemorationem primum institutam fuisse,* t r i n i s  v i i s *(ut est in hymno* [3]*), nempe in Vaticano, via Ostiensi et via Appia. De his uberius disseruimus alio loco* [4]. *Ceterum nulla praesto est valida ratio in haec verba* Tusco et Basso consulibus *suspicionem iniciendi, veluti quae casu cum apostolorum memoria in codice coniuncta fuerint, nec placet ense nodum solvere* [5]. *Elogium apostolorum in Depositione martyrum mancum est, et omnino servanda lectio codicis Bernensis, suppressa tamen sententia* passi sub Nerone, *ab interpolatore inserta. De verbis* v i a  A u r e l i a *disceptandum non videtur. Consona enim sunt Libro pontificali, de S. Petro :* Qui sepultus est via Aurelia in templum Apollinis iuxta locum ubi crucifixus est iuxta palatium Neronianum in Vaticanum iuxta territurium Triumphalem III kal. iul. [6].

**Romae natale sanctorum apostolorum Petri via Aurelia in Vaticano, Pauli vero in via Ostiensi, utrumque in Catacumbas Basso et Tusco consulibus.**

*Hodie etiam in fastis Graecorum inscripti sunt apostoli Petrus et Paulus, quorum celebratissima erat commemoratio in omnibus Urbis Regiae ecclesiis :* τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις τοῖς μεγάλοις, καὶ ἐν τῷ Ὀρφανοτροφείῳ καὶ ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Πέτρου, τῷ συγκειμένῳ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τόπον ἐκκλησίαις [7]. *Scriptis omne genus ad laudem principum apostolorum enumerandis supersedendum* [8].

*15.* ET ALIORUM] *Martyres supra nongentos connectit prior recensio cum sanctis apostolis, posterior cum* N o v a t i a n o *(n. 26). Neutra copulatio probanda videtur. Scio equidem nonnullis placuisse eos ipsos esse martyres a Nerone atrocioribus suppliciis affectos, et quorum* multitudo ingens *a Tacito* [9], πολὺ πλῆθος *a S. Clemente* [10] *fuisse asseritur* [11]. *Horum tamen antiquitus ecclesia Romana numerum non novit, neque eos cultu publico prosecuta est, quos videtur Baronius primus in martyrologium intulisse* [12]. *Meminisse iuvat carminis Prudentii de sanctorum Apostolorum festivitate :*

Plus solito coeunt ad gaudia ; dic, amice, quid sit.
Romam per omnem cursitant ovantque.
Festus apostolici nobis redit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri nobilis cruore [13].

*Solos toto carmine apostolos praedicat; de comitum multitudine ne verbum quidem. Martyres plus nongentos septuaginta in alium diem unde allati sunt remandandos esse crediderim. Solent enim anonymorum turmae, paululum variatis numeris, per laterculos vagari. Hodierni martyres DCCCCLXXVIIII conferantur oportet cum illis DCCCLXXVIIII, quos die 22 iun. obviam habuimus, similis fere figurae numeralis.*

*20.* NOVATIANI] *Iun. 27, n. 31.*

*24.* AURELIA] *Supra, ad n. 1.*

*29.* DCCCCLXXVII] *Supra, ad n. 15.*

*32.* DEDICATIO] *De hac dedicatione ita Florentinius : « Cum nullum Romae neque in christiano orbe magis celebre baptisterium fuerit, quam quod Constantinus construxit multisque donariis ornavit in Laterano palatio, eiusdem hic dedicationem recoli putarem* [14]. *» Xystus III summus pontifex (432-440)* constituit columnas in baptisterium basilicae Constantinianae, quas a tempore Constantini Augusti fuerunt congregatas ex metallo purphyretico numero VIII,quas erexit cum epistolis [15] suis et versibus exornavit [16]. *Codicum lectio plana est :*

**item Romae dedicatio baptisterii antiqui.**

*37.* IN PERSIDA] *Anticipatio memoriae apostolorum* S i m o n i s *et* I u d a e, *a die 1 iul. :*

**in Perside natale Simonis et Iudae apostolorum.**

[1] *Le Liber pontificalis*, t. I, p. CVI ; *La « Memoria Apostolorum » de la Via Appia*, in *Memorie della pontificia Accademia Romana di archeologia*, t. I (1928), p. 1-22. — [2] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 26. — [3] *Tantae per urbis ambitum | stipata tendunt agmina | trinis celebratur viis | festum sacrorum martyrum.* AMBROSII *Hymn. X.* Cf. STEIER, *Untersuchungen über die Echtheit der Hymnen des Ambrosius*, in *Jahrbücher der klassischen Philologie*, Supplem. XXVIII, p. 656. — [4] *Les origines du culte des martyrs*, p. 303-308 ; *Anal. Boll.*, t. XLV, p. 297-309. — [5] QUENTIN, *Tusco et Basso consulibus*, in *Rendiconti della pontificia Accademia di archeologia*, t. V, p. 145-47. Cf. H. DELEHAYE, in *Mélanges Paul Thomas* (Bruges, 1930), p. 201-207. — [6] DUCHESNE, t. I, p. 118. Cf. p. 119, ann. 13. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 780. — [8] *BHG*². 1483-1488 ; 1451-1465 ; 1490-1501. *BHL*. 6644-6688 ; 6569-6583 ; *BHO*. 882-904 ; 933-954 ; 959-972. — [9] *Annal.*, XV, 44. — [10] *I Cor.*, VI, 1, 2. — [11] F. GROSSI GONDI, *I primi allori di Roma cristiana* (Roma, 1921), p. 6. — [12] Ad diem 24 iun. — [13] *Peristeph.*, XII, 1-4. — [14] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 635. — [15] Nempe *epistyliis*. — [16] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 234 ; cf. 236.

# PRID. KAL. IUL.

I | II

**In Africa | Romae**

**natale sanctorum Timothei Zotici Italicae Zoili Gelati**

**| Gitta Italiae**

**Cursici presbyteri Leonis subdiaconi. in Agripina Asclini Pampili. Lemovicas depositio sancti Marcialis episcopi et confessoris.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. aff̄ E | 3. in africa W | 4. *om.* E | 6. thimothei W | 8. italiae W | 9. *om.* BW | 10. zelati B (*corr.* zeliati) | 11. gittę W | 12. *om.* W | 13. corsici B | 16. subdi E | 18. acripina B ; agripinae W | 19. asdini B | 20. pamphili B ; pamphyli W ; et *add.* BW | 21. lemodicas EW ; lemovecas B | 25-26. *om.* B[1] ; *add.* B[2].

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Solli Timothei Zotici et Italicae sancti Marcialis episcopi et confessoris. — Mon. : In Africa natalis sancti Timothei Leonis Lemodicae Marcialis confessoris. — Rich. : Rome Timothei Zotici in Agrippina Asdini Pamphili et Lemovicas depositio sancti Martialis episcopi et confessoris.

## IUN. 30

1. in africa] *Dissentiunt codices de T i m o t h e i palaestra, neque ex aliis efficitur indiciis uter eligendus sit hodie Timotheus, Romanus ille qui die 22 aug. colitur, an Afer, de quo haec traduntur in Chronico « Barbarus Scaligeri » dicto :* Hisdem consulibus [*Diocletiano VIII et Maximiano VI = ann. 304*] persecutio christianorum facta est in occiduum et multi martyrizaverunt, in quibus et Timotheus episcopus in Chartaginae gloriosae martyrizavit [1]. *In kalendario Carthaginiensi hiatus est inter 29 iun. et 15 iul., et qui incerto die mensis augusti, deficientibus numeris kalendarum inter 13 et 29, memoratur, Timotheus Romanus est, XI kal. sept. cultus.*

7. zotici] *Quia simul occurrunt die 31 ian. (n. 5, 12) Z o t i c i, G e l a s i, hos a* prid. kal. feb. *ad* prid. kal. iul. *socordia librariorum fuisse devectos suspicor. Legatur proinde, n. 10, G e l a s i non vero G e l a t i.*

8. italicae] *Al. I t a l i a e. Solent exceptores nostri A t t a l i a m in Pamphilia cum I t a l i a commutare, v. gr. ad diem 6 mart. Non aliter hodie, provincia latente sub n. 20 : P a m p i l i. Nomina martyrum qui Attaliae certo tribuantur frustra requiro.*

9. zoili] *Martyr Cordubensis, iun. 27, n. 36. Cf. infra, n. 13.*

10. gelati] *Mendum esse pro G e l a s i coniecimus, supra, ad n. 7.*

11. gitta] *Al. G i t t a e, ille forsitan qui G i t h e i, G e t h e i scribitur, die 28 feb. n. 34, a* prid. kal. mart. *ad* prid. kal. iul. *incaute translatus.*

13. cursici] *Al. C o r s i c i. Nitida est et primo aspectu sincera lectio :* Cursici presbyteri Leonis subdiaconi, *eamque libens recipiam, si quis de eorum gestis quicquam attulerit, vel agonis locum ostenderit. Nomina videlicet C o r s i c i et L e o n i s suspicionem movent. Illud enim inusitatum est, et principium COR commune habet cum C o r d u b a, quae est patria S. Zoili (n. 9) ; hoc autem est summi pontificis, cuius memoria pridie agitur, et nonnullis in kalendariis hodie inscripta est.*

18. agripina] *Haec est codicum nostrorum condicio, ut merito dubites sitne civitatis an hominis, viri vel mulieris nomen. Agrippa, ceterum ignotus, nuntiatus est die 13 maii, n. 4.*

19. asclini] *Scripturae vitium duplici remedio sanari potest. Est enim martyr iste vel A c i s c l u s, Cordubensis [2], ab alio Cordubensi Z o i l o (n. 9) vocatus ; vel A s c l e p i u s, quomodo scribit Notkerus, non male. Nam a Graecis memoratur hodie Ἀσκληπιάδης ἐν θαλάσσῃ βληθείς [3].*

20. pampili] *= P a m p h y l i a. Supra, n. 8 : A t t a l i a e i n P a m p h y l i a.*

21. lemovicas] *Inter septem viros quos ad praedicandum in Gallias missos asserit Gregorius Turonensis,* Lemovicinis Martialis est distinatus episcopus [4]. *Eius gestis pro suo modulo illustrandis allaborarunt hagiographi cum mediae [5] tum recentioris aetatis [6].*

**Lemovicas depositio sancti Marcialis episcopi et confessoris.**

excerpta] *Cod. Cambr. : S o l l i = Zoili, n. 9.*

[1] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 291. — [2] Prudentii *Peristeph.*, IV, 19. Colitur Acisclus die 18 nov. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 789. — [4] *Hist. Franc.*, I, 30. — [5] *BHL.* 5551-5558. — [6] Cf. *Anal. Boll.*, t. XII, p. 465-66 ; Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 104-117.

# IULIUS

**Mensis Iulius habet dies XXXI**

---

## KAL. IUL.

**Laetanias indicendas**

| I | II |
|---|---|

**In Nicomedia Zoili. Romae**

| I | II |
|---|---|
| **depositio Gai episcopi** | **Gagi papae et** |

**natale sanctorum Luciae virginis et Auceiae regis cum aliis VIII. Via Aurelia in eadem urbe Isici Processi Marinae Antonini Sereni Victoris [a] Zeli cum aliis VIII Orionis**

| I | II |
|---|---|
| | **cum aliis VIII** |

**et aliorum**

| I | II |
|---|---|
| **CCLXII** | **CCLXIIII.** |

**in Antiochia Severiani Zoeli Epasi.**

| I | II |
|---|---|
| | **in monte Or depositio Aaron sacerdotis primi et** |

**depositio Idonei cum filiis [b]. et Agustuduno depositio Leonti episcopi. in Persida passio sanctorum apostolorum Symonis Cananaei et Iudae**

| I | II |
|---|---|
| **fratris Iacobi** | **Zelotis. Egolisma civitate depositio beati Eparci episcopi [c].** |

*Addunt codices pleniores :* a) et in mesopotamia (mesapotamia W) CWMKLV. — b) et arilefe B. — c) et octabas sancti iohannis baptistę B ; et ded. eccł, sc̄ae crucis iuxta portā B[2] ; cinomannico anisola monasterio depositio sancti karilefi presbyteri et confessoris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— *Lemma* : iulius XXXI (laet. ind. *om.*) E ; in letanias indi. mensis iul. hāb. dies XXX lūn XXX W | 2. nicom̄ E ; nicom̄d B | 3. zoeli BW | 4. rom̄ EW | 9. pape B | 10. *om.* E | 12. *om.* E | 13. luceię W | 16. aceie B ; acege W | 19. alis E | 20. VIIII W | 21-22. it̃ rom̄. E ; *om.* W | 23-25. *om.* E | 25. urbem W | 26. ysici B ; esyci W | 28. marini B | 29. anthoni B ; antoni W | 31. *add.* et in mesapotamia W | 32. zoeli B | 34. alis E | 35. VII B ; VI W | 36. orion BW | 43. ducentorum sexaginta quattuor B | 45. antioc̄ E ; anthiocia W | 48. *corr. 2 man.* E | 50-51. monteor BW | 55-57. et dep̄ primi W | 58. idoni BW | 60. filis E | 61. *om.* E | 62. agustidūn B ; agustiduno W | 66-74. *om.* W | 68. *om.* E | 71. simonis B | 72. cannā E ; cananei B | 75. fr̃ E | 77. *om.* W | 78. egolisana B ; egolisna W | 82. ebartii B | 83. *om.* B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Zolli et Romae depositio Gai episcopi. — MON. : Romae depositio Gagi papae et in Nicomedia Zohili in monte Or Aaron sacerdotis passio sanctorum apostolorum Simonis et Iudae. — RICH. : In Nicomedia Zoeli Rome Gagi papae Luciae virginis Processi Marini in Antiochia Severiani in monte Hor depositio Aaron sacerdotis Augustiduno Leontii episcopi.

## IUL. 1

*1.* IN NICOMEDIA] *Quinam sint hodie Nicomediensium choro ascribendi martyres, equidem non video. Certe non* Z o i l u s, *qui Cordubensis est, tum die 30 iun., n. 9, et maxime 27 iun. n. 37, signatus. Neque etiam* H e s y c h i u s, *quamquam in breviario Syriaco refertur Hesychius quidam :* ἐν Νικομηδείᾳ Κυριακὸς καὶ Ἡσύχιος, *sed alio die, videlicet 1 mart.* I s i c i *enim (n. 26) anticipatio quaedam est a die 3 iul., n. 46, non Nicomediensis, sed Antiocheni martyris, ut eo loco significabitur.*

*3.* ZOILI] *Infra, n. 32 :* Z e l i; *n. 47 :* Z o e l i.

4. ROMAE] *Tres sunt hodie commemorationes sanctorum quae* Romae *aptari possunt:* Gai *(n. 6),* Luciae et Auceiae *(n. 13, 16),* Processi et Martiniani *(n. 27-28).*

6. GAI] *Die april. 22, n. 9, non hodie est depositio* Gai *episcopi. Translationis reliquiarum memoriam esse multis astruere conatus est Rossius* [1], *sed frustra. Res aliter declaranda videtur, ita nempe ut* Gaius, *absque loci indicio, a* kal. ian. *ad* kal. iul. *male transcriptus sit, dein pro pontifice Romano habitus* [2].

13. LUCIAE] Lucia *cum* Auceia *rege iam nuntiata est iun. 1, n. 20; 24, n. 34; 25, n. 16; 26, n. 17, et rursum nuntiabitur 19 dec., qui disquisitioni aptior locus videtur. Quaedam nomina hodierni laterculi Passio* [3] *eorundem subministravit; nempe n. 29:* Antonini, *n. 30:* Sereni *(in Passione:* Erenei*), n. 31:* Victoris, *n. 36:* Orionis. *Ab iis autem seiungenda est turma quae variis exprimitur numeris:*

*cum aliis VIII vel VII, vel VI (n. 35)*
*et aliorum CCLXII (n. 42)*
*vel CCLXIIII (n. 43)*

*quae non facile ad normam reduxeris, eo minus quod ad diem 24 iun. aliae accedunt notae:*

*cum aliis XXII vel LXII.*

*Sociorum numerus XXII melius quadrare videtur cum Passione. Ratione ergo habita eorum quorum nomina exprimuntur, scribendum esset* cum aliis XVIII. *Quam incerta haec sint, nemo non videt.*

**Romae natale Luciae virginis et Auceiae regis, Antonini, Sereni, Victoris, Orionis cum aliis XVIII.**

19. CUM ALIIS VIII] *Infra, n. 33-35, n. 37-39, n. 40-43. Cf. ad n. 13.*

21. VIA AURELIA] *Non* Isici, *n. 26, id est Hesychius, sed* Processi, Marinae, *n. 27, 28, id est Processus et Martinianus, quibus sacer est dies 2 iul., in hac via quiescebant.*

**in eadem urbe via Aurelia Processi et Martiniani.**

26. ISICI] *Iul. 2, n. 37:* Hysici; *iul. 3, n. 46:* Eusuci, *martyr Antiochenus Hesychius, ut videtur.*

27. PROCESSI] *Iul. 2, n. 2. Supra, ad n. 21.*

28. MARINAE] *Lege* Martiniani, *iul. 2, n. 3. Supra, ad n. 21.*

29. ANTONINI] *Ex societate Luciae virginis, supra, n. 13.*

30. SERENI] *Ex eadem societate. In nonnullis codicibus Passionis* Herenaeus, Erenaeus. *Supra, n. 13.*

31. VICTORIS] *Item ex sociis S. Luciae, n. 13.*

32. ZELI] = Zoili, *supra, n. 3.*

34. CUM ALIIS] *Supra, ad n. 13.*

36. ORIONIS] *Ex sociis S. Luciae, n. 13.*

38. CUM ALIIS] *Supra, ad n. 13.*

41. ALIORUM CCCLXII] *Supra, ad n. 13.*

45. IN ANTIOCHIA] *Si recta est nostra coniectura, solus Hesychius, seu* Isici, *n. 26, Antiochiae tribui poterit.*

46. SEVERIANI] *Σευηριανὸς nomen martyris est in fastis Graecorum passim obvium, v. gr. 20 april., 22 aug., sept. 9, nov. 4* [4]. *Quid cum istis habeat ille noster nos ignorare fatemur.*

47. ZOELI] *Supra, n. 3:* Zoili.

48. EPASI] *Infra, n. 82:* Eparci.

51. IN MONTE OR] *Cf. librum* Num. *XX, 27-29:* Fecit Moyses, ut praeceperat Dominus: et ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cumque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro.

53. AARON] *In Actis nostris operose collecta sunt quaecumque de cultu ecclesiastico* Aaronis *reperiri potuerunt* [5].

**in Monte Or depositio Aaron sacerdotis primi.**

55. PRIMI] *Vocem male collocat cod. W post* depositio, *ita ut* Primus *nominis martyris munere fungatur.*

58. IDONEI] *Quam limpida est annuntiatio hodie in omnibus codicibus, et die 11 iul. in Epternacensi, ita incertae originis est:*

**Depositio Idonei cum filiis.**

64. LEONTI] *Quamquam solo nomine notus est* Leontius *episcopus Augustodunensis, et altera sit die 6 iul. commemoratio* Leonti, *al.* Legonti, *episcopi eiusdem civitatis, retinenda sunt:*

**Augustoduno depositio Leontii episcopi.**

67. IN PERSIDA] *Iam praemissum est die 29 iun., n. 36, elogium SS. apostolorum* Simonis *et* Iudae, *quod rursum die 28 oct. recurrit. Legenda quae ad rem scripsit L. Duchesne* [6].

**in Perside passio sanctorum apostolorum Symonis Cananaei et Iudae.**

77. ZELOTIS] = Cananaei. *Non ad* Iudam *sed ad Symonem solum referendum est.*

78. EGOLISMA] *Egulismae seu Iculisnae* [7] *(Angoulême).* Eparcus *seu Eparchius reclusus fuit, non episcopus. Obiit anno 581. De quo plurima Gregorius Turonensis* [8] *et aequalis eius Vitae scriptor* [9].

**Egolisma civitate depositio beati Eparci.**

ADDITAMENTA] In Mesopotamia. *Vid.*

[1] *Roma Sott.*, t. III, p. 267. — [2] Sub Gaio latere Auceiam seu Aceiam (n. 16) coniectura est minime probanda, quam profert A. URBAIN, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde zu Rom*, p. 163. — [3] *BHL.* 4980. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 617, 913, 29, 194. — [5] *Act. SS.*, Iul. t. I, p. 7-11. — [6] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXIX]. — [7] HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. II, p. 24. — [8] *Hist. Franc.*, VI, 8; *In gloria confessorum*, 99. — [9] *BHL.* 2559. Cf. *Act. SS.*, Iul. t. I, p. 109.

*2 iul., n. 35, ubi a die sequenti, n. 3, assumptum est.*

*A r i l e f e, lege K a r i l e f i, conditoris monasterii Anisolensis (Saint-Calais)* [1], *Vita edita est* [2].

**Cenomannico Anisola monasterio depositio sancti Karilefi presbyteri et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.: M a r i n i = Marinae, n. 28, id est Martiniani.*

[1] De monasterio scripsit J. HAVET, *Œuvres*, t. I, p. 105-114. — [2] *BHL.* 1568-1571.

---

# VI NON. IUL.

I

**Romae Processi Martiniani. item Romae Eutici Gradini Araxi**

II

**Romae in cimiterio Damasi via Aurelia miliario II Processi Marciani. et in eadem urbe via Appia in cimiterio Calesti natale Eutici. et depositio Melciadis [a] papae. in Mesopotamia sanctorum Hysici**

**Amideami**

**depositio Miltiadis Eutici | Gradi Arixi [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) et ded. eccl. sc̄ae crucis iuxta portā B² *in marg.* — b) turonus sc̄ae mone gundę conf̄ W.

*Var. lect. codd.* (I) E ; II (BW). — 1. rom̄ E | 5. rom̄ E | 9. rŏm W | 10-11. *om.* W | 13-14. et W | 18. marcia.... W (*membrana lacera*) | 19-22 *om.* W | 22. urbę B | 23-26. *om.* W | 29. euti W | 32. me... ade W (*membrana lacera*) ; melcidis B¹ | 34-36. *om.* W | 35. mesopotam̄i B | 37. hesicy W | 38. ām̄idę B ; amidę ami W | 40. militiadis E | 42-43. *om.* B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. Processi Marciniani et depositio Militiadis episcopi. — MON.: Melciadis papae. — RICH.: Rome natale sanctorum Processi et Martiniani Melciadis episcopi Damasi Eutici et in Mesopotamia Esicii Animidae Aurixi.

## IUL. 2

*1.* ROMAE] *Sacramentarium Gregorianum:* VI nonas iulias id est die II mensis iulii natale sanctorum Processi et Martiniani [1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* VI nonas iulias natale sanctorum Processi et Martiniani [2]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum:*

NAT(*ALE*) PROCESSI ET MARCVNI [3]

*Itinerarium Salisburgense:* Deinde ambulas ad S. Pancratium, cuius corpus quiescit in formosa ecclesia via Aurelia ... et in illa ecclesia intrabis longe sub terra et invenies Ardhimium martyrem ; et in altero loco S. Paulinum martyrem et in altero antro S. Sobiam martyrem et duae filiae eius Agapite et Pistis martyres et ascendis sursum et pervenies ad ecclesiam ; ibi quiescunt S. Processus et Martinianus sub terra [4]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* In altera ecclesia Processus et Martinianus [5]. *Passio SS. Processi et Martiniani:* (Lucina) sequebatur eos cum familia sua usque dum pervenirent iuxta formam aquaeductus ubi etiam decollati sunt... Sanctissima vero femina Lucina collegit corpora eorum et condivit cum aromatibus pretiosis, sepelivitque in praedio suo in harenario ubi decollati sunt sub die sexto nonas iulias via Aurelia [6]. *In libro qui nuncupatur Praedestinatus (I, 36), haec narrantur de presbytero quodam Tertullianista, tempore Eugenii (392-394):* Hic, cum se presbyterum diceret Tertullianistam, meruit per sacrum scriptum, ut sibi collegium extra muros urbis fabricaret, quod dum impetrasset a tyranno Maximo, sanctorum nostrorum exclusit locum, id est duorum fratrum Processi et Martiniani, dicens eos Phryges fuisse, et ideo hanc legem tenuisse quam Tertullianus, atque hoc ordine per occasionem martyrum Dei populum seducebat. Deo autem Theodosio religioso Augusto dante victoriam, punitoque satellite Maximi, de cuius se Tertullianista potestate iactabat, statim fugit cum matrona quae venerat, nec viventis nec mortui ru-

[1] WILSON, p. 89. — [2] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 150. — [3] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [4] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [5] Ibid., p. 183. — [6] *BHL.* 6947. De qua Passione, cf. P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Studi e Testi*, t. XIX, p. 97-100 ; t. XXII, p. 35-39.

more

more renovato, martyrum suorum Deus excubias catholicae festivitati restituit [1]. *In hac sanctorum basilica S. Gregorius Magnus homiliam ad populum habuit:* Ad sanctorum martyrum corpora consistimus, fratres mei. Numquid isti carnem suam in mortem darent, nisi eis certissime constitisset esse vitam pro qua mori debuissent? Et ecce qui ita crediderunt miraculis coruscant. Ad extincta namque eorum corpora viventes aegri veniunt et sanantur, periuri veniunt et a daemonio vexantur, daemoniaci veniunt et liberantur [2]. *Ecclesiae SS. Processi et Martiniani nulla supersunt vestigia. Eorum iudicio qui verba* in cimiterio Damasi *(n. 10-12) delenda censent utpote quae hoc solo loco legantur ac propterea ab interpolatore inducta* [3] *videantur, acquiescere nolumus, eaque cum L. Duchesne retinemus* [4].

**Romae in cimiterio Damasi via Aurelia miliario II Processi <et> Martiniani.**

6. EUTICI] *Etiam, n. 29, 41. Fuit quidem Romae martyr quidam* Eutychius, *via Appia sepultus, cuius elogium carmine expressit Damasus:*

EVTYCHIVS MARTYR CRVDELIA IVSSA TYRANNI
CARNIFICVMQVE VIAS PARITER TVNC MILLE NOCENDI
VINCERE QVOD POTVIT MONSTRAVIT GLORIA CHRISTI... [5].

*Verum, non in coemeterio Callisti depositus est sed in loco dicto Catacumbas, ad S. Sebastianum, in cuius basilica adhuc cernitur carmen litteris philocalianis marmori incisum. Nec iuvat delere, velut quae interpolata sint, verba* in cimiterio Callisti, *n. 25-27. Haec enim ad* Miltiadem *pontificem (n. 40) referenda sunt, cuius in hoc coemeterio sepulcrum erat. Quare, nisi dixerimus indicium* Romae via Appia *duplici munere fungi, ita ut tum ad Euticium tum ad Miltiadem pertineat,* Euticius *nobis erit martyr incerti loci. Fuit qui existimaret* Eutici *contractum esse ex* Eutychiani, *cum reapse Eutychianus pontifex in coemeterio Callisti quieverit* [6]. *Aegre probanda coniectura, quia illius depositio incidit in diem 8 decembris.*

7. GRADINI] Gradini Araxi *al.* Gradi Arixi *(n. 42, 43), nomina corrupta quibus sanandis nullum suppetit remedium.*

12. DAMASI] *Singularis est coemeterii Damasi mentio, non ideo reicienda, ut dictum est ad n. 1.*

18. MARCIANI] = Martiniani, *n. 3.*

32. MELCIADIS] *Al.* Miltiadis. *De genuina lectione martyrologii dubitari non potest:*

**item Romae via Appia in cimiterio Callisti depositio Miltiadis papae.**

*Haec vero rei veritati non respondent undequaque. Fuit quidem Miltiades depositus in hoc coemeterio, non tamen die 2 iul., sed 10 ian. Ita Depositio episcoporum:* IIII idus ianuarias Miltiadis in Callisti [7]. *Hodie autem agitur memoria ordinationis eius. In catalogo enim Liberiano Miltiades sedisse dicitur* ex die VI nonas iulias [8]. *Qui scripserat* depositio *pro* ordinatio, *in eodem errore perseverans, ascripsit* in cimiterio Callisti.

35. IN MESOPOTAMIA] *Pertinet ad laterculum sequentis diei, n. 3, omisso nomine apostoli.*

37. HYSICI] *Iul. 1, n. 26; iul. 3, n. 46. Male connectitur cum* Mesopotamia.

38. AMIDEAMI] *Vocabulum semimixtum, de quo plura ad iul. 3, n. 68:* Ameclini.

40. MILTIADIS] *Supra, n. 32.*

41. EUTICI] *Supra, n. 6.*

42. GRADI] Gradi Arixi *supra, n. 7:* Gradini Araxi.

ADDITAMENTA] Monegundae. *Vidua reclusa Turonibus, quae obiit post annum 557. De ea Gregorius Turonensis, in Vitis Patrum et in Gloria confessorum* [9]. *Rarum quidem est, non inauditum tamen, nomen* confessoris *de muliere dictum* [10].

**Turonis sanctae Monegundae confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.:* Damasi, *n. 11: in cimiterio Damasi.*

[1] *P.L.*, t. LIII, p. 616. Cf. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 222. — [2] *Hom. in Evangelia*, II, 32; *P.L.*, t. XXVI, p. 1236. — [3] J. P. KIRSCH in *Miscellanea Francesco Ehrle*, t. II, p. 73. — [4] « Aucun autre document ne désigne ce sanctuaire par le nom de cimetière de Damase; mais je ne vois pas qu'il y ait lieu de contester le témoignage qui ressort de notre texte. » L. D. — [5] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 27. — [6] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, pp. 69, 107. — [7] Cf. DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 113; t. II, p. 188. — [8] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 8. — [9] *BHL.* 5995, 5998. — [10] DELEHAYE, *Sanctus*, p. 94-95.

# V NON. IUL.

| I | II |
| --- | --- |
| | **In Edissa Mesopotamiae translatio corporis sancti Thomae apostoli qui passus est in India.** |

**in Alexandria Triffonis Menelai Cirionis**

| | |
| --- | --- |
| **Eulogi. et translatio Tome apostoli in Edessa** | **Cyrilli** |

**Porforis Apricis Chusti Iuliani Eradi**

| | |
| --- | --- |
| **item Trifonis** | **Emereonis Cyrionis Eologi** |

**Horestis. in Tarso Cappadociae Severi Helionis Trategi Montani Atrani Eusuci Germani Partheni Pauli. Constantinopoli Eufemiae Acaci Ammoni Thomae Trephoni Menelai Cerialis Eracli Eulogi item Eulogi Cioniae Iuliani Demetri Horestis Heliodori Strategi Ameclini Iocundi Martyri Ammi Sustrati Timothei Cioni Ciriaci [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et vigił sc̄i martini B ; mettis ded. eccl. scī gorgonii B².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. edisa W ; *add.* in B | 3. mesapotamię W | 4. natał translationis B | 7. thomę W | 15. alēx E | 16. trufonis E ; triphonis BW ; triponis B¹ | 18. cyrionis BW | 28. aprici BW | 29. christi BW | 31. heracli W ; *add.* eologi BW | 34. emerionis W | 36. *om.* BW | 37. orestis B | 39. tharso W | 40. cappōd E ; capadocię B ; *om.* W | 41. severe W | 42. hilionis W | 43. strategi B ; stratei W | 45. atriani BW | 46. esici B ; aesyci W | 50. constantinop̄ E ; constantinōli B | 51. eufimię W | 52. accaci W | 54. thome B | 55. trepon BW | 57. celialis E | 58. eraclę B ; beracle W | 59. *om.* E¹ ; eologi B ; elogii W | 60. itc̄ W | 61. eologi B ; elogii W | 62. cionie B | 66. hiliodori W | 67. tratagi B | 68. aminidi B ; aminiti W | 71. ami W | 73. thimothei W | 74. chioni BW | 75. cyriani BW ; *sequuntur in* W *voces erasae.*

*Excepta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Trifunis Menelai Cirionis et Eulogi et in Edisa civitate translatio Thomae apostoli passus vero in India. — MON. : Romae Leonis papae II. — RICH. : In Alexandria Trifonis Menelai Cyrilli Aprici et Edissa tranlatio corporis sancti Thomae apostoli in Tarso Capadociae Severi.

## IUL. 3

*1.* IN EDISSA] *Gregorius Turonensis :* Thomas apostolus secundum historiam passionis eius in Indiam passus declaratur. Cuius beatum corpus post multum tempus adsumptum in civitatem quam Syri Aedissam vocant, translatum est, ibique sepultum... In supradicta igitur urbe, in qua beatos artus diximus tumulatos, adveniente festivitate, magnus adgregatur populorum coetus, ac de diversis regionibus cum votis negotiisque venientes, vendendi comparandique per triginta dies sine ulla thelonei exactione licentia datur. In his vero diebus, hi in mense habentur quinto [1] magna et inusitata populis praebentur beneficia [2]. *In martyrologio variae S.* T h o m a e *apostoli commemorationes annuntiantur ; quas uno veluti conspectu examinabimus ad diem 21 decembris. Interim satis erit annotasse hodiernum festum, quod Orientalibus sollemne est, reliquis omnibus S. Thomae festis praeivisse. In kalendario marmoreo Neapolitano, idem inscriptum fuit, his verbis :*

PAS(*SIO*) THOMAE APOS(*TOLI*) [3]

*Aberat tamen a primo nucleo martyrologii nostri ; sed utcumque adventicia, mentio nullam postulat emendationem :*

**In Edissa Mesopotamiae translatio corporis sancti Thomae apostoli qui passus est in India.**

*15.* IN ALEXANDRIA] *Cum hac rubrica proxime coniunctum est nomen* T r i f o n i s, *quod sane aegyptium non est. Et in promiscua cohorte, quam hodiernus laterculus exhibet, unus* A m m o n i, *n. 53, Aegyptum redolet. Reliqua prorsus incerta.*

*16.* TRIFFONIS] *Et inferius, n. 55 :* T r e p h o n i. *Qui in vicinia huius sancti animadverterit* O r e s t e m *(n. 37, 65),* D e m e t r i u m *(n. 64) et* H e s y c h i u m *(n. 46) adesse, quadantenus introspicit totius laterculi compaginem. Est enim* T r y p h o n *martyr apud Graecos celebratissimus, qui festum eius agunt 1 februarii* [4]. *Eius cultus nescio qua via et quando Romam allatus est, ubi tamen ante saeculum XI certa eius vestigia non comperiuntur* [5]. *Festum illius agunt Roma-*

[1] Id est mense iulio. — [2] *In gloria martyrum,* 31, 32. — [3] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus,* t. I, p. 337. — [4] *Synax. Eccl. CP.,* p. 437. — [5] *Act. SS.,* Nov. t. IV, p. 322.

*ni die 10 novembris, ad quem diem nomen eius in nostris codicibus frustra requiras. Silent pariter de S. O r e s t e, qui a Graecis recolitur die 10 novembris* [1]. *Itaque duo sancti qui eodem die novembris 10 annuntiandi erant neque alio societatis vinculo coniunguntur, in martyrologio nostro ad diem 3 iulii pariter translati fuerunt. Id, cum casu fortuito accidere non potuerit, quoquo modo explicandum est. Rem sic factam esse conicimus. Die 10 novembris habetur* vigilia sancti Martini. *Iamvero in diem 3 iulii incidit altera* vigilia sancti Martini, *celebratissima illa quidem, in qua simul recoluntur ordinatio sancti episcopi, translatio eius corporis et dedicatio eius basilicae. Utriusque vigiliae confusio aliqua facta est, et sancti O r e s t e s et T r y p h o n, quorum festum in priore occurrebat, translati sunt ad secundam* [2]. *Praeter istos alii duo, SS. D e m e t r i u s et H e s y c h i u s ex eodem die huc commigrarunt, ita tamen ut pristinam suam sedem non prorsus desererent. Nempe ad diem 10 novembris legitur sive :*

*in Antiochia Demetri Amesi, sive :*

*in Antiochia Demetri epi Amesi diac.*

*Posterioris huius nominis occurrunt etiam formae: A n i e s i, A n i e n e s i, A m n e s i. Idem latet in hodiernis larvis: A m e c l i n i (A m e d i n i), A m i n i d'i (n. 68), et 2 iulii, in A m i d e a m i, A m i d a e (n. 38). Haec omnia praestat nunc in medio relinquere ; sed ad diem novembris 10 confidimus veram formulam eliquatum iri : in Antiochia Demetriani episcopi, Esichi.*

*Ambo isti Antiocheni martyres in hodierno quoque laterculo sui vestigium quoddam reliquerunt. Prioris nomen hic occurit truncatum terminatione -ANI, quae, ut etiam die 10 novembris, n. 71 : a m m i seorsim vagata est et aliquot nomina, ceterum ignota, hodierni laterculi videtur contaminasse :*

*30. I u l i ANI*
*44. M o n t ANI*
*45. A t r ANI*
*47. G e r m ANI*
*75. C y r i ANI* (cod. *B W*).

*Itaque laterculi 10 novembris umbra satis perspicue hic cernitur ut constet hodierni T r y p h o n, O r e s t e s, D e m e t r i u s, H e s y c h i u s, qui sint et unde venerint. T r y p h o n i quidem nullus locus assignatus est. Cuius mentio si adesset, haec quoquo modo reducenda foret ad indicium quod colligitur ex Actis S. Tryphonis :* οὗτος ὑπῆρχεν ἐκ Σαμψάδου κώμης τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας [3]. *Haec igitur contractissima formula sit :*

**<in Phrygia> Trifonis.**

*17.* MENELAI] *Infra, n. 56. M e n e l a i et C i r i o n i s coniuncta nomina par efficiunt ei non dissimile quod occurrit ad diem 15 ianuarii, ubi codices nonnulli ferunt : M e n e l a i et C r i s c o n i, pro M e l a n i p p i et C o s c o n i i. Certior nota quae ad eos referatur nobis praesto non est. Melanippus et Cosconius, cum Zenone sociati, non uno loco inducuntur in breviarium Syriacum et in nostrum martyrologium. Recole quae dicta fuerunt ad diem 19 ianuarii, n. 52. Nomina in -ONIS solito frequentiora exhibet hodiernus laterculus :*

*33. T r i f ONIS*
*34. E m e r e ONIS*
*35. C y r i ONIS*
*42. H e l i ONIS*

*Non absurde igitur interroges num fortasse et nomen C i r i o n i s (cf. n. 35) extrema elementa a T r y p h o n i s mutuatum sit.*

*19.* EULOGI] *Infra, n. 59, 61 ; n. 36 : E o l o g i, et in utraque forma ignotus.*

*22.* TOME] *Superius, n. 7 ; infra, n. 54.*

*26.* CYRILLI] *Idemne qui n. 57 recurrit, C e r e a l i s appellatus ? Sed istum sive Cyrillum sive Cerealem nemo novit.*

*27.* PORFORIS] *Hoc nomen et, quae proxime sequuntur, A p r i c i s, C h u s t i, n. 28-29, manifeste corrupta sunt, minus tamen barbare, si quid opinor, in secunda recensione : P o r f o r i s, A p r i c i, C h r i s t i. Haud scio an trunculus hic agnosci possit mentionis S. Thomae quae proxime antecedit. Fac P o r f o r i s esse pro (c) o r (p) o r i s, n. 5, et a p r i c i pro a p (o s t o l) i, n. 8 : formula iam efficitur quae legi possit : translatio corporis Thomae apostoli Christi in Edessa. Sed in re tam incerta, quis verum se attigisse sibi blandiatur ?*

*30.* IULIANI] *Infra, n. 63. Ignotus. De nominibus in A N I exeuntibus, vide ad n. 16.*

*31.* ERADI] *In scriptura antiqua, vix distat ab E r a c l i, quod legitur n. 58. Forsitan legendum sit : E r a c l e a, quod loci nomen ad diem 8 iulii recurrit, n. 11, 53.*

*33.* TRIFONIS] *Superius, n. 16 ; infra, n. 55.*

*34.* EMEREONIS] *Ignotus. Sed insoliti nominis non insolita sunt omnia elementa, in quibus perlucere videtur. [D] e m e [t] r [i u s], addita terminatione -ONIS, quae in toto laterculo insolenter frequentatur. Vid. supra, n. 17.*

*35.* CYRIONIS] *Supra, n. 18. Cf. n. 62 : C i o n i a e ; n. 74 : C i o n i.*

*36.* EOLOGI] *Supra, n. 19.*

*37.* HORESTIS] *Infra, n. 65. Hunc Orestem eum esse quem Graeci die novembris 10 recolunt, supra, n. 16, demonstravimus. Ortus ille erat* ἐκ πόλεως Τυάνων τῆς Καππαδοκῶν ἐπαρχίας [4]. *Hinc patet qua ratione corrigendum sit loci indicium : in Tarso, quod in codicibus nostris nomini subnexum est.*

**in Tyana Cappadociae Horestis.**

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p.810 ; *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 391-99. — [2] De his disseruimus in *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 368-75. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 437 ; cf. *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 330.— [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 810 ; cf. *Act. SS.*, Nov. t. IV, pp. 394, 396.

De

*De cultu huius martyris, expositum est in Actis Sanctorum, ad diem 10 novembris.*

41. SEVERI] *Ignotus.*

42. HELIONIS] *Ignotus. Forsitan unum e ficticiis nominibus, in quibus recinantur extremae syllabae -ONIS, ut superius notatum fuit, n. 17. Cf. infra, n. 66: H e l i o d o r i.*

43. TRATEGI] *Aliquot huius laterculi nomina, in quibus recurrit syllaba TRAT aut RAT, concreta videntur e fragmento unius eiusdemque vocabuli:*

*43. T r a t e g i, al. S t r a t e g i*
*45. A t r a n i, al. A t r i a n i*
*67. S t r a t e g i al. T r a t a g i*
*72. S u s t r a t i.*

*Horum omnium a genuina forma propius videtur abesse postrema. S o s t r a t o s enim martyr exstitit, teste breviario Syriaco, ad diem 8 iuli.*

44. MONTANI] *Ignotus. Cf. supra, n. 16.*

45. ATRANI] *Al. A t r i a n i. Cf. n. 43, et quae ad n. 16 notata fuerunt de insolita frequentia terminationis -ANI.*

46. EUSUCI] *Scilicet H e s y c h i u s, martyr Antiochensis, advena ex die 10 novembris. Vide supra, ad n. 16.*

47. GERMANI] *Ignotus. Cf. supra, ad n. 16.*

48. PARTHENI] *Ignotus. Cf. iul. 7, ad n. 3.*

49. PAULI] *Forsitan P a u l u s Constantinopoli episcopus, quem Graeci quasi martyrem recolunt die 6 novembris* [1]. *Accidere potuit ut alii sancti Constantinopolitani hunc secum traxerint. Vid. n. 50.*

50. CONSTANTINOPOLI] *Sanctae E u p h e m i a e festum Constantinopoli agebatur die 11 iulii, ad quem diem annuntiatur in nostris etiam codicibus. Quod hodie anticipatum est, confusione accidit duarum rubricarum:* V id. iul. *et* V non. iul. *Euphemiae mentioni, ut alias fieri solet, adiunctae sunt aliae Urbis Regiae memoriae, ut S. A c a c i i, martyris Constantinopolitani, cuius festum occurrit 10 maii, et probabiliter etiam P a u l i, sicut modo diximus, n. 49. Quicquid id est, tuto legeris:*

**Constantinopoli Eufemiae.**

52. ACACI] *Martyr Constantinopoli celebris. Vide n. 50.*

53. AMMONI] *Nomen Aegyptum clamat. Quidni ergo hunc A m m o n i u m collocemus in A l e x a n d r i a, supra, n. 15?*

54. THOMAE] *Supra, n. 7.*

55. TREPHONI] *Supra, n. 16: T r i f f o n i s.*

56. MENELAI] *Supra, n. 17, pro M e l a n i p p i, ut videtur.*

57. CERIALIS] *C e r e a l i s cognomen latinum est, et latini martyris* [2]. *De lectionis sinceritate leve saltem dubium ingerunt nomina C y r i l l i, C y r i o n i s, quae superius, n. 26, 35, occurrerunt.*

58. ERACLI] *Supra, n. 31: E r a d i.*

59. EULOGI] *Etiam n. 19, 61; supra, n. 36: E o l o g i.*

62. CIONIAE] *Infra, n. 74: C i o n i. Cf. n. 18: C i r i o n i s.*

63. IULIANI] *Supra, n. 30.*

64. DEMETRI] *Seu D e m e t r i a n i, episcopi Antiocheni, die 10 nov. memoratur. Supra, ad n. 16.*

65. HORESTIS] *Supra, n. 37.*

66. HELIODORI] *Cf. n. 42: H e l i o n i s.*

67. STRATEGI] *Supra, n. 43: T r a t e g i.*

68. AMECLINI] *Unde ortum habeat monstrum istud, ex annotatis ad n. 16 aliquatenus ostenditur et melius intellegetur e commentario ad 10 nov.* [3].

69. IOCUNDI] *Iul. 4, n. 3: I o c u n d i a n i.*

70. MARTYRI] *Copulanda sunt m a r t y r i a m m i; lege M a r t i n i a n i, cuius memoria agebatur iul. 2, n. 3* [4].

72. SUSTRATI] *Graece Σωστράτου. Supra, ad n. 43. Iul. 8, n. 3.*

73. TIMOTHEI] *Iun. 30, n. 6.*

74. CIONI] *Supra, n. 62: C i o n i a e.*

75. CIRIACI] *Al. C y r i a n i; supra, n. 18: C i r i o n i s.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.: L e o n i s p a p a e I I. Liber pontificalis:* Leo iunior... Sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die V non. iul. [5]

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 197. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 279-80. — [3] *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 367. — [4] *Anal. Boll.*, t. c., p. 373-374. — [5] DUCHESNE, t. II, p. 359-60.

# IV NON. IUL.

| I | II |
|---|---|

**In Africa Iocundiani in alto missi**

**Sereni | in Sirmia**

**Sabbatiae**

**et Innocentum. | Innocenti cum aliis XXX [a].**

**in Galliis Turonus civitate ordinatio episcopatus et translatio corporis sancti Martini episcopi et confessoris et dedicatio basilicae ipsius. in territurio Beturive civitatis vico Vistino natale sancti Lauriani martyris cuius caput Hispalim in Spaniis portatum est.**

*Addunt codices pleniores :* a) theodori B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. aff̄ E ; afreca W | 3. iocundiniani E | 4-6. *om.* E. | 9. syrmia W | 10. sabacię B ; sabbatię W | 17-23. *om.* E | 19. toronus B | 19-20. *invert.* W | 25. *om.* E | 27. mattini B[1] | 28-34. in turnis E | 33. basilice B | 35-40. *om.* E | 35-36. *om.* W | 36. t̃riturio B | 36-37. tęturinę W | 39-40. *om.* W | 40. vistinno B | 42. *om.* E | 43. *add.* ep̄i et coñf et W | 45-51. *om.* EW.

*Excepta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Iocundiani Sereni Sabatiae et innocentum et in Gallis ordinatio sancti Martini episcopi et translatio corporis et dedicatio basilicae. — MON. : In Africa in Syrmia natalis sanctorum Sabastiae Innocenti et aliorum XXX Turonis translatio sancti Martini confessoris vel ordinatio episcopatus eius seu dedicatio basilicae ipsius. — RICH. : In Affrica Iocundiani Sereni et Theodori et in Toronis ordinatio episcopatus et translatio corporis sancti Martini episcopi alibi Lauriani (et sancti Udalrici *2 manu*).

## IUL. 4

*3.* IOCUNDIANI] *Al.* *Iocundiniani. Iul. 3, n. 69: Iocundi. Codices paene omnes addunt: in alto missi (cod. C: in altum). In martyrologiis saec. IX, inde a Lugdunensi codicis Parisiensis 3879, scriptum est:* in Africa natale sancti Iucundiani in mare mersi [1]. *Haec non tam lectio genuina quam ex ingenio emendata videtur. His addendum nihil suppetit, et accipienda codicum nostrorum concors lectio :*

**in Africa Iocundiani in alto missi.**

*7.* SERENI] *Nuntiatus est Serenus 1 iul., n. 30. Hodie tamen dubitandum est de lectionis integritate, cum eius loco in altera recensione in Sirmia legatur, et Serenus nullum alium a die 1 iul. secum traxerit.*

*9.* IN SIRMIA] *Seu Syrmia; fuit qui scriberet Syria. Sirmiensem vel Syrum martyrem in hodierno laterculo frustra requiro. Nescio an non iusto audacior sit coniectura quam ex nomine Sabbatiae (n. 10), si pro Sabbatii habeatur, deducere placet. Exstant quippe Acta graeca SS. Trophimi, Sabbatii et Dorymedontis [2], quorum Trophimus et Dorymedon passi feruntur Synadis in Phrygia. Quamquam alio loco passus est Sabbatius, potuit Synnadensis haberi utpote Synnadensibus ab hagiographo sociatus. Trophimus et Dorymedon mense septembri 19, n. 23, et 20, n. 7, in hoc martyrologio recensentur; Sabbatii et Dorymedontis mentio quoque facta fuisse videtur die 29 april. n. 15; hodie forsitan Sabbatii et Trofimi. Postremi enim nominis vestigia remansisse die 5 iul., n. 5: Trifinae; n. 14: Rodiviae, al. Rodifiae, non negaverim. Haec si vera sunt, non in Sirmia vel Syria, sed in Synnada scribendum erit. Ad rem notasse iuvat etiam die 19 sept., n. 20, lectionem in Syria Frigiae cum Sinnada Frigiae commutari.*

*10.* SABBATIAE] *An Sabbatii? Cf. n. 9.*

*12.* INNOCENTUM] *Praestare videtur lectio Innocenti, n. 13. Solo tamen nomine notus est ille Innocentius, qui cum aliis XXX passus esse fertur. Abs re non erit notare simile enuntiatum occurrere ad diem 10 aug., n. 94-96, et in eodem laterculo tum Innocentiae (n. 63), tum VI Innocentium (n. 83) mentionem fieri.*

*18.* IN GALLIIS] *Refert Gregorius Turonensis basilicam S. Martini a Perpetuo episcopo aedificatam esse, additque :* Sollempnitas enim ipsius basilicae triplici virtute pollet : id est dedicatione templi, translatione corporis sancti vel ordinatione eius episcopati. Hanc enim IV nonas iulias observabis ; depositionem vero eius III idus novembris [3]. *His vero diebus vigilias instituit Perpetuus, quae indicuntur in eiusdem kalendario : primam inter natalem apostolorum Petri et Pauli et natalem S. Symphoriani, id est mense iulio :*

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 213. — [2] *BHG* [2]. 1853, 1854. — [3] *Hist. Franc.*, II, 14. Cf. *Saint Martin et Sulpice Sévère*, in *Anal. Boll.*, t. XXXVIII, p. 125-28.

Natale

Natale sancti Martini ad eius basilicam; *alteram inter natalem S. Litorii et natalem S. Bricii, id est mense novembri:* Natale sancti Martini ad eius basilicam [1]. *Quae gesta sunt in translatione corporis S. Martini pluribus enarrat Gregorius Turonensis* [2]. *Dies ordinationis S. Martini fuisse censendus est 4 iulii, anno 370, qui in dominicam incidebat* [3]. *Templum a Perpetuo conditum titulo metrico ornavit Sidonius Apollinaris* [4]. *Festum translationis S. Martini commemoratur in kalendario Mozarabum* [5].

**in Galliis Turonus civitate ordinatio episcopatus et translatio corporis sancti Martini episcopi et confessoris et dedicatio basilicae ipsius.**

*37.* BETURIVE] *Bourges, plerumque Biturica, Bituriga urbs, hinc Bituricensis, Biturigensis, quandoque* B i t u r i v e n s i s [6].

*40.* VISTINO] *V i c u s  V i s t i n u s, nunc Vatan (département de l'Indre), in dioecesi Biturigensi* [7].

*43.* LAURIANI] *Huius martyris Acta, quae nullam merentur fidem, edita sunt* [8]. *Quaecumque de eius veneratione reperiri potuerunt diligenter collegit Sollerius noster* [9].

**in territurio Beturivae civitatis, vico Vistino, natale sancti Lauriani martyris cuius caput Hispalim in Spaniis portatum est.**

ADDITAMENTA] *T h e o d o r i. Mirum est huius sancti nomen ex omnibus praeter Bernensem et Richenoviensem codicibus evanuisse. Est enim Theodorus ille quem non semel, praecipue die 6 aprilis, n. 56, obvium habuimus, et cui tum apud Aegyptios* [10], *tum apud Graecos* [11] *dies 4 iulii sacra erat. Quae hodie omnino desunt ex aliis commemorationibus facile supplentur:*

**<Pentapoli Libyae Superioris> Theodori.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.: U d a l r i c i, episcopi Augustani († 973), cuius gesta conscripta sunt* [12].

[1] *Hist. Franc.*, X, 31. — [2] *De virtutibus S. Martini*, I, 6. — [3] De his diximus in *Saint Martin et Sulpice Sévère*, p. 28. — [4] *Epist.* IV, 18, *M. G.*, Auct. antiq., t. VIII, p. 69. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 470-71. — [6] ZEUMER, *Formulae merowingici et karolini aevi, M.G.*, Legum Sect. V, pp. 167, 168, 179. Cf. HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. I, p. 434-41. — [7] « A peu de distance se trouve le village de la Chapelle-Saint-Laurian, où le saint fut d'abord enterré avant d'être transféré à Vatan même. » L. D. — [8] *BHL.* 4796. Cf. FLOREZ, *España sagrada*, t. IX, p. 147-160. — [9] *Act. SS.*, Iul. t. II, p. 32-39. Cf. F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 831. — [10] *Les martyrs d'Égypte*, p.107. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 796.— [12] *BHL.* 8359-8365.

---

# III NON. IUL.

| I | II |
|---|---|

**In Sicilia Agathonis et Trifinae** [5]**. et in Tomis** [a]

**Theodotae** [b] **Staris** [10] | **Stratoris Theodoti**

**Meronae Rodiviae Secundini** [15]**. item in Thomis Mafrimi item** [20] **Rodopiae. in Alexandria natale sancti** [25] **Arpotis** [c]**.**

*Addunt codices pleniores:* a) marinae E. — b) et sodepae E. — c) in hilariaco monasteri(o) advent̄ corporis sc̄i naboris et nazari B.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 3. agathon W | 4. *om.* BW | 5. trifonis W | 8. thomis B | 14. rodofię B; rodofiae W | 16-17. *om.* EW | 18. thomi EW | 19. marini B; magrini W 20-21. itrodofię B | 21. rodofiae W | 23. alāx E; alexandr̄ B | 25. *om.* EW | 26. apotis E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Sicilia nat. Agathonis et Trifinae et in Thomis Marini Theodoti et Sodopae. — MON.: In Sicilia natalis sanctorum Agatoni Trifonis Romae Pii papae. — RICH.: Agathoni/// Theodoti Trifonis Magrini Arpotis/////. — RHAB.: In Sicilia Agathonis et Triphenae et in Thomis Marini Theodoti et Sodephae.

## IUL. 5

*1.* IN SICILIA] *In Actis martyrum Siculorum Alphii et Philadelphi gesta narrantur* A g a t h o n i s *episcopi Liparitani* [1]. *Haec tamen a martyrologis nostris lecta esse nullo potest argumento comprobari. Non* A g a t h o n i s *sed* A g a t h a e *scribendum esse opinatur F. Lanzoni* [2], *cui eo*

[1] *BHG*[2]. 59; *Act. SS.*, Maii, t. II, p. 531-37. — [2] *Le diocesi d'Italia*, p. 825.

*libentius assentimur quod die 25 iul. n. 24, in codicibus nostris Agatha sub nomine Agathenis, al. Agathonis, commemoratur. Scribamus igitur:*

in Sicilia Agathae.

*5.* TRIFINAE] *Suspiciosum nomen emendatione indiget, quam varia indicia subobscure ostendunt non tamen liquido demonstrant. Si codices sequaris in quibus loco Trifinae legitur Trifonis, martyrem hic agnoscas, qui nobis occurrit 3 iulii, n. 33. Animadverte tamen die 4 iulii, n. 10, nuntiatum fuisse Sabbatiae, quo nomine si reapse intellegendus sit Sabbatius, martyr Synnadorum in Phrygia, inter cuius socios fuit Trophimus quidam, ut heri diximus, prona iam coniectura est Trifinae huc irrepsisse in locum Trofimi, et ideo remandandam esse ad Sabbatium in laterculo diei 4 iulii. Tertia tandem emendatio menti occurrit non sine specie veri: Trifinae hic legitur pro Trophimae virginis, cuius mentio habetur die 13 iul., n. 5, 13, et hoc loco praepropere adest, ut alias totiens, ex numeri similitudine:* III id. iul. *commutatum fuit cum* III non. iul. [1]. *Ceterum, quae sit Trophima illa minime liquet, atque tertia haece coniectura non minus incerta est quam prima et secunda. In martyrologio Romano, codicum littera servata est:* In Sicilia sanctorum Agathonis et Triphinae, *quae omnibus partibus ab historiae fide recedit.*

*8.* IN TOMIS] *Idem nomen iterum infra, n. 18. Prima fronte nullus hodie martyr se prodit qui ad illam ecclesiam pertineat. Certe non Theodotae. Attamen hodiernum laterculum legenti resonant in memoria mentiones dierum 2 ianuarii et 15 septembris, ubi inter sanctos Tomitanos occurrunt Stratoni et Macrobi. Straton quidem non admodum difficulter agnoscitur in Staris, n. 10, et Stratoris, n. 11. Minus perspicue, nec tamen nimis obscure, perlucet Macrobius in nomine, quod his formis variatum fuit:*

*Meronae*
*Marinae*
*Marini*
*Mafrimi*
*Magrini*
*Macrini* (*LMV*)

*quae formae, praesertim extremae, praecipua elementa referunt Macrobi vel Magrobi. Alia nomina quae cum urbe Tomis coniungi possint, occurrent ad diem 6 iul. n. 11: Zotici, et ad diem 7, n. 6: Heliae.*

*10.* STARIS] *Al. Stratoris, lege: Stratonis. Cf. n. 8.*

*12.* THEODOTI] *Al. Theodotae. Haec, ut videtur, correctoris cuiusdam coniectura, qui emendandam intellexit aliquam e corruptis formis quae ex Diodori pullularunt. Vid. infra, n. 14.*

*13.* MERONAE] *Credideris hanc unam esse ex corruptelis Macrobi. Vid. supra, n. 8.*

*14.* RODIVIAE] *Mentionis, quae satis probabiliter restitui poterit, codices vestigia nonnihil obscurata exhibent:*

*Rodiviae*
*Sodepae*
*Rodopiae*
*Rodofiae*
*Itrodofiae*

*Porro meminisse iuvat martyrum civitatis Aphrodisiae, quorum turma occurrit die 30 april. De his exponit* Passio SS. martyrum Diodoriti et Rodopiani [2], *quae codice unico servata est, ubi ante initium Passionis dies inscriptus est* IIII nonas iulii *et post finem:* III nonas iunii. *Discrepantia indicia sic videntur concilianda, ut legatur:* III nonas iulii. *Hoc posito, barbarae voces quibus hodiernus laterculus horret, iam restituere videntur elementa mentionis eiusdem, quae tum die 30 aprilis tum 10 iulii occurrit:*

**in Afrodisia Diodori et Rodopiani.**

*15.* SECUNDINI] *Cum quo nomine loci coniungenda sit haec mentio, non constat.*

*19.* MAFRIMI] *Al. Magrini, Macrini; supra, n. 13: Meronae. Quae omnia detorta videntur ex Macrobi. Supra, n. 8.*

*21.* RODOPIAE] *Lege Rodopiani. Vid. supra, n. 14.*

*26.* ARPOTIS] *Al. Apotis. Iul. 6, n. 3: Artotis.*

ADDITAMENTA] *In Hilariaco monasterio. Monasterium Metense quod hic designatur dictum etiam fuit Nova Cella et, post translationem reliquiarum quae hodie in martyrologio annuntiatur, Monasterium S. Naboris (Saint-Avold). Vide Annales Fuldenses, ad an. 765, 766* [3]. *Hodie quidem adventus recolitur reliquiarum quas Roma secum asportavit Chrodegangus episcopus. Die autem 16 septembris commemorantur translatio S. Naboris in ecclesiam eius nomini dedicatam et eiusdem ecclesiae consecratio.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.: Pii papae. Liber pontificalis:* Sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticanum V id. iul. [4].

[1] Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 248-50. — [2] *BHL.* 2163 b. — [3] *Pars I*, ed. F. KURZE, p. 8. — [4] DUCHESNE, t. I, p. 132.

PRID.

# PRID. NON. IUL.

I | II

**In Alexandria Artotis**

**et | Zeti Palladi Philippi Severi.**

**in Syria**

**Zotici Palladi et Severi Zeti Philippi |**

**Oratoris. Neveduno**

**| Zotici**

**Amanti Artetis. Agustuduno depositio sancti Legonti episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et depositio sancti goaris presbyteri et confessoris et octave apostolorum petri (et pauli) C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. alāx E ; alexandr̄ B | 3. arthoci B ; arithoti W | 6. palati W | 7. phylippi W | 10. siria B | 17. aratoris B ; *om.* W | 20. amandi BW | 21. *om.* W | 22. agustiduno BW | 23. paȣ E | 24. *om.* E | 25. leonti E | 26. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Artotis et Siria Palladi et Severi. — MON. : Romae Anencleti papae et martyris Augustuduno depositio Leonti episcopi et octabas apostolorum. — RICH. : In Alexandria Artotis et Zotici in Syria Aratoris Neviduno Zotici Amandi Astetis Augustiduno Leganti episcopi.

## IUL. 6

*3.* ARTOTIS] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἄρειος ὁ πρεσβύτερος. *Heri iam, iterumque hodie, nobis occurrunt variae formae nominis, cuius prima syllaba AR : Artotis, al. Arthoci, Arithoti (n. 3), Artetis (n. 21), Arpotis (iul. 5, n. 26), Aratoris (al. Oratoris, infra, n. 17); quae formae omnes depravatae sunt, nec nisi dubitanter in iis propaginem agnoveris nominis* Ἄρειος, *quod tamen indicio loci in Alexandria commendatur. Subit igitur timor ne Arius iste, si nomen ita legendum est, ipse sit haeresiarcha in historia Ecclesiae infamis. Quamquam enim nomen Arius satis commune fuit et sine temeritate cogitari potest presbyterum aliquem nomine Arium Alexandriae martyrio peremptum fuisse* [1], *veri tamen minime dissimile est in martyrologio Nicomediensi, unde ductum est martyrologium orientale, quod in hieronymianum influxit, Arium illum famosum inscriptum fuisse. De his igitur hactenus.*

*5.* ZETI] *Infra, n. 15. Vix proba lectio, nonnulla habens elementa communia cum Zotici, n. 11.*

*6.* PALLADI] *Infra, n. 12. Palladius aliquis memoratur ian. 7, n. 31 ; feb. 14, n. 105. Quem cum omnes ignorent, utrum idem sit atque hodiernus necne, definire non possumus.*

*7.* PHILIPPI] *Infra, n. 16. Is cum indicio loci Neveduno, n. 18, coniungendus est, ita ut, quemadmodum die 4 iunii, n. 5, hic denuo legatur :*

**Neveduno Philippi.**

*Haec mentio a die 4 iunii ad hodiernum laterculum translata est ab homine qui* prid. non. iul. *pro* prid. non. iun. *legerit. Sedulo tamen notandum est eandem legi quoque die 6 iun., n. 3, ubi praeterea comperitur et alterum nomen Amanti (n. 20). Neque facile explicari potest quo casu a die 6 iun.* = VIII id. iun., *ad 6 iulii* = prid. non. iul. *illa transierit.*

*8.* SEVERI] *Infra, n. 14; iul. 3, n. 41; iul. 8, n. 26.*

*10.* IN SYRIA] *Erit cui arrideat emendatio : in Scythia, quam postulare videntur tum Neveduno (n. 18), tum martyres Tomitani, qui sparsim nominantur in laterculis dierum 5 iul. (n. 11, 13), 6 iul. (n. 11), 7 iul. (n. 6). Nobis tamen minime placet. Nam, ut observatum est ad diem 3 april., n. 1, dubium est an martyrologus Scythiae nomen unquam usurpaverit. Fateor equidem vacuum et inane esse loci indicium in Syria, cum nullus in laterculo hodierno Syrus appareat. At vero quot rimas passim nobis reliquerunt explendas martyrologi vel librarii?*

*11.* ZOTICI] *Infra, n. 19. Cf. n. 5, 15 : Zeti. Num idem Zoticus, qui die 4 iun., n. 7, recensetur cum Philippo (supra, n. 7), huc advenit? An potius Zoticus Tomitanus ex societate* Μακροβίου, Γορδιανοῦ, Ἠλεῖ, Ζωτικοῦ, Λουκιανοῦ καὶ Οὐαλερίου, *quae die 13 septembris prodit in synaxariis* [2]*? Est et Zoticus martyr Romanus (feb. 10, n. 7). Hunc agnovit interpolator qui nomen Amanti ascripsit, ut inferius, n. 20, declarabitur.*

[1] Cf. DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXIX]. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 40.

*12.* PALLADI] *Supra, n. 6.*

*14.* SEVERI] *Supra, n. 8.*

*15.* ZETI] *Supra, n. 5.*

*16.* PHILIPPI] *Supra, n. 7.*

*17.* ORATORIS] *Al.* A r a t o r i s. *Variatio esse videtur vocis* A r t o t i s *(n. 3), cuius pristinae formae restituendae frustra allaboravimus.*

*18.* NEVEDUNO] *Cum* P h i l i p p i *(n. 7) necessario cohaeret.*

*19.* ZOTICI] *Supra, n. 11.*

*20.* AMANTI] *Romanorum martyrum* Z o t i c i, A m a n t i *memoria recolitur die 10 feb., n. 7, 9. Ab interpolatore adductus est* A m a n t i u s *propter* Z o t i c u m *(n. 11), quem Romanum illum esse iudicavit, quo iure, nescio. Similem addiderat glossam ad 6 iun., n. 4, quam ab illa die ad hodiernum laterculum transvectam non negaverim. Supra, ad n. 7.*

*21.* ARTETIS] *Supra, n. 3:* A r t o t i s.

*22.* AGUSTUDUNO] *Die 1 iul., n. 64, indicta fuit memoria* L e o n t i i, *episcopi Augustodunensis, ceterum ignoti. Hodie adducitur eiusdem sedis et pariter ignotus episcopus* L e g o n t i u s, *al.* L e o n t i u s, *qui in codice E martyr praedicatur. Errore scriptum fuisse vocabulum* p a s s i o *existimat L. Duchesne, cum Legontius idem ille videatur qui 1 iul. Leontius appellatur. Sed addit statim* A g u s t u d u n o *male scribi potuisse pro* L u g d u n o, *ea motus ratione quod Leontius solus ex episcopis qui Lugdunensi ecclesiae saec. VI praefuerunt in martyrologio non memoratur* [1]. *Si cui haec emendatio iusto audacior videatur, optio illi datur utrum velit unius Leontii Augustodunensis duplicem fuisse commemorationem, an duos fuisse episcopos, fere cognomines* L e o n t i u s *et* L e g o n t i u s, *quorum prior die 1 iul., alter 6 iul. natalem habuerit.*

ADDITAMENTA] G o a r i s, *presbyteri in dioecesi Treverensi, Vita edita est* [2].

**Depositio sancti Goaris episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* A n e n c l e t i p a p a e. *Non hodie sed 13 iul. Anacleti depositio signatur in Libro pontificali:* Sepultus est iuxta corpus beati Petri III idus iulias [3].

[1] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XLII]. — [2] *BHL.* 3565, 3566. — [3] DUCHESNE, t. I, p. 124. Cf. p. 54.

---

# NON. IUL.

| I | II |
|---|---|

**In Alexandria Parmeni Eracli**

**| Eodomoni**

**Heliae Appollini Nodi**

**| Anovi Publii**

**et aliorum XVIII**

**Eudomi Anovi Pupli. |**

**et alibi Partemi**

**| Parni**

**Animas Prividi cum aliis**

**XVIII | VII**

**et alibi Alexandri Partimini.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. alāx E ; alexandr̄ B | 3. partimi B ; parteni W | 4. eraclei BW 5. eodomuni W | 6. helei B ; helai W | 7. appolloni BW | 8. rodi E ; nudii B ; //// W | 9. *om.* B | 10. buplii B | 11-13. cū aliis XVIIII B ; cum aliis XVIII W | 19. partęmi B ; parthemi W | 21. animias BW | 22. pyvidii BW | 24. alis E ; *add.* numero B | 29. alaxandri E | 30. parmini BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Parmeni Heracli Heliae Apolloni Nodi et aliorum XVIII. — MON. : Alexandriae natalis sanctorum Partheni Anovi Publii cum aliorum numero XVIIII. — RICH. : In Alexandria Parmeni Eradi Apollini Publii et alibi Parteni Pividii cum aliis septem Alexandri Pirminii. — RHAB. : in Alexandria natale Parmenii Eraclii Heliae Apollonii Anovii et aliorum XVIII.

## IUL. 7

1. IN ALEXANDRIA] Quinam sint martyres Alexandrini in hodierno laterculo, non statim apparet. Lege quae coniectando adducimus ad n. 5, 7. Quod in principio habetur: Alexandria Parmeni, ad calcem (n. 29, 30) iteratur: Alexandri Partimini, ita tamen ut primo loco nomen civitatis, posteriore vero hominis scriptum sit. Certa mihi est lectio Alexandri, n. 29; non ita altera, n. 2.

3. PARMENI] De genuina huius nominis forma disceptari potest; hodie quippe varie scribitur:

3. Parmeni, al. Partimi, Parteni
19. Partemi
20. Parni
30. Partimini, al. Parmini.

Die 3 iul., n. 48: Partheni; 8 iul., n. 43: Artemi. Dubium solvit Florus Lugdunensis scribendo: Apud Alexandriam sancti Pantaeni viri apostolici et omni sapientia adornati, cet. Hunc sequuntur Ado, Usuardus, alii et Romanum martyrologium. Iamvero Pantaenus ille, Clementis Alexandrini praeceptor, quem Eusebius [1] et post Eusebium Hieronymus [2] laudibus extulerunt, nullius ecclesiae fastis inscriptus est, nec in suos eum introducere potuit Florus nisi, invitis codicibus, in voce Parteni litterulam immutando. Ceterum, ut notat Florentinius, Pantaenus in pace, non martyr, quievit [3], proindeque negandum est antiquam ecclesiam ei publicam tribuisse venerationem.

4. ERACLI] Potius quam martyris, civitatis nomen esse videtur, id est Heraclea, iul. 8, n. 5, 53. Non tamen omnino respuenda videtur coniectura, quae exponetur ad n. 7, et res multo aliter declarabitur.

5. EODOMONI] Infra, n. 14: Eudomi; iul. 8, n. 44: Eudominis; rectius, ni fallor Eudaemonis. Nomen exprimitur in martyrum Aegyptiorum indiculo incertae originis [4]. In synaxario Alexandrino, ad 18 mensis Mesore (11 aug.) alter Eudaemon inscriptus est, quem Aegyptiorum protomartyrem fabulantur [5].

6. HELIAE] Fortasse martyr Tomitanus, Ἡλεῖ [6]; alios ex eadem civitate in superioribus laterculis reperire est.

7. APPOLLINI] In synaxariis ad diem 6 iulii inscripta est memoria martyrum, qui Constantinopoli coluntur, Ἀπολλωνίου, Ἀλεξάνδρου, Ἐπιμάχου, Ὀνησίμου, sed passionis locus reticetur. In nonnullis exemplis breve additur elogium: Ἀπολλωνίου, ὅστις ἐν τῷ πλοίῳ βληθεὶς καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ θαλάσσῃ πυρποληθέντος ἐτελειώθη... Ἀλεξανδρίων εἰς τροχὸν δεθεὶς καὶ κατὰ πρανοῦς ἀφεθεὶς τελειοῦται [7]. Haec quattuor martyrum turma arte composita nobis videtur e tribus illis quos laudat Dionysius Alexandrinus in epistula ad Fabium Antiochenum: Ἀπολλωνία, Ἐπίμαχος, Ἀλέξανδρος [8], quibus a synaxarista adiunctus est Ὀνήσιμος, qui Aegyptius non est [9]. Miror tamen martyrologium nostrum ita cum synaxario convenire, ut praeter Apollonium (n. 7) et Alexandrum (n. 29), etiam Onesimum recipiat, quem in Animasi (n. 21) agnoscere non dubito. Tanta autem est librariorum imperitia, ut asserere non ausim Ἐπιμάχου nomen deesse, cum ex EpimACHI facile potuerint ErACLI (n. 4) efficere. Hanc tamen coniecturam urgere nolo. Porro, si haec vera sunt, Apollini erit tandem aliquando Apollonia incluta illa virgo et martyr Alexandrina, Alexandrini quoque Alexander et Epimachus, si tamen adest; Onesimus vero S. Pauli discipulus, quod synaxarii contextus comprobare videtur.

8. NODI] Ita cod. Cambrensis. Lectio certe corrupta, quacum conferenda sunt:

| | |
|---|---|
| Nodi | n. 8, cod. Cambr. |
| Nudii | n. 8, cod. B. |
| Rodi | n. 8, cod. E. |
| Anovi | n. 9, 15. |
| Novasi | iul. 8, n. 46. |
| Animasi | n. 21. |

Non obstant horum vocabulorum varietates quominus necessitudinem quandam prae se ferant.

10. PUBLII] Infra, n. 16: Pupli, solo nomine notus.

12. ALIORUM XVIII] Lege quae annotata sunt ad n. 22.

14. EUDOMI] Supra, n. 5: Eodomoni.

15. ANOVI] Supra, ad n. 8.

16. PUPLI] Supra, n. 10: Publii.

19. PARTEMI] Supra, n. 3: Parmeni.

20. PARNI] Supra, n. 3: Parmeni.

21. ANIMASI] Al. Animias. Lege: Onesimi. Supra, ad n. 7. Cf. n. 8.

22. PRIVIDI] Al. Pyvidii. Breviarium Syriacum: Τιρινὸς καὶ ἕτεροι εἴκοσιν ἑπτά. His prima fronte non respondent latina. Neutra tamen lectio: Τιρινός, Prividi, satis certa videtur, sed communia habent quaedam elementa. Incertae etiam sunt, ut plerumque in codicibus, notae numerales: hinc XVIII (8 iul., n. 51: XVIIII), illinc VII; et primum scribi potuisse, cum aliis XXVII, ut in syriaco, nemo negaverit.

29. ALEXANDRI] Supra, ad n. 7.

30. PARTIMINI] Al. Parmini. Supra, n. 3: Parmeni.

[1] Hist. eccl., V, 10; VI, 6, 13, 14, 19. — [2] De viris ill., XXXVI. — [3] Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium, p. 647. — [4] Les martyrs d'Égypte, p. 112. — [5] Ibid., p. 110. — [6] Saints de Thrace et de Mésie, in Anal. Boll., t. XXXI, p. 258. — [7] Synax. Eccl. CP., p. 804. — [8] Ap. EUSEBIUM, Hist. eccl., VI, 41. — [9] Synax. Eccl. CP., p. 1024.

# VIII ID. IUL.

I | II

| **In Nicea Sustrati Speri Eracli.**

**in Sirmio**

**natale Ostrati Spiri Eracli et | sanctorum**

**Eperenti Ceriliae. in Cessarea Cappadociae Procopi Quarti. in Sicilia Prancani. in Tauromini Severi Corniliani et aliorum**

**XL. | LX.**

**in Nicea Eladi Emini Senatoris Alethi Severi Honorati Eucolli Elenti Stratoni Artemi Eudominis Heliae Novasi Alopi**

| **Pius**

**cum aliis XVIIII. in Heraclea Iohannis Aprianti Theoloci Gliteriae Parenti Stratonis. et alibi Agresti**

| **Primoli.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 7. sirmia B ; syrmia W | 14. perenti BW | 15. cecirię B ; caecirae W | 16. *om.* E | 17. cesŝa E ; cesarea B ; cęsaria W | 18. cappōd E ; capadotię B ; cappđ W | 19. procubi B | 22. secilia BW | 23. pāgrati B ; prancati W | 26. speri B ; seperi W | 28-31. cū aliis numero sexaginta B ; cum aliis LX W | 34. eladii W | 35. emmi BW | 37. alphi B ; alphy W | 40. eucoli BW | 41. helenti B | 42. starton B ; straton W | 43. arthemi W | 44. eodemon BW | 45. elię B ; aeliae W | 47. apoli BW | 50. alis E | 53. eraclea BW | 55. aprian W | 55-56. apri antheoloci B | 57. gittheri B ; glitherii W | 58. paerenti B ; perenti W | 59. tratonis B | 60. *om.* E | 62. egresti W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Sirmio nat. Ostrati Spiri Eracli et Eperenci. — Mon. : Nicia Sustrati Fradi Quarti. — Rich. : In Sirmio Citracii Perenti in Caesarea Capadociae Procopii Quarti in Nicea Eladii Severi Honorati in Eraclia Iohannis alibi natale san martiris Chiliani episcopi Colmani presbiteri Dotmani diaconi.

## IUL. 8

*1.* in nicea] *Breviarium Syriacum: ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Σώστρατος καὶ Ἑσπέριος καὶ Γλυκέριος οἱ μάρτυρες. Indicia loci non minus tria nobis offerunt codices: Antiochiam Syrus, N i c e a et S i r m i u m Latini nostri. Ex his Nicaea et Sirmium nullo documento sive historico, sive liturgico commendantur. Et Nicaea quidem huc translata esse potest ex n. 33 hodierno, ubi rursus legitur: i n N i c e a; ad quam urbem fortasse pertinent nonnulli e martyribus qui illic nominantur. Neque ulla causa est detrectandi fidem breviario Syriaco, ubi hodie SS. S o s t r a t e s et H e s p e r i u s memorantur, etsi neuter aliunde notus est. Quod vero ad i n S i r m i o attinet, non imprudens sit qui, correcto loci nomine, legat i n S i r i a, quod vestigium esse potest mentionis A n t i o c h i a e i n S i r i a, quae in solo breviario Syriaco servata fuit. G l y c e r i u m autem iam die 14 ian., n. 3, obvium habuimus, neque satis liquido explicatur quonam pacto in hodierno laterculo comparеat. In hieronymianis non Glycerius Antiochensis annuntiatur, sed G l y c e r i a illa, quam Heraclea Perinthus sibi vindicat. Bivius patet exitus: aut martyrologus Glycerium cum Glyceria commutavit, quod non facile coniciendum est, quandoquidem locus diligenter notatus est; aut in martyrologio orientali non Glycerius, sed Glyceria nominata erat. Nempe, ut alias persaepe comperimus, epitomator a quo breviarium Syriacum concinnatum fuit, loci indicium hic resecuit nomenque martyris immutavit. In archetypo scriptum esse debuit: ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Σώστρατος καὶ Ἑσπέριος καὶ <ἐν Ἡρακλείᾳ Περίνθῳ> Γλυκερία οἱ μάρτυρες. Quae coniectura inde confirmari videtur quod in duobus martyrologii recensionibus indicium loci: H e r a c l e a P e r i n t h u s inter Hesperium et Glyceriam insitum est (n. 5, 11, 14). Haec igitur a reliquis segreganda est et scribendum:*

**<Antiochiae> in Syria Sostrati et Hesperi.**

*3.* sustrati] *Infra, n. 9: O s t r a t i; in breviario Syriaco Σώστρατος, martyr Antiochenus, ut modo dictum est.*

*4.* speri] *Infra, n. 10: S p i r i; in breviario Syriaco Ἑσπέριος, martyr Antiochenus, ut supra, n. 1.*

*5.* eracli] *Infra, n. 11; n. 53: I n H e r a c l e a. Cum hoc nomine conferenda E p e r e n t i, al. P e r e n t i (n. 14), al. A p r i a n t i (n. 55), P a r e n t i (n. 58), in quibus agnoscitur P e r i n t h u s. Heracleae Perintho celebris erat*

*erat cultus S. Glyceriae* [1], *cuius nomen pone sequitur, n. 15, quadantenus immutatum : C e r i l i a e, al. C e c i r i a e, et paulo inferius, n. 57 : G l i t e r i a e. Scribendum igitur :*

**in Heraclea Perintho Gliceriae.**

7. IN SIRMIO] *In hodierno laterculo nusquam comparet sanctus qui ad Sirmium pertineat. Legendum est* i n S i r i a, *quae mentio cum S o s t r a t o et H e s p e r i o cohaeret, ut observatum est ad n. 1.*

9. OSTRATI] = *S u s t r a t i, Sostrati, n. 3.*

10. SPIRI] = *S p e r i, Hesperi, n. 4.*

13. SANCTORUM] *Qui haec scripsit sanctum esse putavit E p e r e n t i, quod loci nomen est : Perinthi.*

14. EPERENTI] = *Perinthi. Lege quae annotata sunt ad n. 5.*

15. CERILIAE] *Al. C e c i r i a e, n. 57 : G l i t e r i a e, id est G l i c e r i a e. Cf. supra, n. 5.*

17. IN CESSAREA] *Iam die 7 iun., n. 21, qui S. P r o c o p i i anniversarius est, monuimus, errore in martyrologio frequenti, Caesareae Cappadociae martyrem Palaestinensem assignari. Hodie quoque emendandum est :*

**in Caesarea Palaestinae Procopii.**

*Die 8 iulii S. Procopii memoria a Graecis celebratur* [2].

20. QUARTI] *Nomine tam pervulgato quis martyr appelletur frustra requiras ubi nullum adest loci indicium. Aliis quidem diebus, 7 oct., n. 15, 5 nov., n. 36, nuntiatur : C a p u a e Q u a r t u s . Unde suborta est coniectura* [3] *hic etiam siglis notatum esse idem nomen, quod male legentes pro CAP intellexerunt C a p p a d o c i a e (n. 18). Acutius profecto quam certius.*

22. IN SICILIA] *Sancti nomen, tam leviter deformatum, ut illud nemo non facile agnoscat : P a n c r a t i, brevi post intervallo sequitur nomen urbis T a u r o m i n i. Pancratius, qui nobis iam occurrit diebus 3 et 5 aprilis, proprio die recolitur 8 iul., ad quem in kalendario Neapolitano annuntiatur :*

S(*ANCTI*) PANCRATII EP(*ISCOP*)I [4]

*Hunc graeca synaxaria postero die 9 iul. collocarunt. Theophanes ille Cerameus Tauromenii, ad martyris sepulcrum de S. Pancratio orationem habuit inter festum S. Procopii et festum S. Panteleemonis, itaque mense iulio :* ἡ δὲ σεβασμία χάρις Παγκρατίου τοῦ μεγάλου πατρὸς καθάπερ ἀπὸ συνθήματος ἡμᾶς ἐν τῇ ἁγίᾳ τούτου σορῷ συνηγάγετο συνεορτάσοντας μεθ' ἡμῶν, ὦ θεοσύλλεκτον ἄθροισμα, τὴν ἱερὰν πανήγυριν [5]. *Acta fabulosa S. Pancratii inter reiectanea relinquantur* [6]. *Ianuarius diaconus intra civitatem Messanensem basilicam fundaverat* in honore sanctorum Stephani et Pancrati et Eupli, *quam Gregorius papa episcopo Messanensi consecrandam mandat anno 591* [7]. *Utrum Pancratius iste martyr sit Tauromenitanus an Romanus alter qui die 12 maii recolitur, non constat.*

**in Sicilia Taurominio Pancratii.**

26. SEVERI] *Infra, n. 38 ; iul. 3, n. 41 ; 6, n. 8.*

27. CORNILIANI] *Solo nomine notus est C o r n i l i a n u s, forsitan confictus e v i a C o r n i l i a, iul. 10, n. 48.*

29. ALIORUM XL] *Al. a l i o r u m L X. Quem comitetur haec turma, frustra requiras. Notare tamen iuvat in Actis S. Bonosae, quae parum antiqua sunt, memorari milites L, qui die 8 iulii obierint :* qui ducti sunt foras portam civitatis et decollati sunt octavo idus iulii, accipientes in Domino victoriae palmas, quorum corpora sepulta sunt non longe a Portu Romano stadio uno [8].

33. IN NICEA] *Supra, n. 2. Quae sequuntur nomina fere ignota sunt, et nonnulla proximis diebus recensentur.*

34. ELADI] *Al. E l a d i i, ni fallor H e l l a d i, qui ceterum ignotus est.*

35. EMINI] *Al. E m m i. Neutra lectio sincera videtur, nec aliud esse nisi membrum vocis [T a u r o] m i n i, n. 25.*

36. SENATORIS] *Conferendum cum S t r a t o n i s, n. 42, 59, iul. 5, n, 11 : S t r a t o r i s.*

37. ALETHI] *Al. A l p h i. Lectio incerta. Cf. infra, n. 41 : E l e n t i.*

38. SEVERI] *Supra, n. 26.*

39. HONORATI] *In laterculis librorum nostrorum saepius occurrit, ita tamen ut homonymorum discretio plerumque nulla fieri possit.*

40. EUCOLLI] *Vix germana lectio.*

41. ELENTI] *Vocem e truncatis nominibus ELa d i et e p e r ENTI (n. 34, 14) coagulatam esse suspicor. Cf. supra, n. 37 : A l e t h i.*

42. STRATONI] *Infra, n. 59. Cf. 36 : S e n a t o r i s ; iul. 5, n. 11 : S t r a t o r i s.*

43. ARTEMI] *Cf. iul. 7, n. 19 : P a r t e m i.*

44. EUDOMINIS] *Iul. 7, n. 5 : E o d o m o n i.*

45. HELIAE] *Iul. 7, n. 6.*

46. NOVASI] *Cf. iul. 7, n. 21 : A n i m a s i ; n. 9 : A n o v i.*

47. ALOPI] *Al. A p o l i. Cum iis quae proxime antecedunt, a die 7 iul., n. 7 : A p p o l l i n i, huc delatum videtur.*

48. PIUS] *Al. P i i s, in altera tantum recensione. Quod additur, n. 49-51 : c u m a l i i s X V I I I I, memoriam diei 7, n. 22 : P r i v i d i, al. P y v i d i i c u m a l i i s X V I I I (V I I) in mentem revocat.*

51. ALIIS XVIIII] *Iul. 7, n. 13, 25 : a l i o r u m X V I I I.*

53. HERACLEA] *Supra, n. 5 : E r a c l i. Adde n. 58 : P a r e n t i = P e r i n t h i, et n. 57 : G l i t e r i a e = G l y c e r i a e.*

54. IOHANNIS] *Adiungatur n. 56 : T h e o l o c i = t h e o l o g i, cognomen S. I o h a n n i s evangelistae apud Graecos, quod mireris in*

[1] *Origines du culte des martyrs*, p. 281-82 ; *Saints de Thrace et de Mésie*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 249-52. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 805. — [3] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 192. — [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [5] *BHG*[2]. 1412. — [6] *BHG*[2] 1410. — [7] *Registr.*, II, 9, EWALD, t. I, p. 107. — [8] *BHL.* 1425, n. 7.

*hisce*

*hisce libris receptum esse. Hodiernae S. Iohannis commemorationis originem ad diem 25 maii, n. 45, exponere tentavimus. Igitur nulla ratione componenda est cum ea quae Constantinopoli celebrabatur die 10 iul. : ἡ σύναξις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου ἐν τοῖς Βεάτου* [1].

*55.* APRIANTI] *Supra, n. 14: Eperenti = Perinthi.*

*56.* THEOLOGI] *Id est theologi. Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, n. 54.*

*57.* GLITERIAE] *Id est Glyceriae. Supra, n. 15; cf. n. 5.*

*58.* PARENTI] *Supra, n. 14: Eperenti, id est Perinthi.*

*59.* STRATONIS] *Supra, n. 42.*

*62.* AGRESTI] *Nudum nomen.*

*63.* PRIMOLI] *Idem Primolus vel homonymus nuntiatur april. 22, n. 44; maii 9, n. 36; 11, n. 16; 19, n. 65; 21, n. 15; 29, n. 55.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.: Fradi = Eracli, n. 5.*

*Cod. Rich.: Citracii = Sustrati seu Sostrati, n. 3.*

*Chiliani, Colmani, Dotmani. Edita est Passio SS. Kiliani et sociorum* [2].

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 812. — [2] *BHL.* 4660. De sociis S. Kiliani Colmanno et Totmanno, Levison, in *M.G.*, Script. rer. merov. t. V, p. 712.

---

# VII ID. IUL.

**I** | **II**

| **Mediolano Moechi. et**

**in Thomis natale Zenonis Minniae**

**et in Mediolano Meci** |

**Vitalis Rufinae Evangeli Uris Aunitis Cyrilli episcopi igne traditi. in Sicilia Feliciani. Romae ad guttam iugiter manentem natale virginum Florianae Faustinae Anatholiae Felicitatis cum presbyteris VII Felicis Philippi Marcialis**

| **Vitalis**

**Alexandri**

**et aliorum trium** | **cum aliis VI et Fraterni episcopi.**

*Var lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. monachi W | 6. *om* BW; *add.* scōrū BW | 7. zenoni BW | 8. minmę B; minę W | 11. mediōl E | 14. rofinae W | 16. *om.* E¹; *add.* E²; urisi BW | 17. agni/tis B; agnitis W | 20-21. *om.* E | 20. igni BW | 25. rom̄ EW | 26-29. *om.* EW; ad guttā iugīt manentē B | 31. virgi B | 32. floriani BW | 33. faustini W | 34. anatolię B | 37. pr̄b E; prbt̄ B; pr̄bis W | 38. VI W | 40. philipi E; phylippi W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Thomis nat. Senonis Minimae et in Mediono Moeci. — Rich.: In Thomis Zenonis et in Mediolanio Mo///cci Vitalis in Sicilia Feliciani Rome Floriani Faustini Anatholii Felicitatis. — Florus: Romae ad guttam iugiter manantem sancti Zenonis et aliorum decem milium ducentorum et trium.

## IUL. 9

*1.* MEDIOLANO] *Infra, n. 11. Memoria Moechi, al. Moeci, lege Moci, quae a die XVII kal. ad VII id. transcripta est, ad diem 16 iul. perpendetur.*

*5.* IN THOMIS] *Prout notatum fuit ad diem 9 maii, n. 1, nomina Zenonis (n. 7) et Cyrilli (n. 18) coniungenda sunt, ut scribatur:*

**in Tomis Zenonis et Cyrilli episcopi igne traditi.**

*Videtur quidem mentio hodierna e die 9 maii repetita fuisse, fallente numeri similitudine: VII id. maii, VII id. iul. Attamen notandum est non idem nomen urbis utrobique signatum esse, hic: in Thomis, mense maio: Axiopoli. Itaque non improbabile est hodierno laterculo nuntiari festum quod Tomis, in alia Moesiae urbe, celebrari solitum fuerit. Acta S. Cyrilli* [1] *adulterata sunt, et qui martyr erat Moesiacus, Aegyptius factus est* [2]. *In quibusdam vero synaxariis, ad diem 9 iulii, inscripta est memoria: Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης μητροπολίτου Γορτύνης* [3]. *Quod episcopus Gortynae huc inducitur, errore factum est synaxaristae, qui Moesiae martyrem*

[1] *BHL.* 2069-2070. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 61-62. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 807.

*hodie*

*hodie commemoratum non agnovit. Cretensis illius episcopi festum proprium annuntiatur in synaxariis diebus 5 septembris et iunii 14* [1]. *Cyrillum hunce nostrum die 12 maii repperimus in breviario Syriaco cum sodalibus sex. Hi martyres probabiliter iidem non sunt qui, uno excepto Zenone, hodie nominantur; ex iis enim nonnulli ad alias turmas annumerandi sunt. Die 1 aug., n. 35, in codicibus nostris denuo legetur:* in Tomis Cyrilli. *Romani martyrologii concinnatores formula usi sunt qua ex utroque Cyrillo, Moesiaco et Cretensi, persona bifrons efficitur:* Gortynae in Creta sancti Cyrilli episcopi, qui in persecutione Decii, *cet. Ad haec Baronius: « De eo Usuardus et alii, Graeci etiam in menologio hoc die ». Sed ab eius modi errore absolvendus certe Usuardus, qui tantum scripserat:* Beati Cyrilli episcopi, qui flammis iniectus, *cet.*

8. MINNIAE] *Cf. iul. 8, n. 35: Emini.*

12. MECI] *Supra, n. 2: Moechi.*

13. VITALIS] *Martyr Romae, iul. 10, n. 38.*

14. RUFINAE] *Cum Secunda, quae hodie desideratur, iul. 10, n. 13. Hodie, kalendarium lapideum Neapolitanum:*

PAS(*SIO*) RVFINE ET SEC(*VNDE*) [2]

15. EVANGELI] *In synaxariis, die 7 iul., Graeci memoriam inscribunt τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Εὐσταθίου, Πολυκάρπου καὶ Εὐαγγέλου, quorum synaxis agebatur ἐν Σιβωνίᾳ* [3]. *Nullum additur elogium. Quod in menaeis profertur: Εὐάγγελος ξίφει τελειοῦται, formula est compluribus martyribus communis.*

16. URIS] *Al. Urisi. Lectio corrupta et desperata.*

17. AUNITIS] *Al. Agnitis. Die 5 iul. in synaxariis nuntiatur festum τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἁγνῆς* [4], *addito elogio quod gesta Agnetis Romanae (ian. 21, n. 3) aliquatenus refert.*

18. CYRILLI] *Cf. supra, ad n. 5.*

23. IN SICILIA] *In toto huius diei laterculo martyr Siculus frustra quaeritur. Ab 8 iul., n. 22, nomen regionis vacuum ad hunc diem transiit.*

24. FELICIANI] *Lege Felicitatis, ut n. 35.*

25. ROMAE] *In martyrologiis historicis inde a Floro ad Romanum usque, haec habentur:* Romae, ad Guttam iugiter manantem, sancti Zenonis et aliorum decem millium ducentorum et trium. *Zenon quidem non Romae martyr fuit, neque fidem sibi faciunt documenta quae Floro patrocinari videntur* [5]. *Ingens autem agmen quod secum ducit constat decies mille CCIII martyribus qui in Passionem S. Christophori inducuntur: τούτων δὲ οὕτως ἀναλωθέντων ἐνάτῃ τοῦ μηνὸς ἰουλίου, ἡμέρᾳ κυριακῇ, ἐμαρτύρησαν τῷ λόγῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος μύριοι διακόσιοι τρεῖς* [6]. *Ceterum qui martyres recolantur* ad Guttam iugiter manantem, *nescimus; ipse locus in quibus finibus quaerendus sit minime constat. Ad eum documenta qualia prostant referre videntur natale virginum Florianae, Faustinae (n. 30-33). Sed quae sunt Floriana et Faustina virgines?*

34. ANATHOLIAE] *Communem Anatolia cum Victoria commemorationem habet die 10 iul., n. 20, 21. Ex crastina illa videtur anticipata fuisse mentio hodierna, in qua casu quodam interciderit nomen Victoriae. Neque ullo probabili argumento suadetur unam hodie cras alteram recoli Anatoliam. In quibusdam exemplis Passionis Anatoliae haec leguntur:* Percussa est autem virgo sanctissima Anatholia die septimo iduum iuliarum; deposita autem sexto idus eiusdem [7]. *Sed haec nullo negotio excogitare potuit hagiographus, qui die ante festum SS. Victoriae et Anatoliae, solam Victoriam in martyrologio commemoratam legerat.*

35. FELICITATIS] *Addunt codices nostri: cum presbyteris VII. Male; nam gesta sequentes, cum filiis vel cum fratribus seu germanis VII addere debebant* [8]. *Quae ex die 10 iulii anticipata sunt. Utriusque stirpis exempla nomina quattuor proferunt:*

*39. Felicis*
*40. Philippi*
*41. Marcialis*
*43. Alexandri*

*hisque subditur: et aliorum trium, quod verum est. Sed in codicibus secundae stirpis, ubi quintus additus est Vitalis (n. 42), scribendum erat: cum aliis duobus.*

**Romae Felicitatis cum fratribus septem Felicis, Philippi, Marcialis, Vitalis, Alexandri et aliorum II.**

51. FRATERNI] *Non is est Fraternus episcopus Augustodunensis, cuius natalis habetur die 29 septembris. Superest ut eligatur alteruter e duobus Fraternis, qui in serie episcoporum Lingonensium, saec. V, ordine successionis proxime coniuncti sunt* [9], *si tamen certo constat de verbis: Fraterni episcopi. Sed subdubitari potest num fratres illi, Felicitatis filii, in alias aliasque formas sensim mutati, Fraterni tandem similitudine quadam oculos deceperint.*

[1] Ibid., pp. 17, 750. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 806. — [4] Ibid., p. 799. — [5] Cf. *Act. SS.*, Iul. t. II, p. 687-89. — [6] *BHG*². 309, USENER, p. 72-73. — [7] P. PASCHINI, *La Passio delle martire Sabine Vittoria ed Anatolia* (Roma, 1919), p. 60. — [8] *BHL*. 2853. — [9] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 186.

# VI ID. IUL.

I

**Romae natale sanctorum VII Germanorum id est Philipi Felicis Maximi Silani Ianuari Rufinae Secundae et filiorum eius Felicitatis Safini Anatholiae Victoriae.**

II

**Romae in cimiterio Priscillae via Salaria natale sanctorum septem germanorum id est Felicis Philippi. in cimiterio Vitalis Marcialis Maximi sancti Silani Praetextati. via Appia sancti Ianuarii. via Cornilia miliario VIIII Rufinae Secundae filiorum eius Felicitatis. in Savinis Anatoliae Victorii.**

**in civitate Thomis Marciani Domni Diomedi Iohannis Sisinni Aureliani Emiliani et aliorum numero XXXVIIII. in Alexandria Leonti Maurici Melliti**

**Helici | Acellei Danaeli**

**Orioni Antonini Zasomi Eustasi**

**Octavi Aniceti Theodori Crisi Candedi Gorgoni Archelei Cyrini Eofrodisi Galani Autici Azeri Athenei Gagi Sisione Auxenti Valentini Drodoti Faustasi Aureli Gorgodiani Cyrioni Corroli Nostini Sisinni Castrici et Apolloni.**

**in Antiochia Maximi Rodigi Veroniae Domninae Maximae Dioginis Machari Timothei Zacchei Isuci. in Affrica sanctorum Ianuariae Marini Naboris et Felicis decollatorum quorum gesta habentur corpora vero eorum mulier quaedam relegiosa postea transtulit Mediolano. et Primitigani via Praenestina miliario XII. in Armenia minore civitate Nicopoli Milionis Decomedis Anthoni**

**| Aniceti**

**Theoli Cessi Gagiani Clirici item Sisannae Negdani Theoti Cirilli.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm E | 22. rom W | 23-24. *om.* W | 25. *add.* et W | 26-27. *om.* W | 32-33. *supra lin.* B² | 35. phylippi W | 36-39. *om.* W | 42. silvani W | 44-45. et W | 48-49. et W | 51. IIII W | 59. anatholię W | 60. victuriae W | 61. *om.* E | 66. tromedi BW | 68. sesini BW | 69. auriliani W | 73. *om.* E | 74. XXXVI W | 76. alāx E ; alexandr̄ B | 82. danęli B ; daneli W | 83. corioni BW | 85. gazoni B ; zesoni W | 86. custari E | 87-88. octaviani citi W | 89. theudori W | 90. chrysi W | 93. archelai W | 95. eufrodisi W | 99. atthenei W | 104. droditi W | 107. corgodiani W | 109. curroli W | 111. sesinnae W | 116. antioč E ; antiocia W | 119. vironicię B ; vironici W | 120. domnini B | 122. diogenis BW | 124. thimothei W | 125. zachei BW | 126. ysici BW | 128. aff̄ E ; africa B ; afreca W | 129. *om.* E | 130. ianuari B ; ianuarii W | 131. marinę W | 135-147. *om.* EW | 135. decollarū B¹ | 149-150. in primigano ganivi B | 149-151. *om.* W | 151. penistri E ; praenestiva B ; *add.* alibi W | 152. milia EW | 155. armēn E ; arminia BW | 156. *om.* W | 160. diomedis BW | 161. antoni BW | 162. aniciti W | 163. theodoli B ; the doli W | 166. clicirii B | 167. et B ; *om.* W | 168. sisinni B ; sisinnę W | 169. necdoni B ; negdoni W | 170. theodoti BW | 171. cyrilli BW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. VII fratrum id est Felicis Pilipphis et in cimiterio Iordanorum Vitalis Marcilis et in Thomis civitate Marciani Domni Diomedis Iohannis Sisini et aliorum XXXVIII. — Mon. : et aliorum XXXVIII. — Rich. : Rome natale septem fratrum id est Felicis Philippi Vitalis Martialis Alexandri Silani Ianuarii in Alexandria Leontii Marci.

## IUL. 10

1. ROMAE] *Depositio martyrum :* VI idus Felicis et Philippi in Priscillae et in Iordanorum Martialis Vitalis Alexandri et in Maximi Silani ; hunc Silanum martirem Novati furati sunt et in Praetextati Ianuari. *Sacramentarium Leonianum :* VI iduum iuliarum. Natale sanctorum martyrum Felicis Philippi in cymiterio Priscillae Vitalis et Martialis et Alexandri in cymiterio Ior(dano)rum et Silani in cymiterio Maximi via Salaria et Ianuarii in cymiterio Praetextatae via Appia [1].

[1] Feltoe, p. 50.

*Sacramentarium*

*Sacramentarium Gregorianum:* VI id. iulias id est X die mensis natale septem fratrum [1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* VI id. iulias natale VII fratrum [2]. *Itinerarium Salisburgense:* Deinde venies ad S. Felicitatem altera via quae similiter Salaria dicitur, ubi illa pausat in ecclesia sursum et Bonifacius papa et martyr in altero loco et filii (*l.* filius) eius sub terra deorsum... et longe in interiore spelunca Alexander martyr requiescit. Postea ascendens eadem via ad S. Silvestri ecclesiam ibi multitudo sanctorum pausat... Philippus et Felix et multitudo sanctorum sub altare maiore. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam Salariam ecclesia est S. Felicitatis ubi ipsa iacet corpore, ibi et Sillanus filius eius unus de VII est sepultus ..... propeque ibi S. Alexander et S. Vitalis sanctusque Martialis qui sunt tres de septem filiis Felicitatis cum multis martyribus iacent... Iuxta eandem viam Salariam S. Silvester requiescit et alii quam plurimi ... S. Felicis unus de septem, S. Philippus unus de septem [3]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Deinde basilica S. Felicitatis ubi requiescit illa et Silanus filius eius... et in altera basilica S. Alexander, Vitalis, Martialis filii S. Felicitatis... Deinde basilica S. Silvestri ubi iacet marmoreo tumulo coopertus et martyres Caelestinus, Philipus et Felix. *Topographia Einsiedlensis:* In via Salaria extra civitatem... in dextera S. Felicitatis cum septem filiis [4]. *Indices oleorum quae collegit Iohannes abbas. Pittacia:* Ex oleo S. Vitalis, S. Alexander, S. Martialis... S. Felicis, S. Filippi... S. Felicitas cum... *Index:* S. Vitalis, S. Alexandri, S. Martialis,... S. Felicis, S. Filippi... S. Felicitatis cum septem filios suos [5]. *S. Ianuarius ab iisdem, via Appia, inter sanctos coemeterii Praetextati numeratur; in Epitome de Locis sanctorum his verbis:* Iuxta eandem viam quoque ecclesia est multorum sanctorum, id est Ianuarii qui fuit de septem filiis Felicitatis maior natu [6].

*De S. Felicitate hagiographus aliquis fabulam texuit, in qua ceu filios huius sanctae inducit martyres septem, eodem die passos, sed qui in variis coemeteriis quiescunt* [7] *et nulla inter se necessitudine aut societate colliguntur* [8]. *Sancta Felicitas propriam sollemnitatem habet die 23 novembris. E sanctis qui die 10 iulii recoluntur, unus Silanus n. 11, 42 cum sancta Felicitate id commune habet, quod in eodem coemeterio depositus fuit; ceteri nihil prorsus. Monumenta omnia, quotquot septem illos germanos memorant, ab ementita illa Passione promanant. In ista quidem, haec partitio nominum servata est ut martyres qui in unoquoque coemeterio quiescunt, simul passi narrentur. Primus occiditur Ianuarius, deinde Silvanus (lege: Silanus); succedunt Alexander, Vitalis, Martialis. Silet tamen Passio de coemeteriis. Perspiciuntur itaque in hodierno laterculo quasi geminae strues quarum altera eaque antiquior e kalendariis sumpta est, altera ex Passione. Reicienda sunt utpote adventicia quaecumque in hanc narrationem refunduntur, nempe verba 2-5, 28-31:* natale sanctorum septem germanorum, *et (n. 16-18, 54-56):* filiorum eius Felicitatis, *quae legenda sunt:* Felicitatis <et> filiorum eius. *In nominum catalogo intermissione et confusione peccatum est. Namque* Martialis *et* Vitalis *desunt in prima recensione;* Alexander *utrobique; contra* Maximus, *qui coemeterio nomen suum dedit, in ordinem sanctorum irrepsit. Age vero, si ambae recensiones inter se comparentur et cum documentis modo allatis conferantur, satis probabiliter restitui potest hodierni laterculi pars in qua Romani martyres annuntiantur. Hanc statim accipe, opportunam deinde enarrationem ad singula nomina accepturam:*

**Romae in cimiterio Priscillae via Salaria Felicis Philippi.**

**in cimiterio <Iordanorum> Vitalis, Martialis, Alexandri.**

**<in cimiterio> Maximi Silani.**

**<in cimiterio> Praetextati via Appia Ianuarii.**

8. PHILIPI] *De sepulcro martyrum* Felicis *et* Philippi, *constat situm id fuisse in coemeterio Priscillae, uti superius dictum est. Huic metricum elogium inscripsit Damasus papa:*

QVI NATVM PASSVMQVE DEVM REPETISSE PATERNAS
SEDES ATQVE ITERVM VENTVRVM EX AETHERE CREDIT
IVDICET VT VIVOS REDIENS PARITERQVE SEPVLTOS
MARTYRIBVS SANCTIS PATEAT QVOD REGIA CAELI
RESPICIT INTERIOR SEQVITVR SI PRAEMIA CHRISTI
CVLTORES DOMINI FELIX PARITERQVE PHILIPPVS
HINC VIRTVTE PARES CONTEMPTO PRINCIPE MVNDI
AETERNAM PETIERE DOMVM REGNAQVE PIORVM
SANGVINE QVOD PROPRIO CHRISTI MERVERE CORONAS
HIS DAMASVS SVPPLEX VOLVIT SVA REDDERE VOTA

*In sylloge Virodunensi huic versiculorum decuriae lemma praemissum est:* Epitaphium sanctorum Felicis et Philyppi martyrum [9]. *Fuerunt qui negarent quinque priores versus ad epitaphium*

[1] WILSON, p. 90. — [2] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 151. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [4] Ibid., p. 177. — [5] Ibid., p. 176. — [6] Ibid., p. 180-81. — [7] *BHL.* 2853. — [8] J. FÜHRER, *Ein Beitrag zur Lösung der Felicitasfrage*, Freising, 1890; K. KÜNSTLE, *Hagiographische Studien über die Passio Felicitatis*, Paderborn, 1894; FÜHRER, *Zur Felicitasfrage*, Leipzig, 1894. Cf. *Anal. Boll.*, t. X, p. 63; t. XIII, pp. 295, 404. — [9] DE ROSSI, *Bullettino*, 1880, p. 44; *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, pp. 62, 138.

*pertinere*

*pertinere et a Damaso conditos fuisse* [1]. *Hanc opinionem certis rationibus redarguit L. Duchesne* [2].

*10.* MAXIMI] *Infra, n. 40. Nomen hoc est conditoris coemeterii, ubi depositus fuit martyr Silanus. Alter Maximus, n. 117.*

*11.* SILANI] *Surreptum fuisse a Novatianis corpus S. Silani memoravit Depositio martyrum. Nihilo tamen setius de Bonifatio papa (418-422) perspicuum testimonium exstat quod fecerit* oratorium in cymiterio sanctae Felicitatis, iuxta corpus eius, et ornavit sepulchrum sanctae martyris Felicitatis et sancti Silvani [3]. *Res sic explicata fuit: Innocentius p. (401-417) complures ecclesias et conventicula Romae a Novatianis occupata recuperavit* [4]. *Itaque fieri potuit ut hac opportunitate S. Silanus in pristinum locum restitueretur* [5]. *Hadrianus p. (772-795)* cymiterium .. sanctae Felicitatis via Salaria, una cum ecclesiis sancti Silani martyris et sancti Bonifacii confessoris atque pontificis, uno cohaerentes solo, mirae restauravit magnitudinis [6].

*12.* IANUARI] *Infra, n. 47. In coemeterio Praetextati, ubi iacebat S. Ianuarius* [7], *repertus est titulus:*

BEATISSIMO MARTYRI
IANVARIO
DAMASVS EPISCOPVS
FECIT [8].

*13.* RUFINAE] *In prima recensione sola nomina exstant sanctarum Rufinae et Secundae. In alterius recensionis codicibus, n. 48-53, indicatur et locus sepulturae. Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta eandem quoque viam [Corneliam] S. Rufina, S. Secunda, S. Maria, S. Marius, S. Ambacu, S. Audafax et alii quam plurimi sancti iacent [9]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* In eadem via ecclesia altera in qua requiescunt sanctae virgines Rufina et Secunda [10]. *Kalendario marmoreo Neapolitano inscriptae sunt die 9 iul.:*

PAS(*SIO*) RVFINE ET SEC(*VNDE*) [11]

*Passio SS. Rufinae et Secundae:* Tunc Archesilaus eas duci iussit in Silvam in via Cornelia ab urbe Roma miliario decimo in fundo qui dicitur Buxo et illic unam caedi capite aliamque percuti et sic earum inhumata corpora derelinqui... Exsurgens autem Plautilla pervenit ad locum et inveniens sanctarum virginum corpora et credidit et fabricavit sepulcrum virginum Christi... Passae sunt autem sub die V (*al.* VI) iduum iuliarum [12]. *Hadrianus papa (772-795)* basilicam sanctae Rufinae et Secundae, quae ponitur in episcopio Silvae Candidae, quae ab olitana vetustate marcuerat, una cum baptisterio summo studio renovavit [13]. *Eam Leo p. IV (847-855) muneribus ditavit* [14]. *Saeculo V huic regioni suus erat episcopus. In synodo anni 501 aderat* episcopus Silvae Candidae; *deinde is* episcopus Sanctae Rufinae *appellari coeptus est* [15]. *Quoto miliario situs fuerit, VIIIIº an Xº, disputari potest* [16]. *Itaque, numero quadantenus incerto, scribere licet:*

**Via Cornelia miliario VIIII Rufinae <et> Secundae.**

*16.* FILIORUM] *Non Secundae, sed Felicitatis, n. 18, filii sunt. Supra, ad n. 1. Interpolata sunt haec:*

**Felicitatis <et> filiorum eius.**

*19.* SAFINI] *Infra, n. 58, recte: in Savinis. Iam notavimus die 9 iulii, n. 34, solam nominari Anatoliam; sola Victoria, n. 21, occurrit in laterculo 19 dec. n. 16, 35, 50. Hodie ambae memorantur neque sine causa, nam reapse coniungendae videntur. Altera alteri proxime astat in opere musivo Sancti Martini in Caelo Aureo Ravennae* [17]. *Veteres quoque hagiographi eas semper comparatas inducunt in narrationes* [18], *quorum testis antiquissimus nobis est Aldhelmus* [19]. *Victricius contra inter sanctas thaumaturgas unam Anatoliam recenset neque Victoriae meminit* [20]. *Quicquid id est, parum probabile est Anatoliam in nostro martyrologio seorsim commemoratam fuisse* [21]. *Mentio hodierna, in qua ambae martyres nominantur, in eodem biduo geminata fuit, sive ad diem nonum anticipata est ex decimo, sive ad diem decimum ex nono repetita: hoc enim incertum est. Collatis igitur ambobus elogiis scribendum est:*

**in Savinis natale virginum Anatoliae Victoriae.**

*Ad diem decembris 19 memoriolae aliquot colligentur quae ad cultum S. Victoriae pertineant. Anatoliae autem celebritate per multa saecula gloriata est eius basilica in civitate Tarana, loco dicto fundus Feclinulae. Inde postea corpus eius Sublaqueum translatum fuit. Quam late cultus eius increbruerit in agro Sabino demonstrant tot nomina locorum quae ex eius nomine ducta sunt:* campus sanctae Anatoliae; campus sanctae Anatoliae in Massa Capitanea; curtis ubi est ecclesia sanctae Anatholiae; ecclesia sanctae Anatholiae in Buriano; sancta Anatholia in Beruniano; capella sanctae Anatholiae [22].

[1] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 91 et n. 47. — [2] *Mélanges Boissier* (Paris, 1903), p. 169-172; *Origines du culte des martyrs*, p. 313. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 227. — [4] SOCRATES, *Hist. eccl.*, VII, 9. — [5] DUCHESNE, t. c., p. 229. — [6] DUCHESNE, t. c., p. 509. Cf. p. 521. — [7] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180-181. — [8] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 22. Cf. DE ROSSI, *Bullettino*, 1863, p. 17-22; 1872, p. 72-80. — [9] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182.— [10] Ibid., p.183. — [11] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [12] *BHL.* 7359, n. 10.— [13] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 508.— [14] Ibid., t. II, p. 122. — [15] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 506-507; J. P. KIRSCH, in *Miscellanea Fr. Ehrle*, t. II, p. 94-96. — [16] Passio *BHL.* 7339: *miliario X.* Cf. TOMASSETTI, *La campagna Romana*, t. II, p. 487-88; STEVENSON, ap. KRAUS, *Real-Encyklopädie der christlichen Alterthümer*, t. II, p. 128. — [17] *C.I.L.* XI. 281. — [18] *BHL.* 417-420, 8391. — [19] *De virginitate*, Prosa, 52; Carm., 2350-2455. — [20] *De laude sanctorum*, XI. *P.L.*, t. XX, p. 453. — [21] De utraque martyre cf. P. PASCHINI, *La Passio delle martire Sabine Vittoria ed Anatolia*, Roma, 1919; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 347-50. — [22] I. SCHUSTER,

*37.*

37. IN CIMITERIO] *Supple: cimiterio <Iordanorum>. Supra, ad n. 1.*
40. MAXIMI] *Supple: <in cimiterio> Maximi. Supra, n. 10.*
42. SILANI] *Supra, n. 11.*
43. PRAETEXTATI] *Supple: <in cimiterio> Praetextati. Supra, ad n. 1.*
49. VIA CORNILIA] *Supra, ad n. 13.*
50. MILIARIO VIIII] *Forsitan legendum miliario X. Supra, ad n. 13.*
60. VICTORII] *Lege: Victoriae, n. 21.*
63. THOMIS] *Breviarium Syriacum:* ἐν Τόμει τῇ πόλει Μαρκιανὸς καὶ ἕτεροι τεσσαράκοντα ἑπτά *Hos iam die 5 iunii obviam habuimus, n 3. Si autem ad hunc numerum:* et aliorum XXXVIIII (*al.* XXXVI, *n 74*) *accedunt nomina sex quae Marcianum proxime sequuntur, turma sociorum efficitur numero XLII vel XLV. Attamen hisce nominibus sex Tomitanos martyres appellari minime constat; quin immo Sisinnius, n. 68, probabilius videtur pertinere ad Nicopoleos catervam, de qua inferius, n. 155. Ceterum in hodierno laterculo nominum undique collectorum satura oculos offendit, in qua vix aliquod rerum hominumque discrimen tentari potest. Quot igitur in martyrologio Marcianus socios habuisse dictus sit, in medio relinquendum est. Nos Syriacum breviarium, ut in re incerta, sequimur, etsi neminem fugit clausulam: et aliorum XXXVIIII ad Nicopolitanos quoque martyres referri posse (vid. infra, n. 155).*

**in civitate Tomis Marciani et aliorum XLVII.**

65. DOMNI] *Iul. 11, n. 39. Plurima hodierni laterculi nomina in crastino iterantur cum variis locorum indiciis. Lege annotata ad n. 155.*
66. DIOMEDI] *Iul. 11, n. 50; infra, n. 160: Decomedis.*
67. IOHANNIS] *Iul. 11, n. 54. Cf. n. 155.*
68. SISINNI] *Iul. 11, n. 55; infra, n. 111; n. 168: Sisannae. Martyr est Nicopolitanus (infra, n. 155) non Anauniensis ille qui colitur maii 29, n. 61, ut opinabatur F. Savio* [1].
69. AURELIANI] *Iul. 11, n. 80: Aureli. Cf. n. 106 et 70.*
70. EMILIANI] *Iul 11, n 58. Num Aemilianus ille, Durostori passus, qui colitur iul. 18, n. 34? Notari velim Emiliani cum Aureliani (n. 69) tot habere elementa communia, ut merito dubites unusne an duo martyres designentur.*
76. IN ALEXANDRIA] *Nullum suppetit indicium quo Alexandrinos martyres ab aliis discernamus. Alexandrini non sunt Leontius nec Mauricius (n. 77, 78). Maxime usitatum est apud Aegyptios Orion, n. 83* [2]. *Cetera mittimus.*
77. LEONTI] *Martyres Nicopolitani sunt Leontius et Mauricius. Infra, ad n. 155, et iul. 11, n. 37, 38.*
79. MELLITI] *Plane ignotus. Conferri placet Militonis, iul. 11, n. 40, et Milionis, infra, n. 159. Lege annotata ad n. 155.*
80. HELICI] *Lectio dubia. Cognata quadantenus sunt nomina Clirici, n. 166, Cirici, iul. 11, n. 51; Glerici, ibid., n. 71.*
81. ACELLEI] *Iul. 11, n. 47: Achellei.*
82. DANAELI] *Iul. 11, n. 48: Danihel, martyr Nicopolitanus,* Δανιήλ. *Infra ad n. 155.*
83. ORIONI] *Nomen Aegyptium. Superius, ad n. 76.*
84. ANTONINI] *Infra, n. 161, et iul. 11, n. 52: Anthoni. Martyr Nicopolitanus. Cf. n. 155, et ea quae notata sunt ad n. 99: Athenei.*
85. ZASOMI] *Legendum censeo Iasoni, ut 11 iul., n. 53.*
86. EUSTASI] *Iul. 11, n. 56: Eustasiae.*
87. OCTAVI] *Iul. 11, n. 57.*
88. ANICETI] *Iterum n. 162 et iul. 11, n. 60. Martyr Nicopolitanus. Cf. n. 155.*
89. THEODORI] *Iul. 11, n. 61: Theodoli. Hodie, n. 163: Theoli; 170: Theoti.*
90. CRISI] *Iul. 11, n. 62, et infra, n. 164: Cessi.*
91. CANDEDI] *Iul. 11, n. 63.*
92. GORGONI] *Iul. 11, n. 64.*
93. ARCHELEI] *Iul. 11, n. 65: Arcelei; n. 67: Archelai.*
94. CYRINI] *Iul. 11, n. 68: Cirini.*
95. EOFRODISI] *Iul. 11, n. 69: Aprodisi. Legatur Afrodisia, et adducantur nomina Drodoti, n. 104, et Gorgodiani, n. 107. Nullo quippe negotio agnoscuntur Afrodisienses, quorum certamen narrat* Passio sanctorum martyrum Diodoriti et Rodopiani, *de quibus ad diem 30 aprilis et 5 iulii. Quam ob causam hodie rursum commemorentur, ignoramus. Lectiones vitiosae facile sanantur:*

**Afrodisia Diodori et Rodopiani.**

96. GALANI] *In laterculo diei 11 iul., n. 70, Gogiani eum locum tenet qui Galani est in hoc nostro. Gogiani autem pro Gagiani esse videtur, infra, n. 165.*
97. AUTICI] *Ni fallor, idem qui Eutici iul. 11, n. 86, 103.*
98. AZERI] *Scriptura vitiosa, insanabilis.*
99. ATHENEI] *In serie nominum diei 11 iul., respondet Antoni; hodie, n. 161: Anthoni; n. 84: Antonini, ex martyribus Nicopolitanis.*
100. GAGI] *Iul. 11, n. 73. Cf. superius, n. 96.*
101. SISIONE] *Forsitan loco Sisinni, superius, n. 68.*
102. AUXENTI] *Iul. 11, n. 74.*
103. VALENTINI] *Iul. 11, n. 75.*
104. DRODOTI] *Iul. 11, n. 78: Teudoti, reapse Diodori. Cf. quae notata sunt ad n. 95.*
105. FAUSTASI] *Iul. 11, n. 79.*
106. AURELI] *Iul. 11, n. 80. Supra, n. 69: Aureliani.*
107. GORGODIANI] *Iul. 11, n. 81: Gordiani. Lege Rodopiani. Cf. annotata ad n. 95.*
108. CYRIONI] *Iul. 11, n. 82.*
109. CORROLI] *Iul. 11, n. 83: Cirilli. Item infra, n. 171.*

*Note d'antica agiografia Sabina*, IV, in *Bollettino diocesano ufficiale per le diocesi di Sabina*, 1917, p. 163-67. — [1] *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 828. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 217.

*110.* NOSTINI] *Vix proba lectio.*

*111.* SISINNI] *Supra, n. 68.*

*112.* CASTRICI] *Iul. 11, n. 84.*

*114.* APOLLONI] *In synaxariis Graecorum hodie nuntiatur Apollonius,* ἐκ τῆς πόλεως Σάρδεων τῆς ἐν Λυδίᾳ, *Iconii passus* [1].

*116.* IN ANTIOCHIA] *Uno agmine colliguntur martyres Antiocheni qui singuli propriam habent commemorationem in hisce fastis. Iam 26 mart., 7, 8 april., similes, ieiuniores tamen catalogos obviam habuimus. Nomina quaedam levi emendatione indigent: Rodigi, n. 118, melius die 11 iul., n. 92: Prodociae, lege Prosdocae. Isuci, n. 126, est pro Hesychio.*

| | |
|---|---|
| *117. Maximi* | *april. 7, n. 6: Maximae.* |
| *118. Rodigi* | *april. 14, n. 33 = Prosdocae.* |
| *119. Veroniae* | *april. 14, n. 34 = Veronicae.* |
| *120. Domninae* | *april. 14, n. 35.* |
| *121. Maximae* | *= Maximi, n. 117.* |
| *122. Dioginis* | *april. 15, n. 17.* |
| *123. Machari* | *april. 7, n. 5: Machariae.* |
| *124. Timothei* | *april. 7, n. 3.* |
| *125. Zacchei* | *oct. 3 (brev. Syriac.)* |
| *126. Isuci* | *maii 30, n. 2: Sici = Hesychi.* |

**in Antiochia Maximi, Prosdocae, Veronicae, Domninae, Macharii, Timothei, Zacchaei, Hesychii.**

*Nescio an iisdem consociandus sit Clirici, (n. 166), al. Clicirii, ni fallor pro Glicerii, quod Antiocheni martyris nomen est (ian. 14, n. 3). Item Pelagi, al. Pelagiae, celeberrimae martyris eiusdem ecclesiae, quae 8 oct. colitur, si vera est coniectura, eius nomen ab hodierno laterculo ad crastinum (n. 13) transiisse.*

*125.* ZACCHEI] *Zacchaei martyris Antiocheni memoria habetur in breviario Syriaco ad diem 3 oct.:* ἐν Ἀντιοχείᾳ Ζαχαῖ(ος). *De eius gestis nihil scriptum reliquit antiquitas. Antiochiae erat ecclesia ipsi dedicata, de qua Alexander episcopus Hierapolitanus in epistula ad Theodoretum:* In Antiochia vero non unus nec duo nec decem tantum de Hierapolitanis affuerunt in ecclesia, inter quos erat et dominus meus Deo amicissimus presbyter Maranas, quando et Macedonius in maiore ebdomade in cymiterio et Antonius Chalcidis episcopus in ecclesia sancti Zachaei aperte deopassianam haeresim praedicaverunt [2]. *Eiusdem martyris nomen referre videtur titulus:* (ὑπὲρ) εὐχῆς τοῦ ἁγίου Ζαχέου *in Syria incerto loco repertus* [3].

*128.* IN AFFRICA] *Die 11 iul., n. 3-5: Mariani et Ianuari, hodie: Ianuariae, Marini.*

*132.* NABORIS] *SS. Nabor et Felix reduces erunt die 12 iulii, quo die festum eorum agebatur in ecclesia Mediolanensi* [4]. *In hodierno quidem laterculo nominibus eorum adhaeret locus ex eorum Passione excerptus. Eodem refertur commentariolus, qui lapsu quodam ad diem 11 delatus, de martyribus Nicopolitanis intellegendus censetur. Ambo excerpta nonnihil discrepant ab Actis SS. Naboris et Felicis quae ad nos pervenerunt* [5]. *Haec duo frusta inter se apte colligare nemo sapiens conabitur. Insuper sententia quae in crastinum laterculum irrepsit, misere mulcata est, non adeo tamen ut intellegi non possit. Quae cum ita sint, duo fragmenta, prout iacent, alterum alteri subiungimus. Ex inciso: usque in diem quartum id(us) satis probabiliter colligitur initium cruciandi duos martyres factum esse die 10 iul., quo die inserta est in martyrologio epitome Passionis eorum, et utriusque confessionem productam fuisse usque ad diem eorum natalem, qui fuit 12 iul. Locus passionis reticetur. Ex Actis quae supersunt, martyrium fecerunt* in civitate Laudensi.

**Naboris et Felicis decollatorum, quorum gesta habentur. Hii tormentis subditi, qui non solum ungulis sed et testa corpora eorum ... usque in diem quartum idus eamdem passionem habuerunt. Corpora vero eorum mulier quaedam religiosa postea transtulit Mediolano.**

*Martyrologii Lugdunensis elogium, ab Adone receptum, suum fecerunt martyrologii Romani concinnatores:* In Africa sanctorum martyrum Ianuarii, Marini, Naboris et Felicis decollatorum [6]. *Ubi duae memoriolae disparis originis sub eodem loci indicio coaluerunt. Utique duo priores martyres Africani sunt, hac tamen lege ut pro Marini legatur Marciana, quod ad diem 11 iul., n. 3, palam fiet. Sed Naborem et Felicem sibi vindicat Mediolanum, uti modo vidimus. Parum solidam sententiam plane fragili commentario confirmavit Baronius, ita subdens: « Nabor et Felix, quorum hic recitantur nomina, diversi sunt ab illis de quibus inferius, ad quartum idus iulii. Nam illi in Italia, hi autem de quibus agimus, in Africa passi sunt. »*

*149.* PRIMITIGANI] *Monstrum e nomine humano Primitivi et nomine loci Gavi seu Gabi, ad viam Praenestinam, contortuplicatum; quod statim apparet haec verba legenti ex Passione Getulii:* Primitivum tenentes duxerunt in viam Praenestinam ad invidiam christianorum iuxta civitatem Gavis, ut in eodem loco capite caederent. Qui decollatus est et iactatum corpus in lacum Gavis. Cuius corpus collegit beatus Exuperantius presbyter de aqua et sepelivit in arenario, sub die sexto kalendas maii [7]. *Cum nobis primum die 2 martii, n. 9, occurreret Primitivus, iam notavimus quam incertus sit dies huic sancto proprius. Nempe recurrit Primitivus* VI kal. mart., VI non. mart., VI kal. maii; *adde nunc* et VI id. iul. *Haec inter se conferenti suboritur*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 812. — [2] E. SCHWARTZ, *Concilium universale Ephesenum*, t. IV, 2, p. 171. — [3] TH. I. USPENSKIJ, in *Izvěstija Russkago Archeologičeskago Instituta v Konstantinopolě*, t. VII (1902), p. 164. — [4] M. MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 189. — [5] *BHL.* 6028, 6029. — [6] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 213. — [7] *BHL.* 3524. *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 267.

*suspicio*

*suspicio numerum senarium cum eodem nomine iusto frequentius esse iteratum. Latet igitur error aliquis ortus ex isto numero. At quis erraverit et quo modo, divinari non fas est.*

**Gavis via Praenestina miliario XII Primitivi.**

*155.* IN ARMENIA] *Legitur hodieque Passio XLV martyrum Nicopolitanorum, in qua recitantur nomina octo* [1]. *In epitomis synaxariorum nomina servata sunt non plus quattuor* [2]; *in Passione contracta, quintum accedit* [3]. *Ex illis ea proferimus, quae in hodierno laterculo agnoscuntur.*

| | |
|---|---|
| *Λεόντιος* | *n. 77* |
| *Μαυρίκιος* | *n. 78* |
| *Δανιήλ* | *n. 82* |
| *Ἀντώνιος* | *n. 161; n. 84: Antonini* |
| *Ἀνίκητος* | *n. 162* |
| *Σισίννιος* | *n. 68, 101, 111, 168.* |

*Accidere quoque potuit ut in nominum congerie, quae nullo adhibito discrimine recensita sunt, nonnulla pertineant ad Nicopolitanam catervam. Sed quis censor eos discernat? Passionem XLV martyrum, quae sane genuinam historiam non resipit, excutere longum est. Unum notari velim, in ea praeter alios agnosci cognomines martyrum XL Sebastenorum, Leontium et Sisinnium. Atqui, in martyrologio Sisinnium proxime antecedunt Domni et Iohannis (n. 65, 67); Leontium et Mauritium sequitur Melliti, seu Melitonis (infra, n. 159: Milionis, iul. 11, n. 40: Militonis). Haec autem nomina concurrunt in catalogo martyrum XL: Δόμνος, Ἰωάννης, Μελίτων* [4]. *Itaque haud temere conieceris hos etiam ad cohortem Nicopolitanorum pertinere, quae in eorumdem Passione, qualis habetur, integra recensita non est. Superius iam notavimus, ad n. 63, verba: et aliorum cum mentione sex martyrum Nicopolitanorum non inepte cohaerere. Horum igitur summa subducta, pertingimus ad numerum XLV, qui in Passione refertur:*

**in Armenia minore civitate Nicopoli Leontii, Mauricii, Danielis, Antonii, Aniceti, Sisinnii et aliorum XXXVIIII.**

*Martyrum diem emortualem his verbis indicat Passio: καὶ τελειωθέντων αὐτῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἥτις ἐστὶ τοῦ ἰουλίου δεκάτη* [5]. *Consonant menologia et synaxaria. Notare etiam iuvat die 11 augusti haec legi in martyrologio:* Nicopoli passio multorum martyrum quorum nomina Deus scit; *et in breviario Syriaco: ἐν Νικοπόλει Παῦλος. Paulus tamen nullus habetur in hodierno laterculo.*

*159.* MILIONIS] *Iul. 11, n. 40: Militonis. Superius, n. 79.*

*160.* DECOMEDIS] *Supra, n. 66: Diomedi.*

*161.* ANTHONI] *Supra, n. 84: Antonini. Martyr Nicopolitanus. Lege quae dicta sunt ad n. 99, 155.*

*162.* ANICETI] *Supra, n. 88; iul. 11, n. 60.*

*163.* THEOLI] *Al. Theodoli. Iul. 11, n. 61. Supra, n. 89: Theodori; n. 170: Theoti.*

*164.* CESSI] *Iul. 11, n. 62; superius, n. 90: Crisi.*

*165.* GAGIANI] *Lege quae notata sunt ad n. 96: Galani; n. 100: Gagi.*

*166.* CLIRICI] *Al. Clicirii, id est Glicerii. Cf. quae monuimus ad n. 116.*

*168.* SISANNAE] *Ni fallor, Sisinni, martyris Nicopolitani, n. 68.*

*169.* NEGDANI] *Nomina Negdani, Theoti, utrumque corruptum, leguntur 11 iul., n. 77, 78: Nicaoni, Teudoti.*

*171.* CIRILLI] *Superius, n. 109: Corroli.*

EXCERPTA] *Cod. Rich.: Marci, lege Maurici. n. 78.*

[1] *BHG* [2]. 1216. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 811. — [3] LATYŠEV, *Menologii Byzantini saec. X quae supersunt*, t. II, p. 158-67. In hoc libello scriptum est *Μαυρήλιος* pro *Μαυρίκιος*. — [4] *BHG*[2]. 1201, 1203. — [5] *BHG*[2]. 1216, n. 23.

# V ID. IUL.

I | II

**In Africa Mariani et [a] Ianuari. in Armenia minore civitate Nicopoli item Ianuari Pelagi [b] hii tormentis subditi qui non solum ungulis sed et testa corpora eorum usque in diem quartum id eadem passionis habuerunt. Romae sanctorum Stefani Leonti Maurici Domni Militonis**

**depositio Idonei cum filiis. Agustoduno depositio |**

**Achellei Danihel. Romae Diomedis Cirici Anthoni Iasoni Iohanni**

**Sisinni |**

**Eustasiae Octavi Emiliani**

**| Sisinni**

**Aniceti Theodoli Cessi Candidi [c] Gorgoni Arcelai item Archelai [d] Cirini Aprodisi Gogiani Glerici Antoni Gagi Auxenti Valentini Flavi Nicaoni Teudoti Faustasi Aureli Gordiani Cirioni Cirilli Castrici sancti Eutici. in Syricia Marciani. in Antiochia Prodociae**

**| Veronicae et Spetiosae.**

**in Mauritania civitate Cessarea Marciani [e]. in Alexandria Eutici**

**| et depositio Basini abbatis [f]**

*Addunt codices pleniores :* a) in ala x̄ eutici eufemiae et in aff̄ E. — b) turmeni E. — c) et beate memorie benedicti abbatis C. — d) in gallia floriaco monasterio adventus et exceptio corporis sancti benedicti abbatis LMV. — e) et depōs sc̄i benedicti abb B. — f) et in floriaco monastyrio adventio sc̄i benedicti abb W.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. aff̄ E ; afreca W | 3. marini B | 4. *om.* E | 5. ianuarii BW | 7. armeñ E ; arminia BW | 8. minō E ; *om.* W | 10. nicop̄ E ; necopoli W | 12. ianuarię B ; ianuarii W | 13. pelagię B | 14-33. *om.* E | 14. his W | 31. eamdem B | 32. passionē W | 34. rom̄ EW | 35. *om.* E | 36. stephani B | 37. *add.* pelagiae E | 44. filis E | 47-74. *om.* W | 47. acellei B | 48. danichę B | 49. rom̄ E ; *om.* B | 51. cyrici B | 52. antoni B | 53. iason B | 54. iohannis B | 56. eustasi B | 58. emeliani B | 63. candedi B | 65. archellei B | 67. archellei B | 68. cyrini B | 69. afrodisi B | 70. gaiani B | 71. clerici B | 76. flavii B ; flavini W | 77. caoni W | 78. theodoti B | 78-79. *om.* W | 80. aurili W | 81. *om.* W | 82. cyrioni BW | 83. cyrilli B ; *om.* W | 84. castri B | 85-86. *om.* W | 88. syria W ; sc̄i *add.* B | 91. antioč E ; anthiocia W | 92. prodotię B ; proditię W | 95. speciosae W | 97. mauritā E ; mauritañ B | 99. cessar̄ E ; cesarea B ; *om.* W | 101-102. alāx E *super ras.* | 102. alexandr̄ B | 104. in pectavis civīt *add.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. Etitici et Eufemiae et in Affrica Ianuarii et Marini et Pelagiae. — Mon. : In Armenia minore civitate Nicopoli natalis sanctorum Ianuarii Pelagiae hii tormentis subditi qui non solum ungulis et testa afflicti corpora eorum usque in eandem diem passionem habuerunt Africa Mariani depositio Benedicti abbatis Pii martyris Euticii. — Rich. : In Alexandria Eutici Eufemiae et in Affrica Ianuarii et Marini Rome Stephani Leontii ///// sancti Benedicti abbatis. — Rhab. : in Africa Mariani et depositio Benedicti abbatis et Ianuarii (*corr. in cod. Sangall. 458 :* in Africa Mariani et Ianuarii depositio Benedicti abbatis) in Armenia civitate Nicapoli item Ianuarii et Pelagiae in tormentis subditi qui non solum ungulis sed et testa corpora eorum usque in diem quarto idus eamdem passionem habuerunt.

## IUL. 11

1. in africa] *Heri sub n. 130, 131, prodierunt* Ianuari, Mari(a)ni. *Ianuarium, inter tot eius cognomines, divinando agnoscere non possumus.* Mariani *autem, nostro iudicio, nihil differt a* Marciani, *quod legitur infra, n. 89, 100, et scriptum fuisset* Marcianae, *nisi hesterno* Marciano *(iul. 10, n. 64) perperam assimilatum esset.*

7. in armenia] *Iul. 10, n. 155. Nomina martyrum Nicopolitanorum, ea saltem quae certa sunt, e laterculo hesterno hodie geminantur:* Leonti, Maurici *(n. 37, 38),* Danihel *(n. 48),* Anthoni *(n. 52),* Sisinni *(n. 55),* Aniceti *(n. 60). Hinc rursum :*

**in Armenia minore civitate Nicopoli Leontii, Mauricii, Daniel, Antonii, Sisinnii, Aniceti.**

12. ianuari] *Supra, n. 5.*

13. pelagi] *Al.* Pelagiae, *quae si verior lectio est, nomen martyris Antiochenae, de qua oct. 8, n. 3, referre potest, et ad laterculum diei 10 iul. (n. 116) pertinere. Martyrologium Romanum, cum Adone et Usuardo, assumpsit quae scripta*

*scripta sunt in martyrologio Lugdunensi (cod. Paris. lat. 3879):* In Armenia Minore, civitate Nicopoli, natale sanctorum martyrum Ianuarii et Pelagiae, qui equuleo, ungulis et testarum fragmentis diebus quattuor cruciati, martyrium impleverunt [1]. *In his plurima permista sunt. Neuter enim horum martyrum Nicopolitanus est; et quae de utroque narrantur ad martyres Mediolanenses referuntur. Hi autem non* diebus quattuor *cruciati sunt, sed usque ad* quartum idus, *id est 12 iulii.*

*15.* TORMENTIS] *Haec memoriola historica perperam coniuncta est cum nominibus modo recitatis. Heri, n. 132, ostendimus eam pertinere ad SS. Naborem et Felicem. Turmeni, quod legitur in codice E, depravatum est ex tormentis; cetera perierunt, hoc tamen sui relicto vestigio.*

*34.* ROMAE] *Iterum n. 49. Nullius tamen martyris Romani nomen hodie occurrit. 'Dedicationem basilicae cuiusdam S. Stephani nuntiari* [2] *non improbabilis coniectura est viri cl. L. Duchesne.*

*37.* LEONTI] *Cum Maurici, iul. 10, n. 77, 78, uterque martyr Nicopolitanus. Supra, n. 7.*

*39.* DOMNI] *Iul. 10, n. 65.*

*40.* MILITONIS] *Iul. 10, n. 159: Milionis; cf. ibid., n. 79: Melliti.*

*42.* IDONEI] *In omnibus codicibus, iul. 1, n. 58, occurrit idem elogium his ipsis verbis:*

**Depositio Idonei cum filiis.**

*Sequebatur, ut hodie, Augustoduno, quod quidem, 1 iul., cum episcopi nomine cohaerebat, hic vero vacuum est. Loci indicium cum ceteris (n. 41-45) huc male translatum est.*

*47.* ACHELLEI] *Perperam connectitur cum Augustoduno (n. 45). Die 10 iul., n. 81: Acelli; n. 93: Archelei. Infra, n. 65, 67: Archelai.*

*48.* DANIHEL] *Iul. 10, n. 82. Martyr Nicopolitanus, supra, n. 7.*

*49.* ROMAE] *Supra, n. 34.*

*50.* DIOMEDIS] *Iul. 10, n. 66.*

*51.* CIRICI] *Cf. iul. 10, n. 166: Clirici, non alius proinde a Glerici, infra, n. 71. Glycerius martyr est Antiochenus.*

*52.* ANTHONI] *Iul. 10, n. 161; n. 84: Antonini. Inter martyres Nicopolitanos, n. 7.*

*53.* IASONI] *Iul. 10, n. 85: Zasomi.*

*54.* IOHANNI] *Iul. 10, n. 67.*

*55.* SISINNI] *Iul. 10, n. 68. Sisinnius ille e numero est martyrum Nicopolitanorum, supra, n. 7.*

*56.* EUSTASIAE] *Iul. 10, n. 86: Eustasi.*

*57.* OCTAVI] *Iul. 10, n. 87.*

*58.* EMILIANI] *Iul. 10, n. 70.*

*59.* SISINNI] *Supra, n. 55.*

*60.* ANICETI] *Iul. 10, n. 88. E martyribus Nicopolitanis, supra, n. 7.*

*61.* THEODOLI] *Iul. 10, n. 163: Theoli.*

*62.* CESSI] *Iul. 10, n. 164.*

*63.* CANDIDI] *Iul. 10, n. 91.*

*64.* GORGONI] *Iul. 10, n. 92.*

*65.* ARCELAI] *Infra, n. 67: Archelai; supra, n. 47: Achellei; iul. 10, n. 93: Archelei.*

*68.* CIRINI] *Iul. 10, n. 94.*

*69.* APRODISI] *Iul. 10, n. 95: Eofrodisi, id est Afrodisia in Caria, qui locus est passionis SS. Diodori et Rodopiani; Rodopianus autem in laterculo 10 iul., n. 107, scribitur Gorgodiani. Hodie, ni fallor, n. 81: Gordiani.*

*71.* GLERICI] *Iul. 10, n. 166: Clirici, id est Gliceri. Cf. n. 51: Cirici.*

*72.* ANTONI] *Iul. 10, n. 161. Est martyr Nicopolitanus, supra, n. 7.*

*73.* GAGI] *Iul. 10, n. 100.*

*74.* AUXENTI] *Iul. 10, n. 102.*

*75.* VALENTINI] *Iul. 10, n. 103.*

*76.* FLAVI] *Solo nomine notus.*

*77.* NICAONI] *Nomina octo quae sequuntur etiam e laterculo diei iul. 10 sumpta sunt:*

| | |
|---|---|
| *77. Nicaoni* | *iul. 10, n. 169: Negdani.* |
| *78. Teudoti* | *iul. 10, n. 170: Theoti.* |
| *79. Faustasi* | *iul. 10, n. 105.* |
| *80. Aureli* | *iul. 10, n. 106.* |
| *81. Gordiani* | *iul. 10, n. 107: Gorgodiani.* |
| *82. Cirioni* | *iul. 10, n. 108.* |
| *83. Cirilli* | *iul. 10, n. 109: Corroli.* |
| *84. Castrici* | *iul. 10, n. 112.* |

*85.* SANCTI] *Eodem fere loco quo in laterculo diei 10 iul. (n. 111) Sisinni, hodie scriptum est Sancti, quod e nota male soluta ortum crediderim. Iul. 10, n. 168: Sisannae.*

*86.* EUTICI] *Infra, n. 103.*

*88.* IN SYRICIA] *Scribatur in Syria, cum Antiochia, n. 91, componendum.*

*89.* MARCIANI] *Triplex de hoc nomine coniectura proponi potest. Vel est Marcianus ille, qui heri, sub n. 64, nuntiabatur, nempe martyr Tomitanus; vel ille qui hodie sub n. 100 prodit, et reapse Marciana est. Est et tertius Marcianus, qui hodie a Graecis colitur et in Lycaonia passus est:* ἐμαρτύρησεν ἐν τῇ Ἰκονιέων πόλει [3].

*91.* IN ANTIOCHIA] *Iul. 10, n. 116. E sanctis Antiochenis qui pridie nuntiabantur, solae huc transierunt Prodociae, lege Prosdocae, et Veronicae, n. 92, 93. Scriptum erat Antiochiae in Syria (n. 88).*

**Antiochiae in Syria Prosdocae, Veronicae.**

*Num addenda sit Pelagia (n. 13), dubium remanet.*

*95.* SPETIOSAE] *Nescio quo iure Antiochenis martyribus annumeretur; neque de lectione ipsa mihi constat.*

*97.* IN MAURITANIA] *Hodie fit commemoratio*

[1] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 213. — [2] « Je ne sais ce que c'est que cette commémoration romaine de S. Étienne; peut-être une dédicace de basilique, Saint-Étienne-le-Rond, par exemple. » L. D. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 813.

*S. M a r c i a n a e, quae in nonnullis Passionis*[1] *codicibus* V id. ian. *passa significatur, in aliis* V id. iul., *v. gr. in codice Parisiensi N. A. 2179, fol. 210 :* Passio sanctae ac beatissimae Martianae virginis et martyris Christi, quae passa est sub Budario iudaeo die V idus iulias [2]. *Eodem die inscripta est kalendariis mozarabicis* [3].

**in Mauritania civitate Caesarea Marcianae.**

*102.* IN ALEXANDRIA] *E u t i c i seu Eutychii martyris Alexandrini nomen (cf. supra, n. 86, et iul. 10, n. 97) alia reticent monumenta. Non ideo tamen martyrologii huius spernenda auctoritas. Sed incerta est dies, si, quemadmodum hodie, ita et 14 iul., n. 6, 7, legendum est :*

**in Alexandria Eutici.**

*106.* BASINI] *Loco B a s i n i , abbatis in civitate Pictavensi (cod. W), Usuardus hodie nuntiat :* in territorio Pictavensi sancti Sabini confessoris. *Hinc inter eruditos plurimum disceptatum est*[4], *aliis opinantibus duos esse homines, Sabinum et Basinum, aliis vero unum eundem cum quadam in scribendo nomine varietate. Adhuc sub iudice lis est. Interim cum debita cautela scribatur :*

**in Pictavis civitate depositio Basini abbatis.**

ADDITAMENTA] *E u t i c i. Supra, ad n. 102.*

*E u f e m i a e. Non solum in cod. E, sed et in Cambr. Rich., et in kalendario marmoreo Neapolitano :*

NAT(*ALE*) S(*ANCT*)E EVFIMIE [5]

*Hodie in synaxariis Graecorum commemoratur μνήμη τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Εὐφημίας τῆς πανευφήμου καὶ ἡ σύναξις τοῦ ὅρου τῆς πίστεως τῶν ἁγίων ἑξακοσίων τριάκοντα πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων* [6]. *Theophanes in Chronographia, ad ann. 6047 : μηνὶ ἰουλίῳ ια' ἰνδικτιῶνος γ', ἐν τῇ συνάξει τῆς ἁγίας Εὐφημίας τοῦ Ὅρου* [7]. *Est commemoratio miraculi S. Euphemiae in gratiam orthodoxorum. Hinc suppleri potest loci indicium :*

**<Chalcedone> Eufemiae.**

*T u r m e n i. Non sancti nomen, sed vocabulum t o r m e n t i s, ut ad n. 15 monuimus.*

*B e n e d i c t i. De commemoratione S. B e n e d i c t i, quae vel d e p o s i t i o, vel adventus reliquiarum i n F l o r i a c o m o n a s t e r i o in codicibus alterius recensionis signatur, inter viros doctissimos Benedictini Ordinis controversia fuit. Quorum placita in ipsis eorum scriptis legenda sunt* [8].

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : M a r i n i, iul. 10, n. 131. Supra, n. 3 : Mariani.*

*Cod. Mon. : P i i m a r t y r i s, id est Pii pontificis Romani, de quo Liber pontificalis :* Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticanum V id. iul. [9].

*Cod. Rich. : M a r i n i = Mariani, n. 3.*

[1] *BHL.* 5256-5259.— [2] *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 483. — [3] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 471. — [4] FIORENTINI, *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 657-58 ; SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 394 ; *Act. SS.*, Iul. t. III, pp. 177, 189, 190-98 ; Oct. t. IV, p. 1002. « On identifie ce *Basinus abbas* avec un S. Sabin confesseur, mentionné à ce jour par Usuard, *in territorio Pictavensi.* Une légende fort peu recommandable le transforme à la fois en martyr et en disciple de S. Germain d'Auxerre et l'associe à un S. Cyprien [*BHL.* 7447]. Le lieu de son supplice porte encore le nom de Saint-Savin sur la rivière de Gartempe ; c'est un chef-lieu de canton du département de la Vienne. Autour se trouvent les localités d'Antigny, Mont-Saint-Sabin, Saint-Germain, qui sont mentionnées dans la légende et semblent en avoir suggéré certains épisodes. La plus ancienne tradition, celle du martyrologe hiéronymien (2e éd.) et d'Usuard, ne connaît le saint que comme abbé ou confesseur. » L. D. — [5] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 811. — [7] DE BOOR, t. I, 229. — [8] J. CHAPMAN, n *Revue bénédictine*, 1903, p. 310-13 ; H. QUENTIN, ibid., p. 364-74. De memoria S. Benedicti in antiquis kalendariis plurima congesserunt E. MUNDING et A. DOLD, *Palimpsesttexte des Codex latin. Monacensis 6333* (Beuron, 1930), p. 134-58. — [9] DUCHESNE, t. I, p. 132.

# IV ID. IUL.

I | II

**Mediolano Naboris et Felicis. Romae Primitivi.**

**in Aquileia sanctorum Furtunati et Armigeri. in Sicilia civitate Cathena natale sanctae Agathe virginis**

**Naboris et Felicis. via Praenestina Mediolano item Felicis et Naboris Primitivi.**

**in Cessarea Cappadociae sancti Divi Cornilanensi. Lugduno Galliae Viventioli episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et ē dedio diunisii ante porta huiuzbur̄go W².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.—1. mediōl E | 5. rom̄ E | 8. aquileī E | 9. *om.* E | 12. armageri B ; armagri W | 13. *om.* E | 14. sicīl E ; sycilia W | 16. athena E¹ ; catene B ; *om.* W | 17-18. *om.* E | 19. agnetis W | 20. *om.* E | 22. *om.* W | 24-25. *om.* W | 27. *om.* W | 28-30. namoris felicis et W | 32. *om.* E | 33. cessā E ; caesaria W ; cesarea B | 34. capp̄ E ; capadotię B ; *om.* W | 35. *om.* E | 37. corninsi BW | 38. lugduñ E | 39. gāl. E ; gałł W ; dep̄ *add.* W | 41. *om.* E.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR. : In Mediolano nat. Novoris et Felicis et Primitivi. — MON. : Romae natalis sanctorum Stephani Leonti Mediolani Naboris Felicis et Margarete virginis. — RICH. : Mediolanio Naboris Felicis Rome Primitivi in Aquileia Furtunati in Sicilia Agathae virginis Lugduno Galliae Viventioli episcopi.

## IUL. 12

*1.* MEDIOLANO] *Elogium SS. Naboris et Felicis partim die 10 iul., n. 132, partim die 11, n. 15, in hisce fastis repositum est. Monuimus autem in ecclesia Mediolanensi sacram iis esse diem 12 iul., qua ad caelum evolarunt, ut refertur in eorum gestis antiquioribus :* in diem quartum idus.

**Mediolano Naboris et Felicis.**

*Haec memoriola in codicibus alterius recensionis alio loco, n. 21-30, scripta est, ubi nomina martyrum bis referuntur.*

*5.* ROMAE] *Ut plenior sit enuntiatio, quae iam occurrit 10 iul., n. 149, 151, addatur oportet via Praenestina, infra, n. 24, 25, quae in altera recensione cum martyribus Mediolanensibus male connectitur.*

**Romae via Praenestina Primitivi.**

*8.* IN AQUILEIA] *Tres nobis martyrologii loci conferendi erunt, ut nodum de martyribus Aquileiensibus extricemus. Hodie legimus :*

*Aquileia, Furtunati et Armigeri al. Armageri.*
*Die 14 augusti, n. 8-10 :*
*Aquileia Felicis Fortunatae.*
*Die 23 augusti, n. 1-3 :*
*Aquileia Furtunati, Ermodori, al. Hermogerati.*

*Proxima haec mentio non est nisi iteratio nominum quae in laterculo hodierno inscribuntur. Qua de causa facta fuerit ignoramus. De eodem Fortunato in illis locis agitur, quem haud scio an non alius sit a Fortunato qui occurrit 11 iun. : translatio Furtunati episcopi. Omittendi non sunt Venantii Fortunati versus de sanctis Aquileiensibus :*

Felicem meritis Vicetia laeta refundit
et Fortunatum fert Aquileia suum [1].

*Et alio loco :*

Aut Aquileiensem si forte accesseris urbem
Cantianos Domini nimium venereris amicos
ac Fortunati benedicti martyris urnam
pontificemque pium Paulum cupienter adora [2].

*Si poetae credendum est, non Aquileiensis martyr fuit Felix sed Vicetinus. Neque aliter intellegenda est memoriola diei 14 aug., etsi forsan strictim legentibus videatur Felicem Aquileiae Fortunatum Vicentiae assignare. Indubium est una cum Fortunato Aquileiae cultum fuisse Felicem.*

*De Fortunato nihil quod scire maxime referat traditum est. Nulla gravis et fide digna auctoritas est quae Fortunatum martyrem suadeat episcopum fuisse Aquileiensem, neque quicquam certi haurire poterimus e mentione diei 11 iunii, quae unde orta sit ignoratur. Fuit quidem episcopus Aquileiensis Fortunatianus, qui sedit in concilio Sardicensi, an. 342-344, exsulemque Athanasium excepit an. 345 [3] ; sed nullum repperimus*

[1] *Carm.* VIII, 3, 165-66. — [2] *Vita S. Martini*, IV, 658-61. — [3] ATHANASII *Epist. ad Constantium*, *P.G.*, t. XXV, p. 614. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 885-86.

*indicium*

*indicium cultus ipsi exhibiti. Si die 11 iun. martyr* F o r t u n a t u s *martyrologio est inscriptus, perperam irrepsisse voculam* e p i s c o p i *putandum erit. Fieri etiam potest ut episcopus Fortunatus quidam eo die commemoratus sit, cuius sedem non novimus; quae si res ita se habuerit, perperam irrepserit vox* A q u i l e i a e, *quam induxerit ipsa fama et celebritas homonymi martyris Aquileiensis. In Passione SS. Hermagorae et Fortunati* [1], *prodit Fortunatus diaconus Hermagorae episcopi, qui eum sibi destinat successorem* [2]. *Nulla est Passionis illius auctoritas, utpote recentiore aetate compositae, cui et contradicit Passio SS. Felicis et Fortunati* [3]. *In hac enim legimus Fortunatum fratrem fuisse Felicis, et quidem laicum, non clericum. Venantius Fortunatus nihil audivisse videtur de* H e r m a g o r a *martyre, quem primum Aquileiae episcopum fuisse tradunt* [4]. *Neque dilucide nomen legitur in codicibus nostris. Alius enim habet* A r m i g e r i, A r m a g o r i, *alii* H e r m o d o r i, H e r m o g e n i s, H e r m o g e r a t i. *In synodo Mantuana an. 827 commemoratur, quam refert Passio S. Hermagorae, fundatio ecclesiae Aquileiensis ab evangelista Marco* nec non ab elegantissimo Hermachora [5]. *Si Passionis scriptori credendum est, sepulta sunt corpora sanctorum Hermagorae et Fortunati* foras murum civitatis Aquileiae in agello Alexandriae *cuiusdam* [6], *legiturque in Chronica de singulis patriarchis Novae Aquileiae:* Primogenius [episcopus c. 630] per visionem ammonitus corpora beati Hermachore et martyris atque pontificis et sancti Felicis et Fortunati sita miliario tercio, in Gradensem civitatem adduxit ibique diligenti cura deposuit [7]. *In eadem Chronica dein de Vitali patriarcha:* Sepultus est in aecclesia sanctae Eufemiae iuxta corpora sanctorum martyrum Hermachorae et Fortunati [8]. *In Chronica Iohannis diaconi a Paulo patriarcha († 578) effecta refertur translatio:* Qui Langobardorum rabiem metuens, ex Aquilegia ad Gradus insulam confugit, secum beatissimi martiris Hermachorae et ceterorum sanctorum corpora, quae ibi humata fuerant, deportavit, et apud eumdem Gradensem castrum honore dignissimo condidit ipsamque urbem Aquilegiam Novam vocavit [9]. *Quae cum ita sint, etsi res tota magnam obscuritatem habet habebitque, fas nobis est hodiernam martyrologii mentionem, iuxta Aquileiensis ecclesiae memorias ita restituere:*

**in Aquileia sanctorum Fortunati et Hermagorae.**

*14.* IN SICILIA] *Etsi ignoratur unde orta sit haec S. Agathae commemoratio in sua civitate Catina, dilucida codicum enuntiatio exscribenda est:*

**in Sicilia civitate Cathena̅ natale sanctae Agathae virginis.**

*21.* NABORIS] *Supra, n. 2; infra, n. 30.*

*23.* FELICIS] *Supra, n. 4; infra, n. 28.*

*25.* PRAENESTINA] *Supra, ad n. 5.*

*31.* PRIMITIVI] *Supra, ad n. 5.*

*33.* IN CESSAREA] *Breviarium Syriacum, ad diem 11 iul.:* ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Δῖος. *Iterum die 13 vel 14 iul.:* ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Δῖος πρεσβύτερος. *Nihil praeterea de eo traditum est.*

**in Caesarea Cappadociae sancti Divi.**

*37.* CORNILANENSI] *Al.* C o r n i n s i. *Die 8 iul., n. 27, scriptum erat* C o r n i l i a n i, *quod nobis visum est ab imperito librario confictum e* v i a C o r n i l i a, *die 10 iul., n. 49. Nulla hodie melior menti occurrit coniectura.*

*38.* LUGDUNO] *S.* V i v e n t i o l u m *episcopum Lugdunensem primis saec. VI annis sedisse constat. Etenim concilio Lugduni intra annos 518 et 523 habito praefuit. Quae de eius gestis et cultu reperiri potuerunt a nostris prolata sunt* [10]. *Habetur S. Viventioli epitaphium metricum, in multis depravatum, cuius est initium:*

VIR POTENS MERITIS NOSTERQVE SACERDVS
IN HOC IACET VIVENCIOLVS TVMVLO

*et finis:* IIII° IDVS IVLII [11].

**Lugduno Galliae Viventioli episcopi.**

[1] *BHL.* 3838-3841; F. APOLLONIO, *Dei santi Ermagora e Fortunato mm. e della chiesa a loro dedicata in Venezia* (Venezia, 1917), 42 pp. — [2] *BHL.* 3838, c. 19. — [3] *BHL.* 2860. — [4] De initiis ecclesiae Aquileiensis disserit P. PASCHINI, *La chiesa Aquileiese ed il periodo delle origini* (Udine, 1909), p. 9-48. — [5] MANSI, *Concilia*, t. XIV, p. 495. — [6] *BHL.* 3838, c. 22. — [7] MONTICOLO, *Cronache Veneziane*, t. I, p. 10. Cf. *BHL.* 3842, 3844. — [8] MONTICOLO, l. c., p. 15. — [9] Ibid., p. 62. — [10] *Act. SS.*, Iul. t. III, p. 303-305. — [11] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 165.

# III ID. IUL.

**In Alexandria Serapionis et Trofimae Mellei Evangeli Atali Senonis Propili Menei presbyteri Trophimae virginis.**

*Var. lect. codd.* EBW. — 2. alāx E ; alexandr̄ B | 4. *om.* BW | 5. trofini B ; tropimei W | 6. melei BW | 7. et propili *add.* W | 8. attali BW | 9. zenonis BW | 10. tropoli B | 11. mene W | 12. ĩt *add.* B² | 13. tropime E¹ ; trofimę B ; trofemę W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Serapionis et infantum X et Trofimae et depositio Toriavi epi scopi. — MON. : In Alexandria natalis sancti Euticii in Aquileia natalis sanctorum Furtunati Armaciri alibi Abbaciri eodem die obitus et translatio beati Heinrici confessoris. — RICH. : In Alexandria Serapionis Trofimae Melei Evangelii Attali Zenonis Thophili alibi Trophimi alibi Menei presbiteri.

## IUL. 13

*1.* IN ALEXANDRIA] *In graecis synaxariis ad hunc diem prostat memoria* τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεραπίωνος [1], *de quo elogium subdunt, breve quidem sed notatu minime indignum, ut quod contractum fuerit e Passione deperdita, cuius argumentum quadantenus historiam resipit:* οὗτος ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Σευήρου τοῦ βασιλέως... κατασχεθεὶς ὑπὸ Ἀκύλα ἄρχοντος κτλ. *Reapse Aquilas ille Aegypti praefectus fuit anno decimo Severi imperatoris* [2]. *Quamquam igitur in elogio intercidit mentio loci, nulla est dubitandi ratio quin recte scriptum sit in martyrologio :*

**in Alexandria Serapionis.**

*Alia nomina quae ad Alexandriam referri possint in hodierno laterculo non cernuntur.*

*5.* TROFIMAE] *Al. Trofini, Tropimei et inferius, n. 13, Trophimae, al. Trofemae virginis. Sitne haec Trofima alia a Trifina, 5 iul., n. 5, disputatum fuit et negando responsum. Scilicet eadem mentio repetita fuit, errore nimis consueto* III non. iul. *et* III id. iul. [3]. *Non procul ab Amalphia, prope antiquam Picentiam, viculus est nomine Minori, ubi S. Trofima, sive Trophimena annua celebritate recolitur die 5 iulii, iterumque die 13, quo die fortassis eius reliquiarum translatio facta fuerit. Vulgo creditur haec fuisse advena e Sicilia, quae in mari perierit, et cuius corpus ad littus Minori fluctibus delatum sit* [4]. *Sermunculis istis plane recentibus credat qui decipi voluerit ; neque ullo pacto constat vel in ecclesia illa Minoria S. Trophimam aliunde notam esse, quam ex nostro martyrologio. Mentio Trofimi, Serapioni quae ibidem occurrit die 5 decembris, non satis probabiliter cuidam visa est e die iul. 13 repetita* [5]; *haec enim uni codici E propria est, dum exempla secundae recensionis ferunt: Trofimi et Eucarpion, quae nomina sunt duorum martyrum, quorum exstat Passio* [6]. *Trofima igitur nostra, nisi cum Trophimo commutanda est, certam sui memoriam non videtur reliquisse. Praetermitti tamen non potest coniectura eorum qui Trophimam volunt martyrem esse Lugdunensem, de qua die 2 iun., n. 289* [7]. *Quin immo ad eam confirmandam non absurde adduxeris et Atalum, qui inter hodiernos comparet, sicut Atalus ille inter Lugdunenses iun. 2, n. 261. Verum enimvero quamdiu nulla probabili ratione explicabitur cur ex conferta illa cohorte Lugdunensium martyrum hi duo soli, seclusis aliis, hodie compareant, propensius crediderim iisdem nominibus alios homines hic fuisse memoratos.*

*6.* MELLEI] *Inferius, n. 11: Menei.*

*7.* EVANGELI] *Iul. 9, n. 15.*

*8.* ATALI] *De quo supra, ad n. 5.*

*9.* SENONIS] *Al. Zenonis. Sed legatur oportet Zenovi seu Zenobi, quod respondet memoriae in breviario Syriaco inter 12 et 15 iulii inscriptae:* ἐν Ἰσαυρίᾳ Ζηνόβιος.

*10.* PROPILI] *Al. Tropoli, quod in mentem revocat Trofimi, supra, ad n. 5.*

*11.* MENEI] *Iul. 14, n. 10: Menesi. Breviarium Syriacum ad diem 12 iul., in laterculo mutilo profert nomen martyris* Μήνιος *sine addito. Idem ille in libris nostris presbyter praedicatur :*

**Menei presbyteri.**

*13.* TROPHIMAE] *Supra, n. 5.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Infantum X. Cf. iul. 15, n. 11.*

*Toriavi, episcopi abbatis Dolensis, Acta conscripta sunt* [8].

**Depositio Toriavi episcopi.**

*Cod. Mon.: Euticii. Iul. 11, n. 86, 103. Fortunati. Iul. 12, n. 10.*

*Armaciri, Abbaciri = Armigeri, iul. 12, n. 12, id est Hermagorae.*

*Heinrici imperatoris († 1024). cuius festum agitur die 15 iulii* [9].

*Cod. Rich.: Thophili. Cf. n. 10: Propili seu Trofimi, ut videtur.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 817. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, pp. 27, 90. — [3] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 249. — [4] *BHL.* 8316-8318. Cf. LANZONI, t. c., p. 248-50. — [5] LANZONI, t. c., p. 249. — [6] *BHL.* 8320 — [7] LANZONI, t. c., p. 249. — [8] *BHL.* 8341-8342. — [9] *BHL.* 3811-3812.

PRID.

# PRID. ID. IUL.

**In Africa Papie Donati. in Alexandria Antici Mari Dagioni Menesi Diae Namoris et Mamaris Petri Gummi. et alibi sancti Focae episcopi et confessoris. Lugduno natale sancti Iusti episcopi et confessoris Amici episcopi.**

*Var. lect. cod.* E BW. — 1-2. *om.* E | 3. papillae E ; *om.* W | 4. donatę W | 6. alax̄ E ; alexandr̄ B | 7. anthioci B ; anthioti W | 8-9. maridagiona B[1] ; maredagiona B[2] ; marida giona W | 11. diei BW | 14. mãmari B ; mammari W | 19. *om.* E | 20. foci W | 22-23. *om.* E | 24-30. *om.* B | 24. lugdū E ; *add.* gall W | 25-26. *om.* E | 30. *om.* E.

*Excerpta ex variis.*— Cambr. : Nat. sanctorum Pafiae et Donati. — Mon. : Petri Lugduno Iusti confessoris. — Rich. : In Alexandria Philippi Zenonis in Affrica Papiae Donati Antiochia Petri Gummi Lugduno Galliae Iusti episcopi alibi Foci episcopi.

## IUL. 14

1. in africa] *Error est in principio; nam* Papias *(n. 3) Afer non est.* Donati *(n. 4) certo certius ad Africam pertinet et probabilius* Namoris, Mamaris, Petri *(n. 12-15).*

3. papie] *Al.* Papillae. *Nuntiatur in breviario Syriaco, intra dies 12-15 iul.,* Παπίας. *Deest civitatis vel regionis notatio. Procul dubio Asianus erat ille* Papias.

4. donati] *Al.* Donatae. *Supra, ad n. 1.*

6. in alexandria] *Die 10 iul., n. 97, scriptum erat* Autici, *loco* Eutici, *Hodie:* Antici, *n. 7. Iteranda videtur memoria quae habetur in laterculo diei 11 iul., n. 102:*

**in Alexandria Eutici.**

*Attamen, si quid aliud vocabulo* Antici *subesse existimabitur, haec delenda erunt.*

7. antici] *Nomen corruptum esse, legendumque* Eutici, *ex dictis probabile est. Verum considerandae sunt codicum variationes* Anthioci, Anthioti, *quae potius Antiochiam civitatem menti repraesentant. Sintne in hodierno laterculo martyres Antiochiae deputandi, quaerendum est.*

8. mari] *In codice E:* Mari Dagioni, *in ceteris:* Marida Giona. *Vocabula ita corrupta esse ut nullas ferant suppetias scripseramus, cum nobis allatus est Ammiani Marcellini liber XIV, ubi inducitur diaconus quidam Antiochenus, Maras nomine, qui, coniurationis in principem Constantium accusatus,* ad usque discrimen vitae vexatus nihil fateri conpulsus est [1]. *Nihil praeterea de Mara vel Mari diacono traditum est. Qui tamen contenderit Antiochenos illum in fastis suis cum martyribus reposuisse, eiusque memoriam sub n. 7-9 latitare:* Antiochia Mari diaconi, *non ideo doctus somniator existimabitur. Nota tamen in laterculis 30 et 31 oct., quibus nomina aliquot cum 14 iul. communia sunt, scriptum esse* Mari *(oct. 30, n. 33) pro* Mammari *(infra, n. 14) et* Dogoni *(oct. 31, n. 15), lectio depravata.*

10. menesi] *Geminatur* Menei, *iul. 13, n. 11.*

11. diae] *Al.* Diei. *Iul. 12, n. 36 :* Divi.

12. namoris] *Nomina quattuor, n. 12-16, cum indicio* in Africa, *iam legimus die 14 martii, id est* prid. id. mart. *Eadem* prid. id. iul. *recurrere non mirabitur qui recordatus fuerit, quoties librarii nostri formularum similitudine decepti fuerint.*

| | | |
|---|---|---|
| *Namoris* | *mart. 14, n. 24:* | *Naboris* |
| *Mamaris* | *mart. 14, n. 22:* | *Mammeri* |
| *Petri* | *mart. 14, n. 21:* | *Petri* |
| *Gummi* | *mart. 14, n. 26:* | *Comis.* |

*Nomina* Petri *et* Mammeri, *in laterculis 30 oct., n. 32, 33; 31 oct., n. 53, 60; 1 nov., n. 21, 22, recensentur.* Naboris *Afris usitatum est* [2], *uti et* Mammaris [3]. *Tria ergo habemus nomina quae cum* Donato *(n. 4) Africae tuto deputari poterunt.* Gummi *nimis incerta lectio est quam ut cum ceteris componatur. Civitatem non hominem esse suspicatur L. Duchesne* [4].

20. focae] *Quater in hieronymianis nuntiatur:*

| | |
|---|---|
| *1 feb.* | *in Ponto Focatis (cod. E)* |
| *5 mart.* | *Antiochia passio sancti Focatis* |
| *14 iul.* | *alibi S. Focae episcopi (et confessoris)* |
| *21 dec.* | *alibi Foci.* |

*Unus fuit Phocas martyr celeberrimus, Sinope in Ponto. Hortulanus erat, non episcopus, auctore S. Asterio Amaseno, qui laudes eius dixit* [5]. *Ex uno autem duos fecerunt hagiographi, hortulanum et episcopum* [6], *ambos in synaxariis memoratos ad diem 22 sept.* [7]. *In libris Graecorum eiusdem mentio est mense iulio 5 vel 6 (miraculum S. Phocae), 19 (dedicatio ecclesiae) et 22. Cum his hodiernam martyrologii commemorationem cohaerere non vi-*

[1] *Rerum gestarum*, lib. XIV, 9, 7. — [2] *Origines du culte des martyrs*, p. 453-54. — [3] *BHL.* 5205, 5206. — [4] « Gummi est le nom d'une ville de Byzacène. » L. D. Cf. Tissot, *Géographie comparée de la province Romaine d'Afrique*, t. II, pp. 781, 142. — [5] *BHG*[2]. 1538-1540. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 252-95. — [6] *BHG*[2]. 1536. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 67-70. — [8] Ibid. pp. 802, 829, 835.

*deo.*

*deo. Conicit L. Duchesne festivitatem fuisse ecclesiae Viennensis, quae S. Phocae reliquiis ditata fuerat* [1]. *Ita enim Ado in Chronico :* Illis temporibus apud Pontum Synopis civitatis episcopus Phocas gloriosissime martyrium duxit ; cuius sacratissimae reliquiae translatae sunt in Galliam, in civitatem Viennam, ibique in ecclesia sanctorum Apostolorum repositae [2]. *Et in martyrologio, ad diem 14 iul., S. Phocae elogium ita concludit :* cuius reliquiae in basilica Apostolorum in Gallia, civitate Vienna habentur. *Miror tamen, pro nomine civitatis, quod in Additamentis Gallicanis martyrologii hieronymiani distincte exprimi solet, tralaticium illud* et alibi *scriptum fuisse. Concors est omnium codicum lectio, licet a vero aberret. Quae soli addunt codices alterius stirpis,* e t c o n f e s s o r i s, *recipienda non sunt.*

**Alibi sancti Focae episcopi.**

*24.* LUGDUNO] *Limpida sunt codicum verba :*

**Lugduno natale sancti Iusti episcopi et confessoris.**

*Quinquies in martyrologio memoratur* I u s t u s *Lugdunensis : iul. 14, aug. 4, sept. 2, oct. 14, oct. 21. Haec expendentur ad diem 21 oct. Die 2 sept. eius depositio in codicibus BSW nuntiatur. Opportunum censemus iam nunc observare unam eandemque esse commemorationem quae 14 iul. et 14 oct. signata est, seu* prid. idus iul. *et* prid. idus oct.

*31.* AMICI] *Quaerendum ubinam Galliarum fuerit sedes*

**Amici episcopi.**

[1] « La fête d'aujourd'hui, inconnue aux Grecs, pourrait bien être une fête de Vienne, où se trouvaient des reliques de S. Phocas, dans la basilique des Apôtres. Voir Adon à ce jour dans son Martyrologe, à l'année 101 dans sa Chronique ». L. D. — [2] Ad ann. 101, *P.L.*, t. CXXIII. p. 82.

# ID. IUL.

**I** | **II**

**In Alexandria natale Philippi Zenonis**

(I) **Sisinni Eutropi Zosimi Bonosae et infantium X.**

(II) **Nasei et decem infantium** [a].

**et in Sirmi Agrippini Secundi Maximi Furtunati Marcialis et Iacobi episcopi Nizibae qui in corpore multa signa fecit et arcam Noae solus vidit in monte nullus alius de his qui cum eo perrexerant videre est permissum. in Porto Romano hoc est in Hiscla natale sanctorum Eutropi Zosimae et Bonosae sororum. in Affrica civitate Kartagine natale sanctorum Catholini diaconi et reliquorum martyrum qui requiescunt in basilica sanctae Faustae Ianuari Florenti Pollutanae Iuliae et Iustae.**

*Addunt codices pleniores :* a) corbeia monasterio exceptio reliquiarum sancti dionisii ac sociorum eius C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 2. alāx E ; alexandr̄ B | 3. *om.* B ; scōrum *add.* W | 4. philippi B ; phylippi W | 11. infant̄ E | 15. decim B ; X W | 16. infantum W | 17. *om.* W | 19. sirmia B ; syrmia W ; nat. scōrum *add.* W | 20. agripini- BW | 23. furtimi B | 28. nicivis BW | 29-52. *om.* E | 31. corpora B | 36-37. arcanae W | 39. B², vit B¹ | 52. rōm *add.* E | 55. *om.* E ; romān B | 56-61. *om.* E | 62. eotropi BW | 63. zoseme BW | 65. honorosae E | 66. *om.* B | 68. aff̄ E ; africa BW | 70. kartāg E ; cartagine B ; cartaginae W | 71-72. *om.* E | 73. catolini B ; catulini W | 75-83. *om.* E | 77. marthirum W | 79. requiescent W | 81. basileca W | 83. faust̄ W | 84. ianuarīi BW | 86. pollutane W | 87. simul *add.* W | 89. iuste W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Alexandria nat. Pilipphi Zenonis et Sisinni et in Portu Romnao insela Eutropi. Sosimi Bonasae et infantum X et in Sirmio Acripini Secundi Maximi Marcialis Iacobi episcopi. — MON. : In Alexandria Philippi alibi Agrippini Cassiani mar. — RICH. : Syrmio Agrippini Secundi Maximi in Alexandria Philippi Zenonis Nasei Nicivis et in Affrica civitate Cartagine Catulini diaconi alibi Reginsindae martyr et virg.

## IUL. 15

*1.* IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἱέραξ καὶ Φίλιππος καὶ δέκα παῖδες μάρτυρες. *De Hierace silent codices nostri. Infantes decem a Philippo divelluntur infra, n. 11.*

**in Alexandria natale Philippi et infantium X.**

*5.* ZENONIS] *Ille, ni fallor, de quo ad 13 iul., n. 9, quemque* Z e n o b i u m *nuncupandum duximus.*

*6.*

*6.* SISINNI] *Die 19 iul. n. 1, nuntiatur i n A l e x a n d r i a S i s i n n i. Die iul. 10, n. 68, 101, iul. 11, n. 55, mentio est S i s i n n i i martyris Nicopolitani. Uter eorum hodie iteretur non perspicio. Minus placet eorum sententia qui legendum putant S i s i n n i, A l e x a n d r i, martyrum Anaunensium, qui die 29 maii, n. 58, coluntur* [1].

*7.* EUTROPI] *De tribus martyribus E u t r o p i o, Z o s i m a et B o n o s a, infra, n. 54.*

*8.* ZOSIMI] *Lege Z o s i m a e, infra n. 63, et in carmine epigraphico mox afferendo.*

*11.* INFANTIUM] *Supra, ad n. 1.*

*13.* NASEI] *Hic primum scripta erant, ni fallor, nomina tria n. 7, 8, 9, deinceps deleta, remanentibus postremis syllabis* [BO]NOSAE, *unde N a s e i.*

*19.* IN SIRMI] *Breviarium Syriacum ad diem 20 iul. : ἐν Σιρμίῳ Σεκοῦνδος. Etiam in codicibus nostris eo die nuntiatur, sed suppresso loci indicio, S e c u n d u s, corrupte tamen: S a n d i (iul. 20, n. 15; n. 68, 72: S e c u n d i), addito etiam, quemadmodum hodie: A g r i p i a n i. Hunc proinde, a syriaco casu omissum, ut opinor, restituimus:*

**in Sirmio Agrippini, Secundi.**

*22.* MAXIMI] *De Maximo quodam Sirmiensi nihil traditum est. In martyrologio proximus est M a x i m u s, iul. 10, n. 10, verum non martyr sed coemeterii conditor seu eponymus.*

*23.* FURTUNATI] *Iul. 12, n. 10, martyr Aquileiensis.*

*24.* MARCIALIS] *Iul. 10, n. 39, martyr Romanus.*

*26.* IACOBI] *Breviarium Syriacum: Μνήμη Ἰακώβου ἐπισκόπου Νισίβεως* [2], *de quo multa Theodoretus* [3]. *Eius festum a Graecis nunc agitur die 13 ianuarii* [4]. *De historiae Iacobi fontibus tam apud Graecos quam apud Orientales ampla est disquisitio in Analectis nostris* [5], *ubi et de Arcae inventione* [6], *addita latina versione* Passionis *(id est Vitae)* sancti Iacobi Nisibis patriarchae, *lingua armenia conscriptae.*

**Iacobi episcopi Nizibae qui in corpore multa signa fecit et arcam Noae solus vidit in monte, <quam> nullus alius de his qui cum eo perrexerant videre est permissum.**

*54.* IN PORTO] *Solius Bonosae, nulla facta Eutropii et Zosimae mentione, Acta habentur* [7]. *Ea autem perhibetur capitalem subiisse sententiam idibus iuliis, foras urbis portas. In iisdem autem Actis refert hagiographus milites L ab eadem conversos foras portam civitatis decollatos esse octavo id. iulias, eorumque corpora sepulta esse non longe a Portu Romano stadio uno. Eo fere loco reperta est inscriptio* [8], *quam a Rossio illustratam* [9] *proferimus:*

SANCTIS MARTYRIBVS ET BEATISS*imis*
EVTROPIO BONOSAE ET ZOSIM*ae*
DONATVS EPISC*opus* TVMVLVM ADO*rnavit*
SED ET BASILICAM CONI*un*CTAM *tumulo*
A FVNDAMENTIS SANCTAE *ple*BI *Dei construxit*

*Effossa sunt etiam ibidem fragmenta carminis epigraphici, ubi de S. Zosima, Eutropii et Bonosae sorore* [10]. *Haec quoque, cum Rossianis supplementis* [11], *exscribimus:*

ACCIPE ME DIXIT DOMIN*e in tua limina Christe*
EXAVDITA CITO FRVITV*r modo lumine caeli*
ZOSIME SANCTA SOROR M*agno defuncta periclo*
IAM VIDET ET SOCIOS SANC*ti certaminis omnes*
LAETATVRQVE VIDENS MIRA*ntes sistere circum*
MIRANTVRQVE PATRES TAN*ta virtute puellam*
QVAM SVO DE NVMERO CVPIE*ntes esse vicissim*
CERTATIMQVE TENENT ATQ*ue amplectuntur ovantes*
IAM VIDET ET SENTIT MAGNI *spectacula regni*
ET BENE PRO MERITIS GAVDET SIBI PRAEMIA REDDI
TECVM PAVLE TENENS CALCATA MORTE CORONAM
NAM FIDE SERVATA CVRSVM CVM PACE PEREGIT

*Lectionem in H i s c l a, procul dubio corruptam, restituendam esse* in insula *coniciebat Florentinius* [12], *assentiente Rossio* [13], *quod tamen valde dubium sibi videri asseruit Dessau* [14], *et in medio relinquere praestat. Rem aliquo modo illustrant simul et martyrum Portuensium cultum ea quae anno 1256 enarrat Godefridus monachus Clarevallensis, ab archipresbytero ecclesiae Portuensis accepta:* Ad multiplicem tamen precum nostrarum instantiam dictus archipresbyter saepe dictam Portuensem adiens civitatem perscrutatis studiose libris ecclesiae cathedralis et aliis Romam reversus constanter et firmiter et absque ulla haesitatione asseruit, beatos martyres Eutropium, Zosimam et Bonosam in altari ecclesiae beati Laurentii memoratae urbis quondam fuisse reconditos. Quos ab eodem altari per dictum monachum Renierum de Sena extractos memoratus dominus cardinalis Conradus transferre fecit et transportari usque Claramvallem. Ego tamen frater Godefridus dictae rei maiorem adhuc certitudinem reportare desiderans, cepi diligenter inquirere si Romae esset aliqua ecclesia in honorem praedictorum martyrum dedicata. Tandem intellecto quod trans Tiberim quaedam ecclesia in honorem beatae Bonosae erat aedificata, in qua praedicta virgo cum magna devotione venerabatur, gavisus sum gaudio magno valde, praefatamque adivi ecclesiam et sacerdotem ipsius ecclesiae, hominem senem maturum et magnae devotionis virum, de vita et passione dictae sanctae virginis interrogans responsum accepi ab eo, quod corpus dictae sacrae martyris a suprascripto monacho Clarevallensi Reniero Senensi de altari dictae ecclesiae beati Laurentii sublatum extitit tempore bonae memoriae Conradi

[1] F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 828. — [2] Cf. F. NAU, in *Patrologia orientalis*, t. X, p. 7-8. — [3] *Hist. relig.*, I; *Hist. eccl.*, I, 13. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 388. — [5] *Anal. Boll.*, t. XXXVIII, p. 285-373. — [6] Ibid., p. 321-36. De hac inventione nonnulla parum explorata apud E. NESTLE, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, 1905, p. 241-43. — [7] *BHL.* 1425-1426.— [8] *C.I.L.* XIV, 1927. — [9] *Bullettino*, 1866, p. 45-46. — [10] *C.I.L.* XIV, 1938. — [11] *Bullettino*, t. c., p. 47. — [12] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 664. — [13] *Bullettino*, t.c., p. 45, — [14] *C.I.L.* XIV, p. 175.

cardinalis

cardinalis tunc episcopi Portuensis, et ab eodem monacho cum aliis sanctorum corporibus martyrum Claramvallem delatum. His igitur intellectis per plures viros discretos autenticos et maturos certificatus et testificatus dictae sacrae virginis vitam et passionem mihi accommodari propensius postulavi, et faciens eam scribi Claramvallem eam mecum apportavi. Dictorum autem beatorum martyrum festivitas idus iulii celebratur, prout in martyrologio evidenter exprimitur [1]. *Iamvero ecclesia Sancti Laurentii, ubi olim condita erant corpora SS. Eutropii, Zosimae et Bonosae, illa est de qua in Libro pontificali:* Monasterio beati Laurentii, posito in insula Portus Romani [2], *et in litteris pontificiis Benedicti VIII ann. 1018* [3].

**in Portu Romano hoc est in Hiscla Eutropi, Zosimae et Bonosae sororum.**

*Antiquissima est ecclesia Sanctae Bonosae trans Tiberim* [4]. *Sanctam autem martyrem quae in ea colebatur a Portuensi forsitan diversam esse suspicati sunt olim nostri* [5], *minus feliciter. Hanc tamen opinionem suam fecit Rossius, qui nullum adduxit argumentum quo res suaderi videatur* [6].

*68.* IN AFFRICA] *Kalendarium Carthaginiense:* Idus iulias sancti Catulini martyris. *Huius martyris Acta nulla supersunt, si tamen quaedam exstiterunt. Desideratur etiam sermo S. Augustini in eius natali habitus* [7]. *Error est scribentis* b a s i l i c a S a n c t a e F a u s t a e. *Etenim* b a s i l i c a F a u s t i *celeberrima erat, in qua S. Augustinus non semel verba fecit* [8], *quamque inter amplas numerat Victor Vitensis* [9]. *De hac in epistula episcoporum Africanorum ad Iohannem papam:* Haec basilica Fausti apud nos dicitur multis martyrum corporibus insignita, quorum Deus exaudivit orationes ut daret huius rei fiduciam sacerdotibus [10]. *In eadem sepultus est S. Felix episcopus Tibiucensis:* ductus a militibus decollatus est et positus in via quae dicitur Scillitanorum, in Fausti [11]. *S. Felicem unum esse r e l i q u o r u m m a r t y r u m eo certius asseri potest quod et ipse martyrium fecerit i d i b u s i u l i i* [12] *Iisdem annumerare nolim eos quorum nomina laterculum claudunt, quosque aliis diebus fastis inscriptos reperimus:*

| | | |
|---|---|---|
| *84.* | *I a n u a r i* | *passim.* |
| *85.* | *F l o r e n t i* | *aug. 31, n. 20.* |
| *86.* | *P o l l u t a n a e* | *iul. 30, n. 33: P o t a m i e n i.* |
| *87.* | *I u l i a e* | *iul. 30, n. 32; aug. 31, n. 22.* |
| *89.* | *I u s t a e* | *aug. 31, n. 21; iul. 30, n. 31: I u s t i.* |

*His igitur segregatis, remanet:*

**in Africa civitate Cartagine natale sanctorum Catholini diaconi et reliquorum martyrum qui requiescunt in basilica Fausti.**

*Cum Adone et Usuardo scribit martyrologium Romanum:* Carthagine B. Catulini ... et sanctorum Ianuari, Florentii, Iuliae et Iustae, qui positi sunt in basilica Fausti.

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* *C a s s i a n i. Videtur esse Cassianus martyr Forocorneliensis, cuius memoria agitur non* idibus iul., *sed* idibus aug.

*Cod. Rich.:* *R e g i n s i n d a e, puellulae Laufensis* († *c. 840*), *Acta conscripta sunt* [13].

[1] DE ROSSI, *Bullettino*, 1870, p. 41; CH. LALORE, *Reliques des trois tombeaux saints de Clairvaux* (Troyes, 1877), p. XLVII-XLVIII. — [2] *Liber pontificalis*, in Hadriano, DUCHESNE, t. I, p. 502. — [3] JAFFÉ-EWALD, n. 4024. — [4] C. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 223-24. — [5] *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 19. — [6] *Bullettino*, 1870, p. 37-38. — [7] POSSIDII *Indiculus*, c. IX. — [8] Serm. XXIII, CCLXI, *P. L.*, t. XXXVIII, pp. 155, 1202.— [9] *Hist. persec. Wandal.*, I, 8, 25; II, 6, 17; III, 9, 34. — [10] MANSI, *Concilia*, t. VIII, p. 808. — [11] *Passio S. Felicis*, n.31, *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 270. — [12] *Passio*, n. 29, ibid., p. 270. — [13] *BHL.* 7101. Cf. I. V. MOEGLING, *Biga sanctarum virginum* (Tubingae, 1754), p. 19-28.

# XVII KAL. AUG.

I | II

**In civitate Ostea natale Hilari.**

| **Mediolano Mochi Migetiae.**

**in Antiochia Theodoti Eustati Dionisi.**

**Mediolano Moeci et Megitiae.** | **Theodoti.**

**in Cessarea Pauli cuius gesta habentur et sancti Mammetis. et alibi Volenti Mithoni Coclei.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. *om.* E | 3. hostia W | 4. *om.* B; *add.* sc̄i W | 5. hilarini BW | 6. *add.* nāt W | 7. mochari W | 8. migetii W | 9. et E | 10. antioc̄ E; anthiocia W; *add.* nāt scōrum W | 11. theodosi B; theodisi W | 12. eustasi BW | 14. mediōl E | 20. cessar̄ E; cesarea B; caesaria W; *add.* nāt scōrum W | 21. *om.* W | 22-24. *om.* E | 29. *add.* nat. scōrum W | 30. valentini BW | 31. theoni BW | 32. diocletis BW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Ostia nat. Hilarini et in Antiochia Nisi et in Mediolano Moci et Mageciae. — Mon.: Et aliorum trium Theudosi Pauli Dionisii. — Rich.: In Hostia civitate Helarini et in Antiochia Teudoti et Statii Mediolanio Niochimi in Caesarea Pauli et Mametis.

## IUL. 16

*3.* OSTEA] *In Actis S. Gallicani mentio est S. Hilarini, omisso tamen depositionis die:* Hilarinus autem, qui quondam Gallicanum in Ostiensi urbe susceperat, cum cogeretur a persecutoribus fidei Christi sacrificare et nollet, fustibus caesus martyrium sumpsit. Cuius corpus christiani venerabiliter sepelierunt in Ostia [1]. *Lectionem* H i l a r i *solus codex E habet nec videtur alteri anteponenda.*

**in civitate Ostia Hilarini.**

*6.* MEDIOLANO] *S.* M o c i u m *Constantinopolitanum, qui die 10 maii, n. 47, recolitur, hodie Mediolani commemoratum fuisse, ob translationem aliquam eius reliquiarum, autumarunt nonnulli* [2], *quibus ipsi olim suffragati sumus* [3]. *Re maturius perpensa, quaestio iam nobis videtur paulo intricatior. Nempe die 15 iun., n. 13, obviam nobis fuerunt:* Constantinopoli Muci (*Mocii*) Megetiae. *Horum prior martyr est Byzantinus; alter, qui nullam cum eo societatem habet, martyr est Africanus* M i g g i n. *Uterque a* die XVII kal. iul. *ad* XVII kal. aug., *haud insolito errore translatus est; neque ulla causa est cur ambo Mediolani una commemorati sint. Quod igitur haec duo nomina hic cum Mediolani nomine coniuncta sunt, casu fortuito contigisse dicendum est. Neque in hodierno laterculo alius martyr cernitur quem Mediolanum sibi vindicare possit, nisi forte unus* D i o n y s i u s *(n. 13); qui tamen cur hodie memoratus fuerit, equidem non perspicio. Quae cum ita sint, omnia indicia eo vergunt ut* M e d i o l a n i *ex alio die anticipatum videatur; forsitan ex die 17 iul., n. 8. Indicia locorum a sanctorum nominibus seiuncta in alienis laterculis palari non ita raro deprehendimus. Erratica etiam est, die 9 iul., mentio:* Mediolano Moechi, *quae a* XVII kal. *ad* VII id. *iulias migravit* [4].

*7.* MOCHI] *Maii 10, n. 47; iun. 15, n. 15; iul. 9, n. 2:* M o e c h i; *n. 12:* M e c i; *infra, n. 15:* M o e c i.

*8.* MIGETIAE] *Infra, n. 17:* M e g i t i a e; *iun. 15, n. 16; lege* M i g g i n i s.

*10.* IN ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum ad diem 19 iul.:* ἐν Ἀντιοχείᾳ Θεόδοτος καὶ Εὐστάθιος οἱ μάρτυρες. *Licet martyres illi ceterum ignoti sint, certe scribendum est:*

**in Antiochia Theodoti, Eustathi.**

*Hunc esse Eustathium episcopum Antiochenum, qui Traianopolim in exsilium pulsus est ibique conditus, primus asseruit Florus Lugdunensis* [5], *quem secuti sunt Ado, Usuardus, ceteri usque ad martyrologii Romani compilatores.*

*Hic non importune adnotari potest, in Galatia diem 16 iul. sacram fuisse* A n t i o c h o *martyri, S. Platonis fratri, cuius memoriae in nostro martyrologio assignatus est dies 22 iul. De quo Vita S. Theodori Siceotae, his verbis:* ἐπιτελουμένης δὲ τῆς ἀθλητικῆς συνάξεως τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντιόχου τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ ἰουλίου μηνὸς ἐν τῷ εὐκτηρίῳ αὐτοῦ καὶ τοῦ ὁσίου προσκομίσαντος... [6]. *In kalendario quidem Neapolitano annuntiatur* S(AN)C(T)I ANTIOCHI [7]; *sed in nostro hodierno laterculo frustra eum requiras; idcircone quod* A n t i o c h i *illius mentio ex* A n t i o c h i a *nomine male geminata*

[1] *BHL.* 3236, n. 8. — [2] Duchesne, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXIV]; Savio, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 829. — [3] *Origines du culte des martyrs*, pp. 268, 384. — [4] *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 36-38. — [5] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 311. — [6] *BHG*[2]. 1748. — [7] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337.

*visa*

*visa sit, an alia de causa, decernant viri prudentes. Quicquid id est, eodem plane genere erroris alia nomina e martyrologio interciderunt.*

13. DIONISI] *Quamquam* M e d i o l a n o *(n. 6, 14) martyris nomine vacat, ut dictum est, vix crediderim hunc* D i o n y s i u m *huc pertinere, et celeberrimi Mediolanensis episcopi, cuius natalis agitur die 25 maii, aliam hodie fieri commemorationem. Dionysius etiam recensetur iul. 18, n. 22.*

15. MOECI] *Supra, n. 7:* M o c h i.

17. MEGITIAE] *Supra, n. 8:* M i g e t i a e.

18. THEODOTI] *Supra, n. 10.*

20. IN CESSAREA] *Caesareae hodie festum agebatur non* P a u l i *tantum, sed etiam* V a l e n t i n i *et* T h e o n a e, *qui inferius (n. 30, 31) impropria nota* e t a l i b i *signati sunt. In narratione pleniore Eusebiani libelli de Martyribus Palaestinae, nominantur* P a u l u s, V a l e n t i n a *et* H a t t h a. *Postremum hoce vocabulum in libris graecis modo cum* Ἐνναθᾶ *modo cum* Θεή[1] *commutatur, istic vero in* T h e o n i, T h o n i, M i t h o n i *agnosci potest. Paulo et sociis diem emortualem assignat Eusebius 25 iulii* [2]; *synaxaria autem graeca eos collocant diebus feb. 10, iul. 15 et 16*[3]. *Quod hic subditum est:* c u i u s g e s t a h a b e n t u r *(n. 22-24), profecto non de nostris, sed de alio quopiam dictum fuit, et probabilius cum nomine* M a m m i t i s, *n. 27, coniungendum est. Hac enim formula nunquam alias utitur martyrologium, in tot locis ubi martyres commemorat ex libro Eusebii de Martyribus Palaestinae. Sit itaque elogium:*

**in Caesarea Pauli, Valentinae, The[on]ae.**

27. MAMMETIS] *Commemoratio S.* M a m m e t i s *anticipatio quaedam est iul. 17, n. 17. Hodie inscripta est in nonnullis kalendariis Mozarabum*[4], *in plerisque tamen die 7 augusti*[5]. *Ut modo dictum est, enuntiatum incidens, n. 22-24, ad Mammetem non ad Paulum refertur. Ambos autem Caesarienses facit martyrologus, non male, dummodo alterum Caesareae Palaestinae, alterum Caesareae Cappadociae assignare memineris.*

**in Caesarea Mammetis cuius gesta habentur.**

32. COCLEI] *Al.* D i o c l e t i s. *Lectio incerta.*
EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* N i s i = *[Dio]nisi, n. 13.*
*Cod. Rich.:* S t a t i i = *Eustati, n. 12.*
N i o c h i m i = *Mochi, n. 7.*

[1] VIOLET, *Die Palaestinensischen Märtyrer*, pp. 60-66, 142-43. — [2] EUSEBII *De martyribus Palaestinae*, VIII, 12; VIOLET, t. c., p. 66. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 455, 822, 823. — [4] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 470. — [5] Ibid., p. 474.

---

# XVI KAL. AUG.

**In Affrica Aquilini Sperati Quindinis Bituri Agardi. Mediolano Marcelli. Kartagine Generosae Ianuariae et Sicilitanorum. et alibi Mammae Ennasiae Nazari Veturi Ianuari Secundae Donatae Bessiae Maximi Pauli item Aquilini Felicis Cutatae Titianae Hesae Siriani Entati. Autisiodoro Theodori episcopi.**

*Var. lect. codd.* EBW. — 1-2. *om.* E[1]; in ãff E[2] | 2. africa B; *add.* nat scorum W | 4. sparata B; speratae W | 5. schindini B; chindini W | 7. azardi BW | 8. mediõl E; *add.* nãt. scĩ W | 10. kartag̃ E; cartagine BW; *add.* nat scõrum W | 14. silicitanorum B | 16. *add.* scĩ B; nãt scĩ W | 17. mam̃ę B; mamme W | 18. inanxię B; in ansię W | 21. ianuarii BW | 23. donate W | 25. maximę B; maximae W | 27. *om.* BW | 30. cutate W | 32. esae E[1]; bessę B; bessae W | 33. sirianę BW | 35. antisiõd E; autesioder̃ B; autesiodero W; *add.* depositio beati W | 36. theodosi BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Carthagine Scilitarum et in Mediolano Marcelli. — RICH.: Mediolanio Marcelli in Affrica Aquilini Chindini Cartagine Generosi in Asia Nazarii Venturi Secundae Autisiodoro Teudosii episcopi.

## IUL. 17

1. IN AFFRICA] *Kalendarium Carthaginiense:* XV(I) kal. agustas sanctorum Scilitanorum. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum:*

XVII. NAT(*ALE*) S(*AN*)C(*T*)I SPERATI [1]

*In synaxariis Graecorum etiam* S p e r a t u s, *qui est Scillitanorum antesignanus, hodie nuntiatur* [2]. *Passio SS. Scillitanorum:* Praesente bis et Claudiano consulibus XVI kalendas augustas Kartagine in secretario inpositis Sperato, Nartzalo, *cet.* [3]. *Nomina martyrum* S c i l i t a n o r u m *(n. 14) duodecim, quae in hac Passione proferuntur, omnia et singula, hinc inde nonnihil maculata in hodierno laterculo enumerantur. Haec primum*

[1] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 825. — [3] *BHL.* 7527. Exstat eiusdem Passionis interpretatio graeca, *BHG*[2]. 1645.

*e Passionis lectione proferemus, additis numeris nostrorum codicum. De singulis deinde suis locis dicemus, si quid notandum occurrat.*

| | |
|---|---|
| *Speratus* | *n. 4.* |
| *Nartzalus* | *7, 19: Nazari.* |
| *Cittinus* | *5: Quindinis.* |
| *Veturius* | *6, 20: Veturi.* |
| *Felix* | *29.* |
| *Aquilinus* | *3, 28.* |
| *Laetantius* | *18: Ennasiae; 30.* |
| *Ianuaria* | *12, 21.* |
| *Generosa* | *11.* |
| *Vestia* | *24: Bessiae; 32.* |
| *Donata* | *23.* |
| *Secunda* | *22.* |

*Scribendum itaque erit:*

**in Africa Carthagine Scilitanorum Aquilini, Sperati, Cittini, Veturi, Nartzali, Generosae, Ianuariae, Laetantii, Secundae, Donatae, Bessiae, Felicis.**

*Eorundem martyrum memoria fastis hisce inscripta est etiam iul. 18 et 16 septembris. Horum tamen natalis dies certo certius incidit in iul. 17, ut ex superius allatis efficitur. Solitis librariorum artibus in diem sequentem relati sunt, in 16 septembris vero incuria eius qui legit* XVI kal. sept. *loco* XVI kal. aug. *Carthagine exstructa est* basilica Scillitanorum [1], *in qua S. Augustinus sermonem habuit* [2], *non semel, ut videtur. Possidius inter Augustini opera recenset* per natalem sanctorum martyrum Scillitanorum tractatus duos [3]. *Non duos tantum sed tres habemus huius modi tractatus. Hi sunt sermo XXXVII, qui in codice Casinensi inscriptus est* Sermo habitus in natale martyrum Scilitanorum in basilica Novarum [4]; *sermo XVI inter editos a Michaele Denis:* in natale sanctorum martyrum Scilitanorum [5]; *sermo XXX ex codice Guelferbytano 4096 editus a D. G. Morin:* Tractatus de natale sanctorum Scilitanorum in basilica Novarum [6]. *In kalendariis Mozarabum antiquis Speratus cum sociis nunc 17, nunc 18 iul. inscriptus est* [7]. *In synaxariis Graecorum socii omittuntur die 17* [8].

3. AQUILINI] *Infra, n. 28; iul. 18, n. 58. In Passione graeca Scillitanorum:* Ἀκουιλῖνος.

4. SPERATI] *Al. Speratae. Iul. 18, n. 59.*

5. QUINDINIS] *Al. Schindini, Chindini. Iul. 18, n. 60: Catuini, Civini; n. 62: Crestini. Lege: Cittini; graece:* Κιττῖνος.

6. BITURI] *Infra, n. 20: Veturi; graece* Οὐετούριος. *Iul. 18, n. 65: Vetusae, Vetosae.*

7. AGARDI] *Al. Azardi; infra, n. 19: Nazari; iul. 18, n. 64. Lege Nartzali, graece* Νάρτζαλλος.

8. MEDIOLANI] *In kalendario Mediolanensi hodie memoria agitur* sanctae Marcellinae virginis [9], *quae est soror S. Ambrosii.*

*Suffragari videtur martyrologium scribens: Mediolani Marcelli, levi errore, si placet, et facile emendando, una tantum addita syllaba* [10]. *Est et Marcellinae epitaphium, quod incipit:*

MARCELLINA TVOS CVM VITAE RESOLVERET ARTVS
SPREVISTI PATRIIS CORPVS SOCIARE SEPVLCHRIS

*et hisce concluditur versiculis, ubi dies natalis vix non distincte exprimitur:*

TE MEDIVS IVLI TRANSCENDIT FERVIDE CVRSVS
ET TE VIRGO TVVS TRANSVEXIT AD AETHERA [SPONSVS [11]

*Non tamen ilico scripserim:* Mediolani Marcellinae, *et eo magis cavendum ne prima rerum specie decipiamur quod desunt monumenta satis antiqua venerationis S. Marcellinae habitae* [12]. *Quapropter, nullam, ni fallor, nomen Marcelli, de quo codices nostri minime nutant, emendationem postulat. Nam postridie apud Graecos recolitur* ὁ ἅγιος ἱερομάρτυς Μάρκελλος, *cum hoc brevi elogio:* ἐν πυρακτωθέντι κραββάτῳ ἁπλωθεὶς τελειοῦται [13]. *Eodem die in tabulis marmoreis Neapolitanis consignatur*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) MARCELLI [14].

*Translationem reliquiarum S. Marcelli Mediolanum hodie commemorari opinatus est v. cl. Duchesne* [15]. *Neque hoc nobis placere candide fatemur. De Marcello enim in fastis Mediolanensis ecclesiae nec vola nec vestigium. Suspicor vocem Mediolano additam esse ad oram codicis a glossatore qui legerat Nazari (n. 19), quem existimavit celeberrimum esse Mediolanensem Nazarium, cum reapse esset Nartzallus. In contextum deinde glossa irrepsit, et male incurrit in Marcellum.*

11. GENEROSAE] *Iul. 18, n. 65. Graece* Γενερῶσα.

12. IANUARIAE] *Al. Ianuarii, etiam iul. 18, n. 67, 69. Graece* Ἰανουαρία.

14. SICILITANORUM] *Al. Silicitanorum. Scillium, martyrum duodecim patria, erat in Proconsulari* [16]. *Carthagine erat via* Scillitanorum, *cui adiacebat basilica Fausti* [17].

15. ALIBI] *Id est Caesareae in Cappadocia. Iul. 16, ad n. 27.*

17. MAMMIAE] *Iul. 16, n. 27: Mametis. A Graecis die 2 sept. agebatur festum* τοῦ ἁγίου Μάμαντος, *Constantinopoli in propria ecclesia* ἐν τῷ Σίγματι [18]; *die autem 13 iul. alia commemoratio-*

[1] VICTOR VITENSIS, *Histor. persec. Wandal.*, I, 3, 9. — [2] *Sermo* CLV, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 840. — [3] *Indiculus*, IX, *P.L.*, t. XLVI, p. 19. — [4] *P.L.*, t. XXXVIII, p. 221. Cf. MORIN, in *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 74. — [5] *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 75. — [6] Ibid., p. 550. — [7] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 470-71. Lege annot. n. 18. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 825. — [9] M. MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 189. — [10] F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 830. — [11] *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 233, n. 10; *C.I.L.* t. V, p. 623, n. 16. — [12] *Act. SS.*, t. c., p. 231. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, p. 829-30. — [14] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [15] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXIV]. — [16] TISSOT, *Géographie de la province romaine d'Afrique*, t. II, p. 775. — [17] *Passio S. Felicis Tibiucensis*, in *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 259. — [18] *Synax. Eccl. CP.*, p. 5-7.

*ratio-*

*ratio synaxariis inscripta est: τοῦ ἁγίου Μάμαντος πέραν ἐν τῷ Σίγματι* [1], *forsitan dedicationis eiusdem ecclesiae. Hanc quoque a Latinis aliquo modo celebrari, qui S. Mamantem seu Mammetem mense iulio 18 vel 17 recolunt, nemo credat. Diem enim ei dicarunt 17 aug., ut efficitur tum ex nostris codicibus, tum ex Passione S. Mammetis auctoribus Euprepio, Cratone et Perigene:* positus est XVI kal. sept. [2], *aliisque. Iamvero a* XVI kal. sept. *ad* XVI kal. aug. *incaute traducta est haec memoria, quae etiam pridie 16 iul., n. 27, anticipata est.*

*18.* ENNASIAE] *Unum nomen variis mirisque modis a librariis depravatum habemus:*

*Ennasiae, n. 18, al. inanxiae,*
*in Asia (codd. CLV).*
*Entati, n. 34.*
*Cutatae, n. 30.*
*Lutati, iul. 18, n. 63.*

*unde ad veram lectionem gradum facimus: Laetanti. Qua ratione graecus ad Κελεστῖνον devenerit, ignoramus.*

*19.* NAZARI] *Supra, n. 7: Agardi.*

*20.* VETURI] *Supra, n. 6: Bituri.*

*21.* IANUARI] *Supra, n. 12: Ianuariae, quae genuina lectio est.*

*22.* SECUNDAE] *Graece Σεκούνδα.*

*23.* DONATAE] *Graece Δονᾶτα.*

*24.* BESSIAE] *Infra, n. 32: Hesae, al. Bessae; iul. 18, n. 71: Hessae. Graece Ἐστία.*

*25.* MAXIMI] *Al. Maximae. Iul. 18, n. 38. Non est martyr Scillitanus, et solo nomine notus est.*

*26.* PAULI] *Martyr Palaestinensis, iul. 16, n. 21; iul. 18, n. 39.*

*28.* AQUILINI] *Supra, n. 3.*

*29.* FELICIS] *Martyr Scillitanus. Φίληξ in graeco. Iul. 18, n. 61.*

*30.* CUTATAE] *Legendum Laetanti, supra, ad n. 18.*

*31.* TITIANAE] *Infra, n. 33: Siriani, al. Sirianae; iul. 18, n. 70: Titiani. Legendum, ni fallor, Tatiani. Die enim 19 iul. in breviario Syriaco memoratur Τατιανός cum aliis martyribus Synnadae coronatis, quos inter et Μακεδόνιος. Hic autem recordari velim martyres tres, Macedonium, Theodulum et Tatianum apud Merum Phrygiae urbem passos esse sub Iuliano, auctore Socrate* [3], *eosque ipsos in synaxariis Graecorum nuntiari ad diem 12 vel 13 sept.* [4]. *Quicquid censendum est de loco passionis, unum ex illis esse Tatianum, qui hodie commemoratur, in dubium revocari non potest. Cetera quae ad martyres Phryges pertinent expedire iuvat ad diem 19 iul., n. 5.*

*32.* HESAE] *Supra, n. 24: Bessiae.*

*33.* SIRIANI] *Al. Sirianae. Supra, n. 31: Titianae.*

*34.* ENTATI] *Supra, n. 30: Cutatae, lege Laetanti. Cf. n. 18.*

*35.* AUTISIODORO] *Interfuit Theodosius concilio Aurelianensi, an. 511* [5]. *Exstat epistula S. Remigii Remensis* Dominis vere sanctis et meritis beatissimis in Christo fratribus Heraclio, Leoni et Theodosio [6].

**Autisiodoro Theodosii episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.: in Asia = Ennasiae, n. 18, id est Laetanti.*

*Venturi = Bituri, n. 6.*

[1] Ibid., p. 818. — [2] *BHL.* 5191d. — [3] *Hist. eccl.*, III, 15. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 38, 39. — [5] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 445; *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 276-78. — [6] *M.G.*, Epist., t. III, p. 114.

# XV. KAL. AUG.

**I** | **II**

**II:** **Romae via Tiburtina miliario VIIII Sempherosae matris septem germanorum quaecum ipsis est posita nomina vero germanorum haec sunt Petri Marcelliani Ianuarii Dionisi Sinproni Clementis Germani et Herenei quorum gesta habentur.**

**in Dorostoro natale Emiliani**

**I:** **Secundae Donati**

**Bessi Maximi Pauli**

**I:** **Romae Senforensae matris VII germanorum Petri Marcelliani Ianuari Dionisi Sinproni Clementis Germani et Hirenei.**

**II:** **Secundae Donatae.**

**in Affrica Aquilini Sperati Catuini Felicis Crestini Lutati Nazari Vetusae Generosae Ianuari item Ianuari Titiani [a] Hessae**

**II:** **et Fabei episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) arnulfi coñf B. — b) et octabas sc̄i benedicti B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. roma W | 2-3. viati besti na W | 5. nono B ; *add.* nāt scōrum W | 6. semperosae W | 10. quecum B ; quę cum W | 15. *add.* septē W | 24. clem̃tis B | 26. *om.* W | 32. dorostor W | 33. *om.* B ; scōrum *add.* W | 34. emeliani B | 36. bassi BW | 40. rom̃ E | 42. maris E¹ | 54. secunde W | 55. donate W | 57. aff E ; africa BW ; *add.* nāt scōrum W | 60. civini BW | 62. cristini W | 65. vetosę B ; fetusę W | 66. gerosę B ; generosę W | 67. ianuarię B ; ianuariae W | 69. ianuarię BW | 70. tytiani W | 71. haessae E ; hessę W | 73. falbei W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Dorositoro nat. Emiliani Secundae Donatae et Bessi Maximi Pauli et Romae Senforisis matris VII germanorum et depositio sancti Flavei episcopi.— Mon. : Romae via Tiburtina natalis sanctorum Sempherosae matris VII germanorum quae cum ipsis est posita Arnulfi confessoris. — Rich. : In Alexandria Sisinni Rome Semprosi Petri Marcelliani Ianuarii in Dorostoro Emiliani Bassi Maximi Pauli alibi Fabei episcopi.

## IUL. 18

*1.* ROMAE] *Etiam infra, n. 40. Passio S. Symphorosae :* Natalis vero sanctorum martyrum Christi beatae Symphorosae et septem filiorum eius Crescentis, Iuliani, Nemesii, Primitivi, Iustini, Stractei et Eugenii celebratur sub die XV kalendas augusti. Eorum corpora requiescunt via Tiburtina miliario ab Urbe octavo [*al.* nono] [1]. *Mirum sane est sententiae : n o m i n a v e r o g e r m a n o r u m h a e c s u n t (n. 14-18), annecti catalogum in quo nullus eorum prodit qui filii Symphorosae feruntur, et die iun. 27, velut septem germani, omissa matre, memorantur. Hinc suspicio ingeritur hodie primum non fuisse factam filiorum mentionem, deinde vero interpolatorem, qui nomina martyrum a Petro ad Hireneum (n. 19-27) germanorum septem esse (reapse octo sunt) sibi persuasit, inseruisse haec verba : n o m i n a v e r o cet., addita etiam clausula (n. 28-30) : q u o r u m g e s t a h a b e n t u r. Haec gesta quam perfunctorie legerit, si tamen legerit, palam est. Demptis ergo quae Symphorosae elogio male assuta sunt, ita scribamus :*

**Romae via Tiburtina miliario VIIII Semphorosae matris septem germanorum, quae cum ipsis est posita.**

*Miliario nono viae Tiburtinae reperta sunt rudera basilicae Sanctae Symphorosae et filiorum* [2].

[1] *BHL.* 7971, n. 4. In *Act. SS.*, Iul. t. III, p. 7, adducitur Baronii locus ex Annalibus : « Ob magnam similitudinem, quae inter S. Felicitatem et S. Symphorosam intercedit, dubitasse scio virum eruditum, familiarem meum, num una eademque esset femina, quod eorumdem nominum eadem fere significatio esset. » Personas esse distinctas variis argumentis, debilioribus tamen, efficere conatur. Quod et aggressus est Pinius noster, *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 352, nec felicius ei successit. — [2] E. Stevenson, ap. De Rossi, *Bullettino*, 1878, p. 75-81 ; Id., *Scoperta della basilica di S. Sinforosa e dei suoi sette figli al nono miliario della via Tiburtina.* Roma, 1878, 93 pp.

*Ad*

Ad diem 27 iun. attulimus nomina septem germanorum qualia sunt in libro de Locis sanctorum martyrum [1], atque monuimus parum accurate eorum reliquias in ipsa Sancti Laurentii basilica collocari.

14. NOMINA] Nomina vero cet. (n. 14-18) interpolata esse modo dictum est. Quae sequuntur undequaque collecta videntur, nec apparet quam ob causam illuc confluxerint.

19. PETRI] Infra, n. 45. Petrus cum comite Marcelliano, lege Marcellino, martyres Romae coluntur iun. 2, n. 3, 6. Nisi tamen Marcellianus est pro Marcello, quem hodie apud Graecos commemorari dictum est pridie, iul. 17, n. 8.

21. IANUARII] Infra, n. 47; iul. 17, n. 21.

22. DIONISI] Infra, n. 48; iul. 16, n. 13.

23. SINPRONI] Infra, n. 49. Cum Clemente memoratur 9 nov.: Romae Clementis, Simproni. Qua via ad 18 iul. devecti sint, nos latet.

25. GERMANI] Infra, n. 51. Nudum nomen, sed cf. supra, n. 9: germanorum.

27. HERENEI] Infra, n. 53. Solo nomine notus.

29. GESTA] Ut patet, sanctorum qui memorati sunt nulla gesta habentur. Haec referuntur ad S. Symphorosam et filios, quorum Passio exstat, utique nulla fide digna.

32. IN DOROSTORO] Hieronymi Chronicon ad annum 363: Aemilianus ob ararum subversionem Dorostori a vicario incenditur [2]. Theodoretus: ἐν Δοροστόλῳ δὲ (πόλις δὲ αὕτη τῆς Θρᾴκης ἐπίσημος) Αἰμιλιανὸς ὁ νικηφόρος ἀγωνιστὴς ὑπὸ Καπετωλίνου τοῦ τῆς Θρᾴκης ἁπάσης ἄρχοντος παρεδόθη πυρί [3]. Chronicon Paschale, ad annum 363: Ἐμαρτύρησεν δὲ καὶ ἐν Δοροστόλῳ τῆς κατὰ τὴν Θρᾴκην Σκυθίας Αἰμιλιανός, ἀπὸ στρατιωτῶν πυρὶ παραδοθεὶς ὑπὸ Καπετωλίνου οὐικαρίου [4]. Nonnullis visum est S. Ambrosium de Aemiliano locutum esse his verbis: cum meminerint tempore Iuliani illum qui aram deiecit et turbavit sacrificium, damnatum a iudice fecisse martyrium [5]. S. Aemiliani Acta graeca [6] non sunt quidem spernenda, minime tamen, qualia habentur, antiquissima [7].

**in Dorostoro natale Emiliani.**

35. SECUNDAE] Etiam n. 54. E martyribus Scillitanis, iul. 17, n. 22.

36. DONATI] Infra, n. 55: Donatae, recte, nam etiam una est e martyribus Scillitanis, iul. 17, n. 23.

37. BESSI] Iul. 17, n. 24: Bessiae, inter martyres Scillitanos. Infra, n. 71: Hessae.

38. MAXIMI] Iul. 17, n. 25; iul. 20, n. 30.

39. PAULI] Martyr Palaestinensis, iul. 16, n. 21; iul. 17, n. 26; iul. 20, n. 34.

40. ROMAE] Supra, n. 1-27, 40-53.

57. IN AFFRICA] Sequitur martyrum Scillitanorum, quorum natalis dies fuit heri, elenchus integer, dummodo addideris nomina tria quae praemissa sunt, n. 35-37: Secundae, Donatae, Bessiae.

58. AQUILINI] Iul. 17, n. 3.

59. SPERATI] Iul. 17, n. 4.

60. CATUINI] Iterum n. 62: Crestini. Iul. 17, n. 8: Quindinis, lege: Cittini.

61. FELICIS] Iul. 17, n. 29.

62. CRESTINI] Supra, n. 60: Catuini, id est Cittini.

63. LUTATI] Lege: Laetanti. Cf. iul. 17, n. 18.

64. NAZARI] Iul. 17, n. 19; lege: Nartzali.

65. VETUSAE] Iul. 17, n. 20: Veturi.

66. GENEROSAE] Iul. 17, n. 11.

67. IANUARI] Item n. 69; iul. 17, n. 21. Lege Ianuariae, ut ibid., n. 12.

70. TITIANI] Iul. 17, n. 31: Titianae, lege Tatiani.

71. HESSAE] Iul. 17, n. 32: Hesae; supra, n. 37: Bessi, lege Bessiae.

73. FABEI] Al. Falbei. In codice Cambrensi: depositio sancti Flavei episcopi. In eodem codice, die 6 aug.: natale Flavei episcopi. Martyrologium Gormanni, hoc die: Failbe, cum glossa: mac Craicdibhigh, id est: Failbe, filius Cracdibechi [8]. Lectio codicis W videtur ceteris anteponenda.

**Depositio Falbei episcopi.**

ADDITAMENTA] S. Arnulfi, episcopi Mettensis, corpus primum conditum est in castello Habendum, quod postea dictum est Romarici mons, hodie Remiremont, dein a Goerico episcopo in urbem Mettensem translatum [9]. Hodie in solo codice B (qui Mettensis est) Arnulfus inscriptus est; die 18 aug. in eodem, ad oram paginae scriptum legitur: Metis depositio S. Arnulfi episcopi; in codice E, prima manu: et beati Arnulfi. Priorem memoriam esse sancti obitus, alteram eiusdem translationis obvia est coniectura. Potuit tamen librarius in errorem induci propter numerorum similitudinem: XV kal. aug. et XV kal. sept. [10].

EXCERPTA] Cod. Cambr.: Flavei, n. 73. Cod. Rich.: Sisinnii, iul. 19, n. 3.

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [2] J. K. FOTHERINGHAM, *Eusebii Pamphili chronici canones*, p. 325; R. HELM, *Die Chronik des Hieronymus*, p. 243. — [3] *Hist. eccl.*, III, 7, 5. Theodoretum secutus est NICEPHORUS CALLISTUS, *Hist. eccl.*, V, 9; *P.G.*, t. CXLVI, p. 465. — — [4] DINDORF, t. I, p. 549. Ita fere THEOPHANES, *Chronographia*, DE BOOR, t. I, p. 51. — [5] *Epist.* XL, 17, *P.L.*, t. XVI, p. 1107. Cf. *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 263. — [6] *BHG*[2]. 33. — [7] *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 260-65. — [8] W. STOKES, *The martyrology of Gorman*, p. 138. — [9] *BHL*. 689, n. 22, 23. Cf. *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 423-47. — [10] « Aujourd'hui le ms. de Metz est le seul qui mentionne S. Arnulf, et il le mentionne de première main. Faut-il croire qu'il marque aujourd'hui la mort du saint, au 18 août sa sépulture à Metz? ou qu'il y ait eu confusion entre le *XV kal. sept.* et le *XV kal. aug.*? Je ne saurais me décider entre les deux solutions. » L. D.

# XIV KAL. AUG.

| I | II |
|---|---|

**In Alexandria Sisinni. in Antiochia Macedonis et Lampadi.**

**Constantinopoli Daretiae** |

· **Luciani Philippi Petri Torquati.**

| **Constantinopoli Dariae.**

**in Spaniis Iustae. Lugduno Galliae Rustici presbyteri et confessoris.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. alāx E ; alexandr̄ B ; *add.* nat. scōrum W | 4. et E | 5. antioc̄ E ; antiocia W ; *add.* scorum W | 6. machodonis B ; machadori W | 7. *om.* BW | 8. lāpadii B | 9. constantinop̄ E | 12. phylippi W | 15. constantinp̄ B ; *add.* nāt scī W | 18. spanis E ; hispaniis W ; *add.* nāt scī W | 20. lugduñ E | 21. gāl E ; galł BW ; *add.* nāt scī W | 23. ep̄i E | 24-25. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria nat. Sisinni et in Anthiochia Magadonus et Lampadi et in Constantinopoli Donatiae. — Mon. : Alexandriae Sisinni Machado Lugduni Rustici confessoris. — Rich. : In Antiochia Macedonis et Lampadii Constantinopoli Luciani Philippi Petri in Spaniis Iusti Lugduno Galliae Rustici presbyteri.

## IUL. 19

*1.* in alexandria] *Inter Aegyptios martyres fuit Sisinnius, cuius Acta servata sunt plane fabulosa*[1]. *Isne an quis alius hic annuntietur, incertum. Sed quoquo modo se res habet, cum codicibus legendum est:*

**in Alexandria Sisinnii.**

*Non tamen haec sententia omnibus placuit neque a coniectura immunis abire passa est. Nempe Alexandria stare visum est pro Alexandri. Quo restituto, prope redintegrata est mentio martyrum Anauniae (29 maii): Alexandri, Sisinnii, Martyrii. Deest quidem hic postremus sed opportune arcessitur e laterculo diei 20 iul., n. 55, Marthori, qui numerum compleat*[2]. *Subtilius plane quam verius. Neque Marthori ad Martyri sine nimia violentia inflecti potest. Variae namque lectiones Pastori, Partori satis perspicue innuunt legendum esse Partheni, ut suo loco demonstrabitur.*

*5.* in antiochia] *In breviario Syriaco, quale nobis exhibetur, geminatus fuit dies 19 iul. In prima forma annuntiantur ἐν Ἀντιοχείᾳ Θεόδοτος καὶ Εὐστάθιος οἱ μάρτυρες, iidem de quibus egimus in commentario ad diem 16 iul.; in altera: ἐν Συνάδοις Μακεδόνιος καὶ Λαμπάδιος καὶ Ἀντίγονος καὶ Ἰοβιανὸς καὶ Βικτωρῖνος καὶ Τατιανός*[3]. *Fortasse temerarius non sit qui coniciat, in exemplo quo usus est martyrologii collector, hiare lacunam a nomine Θεόδοτος usque ad Συνάδοις, ita ut proxime cum Ἀντιοχείᾳ coniungerentur Macedonius et Lampadius, qui Phryges sunt. Aliam causam non perspicio quae nomen Antiochiae adduxerit in laterculum ubi nullus compareat martyr Antiochensis. Et re quidem vera Socrates*[4], *et Socratem secutus Sozomenus*[5], *in capite περὶ τῶν ἐν Μηρῷ τῇ πόλει τῆς Φρυγίας ἐπὶ Ἰουλιανῷ μαρτυρησάντων, tres martyres Phryges recenset: Μακεδόνιον, Θεόδουλον, Τατιανόν. De his synaxaria graeca ad dies septembris 12 et 13*[6]. *In codicibus nostris abest quidem ab hodierno laterculo Θεόδουλος; in crastino autem, iul. 20, n. 48, legitur Theodoli. Τατιανός etiam hodie non comparet; sed nominatur die 17 iul., n. 31: Titianae. Quam ob causam urbs Phrygiae, quae hos sanctos sibi vindicat, alibi aliter nominetur (Synnada, Meros) inquirere non est huius loci. Ipsi martyres tam perspicue designantur, ut duce breviario Syriaco fidenter scribi possit:*

**<in Synnada> Macedonis, Lampadis, Theoduli et Tatiani.**

*9.* constantinopoli] *Daretiae, al. Dariae (n. 16), cuius festum in illa urbe celebrari hic legimus, nomen in fastis byzantinis inauditum est. Romanis quidem nota fuit Daria, S. Chrysanthi uxor; sed haec cultu quodam praecipuo Constantinopoli numquam celebrata fuit.*

*11.* luciani] *Iul. 20, n. 4.*

*12.* philippi] *Solo nomine notus.*

*13.* petri] *Iul. 20, n. 5.*

*14.* torquati] *Solo nomine notus.*

*16.* dariae] *Supra, ad n. 9.*

*18.* in spaniis] *SS. Iusta et Rufina natalem habuisse diem 19 iulii perhibentur. Haec sunt verba earumdem Passionis:* harum passio celebratur XIV kal. aug.[8]. *Pleraque kalendaria mozarabica eas annuntiant die 17 iulii, Cordu-*

[1] *BHO.* 1080. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, pp. 75, 103, 129, 137. — [2] Savio, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 828. — [3] F. Nau, in *Patrologia orientalis*, t. X, p. 7-8. — [4] *Hist. eccl.*, III, 1. — [5] *Hist. eccl.*, V, 11. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 33, 38, 40. — [7] *BHL.* 1787; *Synax. Eccl. CP.*, p. 547, ad diem 19 martii. — [8] *BHL.* 4568. Cf. Cumont, *Les Syriens en Espagne et les Adonies à Séville*, in *Syria*, 1927, p. 330-41.

tense

*bense autem die 18 :* est Latinis festum Iuste et Rufine interfectarum in Ispali, et festum ambarum est in monasterio Auliati [1]. *Variis in Hispaniae locis reperti sunt tituli saec. VII positi, quibus reliquiae tum aliorum sanctorum, tum* IVSTAE *et* RVFINAE *designantur* [2]. *In nostris codicibus Rufinae nomen desideratur.*

**in Spanis Iustae.**

*20.* LUGDUNO] *Solus codex E Rusticum episcopum appellat. Rustici autem episcopi Lugdunensis († 501) natalis in diem 25 april., n. 29, incidit. Sequendi igitur codices alterius stirpis, quamquam Rusticus presbyter alias ignotus est.*

**Lugduno Galliae Rustici presbyteri et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Magadonus = Macedonis, n. 6.*
*Donatiae = Daretiae, n. 10.*
*Cod. Mon. : Machado = Macedonis, n. 6.*

[1] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 470-71. — [2] HÜBNER, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, n. 80, 88, 89, 175. Cf. *Supplementum*, p. 175.

---

# XIII KAL. AUG.

**I** **II**

**In Affrica**

| **Sabini**

**Luciani Petri Amabilis Nunninae.**

**et in Tebaida Victoris. in Damasco Savini** [a] |

**Sandi Acripiani Medaduli Respectae cum aliis numero XXII.**

**Passeris** | **in Thebaida Victoris. in Damasco Sabini**

**Maximi Iuliani Macrobi Cassi Paulae cum aliis X. in Chorinto Cyriaci Donati Tertii Appiae Felicis Neratiae Fructi Celsi Theodoli Calori Partimi Spreti item Victuris Maximi Marthori Nestitae Pauli Romani** [b] **Valeriani Ameli Cassi. Romae Passeri Macrinae Vestitae Satiri Ametini**

**Secundi** |

**Emeli**

| **et alibi Secundi** [c].

*Addunt codices pleniores :* a) in casino severi E. — b) et longini B.— c) corbeia monasterio dedicatio basilicę beati stephani protomartyris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. aff̄ E ; africa BW ; *add.* nāt scorū W | 7. nonninę BW | 13. damasc̄ E | 16. agripiani BW | 17. megaduli B | 18. respectati BW | 19-20. et aliorum E | 21. *om.* E | 22. XXIII BW | 25. *add.* nāt sc̄i W | 28. *add.* nāt scōrum W | 32. magropi BW | 34. paule B | 36. alis E | 39. choranto B ; chorento W ; *add.* nat̄ scōrum W | 48. theudoli W | 49. calociri BW | 51. spraeti W | 52. *om.* BW | 53. victoris BW | 55. partori B ; pastori W | 56. nęstitę W | 60. emili B ; einili W | 62. rom̄ E | 63. passerię B ; passeriae W | 64. magrini B ; marini W | 65. nestitę B ; nestitae W | 66. satyri W | 67. emirini B ; marini W | 69. emili BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Lucani Petri Amabilis et Nunninae et in Thebaida Victoris et in Damasco Savini. — MON. : In Africa natalis sanctorum Sabini Luciani Petri cum aliis numero XXIII. — RICH. : Affrica Luciani Petri Amabilis et in Thebaida Victuri et in Damasco Sabini et in Cassino Severi in Corintho Cyriaci Rom. Passeriae.

## IUL. 20

*1.* IN AFFRICA] *Hodierni laterculi pars non modica farrago est undique collecta. Nomina tam confuse permixta sunt ut certo dignosci non possit quae ad Africam pertineant. Emicare tamen videntur in promiscua turba martyres aliquot e Scillitanis illis diei 17 iul., n. 1, et Carthaginiensis episcopus Aurelius, n. 60.*

*3.* SABINI] *Infra, n. 14, 29.*

4. LUCIANI] *Iul. 19, n. 11.*

5. PETRI] *Iul. 19, n. 13.*

6. AMABILIS] *Solo nomine notus.*

7. NUNNINAE] *Solo nomine nota.*

11. VICTORIS] *Infra, n. 53. Victor huc se prorupisse videtur e 21 iul., ubi codices nonnulli in Massilia recoli ferunt alii Victorem et Coronam, alii solum Victorem. Aliam mentionem cui aptetur indicium loci: in Thebaida, n. 10, 25, non video. Una ex Passionibus SS. Victoris et Coronae exorditur in haec verba:* In Aegypto locus est nomine Coma, in quo passus est Victor martyr et Corona nobilis matrona [1]. *Quam pervagatum fuerit in Aegypto Victoris nomen, aliunde satis constat* [2]. *Sed quis e tot Victoribus hic et nunc salutandus sit, documenta historica dignoscere non sinunt. Lycopoli (vulgo Siût) suus erat S. Victor, cuius festum agebatur die 1 decembris; exstabatque prope urbem monasterium S. Victoris* [3]. *Sitne scribendum hodie, quemadmodum die 21 iul. in codice E, et Coronae, in medio relinquimus.*

**in Thebaida Victoris.**

13. IN DAMASCO] *Damascus proprios martyres nullos vindicare potest; certe non Savinum, qui, n. 3, recoli dictus fuit in Africa, nullo tamen, quod cernamus, comprobante testimonio.*

15. SANDI] *Breviarium Syriacum:* ἐν Σιρμίῳ Σεκοῦνδος. *Nomen Secundus, hoc loco depravatum, infra emendatius recurret, n. 68, 72. Eandem mentionem iam legimus die 15 iul., n. 19, ubi servatum est nomen loci, quod hodie intercidit. Utrobique cum Secundo coniunctus est Agripianus, sive Agrippinus. Scribatur ergo:*

**in Sirmio Secundi, Agrippiani.**

17. MEDADULI] *Al. Megaduli, utraque lectio corrupta. Conferri potest Magadonus in cod. Cambrensi, iul. 19, id est Macedonius, iul. 19, n. 6.*

18. RESPECTAE] *Al. Respectati. Nomen non admodum dissimile a Sperati (17 iul., n. 4; 18, n. 59), quod inferius occurret, nonnihil vitiatum: Spreti, n. 51; fortassis etiam n. 45: Nerati(ae). Is antesignanus est martyrum Scillitanorum, eiusque socii catervatim designari putandi sunt formula: cum aliis numero XXII (n. 19-22), inferius: cum aliis X. Verus numerus foret: cum aliis XI. Demi etiam potest una litterula e priore formula, ut legatur: cum aliis numero XII: solent enim martyrologi, cum sodales martyris recensent, ipsum ducem cum sociis annumerare. E nominibus quae infra recitantur nonnulla ad hanc catervam videntur pertinere: Donati, n. 41, lege: Donatae (iul. 17, n. 23); Vestitae, n. 65, Nestitae, n. 56, intellege: Bessiae, pro quo nonnumquam Passionis codices exhibent: Bestiae: Felicis, n. 44 (iul. 17, n. 29); Secundi, n. 68, quod genus mutavit cum Secundae (iul. 17, 22). Confer quae de duobus postremis nominibus disputata sunt n. 68, 44. Neque ab hodierno indiculo alienus fuisse videtur Nartzallus (iul. 17, n. 19); cf. n. 47, ubi de Celso et comite eius Nazario.*

20. CUM ALIIS] *Infra, n. 36: cum aliis X.*

23. PASSERIS] *Infra, n. 63: Passeri; iul. 21, n. 13: Praxidis.*

25. THEBAIDA] *Supra, ad n. 11.*

29. SABINI] *Supra, n. 3, 14.*

30. MAXIMI] *Infra, n. 54: iul. 17, n. 25; 18, n. 38.*

31. IULIANI] *Solo nomine notus.*

32. MACROBI] *Solo nomine notus.*

33. CASSI] *Infra, n. 61. Quoniam proximi sunt Maximi (n. 30) et Paulae (n. 34), a die 18 iul., n. 38, 39 (Pauli) huc delati, eosdem secum traxisse crediderim Bessi (iul. 18, n. 37), seu Bessiae, ex martyribus Scillitanis, cuius nomen a legitima forma iterum detortum, Cassi effectum est. Lege quae annotata sunt ad n. 18.*

34. PAULAE] *Infra, n. 57 et iul. 16, n. 21; 17, n. 26; 18, n. 39: Pauli, qui est martyr Palaestinensis.*

36. CUM ALIIS] *Societas martyrum X male aptatur Paulo, qui duos tantum passionis comites habuit (iul. 16, n. 21), nec satis est, ut vera restituatur lectio, numerum X in II commutare, quod ceterum elementorum lineamentis prohibetur. Iam saepius observatum est huius modi dicendi formulas in eodem laterculo iterari, variatis tamen numeris specie emendationis. Haec igitur verba cum aliis X truncatam exhibent formulam: cum aliis numero XXII, reapse numero XII, de qua supra, ad n. 18.*

39. IN CHORINTO] *Non alius videtur Cyriacus qui Corinthi passus hodie nuntiatur ab illo cuius die 12 ian. n. 1 agonis locus signatur in Achaia. Eius historiam nulla referunt monumenta.*

41. DONATI] *Melius, ni fallor, Donatae, quae una est ex martyribus Scillitanis. Lege annotata ad n. 18.*

42. TERTII] *Neque hoc neque proxime sequens: Appiae nomina sanctorum sunt, sed corrupta vocabula ex indicio topographico: < via > Appia < miliario > tertio quod ab elogio martyrum Romanorum, n. 49, 50, avulsum est.*

44. FELICIS] *Iul. 21, n. 28. Martyrum Scillitanorum unus est Felix. Lege quae dicta sunt ad n. 18. Non tamen inopportunum erit notasse alium Felicem in marmore Neapolitano ad hunc diem inscriptum esse:*

XX. NAT(*ALE*) S(*AN*)C(*T*)I FELICIS NOL(*ANI*) [4]

*In nostro martyrologio signatur Felix Nolanus die 27 iulii. Hodie ergo Felix Scillitanus commemorari censendus est.*

45. NERATIAE] *Turpiter a librariis depravatum nomen Sperati, agminis Scillitanorum ducis:* (*n*)ERATI (*ae*) = (*sp*) ERATI.

46. FRUCTI] *In laterculo diei 3 iun., n. 69,*

[1] *Anal. Boll.*, t. II, p. 291. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 220. — [3] Ibid., pp. 96, 109.— [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337.

*legitur*

*legitur idem nomen. Num eiusdem hominis dubitatur.*

47. CELSI] *Martyr Mediolanensis* C e l s u s *colitur die 28 iul., n. 43, cum* N a z a r i o. *Porro, in hisce libris* N a z a r i *scriptum repperimus pro* N a r t z a l l i *(iul. 17, n. 19), qui unus est ex martyribus Scillitanis. Hodie quidem neutrum nomen in laterculo recensetur; sed Nartzallum seu Nazarium e societate Scillitanorum (supra, n. 18) consulto exclusum fuisse nemo dixerit. Igitur casu excidit* N a z a r i, *quem Mediolanensem duxit imperitus homo qui glossis suis martyrologium non uno loco ditavit, seu potius deturpavit. Cum Nazario proinde comitem individuum copulandum censuit Celsum; Nazario autem deleto, solus relictus est* C e l s u s.

48. THEODOLI] *Heri, inter martyres Phryges frustra quaerebamus Θεόδουλον, qui, cum Macedonio et Tatiano, a Socrate et Sozomeno laudatur. A sociis segregatus, nescio quo casu, huc aberrasse dicendus est. Cf. iul. 19, ad n. 5.*

49. CALORI] *Al.* C a l o c i r i. *Huic si iunxeris* P a r t i m i *(n. 50), lege* P a r t h e n i, *habebis bigam illam martyrum quae cum aliis diebus, tum praecipue 19 maii colitur. Disiecta sunt membra notae topographicae, n. 58:* R o m a n i = R o m a e, *et n. 42, 43:* t e r t i o <v i a e> A p p i a e.

**Romae <via> Appia <miliario> tertio Caloceri et Parthenii.**

51. SPRETI] = S p e r a t i, *iul. 17, n. 4. Supra, n. 18.*

53. VICTURIS] *Supra, n. 11.*

54. MAXIMI] *Supra, n. 30.*

55. MARTHORI] *Al.* P a r t o r i, *supra, n. 50:* P a r t i m i. *Lege* P a r t h e n i.

56. NESTITAE] *Infra, n. 65:* V e s t i t a e; *iul. 17, n. 24:* B e s s i a e. *Supra, n. 18.*

57. PAULI] *Supra, n. 34:* P a u l a e.

58. ROMANI] *Lege* R o m a e. *Supra, ad n. 49.*

59. VALERIANI] *Nudum nomen.*

60. AMELI] *Infra, n. 69:* E m e l i. *Kalendarium Carthaginiense:* XIII kal. aug. depositio sancti Aurili episcopi. *Lectio emendata erit:*

**<Carthagine> Aurelii.**

61. CASSI] *Supra, n. 33.*

62. ROMAE] *Recte Romae annectitur* P a s s e r i, *al.* P a s s e r i a e; *supra, n. 23:* P a s s e r i s, *lege* P r a x e d i s, *iul. 21, n. 13. Ex usu Romanae plebis,* Santa Passera *est ecclesia Sancti Cyri qui et Abbacyrus,* Ἀββακῦρος [1], *non Sanctae Praxedis.*

64. MACRINAE] *Al.* M a g r i n i, M a r i n i. *In synaxariis Graecorum, die 19 iul. memoria agitur τῆς ὁσίας Μακρίνας τῆς ἀδελφῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου* [2]. *S. Macrinae laudationem conscripsit S. Gregorius Nyssenus* [3].

65. VESTITAE] *Supra, n. 56:* N e s t i t a e.

66. SATIRI] *Solo nomine notus.*

67. AMETINI] *Al.* E m i r i n i, M a r i n i. *Cf. supra, n. 60:* A m e l i, *reapse* A u r e l i.

68. SECUNDI] *Infra, n. 72, ex Scillitanis, ni fallor, dummodo legatur* S e c u n d a e, *iul. 17, n. 22. Cf. Supra, n. 18. Nota tamen hodie commemorari* S e c u n d u m *Sirmiensem, supra n. 15:* S a n d i.

69. EMELI] *Al.* E m i l i. *Supra, n. 60:* A m e l i, *id est* A u r e l i.

ADDITAMENTA] S e v e r i. *In antiquo kalendario Beneventano, ad diem 20 iul., signatur:* in Casino natale S. Severi episcopi [4]. *Vitam eius conscripsit Petrus diaconus Casinensis* [5]. *Optimo ex fonte manavit haec codicis E mentio* [6]:

**in Casino Severi.**

L o n g i n i, *iul. 21, n. 41.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* L u c a n i = *Luciani, n. 4.*

[1] *Les légendes hagiographiques* [3], p. 46; P. SINTHERN, *Der römische Abbacyrus in Geschichte, Legende und Kunst*, in *Römische Quartalschrift*, t. XXII (1908), p. 196-239. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 829. — [3] *BHG* [2]. 1012. — [4] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 173. — [5] *BHL.* 7675. — [6] DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [IX].

# XII KAL. AUG.

I | II

**In Affrica natale**

**Beliae | Victoris**

**Stercori.**

**in Massilia Victoris Coronae. et Romae Praxidis** |

**Emeliani Hugalis Saphi Montani. in civitate Cesena Adriani Heli Victoris Patrocli Taesianae Adrianitis Diomedis Felicis Aureli Timocratis Fausti.**

| **in Galliis Massilia Victoris martyris**

**Alexandri Deuteris**

| **Feliciani et Longini pueri.**

*Var lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 2. aff̄ E ; africa BW | 3. *om.* B | 5. scōrū victoris W | 6. stercorii BW | 8. masił E | 2. rom̄ E | 14 et meliani B ; emiliani W | 15. hugali B | 15-16. hugal sophii W | 16. sofi B | 18. *om.* E | 20. cerena E ; 1cesana W ; *add.* nat̄ scōrum W | 22. *add.* it̄ B | 25. cesianę B ; caesarianę W | 27. demeli B ; dimeli W | 29. aurili B ; *om.* W | 30. thimogratis BW | 33. gałł BW | 34. massłia B ; *add.* nāt scōrum W | 35. victorii W | 36. *om.* W | 37. alaxandri E | 38. teoteri B ; diotheri W | 42. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Heliae et Stercori et in Masilia Victuris et Coronae et Romae Fraxidis. — MON. : Romae Praxedis virginis Africa sancti Victoris. — RICH. : In Affrica Heliae et in Massilia Victoris et Coronae et Rom. Praxedis Aemiliani et in Alexandria Diodori Feliciani et Longini.

## IUL. 21

*1.* AFFRICA] *Neque B e l i a e (n. 4), neque V i c t o r i s (n. 5, 35) inter martyres Afros computandi sunt. Solus A u r e l i u s, n. 29, sine dubitatione Africae tribui potest.*

*4.* BELIAE] *Infra, n. 22: H e l i, ex [A u r] e l i. Lege quae notata sunt ad n. 14.*

*5.* VICTORIS] *Infra, n. 9, 23, 35.*

*6.* STERCORI] *Proximis diebus signata sunt nomina, originis incertae, sed eiusdem prosapiae :*

| | |
|---|---|
| *S t e r t e i,* | *iul. 22, n. 15.* |
| *S t e r c a t i* | *iul. 24, n. 36.* |
| *S t e r c o r i* | *iul. 25, n. 30.* |

*8.* IN MASSILIA] *Solus inter pleniores codex E par martyrum, iam saepius obvium* [1], *V i c t o r i s et C o r o n a e, Massiliae assignat. Unum Victorem, ni fallor, ut ceteri (n. 35), primum signabat, cui interpolator C o r o n a m adiunxit.*

*12.* ROMAE] *In capitulari evangeliorum Wirceburgensi signatur* XXI men. iuli nat. sanctae Praxedis [2]. *Silent autem sacramentaria. In uno codice pleniore E et in breviariis eiusdem stirpis, memoratur P r a x e d i s ; sed in ceteris codicibus die 20 iul., scriptum est R o m a e P a s s e r i a e, quae videtur eiusdem nominis forma mendosa. Ad diem 19 maii attulimus verba topographorum, qui Praxedem cum Pudentiana in coemeterio Priscillae sepultam asserunt. Acta quibus origines titulorum Pudentianae et Praxedis exponuntur, his verbis Praxedis mortem enarrant :* Divulgatum est Antonino imperatori quod conventus fierent christianorum in titulo Praxedis, misitque statim et tenuit multos ex illis ; inter quos tenuit Simetrium presbyterum cum aliis viginti duobus et eos sine audientia gladio puniri praecepit. Quorum corpora noctu beata Praxedis collegit et in coemeterio Priscillae sub die VII kalendas iunii sepelivit. Deinde virgo Domini nimia corporis afflictione constricta... post dies quinquaginta [3] quattuor passionis praedictorum sanctorum, die videlicet duodecimo kalendas augusti, migravit ad Dominum. Cuius corpus ego Pastor presbyter sepelivi iuxta patrem Pudentem via Salaria in coemeterio Priscillae [4]. *Prima tituli Praxedis mentio occurrit in epitaphio :*

> HIC REQVIESCIT IN PACE ARGYRIVS QVI *vixit...*
> DEPO*situs* SVB DIE III NON MAIS CONS PROVINI
> V C *quem locum compar*AVIT FILIA EIVS FAVSTA
> A PRES*byteris* TIT*uli* P*RAXSedis* [5].

*Synodo anni 499 subscripserunt Caelius Laurentius* archipresbyter tituli Praxidae *et Petrus* presbyter tituli Praxidae [6] ; *synodo anni 595 : Deusdedit et Aventius uterque* presbiter tituli sanctae

[1] Lege quae annotata sunt ad diem 14 maii, n. 1. — [2] MORIN, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 311. — [3] Lege *triginta. Act. SS.*, Maii t. IV, p. 301, annot. *n.* — [4] *BHL.* 6988, n. 8. — [5] DE ROSSI, *Bullettino*, 1882, p. 65. — [6] *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, pp. 410, 414.

Praxedis

Praxedis [1]. *In Libro pontificali multa habentur de ecclesia sanctae Praxedis. Quae in Vita Pii I p. referuntur in nonnullis codicibus de tituli Pudentianae dedicatione, excerpta sunt ex Actis SS. Pudentianae et Praxedis* [2]. *Hadrianus p. (772-795)* titulum sanctae Praxedis ex parte ruens in integro renovavit [3]. *Titulum seu ecclesiam variis donis ditavit Leo III (795-816); Paschalis (817-824) ecclesiam restauravit et coenobium nomini sanctae Praxedis dicatum exstruxit. Absidem ecclesiae et arcum triumphalem musivo opere decoravit* [4]. *Quem splendidum ornatum hactenus aetatem tulisse nemo non novit* [5].

**Romae Praxedis.**

*14.* EMELIANI] *Qui rem obiter inspexerit, lectionem codicum E, W germanam habebit, nomenque Aemiliani, qui Dorostori die 18 iul. (n.34), commemoratur, nihil dubitans agnoscet. Ne tamen rerum specie decipiamur, inspici velim formas varie corruptas, quas ex nomine A u r e l i deductas esse censemus.*

| | |
|---|---|
| *A u r e l i* | *iul. 21, n. 29.* |
| *A m e l i* | *iul. 20, n. 60.* |
| *E m e l i* | *iul. 20, n. 69.* |
| *H e l i* | *iul. 21, n. 22.* |
| *B e l i a e* | *iul. 21, n. 4.* |
| *E l i a n i* | *iul. 22, n. 24.* |
| *e t M e l i a n i* | *iul. 21, n. 14 (B).* |
| *E m e l i a n i* | *iul. 21, n. 14 (E).* |

*Unus idemque nobis videtur qui, n. 14, E m e l i a n i, n. 29, A u r e l i nuncupatur.*

*15.* HUGALIS] *Haec tria nomina: H u g a l i s, S a p h i, M o n t a n i (n. 15-17) ignota sunt, et praeter ultimum certe depravata. Vocabulo H u g a l i s forsitan subest in G a l l i i s (n. 33).*

*20.* CESENA] *Al. C e r e n a, C e s a n a. Menti statim occurrit civitas Caesena, inter Faventiam et Ariminum. Verum non A d r i a n u m tantum sed quosvis martyres Caesenates monumenta antiqua ignorant* [6]. *Paulo inferius, n. 25, scriptum reperimus T a e s i a n a e, al. C e s i a n a e, al. C a e s a r i a n a e, quae postrema lectio nonnihil lucis affert. Videtur enim nota* CES *quae hoc loco C e s a r e a significat,* CES*(e n a) a librario lecta fuisse. Neque inanis est haec coniectura. Fuit enim martyr Caesariensis quidam A d r i a n u s, qui martyrologio inscriptus est ad diem 5 mart., n. 5. Hodiernae memoriae ratio nos fugit. Nihilominus scribendum ducimus:*

**in civitate Caesarea Adriani.**

*22.* HELI] *Supra, n. 4: B e l i a e. Scribendum videtur [A u r] e l i. Supra, ad n. 14.*

*23.* VICTORIS] *Etiam n. 5, 9, 35.*

*24.* PATROCLI] *Die 21 ian., n. 45, distinctius profertur:* Trecas passio sancti Patrocli martyris. *Eundem illum hodie commemorari ex eo inferri potest quod* XII kal. feb. *et* XII kal. aug. *similitudine notae numeralis, ut saepius, librarius in errorem inductus est.*

*25.* TAESIANAE] *Al. C e s i a n a e, C a e s a r i a n a e. Lege: C a e s a r e a. Supra, ad n. 20.*

*26.* ADRIANITIS] *Supra, n. 21: A d r i a n i, lectio unice vera. Huius enim nominis forma feminina in fastis sacris non comparet.*

*27.* DIOMEDIS] *Al. D e m e l i, D i m e l i. Diomedes aliquis inter martyres diei 10 iul., n.66, recensetur, etiam die 21 aug., n. 40. Unus idemque esse putandus est qui* XII kal. aug. *et* XII kal. sept. *memoratur.*

*28.* FELICIS] *Iul. 20, n. 44.*

*29.* AURELI] *Inscriptus est in kalendario Carthaginiensi die 20 iul.:* XIII kal. ag. depositio sancti Aurili episcopi. *Lege quae superius annotata sunt ad n. 14. Aurelius, S. Augustini synchronus, episcopus Carthaginiensis fuit. Obiit anno circiter 429. Eius Vita ab antiquis hagiographis conscripta non est; praeclara tamen gesta non ignorantur* [7].

**in Africa Aurelii.**

*30.* TIMOCRATIS] *Solo nomine notus. Ignotus et F a u s t i.*

*34.* MASSILIA] *Supra, n. 8. In* basilicae sancti Victoris saepta *se recepit Theodorus episcopus Massiliensis, teste Gregorio Turonensi* [8]. *Idem Gregorius:* Est et ad sepulchrum sancti Victoris Massiliensis martyris mira virtus. Nam cum saepius ad eum accedentes infirmi sanentur reliqui, inergumini tamen multum se confidentes et martyrem declamantes, eiectis daemonibus, liberantur [9]. *Venantius Fortunatus:*

> Massilia Victor martyr ab urbe venit [10].

*Eodem auctore, cum aliorum sanctorum, tum S. Victoris reliquiae in oratorio Artannensi servabantur:*

> Additur hic meritis cum nomine Victor opimis
> munere martyrii qui tenet alta poli [11].

*S. Victoris Passio non semel conscripta vel retractata fuit* [12]. *In plerisque recensionibus afferuntur nomina sociorum, quae et martyrologio inscripta sunt:*

> *37. A l e x a n d r i*
> *39. F e l i c i a n i*
> *41. L o n g i n i.*

*Est ubi quartus accedat martyr:* parvulus filius Longini beatissimi martyris Deuterius nomine [13], *in codicibus, n. 38: D e u t e r i s, al. T e o t e r i, D i o t h e r i. Emendationem proinde postulat lectio codicis B: L o n g i n i p u e r i. Scribendum est: D e u t e r i p u e r i.*

**in Galliis Massilia Victoris, Alexandri, Longini, Feliciani, Deuterii pueri.**

[1] *M.G.*, Epist., t. I, p. 367. — [2] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 132. Cf. p. 133, annot. 8. — [3] DUCHESNE, t. c., p. 509. — [4] DUCHESNE, t. II, pp. 11, 21, 54. — [5] DE ROSSI, *Musaici cristiani delle chiese di Roma*, Arco ed abside della basilica di S. Prassede; Musaico dell' arco; Musaico dell' oratorio di S. Zenone, tavv. XXV-XXVII. — [6] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 714-715. — [7] *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 852-60. — [8] *Hist. Franc.*, IX, 22. Cf. LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI*e *siècle*, p. 449. — [9] *In gloria martyrum*, LXXVI. — [10] *Carm.* VIII, 3, 156. — [11] *Carm.* X, 10, 21-22. — [12] *BHL.* 8569-8572; Supplem., p. 305. Cf. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 193-200. — [13] *BHL.* 8571; *Act. SS.*, Iul. t. V, p. 136, n. 5.

# XI KAL. AUG.

| I | II |
| --- | --- |
| [a] **Ravennae Apollinaris.** | |
| **in Antiochia** | **in Antiochia** |
| | **Cyrilli** |
| **Andreae** | **Andreae** |
| **martyris. Ancira civitate Gallitiae** | |
| **Platonis Cirilli** | |
| **Tebelli Auli Stertei** [b]. | **Tebelli Auli Stertei** [b]. |
| | **et in Ancira Galatiae Platonis** |
| **et Maxilitanorum Andreae Eliani Cobosae.** | **et Maxilitanorum Andreae Eliani Cobosae.** |

*Addunt codices pleniores :* a) in fontanella monasterio dēp sc̄i vvand egiseli abb W ; in gallia fontanella (fontenella M) monasterio depositio beati vvandregiseli (vvandregeseli K[1] ; wandregisili M) abbatis et in eodem loco dedicatio basilicae (eius L[1], *dein cancel.*) sancti petri apostoli ubi ipse venerabilis pater requiescit in corpore MKLV. — b) silvani donati depositio uuandegisilici (abbatis C[1], *dein expunct.*) et confessoris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 1. raveñ E | 2. appolinaris E | 3. *om.* E | 4. antioc̄ E ; anthiocia W ; *add.* nāt scōrum W | 5. cyrili W | 7. mār E | 14. auri BW | 15. sterthei W | 18. anquira BW | 19. galacię B ; *add.* nat̄ sc̄i W | 20. palatonis B ; *add.* cuius gesta habentur W | 22. maxilitatorum E ; militanorum BW | 23. andrę W | 25. aiobosi BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Ravenna nat. Apollinaris et in Antiochia Andrae martiris et in Ancera Galatiae Platonis. — RICH. : Antiochia Andreae martyris et in Ancira Galatiae Platoni Cyrilli Aurili Eliani Stradei Thebelli Aiabos et Marie Magdalene.

## IUL. 22

1. RAVENNAE] *Anticipatio est ex laterculo diei 23 iul. :*

**Ravennae Apollinaris.**

4. IN ANTIOCHIA] *Tum Cyrilli (n. 5), tum Andreae (n. 6) nomina Antiochenorum nominibus conumerantur in homilia de Martyribus, quae Eusebio Caesariensi asseritur* [1].

5. CYRILLI] *Infra, n. 12. Cyrillum illum ipsum esse censet Baronius qui ab Eusebio, inter Timaeum et Dorotheum, in serie episcoporum Antiochensium collocatur : ὁ καθ' ἡμᾶς Κύριλλος* [2], Antiochiae XVIII constituitur episcopus Cyrillus [3], *nec alium putat a Cyrillo cuius exilium et obitus enarrantur in Actis SS. Quattuor Coronatorum* [4]. *Haec sane consideratione digna sunt, nolim tamen ut certa haberi. Quod autem Cyrillus* doctrina et sanctitate conspicuus *fuisse asseritur, ut verum esse non negaverim, ita a Baronio ex ingenio additum nemo non suspicabitur.*

6. ANDREAE] *Infra, n. 23. Videtur Antiochiae tribuendus. Supra, ad n. 4.*

8. ANCIRA] *Infra, n. 18. Breviarium Syriacum : ἐν Ἀγκύρᾳ Πλάτων. A Graecis colitur S. Platon die 18 novembris* [5]. *In epistula ad Taurianum ex praefectis S. Nilus commemorat τὸν σηκὸν Πλάτωνος τοῦ καλλινίκου μάρτυρος* [6]. *Theodosius, in libro De situ Terrae Sanctae :* Civitas Anquira, quae est in provincia Galatiae, ubi est sanctus Platon martyr [7]. *A Iustiniano splendidum S. Platoni templum Constantinopoli excitatum est, teste Procopio : Μικροῦ με τὸ μαρτύριον ἐκεῖνο παρῆλθεν εἰπεῖν, ὃ Πλάτωνι ἀνεῖται ἁγίῳ, ἱεροπρεπές τε ὡς ἀληθῶς ὂν καὶ σεμνὸν ἄγαν, οὐ πολλῷ τῆς ἀγορᾶς ἄποθεν, ἣ Κωνσταντίνου ἐπώνυμός ἐστιν* [8]. *Monasterium erat S. Platonis, de quo in hac subscriptione concilii Constantinopolitani an. 536 : Φωτεινὸς ἐλέῳ Θεοῦ πρεσβύτερος μονῆς τοῦ ἁγίου Πλάτωνος, ὑπὸ Φωτεινὸν τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον [Χαλκηδόνος] ὑπέγραψα* [9]. *In Vita Theodori Siceotae mentio est εὐκτηρίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πλάτωνος* [10].

*Sententia* cuius gesta habentur, *quae in codicibus Fontanellensibus et apud Rhabanum nomini martyris subiungitur, vera est. Edita enim sunt S. Platonis Acta graeca* [11] *quae et latina facta sunt* [12].

**in Ancira civitate Galatiae Platonis.**

[1] *BHO.* 700. Cf. *Origines du culte des martyrs,* p. 225. — [2] *Hist. eccl.,* VII, 32, 2.— [3] FOTHERINGHAM, *Eusebii Pamphili Chronici canones,* p. 306 ; HELM, *Die Chronik des Hieronymus,* p. 224. — [4] *BHL.* 1836, c. 6, 7, 20. Cf. *Act. SS.,* Nov. t. III, p. 760. — [5] *Synax. Eccl. CP.,* p. 233. — [6] *Epist.,* L. II, 178, *P. G.,* t. LXXIX, p. 292. — [7] GEYER, *Itinera Hierosolymitana,* p. 144. — [8] *De aedificiis,* I, 4, DINDORF, p. 190. — [9] HARDOUIN, *Concilia,* t. II, p. 1301. — [10] *BHG*[2]. 1748, THEOPHILUS IOANNU, pp. 412, 416, 452.— [11] *BHG*[2]. 1549, 1550. — [12] *BHL.* 6866.

*10.* GALLITIAE] *Infra, n. 19: Galatiae.*
*12.* CIRILLI] *Supra, n. 5.*
*13.* TEBELLI] *Nomen corruptum pro Cirilli?*
*14.* AULI] *Al. Auri. Iul. 21, n. 29: Aureli. Cf. iul. 20, n. 60.*
*15.* STERTEI] *Cf. iul. 21, n. 6: Stercori.*
*22.* MAXILITANORUM] *Kalendarium Carthaginiense:* XI kal. ag. sanctorum Maxulitanorum. *S. Augustinus sermonem habuit* in natali Massilitanorum [1]. *Num sint quidam ex illis inter martyres hodie vel proximis diebus signatos, ignoratur.*
*23.* ANDREAE] *Supra, n. 6.*
*24.* ELIANI] *Iul. 21, n. 14: Emeliani. Hanc post varias figuras induisse censetur Aureli.*
*25.* COBOSAE] *Al. Aiobosi. Corruptum et insanabile.*

ADDITAMENTA] *Wandregiseli abbatis Fontanellensis Vita edita est* [2].

**in Fontanella monasterio depositio sancti Wandregiseli abbatis.**

*Dedicatio. In basilicam S. Petri, cuius hodie dedicatio celebratur, corpora SS. Wandregisili, Ansberti et Wulframni e basilica S. Pauli translata sunt* [3]. *Huius translationis memoria celebrata est die 31 mart.*

**in eodem loco dedicatio basilicae sancti Petri apostoli, ubi ipse venerabilis pater requiescit in corpore.**

[1] Sermo CCLXXXIII, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1286-1288. — [2] *BHL.* 8804. — [3] *Gesta abbatum Fontanellensium,* S. LOEWENFELD, p. 17-19.

# X KAL. AUG.

| I | II |
|---|---|
| **Romae Vincenti.** | **Romae via Tiburtina [5] miliario XVIII Vincenti. Ravenna Apollenaris [10].** |

**in Lauditia Frigiae Moenisi**

**natale [15] Primitivae |**

**Tisici**

**Apollinaris | via Colla [20] natale Primitivae.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 1. rom̃ E | 3. rõm W | 4-5. viati bortina W | 7. XVIIII nat. sc̃i W | 9. *add.* sci W | 10. apollonaris W | 12. *om.* E ; laudadatia W | 13. frigia E ; *add.* nãt sc̃i W | 14. minisei B ; mimsei W ; *add.* et sicei E | 20. accula W | 21. *add.* sci W | 22. primitive B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Apollenaris et sancti Vicentii et in Laudocia Moeniri et Sicei. — MON. : Romae via Tiburtina miliario XVIIII natalis sancti Vincentii Ravennae Apollenaris alibi Minisci. — RICH. : Ravenna Apollinaris Rome Vincentii et in Laodicia Minisei Tisiciae et natale Primitivi.

## IUL. 23

*1.* ROMAE] *In litteris a pontifice Benedicto VII anno 978 datis, quibus ecclesiae Tiburtinae bona confirmantur:* plebe que appellatur sancti Vincentii [1]. *Basilicae antiquae, cuius rudera nuper detecta sunt* [2], *dedicatio, ni fallor, hodie celebrabatur. Vincentium alium non esse a diacono Caesaraugustano verisimile est, cum de Vincentio martyre Tiburtino monumenta sileant* [3].

**Romae via Tiburtina miliario XVIII Vincenti.**

*9.* RAVENNA] *De die natali S. Apollinaris, primi Ravennatis episcopi: X kal. aug.,*

[1] L. BRUZZA, *Regesto della Chiesa di Tivoli* (Roma, 1880), p. 34. — [2] MANCINI, in *Rivista di archeologia cristiana,* t. IV, p. 177. — [3] Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia,* p. 136. De his ita L. D. : « La distance indiquée [mil. XVIIII *in cod.* W] concorde sensiblement avec la situation de Tivoli, où il y a, en effet, une église de Saint-Vincent. Elle concorderait plus précisément avec la situation de l'édifice connu sous le nom de Tempio della Tosse, qui est un mausolée du IV[e] siècle environ ; toutefois, aucune tradition ne rattache à cet édifice le nom d'un saint Vincent. Il est difficile que le titulaire de l'église intra muros soit un autre saint que celui d'aujourd'hui. On en peut dire autant du patron de la *plebs quae appellatur S. Vincentii,* tout près de Tivoli... Il ne subsiste aucune tradition sur lui. »

*nulla*

*nulla est kalendariorum dissensio* [1], *non exceptis lapideo illo Neapolitano:*

NAT(*ALE*) S(*AN*)CTI APOLLENARII [2]

*et synaxariis graecis, quae S. Apollinari S. Vitalem — episcopum et hunc vocant — consociant:* τῶν ἁγίων ἱερομαρτύρων Ἀπολλιναρίου καὶ Βιταλίου ἐπισκόπων Ῥαβέννης [3]. *S. Petrus Chrysologus:* Beatus Apollinaris, primus sacerdotio, solus hanc ecclesiam Ravennatem vernaculo atque inclyto martyrii honore decoravit. Nec eum quisquam confessoris vocabulo minorem credat esse quam martyrem, quem Dei nutu quotidianum et multiplicem reversum conspicit ad agonem [4]. *S. Gregorius p. Iohanni Ravennati, an. 594:* Usum pallii, donec suptilius veriusque aliquid cognoscamus, in letaniis sollemnibus, id est die natalicio beati Iohannis Baptistae, beati Petri apostoli et beati Apollinaris martyris atque in ordinationis vestrae celebratione concedimus [5]. *De S. Apollinaris Passione tum latina* [6], *tum graeca* [7] *disserere huius loci non est, et ad illos remandamus qui docte de illa scripserunt* [8]. *In loco ubi terrae mandatus fuit* [9], *saec. VI surrexit basilica etiamnum dicta Sancti Apollinaris in Classe, cuius dedicationis monumentum est epigraphe ab Agnello exscripta. En illam debite emendatam* [10]:

BEATI APOLENARIS SACERDOTIS BASILICAM MANDANTE VIRO BEATISSIMO VRSICINO EPISCOPO A FVNDAMENTIS IVLIANVS ARGENTARIVS AEDIFICAVIT ORNAVIT ATQVE DEDICAVIT CONSECRANTE VIRO BEATISSIMO MAXIMIANO EPISCOPO DIE VII ID. MAI. INDICTIONE XII OCTIES P. C. BASILII <IVN.>

*Dedicationis dies fuit 9 maii ann. 549* [11]. *Sacrum corpus intactum tunc suo loco relictum est. Sedente Mauro episcopo (c. 642-671), loco digniore repositum fuit:* Iste corpus beati Apolenaris, qui dudum in ardica ipsius conditum a Maximiano praesule cum Iuliano Argentario fuit, exinde tulit et in medio templi collocavit; et ipsius martirii historiam laminis argenteis infixit [12]. *Pristinam collocationem hodieque signat lapis muro basilicae infixus et ita inscriptus* [13]:

+ IN HOC LOCO STETIT ARCA BEATI APOLENARIS SACERDOTIS ET CONFESSORIS A TEMPORE TRANSITVS SVI VSQVE DIAE QVA PER VIRVM BEAT. MAXIMIANVM EPISCOPVM TRANSLATA EST ET INTRODVCTA IN BASILICA QVAM IVLIANVS ARGENTARIVS A FVNDAMENTIS AEDIFICAVIT ET DEDICATA AB EODEM VIRO BEATISSIM. D. VII. ID. MAIARVM IND. DVODEC. OCTIES P. C. BASILI. IVN.

*Quae hoc titulo de translatione reliquiarum a Maximiano, non vero a Mauro, facta asseruntur, aperte pugnant cum iis quae attulimus ex Agnello, cui potius fides debita est, auctore Rossio* [14]. *Licet in sacramentariis Romanis S. Apollinari nullus sit dies assignatus* [15], *quanta fuerit Romanorum pontificum in S. Apollinarem veneratio testatur Liber pontificalis. Symmachus (498-514)* fecit... oratorium sancti Apollinaris ex argento in confessionem cum arcum pens. lib. XXXI [16]. *Honorius (625-638)* fecit basilicam beati Apollenaris martyris in urbe Roma, in porticum beati Petri qui appellatur ad Palmata [17]. *Hadrianus (772-795)* in basilica beati Apollenarii simili modo vela de octapolum optulit numero X et linea X [18]. *Leo III (795-816):* Et in ecclesia beati Apollonaris fecit vestem de stauraci cum periclisin de blati [19]. *Idem pontifex* basilicam beati Apolenarii martyris atque pontificis, quae fundata est iuxta civitatem Ravennam... restauravit *donisque cumulavit* [20]. *De his Agnellus:* Eo namque tempore Leo Romanae ecclesiae et urbis antistes misit cubicularium suum nomine Crisafum et reliquos caementarios, restauravit tecta beati Apolenaris [21]. *Ecclesia S. Martini in Caelo aureo, Ravennae in civitate, post illatas, ut ferunt, sancti pontificis reliquias, Sancti Apollinaris Novi nomen sortita est* [22].

**Ravenna Apollinaris.**

*12.* IN LAUDITIA] *Al.* L a u d a d a t i a. *Breviarium Syriacum:* ἐν Λαοδικείᾳ Μήνιος. *In synaxariis Graecorum ad diem 24 iul. recolitur memoria* Μενέου, Ὑμεναίου, *sed suppresso agonis loco* [23]. *In codicibus nostris:* M o e n i s i, M i n i s e i, M i m s e i, *nimium incertae lectiones quam ut unam prae ceteris eligamus.*

*16.* PRIMITIVAE] *Infra, n. 22, sub indicio*

[1] Haec et alia ad S. Apollinaris cultum spectantia diligenter collegit A. Testi Rasponi, *Codex pontificalis ecclesiae Ravennatis*, t. I, p. 21-30. et passim. — [2] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 835. — [4] Sermo cxxviii, *P. L.*, t. LII, p. 552-53. Lege ibid. annot. *d.* — [5] *Registr.*, V, 11, Ewald-Hartmann, p. 292. — [6] *BHL.* 623, 624. — [7] In codice Messanensi 29. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 37. — [8] Zattoni, *La data della « Passio sancti Apollinaris » di Ravenna*, Torino, 1904 ; Id., *Il valore storico della « Passio » di sant' Apollinare*, in *Rivista storico-critica delle scienze teologiche*, 1905, p. 661-777 ; 1906, pp. 179-200, 677-691 ; F. Lanzoni, *Le fonti della leggenda di sant' Apollinare di Ravenna*, Bologna, 1915 ; Id., *Le diocesi d'Italia*, pp. 724-25, 737-43. — [9] De Rossi, *Bullettino*, 1879, p. 98-117. — [10] Testi Rasponi, t. c., p. 198 ; *C.I.L.* XI, 294. — [11] Testi Rasponi, l. c. — [12] Agnellus, *Liber pontificalis*, in Martino. — [13] Testi Rasponi, t. c., p.24 ; *C.I.L.* XI. 295. — [14] *Bullettino*, 1879, p. 115-17. — [15] Non deest tamen in capitulari evangeliorum Wirceburgensi. Morin, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 310, cum annotatione 1. — [16] Duchesne, t. I, p. 261. — [17] Ibid., p. 323. Cf. p. 326. Huelsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 201. — [18] Duchesne, t. c., p. 504. Cf. p. 519. Huelsen, t. c., p. 200. — [19] Duchesne, t. II, p. 13. — [20] Ibid., p. 31-32, Cf. p. 47. — [21] *Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis*, in Martino. — [22] F. Lanzoni, *Studi storico-liturgici su S. Apollinare Nuovo*, in *Felix Ravenna*, Suppl. II. — [23] *Synax. Eccl. CP.*, p. 839-42.

*via*

*via Colla, quod facile emendatur: Collatina*[1]. *Emendatione quoque indiget nomen martyris, qui Primitivus ille est de quo ad diem mart. 2, n. 9.*

**Via Collatina natale Primitivi.**

17. TISICI] *Al.* Sicei. *Apud Notkerum: Isichii. Nullus tamen Hesychius est in monumentis qui hisce diebus colatur.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Moeniri, al. Moenisi. Supra, ad n. 12.*

*Sicei, al. Tisici, supra, n. 17.*

*Cod. Mon.: Minisci, supra, ad n. 12.*

*Cod. Rich.: Tisiciae, al. Tisici, supra, n. 17.*

[1] De Rossi, *Bullettino*, 1879, p. 113.

---

# IX KAL. AUG.

| I | II |
|---|---|
| | **In Amiternina civitate milites LXXXIII ab urbe Roma via Salaria natale Victorini [a].** |

**in Armenia minore civitate Sebastia Theogenis Victoris**

| I | II |
|---|---|
| **et aliorum LXXXIII. Romae Victorini** | |

**militaris qui passus est Emerita cum duobus aliis Aciani Capitonis Silvani Stercati Athenozeni Cartonis. in Tyro civitate natale sanctae Cristinae virginis [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) et vigilia sči iacobi apostoli B. — b) et dēp sče sigolene B².

*Var lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. amitnina W | 4. militis W | 5. octoginta tres B | 8. romana BW | 10. salutaria W | 11. *add.* sči W | 12. victurini W | 13. *om.* E | 14. armeñ E; arminia BW | 15. *om.* BW | 16. *om.* E; *add.* nāt scōrum W | 17. sebasti E; sabbacię B; sabatiae W | 18. theoginis E; theuzoni B; theozoni W | 23. rom̄ E | 26-32. *om.* E | 26. *add.* multa tormenta W | 29. *add.* civit fratris W | 30. *om.* W | 32. *om.* W | 33. staciani B; statiani W | 37. athenogeni B; athenoginę W | 38. caritonis BW | 40. tigro B | 41-43. *om.* E | 43. sče B | 44. cristine B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Armenia maiore nat. sancti Sebasti Tegentis Victuris et aliorum LXXXIII. — Mon.: In Armenia civitate natalis sanctorum Sabaciae Victoris Theuzoni Victoris Militaris qui multa tormenta passi sunt natalis sanctae Christinae virginis. —Rich.: In Armenia minore natale Sebasti Theogenis Victoris et aliorum octoginta trium alibi natale Victurini et Militaris Aemeritae Capitonis Silvani natale sanctae Cristinae virginis.

## IUL. 24

2. AMITERNINA] *In Passione SS. Nerei et Achillei fertur* Victorinus apud eum locum qui Cotilias dicitur *martyrium fecisse.* Iussit autem Aurelianus corpus eius non sepeliri. Et cum una die apud Cotylas iacuisset, venerunt Amiternenses populi christiani et rapuerunt eum et in suum territorium transtulerunt atque ibi sepelierunt [1]. *In loco ubi Amiternum fuit nunc pagus est dictus San Vittorino. Ibidem detecta sunt vestigia coemeterii christiani antiqui, cum sarcophago, in quo haec epigraphe* [2]:

IVBENTE DEO CRISTO NOSTRO
SANCTO MARTVRI VICTORINO
QVODVVLDEVS EPIS DE SVO FECIT

*Prope Aquas Cutilias alius exsurgit pagus San Vittorino* [3]; *et in Sabinis plurima sunt loca ubi S. Victorini cultus viguit* [4]. *Ut patet, milites (n. 4) et infra, n. 21: aliorum, n. 25: militaris legenda sunt: miliario. Vox Emerita, n. 29, corrupta est ex Amiterni. Quod autem additur, n. 30-32: cum duobus aliis, al sanctos Maronem et Eutychen referri potest, qui quidem in laterculo desiderantur, in Passione autem S. Victorino sociantur.*

**in Amiternina civitate via Salaria miliario LXXXIII ab Urbe Roma Victorini cum duobus aliis.**

4. MILITES] *Id est: miliario. Quod non advertit Florus Lugdunensis, qui nuntiat:* Apud Amiterninam civitatem militum octoginta trium. *Ita quoque Ado, Usuardus, tandemque martyrologium Romanum.*

[1] *BHL.* 6064, n. 20. De Passione SS. Severini et Victorini, *BHL.* 7659, 7660. Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 572-73; Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 362-63. — [2] *C.I.L.* IX. 4320. — [3] Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 361. — [4] I. Schuster, *San Vittorino vescovo e martire di Amiternum*, in *Bollettino diocesano ufficiale per le diocesi di Sabina, Tivoli, Narni e Terni*, t. VI (1918), Roma, p. 36-39.

*14.* IN ARMENIA] *Breviarium syriacum: Ἀντόγονις ὁ χωρεπίσκοπος. Athenogenis nomen in codicibus nostris ita scriptum est:*

*n. 18: Theogenis, al. Theuzoni,*
*n. 37: Athenozeni, al. Athenoginae.*

*Graeci die 17 iul.: Ἀθηνογένους ἐπισκόπου Πηδαχθόης* [1]. *S. Basilius: Εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω, ὃν ὥσπερ τι ἀλεξητήριον τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν, οἶδε καὶ τὴν τῶν μαρτύρων γνώμην ὅπως εἶχον περὶ τοῦ Πνεύματος* [2]. *Agathangelus, in Vita S. Gregorii episcopi Magnae Armeniae: Ἀναστρέφων δὲ ἀπὸ τῶν Ἰωνίας μερῶν, ἔλαβεν ἐκ τῶν λειψάνων τοῦ μεγάλου προφήτου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου καὶ Ἀθηνογένους τοῦ μάρτυρος* [3]. *S. Gregorius in ultimum anni diem horum sanctorum festivitatem indixit: Αὐτὴν οὖν τὴν ἡμέραν ὡρίσατο ὁ ἅγιος, συναχθέντας ὁμοῦ ἑορτάζειν τὴν τῶν μαρτύρων ἡμέραν, Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ καὶ Ἀθηνογένους τοῦ μάρτυρος ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Βαγαυάν* [4]. *In Actis S. Athenogenis quae supersunt, minime sinceris, non igne combustus sed gladio percussus obiisse asseritur in Sebastia, depositus vero ἐν Φυλαχθόῃ al. Πηδαχθόῃ* [5]. *Hic autem locus nunc Bedochton appellatur* [6].

**in Armenia Minore civitate Sebastia natale Athenogenis.**

*19.* VICTORIS] *Cf. Victorini, n. 12, 24. Lege quae annotanda sunt ad n. 37.*

*21.* ALIORUM] *Lege: miliario LXXXIII, non vero martyres totidem. Supra, n. 4, 5.*

*23.* ROMAE] *Supra, n. 6-8: ab urbe Roma.*

*24.* VICTORINI] *Supra, n. 12. Cf. n. 19: Victoris.*

*25.* MILITARIS] *Lege: miliario. Supra, n. 4.*

*29.* EMERITA] *Id est Amiterni. Supra, n. 2.*

*31.* DUOBUS ALIIS] *Hi sunt, ni fallor, socii S. Victorini, Maro et Eutyches, de quibus supra, ad n. 2.*

*33.* ACIANI] *Al. Staciani, iul. 25, n. 36: Suticiani, lege: Euticiani.*

*34.* CAPITONIS] *Infra, n. 38: Cartonis; iul. 25, n. 33: Caritonis. Utramque lectionem depravatam esse et solam Capitonis retinendam constat ex elogio synaxariorum graecorum hoc ipso die: Καπίτων ξίφει τελειοῦται* [7].

*35.* SILVANI] *Solo nomine notus.*

*36.* STERCATI] *Iul. 21, n. 6 et iul. 25, n. 30: Stercori.*

*37.* ATHENOZENI] *Supra, n. 18: Theogenis, de quo ad n. 14. Ex elogio Victorini, quale in codicibus altera vice profertur (n. 19, 24-32), additis nominibus Stercati et Athenogenis, quos fratres esse finxit et socios S. Victorini, martyrologus Lugdunensis hanc composuit memoriam, quam Ado, Usuardus et martyrologii Romani compilatores suam fecerunt:* Apud Emeritam Hispaniae civitatem natale sancti Victoris militaris, qui cum duobus fratribus Stercatio et Antinogeno diversis examinatus suppliciis, martyrium consummavit [8]. *Quot voces tot lapsus. Emerita enim non est civitas Hispaniae sed Amiternum in Piceno (n. 2); Victoris est pro Victorino (n. 12); militaris pro miliario (n. 25); Stercatius (n. 36) et Athenogenes (n. 37) fratres non sunt, nec ullo vinculo cum Victorino connectuntur. Apud Tamayum leguntur* Acta SS. Victoris militis et sociorum fratrum martyrum Emeritensium in Lusitania ex ms. Legendario Segobiensi [9]. *Demus haec antiqua esse. Repperit ergo Tamayus in membrana fabulatorem similem sui.*

*38.* CARTONIS] *Supra, n. 34: Capitonis.*

*40.* IN TYRO] *Passio S. Christinae: Ἦν τις ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει τῇ καλουμένῃ Τύρος, ἕλλην ὑπάρχων τῇ θρησκείᾳ, ἐκ γένους ὑψηλοτάτου καὶ πλουσίου ὑπάρχοντος· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἕλλην. Εἶχον δὲ θυγατέρα μονογενῆ πάνσοφον πάνυ καὶ τῷ κάλλει ὡραίαν· τὸ ὄνομα αὐτῆς Χριστῖνα* [10]. *Antiquissimae huius Passionis recensionis fragmenta, saeculo V descripta, reperta sunt inter papyros Oxyrhynchenos* [11]. *Acta illa apprime fabulosa accommodata sunt Christinae quae Vulsinii colitur* [12]. *Dubitatur num haec a nostra diversa sit, quod dubium aliis solvendum relinquimus* [13]. *Apposito nomine*

SCA CRISTINA

*una ex virginibus est quae in pariete ecclesiae Sancti Apollinaris Novi Ravennae opere musivo depictae sunt* [14]. *Quamquam de hac martyre nihil quod certum sit compertum habemus, plana est memoria:*

**in Tyro civitate natale S. Christinae virginis.**

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 825. — [2] *De Spiritu Sancto*, 73, *P.G.*, t. XXXII, p. 205. — [3] *BHG*². 712, c. 141. — [4] Ibid., c. 149. De civitate Bagauan, P. DE LAGARDE, in *Abhandlungen der k. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, t. XXXV, p. 138. De basilica, I. A. ORBELI, *Bagavanskaja nadpisj 639 g.*, in *Khristianskij Vostok*, t. II (1913), p. 105-142; ID., *Bagavanskij khram i ego nadpisi*, ibid., t. V (1917), p. 128-43; J. STRZYGOWSKI, *Die Baukunst der Armenier und Europa*, t. I (Wien, 1918), p. 177. Cf. MARQUART, in *Handes Amsorya*, 1927, p. 827; ID., in *Caucasica*, 1930, p. 23. De reliquiis S. Athenogenis, MARQUART, in *Handes Amsorya*, 1915, p. 117. — [5] *BHG*². 197, n. 10. — [6] « Bédochton, 8 kil. O. du Yeldez Dagh et 47 kil. N.-N.-O. de Sivas. » G. DE JERPHANION, *Notes de Géographie Pontique*, in *Mélanges de la Faculté orientale de Beyrouth*, t. V, 2, p. 142*. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 842. — [8] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 214. — [9] *BHL.* 8568. — [10] M. NORSA, *Martirio di santa Cristina nel cod. Messin. 29*, in *Studi italiani di filologia classica*, t. XX (1913), p. 316-27. — [11] L. CAMMELLI, in *Omaggio della Società Italiana per la ricerca dei papiri greci in Egitto* (Firenze, 1911); p. 9-13. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 458-59. — — [12] *BHL.* 1748-1758. — [13] Cf. DE ROSSI, *Il sepolcro della martire Cristina in Bolsena*, Milano, 1890; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 536-41; P. PASCHINI, in *Rivista di archeologia cristiana*, t. II, p. 167-94; *Origines du culte des martyrs*, p. 364. — [14] *C.I.L.* XI. 281.

*ADDITAMENTA*]

ADDITAMENTA] *S i g o l e n e abbatissae Troclarensis Acta edita sunt* [1].

**Depositio sanctae Sigolenae.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. :* *S e b a s t i = civitate Sebastia, n. 17.*

*T e g e n t i s = Theogenis, n. 18.*

*Cod. Mon. : S a b a c i a e = civitate Sebastia, n. 17.*

*T h e u z o n i = Theogenis, n. 18.*

[1] *BHL.* 7570-7572.

---

# VIII KAL. AUG.

## I

[a] **Romae Portu natale Canti et Nonni. Hierosolimis Iacobi apostoli fratris Iohannis evangelistae Iacobi**

## II

**In Porto urbis Romae natale Aconti et passio sancti Iacobi apostoli**

**Agathonis de nativitate sua. et alibi Stercori Clementis Iuliani Caritonis Emeriti Severi Suticiani. et in Licia civitate Samon natale sancti Cristofori** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) natł sancti iacobi apostoli C. — b) mettis depositio sc̄e glodesindis dō sacrata B ; hyerosolima natł iacobi apłi fratris iohannis S ; parisiis translatio germa et natł cusa S[2].

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BS (*inde a n. 42*) W. — 1. rom̄ E | 6. hierosōl E | 17. *om.* B ; *add.* sc̄i W | 18. *add.* nonni BW | 19-21. *om.* W | 21. *add.* B[2] | 23. *om.* W | 24. agathenis B[1]W ; agathe vir̄g B[2] | 25-26. denati vitate BW ; *om.* E | 27. *om.* E | 29. *add.* nāt W | 31. clem̄tis B | 33. charitonis BW | 35. stercei BW | 36. sticiani B | 37. *om.* E | 40. civitatę B | 41. samo E ; amon B[1] ; samon B[2] ; salmon W | 43. *om.* E | 44. cristofori *partim in ras.* B. ; cristofari W ; xp̄ofori S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Portu Romano nat. Aconiti et Nonni et Iacobi apostoli fratris Iohannis evangelistae Hierusolimam natale de passione. — MON. : Passio Iacobi apostoli Zebedei fratris Iohannis evvangelistae qui decollatus est Herodis iussu qui fuit nepos Herodis regis filius Arcelai Romae Aconti Cristofori.' — RICH. : In Portu Romano natale Acontii Nonni passio sancti Iacobi apostoli fratris Iohannis et alibi Clementis Iuliani Amon sancti Cristofori.

## IUL. 25

1. ROMAE] *Depositio martyrum, ad diem 5 sept. :* Non. sep. Aconti in Ponto et Nonni et Herculani et Taurini. *De his paulo amplior tractatio habenda est illo die, et 22 aug., ubi solus N o n n u s memoratur. Licet hodiernae commemorationis (n. 1-5, 13-18) ratio nos fugiat, scribendum est :*

**Romae in Portu natale Aconti et Nonni.**

3. CANTI] *N. 18 : A c o n t i. Quod incuriose egens Florus Lugdunensis, pro* ACONTI *scripsit* ACINCTI. *Unde :* Romae in Portu sancti Iacincti. *Elogium addidit Ado, ad diem 26 iul.* [1], *quod nonnihil contractum transiit in Usuardinos fastos et in martyrologium Romanum. Nullus ergo fuit Hyacinthus in Portu Romano, nec lectu digna sunt gesta Hyacinthi* [2], *ope Passionis S. Caesarii Terracinensis concinnata. Hyacinthus seu I a c i n t u s cum Proto colitur die 11 sept.*

7. IACOBI] *In codice E primum legitur memoriola I a c o b i fratris Iohannis (n. 6-11), dein solum nomen (n. 12) ; in codice Cambrensi :* Iacobi apostoli fratris Iohannis evangelistae Hierusolimam natale [3] de passione [4]. *Sententia est v. cl. Duchesne primitus scriptum fuisse I a c o b i, sine elogio ; cetera secundis curis addita esse ; ceterum die iul. 25 nequaquam celebrari potuisse passionis S. Iacobi, fratris Iohannis, commemorationem* [5], *cum tempore Paschae occisus fuerit* [6]. *Utique vera non est, liquida tamen codicum lectio :*

**Hierosolimis passio sancti Iacobi apostoli fratris Iohannis evangelistae.**

*Notatu dignum est in kalendariis Mozarabum,* uno

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 544-47. — [2] *BHL.* 4053. — [3] Notam N, id est *n(atale)*, male interpretatus est : *n(on)* H. J. LAWLOR, *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, t. I, pp. 19, 87. — [4] Martyrologium Cambrense iterum die 25 aug. commemorat festum *Iacobi fratris Domini*. Error est librarii legentis *VIII kal. sept.*, loco *VIII kal. aug.* LAWLOR, *l. c.*, p. 93. — [5] « Dans le manuscrit E le nom *Iacobi* figure deux fois. En comparant les diverses leçons, il me semble que les deux rédactions *Hierosolyma Iacobi* etc. et *passio* etc. représentent des remaniements d'un texte plus ancien où il y avait tout simplement *Iacobi*. Le 25 juillet ne saurait être l'anniversaire de la mort de S. Jacques frère de Jean, qui, comme il est marqué au 27 décembre, fut martyrisé à Pâques, *medio Paschae.* » L. D. — [6] *Act.* XII, 1-3.

*uno excepto Cordubensi, neque nomen S. Iacobi inscriptum esse* [1].

24. AGATHONIS] *Al.* *Agathenis, Agathe, quae postrema lectio retinenda est. Etiam die 5 iul., n. 3, sub Agathonis latitabat virgo Sicula. Quae adduntur (n. 25-27): de nativitate sua, ad normam commemorationis S. Agnetis, die 28 ian., expressa videntur:* Agnae in genuinum *in cod. E,* Agnetis de nativitate *in sacramentario Gelasiano. Die 25 ian., n. 24, quid causae esset cur S. Agatha tunc recoleretur, frustra quaesivimus. Non aliter hodie. Quidam tamen inter utramque mentionem nexus intercedit. Eodem enim numero* VIII kal. *tum 25 ian., tum 25 iul. exprimuntur, quod librarios, unum pro altero legendo, saepius decepisse experti sumus.*

**Agathae de nativitate sua.**

30. STERCORI] *Iul. 24, n. 36: Stercati.*

31. CLEMENTIS] *Solo nomine notus.*

32. IULIANI] *Iul. 26, n. 6; iul. 20, n. 31.*

33. CARITONIS] *Iul. 24, n. 34: Capitonis.*

34. EMERITI] *Iul. 24, n. 29. Lege: Amiterni.*

35. SEVERI] *Solo nomine notus.*

36. SUTICIANI] *Al. Sticiani. Lege: Euticiani. Liber pontificalis:* Eutycianus... sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VIII kal. aug.[2]. *In catalogo tamen Liberiano signatur* VII id. decemb. *Sequenda est Depositio episcoporum:* VI id. decemb. [3], *quo Euticianus etiam fastis nostris inscriptus est.*

39. IN LICIA] *Civitatem Samon in Lycia aliisque regionibus frustra quaesierunt viri docti quotquot S. Christophori gestis illustrandis incubuerunt. Quae in Actis graecis* [4], *latinis* [5], *syriacis* [6], *armeniis* [7] *narrantur plane commenticia sunt. Haud scio an saltem lectu digna sint quae de collectis eius reliquiis a Petro Attaliae episcopo refert Passio antiquissima: Παραγενάμενος δὲ ὁ ἐπίσκοπος Πέτρος πόλεως Ἀτταλείας συνορούσης Πισιδίᾳ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπέδοτο ἀργύρια ἱκανά, καὶ λαβὼν τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐν ὀθονίοις καὶ μύροις εἰλήσας καὶ ἄλλα πολλὰ σώματα ἐσκέπασε τὸν μακάριον Χριστοφόρον καὶ ἐκόμισεν ἐν πόλει αὐτοῦ* [8]. *De Petro Attaliae episcopo unum habeo quod afferam, nempe ipsi supposita esse Acta S. Christophori ceteris recentiora et nihil meliora: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Χριστοφόρου συγγραφὲν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Πέτρου Ἰτταλίας χώρας Δάφνης τῆς Συρίας* [9]. *A Graecis colitur S. Christophorus die 9 maii* [10]. *In kalendario lapideo Neapolitano notatus est die 24 iulii:*

XXIIII. NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) CRISTOPHO(*RI*) [11].

*Antiquissimum venerationis S. Christophoro adhibitae monumentum esse videtur titulus in Bithynia repertus, quo basilicae anno 450 conditae, anno 452 consecratae memoria servata est:*

*Σὺν Θεῷ ἀτετέθη τὰ θε*
*μέλια τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἁγίου Χρισ*
*τοφόρου ἰνδ(ικτιῶνος) γʹ μ(ηνὶ) μαίῳ με*
*τὰ τὴν ὑπατείαν Πρωτογέ*
*νους καὶ Ἀστουρίου τῶν λαμ*
*πρ(οτάτων) ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως καὶ*
*Εὐλαλίου ἐπισκό(που) Χαλκηδό*
*νος κτίζετε δὲ παρὰ τῆς*
*σεμνοπρ(επεστάτης) κουβικουλαρί<ας>*
*Εὐφημί(ας) καὶ ἐγένετο ἡ*
*κατάθεσις ἐν εἰνδ(ικτιῶνι) εʹ*
*πληρουμ(ένῃ) μ(ηνὶ) σεπτεμβρ<ίῳ>*
*κβʹ ὑπ<ατείᾳ Σφωρακίου καὶ Ἑρκ>ουλαν*
*<οῦ τῶν λαμπροτάτων* [12]*>*

*Κατάθεσις reliquiarum depositio intellegitur. De S. Christophori cultu toto orbe terrarum plurima alias collecta sunt* [13]. *Incertae licet originis, codicum lectio indubia est:*

**in Licia civitate Samon natale sancti Christofori.**

ADDITAMENTA] *Glodesindis, abbatissae Mettensis Acta edita sunt* [14].

**Mettis depositio sanctae Glodesindis Deo sacratae.**

*Translatio Germa<ni> Parisiensis episcopi facta est anno 755. Quam enarravit monachus Sancti Germani Pratensis* [15].

**Parisiis translatio Germani.**

*Cusa. Legendum procul dubio: natale Cucufatis, martyris Barcinonensis, de quo in fastis nostris ad diem feb. 16, n. 12. In libris Mozarabum* [16] *et aliis* [17] *die 25 iul. memoratur.*

EXCERPTA] *Cod. Rich.: Amon, id est civitate Samon, n. 40, 41.*

[1] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 472-73. De cultu S. Iacobi in Hispania, legatur DUCHESNE, *Saint Jacques en Galice*, in *Annales du Midi*, t. XII (1900), p. 145-80. Cf. *Anal. Boll.*, t. XIX, p. 353. — [2] DUCHESNE, t. I, p. 159. — [3] Ibid., p. 160. — [4] *BHG*². 309, 310. — [5] *BHL*. 1764-1780. — [6] *BHO*. 190, 191. — [7] *BHO*. 192. — [8] *BHG*². 309, USENER, p. 75. — [9] *BHG*². 311. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 667. — [11] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [12] DUCHESNE, in *Bulletin de Correspondance Hellénique*, t. II, p. 289-99 « Cette inscription a été trouvée sur la route de Haïdar-Pacha à Nicomédie, dans les ruines d'une église dédiée à saint Christophe. ... Le lieu de la découverte n'est pas indiqué avec précision : il y a loin d'Haïdar-Pacha à Nicomédie. Je pense pourtant qu'on a voulu indiquer un lieu situé dans le voisinage d'Haïdar-Pacha. On se trouve ainsi, étant donné le tracé actuel de la route qui relie cette localité à Nicomédie, tout près à l'Est de Chalcédoine (Kadi-Keui). La route en question passe à moins d'un kilomètre de la célèbre église de Ste Euphémie. » Ibid., p. 289-90. Titulum edimus emendatum ab H. GRÉGOIRE, in *Byzantion*, t. IV, p. 462, qui scripsit : *σεμνοπρεπεστάτης*, *κουβικουλαρίας*, *Εὐφημίας*. — [13] *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 125-144 ; *Les origines du culte des martyrs*, pp. 184-85 ; 356, 422. — [14] *BHL*. 3562-3563. — [15] *BHL* 3472-3474 — [16] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 472. — [17] *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 149-62.

# VII KAL. AUG.

I — II

**In Laudicia Frigiae sanctorum Ioviani Iuliani Emeli Felicis Marciani Maximae**

**| Saturnine**

**Gloriosae item Emeli. et alibi Mutianae et Laudaciae [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et ... B² (*litt. abrasae*).

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 1. *om.* W | 2. *om.* E ; laudocia BS¹ ; laudicii S² ; laudat'a W | 3. frigia E ; frigii S ; *add.* natł S ; nat W | 4. *om.* E ; sc̄o B ; sc̄i W | 5. iuviani S ; *add.* et E | 7. emęli B ; emili W | 10. maxime S | 11. sat̄nine B ; saturninę W | 12. gloriosę S | 14. emili SW | 15. *om.* E | 16. *add.* scōrū S ; nat̄ scōrum W | 17. mociani B¹ ; mocianę B² ; mucianę SW | 18. *om.* W | 19. laudicię B ; laudicie S ; laudagę W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Laudacia Frigiae nat. Ioviani et Iuliani. — Mon. : In Laudicia Frigiae natalis sanctorum Ioviniani Iuliani Emili Felicis Romae Euticiani papae Marciani. — Rich. : In Laodicia Ioviani et Iuliani Emili Felicis Marciani Maximi Saturnini Gloriosi item Emili alibi Mociani.

## IUL. 26

*1.* in laudicia] *Infra, n. 19 : Laudaciae. Breviarium Syriacum : ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας ἐκ μέρους ... τῶν Καθαρῶν ... ἐν τῷ διωγμῷ... ἐνώθησαν καὶ συνεψήφισαν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἶτα ἐμαρτύρησαν Θεόφιλος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Φίλιππος καὶ ἕτεροι πέντε. Theophilus et Philippus die 28 iul., n. 5, 16, memorantur, et quondam fortasse hodierno laterculo inscripti erant, postea nescio quo casu sublati, solo remanente loci indicio tum in principio tum in fine. Nomina quae mox obviam habebimus Laodicenorum martyrum esse minime constat.*

*5.* ioviani] *Die 19 in breviario Syriaco cum martyribus ἐν Συννάδοις passis numeratur Ἰοβιανός, de quo nihil praeterea traditum est.*

*6.* iuliani] *Iul. 25, n. 32. Cf. iul. 27, n. 15 : Iuliae.*

*7.* emeli] *Infra, n. 14. Cf. iul. 20, n. 69.*

*8.* felicis] *Scilicet Nolani. Iul. 27, n. 5.*

*9.* marciani] *Nomina haec quattuor in laterculo 10 maii invenire est, non tamen ita congregata ut martyrum unius turmae esse videantur. Ceterum ignota sunt.*

*9. Marciani* — *maii 10, n. 129.*
*10. Maximae* — *maii 10, n. 54.*
*11. Saturnine* — *maii 10, n. 68 : Saturnini.*
*12. Gloriosae* — *maii 10, n. 157.*

*14.* emeli] *Supra, n. 7.*

*17.* mutianae] *Solo nomine nota.*

*18.* laudaciae] *Nomen civitatis Laodiceae supra, n. 1.*

excerpta] *Cod. Mon. : Euticiani papae, de quo iul. 25, n. 36.*

# VI KAL. AUG.

I | II

**In Nola civitate Campaniae Felicis de ordinatione episcopatus multa ibi mirabilia fiunt. in Nicomedia Iuliae Iocundae.**

**et in Syria Simeonis monachi |**

**Ianuari**

**| et in Sicilia natale Simeonis.**

**in civitate Autisiodoro depositio sancti Hetheri episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1-3. *om.* E | 4. campān E ; *om.* W ; *add.* nola n̄t E ; nat̄ sc̄i W ; sc̄i S | 6-13. *om.* E | 10. *om.* W | 14. nicom̄d B ; alibi E ; *add.* nāt. sc̄orum W ; natale sc̄orū S | 16. iocunde S | 21. monac̄ E | 22. ianuarii BS ; ianuarię W | 25. sycilia S | 26. *add.* sc̄i (monachi S²) S ; scī W | 27. (sy S²) mionis S ; simonis W | 28-29. *om.* E | 30. autisiōd E ; autesiodero B ; autisiodero S ; autysiodero W ; *add.* cīvī E | 32. *om.* E | 33. etheri BS¹W ; etherii S² | 34. *add.* et coñf W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Campanice civitate Nola nat. Felicis et in alio loco Iuliae et Iocundae et in Siria Simeonis monachi. — Mon. : In civitate Autisiodoro depositio sancti Etheri episcopi Romae Innocentii papae Felicis Iocundi. — Rich. : In Campania Nola civitate natale sancti Felicis episcopi et alibi Iocundae et in Syria Symeonis monachi in Nicomedia Ianuarii.

## IUL. 27

*1.* in nola] *Natalis dies S. F e l i c i s Nolani agitur die 14 ian., n. 33. Duas quoque festivitates habet in kalendario marmoreo Neapolitano, alteram tamen non iul. 27, sed 20 :*

NAT(*ALE*) S(*AN*)C(*T*)I FELICIS NOL(*ANI*) [1]

*In kalendariis Mozarabum hodie tantum inscriptus est,in plerisque cum addito* episcopi Nolensis [2], *errore manifesto, quem et in codices nostros intulit interpolator, hanc glossam scribens : d e o r d i n a t i o n e e p i s c o p a t u s (n. 6-8). Rationem hodiernae commemorationis neque nos assequimur* [3]. *Quae sequuntur : m u l t a i b i m i r a b i l i a f i u n t (n. 9-12) recte quidem dicta censentur, eodem tamen pacto, id est per modum glossae, assuta nativo elogio quod erat :*

**in Nola civitate Campaniae Felicis.**

*14.* nicomedia] *Consentiunt codices in nomine I u l i a e (n. 15), quod commutatum videtur cum derivativo I u l i a n a e, si tamen N i c o m e d i a e, non a l i b i, ut scribit codex Epternacensis, ea martyr passa est. Exstant enim Acta I u l i a n a e, non Iuliae, martyris Nicomediensis* [4], *de qua diximus ad dies 13 et 16 februarii. A Graecis colitur die 21 decembris* [5]. *Rursum nuntiatur Iuliana quaedam inter martyres Nicomedienses die 8 aug., n. 56. Scribamus ergo :*

**in Nicomedia Iuli<an>ae**

*quamquam non omne dubium sublatum censemus de sinceritate lectionis N i c o m e d i a, quae potuit a die 28 iul., n. 32, assumi.*

*16.* iocundae] *Solo nomine nota. Ex dictis patet nulla ratione commendari posse quae leguntur in martyrologio Romano :* Nolae sanctorum martyrum Felicis, Iuliae et Iucundae, *quae apud Bedam se repperisse asserit Baronius.*

*19.* in syria] *Infra, n. 25 : i n S i c i l i a, quae lectio omnino reicienda est.*

*20.* simeonis] *Monachus ille est inclutus S y m e o n s t y l i t a, quem in laterculum diei 5 ian., n. 35, loco non suo inductum esse significavimus. In kalendariis orientalibus S. Symeonem die 27 iulii inscriptum esse multis demonstravimus, quae rursum proferre supervacaneum videtur* [6]. *A Graecis die 1 septembris eius memoria nunc celebris habetur*[7], *quo eius sacrum corpus in Magna ecclesia Antiochena depositum fuit. Hodiernam tamen commemorationem non penitus oblivioni dederunt, quippe quae in synaxariis pridie huius diei signata sit : μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἀρχιμανδρίτου τοῦ ἐν τῇ μάνδρᾳ* [8]. *De Symeonis stylitae gestis, qui eo vivente a Theodoreto conscripta sunt* [9], *ab aliis aequalibus graece et syriace* [10], *non est hic locus disserendi. Obiit anno 459, die 24 iul., ut videtur ; 27 iul., qui pro natali habitus est, eius obitus omnibus manifestus fuit, et sacrum corpus e columna demissum* [11].

[1] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [2] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 472-73. — [3] Cf. F. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 228-35. — [4] *BHL*. 4522-4526 ; *BHG*². 963. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 333. — [6] *Les saints stylites* (Bruxelles, 1923), p. xiii. Etiam in *Byzantinische Zeitschrift*, t. XIX, p. 149-53. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 2. In menologiis Vita S. Symeonis stylitae 1 septembris legenda proponitur. *BHG*². p. 275. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 845. — [9] *BHG*². 1678-1680. — [10] *BHG*². 1682-1685 ; versio latina *BHL*. 7956-7958 ; *BHO*. 1121. Cf. H. Lietzmann, *Das Leben des heiligen Symeon Stylites*, Leipzig, 1908. — [11] *Les saints stylites*, p. ix-xiv.

in

**in Syria natale Symeonis monachi.**

*22.* IANUARI] *Nomen quod sexcentorum hominum fuit.*

*25.* IN SICILIA] *Lege, ut supra, n. 19:* *in Syria.*

*30.* AUTISIODORO] *Aetherii episcopi, qui post Romanum sedit et cui Aunacharius successit, historia ignota est. Paucissima, quae de eius gloria postuma supersunt, nostri collegerunt* [1].

**in civitate Autisiodoro depositio sancti Hetheri episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* *Romae Innocentii papae. Liber Pontificalis:* sepultus est in cymiterio ad Ursum pileatum. V kal. aug., *id est postridie. Quod falsum esse iam monuit Duchesne, standumque esse martyrologio hieronymiano, quo Innocentii depositio signata est die 12 mart., n. 37* [2].

[1] *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 446. — [2] DUCHESNE, t. I, pp. 222, 224.

---

# V KAL. AUG.

| I | II |
|---|---|

**Laudatia civitate Frigiae natale Theofili [a] Auxenti**

| I | II |
|---|---|
| **Septimae Agustae virginis. Nicopolis Pantaleonis. in Sicilia Cosconiani** | |

**Pudenti Philippi Alexandri Zotici Bissiae Secundae Machari**

| I | II |
|---|---|
| **Nazariae Celsae** | **et alibi Septimiae Agustae virginis Celsae Nazariae. in Nicomedia Pantaleonis.** |

**in Italia civitate Mediolano**

| I | II |
|---|---|
| | **sanctorum Gervasi Protasi** |

**Nazari et Celsi pueri [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) euseni E. — b) et in brittañ sc̄i samson cōnf B; dolo monasterio depositio sancti samson abb̄ WMKLV; et alibi natł sc̄orū septimię aguste virginis celse nazariae nicomedia natł pantaleonis S; in britannia minore clolo monasterio sc̄i sc̄isonis ep̄i et c̄fessoris lugduno sc̄i peregrini prb̄i S² (*quae 1ª manu scripta erant erasa sunt*); in territurio toroni (turoni S²) civitate (civitatis S²) lucas castro depō sci ursicini abbatis et confēs et in sicilia corconiani S.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1-2. *om.* E | 1. laudacia W; lauditia S² | 3. frigia E | 4. *om.* B; *add.* sc̄orum SW | 5. ytipheli B; tyopheli W; tyopholi S | 6. auxentii S² | 9. virḡ E | 13. sicil̄ E | 15. prudenti W; pudentii S² | 19. bessiae S | 20. secunde S¹; secundi S² | 21. macharii S² | 25. *add.* natł scorū S; nāt sc̄orum W | 26. septimi W | 27. aguste S | 28. virḡ B | 37. mediōl E; *add.* nāt W | 44. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Laudacia Frigiae nat. Theofili Eoseni Ausenti Septimae et Agustae et in Nicomedia Panthalconis et depositio Samsonis episcopi. — MON.: Laudiciae Frigiae passio sanctorum Titionis Philippi Romae Victoris papae Pantaleonis martyris Samson confessoris Brittannia. — RICH.: In Laodicia Theophili Auxentii Septimi et in Nicomedia Pantaleontis et in Sicilia Cosconiani Alexandria Bissiae Zotici Secundi Macharii.

## IUL. 28

*1.* LAUDATIA] *Iuvat prae oculis habere quae die 26 iul. prolata sunt ex breviario Syriaco: ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας ἐκ μέρους... τῶν Καθαρῶν... ἐν τῷ διωγμῷ ... ἐνώθησαν καὶ συνεψήφισαν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἶτα ἐμαρτύρησαν Θεόφιλος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Φίλιππος καὶ ἕτεροι πέντε. Theophilus episcopus (n. 5) et Philippus (n. 16) martyres Laodicenses hodie apertissime designantur. Sintne ἕτεροι πέντε Auxentius, Pudens, Alexander, Zoticus, Macharius (n. 6, 15, 17, 18, 21), quorum sola nomina tradita sunt, conicere fas est, non tamen asseverare. Interim Theophili et Philippi socios quinque silentio praetereamus.*

**Laodicea civitate Phrygiae Theophili Philippi...**

*6.* AUXENTI] *Cf. supra, n. 1.*

*7.* SEPTIMAE] *Infra, n. 26: Septimiae, etiam iul. 30, n. 28, quo die kalendario Carthaginiensi inscripta est.*

*8.* AGUSTAE] *Infra, n. 27. Solo nomine nota.*

*10.* NICOPOLIS] *Infra, n. 32: Nicomedia, sola proba lectio. Altera autem ortum ducere videtur*

*tur a nota NICO:* NICO(*polis*) *pro* NICO(*media*).

11. PANTALEONIS] *Infra, n. 33, et oct. 2, n. 20. Die 23 april., n. 49: Pantalimonis. Prius Παντολέων, dein Παντελεήμων vocabatur. Ita eius Passio: ὁ θαυμαστὸς καὶ μέγας ἐν μάρτυσι Παντελεήμων κατὰ τὴν Νικομήδειαν ἐγνωρίζετο· ἐκεῖθεν γὰρ εἶχε καὶ τὰς τοῦ γένους πηγάς, Παντολέων μὲν καλούμενος* [1]. *Eius festum agunt Graeci die 27 iulii ut ex synaxariis et menologiis constat* [2]. *Vita Euthymii: Ἰούλιος παρῆν μήν, καὶ ὁ πατριάρχης Νικόλαος ἐν τῇ μονῇ τῇ τοῦ μεγαλομάρτυρος Παντελεήμονος τῇ ἐν τῷ Στενῷ οὔσῃ ἐξῄει. Ὁ δὲ πατὴρ ἡμῶν Εὐθύμιος δηλοῖ αὐτῷ μετὰ τὸ τὴν ἑορτὴν ἐκπερᾶναι πρὸς αὐτὸν παραγενέσθαι* [3]. *Ecclesiae in Urbe Regia ipsi sacratae, illius procul dubio quam exstruxit Iustinianus* [4], *dedicatio celebrabatur die 2 decembris* [5]. *Monasterium Sancti Panteleemonis in eremo Iordanis idem instauravit Iustinianus* [6]. *Inter ecclesias Romae media aetate exstructas, numerantur: S. Pantaleonis extra portam Portuensem; S. Pantaleonis iuxta Flumen; S. Pantaleonis de Parione seu de Pretecarolis; S. Pantaleonis Trium Clibanorum seu Trium Fornorum* [7]. *In kalendario marmoreo Neapolitano die 27 iul. inscriptum est:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) PANTALEON(*IS*) [8]

*Alia plurima de S. Panteleemonis cultu collegerunt nostri* [9]. *Duo addimus de eiusdem reliquiis. Constantinopoli erat oratorium ἔνθα πεπίστευται ἀναπαύεσθαι μέρος ἱερῶν λειψάνων τῶν θεσπεσίων Πανταλέοντος καὶ Μαρίνου, ἐπικαλουμένου τοῦ τόπου Ὁμόνοια* [10]. *In loco dicto Ammaedara, in Africa, repertus est titulus:*

HIC HABENTVR MEMORIAE SANCTORVM
PANTALEONTI IVLIANI ET COMITVM [11].

*De codicum lectione nulla est dubitatio:*

**in Nicomedia Pantaleonis.**

13. IN SICILIA] *Nomina martyrum quae cum celebritatis loco cohaereant frustra requiro. Pridie (n. 25) in Sicilia scripta erat variatio vocis in Syria.*

14. COSCONIANI] *Fortasse Cosconius, qui non semel in martyrologio, 19 ian., 23 feb., 2 sept., nunquam tamen a sociis seiunctus memoratur.*

15. PUDENTI] *Forsitan Laodicensis. Supra, n. 1.*

16. PHILIPPI] *Martyr Laodicensis. Supra n. 1.*

17. ALEXANDRI] *Num et ipse cum Zotici, n. 18, martyr Laodicensis? Supra, n. 1.*

19. BISSIAE] *Nomina Bissiae et Secundae recenset martyrologium die 17 iul., n. 32, 22, inter martyres Scillitanos. Hodierno laterculo inserta sunt ab interpolatore propter Nazarium (n. 22, 41), quem unum ex Scillitanis esse existimavit. Nazarius enim prava scriptio est Nartzalli (iul. 17, n. 19) in nostris codicibus usitata.*

21. MACHARI] *Forsitan Laodicensis. Supra n. 1.*

22. NAZARIAE] *Infra, n. 30. Lege Nazari, infra, n. 41.*

23. CELSAE] *Infra, n. 29. Lege: Celsi, infra, n. 43.*

26. SEPTIMIAE] *Supra, n. 7.*

27. AGUSTAE] *Supra, n. 8.*

32. IN NICOMEDIA] *Supra, n. 10: Nicopolis, quam lectionem repudiandam esse patet ex dictis ad n. 11.*

35. IN ITALIA] *Absque loci notatione, in forma feminina supra, n. 22-23, 29-30, nunc rectius et plenius nuntiantur Nazarius et Celsus, martyres a S. Ambrosio reperti. Ita Paulinus:* Quo in tempore sancti Nazarii martyris corpus, quod erat in horto positum extra civitatem, levatum ad basilicam Apostolorum, quae est in Romana, transtulit [12]... Quo levato corpore martyris et in lectica composito, statim ad sanctum Celsum martyrem, qui in eodem horto positus est, cum sancto sacerdote perreximus .. Translato itaque corpore martyris ad basilicam Apostolorum, ubi pridem sanctorum Apostolorum reliquiae summa omnium devotione depositae fuerant, cum tractaret episcopus, quidam de populo repletus spiritu immundo, clamare coepit se torqueri ab Ambrosio [13]. *Haec ita accipienda censentur ut solus Nazarius ad basilicam Apostolorum translatus sit, Celso in eo horto relicto, ubi positus erat, auctore Paulino* [14]. *Haec fuit antiquitus Mediolanensium sententia. Ita Passio SS. Nazari et Celsi:* Eruderata desuper terra, invenerunt sanctum martyrem Nazarium quasi eadem hora positum miro odore fragrantem, sanctum vero Celsum in quo pos tum fuerat loco obtectum reliquit [15]; *et carmen Landulphi episcopi (979-997):*

Ambo nam longum pariter iacuere per aevum;
post tamen Ambrosius, secernens corpora [sancta,
Nazarium gessit, hic Celsum rite relinquens [16].

[1] *BHG*[2]. 1414, n. 1. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p, 847; *BHG*[2]. p. 291. — [3] *BHG*[2]. 651, c. 22. — [4] PROCOPIUS, *De Aedificiis*, I, 9: *Ἐς δὲ τὸν Εὔξεινον Πόντον ἐνθένδε ἰόντι ἄκρα τις ἀπορρὼξ παρὰ τὴν τοῦ πορθμοῦ προβέβληται ἠϊόνα, ἐφ' ἧς μαρτύριον Παντελεήμονος ἁγίου εἱστήκει, ἀρχήν τε ἀπημελημένως πεποιημένον καὶ χρόνῳ μακρῷ πεπονηκὸς ἄγαν· ὅπερ ἐνθένδε περιελὼν Ἰουστινιανὸς βασιλεύς, τοῦτόν τε μεγαλοπρεπῶς τὰ μάλιστα οἰκοδομησάμενος τὸν ἐκείνῃ τανῦν ὄντα νεών, τῷ τε μάρτυρι διεσώσατο τὴν τιμήν.* — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 274. — [6] PROCOPIUS, *De aedif.*, V, 9. — [7] Chr. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 410-12. — [8] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [9] *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 397-412. — [10] THEODORUS LECTOR, in *P.G.*, t. LXXXVI, p. 225. — [11] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 240. — [12] *Vita S. Ambrosii*, *BHL.* 377, c. 32. — [13] Ibid., c. 33. — [14] F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 811-12. — [15] *BHL.* 6039, MOMBRITIUS, fol. 184v. — [16] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 180.

*Id quoque comprobat carmen ab ipso Ambrosio* [1] *inscriptum, in quo nulla omnino S. Celsi mentio in templo SS. Apostolorum positum, S. Nazario est:*

NAZARIO MARTYRI

CONDIDIT AMBROSIVS TEMPLVM DOMINOQVE SACRAVIT
NOMINE APOSTOLICO MVNERE RELIQVIIS
FORMA CRVCIS TEMPLVM EST TEMPLVM VICTORIA CHRISTI
SACRA TRIVMPHALIS SIGNAT IMAGO LOCVM
IN CAPITE EST TEMPLI VITAE NAZARIVS ALMAE
ET SVBLIME SOLVM MARTYRIS EXVVIIS
CRVX VBI SACRATVM CAPVT EXTVLIT ORBE REFLEXO
HOC CAPVT EST TEMPLO NAZARIOQVE DOMVS
QVI FOVET AETERNAM VICTOR PIETATE QVIETEM
CRVX CVI PALMA FVIT CRVX ETIAM SINVS EST

AVR. AMBROSIVS EPISC. [2]

*Iuvat et addere carmen in sepulcro S. Nazarii positum, quodque ante annum 397 conditum esse Rossius aliique, argumentis non spernendis nixi, recte iudicarunt.*

QVA SINVATA CAVO CONSVRGVNT TECTA REGRESSV
SACRATAEQVE CRVCIS FLECTITVR ORBE CAPVT
NAZARIVS VITAE IMMACVLABILIS INTEGER ARTVS
CONDITVR EXVLTAT HVNC TVMVLI ESSE LOCVM
QVEM PIVS AMBROSIVS SIGNAVIT IMAGINE CHRISTI
MARMORIBVS LIBYCIS FIDA SERENA POLIT
CONIVGIS VT REDITV STILICONIS LAETA FRVATVR
GERMANISQVE SVIS PIGNORIBVS PROPRIIS [3]

*Alia plurima de utriusque martyris cultu congesserunt nostri, quae iteranda non sunt* [4]. *Obiter notasse utile erit titulum Vercellensem, quem afferunt* [5], *esse de reliquiis SS. Victoris et Nazarii Mediolanensibus a S. Ambrosio distributis. Dies natalis SS. Nazarii et Celsi in ecclesia Mediolanensi celebrari non desiit die 28 iul.* [6], *inscriptusque est tabulis marmoreis Neapolitanis, ubi tamen S. Celsi nomen expressum non est:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) NAZARI [7]

*Passioni SS. Nazarii et Celsi, quam latinam et graecam habemus* [8], *et nostri olim vocarunt palpabilem concatenatarum fabularum texturam, non iuvat immorari. Hanc martyrologo praesto fuisse ostendit dictio* C e l s i  p u e r i, *quam a fabulatore accepit* [9].

**in Italia civitate Mediolano Nazari et Celsi pueri.**

*39.* GERVASI] *In Actis SS. Nazarii et Celsi fertur S. Nazarius, Mediolanum adveniens, sanctos* P r o t a s i u m  e t  G e r v a s i u m *in carcere invenisse* [10]. *Mirum ergo non est eos hodie quoque commemorari.*

ADDITAMENTA] *S a m s o n. In codice B:* c o n f e s s o r, *in W:* a b b a s, *in Cambr.:* e p i s c o p u s *praedicatur, quae singula recte dicta sunt, ut ex eius Actis efficitur* [11].

**In Britannia Dolo monasterio depositio sancti Samson abbatis et episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* E o s e n i, A u s e n t i *= n. 6: Auxenti.*

*Cod. Mon.:* T i t i o n i s *= Titiani, iul. 18, n. 70?*

V i c t o r i s  p a p a e. *Liber pontificalis:* Hic sepultus est iuxta corpus beati Petri apostoli in Vaticano V kal. aug. [12].

[1] DE ROSSI, *Bullettino*, 1864, p. 76. — [2] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 161, n. 3, — [3] Ibid., p. 181, n. 14. — [4] *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 503-534. — [5] Ibid., p. 518, n. 82; DE ROSSI, t. c., p. 171, n. 30. — [6] MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, p. 190. — [7] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [8] *BHL*. 6039-6049; *BHG*[2]. 1323-1324. Cf. SAVIO, *La leggenda dei santi Nazario e Celso*, in *Ambrosiana* (Milano, 1897), n. VII. — [9] Non abs re erit afferre quae in recognitione reliquiarum S. Celsi deprehensa sunt: « Essendosi fatta, nel 1777, l'anatomia del corpo di S. Celso, si potè constatare, e quindi toccar con mano, da un rinomato chirurgo di questa città, come lo chiama il Bugati colà presente [*Memorie storiche di S. Celso*, Milano, 1782, p. 163] che il martire S. Celso era un giovane di 20 anni e più. » SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 813. — [10] *BHL*. 6039, MOMBRITIUS, f. CLXXX[v]. — [11] *BHL*. 7479-7486. Cf. F. DUINE, *Memento des sources hagiographiques de l'histoire de Bretagne* (Rennes, 1918), p. 31-35; R. FAWTIER, *La Vie de S. Samson*, Paris, 1912. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXXII, p. 362-64. — [12] DUCHESNE, t. I, p. 137.

# IV KAL. AUG.

I

**Romae Philipi Simplici Faustini et Viatricis Abseodi Abdi Pontiani Niceti.**

II

**[a] Romae via Portensi natale Abseodi Rufi Abdi Pontiani Niceti. et via Portuensi in cimiterio eiusdem miliario VI Simplici Faustini Viatrici.**

**in Africa natale Felicis. et alibi Nicetae Postunianae**

**Patruinae** |

**Philippi. Trecas civitate depositio sancti Lupi episcopi et confessoris. et alibi Anastasiae Philippi Saturnini Caelesti**

| **Patruinae**

**Pelagiae. Aurilianis depositio beati Prosperi episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) in fontanella monasterio depositio gennardi presbyteri et confessoris WMKLV.— b) in fontanella monasterio (*om.* M) dedicatio basilicae sancti petri apostoli MKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̃ E | 11. rōm W ; rome S | 13. puerinsę W ; puerinš S | 14. *add.* scōrum W | 15. ab seode W | 16-17. *om.* W | 22. portuensę W ; portunense S | 23. inibi WS | 24. *om.* WS | 27. *add.* nāt scōrum W ; natł scōrum S | 28. simplicii $S^2$ | 29. *add.* et $S^2$ | 30. beatrice $B^2$ ; viatrice $WS^1$ ; beatricis $S^2$ | 31-33. *om.* S | 32. aff̃ E | 33. *add.* sc̄i SW | 35-36. *om.* SW | 37-38. *abras.* S | 38. postunaniae E ; postinania B ; postinanię W | 40. *om.* $E^1$ ; phylippi W ; philipi $E^2$ | 41-42. *om.* $E^1$ ; *add.* $E^2$ | 43. *om.* E | 44. *om.* S | 44-45. *om.* $E^1$ ; *add.* $E^2$ | 46-50. *om.* E | 50. *add.* nāt scōrum W ; natł scōrum S | 51. *om.* $E^1$ ; *add.* $E^2$ | 52. *om* $E^1$ ; philipi $E^2$ ; phylippi W | 54. celesti BW ; calesti $S^1$ ; calisti $S^2$ | 55. patronę B | 56. pelaię S | 57. aurilia͂ E ; aurelianis BW ; *add.* civit̃ W ; civitate S | 59. *om.* E | 60. prperi S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Felicis et Faustini et Viatricis et Trecas depositio sancti Lupi episcopi. — Mon. : Eodem die Romae natalis sanctorum Felicis Simplicii Faustini et Beatricis Philippi et Viatricis. — Rich. : Rome natale sanctorum Felicis Simplicii Faustini et Viatricis et in Affrica Felicis Tregas civitate Lupi episcopi Aurelianis depositio Prosperi episcopi.

## IUL. 29

*1.* romae] *Sacramentarium Gelasianum :* V kal. seu potius IV kal. augustas in natali sanctorum Simplici, Faustini et Viatricis [1]. *In codice autem Sangallensi :* V kal. agustas, *ubi et scriptum est* Beatricis [2]. *Sacramentarium Gregorianum :* IIII kalendas agustas id est XXVIIII die mensis iulii natale sanctorum Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis [3]. *In orationibus solius Felicis* martyris atque pontificis *mentio est. Kalendarium lapideum Neapolitanum :*

s(*ancti*) felicis et sim(*plicii*) [4]

*Index coemeteriorum e Notitia regionum :* Coemeterium ad Insalatos ad S. Felicem via Portuensi, coemeterium Pontiani ad Ursum pileatum Abdon et Sennen via Portuensi. *Itinerarium Salisburgense :* In occidentali parte Tiberis ecclesia est beati Felicis martyris in qua corpus eius quiescit... Deinde descendis ad Aquilonem... intrabis in ecclesiam magnam, ibi sancti martyres Abdon et Sennes quiescunt. *Epitome de Locis sanctorum :* Iuxta viam Portuensem quae et ipsa in occidentali parte civitatis est S. Abdon et S. Sennes sanctusque Milex et S. Vincentius, S. Polion, S. Iulius, S. Pymeon, S. Felix, S. Simplicius, S. Faustinus, S. Beatricis dormiunt. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Tertia decima porta Portuensis dicitur et via. Ibi prope in ecclesia sunt martyres Felix, Alexander, Abdon et Sennes. *Index coemeteriorum e Mirabilibus :* Coemeterium Ursi ad Portensam. Coemeterium S. Felicis via Portuensi [5]. *Liber pontificalis, Leo II (682-683) :* Hic fecit ecclesiam in urbe Roma iuxta sancta Viviana, ubi et corpora sanctorum Simplici, Faustini, Beatricis et aliorum martyrum recondidit [6]. *Hadrianus I (772-795) :* Ecclesiam S. Felicis positam foris portam Portuense a novo restauravit, simulque et basilicam SS. Abdon et Sennes atque beatae Candidae una cum ceteris sanctorum coemeteriis in idipsum pariter renovavit [7]. *Nicolaus (858-867) :* renovavit etiam ipse pastor benignus cymiterium beati Felicis martyris ac confessoris via Portuensi [8]. *Huius diei laterculus tres fert comme-*

[1] Wilson, p. 186. — [2] Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 156. — [3] Wilson, p. 90. — [4] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [5] De Rossi, *Roma sotterranea*, t. I, p. 182-83. Cf. *Bullettino*, 1878, p. 46. — [6] Duchesne, t. I, p. 360. — [7] Duchesne, t. c., p. 509. — [8] Duchesne, t. II, p. 161.

*morationes*

*morationes ad viam Portuensem pertinentes, quarum unam obiter tantum signamus (n. 8-10, 15, 17, 18), quippe quae anticipatio quaedam sit e tabula diei sequentis.*

**Romae via Portuensi <in cimiterio> Pontiani Abdon et Sennen.**

*Aliae sunt SS. Simplici, Faustini et Viatricis (al. Beatricis) in coemeterio Generosae quiescentium, et S. Felicis qui alio loco eiusdem viae iacebat. Passio S. Simplicii et soc. :* Beata Beatrix una cum beato Crispo et Iohanne presbyteris aliisque christianis levaverunt corpora sanctorum martyrum Simplicii et Faustini de fluvio et sepelierunt ea ibi in Sexto Philippi quarto kalendas augustas... quam [Beatricem] etiam sancta et venerabilis Lucina una cum suis sanctissimis fratribus ibi in Sexto Philippi sepelivit quarto kalendas augustas [1]. *De coemeterio in quo sepulti sunt, quinto miliario viae Portuensis sive Campanae, amplam edidit tractationem I. B. De Rossi [2], in qua hunc protulit titulum :*

*XP*

MARTYRES SIMPLICIVS ET FAVSTINVS
QVI PASSI SVNT IN FLVMEN TIBERE ET POSI
TI SVNT IN CIMITERIVM GENEROSES SVPER
FILIPPI [3].

*In basilica reperta sunt fragmenta epistylii litteris philocalianis ita inscripta :*

*f a u* STINO VIATRICI [4].

*Ibidem depictae sunt quattuor sanctorum effigies, adiectis singulorum nominibus ; Simplicii autem nomen nunc deletum est.*

SCS *Simplicius*
SCA *v i* ATRIX
SCS FAYSTINIANYS
SCS RYFINIANYS [5]

*De sancto Rufiniano nulla mentio est in Passione neque in sacramentariis, neque in memoriola translationis reliquiarum quam servavit Liber pontificalis, ubi de Leone II (682-683) :* Hic fecit ecclesiam in Urbe Roma iuxta sancta Viviana, ubi et corpora sanctorum Simplicii, Faustini, Beatricis atque aliorum martyrum recondidit et ad nomen beati Pauli apostoli dedicavit sub die XXII mens. februar. [6]. *Non tamen deest in martyrologio, ubi Rufus dicitur, n. 16, pro derivativo Rufinianus [7], uti et Faustinus non Faustinianus. In codicibus varia elogia permista sunt. Voces in cimiterio eiusdem (n. 23-25) non ad Simplicium sed ad Felicem, n. 34, referuntur. In miliario VI (n. 26-27) numero substituendus est* III, *et, ni fallor* VI *coniungendus cum Philippi (n. 2, 40, 52), qui inter sanctos errore positus est, ita ut fiat VI Philippi, id est Sextum Philippi [8].*

**Romae via Portuensi <ad> Sextum Philippi, Simplicii, Faustini, Viatricis, Rufi.**

*2.* PHILIPI] *Infra, n. 40, 52. Adducatur n. 27, legaturque Sextum Philippi, ut modo dictum est.*

*6.* VIATRICIS] *Ita et in inscriptione Philocaliana, supra, ad n. 1. In testimoniis allatis, saepe Beatricis, ut et in cod. B.*

*7.* ABSEODI] *Iterum n. 8 : Abdi, utrumque infra, n. 15, 17. Latet Abdon, Sennis, quorum memoria agitur 30 iul., n. 2.*

*9.* PONTIANI] *Infra, n. 18. Supple : <in cimiterio> Pontiani, ubi praedicti sancti quiescebant. Cf. infra, n. 38 : Postunianae.*

*10.* NICETI] *Infra, n. 19 ; n. 37 : Nicetae ; iul. 30, n. 27 : Nicae.*

*16.* RUFI] *Idem qui Rufinianus. Ita pictura cryptae, in coemeterio Generosae. Supra, ad n. 1.*

*25.* EIUSDEM] *Neque Niceti nec ullius quorum nomina praemissa sunt coemeterium est, sed Felicis (n. 34), ut patet ex utroque indice coemeteriorum supra allato.*

*26.* MILIARIO] *Coemeterium Felicis non VI sed III miliario situm est. Quare numerum VI ad efficiendum Sextum Philippi reservavimus, supra, n. 2.*

*32.* IN AFRICA] *Martyrum Afrorum ab aliis discriminationem certam nullam habemus.*

*34.* FELICIS] *Ex allatis testimoniis ostenditur S. Felicis coemeterium (n. 24, 25) via Portuensi (n. 21, 22) situm esse. Eius basilica, quae a pontificibus Hadriano et Nicolao renovata est, condita censetur a Iulio p. (337-352), de quo Catalogus Liberianus :* Hic multas fabricas fecit : basilicam in via Portense miliario III [9]. *Basilicae S. Felicis mentio est in titulo :*

GAVDIOSA DEPOSITA IN BASILICA
DOMNI FILICIS ANNIORINVS
*posuit* [10].

*Felicem pontificem vocat sacramentarium Gregorianum, non recte [11]. Nec melius Liber pontificalis, in Liberio (352-356), qui Felicem II, a pontificatu depositum, via Portuensi IIII kal. aug. quievisse asserit [12]. Eodem Libro testante, sepultus iste fuit via Aurelia, XVII kal. decembres [13]. Qui hodie*

[1] *BHL.* 7790, c. 1, 3. — [2] *Bullettino*, 1869, p. 1-16 ; *Roma sott.*, t. III, p. 647-97. — [3] De Rossi, t. c., p. 647 ; *Bullettino*, 1866, p. 44 ; 1869, p. 2. — [4] De Rossi, *Roma sott.*, t. c., tav. 52. — [5] De Rossi, *Bullettino*, 1869, p. 3-6 ; *Roma sott.*, t. c., p. 651-64 ; tav. 51, 52 ; Wilpert, *Le pitture delle catacombe Romane*, p. 459 ; tav. 262. — [6] Duchesne, t. I, p. 360. Cf. p. 361. De titulo nunc deperdito quem vidit Bosius, *Roma sotterranea*, t. II, c. 20, iam mutilum, non iuvat hoc loco disserere. Cf. Huelsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 415. — [7] Cf. De Rossi, *Roma sott.*, t. c., p. 661. — [8] De loco ita dicto, De Rossi, *Bullettino*, 1869, p. 10-13. — [9] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 8. Cf. p. 206, annot. 8. — [10] Silvagni, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, 112. — [11] Duchesne, t. c., p. CXXIII-CXXIV. — [12] Duchesne, t. c., p. 207 ; cf. J. P. Kirsch, in *Miscellanea Francesco Ehrle*, t. II, p. 76-81. — [13] Duchesne, t. c., p. 211. Cf. p. CXXV.

*colitur*

*colitur Felix martyr fuit celeberrimus, a quo etiam via Portuensis viae sancti Felicis nomen accepit* [1].

**Romae via Portuensi miliario III in cimiterio suo natale Felicis.**

*37.* NICETAE] *Supra, n. 10: Niceti.*

*38.* POSTUNIANAE] *Lectio corrupta: Pontiani, n. 9.*

*39.* PATRUINAE] *Al. Patronae. Infra, n. 55. Cf. iul. 30, n. 26: Paterni.*

*40.* PHILIPPI] *Supra, n. 2.*

*41.* TRECAS] *Lupi, Trecensis episcopi, gesta ab aequali conscripta sunt* [2]. *Obiit an. 478 vel 479* [3].

**Trecas civitate depositio sancti Lupi episcopi et confessoris.**

*51.* ANASTASIAE] *Solo nomine nota.*

*52.* PHILIPPI] *Supra, n. 2.*

*53.* SATURNINI] *Nuda nomina sunt Saturnini, Caelesti, Pelagiae (n. 53, 54, 56).*

*55.* PATRUINAE] *Supra, n. 39.*

*57.* AURILIANIS] *Praeter ea quae ex epistula a Sidonio Apollinari ad eum data colliguntur* [4], *de Prospero nihil compertum est* [5].

**Aurelianis depositio beati Prosperi episcopi.**

ADDITAMENTA] *Gennardi. Quoniam nihil praeter hoc breve elogium de S. Gennardo reppererunt, inter praetermissos eum reposuerunt decessores nostri* [6]. *Interim nihil prolatum est quo eius gesta illustrentur.*

**in Fontanella monasterio depositio Gennardi presbyteri et confessoris.**

[1] DE ROSSI, *Bullettino*, 1869, p. 11. — [2] *BHL.* 5087. — [3] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 453-54. — [4] *Epist.* VIII, 15, *M. G.*, Auct. antiq., t. VIII, p. 147. — [5] *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 82-83. — [6] *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 2.

---

# III KAL. AUG.

| I | II |
|---|---|
| **Romae Abdo et Sennis.** | **In cimiterio Pontiani ad ursum pilatum natale Abdonis et Sennis martyrum.** |

**in Africa Tuburbo**

**| Lucernariae**

**Maximae Secundae Donatillae**

**Lucernariae |**

**Rufi Prisci Paterni Nicae Septimiae Optionis Ammoni Iusti Iuliae Potamieni**

**| Neabdis Saenei**

**item Maximae Hospis Donatulae. Autisiodoro depositio beati Ursi episcopi** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) et ad ursum simionis quum colomna fuit et in britannia dolo moñtri depõ sap̄son epi̅ S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 6. cymityrio W ; civitate S | 7. pontamiani S | 11. *add.* scõrum W ; scõrū S | 14. senis WS | 15. martyr̄ B ; *om.* WS. | 17. aff E ; africa BS ; *add.* civit̄ W ; civitate S | 18. *om.* E ; tubortulo B ; tiburtu W ; tuburtulo S | 19. cernarię B ; cernarie S ; *add.* natale scõrū S, nat. scõrum W | 20. maxime S¹ ; maximi S² | 21. secunde S¹ ; secundi S² | 22. donatelle B ; donatellę W ; donatule S¹ ; donatuli S² | 26-27. paternicę B ; pat̄nice S¹ ; pat̄nici S² ; paternicae W | 28. septimi S² | 29. opcionis W | 30. ammonii W ; amoni S | 32. iulii S² | 33. potamię BW ; potamie S¹ ; potamii S² | 34. abdis SW | 35. acenei SW | 37. maxime S | 38. hospinis S | 39. donatule S¹ ; donatuli S² | 40. autisiõd E ; autesiodēr B ; autisiodero SW ; *add.* civi̅ E | [42. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. sanctorum Abdo et Sen. et in Affrica Tiburbo Maximae et Secundae. — MON. : Prosperi episcopi Ursi episcopi. — RICH. : Rome natale sanctorum Abdon et Sennes et in Affrica Maximae Prisci Paternici Iusti Autisiodoro depositio sancti Ursi episcopi. — NOTK. : In Africa Tyburbolucernaria nativitas sanctarum virginum Maximae Donatillae et Secundae.

IUL.

# IUL. 30

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum:* Abdos et Semnes in Pontiani quod est ad Ursum piliatum. *Sacramentarium Gelasianum:* In natali Abdo et Senis III kal. augustas [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* III kalendas agustas id est XXX die mensis iulii natale sanctorum Abdon et Sennes [2]. *Kalendarium lapideum Neapolitanum:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTORUM*) ABDON ET SENNE [3]

*Heri attulimus Indicem coemeteriorum, Itinerarium Salisburgense, epitomen de Locis sanctorum, notitiam ex Willelmo Malmesburiensi quae concordissime testantur hos martyres in coemeterio Pontiani quievisse. Id quoque testantur suo modo Acta SS. Abdon et Sennen, ceterum nulla fide digna. Narrant enim Quirinum subdiaconum noctu eorum corpora collegisse et recondidisse in arca plumbea in domo sua, tertio kal. augusti; eadem multos annos latuisse et temporibus Constantini in coemeterium Pontiani translata esse* [4]. *Ea Cupero nostro iure suspecta visa sunt* [5]. *Et reapse ex Actis antiquioribus ea statim post martyrium in cryptam viae Portuensis illata esse efficitur* [6]. *Nicolaus p. (858-867)* cymiterium eadem via [Portuensi] ad Ursum pileatum, ubi corpora sanctorum Christi martyrum Abdon et Sennes requieverunt, iam in ruinis positum pulchro ac miro restauravit honore [7]. *In crypta cernitur adhuc pictura quam fecit*

DE DONIS D(*E*)I ET S(*AN*)C(*TO*)R(*V*)M ABDO ET SENNE GAVDIOSVS

*ambo martyres, Persico vestitu, Christo alterni assistunt, appositis nominibus:*

S̄C̄S ABDO S̄C̄S SENNE

*quibus, hinc et illinc depicti astant:*

S̄C̄S MILIX S̄C̄S BICENTIVS [8]

*Basilicam SS. Abdon et Sennes Hadrianus papa (772-795) renovavit* [9]. *Fuit et intra muros ecclesia ipsis dicata prope Amphitheatrum* [10], *quae nunc diruta est.*

**Romae in cimiterio Pontiani ad Ursum pileatum natale Abdo et Sennis martyrum.**

*12.* ABDONIS] *Nomen semiticum est* A b d o, *ut supra, n. 2.*

*14.* SENNIS] *Peregrinum item nomen, quod in Passione SS. Simonis et Iudae occurrit. Sennes, in civitate Persidis quae ibi vocatur Suanir, hospes fuisse dicitur apostolorum, et cum ipsis passus,* quoniam et ipse idolis sacrificare contempserat [11].

*17.* IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense:* III kal. ag. sanctorum Tuburbitanarum et Septimiae. *Edita est* Passio sanctarum virginum Maximae Secundae et Donatillae, quae passae sunt sub Maximiano imperatore et Anolino proconsule IIII kalendas augusti [12], *in qua locus passionis signatur civitas* T u r b i t a n o r u m — *ita quoque in Passione breviore SS. Perpetuae et Felicitatis* [13] — *seu Thuburbo. A recta nominis scriptione codices pleniores plurimum recedunt. Probam lectionem melius servavit codex Cambrensis:* T i b u r b o. *Erat autem Thuburbo Maius et Thuburbo Minus* [14]; *utrum eligendum sit non liquet. Videtur oppidum* L u c e r n a r i a e *(n. 19, 23) cognomen habuisse, et fortasse ad normam oppidi quod* Boseth Anforaria *in Passione S. Mammarii nuncupatur* [15], T u b u r b o L u c e r n a r i a *appellanda. Obstat quod Thuburbo neutrius generis est. Standum ergo lectioni codicum donec de altera constabit. Omittere nolo Adonem, qui diversa a nostra Passionis trium sanctarum recensione usus est, scripsisse:* civitate Tuburbo Lucernariae [16]. *Haec tamen non ex Passione sed ex ipso nostro martyrologio deprompta sunt, proindeque neglegenda. Repertus est in oppido Africae, quod nunc audit Testour, titulus* [17]:

SANTAS TRES
M A X I M A
ET DONATILLA
S E C V N D A
BONA PVELLA
S T E F A N V S

*et altera in loco dicto Rouis* [18]:

MEMORIA SANCTAE MAXIMAE
(DO)NATILLAE ET SECVNDAE

*In Passione S. Crispinae, qualis olim e codicibus non optimis prodierat, haec legebantur:* Anulinus proconsul dixit: Diu vivere desideras, aut mori in poenis, sicut et ceterae consortes tuae, Maxima, Donatilla et Secunda [19]. *Trium sanctarum nomina delenda esse, utpote interpolata, nuper ostensum est* [20].

**in Africa Turburbo Lucernariae Maximae, Secundae, Donatillae.**

[1] WILSON, p. 187. — [2] WILSON, p. 96. — [3] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [4] *BHL.* 6, n. 7. — [5] *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 132, n. 12. — [6] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Studi e Testi*, t. XIX, p. 102; ibid., t. XXXIII, p. 170, ubi refelluntur quae de his scripsit P. CORSSEN, in *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft*, 1915, p. 162. — [7] DUCHESNE, *Liber pontificalis*, t. II, p. 161. — [8] DE ROSSI, *Bullettino*, 1869, p. 72; *Roma sott.*, t. I, p. 300; GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, tav. LXXXVII, 1; WILPERT, *Le pitture delle catacombe romane*, tav. 258. — [9] DUCHESNE, op. c., t. I, p. 509. — [10] HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 163. — [11] *BHL.* 7749. c. 21, 23, FABRICIUS, pp. 631, 634-35. Cf. A. VON GUTSCHMID, *Kleine Schriften*, t. II, p. 365-66. — [12] *BHL.* 5809. — [13] *BHL.* 6634. — [14] *C.I.L.* VIII, p. 106; TISSOT, *Géographie comparée de la province Romaine d'Afrique*, t II, pp. 545, 247. — [15] *BHL.* 5205; 5206, n.4. — [16] *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 147. — [17] *C.I.L.* 14902; MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 245. Cf. E. LEBLANT, *Monument des saintes Maxima, Donatilla et Secunda*, Extrait des *Collections du Musée Alaoui*, p. 97-100. — [18] MONCEAUX, t. c., n. 337. — [19] *BHL.* 1989. — [20] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Nuove note agiografiche*, p. 25-27.

*24.* RUFI] *Iul. 29, n. 16.*

*25.* PRISCI] *Solo nomine notus.*

*26.* PATERNI] *Iul. 29, n. 39: P a t r u i n a e. In codicibus alterius recensionis coniuncta sunt nomina n. 26, 27: P a t e r n i c a e, quae omnia incondita sunt et incerta.*

*27.* NICAE] *Iul. 29, n. 10: N i c e t i; n. 37: N i c e t a e.*

*28.* SEPTIMIAE] *In kalendario Carthaginiensi hodie inscripta est S e p t i m i a, quae in nostris codicibus praemissa est iul. 28, n. 7.*

**<in Africa> Septimiae.**

*29.* OPTIONIS] *O p t i o cognomen latinum est, rarum tamen. Quamquam codices in ea consentiunt, de lectionis sinceritate dubium exsurgit e consequentia nominum, quae singula in laterculis Aegyptiorum occurrunt* [1].

*30. A m m o n i*
*31. I u s t i*
*32. I u l i a e (I u l i ?)*
*33. P o t a m i e n i, al. P o t a m i a e.*

*Si hos martyres revera Aegyptus tulit, O r i o n i s* [2] *loco O p t i o n i s emendatio sponte suggeritur. Sed reticendum non est die 15 iul., n. 86-89, Afris martyribus, non Aegyptiis conumerari P o l l u t a n a e, I u l i a e, I u s t a e, item die 5 dec., n. 9, 10, I u l i, P o t a m i a e (in kalendario Carthaginiensi: B i l i, P o t a m i a e), unde nonnihil debilitatur coniectura quam debita modestia et salvo meliore iudicio proferimus.*

*34.* NEABDIS] *In hisce vocibus N e a b d i s, S a e n e i, latitat A b d o, S e n n i s, supra, n. 2, 4.*

*37.* MAXIMAE] *Supra, n. 20.*

*38.* HOSPIS] *Nomen certe corruptum, cum O p t i o n i s, n. 29, quadantenus cognatum.*

*39.* DONATULAE] *Supra, n. 22: D o n a t i l l a e.*

*40.* AUTISIODORO] *Quaecumque de U r s o reperiri potuerunt diligenter collegerunt nostri* [3].

**Autisiodoro depositio beati Ursi episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: P r o s p e r i, iul. 29, n. 60.*

[1] *Les martyrs d'Égypte*, p. 46-48. — [2] Ibid., p. 217. — [3] *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 158-59.

---

# PRID. KAL. AUG.

**In Frigia civitate Sinnada natale Democriti Secundi Dionisi Tyrsi. Autisiodoro depositio sancti Germani episcopi et confessoris et natale domni Aunachari episcopi de ordinatione episcopatus. Agustiduno dedicatio ecclesiae senioris et sancti Nazari et translatio multorum sanctorum martyrum.**

*Var. lect. codd.* EBSW. — 2. africa BSW | 3-4. *om.* E | 4. sinada W | 5. *om.* B ; *add.* scōrum W ; scōrū S | 6. democreti B ; democri S | 10. autisiodō E ; autisiodēr B ; autisiodero SW ; *add.* civitate S | 11. *om.* S | 12. *om.* E | 16-17. *om.* E | 17-18. *om.* WS | 18. *om.* E | 19. dom̄ E | 20. avinari E ; aunadiari W | 22-36. *om.* E | 22. *om.* BW ; natali civ̄ S | 22-24. *om.* B | 24. episcopati W | 27. ecclesie B ; ęcclesię W | 30. *add.* |||||| W | 36. *add.* in ipsa ecclesia et vigilia sanctorum machābeorum B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Frigia civitate Sinnada nat. Democreti Secundi et Alsiodoro depositio sancti Germani episcopi et confessoris.— MON. : Romae papae Benedicti papae Democreti Germani confessoris.— RICH. : In Frigia Democriti Secundi et Dionisii Tyrsi Autisiodoro Germani episcopi et confessoris et natale Aunacharii episcopi.

## IUL. 31

*1.* IN FRIGIA] *Breviarium Syriacum ad diem 30 iul.: ἐν Συνάδοις τῆς Φρυγίας ἐκ τῶν ἀρχαίων Δημόκριτος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Διονύσιος οἱ μάρτυρες. Ita quoque codices nostri:*

**in Frigia civitate Sinnada natale Democriti, Secundi, Dionisii.**

*9.* TYRSI] *Sitne martyribus Phrygiis adiungendus an aliunde errabundus advenerit, incertum.*

*13.* GERMANI] *S. G e r m a n u s obiit Ravennae* [1] *die 31 iul., intra ann. 444 et 450* [2]. *Corpus eius in Galliam relatum est* [3] *et Autissiodori exceptum die 22 septembris, tandem die 1 octobris perpetuae datum sepulturae. Quae omnia debito loco signata reperies in hisce fastis. Minus recte igitur expressa est hodierni anniversarii ratio. Neque enim Autissiodoro ad caelum migravit, neque hic fuit depositionis dies. Certa tamen est codicum lectio:*

**Autisiodoro depositio sancti Germani episcopi et confessoris.**

[1] *BHL.* 3453, c. 42. — [2] LEVISON, in *M.G.*, Script. rer. merov., t. VII, p. 229. Anno vero 448 ex computatione L. Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 439. — [3] *BHL.* 3453, c. 44-46.

*In*

*In tabulis lapideis Neapolitanis inscriptus est:*

NAT(*ALE*) GERMANI EPISC(*OPI*) [1]

*20.* AUNACHARI] *Solus ordinationis, non obitus* A u n a c h a r i i *(† 605) dies in nostris tabulis recolitur. Aunachario sedente perfecta censetur martyrologii recensio e qua codices quotquot habemus pendent* [2]. *Eius gesta conscripta sunt* [3].

**Natale domni Aunacharii episcopi de ordinatione episcopatus.**

*25.* AGUSTIDUNO] *De lectionis sinceritate ambigendum non est:*

**Augustoduno dedicatio ecclesiae senioris et sancti Nazarii et translatio multorum sanctorum martyrum** [4].

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* R o m a e p a p a e B e n e d i c t i. *Neque Benedicti, qui primus hoc nomen gessit, neque qui secundus, dies emortualis notus est.*

[1] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 337. — [2] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XLIII]. — [3] *BHL.* 805, 806. Cf. *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 86-111; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 446. — [4] De hac memoria H. QUENTIN, in *Revue bénédictine*, 1903, p. 358-59.

---

AUGUSTUS

# AUGUSTUS

**Mensis Augustus habet dies XXXI**

---

## KAL. AUG.

Laetanias indicendas

| I | II |
|---|---|

In Antiochia passio sanctorum Machabeorum VII fratrum cum matre sua qui passi sunt sub Anthioco rege.

(II) Romae dedicatio primae ecclesiae a beato Petro constructae et consecratae [a].

in Arabia civitate Finadelfinae sinodus martyrum celebratur. in Tomis Cyrilli Aquilae

(II) Petri

Domitiani Rufi Menandri

(I) et Romae Secundi

una die coronatorum

(II) Pufumi. Romae via Prenestina miliario XXX ab urbe natale sanctorum Secundini Donatulae Secundolae Maximae Iustae Minandri Profuni.

in Italia civitate Vercellis depositio sancti Eusebii episcopi et confessoris.

(I) Petri Pufuni.

in Spaniis Gerunda civitate natale sancti Felicis martyris. in Galliis civitate Beturicas depositio beati Archadi episcopi [b].

*Addunt codices pleniores :* a) cathedra sc̄i petri ad vincula $S^2$ (*inter lineas*) ; romae statio ad scm̄ pet ad vincł S (*in marg.*). — b) et baiocas depositio exsuperi epī S ; in territorio parisiacensi in ipso loco qui dicitur lupera passio sancti iustini martyris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— *Lemma* : agustus dies XXXI (lit. ind. *om.*) E.— 1. *om.* E | 2. antiōc E ; anthiocia W | 3-4. *om.* E | 5. machabeorū EBS | 6. septē B | 10-16. *om.* E | 15. antico S ; antioco W | 16. regi W | 17. rōm W | 19. *om.* B | 24. constructe B | 25-26. *om.* W | 26. csecrare S | 27-33. *om.* E | 30. filadelfia S ; filadelfie W | 31. senodus $S^1$ | 33. *add.* et B | 34-35. *om.* SW | 35. thomis B ; *add.* civitate B ; scōrū S ; nāt scorum W | 39. domiciani BSW | 41. minandri BW ; menandi S | 43. rōm E | 45-47. *om.* ES | 47. coronati W | 48. profumi S ; *om.* W | 49-64. *om.* S | 50-51. *om.* W | 59. donatule W | 63. menandri W | 64. pofuni W | 65. et E | 66. *om.* E | 67-68. *invert.* BSW | 68. vercellas E ; vircellis B | 68. *add.* pās et $B^2$ | 69. n̄t E | 70. *om.* E | 71. eusebi E | 73-74. *om.* E | 78. spanis E ; hispaniis BW ; ispaniis S | 79. geronda B ; ierunda W | 81-82. *om.* E | 86. gāl E ; gałł BW ; gallea $S^1$ ; gallia $S^2$ | 88. beturica E | 89. *om.* E | 91. sarcadi E ; arcadi $S^1$ ; arcadii $S^2$.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Machabeorum VII fratrum cum matre et Thomis Quirilli Aquilae Domitiani Rufi et Menandri Romae Secundi. — Mon. : Biturica Arthadii episcopi Felicis martyris. — Rich. : In Antiochia passio sanctorum Machabeorum septem fratrum cum matre sua Rom. Secundi Vercellis Eusebii episcopi Bituricas Archadii episcopi ad vincula sancti Petri.

# AUG. 1

*1.* IN ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum: οἱ μάρτυρες οἱ ἐκ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἤτοι ἐν Κερατείᾳ κατατεθέντων οἱ υἱοὶ τῆς Σαμουνᾶ οἱ ἐν τοῖς Μακκαβαίοις λεγόμενοι. Fasti Polemii Silvii:* Kal. [aug.] martyrium Macabaeorum[1]. *Kalendarium Carthaginiense:* Kal. ag. Macchabaeorum. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [2]*:*

PAS(*SIO*) MACCHAB(*EORUM*) ET SCE EELI

*ubi legendum crediderim* SANCTI FELICIS.

*Kalendaria Mozarabum:* Sancti Felicis et Maccabeorum [3]. *Synaxaria Graecorum: Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μακκαβαίων Ἐλεαζάρου, Σολομωνίδος καὶ τῶν ἑπτὰ παίδων αὐτῆς Ἀβίβου, Ἀντωνίνου, Γουρία, Ἐλεαζάρου, Εὐσεβωνᾶ, Σαμωνᾶ καὶ Μαρκέλλου* [4]. *In epitaphio Arelatensi* dies sanctorum *signantur kalendae augustae* [5]. *Celebrem fuisse toto orbe SS. Maccabaeorum festivitatem testantur SS. Patrum scripta, Gregorii Nazianzeni* [6], *Ambrosii* [7], *Gaudentii Brixiensis* [8], *Iohannis Chrysostomi* [9], *Augustini* [10], *Leonis papae* [11], *cet. De loco Maccabaeorum reliquiis conspicuo, praecipua sunt haec testimonia. Hieronymus, ad Eusebii locum de sepulcris Maccabaeorum in Modeim subdit:* Satis itaque miror quomodo Antiochiae eorum reliquias ostendant aut quo hoc certo auctore sit creditum [12]. *Augustinus:* Sanctorum Machabaeorum basilica esse in Antiochia praedicatur, in illa scilicet civitate, quae regis ipsius persecutoris nomine vocatur. Antiochum quippe regem persecutorem impium pertulerunt, et memoria martyrii eorum in Antiochia celebratur, ut simul sonet et nomen persecutoris et memoria coronatoris. Haec basilica a christianis tenetur, a christianis aedificata est [13]. *Antonini Itinerarium:* Exeuntes de Apamia venimus Antiochia maiore, in qua requiescit sanctus Babyllas et tres parvuli, sancta Iustina et sanctus Iulianus et fratres Machabei, hoc est novem sepulchra, et super uniuscuiusque sepulchrum pendent tormenta ipsorum [14]. *Iohannes Malalas: καὶ ἐλθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, Ἰούδας τις ὀνόματι, Ἰουδαῖος τῷ ἔθνει, ἐδυσώπησε Δημητριανὸν τὸν βασιλέα παρακαλέσας αὐτόν, καὶ παρέσχεν αὐτῷ τὸ ἱερὸν καὶ τὰ λείψανα τῶν Μακκαβαίων· καὶ ἔθαψαν αὐτὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐν τῷ λεγομένῳ Κερατέῳ· ἦν γὰρ συναγωγὴ ἐκεῖ τῶν Ἰουδαίων· πρὸ μικροῦ γὰρ τῆς πόλεως Ἀντιοχείας ἐτιμωρήσατο αὐτοὺς Ἀντίοχος ἐν τῷ ἀεὶ κλαίοντι ὄρει κατέναντι τοῦ Κασίου Διός* [15]. *De reliquiis SS. Maccabaeorum quae tum Romam, tum Constantinopolim, tum alio delatae fuerunt non est hic locus inquirendi* [16]. *Unum notasse iuverit, in ecclesia Sancti Petri ad Vincula Romae repertum esse sarcophagum, septem loculis distinctum, cum duplici lamina inscripta, quarum altera haec ferebat:*

IN HIS SEPTEM LOCVL(IS) CONDITA SVNT OSSA ET CINERES S(*AN*)C(*T*)OR(*VM*) SEPTEM [FRATRVM
MACHABEOR(*VM*) ET AMBOR(*VM*) PAREN- [TV(*M*) EOR(*VM*)
AC IN(*N*)VMERABILIV(*M*) ALIOR(*VM*) S(*AN*)- [C(*T*)OR(*VM*) [17]

*Quae de eorumdem passione scripta sunt aliis locis recensuimus* [18].

**in Antiochia passio sanctorum Machabeorum VII fratrum cum matre sua, qui passi sunt sub Antiocho rege.**

*17.* ROMAE] *Basilicae, quae nunc Sancti Petri ad Vincula nuncupatur, dedicatio in ipsa die SS. Maccabaeorum celebrabatur et celebratur etiamnum. Sacramentarium Gregorianum:* Kalendis agustis ad sanctum Petrum ad vincula [19]. *De hac commemoratione S. Leo p. in sermone quem hoc die habuit:* Duplex enim causa laetitiae est in qua et natalem ecclesiae colimus, et martyrum passione gaudemus; nec immerito digne Ecclesia horum exsultat martyrio, quorum ornatur exemplo. Causam ergo solemnitatis hodiernae, dilectissimi, plenissime sacrae historiae lectione didicistis, nec latere vos potuit quem in tanto rerum gestarum ordine exceperitis auditum, cum gloriosam septem martyrum matrem exsultanti et non tacito honoraretis affectu in singulis quidem filiis passam, sed in omnibus coronatam [20]. *Haec autem basilica a Xysto III (432-440) consecrata* [21], *non primum tunc temporis a fundamentis excitata est, sed instaurata et aucta, opera Philippi, qui legatus Romani pontificis concilio Ephesino anni 431 interfuit, cuius et Actis subscripsit:* Philippus apostolorum

[1] *C.I.L.* I², p. 271. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. Quo iure contendant simul cum Maccabaeorum SANCTE FELICITATIS quoque hanc esse memoriam, non perspicimus. L. SABBATINI D'ANFORA, *Il vetusto calendario Napoletano*, t. VII (Napoli, 1745), p. 1-5. — [3] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 472-73. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 859. — [5] DE ROSSI, *Bullettino*, 1874, p. 148-49. — [6] *BHG*². 1007. — [7] *Epist.* XL, 16, *P.L.*, t. XVI, p. 1107.— [8] Sermo xv, *P.L.*, t. XX, p. 948-55. — [9] *BHG*². 1008-1010. — [10] Sermo CCC, CCCI, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1376-85. — [11] Sermo perperam S. Leoni abiudicatus, *P. L.*, t. LIV, p. 517-20. — [12] EUSEBII *Onomasticon*, KLOSTERMANN, p. 133. — [13] Sermo CCC, 6, *P. L.*, t. XXXVIII, p. 1379. — [14] P. GEYER, *Itinera Hierosolymitana*, p. 190. — [15] *Chronogr.*, l. VIII, DINDORF, p. 207. — [16] *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 10-12; M. Card. RAMPOLLA, *Del luogo del martirio e del sepolcro dei Maccabei*, Roma, 1898. Cf. *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 356-59. — [17] DE ROSSI, *Bullettino*, 1876, p. 73-75. H. GRISAR, in *Civiltà cattolica*, ser. XVI, t. XI (1897), p. 719-725. — [18] *BHG*². 1006; *BHL.* 5106-5114, 5111*a*. — [19] WILSON, p. 91. — [20] *P. L.*, t. LIV, p. 518-19. — [21] Ad Xystum III referuntur haec verba S. Leonis: *Non solum martyres ac martyrum matrem, sed etiam illius memoriam iusto honore veneramini qui hoc die antiquam festivitatem huius loci consecratione geminavit: magnificus quidem structor parietum, sed magnificentior aedificator animarum.* Ibid., p. 519.

ecclesiae presbyter [1]. *Ad aedificationem autem sumptus contulit regia domus, voti solvendi causa. Quae omnia complectitur titulus olim supra portam basilicae positus:*

CEDE PRIVS NOMEN NOVITATI CEDE VETVSTAS
REGIA LAETANTER VOTA DICARE LIBET
HAEC PETRI PAVLIQVE SIMVL NVNC NOMINE SIGNO
XYSTVS APOSTOLICAE SEDIS HONORE FRVENS
VNVM QVAESO PARES VNVM DVO SVMITE MVNVS
VNVS HONOR CELEBRAT QVOS HABET VNA FIDES
PRAESBITERI TAMEN HIC LABOR EST ET CVRA PHILIPPI
POSTQVAM EFFESI CHRISTVS VICIT VTRIQVE POLO
PRAEMIA DISCIPVLIS MERVIT VINCENTE MAGISTRO
HANC PALMAM FIDEI RETTVLIT INDE SENEX [2]

*Conferatur oportet alter eiusdem ecclesiae titulus:*

THEODOSIVS PATER EVDOCIA CVM CONIVGE VOTVM
CVMQVE SVO SVPPLEX EVDOXIA NOMINE SOLVIT [3]

*Condita ergo basilica est a Theodosio iuniore (408-450), Eudocia eius coniuge et Eudoxia filia. Titulus autem primum* Apostolorum *dictus, ut est in synodis annorum 499 et 595, postmodum* titulus Eudoxiae *nuncupatur. Ita antiquus ordo Romanus* [4], *Liber pontificalis in Leone III* [5]. *Ibidem in Hadriano I (772-795):* titulum Apostolorum quae appellatur Eudoxiae ad vincula... noviter restauravit ecclesiam [6]. *Iam in Vita Symmachi (498-541):* presbiteros a vincula sancti Petri [7], *et anno 532:*

APOSTOLO PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS
SEVERVS PRESBYTER OFFERT [8]

*In ipsius basilicae abside hoc olim legebatur distichon:*

INLAESAS OLIM SERVANT HAEC TECTA CATHENAS
VINCLA SACRATA PETRI FERRVM PRETIOSIVS AVRO [9]

*Quandonam positus fuerit titulus, ignoratur* [10]. *Aliis expendenda relinquimus quae a nonnullis allata sunt ut locum, ubi basilica S. Petri ad Vincula exsurgit, a S. Petro primum consecratum esse asserant* [11], *quod in codicibus posterioris recensionis ita exprimitur:*

**Romae dedicatio primae ecclesiae a beato Petro constructae et consecratae.**

*28.* IN ARABIA] *In primitivo nucleo martyrologii hieronymiani hodie inserta fuisse credenda est commemoratio martyrum Philadelphiorum, ex Orientali martyrologio transsumpta. Graece quomodo dicta fuerit illa* s i n o d u s m a r t y r u m, *non satis perspicitur, sed profecto designatum fuit commune quoddam festum omnium martyrum Philadelphiae. Horum in nostris libris memoria alia nusquam comparet. Neque huc adducendum e die 8 augusti:* P h i l a d e l f i a L e o n i d i s, *quo loco Philadelphia depravata est ex nomine S. Philadelphi, qui cum Leonide annuntiandus erat. Ceterum Philadelphiae in Arabia martyres nullos nominatim novimus nisi SS. Zenonem et Zenam, quorum exstat Passio graeca* [12] *et commemoratio in synaxariis inscripta est die 22 iunii* [13]. *His nuper accesserunt SS. Theodorus, Iulianus, Eubulus, Malcamon, Mocimus et Salamanes, quorum deperdita Passio graeca in versione hiberica* [14] *ad lucem emersit. Feruntur quidem Theodorus eiusque socii capitis damnati fuisse die 5 augusti, non tamen omnes eodem die necati* [15]. *Videntur praeterea eorum Acta cum Actis SS. Zenonis et Zenae fuisse conserta. Exstitit igitur libellus, in quo variorum martyrum gesta uno quasi tenore exposita erant; e quibus postremi ineunte mense augusto perempti sunt. Neque veri dissimile est horum omnium festum commune institutum fuisse, quemadmodum, teste breviario Syriaco, feria sexta post Pascha festum agebatur omnium martyrum Nisibenorum:* Παρασκευῇ μετὰ τὸ Πάσχα, ἥ ἐστι μνήμη πάντων τῶν ἁγίων ἐν τῇ πόλει Νισίβει, Ἑρμᾶ [16]. *Haec igitur sit nostra synodus martyrum, scribamusque:*

**in Arabia civitate Filadelfia sinodus martyrum celebratur.**

*35.* IN TOMIS] *S.* C y r i l l i *martyris in Moesia celebratissimi complures habuimus commemorationes, de quibus lege quae annotata sunt ad 9 maii, n. 1, et ad 9 iul., n. 5.*

**in Tomis Cyrilli.**

[1] Mansi, *Concilia*, t. IV, p. 1303. — [2] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 110, n. 67. — [3] Ibid., n. 66. — [4] Deusdedit, *Collectio canonum*, II, 91, Martinucci, p. 206. — [5] Duchesne, t. II, p. 11, 19. — [6] Duchesne, t. I, p. 508. — [7] Ibid., p. 261. — [8] Ibid., p. 285. — [9] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, p. 134, n. 1. — [10] De basilica S. Petri ad Vincula praeterea lectu digna sunt quae scripserunt Papebrochius, *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 449-56; M. A. Monsacrati, *De catenis sancti Petri dissertatio*, Romae, 1750; J. P. Kirsch, *Die römischen Titelkirchen*, p. 45-52; H. Grisar, in *Civiltà cattolica*, ser. XVII, t. III (1898), p. 204-221; Chr. Huelsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 418-19. — [11] Fiorentini, *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 697-718: De prima Romae a D. Petro dedicata ecclesia; L. Giampaoli, *Memorie delle S. Catene di S. Pietro apostolo* (Prato, 1884), p. 31-34. — [12] *BHG*². 1887. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, p. 763. — [14] *Anal. Boll.*, t. XLIV, p. 88-101. — [15] *Passio*, n. 5, *Anal. Boll.*, t. c., pp. 86, 96. — [16] Ad diem 6 april.

*37.* AQUILAE] *A Cyrillo seiungantur quae sequuntur nomina n. 37-41: Aquilae, Petri, Domitiani, Rufi. Sunt enim vel martyrum ignotorum, vel certe non Tomitanorum, ut Petri apostoli (cf. n. 17-26) et Rufi qui signatus est ad diem 30 iul. n. 24. Hos omnes, quos in Arabia passos esse voluit, cum Cyrillo in unam turmam congregavit Florus Lugdunensis* [1]*:* Philadelphiae in Arabia sanctorum martyrum Cyrilli, Aquilae, Petri, Domitiani, Rufi et Menandri una die coronatorum. *Ita et Ado, Usuardus et martyrologium Romanum.*

*43.* ROMAE] *Infra, n. 49.*

*44.* SECUNDI] *Melius n. 58: Secundini.*

*48.* PUFUMI] *Infra, n. 64: Profuni; n. 76: Pufuni. Syllabae ex Rufi, Minandri (n. 40, 41) male coagmentatae hoc monstrum effecerunt.*

*49.* ROMAE] *Supra, n. 43. Liber pontificalis, in Hadriano (772-795):* basilicam sancti Secundini, positam in Penestrina, ubi eius corpus quiescit, in ruinis positam, noviter restauravit [2]. *In diplomate anni 1021 memoratur* ecclesia sancti Secundini [3], *etiam in aliis instrumentis cum valle Sancti Secundini, prope municipium Genazzano* [4]. *Tollenda vel emendanda vox sanctorum (n. 57), cum solus Secundinus in via Praenestina quiescat. Legendum est ergo:*

**Romae via Praenestina miliario XXX ab Urbe natale sancti Secundini.**

*59.* DONATULAE] *Donatula seu Donatilla, Maxima, Secunda. Martyres sunt Tuburbitanae, quarum natalis dies est iul. 30, n. 18-22.*

*62.* IUSTAE] *Cum martyribus Afris videtur huc delatum esse a iul. 30, n. 31: Iusti.*

*63.* MINANDRI] *Supra, n. 41, nudum nomen.*

*64.* PROFUNI] *Supra, n. 48.*

*68.* VERCELLIS] *Hieronymus:* Eusebius, natione Sardus et ex lectore Urbis Romae Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim et inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano imperatore ad ecclesiam reversus edidit in Psalmos commentarios Eusebii Caesariensis, quos de graeco in latinum verterat, et mortuus est Valentiniano et Valente regnantibus [5], *ut videtur anno 371* [6]. *Eius Vita conscripta est* [7] *multis post eius obitum annis* [8]. *In epitaphio Honorati, qui Eusebii discipulus fuit et tertius ab eo Vercellensem sedem obtinuit, martyr iterato praedicatur.*

TERTIVS HANC VRBIS SEDEM TENVIT HONORATVS
ANTISTES CVIVS SPIRITVS ASTRA TENET
EVSEBIVS PRAESVL PRIMVS QVI MARTYR ALVMPNVS
CAELORVM POSTQVAM REGNA BEATA PETIT
. . . . .
HVNC SANCTVM DOCVIT NVTRIVIT PASTOR ALVMNVS
EGREGIVS MARTYR PRAESVL ET EVSEBIVS [9]

*Exstat et S. Eusebii epitaphium, versiculorum 25 cum acrosticho*

EVSEBIVS EPISCOPVS ET MARTYR [10]

*Reapse Eusebius in pace quievit, fuitque martyr sine sanguine* [11].

**in Italia civitate Vercellis depositio sancti Eusebii episcopi et confessoris.**

*75.* PETRI] *Supra, n. 23, 38.*

*78.* IN SPANIIS] *Gerunda, civitas in Hispania Tarraconensi, nunc Gerona, S. Felicis reliquiis gloriabatur. Prudentius:*

Parva Felicis decus exhibebit
artubus sanctis locuples Gerunda [12].

*Gregorius Turonensis:* Quodam tempore Felicis martyris basilica a furibus est effracta. Hic vero martyr in Gerunda Hispaniae passus est urbe [13]. *Eodem teste, S. Felicis reliquiae Narbonae habebantur:* Huius reliquiae apud Narbonensim basilicam retenentur [14]. *Passio S. Felicis* [15] *Actis martyrum sinceris non annumeratur. In omnibus kalendariis mozarabicis eius memoria inscripta est* [16].

**in Spaniis Gerunda civitate natale sancti Felicis martyris.**

*88.* BETURICAS] *Archadius episcopus Biturigensis interfuit concilio Aurelianensi ann. 538* [17]. *De eo Gregorius Turonensis, in Vita S. Patrocli:* abiit ad Archadium Biturigae urbis episcopum petiitque sibi comam capitis tondi adscirique se in ordine clericorum [18].

**in Galliis civitate Beturicas depositio beati Archadii episcopi.**

ADDITAMENTA] *Baiocas. Primus habetur episcopus Baiocassinus (Bayeux) Exsuperius* [19]. *Repertum est in Anglia missorium seu lanx argentea cum inscriptione:* EXSVPERIVS

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 337. — [2] DUCHESNE, t. I, p. 510; cf. p. 522. — [3] L. ALLODI - G. LEVI, *Regesto Sublacense*, p. 216. — [4] G. TOMASSETTI, *La Campagna Romana*, t. III, p. 563. Praenestinam dioecesim dictam fuisse Sancti Secundini ibidem asseritur, t. I, p. 124. — [5] *De viris illustribus*, c. XCVI. — [6] SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 847. — [7] *BHL.* 2748, 2749. — [8] De fontibus historiae S. Eusebii disseruit F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Piemonte, p. 514-54. — [9] *C.I.L.* V. 6722. — [10] *C.I.L.* V. 6723. — [11] L. BRUZZA, *Iscrizioni antiche Vercellesi*, p. 295-301. — [12] *Peristeph.*, IV, 29-30.— [13] *In gloria martyrum*, XCI. — [14] Ibid. — [15] *BHL.* 2864, 2865. — [16] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 472-73.— [17] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 27. — [18] *Vitae Patrum*, IX, 1. — [19] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 219.

EPISCOPVS

EPISCOPVS ECCLESIAE BAIOCENSI DEDIT [1]. *Plana est annuntiatio :*

**Baiocas depositio Exsuperii episcopi.**

*Iustini. Utut de huius martyris Actis iudicandum est* [2], *eius elogium ratum esse potest :*

**in territorio Parisiacensi in ipso loco qui dicitur Lupera passio sancti Iustini martyris.**

[1] De lectione *Baiocensi*, *Boiocensi* lis est. G. Morin, *Le Missorium de saint Exupère*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XVIII, p. 363-79. — [2] *BHL.* 4579, 4580 ; *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 30-38.

---

# IV NON. AUG.

| I | II |
|---|---|

**Romae in cimiterio Calesti via Appia sancti Stefani episcopi et martyris. in Antiochia natale reliquiarum protomartyris Stephani apostoli et diaconi qui Hierosolimis est lapidatus et ex revelatione Luciani presbyteri corpusculum eius Hierosolimis est translatum.**

| I | II |
|---|---|
| **et in Bitia civitate Theodotae cum tribus filiis suis.** | **et in Cesarea Mauritaniae Theodotae et septem filiorum eius quorum gesta habentur.** |

**et in Italia civitate Verona natale sancti Felicis. et alibi natale sancti Niceti. Nicomedia natale martyrum numero VIII** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) cum sociis eorum C.

*Var lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 1. rōm W | 2-7. *om.* E | 4-6. *om.* W | 4. *om.* S$^1$ ; calisti S$^2$ | 5-6. *om.* S | 8. stephani SW | 9-10. *om.* SW | 9. *om.* B$^1$ ; ep̄i B$^2$ | 10-11. *om.* E ; *add.* atq ; pontificis //// S$^2$ | 12-34. *om.* E | 12-14. ///// S | 13. anthiocia W | 18. //// S ; *om.* W | 19. *om.* S | 22. hierusolimis BW | 24. *om.* S$^1$ ; lapidatur S$^2$ | 27. revellatione W | 29. ep̄i B | 30. corpusculus B$^1$ SW ; corpuscolū B$^2$ | 32. hierusolimis BW | 34. translatus B$^1$SW ; translatū B$^2$ | 42. filis E | 46. cęsaria W | 47. mauritanię W | 48. theodote B | 58-59. *om.* E | 61-62. *om.* E | 65-66. *om.* SW | 66-67. *om.* E | 68. nicetae E | 69 nicom̄ E ; necomedia W | 70. *om.* E | 72. *om.* B | 73. VII BSW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. sancti Stephani pontificis et martiris et in Bithinia civitate natale Theodoti cum tribus filiis suis. — Taml. : Teothotae cum tribus filiis Zefani episcopi Zefani diaconi Felicis Luciani Musitaniae Nicetae Pauli. — Rich. : Rome sancti Stephani episcopi et martyris et in Verona Felicis in Antiochia martyrum VII alibi Theodotae cum tribus filiis suis.

## AUG. 2

1. ROMAE] *Depositio episcoporum :* IIII non. augustas Stephani in Callisti. *Sacramentarium Leonianum :* IIII non. aug. nat. sancti Stefani in cymeterio Callisti via Appia [1]. *Sacramentarium Gregorianum :* IIII nonas agustas id est II die mensis agusti natale sancti Stephani episcopi [2]. *Liber pontificalis :* Stephanus *[254-257]* martyrio coronatur... qui etiam sepultus est in cymiterio Callisti, via Appia, IIII non. aug. [3]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum :*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) STEPHANI EP(*ISCOP*)I [4]

*Passio S. Stephani :* Quique intrepidus et constans ante altaris solemnia et iugiter coepta perficiens eodem loco sic in sua decollatus est sede sub die nonarum augustarum. Factus est autem ibidem maximus christianorum planctus, qui talem pastorem cum gloria martyrii praemiserunt ad caelestia regna. Cuius corpus sepelierunt in eadem crypta cum ipsa sede, ubi adstans sanguis eius effusus est, in loco qui appellatur hodie coemeterium Callisti, ubi requiescit in pace [5]. *Epitome de Locis sanctorum (via Latina) :* Ecclesia quoque S. Eugeniae iuxta eam viam est ubi ipsa cum matre sua in uno tumulo iacet : ibi S. Stephanus papa cum toto clero suo numero XXVIII martyres [6]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi (via Latina) :* Non longe ecclesia beatae Eugeniae in qua iacet et Claudia mater eius et Stephanus papa cum clero suo numero XIX. *Ibid. (via Appia) :* Nec longe ecclesia S. Caeciliae martyris et ibi reconditi sunt Stephanus, Sixtus, Zeffe-

[1] Feltoe, p. 85. — [2] Wilson, p. 91. — [3] Duchesne, t. I, p. 154. — [4] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [5] *BHL.* 7845, c. 21. — [6] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180.

rinus

rinus[1]. *Synaxaria Graecorum :* Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Στεφάνου πάπα Ῥώμης [2]. *Liber pontificalis, in Paulo* (757-767) *:* Hic sanctissimus praesul in sua propria domu monasterium in honore sancti Stephani, scilicet martyris atque pontificis, necnon et beati Silvestri, idem pontificis et confessoris Christi construxit [3].

*Hic gemina difficultas exsurgit : Stephanum martyrio finivisse vitam documenta satis constanter non testantur, nec de sepulturae loco consentiunt. Martyrem illum appellat oratio sacramentarii Gregoriani :* Deus qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua solemnitate laetificas... *Eodem titulo eum prosequuntur Liber pontificalis, Passio, Itineraria. Verum enimvero plerique testes infitias eunt. Non comparet Stephani nomen in Depositione martyrum, dum contra in Depositione episcoporum inscriptum fuit. S. Cyprianus, qui S. Xystum, S. Stephani decessorem,* in cimiterio animadversum *scribit* [4], *de Stephani martyrio silet. Quin immo Pontius diaconus dicendi forma utitur quae hanc laudem excludat :* Iam de Xysto bono et pacifico sacerdote a c p r o p t e r e a beatissimo martyre ab urbe nuntius venerat [5] : *quod a Pearsonio iamdudum notatum fuit* [6]. *Augustinus quoque, de S. Stephano papa mentionem faciens, nusquam eum laude salutat quam martyri non negasset* [7]. *Neque iuvat S. Stephani vulgatam Passionem antestari, cui nulla debetur fides : quod enim de S. Stephani morte refert e S. Xysti martyrio translatum est. Nempe inter eruditos, nemo sapiens hodie dubitat* [8] *quin hagiographus de S. Stephano intellegi voluerit titulum Damasianum :*

TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
HIC POSITVS RECTOR CAELESTIA REGNA DOCEBAT [9]

*cum reapse ad S. Xystum pertineat, ut die 6 augusti demonstrabitur. Exstitit quidem altera narratio mortis S. Stephani papae, cuius fragmentum in nonnullis codicibus Libri pontificalis servatum est* [10]. *Sed haec nihilo verior est quam altera et conficta videtur e memoriis quae de Lucio papa et S. Laurentio circumferuntur* [11]. *Tandem sacramentarii Gelasiani auctoritas compensatur testimonio Capitularis evangeliorum Wirceburgensis :* die II mensis aug. nt. sci. Stephani pontificis, *ubi S. Stephanus a martyrum choro segregatus exhibetur vel solo pericopae delectu :* Luc. k. ccxxviii. Dixit Iesus parabolam hanc homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam usque omni habenti dabitur et abundavit [12]. *Itaque ab antiqua traditione Romana recedere censendi sunt illi e codicibus nostris in quibus additum fuit : e t m a r t y r i s.*

*Ad locum sepulturae quod attinet, documenta nostra vix non omnia Callisti coemeterium pariter designant ; adeoque inter nomina episcoporum martyrum et confessorum qui depositi sunt in coemeterio Callisti, iussu Sixti III ibidem inscripta, legitur et Stephanus* [13]. *Ab ista consensione non recedunt nisi itineraria duo, ubi S. Stephanus cum suis collocatur via Latina ; immo ex his duobus, Willelmus Malmesburiensis Stephanum memorat utrobique et via Latina et via Appia. Inde sumpta est causa suspicandi S. Stephanum ab Appia via ad Latinam translatum fuisse* [14] *; vereor ne parum probabiliter. Res tota percommode explicatur solo errore peregrinorum, qui bifariam decipi potuerunt. In Passione quippe nominantur martyres via Latina sepulti* [15]. *His titulum illic positum fuisse satis verisimile est. Unde peregrini sibi forsitan persuaserint martyres illos S. Stephani socios fuisse adeoque S. Stephanum ibidem cum clero suo quiescere. Errori speciem veritatis addidit nobilis basilica S. Stephani protomartyris, quam via Latina ad III miliarium Demetria exstrui curavit neque hactenus aetas prorsus delevit* [16]. *Huius celebritate factum est ut S. Stephani nomen a via Latina seiungi non posset.*

**Romae in cimiterio Callisti via Appia sancti Stephani episcopi.**

13. in antiochia] *Quaecumque de inventione et translatione reliquiarum S. S t e p h a n i protomartyris notanda sunt aptius ad sequentem diem remittentur* [17]. *Hodie tamen iam monere iuvat errore librariorum scriptum esse i n A n t i o c h i a. Nihil enim de veneratione S. Stephani in hac urbe traditum est.*

37. in bitia] *Bitia est oppidum Sardiniae* [18]. *Verum certo certius legendum est : i n B i t h i n i a. Acta S. Anastasiae :* Revertente autem imperatore Dioclitiano Syrmium a Macedonia, allata est ei Theodote cum tribus filiis suis, natione Bithinia, civis Nicaena [19]. *A comite Leucadio vincta cum tribus filiis mittitur ad Nicetium consularem Bithyniae, a quo omnes capite plectuntur :* Passa est autem in provincia Bithiniae apud urbem Niceam cum tribus filiis suis sancta Theodote, sub die quarto nonarum augustarum [20]. *Ita ordiuntur Acta graeca Theodotae et liberorum :* Ὅσην οἱ Νικαεῖς εἰς τὴν ἁγιωτάτην

[1] Ibid., p. 181. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 864. Passio graeca ap. B. Latyšev, *Menologii anonymi Byzantini saec. X quae supersunt*, t. II, p. 259-63. — [3] Duchesne, t. I, p. 464. — [4] *Epist.* LXXX, Hartel, p. 840. — [5] *BHL.* 2041, Hartel, p. cv. — [6] Cf. Tillemont, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, t. IV, p. 595. — [7] Tillemont, t. c., p. 594. — [8] Praeter Corssen, *Der Schauplatz der Passion des römischen Bischofs Sixtus II*, in *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft*, t. XVI (1915), p. 153. — [9] De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 26 ; Ihm, *Damasi epigrammata*, 13. — [10] Duchesne, t. I, p. 154. — [11] Duchesne, t. c., p. xcvii. — [12] Morin, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 311. — [13] De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 48. — [14] De Rossi, t. c., p. 83. — [15] *BHL.* 7845, c. 14. — [16] De tota re legendi sunt De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 80-87 ; Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 154 ; Wilpert, *Die Papstgräber und die Cäciliengruft in der Katakombe des hl. Kallistus*, p. 22 ; P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, t. VI, p. 161-66. — [17] Interim lege quae disseruimus in *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 23-30. — [18] *C.I.L.* t. X, p. 830. — [19] *BHL.* 8093 ; *Bibliotheca Casinensis*, t. III, Floril., p. 49. — [20] Ibid., p. 183.

Θεοδότην

*Θεοδότην ἀνομίαν ἀνεδείξαντο, τοσαύτην ἡ καθαρωτάτη μετὰ τῶν ἑαυτῆς τέκνων πίστιν εἰς τὸν Θεὸν ἔδειξεν* [1]. *Nomen civitatis, quod suo loco omissum esse constat, non omnino periit, cum ex* NIC*e a factum si tnomen martyris* NIC *e t i (n. 68) et alterius civitatis* NIC *o m e d i a (n. 69). Scribendum ergo est:*

in Bithinia civitate Nicea Theodotae cum tribus filiis suis.

*Ad diem 2 sept. in breviario Syriaco nuntiantur οἱ υἱοὶ τῆς Θεοδότης, et in codicibus nostris T h e o d o t e c u m f i l i i s s u i s, quorum is verus natalis dies esse videtur, ita ut hodierna commemoratio ex vulgato errore legentis I I I I n o n. a u g. pro I I I I n o n. s e p t. ortum habuerit. Restat ut de elogio, quale effertur in codicibus alterius recensionis, n. 45-55, verba faciamus. Varie corruptum esse manifestum est. Nihil enim est Theodotae cum C e s a r e a M a u r i t a n i a e, neque apparet quid tandem ansam dederit Bithyniam cum Mauritania commutandi. Qui Theodotam liberorum s e p t e m matrem effecit, in mente habebat septem fratres Maccabaeos, quorum heri memoria agebatur.*

*60.* VERONA] *Quod S. F e l i c e m quendam ut suum veneratione prosecuti fuerint Veronenses, monumentis non comprobatur. Pro Verona legi posse V i c e t i a* [2], *de qua Fortunatus:*

Felicem meritis Vicetia laeta refundit [3],

*non facile adducar ut credam, cum Felix ille die 14 aug. suum habeat natalem, et probabilior videatur coniectura F e l i c i s Gerundensis, de quo heri, n. 83, memoriam iterari. Pro G e r u n d a (Gerona) scriptum fuerit V e r o n a, additumque ab interpolatore i n I t a l i a. Scripserim, ut heri, minime dubitans:*

in civitate Gerunda natale sancti Felicis.

*68.* NICETI] *Nomen martyris fictum ex N i c e a. Supra, ad n. 37.*

*69.* NICOMEDIA] *In breviario Syriaco ad diem 1 aug. recensentur sancti complures, et ἐν Νικομηδείᾳ Φίλιππος καὶ ἕτεροι τέσσαρες. Sed notari velim errore librariorum tum Xystum pontificem, tum Philippum Nicomediensem cum suis collocari τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, id est 1 augusti. Reponendum putamus Philippum ad diem 8 aug., ut suo loco exponetur, et pro N i c o m e d i a legendum N i c e a (supra, ad n. 37). Martyres autem n u m e r o V I I I sunt Theodote cum filiis s e p t e m (n. 50), quam lectionem vitiatam esse monuimus.*

[1] *BHG*[3]. 1781. — [2] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 923. — [3] *Carm.* VIII, 3, 165.

# III NON. AUG.

| I | II |
|---|---|

[a] Constantinopoli depositio |

Metropoli episcopi. et alibi Hermili martyris.

| in Constantinopoli sanctorum Acelle. Romae natale sancti Drogens Stefani. in

Hierosolimis inventio corporis beatissimi Stefani

diaconi apostolorum et aliorum | primi martyris et sanctorum

Gamalielis Nicodimi et Abibon. Augustuduno depositio Eufroni episcopi.

*Addunt codices pleniores :* a) antiōc stefani E ; dedicatio altaris sc̄i symforiani mār B[2].

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. constantinōp E | 3. sc̄i matro filii S ; sc̄i matro fili W | 5-6. *om.* SW | 7. hermeli S | 10. *add.* natl S ; nāt W | 11. sc̄i SW | 12. acille S ; acellae W | 13. rome B ; rom̄ W | 15. scōrum SW | 16. dragens W ; drogeni S[1] ; drogenis et S[2] | 17. sterani B ; stephani SW | 18. *om.* SW | 19. hierosōl E ; hierusolim B ; hyerosolimis S ; hierusolimis W | 22. beati E | 23. stephani BSW | 28. p̄im B[2] | 32. gamelielis W | 33. nicodemi BS[2] ; nicodimi S[1] ; nicomedi W | 35. alibi E ; abib... S[1] ; ab ibeę S[2] | 36. agustudo E ; agustiduñ B ; in agusti duno S ; in agustituduno W | 38. eofroni BW ; efroni S[1] ; eufronii S[2].

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Ancona in Italia nat. Stephani et Constantinopoli depositio Metropoli episcopi. — TAML. : Inventio corporis Zefani Hermelii Efronii episcopi Acellae Drogenis Zefani Nicodemii Samuelis Ermilii Effronii Iohannis Metrapolis. — MON. : In Anchona sancti Stephani protomartyris ubi haberi dicitur unus de lapidibus quibus in brachio percussus est et multas ex eo virtutes sanitatum operari Eufroni Ermoli martyris. — RICH. : In Ancona Stephani Rome Drogenis Iustini Crescentionis Hierosolimis inventio corporis sancti Stephani primi martyris.

AUG.

## AUG. 3

*1.* CONSTANTINOPOLI] *Episcopus regiae Urbis qui* M e t r o p o l i *appellari potuerit unus est* M e t r o p h a n e s *(315-327?), cuius memoriam Graeci agunt, non mense augusto, sed 4 iunii* [1]. *Memoratur hodie, non quia hic dies* d e p o s i t i o n i s *est, sed quia eo sedente S. Stephani reliquiae Constantinopolim translatae fuisse putantur. De his mox paulo fusius.*

*7.* HERMILI] *A Graecis die 13 ian. recolitur* ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἑρμύλου καὶ Στρατονίκου [2], *qui Singiduni passi feruntur* [3], *et Constantinopoli colebantur, praecipue* ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ τῷ ὄντι ἐν τῇ Ὀξείᾳ καὶ ἐν Φυμουπόλει καὶ ἐν τοῖς Σπουδαίου πλησίον τοῦ Ὀρφανοτροφείου [4]. *Stratonicus in nostro martyrologio non signatur, nisi eum agnoscere placeat in voce* S t e r a n i *(n. 17 in cod. B) quae* S T R A *t o* N I *c i elementis fere constat. Sed talem emendationem asseveranter proferre, vetat proximus* S t e f a n i. *Ceterum* H e r m i l u m *nullum novimus praeter istum Stratonici socium. Nullo iure a Floro Lugdunensi Hermilus Constantinopoli (n. 1) adiudicatus est, et Hermellus nuncupatus (cf. n. 12:* A c e l l e*):* Constantinopoli natale sancti Hermelli [5]. *Haec ab Adone recepta tandem in martyrologium Romanum transierunt.*

*10.* CONSTANTINOPOLI] *Supra, n. 1.*

*12.* ACELLE] *Nudum nomen.*

*16.* DROGENS] *Al.* D r a g e n s, D r o g e n i s. *Inter nomina martyrum Romanorum nullum videtur adduci posse praeter* D i o g e n i s, *et fuit qui rem certam esse assereret Diogenem, quem die 17 iun., n. 4, tabulis inscriptum repperimus, hodie quoque commemorari* [6].

*17.* STEFANI] *Al.* S t e r a n i, *de qua lectione, certe corrupta, diximus ad n. 7.*

*23.* STEFANI] *Lucianus* presbyter ecclesiae Dei quae est in villa Caphargamala in territorio Ierosolymorum *epistulam conscripsit ad omnes ecclesias de revelatione corporis S. Stephani et aliorum* [7] *sibi factam* consulatu Honorii decies et Theodosii sexies Augustorum [8], *id est anno 415. Post varias enarratas visiones ita pergit:* At ille misit ad fratres suos episcopos. Qui, cum occurrissent, venerunt ad locum : quem cum iussissent fodere et pars terrae maxima fuisset egesta, invenimus lapidem, in quo sculptum erat Celeliel, Nasoon, Gamaliel, Abibabel ; hebraica quidem verba, litteris autem graecis. Interpretatio vero nominum haec est : Celeliel Stephanus quidem dicitur, Nasoon vero Nicodemus, Abibabel filium Gamalielis significat. Cum autem pervenissemus deorsum, invenimus locum sancti Stephani in parte Orientis, sicut audieram... Itaque cum psalmis et hymnis asportaverunt reliquias beatissimi Stephani in sanctam ecclesiam Sion, ubi archidiaconus fuerat ordinatus [9]. *Omissis igitur, quae interpolata sunt, verbis n. 24-27, 28-31, certa est lectio :*

**Hierosolimis inventio corporis beatissimi Stefani, Gamalielis, Nicodemi et Abibon.**

*Ante omnia notandum est commemorationem hanc locatam fuisse die non suo, siquidem inventio corporis S. Stephani mense non augusto sed decembri contigit. Antecesserunt ei visiones numero tres, quae in epistula Luciani referuntur, quarum prima se ostendit die 3 decembris, altera die 10, tertia demum die 17. Inventum autem fuit sancti sepulcrum die 18 vel 19 eiusdem mensis. Age vero ut perspiciatur quid sibi velit commemoratio hodierna, recolendae sunt aliae mentiones protomartyris quae in nostris codicibus occurrunt die augusti 3 et pridie. Die 2, communis est omnium exemplorum lectio :* in Antiochia natale reliquiarum protomartyris Stephani apostoli et diaconi, qui Hierosolymis est lapidatus et ex revelatione Luciani presbyteri corpusculum eius Hierosolimis est translatum. *Quibus verbis annuntiatur non depositio reliquiarum S. Stephani Antiochiae sed commemoratio quae Antiochiae celebrari solita sit inventionis factae Hierosolymis, sive rectius in Caphargamala. Eadem memoriola contractior recurrit ad diem 3 aug. in codice Epternacensi :* Antiochia Stefani. *Referunt eam pariter epitomae nonnullae ; inter quas, codex Cambrensis variam hance lectionem exhibet notatu dignissimam :* i n A n c o n a i n I t a l i a n a t a l e S t e p h a n i. *Huic consonant codices Mon. et Rich., omisso tantum nomine* i n I t a l i a. *Nemini dubium esse potest quin haec sit scriptio genuina. Et re quidem vera nullo indicio suadetur S. Stephanum Antiochiae cultu praecipuo quodam celebratum fuisse, dum contra Anconae, ante etiam quam in Caphargamala repertae sunt protomartyris reliquiae, exstitit celeberrima S. Stephani basilica, cuius origines in sermone ad populum rettulit S. Augustinus :* Sciunt enim multi quanta miracula per beatissimum martyrem Stephanum in ista civitate fiant. Et audite quod miremini : memoria eius antiqua ibi erat, et ipsa est ibi. Sed fortasse dicis : Corpus eius nondum apparuerat, memoria ibi unde erat? Latet quidem causa : sed quid ad nos fama pertulerit, non tacebo charitati vestrae. Quando lapidabatur sanctus Stephanus, aliqui etiam innocentes, et maxime de iis qui iam in Christum crediderant, circumstabant ; dicitur lapis venisse in cubitum, et excussus inde venisse ante quemdam religiosum. Tulit illum et servavit. Homo erat de navigantibus ; sors navigationis attulit illum ad littus Anconae, et revelatum est illi ibi debere reponi lapidem illum. Ille obedivit revelationi, et fecit quod iussum est : ex illo coepit esse ibi memoria sancti Stephani, et rumor erat quia brachium

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 727. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 387. — [3] *BHG*[2]. 745. Cf. *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 254-56. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 387. — [5] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 337. — [6] URBAIN, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde in Rom*, p. 173. — [7] *BHL.* 7850-7856. Graece, N. FRANCO, *Roma e l'Oriente*, t. VIII (1914), p. 291-307. — [8] *BHL.* 7851, n. 2. Cf. *Marcellini Chronicon* ad ann. 415, *M.G.*, Auct. antiq., t. XI, p. 72. — [9] *BHL.* 7853, n. 8.

sancti Stephani ibi est, nescientibus hominibus quid contigisset. Verum autem intelligitur propterea ibi fuisse revelatum ut ibi poneret lapidem qui de cubito martyris excussus est, quia graece cubitum ἀγκών dicitur. Sed qui sciunt quae ibi miracula fiant, ipsi nos doceant. Non ibi coeperunt fieri ista miracula, nisi posteaquam corpus sancti Stephani apparuit [1]. *Quae cum ita sint, propensissime crediderim errore librarii qui prima elementa nominis* in ANcona, *praepropere legerit:* in ANtiochia, *Antiochensem hic factam esse commemorationem quae pertineat ad basilicam S. Stephani Anconae. Sitne haec anniversaria sollemnitas dedicationis an qua alia, incertum. Utcumque se res habet, certo scribendum est:*

**in Ancona in Italia natale Stephani.**

*In eodem laterculo diei 3 augusti latet etiam vestigium, tenue illud quidem, minime tamen ambiguum, tertiae cuiusdam commemorationis S. Stephani. Quod enim legitur, n. 1:* Constantinopoli depositio Metropoli episcopi, *relictum est e mentione deperdita translationis reliquiarum S. Stephani Constantinopolim, quam Graeci recolunt die 2 augusti. Res sic explicari potest. Venditabatur olim quaedam non una forma scriptura de translatione S. Stephani de Ierusalem in urbem Byzantium* [2], *fabulis referta et temporum rationem miris modis pervertens, quos excutere huius non est loci. In hoc libello, S. Stephani reliquiae Constantinopolim advectae dicuntur, regnante Constantino, sedente autem episcopo, qui modo appellatur Eusebius modo Metrophanes. Huic patrocinantur synaxaria, quae ad diem 2 augusti conceptis verbis translationem factam asserunt* ἱεραρχοῦντος Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους [3]. *Accidit igitur ut interpolator quidam, cum una memoratas legeret inventionem S. Stephani eiusque translationem Hierosolyma, rerum conspectum e libris graecis opportune complendum duxerit, hac circiter formula:*

**Constantinopoli translatio sancti Stephani sub Metrophane episcopo.**

*Hanc similemve mentionem nostri martyrologii fata sic vexaverunt, ut tandem librarius nescio quis Metrophanis nomine ludificatus sibi persuaderet eo die commemoratam fuisse huius episcopi depositionem, quae reapse a Graecis recolebatur die 4 iunii* [4]. *Liquet porro quo casu omnes hae protomartyris commemorationes istuc confluxerint. Nempe depositio Stephani papae tam apud Graecos quam apud Latinos cum die 2 augusti sic coniuncta est, ut nihil exploratius esse possit. Dubitationem omnem praecludit Depositio episcoporum. Itaque S. Stephanus papa cognominem suum attraxisse censendus est. Quin adeo non desunt indicia quae suadeant trinam illam protomartyris commemorationem olim die 2 augusti inscriptam fuisse, qui natalis est S. Stephani papae. Ad hunc enim diem, in omnibus codicibus secundae recensionis mentio legitur, in qua sub larvato nomine Antiochiae,* Anconae *memoria consociatur cum inventione Caphargamalae (aug. 2, n. 12-34). Eodem quoque die 2 aug., a Graecis collocata est ementita illa translatio S. Stephani Constantinopolim, coniuncta cum inventione Caphargamalitana. Videtur itaque multiplex illa protomartyris commemoratio die 2 aug. primum posita fuisse, deinde vero, ut totiens in hieronymianis contigit, die sequenti repetita sedem paulatim mutasse* [5]. *Inquirendum superest quid proprie commemoratum fuerit* in Ancona. *Primo aspectu libenter conieceris hanc diem anniversariam fuisse dedicationis basilicae S. Stephani, quae ex kalendario loci recepta sit. Sed quis casu contigisse credat ut Anconae basilica S. Stephano dedicaretur eo die quo Stephani pontificis agatur memoria? Haud temere dici potest mentionem Sancti Stephani Anconitani huc allatam fuisse a sciolo, qui verba S. Augustini modo recitata se legisse meminerat. In epitoma quidem Monacensi huius dicti recordatio sane perlucet:* In Anchona S. Stephani protomartyris ubi haberi dicitur unus de lapidibus quibus in brachio percussus est et multas ex eo virtutes sanitatum operari. *Hoc elogium ex eorum numero esse, quae in codicibus plenioribus olim inserta in breviariis aliquot remanserunt, coniectura licita est nec tamen asseverantius proponenda.*

*36.* AUGUSTUDUNO] Eufronius *episcopus, de quo praeter alia* [6] *exstat Gregorii Turonensis testimonium* [7], *superstes erat an. 475, et cum Sidonio Apollinari per litteras collocutus est* [8].

**Augustoduno depositio Eufroni episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* Samuelis, *lege Gamalielis, n. 32.*

Metrapolis, *n. 3, lege Metrophanis.*

*Cod. Rich.:* Iustini, Crescentionis, *aug. 4, n. 9, 11.*

[1] Sermo CCCXXII, 2, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1445. — [2] *BHL.* 7857 ; *BHG*². 1649-1651. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 863. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 727. — [5] Supervacaneum ducimus argumenta refellere, quibus ERBES, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. XXVI (1905), p. 40-45, sibi demonstrare visus est antiquum et primitivum S. Stephani festum celebrari solitum esse die 3 aug. et labentibus saeculis obsolevisse postquam die 26 decembris alterum festum institutum fuit. — [6] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 178. — [7] *Hist. Franc.*, II, 15. — [8] *Epist.* VII, 8 ; IX, 2.

PRID.

# PRID. NON. AUG.

**I**

**II**

**Romae via Tiburtina in cimiterio sancti Laurenti martyris Criscentionis et Iustini. et in via Lavicana miliario ab urbe XIIII natale sancti Sachinti.**

**in Nicomedia natale sanctorum Isaci**

**et Romae Crescentionis Iustini Quinti**

**Bartholomiae. Lugduno Galliae adventus corporis sancti Iusti episcopi de heremo [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in axiopoli natale cerenei dasii helacri S ; nāt scōrum herenti heracli dassi sive bassi W.

*Var lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rome B ; roma W | 3. tyburtina S | 5. *add.* nāt W | 7. laurentii S² | 9. criscentiani S ; criscentianę W | 11. iusti SW | 13-19. *om.* SW | 23. *om.* E | 24. nicōm E ; nicomd B ; nicamedia S | 25. *om.* E | 26. *om.* E ; scē B | 27. sege B ; segae S ; seiae W | 29. rōm E | 33. et bartholomei BS ; et bartholomęi W | 34-35. *om.* E | 35. gall BW ; gallea S¹ ; gallia S² | 36-37. trañs E | 41-42. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia nat. Isei et Romae Iustini et Crescentionis. — Taml. : Iusti Crescentionis Sacinthi Iustini Heremeti Floriani Eracli Isei Philistinae Mimi episcopi Zefani Laurenti. — Mon. : Romae via Tiburtina in civitate sancti Laurentii martyris natalis Crescentiani et Iusti martyrum. — Rich. : In Nicomedia Isei et Rome dedicatio basilicae sanctae Mariae Iustini et Crescentiae alibi Floriani Herenei Eraclii Bassi.

## AUG. 4

1. ROMAE] *Itinerarium Salisburgense (via Tiburtina):* Et in altera ecclesia sursum multi martyres pausant. Prima est Cyriaca sancta vidua et martyr et in altero loco S. Iustinus et iuxta eum S. Crescentius martyr et multitudo sanctorum. *Epitome de Locis sanctorum:* Ibi Herenaeus, Iulianus, Primitivus, Tacteus, Nemeseus, Eugenius, Iustinus, Crescentianus, Romanus sunt sepulti [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Et ibi prope in altera ecclesia pausant hi martyres : Ciriaca, Romanus, Iustinus, Crescentianus [2]. *Liber pontificalis, in Xysto (257-258):* Post passionem beati Xysti post tertia die, passus est beatus Laurentius eius archidiaconus IIII id. aug. et subdiaconus Claudius et Severus presbyter et Crescentius lector et Romanus ostiarius [3]. *In Actis SS. Xysti et Laurentii,* C r e s c e n t i u s *est caecus a S. Laurentio illuminatus* [4]. C r e s c e n s *et* I u s t i n u s *memorantur inter septem germanos, in Passione S. Symphorosae* [5]. *Passio S. Hippolyti:* S. Hippolytus et Iustinus presbyter, cum sepelissent corpus beati Laurentii, ieiunaverunt [6]. *Passio S. Iustini:* Venientes noctu levaverunt christiani cum lacrimis venerabile corpus eius ; ieiunantes et agentes vigilias noctis, sepelierunt illud in crypta in agro Verano pridie nonas augusti [7].

**Romae via Tiburtina in cimiterio sancti Laurentii martyris Crescentionis et Iustini.**

15. VIA LAVICANA] *Die 10 feb., in sacramentarii Gelasiani codice Sangallensi, S.* I a c i n t h u s *memoratur cum aliis martyribus viae Lavicanae :* Natale sanctorum Zotici, Hirenei et Iacinthi [8]. *In hodierno laterculo nomen martyris varie luxatum prodit :* S a c h i n t i *(n. 22),* Q u i n t i *(n. 32), lege* <I a>q u i n t i, *et, ni fallor,* I s a c i *(n. 27); die 10 aug., n. 51 :* I a c i n t i. *Ecclesiae S. Iacinthi, ad XIIII circiter viae Lavicanae rudera reperta sunt* [9].

**in via Lavicana miliario ab urbe XIIII natale sancti Iacinthi.**

24. NICOMEDIA] *Sanctos Nicomedienses nec hodie nec proximis diebus reperio.*

27. ISACI] *Die 3 aug. a Graecis celebratur* μνήμη τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Δαλμάτου, Φαύστου καὶ Ἰσαακίου [10]. *Isaacius ille, cuius Acta habentur* [11], *monachus erat Constantinopoli, neque ulla ratio suadet illum fastis nostris locum invenisse.* I s a c i *nihil aliud est nisi detruncatum* SACI n t i *seu* S a c h i n t i *(n. 22).*

29. ROMAE] *Supra, n. 1.*

32. QUINTI] *Lege* I a q u i n t i = I a c i n t i, *n. 22. In musivo basilicae S. Martini in Caelo aureo (S. Apollinare Nuovo) Ravennae ita est inscriptus homonymus, S. Proti comes :* S. IAQVINTVS [12].

33. BARTHOLOMIAE] *Al.* B a r t h o l o m e i. *Praeter apostolum, cuius festivitas incidit in diem 24 aug., nullum novimus Bartholomaeum.*

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [2] Ibid., p. 179. — [3] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 155. Cf. p. 156, ann. 6. — [4] *BHL.* 7801. — [5] *BHL.* 7971. — [6] *BHL.* 3961. — [7] *BHL.* 4584, n. 7. — [8] Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 30. — [9] G. Tomassetti, *La campagna Romana*, t. III (1913), p. 409. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 863. — [11] *BHG*[2]. 955, 956. — [12] *C.I.L.* XI. 281.

*34.* LUGDUNO] *De festivitatibus S. Iusti disquisitio fiet ad diem 21 oct. Interim accipienda est codicum lectio:*

**Lugduno Galliae adventus corporis sancti Iusti episcopi de heremo.**

ADDITAMENTA] *A x i o p o l i. Aug. 5, n. 12.*
EXCERPTA] *Cod. Cambr.: I s e i = Isaci, n. 27, id est Iacinti.*
*Cod. Taml.: I u s t i = Iustini, n. 11. H e r e m e t i = Herenti, aug. 5, n. 1. Cetera fere nomina item postridie requirenda sunt.*
*Cod. Mon.: i n c i v i t a t e = in cimiterio, n. 5.*
*Cod. Rich.: d e d i c a t i o b a s i l i c a e. Aug. 5, n. 7.*
*F l o r i a n i cum reliquis, aug. 5, n. 30, 1-5.*

# NON. AUG.

| I | II |
|---|---|
| | **Herenti Eracli Dassi sive Bassi. Romae dedicatio basilicae sanctae Mariae.** |

**in Axiopoli Hirenei Eracli Dasi. civitate Agustana sancti Afri. Agustoduno Cassiani episcopi. Catalaunis civitate Mimmii episcopi. et alibi natale Floriani et Filistini.**

*Addunt codices pleniores:* a) nt oswaldi regis E.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1-5. *om.* W | 1. natł sc̄orum herenti S | 2. heracli S | 6-10. *om.* SW (*cf. infra*, 15) | 6. rome B | 8. basilice B | 10. marie B | 11. *om.* B | 12. axiopolim BW; *add.* nāt scōrum W | 13. herenei B[1]; hereni B[2]; herenni SW | 14-15. dassi heracli BW; dasi heracli S | 15. *add.* (*cf. supra*, 6-10) rome dedicatio basilice sc̄e mariae in S; rōm dedī basilicae sc̄e mariae in W | 17. agusta BSW; *add.* passio S; pās W | 18-19. *om.* B | 20. agustuduno E; agustiduno S; agusteduno W; *add.* natł sc̄i S; nāt sc̄i W | 21. casiani S | 23. cataleonis E; cata launis S | 24. *om.* B; *add.* natale sc̄i S; nāt sc̄i W | 25. mimmini E; mimi W | 29. *om.* S; *add.* sc̄orum W | 32. filistine B; filistinae S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Axiopoli nat. Irenei et Dasi et Eradi. — TAML.: Herentii Dassi Heraclii bis Bassi Affri Augusti Leonis Irinei Floriani Filistini Tethasii Cassiani episcopi Osuualdi regis et aliorum II Nimni episcopi Donati Irennei Aradi Dasi. — MON.: Augustiduno depositio sancti Cassiani episcopi Eracli Hereni. — RICH.: ///// Augustiduno Cassiani episcopi Catalaunii sancti Memmii alibi Hereni Classi Eraclii et Osuualdi martyris.

## AUG. 5

*1.* HERENTI] *Tria nomina quae in principio laterculi posita sunt mox redeunt (n. 13-15) sub indicio A x i o p o l i. Verum attende H e r e n t i, E r a c l i non esse nomina sanctorum sed civitatis Thraciae notissimae, P e r e n t i seu P e r i n t h i, quae primum Πέρινθος, dein Ἡράκλεια, saepe etiam, ut in his fastis, H e r a c l e a P e r i n t h u s dicta est.*

*2.* ERACLI] *Infra, n. 14. Lege H e r a c l e a.*

*3.* DASSI] *Infra, n. 15. Ex aliis locis palam fiet D a s s i et B a s s i unum eumdemque martyrem designare. Cf. nov. 20, n. 3; dec. 21, n. 62.*

*6.* ROMAE] *Dedicatio basilicae Liberianae seu Sanctae Mariae Maioris, a Xysto III (432-440). Liber pontificalis:* Hic fecit basilicam sanctae Mariae, quae ab antiquis Liberii cognominabatur, iuxta macellum Libiae [1]. *Erat olim supra portam maiorem basilicae inscriptus titulus, opere musivo, cuius ineunte saec. XVI supererant litterae aliquot:*

VIRGO MARIA TIBI XYSTVS NOVA TECTA DICAVI
DIGNA SALVTIFERO MVNERA VENTRE TVO
TV GENITRIX IGNARA VIRI TE DENIQVE FETA
VISCERIBVS SALVIS EDITA NOSTRA SALVS
ECCE TVI TESTES VTERI TIBI PRAEMIA PORTANT
SVB PEDIBVSQVE IACET PASSIO QVAEQVE SVA
FERRVM FLAMMA FERAE FLVVIVS SAEVVMQVE VENENVM
TOT TAMEN HAS MORTES VNA CORONA MANET [2]

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 232; cf. p. 235. — [2] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, pp. 71, 98, 139.

*Lectu*

*Lectu digna sunt quae in exercitatione de prima Romae B. V. Mariae dedicata ecclesia conquisivit F. M. Florentinius* [1].

**Romae dedicatio basilicae sanctae Mariae.**

*12.* IN AXIOPOLI] *Conferenda sunt quae de iisdem sanctis variis in laterculis scripta sunt:*

*5 aug.:* in Axiopoli Hirenei Eracli Dasi
*4 oct.:* in Axiopoli Dassi
*18 oct.:* in Axiopoli ... Taxii
*20 nov.:* in Heraclea Bassi (Dassi)
*21 dec.:* in Heraclea Bassi.

*Ex dictis ad n. 1, manifestum est* H i r e n e i *(n. 13), al.* H e r e n t i, *pravam esse scripturam nominis* P e r e n t i *seu Perinthi, quod cum* E r a c l i, *id est* H e r a c l e a *(n. 14), copulandum est. Alterum loci indicium:* A x i o p o l i *supervacaneum videtur, ab interpolatore e laterculo 4 vel 18 oct. insertum. Unum esse* D a s s i *et* B a s s i *monuimus ad n. 3. Is est* D a s i u s, *cuius Acta habemus* [2]*; de quo et sermo erit ad 18 oct. et 20 nov. His probe inspectis, lectio emendatior prodit:*

**in Heraclea Perinto Dasii.**

*17.* AGUSTANA] *A die 7 aug. anticipatio est:*

**Civitate Agustana Afrae.**

*20.* AGUSTODUNO] *A Gregorio Turonensi laudatur S.* C a s s i a n u s [3], *cuius Acta habentur* [4].

**Agustoduno Cassiani episcopi.**

*23.* CATALAUNIS] *S.* M e m m i i, *primi Catalaunensis (Châlons-sur-Marne), episcopi miraculum enarrat Gregorius Turonensis* [5], *et Acta conscripta sunt fide parum digna* [6].

**Catalaunis civitate Mimmii episcopi.**

*30.* FLORIANI] *Utriusque* F l o r i a n i *et* F i l i s t i n i *nomina sapientioribus illustranda relinquimus. Conferant, si velint, laterculum 4 maii, qui dies est S. Floriano, martyri in Norico, sacer. Ibi enim aliis immixtus est non quidem Filistinus, sed* C a e l e s t i n u s *aliquis.*

ADDITAMENTA] O s w a l d i, *regis Nordanhymbrorum († 642), Acta quotquot habemus* [7] *a Beda accepta sunt* [8].

**Natale Oswaldi regis.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* E r a d i *=* *Eracli, n. 2, immo Heraclea.*
*Cod. Taml.:* A u g u s t i *= civitate Augustana, n. 17.*
N i m n i *= Mimmii, n. 25.*
D o n a t i *= Donatiani, aug. 6, n. 15.*
A r a d i *= Eracli, n. 2.*
*Cod. Rich.:* C l a s s i *= Dassi, n. 3.*

[1] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 726-34. — [2] *BHG*². 491. — [3] *In gloria confessorum*, LXXIII, LXXIV. — [4] *BHL.* 1630-1635. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 177. — [5] *In gloria confessorum*, LXV. — [6] *BHL.* 5907-5914; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 95. — [7] *BHL.* 6361-6373. — [8] *Hist. eccl.*, III, 1-3, 6, 9-13; IV, 14.

---

# VIII ID. AUG.

| I | II |
|---|---|

**Romae in cimiterio Calesti via Appia natale Syxti episcopi et martyris Pretextati Felicissimi Agapiti Donatiani**

| **Faustini. et in foro Simproni via Flamminia Laurenti Eppoliti**

**et militum**

**CLXX | CLXV**

**et passio sanctae Afrae.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1. rom̄ E | 2-7. *om.* E | 4. calesti $S^1$; calisti $S^2$ | 7. *add.* scōrū S; scōrum W | 8. sixti BS | 11-12. *om.* SW | 12. *om.* E | 13. felicis $S^1$W; felicis simi $S^2$; *add.* et E | 14. agapitis E | 16. *add.* praetextati SW | 17-22. *om.* SW | 23. laurentii $S^2$ | 24. yppoliti S; eppoliti W | 26. milit̄ E; milites BS; militis W | 28. centum sexaginta quinq; B | 29. *om.* E | 31. sc̄i BW | 32. affre S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. sanctorum Sixti pappe Felicissimi Agapidi et nat. Flavei episcopi. — TAML.: Sixti episcopi in Roma id est in Roma Felicis Agapiti Donatiani Laurentii Ypoliti sanctae Affrae et milites CLXX sanctae Affrae Mariae Cirillae Veneriae Faustini Marci Caliusti Pretextati Cronani et aliorum CXL. — RICH.: Rome natale sancti Xisti episcopi et martyris Felicissimi et Agapiti Donatiani Faustini Laurentii Yppoliti et militum CLXV/////.

## AUG. 6

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum:* VIII idus aug. Xysti in Callisti et in Praetextati Agapiti et Felicissimi. *Breviarium Syriacum, postquam nuntiavit martyres diei 1 aug., haec addit: καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ Ξύστου τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης. Sed ex tota huius laterculi compagine manifestum est quaedam excidisse et lemma diei 6 tuto restitui posse. Kalendarium Carthaginiense:* VIII idus ag. sancti Systi episcopi et martyris Romae. *Sacramentarium Leonianum:* VIII idus augusti natale sancti Xysti in cymeterio Callisti et Felicissimi et Agapiti in cymeterio Praetextatae via Appia [1]. *Sacramentarium Gelasianum:* in natali sancti Sixti VIII id. augusti [2]. *Sacramentarium Gregorianum:* nonis agustis id est V die mensis agusti natale sancti Xysti episcopi [3]. *Itinerarium Salisburgense (via Appia):* Ad Aquilonem ad sanctos martyres Tiburtium et Valerianum et Maximum. Ibi (intrabis in speluncam magnam et ibi) invenies S. Urbanum episcopum et confessorem et in altero loco Felicissimum et Agapitum martyres et diaconos Syxti... Eadem via ad S. Caeciliam, ibi innumerabilis multitudo martyrum; primus Syxtus papa et martyr. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta eandam viam ecclesia est S. Syxti papae ubi ipse dormit... Iuxta eandem viam quoque ecclesia est multorum sanctorum id est Ianuarii... Agapiti, Felicissimi [4]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Paulo propius Romam sunt martyres Ianuarius, Urbanus, Xenon, Quirinus, Agapitus, Felicissimus... nec longe ecclesia S. Caeciliae martyris et ibi reconditi sunt Stephanus, Sixtus... [5]. *Index coemeteriorum e Notitia regionum Urbis:* Coemeterium Calisti ad S. Xystum via Appia [6]. *Liber pontificalis: Xystus (257-258)* capite truncatus est et cum eo alii sex diaconi Felicissimus et Agapitus, Ianuarius, Magnus, Vincentius et Stephanus sub die VIII id. aug.... qui vero sepultus est in cymiterio Calisti via Appia; nam VI diacones supradicti sepulti sunt in cymiterio Praetextati, via Appia [7]. *Hadrianus (772-795)* ecclesiam beati Tiburtii et Valeriani atque Maximi, seu basilica S. Zenoni una cum cymiterio SS. Urbani pontificis, Felicissimi et Agapiti atque Ianuarii seu Cyrini martyribus, foris porta Appia, uno cohaerentes loco, quae ex priscis marcuerant temporibus, noviter restauravit [8]. *Passio S. Xysti:* Sepelierunt beatum Xistum episcopum et martyrem in crypta cymiterii Calisti in eadem via; sanctos vero Felicissimum et Agapitum martyres et diacones sepelierunt in cymiterio Pretextati nono idus augustas [9].

*Quo die Xystus II, cum duobus diaconis suis, occisus sit congruentibus testimoniis evictum est, neque addubitari potest auctoritate sacramentarii Gregoriani, ubi mortuus legitur* nonis aug., *absurde concinente Passione:* nono idus. *Ad communem sententiam accedit etiam Capitulare Wirceburgense:* die VI mens. aug. nat. scorm Xysti Felicissimi et Agapiti [10]. *Constat pariter de sepultura Xysti papae in coemeterio Callisti, et diaconorum eius in coemeterio Praetextati. Amandata ad fabulas Passione Xysti, de martyrio huius papae exstat testimonium eius aequalis, S. Cypriani, in epistula LXXX Successo data:* Xystum autem in cimiterio animadversum sciatis VIII id. aug. die et cum eo diacones quattuor [11]. *Cum hac epistula in argumento et rebus narratis tam mire congruit titulus Damasianus, ut hodierni eruditi, prope ad unum [12], existiment nihil in eo deesse nisi Xysti nomen [13]:*

TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
HIC POSITVS RECTOR CAELESTIA IVSSA DOCEBAM
ADVENIVNT SVBITO RAPIVNT QVI FORTE SEDENTEM
MILITIBVS MISSIS POPVLI TVNC COLLA DEDERE
MOX SIBI COGNOVIT SENIOR QVIS TOLLERE VELLET
PALMAM SEQVE SVVMQVE CAPVT PRIOR OBTVLIT IPSE
IMPATIENS FERITAS POSSET NE LAEDERE QVEMQVAM
OSTENDIT CHRISTVS REDDIT QVI PRAEMIA VITAE
PASTORIS MERITVM NVMERVM GREGIS IPSE TVETVR [14]

*Alium titulum idem Damasus in coemeterio Praetextati in tumulo posuit duorum diaconorum Felicissimi et Agapiti, qui fuerunt S. Xysti sodales:*

ASPICE ET HIC TVMVLVS RETINET CAELESTIA MEMBRA
SANCTORVM SVBITO RAPVIT QVOS REGIA CAELI
HI CRVCIS INVICTAE COMITES PARITERQVE MINISTRI
RECTORIS SANCTI MERITVMQVE FIDEMQVE SECVTI
AETHERIAS PETIERE DOMOS REGNAQVE PIORVM
VNICA IN HIS GAVDET ROMANAE GLORIA PLEBIS
QVOD DVCE TVNC XYSTO CHRISTI MERVERE TRIVMPHOS
FELICISSIMO ET AGAPITO DAMASVS [15]

[1] FELTOE, p. 90. — [2] WILSON, p. 188. — [3] WILSON, p. 92. Cf. p. 282, cod. O: *nonis agustis natale sancti Sixti.* — [4] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [5] DE ROSSI, t. c., p. 181. — [6] Ibid., p. 180. — [7] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 155; cf. p. 68-69. — [8] Ibid., p. 509. — [9] *BHL.* 7801, MOMBRITIUS, p. 358ᵛ. — [10] MORIN, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 311. — [11] *Epist.* LXXX, HARTEL, p. 840. — [12] Dissentit P. CORSSEN, in *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft*, 1915, p. 147-66. — [13] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 84; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 156; P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche*, t. VI, p. 147-78. — [14] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 25; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 13. — [15] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 66; IHM, t. c., n. 23.

*Isti*

*Isti tamen non soli cum pontifice occubuerunt. S. Xysti socios quattuor nominat S. Cyprianus, sex autem Liber pontificalis: Felicissimum, Agapitum, qui hodie commemorantur, et praeter eos, Ianuarium, Magnum, Vincentium, Stephanum: quos omnes in eodem coemeterio quiescere asserit. Sed in hoc sane corrigendus est. Martyrum enim e societate S. Xysti vestigium nullum superest in coemeterio Praetextati, exceptis Felicissimo et Agapito* [1]. *Contra in inscriptione illa, qua Damasus summatim complexus est martyres omnes coemeterii Callisti, comparent* comites Xysti:

HIC CONGESTA IACET QVAERIS SI TVRBA PIORVM
CORPORA SANCTORVM RETINENT VENERANDA SEPVLCRA
SVBLIMES ANIMAS RAPVIT SIBI REGIA CAELI
HIC COMITES XYSTI PORTANT QVI EX HOSTE TROPAEA
HIC NVMERVS PROCERVM SERVAT QVI ALTARIA CHRISTI
HIC POSITVS LONGA VIXIT QVI IN PACE SACERDOS
HIC CONFESSORES SANCTI QVOS GRAECIA MISIT
HIC IVVENES PVERIQVE SENES CASTIQVE NEPOTES
QVIS MAGE VIRGINEVM PLACVIT RETINERE PVDOREM
HIC FATEOR DAMASVS VOLVI MEA CONDERE MEMBRA
SED CINERES ·TIMVI SANCTOS VEXARE PIORVM [2]

*E verbis S. Cypriani colligitur S. Xysto eiusque diaconis caput amputatum fuisse: usitato quippe usu loquendi gladio animadversi dicebantur, quibus colla praecisa fuerant. Attamen in hymno de S. Laurentio, Prudentius Xystum in cruce sublatum exhibet:*

Iam Xystus adfixus cruci
Laurentium flentem videns
crucis sub ipso stipite [3].

*Scilicet pressius inhaesit poeta litterae tituli Damasiani:*

Hi crucis invictae comites pariterque ministri,

*etsi minime certum est crucem hic aliter dictam fuisse quam sensu translato, pro mortis instrumento, qualecumque id fuit. De S. Laurentio, qui septimus e diaconis S. Xysti fertur occubuisse in ea persecutione, agetur ad diem 10 augusti. Quae modo exposita sunt paucis complectimur:*

**Romae in cimiterio Callisti via Appia natale Syxti episcopi et martyris.**

**<item in cimiterio> Praetextati Felicissimi <et> Agapiti.**

15. DONATIANI] *Aug. 7, n. 12:* Donati.
16. FAUSTINI] *Aug. 7, n. 23; 8, n. 20; 9, n. 88:* Faustiniani.
19. FORO SIMPRONI] *In memoriam revocanda sunt quae de dedicatione basilicae SS.* Sixti, Laurentii et Ippoliti *ad diem 2 feb., n. 22, disseruimus. Huius dedicationis formula hodie iterata est ab interpolatore, in natali die S. Sixti, cuius deinceps nomen suppressum est, quia in superiore laterculi parte iam expressum erat. In prima recensione fere tota evanuit, remanentibus in rei testimonium* militibus CLXX *(n. 26-27), qui in* miliaria *commutandi sunt. In utraque recensione numero miliariorum aliquid additum est, isque restituendus ad normam enuntiati ad diem 2 feb.*

**in Foro Simpronii via Flaminia miliario CLXIIII Sixti, Laurentii, Ippoliti.**

*Milites CLXV, ut est in altera recensione, ad 10 aug. transtulit Florus Lugdunensis* [4], *quos et ea die excepit martyrologium Romanum:* Romae passio sanctorum centum sexaginta quinque militum martyrum sub Aureliano imperatore.

26. MILITUM] *Lege* miliario.
32. AFRAE] *Aug. 7, n. 34.*
EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* Flavei. *In eodem codice iam nuntiatus est Flaveus ad diem 18 iul.*
*Cod. Taml.:* Caliusti = *Callisti coemeterium, n. 4.*
Pretextati *adde* cimiterium, *n. 12.*

[1] DE ROSSI, *Bullettino*, 1863, p. 1-6; *Roma sott.*, t. II, p. 87-97. Fragmenta quae ex coemeterio Callisti eruit DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 10-12 (IHM, t. c., n. 17) referenda esse ad elogium quattuor diaconorum, quorum nomina sunt in Libro pontificali, demonstrasse conatus est G. BONAVENIA, in *Nuovo bullettino*, 1920, p. 228-51. In musivo absidis ecclesiae S. Marci depicti sunt, cum aliis sanctis, SCS FILICISSIMVS et SCS AGAPITVS, propter eorum reliquias in hanc basilicam translatas, ut opinatur DE ROSSI, *Musaici cristiani delle chiese di Roma*, Musaico dell' abside della basilica di San Marco, tav. XXVIII. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 23; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 12. — [3] *Peristeph.*, II, 23-26. — [4] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 346.

# VII ID. AUG.

I | II

**In Antiochia Suffroni Veneriae**

| **et aliorum VII.**

**in Tuscia civitate Aritio Donati episcopi et confessoris**

**et aliorum VII** |

**Ausenti**

| **et Carpefori.**

**Mediolano Faustini. Romae passio sanctorum XXV martyrum. in provincia Retia civitate Agusta Afrae [34] Veneriae [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et ipso die cōsecratio adventii ep̄i B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. antiōc E ; antioc̄h B ; anthiocia W ; *add.* natł scōrū S ; nāt scōrum W | 3. soffroni B ; sufroni S¹ ; suffronii S² ; sumfroni W | 4. venerie B | 7. VI W | 8. et E ; et in SW | 9-10. *om.* E | 11. aretie B ; aretia SW ; *add.* natale scōrū S ; nat sc̄i W | 13-15. *om.* E | 19. ausenti S¹ ; ausentii S² ; *om.* W | 20-21. *om.* W | 21. carpenfori S | 22. mediōl E ; *add.* natł sc̄i S ; nat sc̄i W | 24. rom̄ EW ; rome B | 26. *om.* E | 27. *om.* SW | 28. *add.* numero XXII S ; numero XXV W | 29-31. *om.* E | 29-35. *om.* W | 33. agūs E ; *add.* natł scōrū S | 34. afre B ; afrę S ; *add.* et S | 35. venerie B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Sofroni Veneriae et aliorum VII et in Aritio Donati episcopi et Romae sancti Quiriaci. — Taml. : Septem fratrum dormientium in Effeso id est Maximianus Malchus Dionisius Ianuarius Iohannes Serapion Constantinus qui in tempore Decii morientes post CLII annos resurrexerunt predicare mundo regnante Teothosio filio Arcadii Sopronii Donati episcopi Vastini Ausenti Affrae Veneriae et aliorum L martirum. — Mon. : Romae Hormisdae papae Agapae virginis. — Rich. : In Antiochia Sophronii et in Arecio Donati episcopi et confessoris Mediolanio Faustini alibi Carpofori Veneriae Augusta civitate sanctae Afrae. — Florus : Romae sanctorum martyrum Petri Iulianae cum aliis decem et octo.

## AUG. 7

*1.* in antiochia] *De martyribus Antiochenis Sophronio et Veneria prorsus silent monumenta. Vitio librariorum decurtatus est laterculus, ita ut suppressis sanctorum nominibus loci indicium vacuum remanserit.*

*3.* suffroni] = *Simproni, aug. 6, n. 20: Foro Simproni.*

*4.* veneriae] *Infra, n. 35. Nomen appellativum, meretricem significans. Martyrem Veneriam Antiochiae passam asserit B. Krusch, idque ut comprobet, sanctas cognomines nonnullas variis e laterculis promit* [1]. *Esto et nomen istud gesserint mulieres aliquot, hodie certe ad Afram, n. 34, quae corporis sui quaestum fecisse narratur, referendum est.*

*7.* aliorum vii] *Infra, n. 18. Quinam sint illi septem, nullo documento aperte significatur. Abs re non erit notasse die 8 aug. martyres viae Ostiensis in codicibus nostris septem numerari, cum reapse sex tantum fuerint, eosque miliario VII depositos fuisse. Hos hodie anticipari non negaverim.*

*11.* aritio] *Donati, episcopi Aretini, Passio habetur, exiguae auctoritatis* [2], *quam Gregorius p. legisse videtur* [3]. *Est et alia eiusdem Passio* [4], *in qua alterius Donati, episcopi Euroae in Epiro* [5], *gesta inserta sunt. Quod martyr fuisse ab hagiographis asseritur Donatus Aretinus, non officit quominus cum codicibus scribatur :*

**in Tuscia civitate Aritio Donati episcopi et confessoris.**

*Postridie, in kalendario lapideo Neapolitano, Donatus Cyriacum comitatur.*

*19.* ausenti] *A Novocomensibus hodie coluntur martyres Carpophorus, Exanthus, Cassius, Severinus, Secundus et Licinius* [6]. *De his hagiographi varia scripserunt* [7], *quibus nemo cordatus fidem praestet. Qui Exanthum sub nomine Ausenti in martyrologio inscriptum esse contendunt*

[1] *Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung*, t. XXI (1900), p. 6. — [2] *BHL.* 2289. — [3] *Dial.* I, 9. Cf. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 569-70.— [4] *BHL.* 2293. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 643 ; *BHL.* 2304. — [6] Tatti, *Sanctuarium seu martyrologium sanctae Novocomensis ecclesiae* (Novocomi, 1675), p. 170-73 ; Bosca, *Martyrologium Mediolanensis ecclesiae* (Mediolani, 1695), p. 236-39. — [7] *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 187-88 ; *Passio SS. Fidelis, Exanti et Carpophori, BHL.* 2922 ; *Passio S. Alexandri, BHL.* 277.

*dunt* [1], *non eo ipso rebus Novocomensium favere dicendi sunt. Etenim turma sex martyrum, quos ecclesia illa suos esse nunc gloriatur, congregata est ex Albanis Carpoforo, Severiano, Secundo, qui die 8 aug., n. 2-4, coluntur, et Exantho, Cassio, Licinio, quos pio latrocinio e fastis nescio quibus hagiographi surripuerunt. Nec iuvat meminisse sanctos illos Novocomenses Mediolani venerationem aliquando nactos esse, ideoque memoriam illorum in hoc laterculo signatam esse, dummodo recto ordine collocentur vocabula n. 16-19, 22: Mediolano Ausenti et aliorum VI* [2]. *Adverto numerum martyrum qui socii Auxentii illius seu Exanthi censentur ad VI reductum esse, quia Fidelem, martyrem Novocomensem celeberrimum* [3] *a coetu abesse noluit qui haec sollerter sane sed arbitratu suo excogitavit. In martyrologio Romano hodie nuntiatur :* Novocomi passio sanctorum martyrum Carpophori, Exanthi, Cassii, Severini, Secundi et Licinii, qui in confessione Christi capite truncati sunt. *Commentarii loco haec addit Baronius : « Agit de iisdem Galesinius citatque vetera monumenta ecclesiae Mediolanensis, Bergomensis et Aquileiensis. »*

*21.* CARPEFORI] *Aug. 8, n. 4, martyr in Albano passus. In kalendario Mediolanensi saec. XI ad hunc diem scripta est memoria* sanctorum Carpofori et Donati [4]. *Fuit et in illa urbe* in porta Cumacina *ecclesia Sancti Carpophori* [5], *quae quidem exsecrata nunc est, non diruta* [6]. *Nihilominus nulla ratio suadet ut inverso ordine, n. 22, 21, scribatur :* Mediolano Carpofori. *Cultum enim martyris Albanensis sequiori aetate in ecclesia Mediolanensi receptum esse, suadentibus illis qui hodiernum laterculum non recte interpretabantur, dubium mihi non est.*

*22.* MEDIOLANO] *Cave ne cum codicibus legas Mediolano Faustini. Huius enim martyris nullum vestigium est in antiquis libris ecclesiae Mediolanensis* [7]. *Si quaeritur quisnam ex sanctis in hoc vel proximis laterculis Mediolanensis habendus sit, alius non occurrit praeter Nazarium, aug. 8, n. 55.*

*23.* FAUSTINI] *Aug. 6, n. 16. Praelucente martyrologio, in quo Faustini cum Mediolano copulatur, huius sancti veneratio in ea ecclesia recens invecta est. Quod non obscure testatur Liber notitiae sanctorum Mediolani, qui c. ann. 1280 conscriptus est.* Usque hodie sepultura ignoratur civibus. Obiit sanctus Faustus die VII augusti sicut legere <est> in martyrolos [8] regule monachorum. Et ideo nos Mediolanenses non tantum sanctorum Donati et Carpofori debemus illo die <memoriam agere,> sed istius sancti Mediolanensis Fausti, licet alter sit et posterior, quia in offitio Romano honoratur [9]. *Non recte igitur Ado et Usuardus :* Apud Mediolanum S. Faustini, tempore Aurelii Commodi martyrizati. *Nec melius martyrologium Romanum :* Mediolani sancti Fausti militis, qui sub Aurelio Commodo, post multa certamina martyrii palmam adeptus est. *Vetera ecclesiae monumenta et Bedam frustra appellat Baronius.*

*24.* ROMAE] *Martyres XXV e kalendario Romano depromptos non esse, nemo negabit. Iis tamen non libenter assentiar qui errorem librariorum esse suspicantur, legentium martyrum XXV, ubi ad diem 8 aug., n. 26, scriptum est miliario XV* [10]. *Solent quidem vocem miliaria in milites commutare, non in martyres. Res multo aliter declaranda videtur. Martyres Romani XXV ii sunt quibus constat laterculus diei 8 aug., quosque suo modo computavit et Romae passos esse voluit hagiographus qui additamentum Passionis S. Afrae conscripsit :* Eadem vero die apud Urbem alii viginti quinque passi sunt, *additque nomina quaedam, nihil sollicitus de Nicomediensibus, qui Romanis admixti sunt. Itaque, quae e martyrologio deprompta erant martyrologio restituta sunt. Mirum sane hominem illum scribere potuisse : eodem vero die, cum martyrum Romanorum natalis dies non 7 aug., sed postridie celebretur. Habuerit ergo prae manibus exemplum, quale et habuisse videtur Florus Lugdunensis, ubi martyrum illorum memoria anticipata erat. De his paulo fusius ad diem 8, n. 51.*

*30.* PROVINCIA RETIA] *Acris fuit controversia de Actis S. Afrae* [11], *aliis asserentibus ea ope huius elogii :*

**in provincia Retia civitate Augusta Afrae veneriae**

*concinnata fuisse* [12], *aliis vero, quibus assentiendum putamus, elogium ipsum ex Actis fluxisse. De Actorum sinceritate non est hic disputandi locus. Passionem, postquam additamento iam aucta est, excerptam fuisse, ex dictis manifestum est.*

[1] F. SAVIO, *I santi martiri di Milano*, p. 70 ; *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 826-27. — [2] SAVIO, *Gli antichi vescovi*, p. 827. — [3] *Les origines du culte des martyrs*, p. 380. — [4] *Liber notitiae sanctorum Mediolani*, ed. M. MAGISTRETTI et U. MONNERET DE VILLARD, p. 90. — [5] SAVIO, t. c., p. 826. — [6] Cf. quae scribit SAVIO, in *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 36, de ecclesia S. Carpophori. — [7] *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 184 ; SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, t. c., p. 825. — [8] Ita codex. — [9] MAGISTRETTI - MONNERET DE VILLARD, t. c., p. 124. Fama est corpus S. Fausti ab archiepiscopo Henrico de Settala (1213-1230) datum esse monialibus Ordinis Spoletani. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, t. c., p. 577. — [10] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 170-71. — [11] *BHL.*, 107 b, 107 c, 109. — [12] L. DUCHESNE, *Sainte Afra d'Augsbourg*, in *Bulletin critique*, 1897, p. 301-305 ; ID., *Sainte Afra et le martyrologe hiéronymien*, ibid., p. 325-28 ; ID., in *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 433-37 ; B. KRUSCH, *Zur Afralegende und zum Martyrologium Hieronymianum*, in *Neues Archiv*, t. XXIV (1899), p. 289-37 ; ID., *Nochmals die Afralegende und das Martyrologium Hieronymianum*, in *Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung*, t. XXI (1900), p. 1-27 ; ID., in *Neues Archiv*, t. XXXIII, p. 26-52 ; A. BIGELMAIR, *Die Afralegende*, in *Archiv für die Geschichte des Hochstifts Augsburg*, t. I (1910), p. 139-221 ; O. RIEDNER, *Der geschichtliche Wert der Afralegende*, Kempten, 1913 ; cf. *Anal. Boll.*, t. XXXII, p. 450 ; B. KRUSCH, in *M.G.*, Scr. rer. merov., t. VII, p. 192-204.

ADDITAMENTA]

ADDITAMENTA] *A d v e n t i u s episcopus Mettensis die 7 aug., anno 858 consecratus est, obiit vero 31 aug. 875* [1].

Consecratio Adventii episcopi.

EXCERPTA] *Cod. Taml.: S e p t e m f r a t r u m d o r m i e n t i u m Gesta graece et latine edita sunt* [2].

*V a s t i n i = Faustini, n. 23.*

*A l i o r u m L, lege: aliorum XXV, n. 27.*

*Cod. Mon.: H o r m i s d a e. Pridie depositus fuisse legitur Hormisdas p. (514-523) in Libro pontificali:* qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli VIII id. aug. [3].

*Florus: P e t r i. Aug. 8, ad n. 51.*

[1] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 58.— [2] *BHG* [2]. 1593-1599 ; *BHL*. 2313-2319 ; 2316b, d, 2318 a, 2319 d, f. — [3] DUCHESNE, t. I[2], p. 272.

---

# VI ID. AUG.

I

**Romae Secundi Severiani Carpofori. et in Albano Victorini. item Cyriaci Largi Crescentiani Memiae Iulianae Cyriacitis Zmaragdi Secundi Albani Victuriani Faustini Donatae Felicis.**

II

**Romae via Appia miliario ab urbe XV sanctorum Secundini Severiani Carpofori Victurine et in via Salaria Ostensi Cyriaci Largi Criscentiani Memmie Iuliane [a] Cyriaci Smaragdi [b] Secundi Albini Victoriani Faustini Donatae Faustini Felicis.**

**Nicomedia Nazari Iulianae Agapiae virg. Euticiani Corinthionis Diomedis Metrodorae virginis Philadelfia Leonidis [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) papii mauri militū S². — b) sisinnii diaconi apniani commentariensis saturnini senis et alibi sc̄i severi prb̄i S². — c) vigilia sc̄i laurentii mārt S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rōm E | 23. rome B ; rōm SW | 24-29. *om.* SW | 29. *add.* natł S ; nāt W | 33. carpori W | 34. victurini SW ; *add.* abbani S ; albani W | 38. salutaria SW | 42. crescentiani S | 43. menmię S ; memmiae W | 44. iulia S¹ ; iuliani S² | 45. cyriacitis W ; *om.* S ; *add.* et SW | 46. maragdi S | 47. *om.* S¹ (*eras.*) | 48-49. *om.* W | 48-53. *om.* S | 51. donate B | 52. *om.* W | 53. *add.* et in SW | 54. nicōm E ; *add.* natł scōrum S ; nāt scorūm W | 56. iuliane BS¹ ; iuliani S² ; *om.* W ; *add.* et S | 57. agape BS ; agapę W | 58. virginis S | 59. eutitiani B | 60. corvitonis E ; corinthonis S ; corithonis W | 62. metronae E ; metrodosę S ; metrodore BW | 63. et *add.* SW | 64. philedelfie W ; *add.* natale sc̄i S ; nāt sc̄ę W | 65. leonedis B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Secundi Severiani et Carpoofori et in civitate Ardianita Severi et Severiani et in Albono Victurini. — TAML. : Secundi Seriani Victoriani Ostensi Albani bis Ciriaci Largi Crescentiani Smaragdi Secundi Faustini Felicis Nazari Eutiani Iulianae Trifoniae Mariae Donatae Mecronae Agapae virginis et aliorum XVII Choruntonis Diomedis Secundini Corpofori. — MON. : Philadelphia natalis sancti Leonidis Romae item Xisti papae Secundini sancti Ciriaci diaconi. — RICH. : Rome Secundi Severiani Victurini Cyriaci Largi Nicomedia Nazarii Iuliani Agapae virginis Philadelphia Leonidis.

## AUG. 8

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum:* VI id. aug. Secundi, Carpofori, Victorini et Severiani Albano et Ostense VII ballistaria Cyriaci, Largi, Crescentiani, Memmiae, Iulianetis et Ixmaracdi. *Duae sunt distinctae turmae, quarum altera via Appia, altera via Ostiensi quiescebat.*

*2.* SECUNDI] *Al. S e c u n d i n i, n. 31. Huius et trium sociorum elogium distinctius referunt codices alterius stirpis, n. 23-34, quibus adhibitis plena et emendata lectio erit:*

**Romae via Appia miliario ab urbe XV in Albano sanctorum Secundi, Severiani, Carpofori, Victorini.**

*Eosdem longe a proprio loco nescio quo casu delatos in laterculo diei 12 feb. repperimus; et ex Passione SS. Simproniani, Claudii, Nicostrati, Castorii et Simplicii, seu SS. Quattuor Coronatorum, in quam interpolatoris arbitrio inserti fuerant, expungere visum est* [1]. *Horum martyrum Acta nunquam conscripta fuisse videntur, et in coemeterio Albano vix supersunt antiquae venerationis vestigia* [2].

[1] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 759. — [2] DE ROSSI, *Bullettino*, 1869, p. 65-78 ; MARUCCHI, *Le catacombe di Albano*, in *Nuovo bullettino di archeologia cristiana*, 1902, p. 89-111 ; ID., *Guida delle catacombe di Albano*, Roma, 1903.

*7.* IN ALBANO] *Id est in Albae Longae territorio. Infra, n. 18: Albani; n. 48: Albini.*

*8.* VICTORINI] *Infra, n. 34: Victurine.*

*10.* CYRIACI] *Geminatur Cyriaci nomen, n. 15 (Cyriacitis); in altera recensione, n. 40, 45. Primum legenda sunt quae in Actis Marcelli* [1] *de S. Cyriaco eiusque sociis referuntur:* Data sententia ducti sunt cum Cyriaco diacono promiscui sexus numero viginti et unus, et decollati sunt via Salaria intra thermas Salustii foras muros. Quorum corpora collegit nocte Ioannes presbyter et sepelivit eos in eadem via; sanctum vero Cyriacum collegit et commendavit ibidem sub die XVII kalendas aprilis... Post dies autem octo veniens Marcellus episcopus cum Lucina matrona christianissima, condivit corpus sanctorum cum aromatibus... Translata sunt corpora cum S. Cyriaco in praedio eius via Ostiensi milliario ab urbe Roma septimo, ubi requiescunt in sarcophagis lapideis, quos manu sua recondidit beata Lucina in pace, VI idus augusti... Sanctorum vero corpora hoc est Cyriaci, Largi, Smaragdi, Crescentiani, Memmiae et Iulianae sepulta sunt in via Ostiensi miliario ab urbe Romae plus minus octavo [2]. *Ad diem 14 aprilis n. 5, iam monuimus ab hagiographo conditorem tituli Cyriaci, cum altero cuius hodie celebratur natalis, in unum fuisse conflatum. Hinc factum est ut Cyriaco, qui via Salaria depositus fuisse censebatur, comites quinque alterius Cyriaci adderentur; qui cum illo primum via Salaria sepulti, postmodum ad viam Ostiensem translati fuerint* [3]. *Hos autem a principio eo loco quievisse certum est quo eos a Lucina delatos fuisse mentitur hagiographus. Locus iste in Depositione martyrum dicitur ballistaria. Vocabulum scriptoribus et grammaticis ignotum est. Contemnenda non est coniectura v. cl. I. Tomassetti, qui opinatus est miliario VII viae Ostiensis fuisse officinam armamentariam, a* ballista *ita nuncupatam* [4]. *Haec autem officina, si tamen exstitit, nulla reliquit vestigia, et lectio miliario VII vallis Ostensae in elogio quale iteratur ad diem 10 aug., aliam videtur aperire interpretandi viam. Honorius p. (625-638)* fecit ecclesiam beato Cyriaco a solo via Ostense, miliario VII [5], *de qua et in Libro pontificali in Vitis Leonis III (795-816) et Benedicti III (855-858), qui eam variis donis ornarunt* [6]. *Huius basilicae rudera nuper detecta sunt* [7]; *martyrum vero corpora olim translata sunt in ecclesiam urbanam Sancti Marcelli, ubi reperta est lamina plumbea, cum his litteris saec. IX exeunte delineatis* [8]:

+ CORPVS BE
ATI MARCELLI
PP ET M.

LARGI. ET. SMA
RALDI . M.
ET ALI + ORV̄ +

*S. Smaragdi effigies depicta est in coemeterio Albano, ubi iacebant martyres quattuor qui hodie quoque coluntur* [9]. *In kalendario lapideo Neapolitano S. Cyriacus cum S. Donato, de quo heri, inscriptus est:*

PAS(*SIO*) S(*ANCTORVM*) DONATI ET CVRIACI [10]

*Ratione habita eorum quae tum hodie, tum die 10 aug. leguntur, scribatur:*

**item Romae via Ostiensi miliario VII Cyriaci, Largi, Crescentiani, Memmiae, Iulianae, Smaragdi.**

*14.* IULIANAE] *Alia Iuliana est quae inferius, n. 56, occurrit.*

*15.* CYRIACITIS] *Infra, n. 45: Cyriaci. Cyriacus, agminis dux (n. 10, 40), a librariis geminatur, et in cod. E formam femininam induit ad normam Iulianetis (in Depositione martyrum).*

*16.* ZMARAGDI] *Infra, n. 46: Smaragdi, et ita in coemeterio Albano* [11].

*17.* SECUNDI] *N. 2; n. 31: Secundini.*

*18.* ALBANI] *Infra, n. 48: Albini, ut patet non martyris, sed loci nomen; n. 7: Albano.*

*19.* VICTURIANI] *N. 8: Victorini.*

*20.* FAUSTINI] *Aug. 6, n. 16; 7, n. 23. Infra, n. 50, 52.*

*21.* DONATAE] *Aug. 7, n. 12: Donati.*

*22.* FELICIS] *Nudum nomen.*

*34.* VICTURINE] *Lege: Victorini, n. 8.*

*38.* VIA SALARIA] *Interpolatum est ex Passione S. Marcelli, ubi martyres a via Salaria ad Ostiensem translati feruntur. Supra, ad n. 10.*

*48.* ALBINI] *Supra, n. 18: Albani; n. 7: Albano.*

*50.* FAUSTINI] *Supra, n. 20. Mox iterum, n. 52.*

*54.* NICOMEDIAE] *In breviario Syriaco ad diem 1 huius mensis, memoriam fratrum Maccabaeorum haec subsequuntur: καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη Ξύστου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ ἐν Νικομηδείᾳ Φίλιππος καὶ ἕτεροι τέσσαρες. Errore certe librariorum ad eundem diem haec referuntur. Xystus die 6 colitur, et Philippus cum sociis nuntiandus videtur die 8. Quamquam enim in codicibus nostris hodie eius nomen praetermittitur, non desunt alia ex societate martyrum Nicomediensium, quorum indiculus insertus est in Menaeis Graecorum ad diem 2 septembris, cum brevi elogio singulis apposito* [12]:

*Διομήδης σπαθιζόμενος τελειοῦται = Diomedi, n. 61.*

*Ἰουλιανὸς ξύλῳ τὴν κεφαλὴν συντριβεὶς τελειοῦται = Iulianae, n. 56.*

*Φίλιππος ξίφει τελειοῦται.*

*Εὐτυχιανὸς ἐν ἐσχάρᾳ πυρὸς τελειοῦται = Euticiani, n. 59.*

*Ἡσύχιος ἀγχονισθεὶς τελειοῦται.*

*Λεωνίδης ξίφει τελειοῦται = Leonidis, n. 65.*

[1] *BHL.* 5234-5235. — [2] *BHL.* 5234, n. 20, 21, 24. — [3] Cf. DUCHESNE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVI, p. 49-56. — [4] *Della campagna Romana. Illustrazione delle vie Ostiense e Laurentina* (Roma, 1897), p. 62-64. — [5] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 324; cf. p. 326. — [6] DUCHESNE, ibid., t. II, pp. 32, 145. — [7] F. FORNARI, *Notizie de' scavi*, 1916, p. 123-37; *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXVI, p. 57-72. — [8] DE ROSSI, *Bullettino*, 1869, p. 72; 1870, tav. XII; 1871, p. 159-60. — [9] DE ROSSI, *Bullettino*, 1869, p. 72-73. — [10] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [11] DE ROSSI, *Bullettino*, 1869, p. 72. — [12] *Synax. Eccl. CP.*, p. 7-8.

*Εὐτύχιος σταυρωθεὶς τελειοῦται.*
*Φιλάδελφος λίθῳ τραχηλὸν βαρυνθεὶς τελειοῦται = P h i l a d e l f i a, n. 64.*
*Μελάνιππος πυρὶ τελειοῦται.*
*Παρθαγάπη ἐν τῇ θαλάσσῃ τελειοῦται = A g a p i a e v i r g i n i s, n. 57.*

*Hisce nominibus praemissus non est locus agonis, sed eo die apud Graecos memoria agitur plurimorum martyrum qui Nicomediae sub Maximiano passi sunt* [1]. *Igitur ii saltem quorum in elencho Graecorum nomina indicata sunt, et quibus addendus est C o r i n t h i o n i s seu C a r i t o n i s (n. 60), Nicomedienses merito reputantur.*

**Nicomedia Iulianae, Agapiae virg(inis), Euticiani, Caritonis, Diomedis, Philadelphiae, Leonidis.**

*Quae notanda supersunt, singulis nominibus inferius apponentur. Prius tamen quam ad ea accedimus, afferre iuvat Additamentum Passionis S. Afrae, quod ex hieronymianis excerptum esse constat et variis in codicibus varie traditum est. Unum proferimus exemplum ex codice Parisiensi 5301, saec. X-XI, editum a v. cl. B. Krusch, qui et aliorum codicum recensiones exscripsit* [2] : Eadem vero die apud Urbem alii viginti V passi sunt, id est Quiriacus, Largio, Crescentianus, Ninia, Iuliana, Bionide (*al.* Leonida), Euticianus, Diomada, Carito, Phyladelphus, Agape, Petrus et alii tredecim pro nomine domini nostri Iesu Christi decollati sunt. *Martyribus viae Ostiensis admisti sunt Nicomedienses nonnulli; ceteri, quorum nomina hodie commemorantur, vocabulis a l i i t r e d e c i m comprehenduntur, et universim viginti quinque martyres numerantur, plus minus omnes quotquot in toto laterculo recensentur. Solus in martyrologio frustra requiritur P e t r u s, quem plerique Additamenti codices non omittunt. Plenior aliquando laterculus fuisse, unde nomen Petri exciderit, credendus est. Rei testis est Florus, compendio exprimens, quae legerat in hieronymianis :* VII id. aug. Romae sanctorum Petri, Iulianae cum aliis decem et octo [3]. *Florum secutus est Ado. Usuardus I u l i a n u m scripsit pro Iuliana, assentiente Baronio in martyrologio Romano.*

*55.* NAZARI] *Unum novimus martyrem, qui hoc nomine vocetur, Mediolanensem illum qui colitur 28 iul. Quam ob causam huc advectus sit, ignoro. Ad illum pertinet, ni fallor, erraticum illud M e d i o l a n o, die 7 aug., n. 22.*

*56.* IULIANAE] *In graeco : Ἰουλιανός, (ad n.54). De I u l i a n a Nicomediensi — nescio an eadem — dictum est ad dies 14 et 16 februarii, et 27 iulii.*

*57.* AGAPIAE] *Al. A g a p a e, in Menaeis Παρθαγάπη (supra, ad n. 54), id est παρθένος Ἀγάπη.*

*59.* EUTICIANI] *Εὐτυχιανός, supra, ad n. 54.*

*60.* CORINTHIONIS] *Al. C o r v i t o n i s. In Additamento ad Passionem S. Afrae, C a r i t o, C a r i a t o, C h a r i e t o n* [4]. *In Menaeis, ad diem 3 septembris, legitur elogium : Χαρίτων ἐν λάκκῳ ἀσβέστου βληθεὶς τελειοῦται* [5], *quod adeo simile est iis quae ad n. 54 adduximus ex Menaeis diei 2 septembris, ut ad eundem catalogum pertinere censendum sit.*

*61.* DIOMEDIS] *Διομήδης, supra, ad n. 54.*

*62.* METRODORAE] *Al. M e t r o n a e. Die 10 sept. a Graecis agitur memoria τῶν ἁγίων μαρτύρων αὐταδέλφων καὶ παρθένων Μηνοδώρας, Νυμφοδώρας καὶ Μητροδώρας* [6], *quae passae sunt in Bithynia* [7]. *Cum nihil de sociabus neque de patria in martyrologio indicetur, id tantum retulisse sufficiat.*

*64.* PHILADELFIA] *In graeco Φιλάδελφος. In Additamento Passionis S. Afrae tum F i l a d e l f u s* [8], *tum F i l a d e l f a* [9].

*65.* LEONIDIS] *Λεωνίδης, supra, ad n. 54, ex synaxariis ad diem 2 sept. In iisdem ad 8 aug. fit commemoratio τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Ἐλευθερίου, Λεωνίδου καὶ τῶν νηπίων* [10]. *Unum esse Leonidem suadet idem dies cultus.*

ADDITAMENTA] *P a p i i, M a u r i. De his ad diem 29 ian., in Additamentis. Eorum martyrium narratur in Actis S. Marcelli* [11].

*S i s i n n i i d i a c o n i. De Sisinnio, Aproniano, Saturnino legenda eadem Acta S. Marcelli* [12].

*S e v e r i p r e s b y t e r i Viennensis, cuius Vita edita est* [13].

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : C i v i t a t e A r d i a n i t a. In mentem venit emendatio A r d e a t i n a* [14]. *Sed nullus ex hodiernis martyribus via Ardeatina quievisse traditur.*

*Cod. Taml. : E u t i a n i = Euticiani, n. 59.*
*M e c r o n a e = Metrodorae, n. 62.*

[1] Ibid., p. 8. — [2] *M.G.*, Script. rer. merov., t. III, p. 51-52 ; *Neues Archiv*, t. XXXIII, p. 51-52. Cf. VIELHABER, in *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 58-65. — [3] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 346. — [4] *M.G.*, Scr. rer. merov., t. III, p. 52 ; *Neues Archiv*, t. XXXIII, p. 51. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 12. — [6] Ibid., p. 31. — [7] *BHG*[2]. 1273, c. 2. — [8] *M.G.*, t. c., p. 52. — [9] Cod. Vindob. F i d e l f a m, *Neues Archiv*, t. c., p. 51.— [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 877-878.— [11] *BHL.* 5234, c. 7-9.— [12] *BHL.* 5234, c. 5-9. — [13] *BHL.* 7692. — [14] LAWLOR, *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, t. I, p. 90.

# V ID. AUG.

| I | II |
|---|---|
| In Sirmi natale | In Oriente Firmi |

**Rustici. et Pergamo Crescentionis**

| I | II |
|---|---|
| Tiburtii. in Tuscia Veriani Marcelliani Secundiani Romani Largi Tiberiani | Largi Tiburti Tiberiani Anni |

**Theodori Nomediani Laudici Iuliani [a] Pauli Carpi Primi Xysti Agatopi et aliorum numero XI**

| I | II |
|---|---|
| Sintini Nimidiaci Ladici Iuliani | |

**Felicissimi Carpofori Zmaragdi cum aliis X. in Alexandria sanctorum Antonini et Tonioni Tiburti Valeriani Dionisi Felicis Euticiani Gagi Melchiadis Stefani Urbani Luci**

| I | II |
|---|---|
| Manuni. | Satiri Nimidiani [b] Ladici Iuliani Manon item Policarpi. |

**Romae in cimiterio Calesti via Appia depositio Dionisi episcopi. et in Colonia Tusciae via Aurelia miliario XV Faustiniani Viriani Marcelliani Secundiani Syxti.**

| I | II |
|---|---|
| | et in urbe Lemovix sancti Martini Brivinsi [c]. |

*Addunt codices pleniores :* a) sixti B. — b) romani militis S². — c) et vgł sc̄i laurenti cū ieiunio p(re)veniente B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 5 *add.* nātl sct̄ S | 8. *om.* BSW | 9. p(er)mōni BW ; permoni S | 10. criscentiane B ; criscentianę SW | 22. tibur'tiani B¹ ; tiber(i)iani B² ; tyberiani S | 24. theodore S | 25. nomidiane B ; nomidiane (*partim in ras.*) S ; nomidianę W | 26. laudaci S | 28-29. pulicarpi B ; policarpi SW | 31. sixi B ; xisti S ; syxti W | 32. agatopy S | 35. *om.* E ; numerū S | 36. XII B | 40. *om.* E¹, *add.* E² | 41. felicissemi W | 42. carpofari B ; carpori S ; corpori W | 43. zemeragdi B ; iamragdi S ; iamaragdi W | 45. alis E | 46. *in ras.* S | 48. alāx E ; alexandr̄ B ; *add.* natł S ; nāt W | 49. *om.* E | 51-52. etonion B ; et onion W | 52. annion S | 53. tiburtini BW ; tybortini S | 58. gaci B | 59. melei adisi E ; melciadis SW | 60. tebaci E ; stephani BS | 62. *add.* mamon SW | 64. sanctyri S ; sanctiri W | 65 nicomedia B | 68. *om.* SW (*cf.* 62) | 69. *om.* SW | 70. *add.* scōrum B | 71. rome B ; rom̄ EW | 72-73. *om.* E | 74-76. *om.* SW | 74. caelesti E | 75-77. *om.* E | 80-87. *om.* E | 82-87. nicomedia S | 82. colonī B | 83-87. *om.* W | 87. *add.* natł scōrum S ; nāt scōrum W | 88. faustini BSW ; *sequitur in* E *linea fere tota abrasa* | 89-92. *om.* E | 89. veriani S² | 90. marcellini S¹ ; marcelli(a)ni S² ; marcellini W | 91. *add.* et B | 92. sixti B ; xisti S ; xysti W | 93. *om.* W | 96. *om.* S | 98. martýnī S | 99. brivinsis SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Roma vigilia sancti Laurentii hora nona incipit misa et mediae noctis hora alia qua passio eius fuit et nat. Rustici. — TAML. : Passio Antonii Firmi Rustici Permonii Crescentiani Largi Tiburti Tiberiani Teodori Iuliani Laudaici Primi Policarpi Sixti Nemiodani Iudaci Fintinni et aliorum XI. — MON. : Romae Dionisii papae... eodem die vigilia sancti Laurentii Firmi Rustici. — RICH. : In Syrmio Rustici et in Oriente Crescentiani et Tiburtii in Alexandria Antonini Rome Dionisii episcopi in urbe Lemovicas Martini.

## AUG. 9

*1.* IN SIRMI] *Nomen non urbis sed sancti.* *Sirmi et Firmi passim commutantur ; et in hodierno quoque laterculo pro Sirmi rescribendum est* *Firmi.* *Istum quidem S.* *Firmum* *et* *Rusticum* *eius socium, qui ambo die 9 augusti recoluntur, Veronae civitati tribuerunt hagiographi, iure incerto nec satis constanti. Illic nempe passi feruntur :* Decollati sunt martyres Domini Firmus et Rusticus extra muros civitatis Veronensis super ripam fluminis Athesis sub Maximiano imperatore et Anolino consiliario eius sub die V idus augusti [1]. *Firmus tamen* civis Bergumatis *erat, e qua urbe duo cognati eius advenerunt,* et invenerunt navigium et imposuerunt ibi corpora sanctorum. *At quo illa advexerint, non refertur. Certe, cum Passio primum conscripta est, SS. Firmi et Rustici reliquiae Veronae asservari non credebantur. In Translatione quae deinde ad Passionem adiuncta est, haec leguntur :* post haec igitur beati martyres transvecti sunt in Carthaginiensem provinciam in urbem quae dicitur Precones, ibique reconditi sunt ab angelis [2].

[1] *BHL.* 3020. Cf. F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 919-21. — [2] *BHL.* 3021.

*Inde*

*Inde porro in Istriam transvecti pervenerunt* in oppidum Tregesti. *Illic Anno episcopus Veronensis (750-760) sacras exuvias pretio emit et in urbem suam episcopalem afferri iussit. Reapse in* Versibus de Verona [1], *qui regnante Pippino (781-810) conscripti sunt, legimus hanc civitatem tunc gloriatam fuisse quasi reliquias SS. Firmi et Rustici possideret; eos tamen non habebat ceu martyres indigenas, sed ex Africa advenisse reputabat. Iamvero noti sunt duo martyres Africani, nomine Firmus et Rusticus. Itaque non sine iusta causa interrogari potest num fortasse in prima forma Passionis non Veronae sed alibi locus certaminis constitutus fuerit, Veronam deinde translatus, postquam ipsa sanctorum corpora illuc migrasse credita sint. Ad quaestionem dirimendam, nihil iuvat martyrologii testimonium. Quippe, in codice E, locus nullus indicatus est; quod autem habent codices secundae recensionis et Rich.: in Oriente, ad nostros martyres referri non potest. Argute quidem et eleganter conatus est De Rossi demonstrare quo pacto ex Veronae factum sit in Oriente* [2]. *Sed unde constat hic Veronam nominatam fuisse, siquidem martyrologium ante compositum sit quam nostrorum sanctorum corpora Veronam translata sunt? SS. Firmus et Rusticus nobis iam occurerrunt die 10 martii, adiecto indicio loci Nicomedia, quod sola huc adducere potuit librariorum incuria. Cum Pergamo non absurde coniungi potest nomen in Oriente. Haec tamen dicendi forma a martyrologii stilo aliena est* [3]. *Rem incertam praestat in medio relinquere.*

9. PERGAMO] *Al. Permoni. Hoc loci indicium criticos mire vexavit, qui ad S. Firmum et Rusticum illud rettulerunt et Pergamo voluerunt esse pro Bergomo. Ut enim modo dictum est, alter e duobus sanctis Bergomas fuisse creditus est. Nostra quidem sententia, hagiographus, qui Passionem concinnavit, martyrologio usus est, ubi Pergamo nomine designatam existimavit urbem provinciae Venetae, a Verona non longe distantem. Itaque in animum induxit Firmum Bergomatem facere. Reapse Pergamo hic significata est urbs Asiae minoris a scholastico, qui litterulis suis deceptus est. Is enim cum in nominibus Pauli, Carpi, Agatopi (n. 28, 29, 32), quae Polycarpi et Agapiti legere debebat, agnoscere sibi visus esset Pergami martyres Pauli (al. Papyli), Carpi, Agathonices, nomen Pergamo in margine ascripsit; quod deinde in textum delapsum est, eo loci ubi minime oportebat.*

10. CRESCENTIONIS] *Martyr Romae, in via Tiburtina, cuius natalis agitur die 4 aug., n. 9, ad quem fortasse referendum est n. 11: Tiburti, id est Tiburtina.*

11. TIBURTI] *Etiam n. 21, et ni fallor, n. 19, 22: Tiberiani. Lege: via Tiburtina, in qua requiescunt tum Crescentio, n. 10, tum Romanus, n. 17.*

13. IN TUSCIA] *De loco celebritatis trium martyrum Veriani, Marcelliani, Secundiani, disquisitio fiet inferius, ad n. 82.*

17. ROMANI] *Itinerarium Salisburgense (via Tiburtina):* Longe in spelunca deorsum sanctus Romanus martyr. *Epitome de Locis sanctorum:* ibi Herceneus... Crescentianus, Romanus sunt sepulti [4]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* et ibi prope in altera ecclesia pausant hi martyres : Ciriaca, Romanus, Iustinus, Crescentianus [5]. *Liber pontificalis:* Post passionem beati Xysti, post tertia die, passus est beatus Laurentius eius archidiaconus IIII id. aug. et subdiaconus Claudius et Severus presbyter et Crescentius lector et Romanus ostiarius [6]. *In Passione S. Laurentii non ostiarius sed miles est S. Romanus, depositus die 9 augusti:* Unus de militibus, nomine Romanus, credidit domino Iesu Christo per verba Laurentii... et iussit Decius Caesar ut in ipsa hora capitis subiret sententiam. Et ductus foras muros portae Salariae decollatus est quinto idus augustas. Tunc venit noctu Iustinus presbyter et collegit corpus eius et sepelivit eum in cripta in agro Verano [7].

**<Romae via> Tiburtina Romani.**

18. LARGI] *Martyr in via Ostiensi, cuius natalis fuit pridie. Eiusdem societatis est Smaragdus, n. 43.*

19. TIBERIANI] *Lege quae annotata sunt ad n. 11: Tiburti.*

23. ANNI] *Videtur esse dissyllaba* ANI *disiuncta a nescio quo huius laterculi nomine: Veriani, Marcelliani, Romani, Nomediani, cet.*

24. THEODORI] *Nudum nomen.*

25. NOMEDIANI] *Infra, n. 38: Nimidiaci; n. 65: Nimidiani. Priusquam de nomine agetur, quaedam exponenda sunt de titulo, in quo legebantur nomina pontificum Romanorum aliorumque ignotae sedis episcoporum qui sepulti sunt in coemeterio Callisti. Tabulam posuit Xystus III (432-440), de qua in Libro pontificali:* constituit... platoma in cymiterio Calisti, ubi conmemorans nomina episcoporum [8]. *Lapidem periisse dolemus. Ex ipso autem descripta sunt nomina in sylloge epigraphica Turonensi, ubi statim excipit carmen Damasianum, cuius est initium:* Hic congesta iacet quaeris si turba piorum [9], *quodque adhuc cernitur in crypta maiore pontificum. Nomina sunt haec:* Systi, Dionisii, Cornelii, Felicis, Pontiani, Fabiani, Gai, Eusebii, Melciadis, Stephani, Urbani, Luci, Mannos, Anteros, Numidiani, Ladicei, Iuliani, Policarpi, Optati [10]. *Porro, pleraque haec nomina in hodierno laterculo recensentur:*

| | |
|---|---|
| *Xysti n. 31.* | *Luci n. 62.* |
| *Dionisi n. 55, 78.* | *Manon n. 68 (63).* |
| *Felicis n. 56* | *Anteros n. 37, 64: Satiri.* |
| *Gagi n. 58.* | |
| *Melciadis n. 59.* | *Nomediani n. 25.* |
| *Stefani n. 60.* | *Laudici n. 26, 66.* |

[1] *M. G.*, Poet. Carol., t. I, p. 120-21. — [2] *Roma sott.*, t. II, p. 42. — [3] Cf. Ian. 4, ad n. 10. — [4] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [5] Ibid., p. 179. — [6] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 155. — [7] *BHL.* 4753. — [8] DUCHESNE, t. I, p. 234 ; cf. p. 236. — [9] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 12. — [10] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 66.

*Urbu...*

*Urbani n. 61.* *Iuliani n. 27.*
*Policarpi n. 28, 29, 70.*

*Ex apographo et indiculo hieronymiano, titulum restituit Rossius* [1]. *Quattuor nomina in codicibus nostris desiderantur: Cornelii, Pontiani, Fabiani, Optati, quorum tria priora profert catalogus pontificum qui insertus est laterculo diei 31 dec., n. 48; Pontianus solus est in laterculo diei 10 aug., n. 61. Contra, in apographo omissus est Eutychianus, n. 57. Anteri latere sub vocabulis Satiri (n. 64), Sintini, collatis variis lectionibus, Rossius demonstravit* [2]; *Manuni (n. 63), Manon (n. 68) deducit a Mannus* [3]. *Nomina pontificum Romanorum nullam facessunt difficultatem. Quae de ceteris episcopis: Numidiani, Laudici, Iuliani, Policarpi, Optati reperiri potuerunt tam sedulo collegit Rossius, ut nihil habeamus quod addatur* [4]. *Huc adducenda sunt quae, n. 71-76, solum Dionysium spectare videntur.*

**Romae in cimiterio Callisti via Appia Xysti, Dionisii, Felicis, Euticiani, Gai, Melciadis, Stephani, Urbani, Lucii, Manon, Anteri, Numidiani, Laudicii, Iuliani, Policarpi.**

26. LAUDICI] *De hoc nomine dubium proponit Rossius, sitne commutandum cum Leucii; rem tamen in ancipiti relinquit* [5].

27. IULIANI] *Idem varias de Iuliano affert coniecturas* [6], *quarum summa est episcopum illum alium non esse ab eo qui in itinerario Salisburgensi appellatur* Iulianus papa et martyr *et ad sanctum Xystum quiescebat* [7]. *Eundem in hieronymianis quondam inscriptum fuisse ad diem 4 martii, n. 6, dubium nobis videri suo loco diximus.*

28. PAULI] *Coalescit cum sequenti: Pauli Carpi = Policarpi, n. 70. Ne scribatur Policami, monemur a Rossio* [8]. *Quamquam* POLICAMVS, SABASTIANVS CVRINVS *depicti sunt in pariete coemeterii Callisti* [9].

30. PRIMI] *Solo nomine notus. Ordine vel dignitate primum significari voluit Rossius, et scriptum fuisse in tabula a Xysto III posita: « Horum primus sanctus Xystus* [10]. *» Quod quidem non temere asseruit, sed allatis argumentis, quibus tamen, ut verum fateamur, minime movemur.*

31. XYSTI] *Infra, n. 92: Syxti. Id est Xystus II, cuius natalis fuit 6 aug.*

32. AGATOPI] *Agapitus, qui cum Xysto et Felicissimo (n. 41) commemoratur die 6 aug. Scriptura codicis convenit cum inscriptione graphio ducta in coemeterio Praetextati:*

... AGATOPVS FELICISSIMVS MARTYRES

34. ALIORUM] *Quinam sint illi numero XI, qui recurrunt, n. 44-46: cum aliis X, non perspicio.*

37. SINTINI] *Infra, n. 64: Satiri. Legere ne verearis: Anteri. Supra, ad n. 25.*

38. NIMIDIACI] *Infra, n. 65: Nimidiani, melius, cum n. 25: Nomediani. Huius epitaphium videtur lapis his litteris inscriptus: ΝΟΥΜΙΔ... in coemeterio Callisti repertus* [12]. *Molanus, in additamentis ad Usuardum, pro Numidiano scribendum esse putavit Numidicus. Numidicus quidem, presbyter Carthaginiensis laudatur a S. Cypriano* [13], *non tamen fastis inscriptus est. Molano nihilominus assentitur Baronius, quo auctore in martyrologio Romano habetur:* in Africa commemoratio plurimorum sanctorum martyrum, qui in persecutione Valeriani, hortante eos sancto Numidico, in ignem coniecti martyrii palmam adepti sunt *cet.*

39. LADICI] *Infra, n. 66. Lege: Laudici, n. 26.*

40. IULIANI] *Etiam n. 27, 67.*

41. FELICISSIMI] *Comes individuus S. Agapiti, n. 32.*

42. CARPOFORI] *Martyr Albanus, aug. 8, n. 4.*

43. ZMARAGDI] *Martyr viae Ostiensis, aug. 8, n. 16.*

45. CUM ALIIS] *Supra, ad n. 34.*

48. IN ALEXANDRIA] *Apud Graecos hodie memoria agitur τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντωνίνου. Οὗτος ὁ ἅγιος Ἀλεξανδρεὺς ἦν τὸ γένος...* [14]. *In hoc elogio mentio non est alicuius socii Tonioni. Inter martyres Alexandrinos diei 14 feb., n. 48, est aliquis Tonion, et apud Aegyptios ustitatum est nomen Θώνιος, Θωνίων* [15]. *In hodiernum tamen laterculum inductus fuisse videtur Tonion socordia librariorum, et nomen An*TONI(O)NI *reapse iterari. Superflua igitur est Rossii coniectura, pro Tonion Orion scribendum* [16] *esse; sed delendum vocabulum sanctorum n. 49.*

**in Alexandria Antonini.**

53. TIBURTI] *Cum Valeriano, die 11 aug., n. 8, 9, nuntiatur Tiburtius.*

55. DIONISI] *Nomina octo n. 55-62 sunt pontificum Romanorum, e catalogo Xysti III, supra ad n. 25.*

63. MANUNI] *Al. Manon, n. 68, in praedicto catalogo Mannos. Supra, ad n. 25.*

64. SATIRI] *Supra, n. 37: Sintini.*

65. NIMIDIANI] *Supra, n. 25: Nomediani. Cf. n. 38: Nimidiaci.*

66. LADICI] *Supra, n. 39; n. 26: Laudici.*

67. IULIANI] *Supra, n. 27.*

68. MANON] *Supra, n. 63: Manuni.*

70. POLICARPI] *Supra, n. 28-29: Pauli Carpi.*

71. ROMAE] *Supra, ad n. 25.*

[1] *Roma sott.*, t. II, p. 48. — [2] Ibid., p. 43. — [3] Ibid., p. 227-28. — [4] Ibid., p. 221-29. — [5] Ibid., p. 228-29. — [6] Ibid., pp. 64-65, 226-27. — [7] Ibid., t. I, p. 180. — [8] Ibid., t. II, p. 122. — [9] Ibid., p. 119; expressa in tav. VII. — [10] Ibid., p. 47-48. — [11] DE ROSSI, *Bullettino*, 1863, p. 3-4. — [12] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, pp. 24, 227. — [13] Epist. XL, XLI, XLII, HARTEL, pp. 585-87, 590. — [14] *Synax. Eccl. CP.*, p. 881. — [15] PREISIGKE, *Namenbuch*, p. 144. — [16] *Roma sott.*, t. II, p. 43. Ita quoque V. DE BUCK, in *Études religieuses*, 1868, t. II, p. 291.

*78.* DIONISI] *Supra, n. 55. Eius depositio non hodie, sed 26 dec., n. 22, commemoratur. Neque 9 aug. est anniversaria eiusdem ordinationis dies. Etenim haec incidit in 22 iul. Teste enim catalogo Liberiano sedit* ex die XI kal. aug. [1].

*82.* COLONIA] *Postrema pars laterculi tota quanta nodis horret.* *C o l o n i a T u s c i a e quae fuerit ignoratur, nec lucis quidpiam afferunt notationes locorum quae leguntur in Passione SS. Secundiani, Marcelliani et Veriani* [2]. *Exorditur ista in haec verba:* Sub quinto die idus augusti, in Coloniaco quod appellatur Colonia... maxima persecutio orta est christianis. *Comprehensi martyres* Centumcellas *abducuntur, ubi quaestio instituitur, qua absoluta,* ducti sunt in locum qui appellatur Coloniacum, qui dicitur Colonia, sexagesimo secundo miliario urbis Romae et ibidem decollati sunt. *Tandem:* venit quidam servus Dei nomine Deodatus et collegit corpora... et sepelivit iuxta locum ubi decollati sunt sub die quinto idus augusti. Quorum orationes florent in ecclesia beati Petri Apostoli in civitate Tuscana. *Ex his nominibus sola comperta sunt Centumcellae (Civitavecchia) et civitas Tuscana (Toscanella). Et Centumcellae quidem reapse ad viam Aureliam sitae sunt, miliario tamen circiter XLV°, non LXII°, ubi* *C o l o n i a nulla comparet, nedum C o l o n i a c u s.*

*Huius implicationis duas solutiones excogitavit Rossius* [3], *inter quas ipse anceps haeret. In prima quidem, D i o n i s i u s (n. 78) locum mutare et personam induere iubetur ignoti cuiusdam episcopi Coloniae (Coloniae Agrippinae?), F a u s t i n i a n u s (n. 88) vero expungitur. Quibus ita compositis, legitur:* in Colonia depositio Dionisii episcopi et in Thuscia via Aurelia miliario X(L)V Veriani, Marcelliani, Secundiani. *In altera solutione, Coloniae adiudicatur F a u s t i n i a n u s, qui idem ipse est F a u s t i n u s quem inde a die 6 aug. cottidie obvium habuimus:* Depositio Dionisii episcopi et in Colonia Faustiniani ; in Thuscia via Aurelia miliario X(L)V, Veriani, Marcelliani, Secundiani. *Ex his emendationibus neutra satis probabilis est. D i o n y s i u s quippe liquido agnoscitur esse papa huius nominis. F a u s t i n i a n u s nullam sibi hactenus civitatem vindicavit. De reliquis omnia tam incerta sunt ut quicquid dixeris in coniectura fluctues. SS. Secundiani et sociorum Passio figmentum est, quo nihil putidius hagiographicae litterae ediderunt. Pertinet haec ad farraginem in qua permixtae comperiuntur Acta sanctorum Perusinorum Florentii et Iuliani* [4], *et Perusinorum item Gratiliani et Felini* [5]. *Has omnes fabulas qui finxit, nomina partim expiscatus est e martyrologio hieronymiano. Cum igitur Coloniae Tusciae martyres esse voluerit S e c u n d i a n u m et V e r i a n u m, suspicandi causa est eosdem esse sanctos Albanos, qui pridie annuntiati sunt: S e c u n d u s, al. S e c u n d i n u s (aug. 8, n. 2, 31) et (S e) v e r i a n u s (n. 3, 32).*

*88.* FAUSTINIANI] *Al. F a u s t i n i, supra, aug. 6, n. 16; 7, n. 23; 8, n. 20.*

*92.* SYXTI] *Supra, n. 31: X y s t i.*

*96.* LEMOVIX] *M a r t i n u s martyr, quem teste Gregorio Turonensi, S. Martini Turonensis discipulum fuisse fama ferebat, in Briva Curretia, nunc Brives-la-Gaillarde (dép. Corrèze), quiescebat. Eius basilicam, ab hoste crematam, Ferreolus episcopus Lemovicensis restituit* [6]. *Servabatur eo loco calix, cuius haec erat epigraphe* [7]:

VALENTINIANVS AVGVSTVS DEO ET SANCTO MARTYRI MARTINO BRIVENSI PRO SE SVIS QVE OMNIBVS VOTVM VOVIT ET REDDIDIT

*Si presse accipienda sunt verba* in urbe *Lemovica seu Lemovicas (ut scribit Gregorius Turonensis* [8]), *neque intellegenda de territorio Lemovicensi, non natalis dies S. Martini hodie commemoratur, sed quaedam dedicatio basilicae in urbe episcopali. Lectio L e m o v i x, quae nummis antiquis comprobatur* [9], *servanda est.*

**in urbe Lemovix sancti Martini Brivensis.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: P e r m o n i i = Pergamo, n. 9.*

*I u d a c i = Laudici, n. 26.*

*F i n t i n n i = Sintini, n. 37, immo Anteri.*

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 6. — [2] *BHL.* 7550. — [3] *Roma sott.*, t. II, p. 45-46. — [4] *BHL.* 3052. — [5] *BHL.* 3633, 3634. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, pp. 519, 550-51. — [6] *Hist. Francorum*, VII, 10. Cf. *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 412-13. — [7] LE BLANT, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, 571 A. — [8] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI^e siècle*, p. 523-24. — [9] HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. II, p. 182.

# IV ID. AUG.

| I | II |
|---|---|
| Romae Laurenti diaconi et martyris. et alio loco virorum XI et virginum XIII Cyriaci Largi Crescentiani Menniae Iulianae Zmaragdi. in Aretio Afrae miliario VII vallis Ostensae. item Romae | Romae via Tiburtina in cimiterio eiusdem natale sancti Laurenti archidiaconi. et in via Appia in cimiterio eiusdem |

**Felicissimi et alibi Crescentionis Arcanei Iacinti Ianuari Exsuperati Quirilli Quinti Zemni**

| Quiriaci Eugeni

**Pastoris Lucellae Pontiani Crispinae Innocentiae**

| Terentiae

**Leocippiae**

Cerentiae |

**Sidonae Agapae Cresti**

| Euticie

**Cyriacae**

| item

**Leucippi**

Euticiae |

**Mariae virginis**

et aliorum V | cum aliis VI innocentibus qui una die martyrio coronati sunt item

**Crescentiae Sevi Arcanarei cum aliis XXX quorum nomina Deus habet in libro vitae [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) eodē die depositio sc̄i auctoris ep̄i et c̄f B² *in marg.* ; in epheso natale septem dormientium C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rōm E | 28. rōm E | 29. rome BS ; rōm W | 32-34. *om.* SW | 37. laurentii S² | 43-45. *om.* SW | 49. criscentionis BW | 50. arcarei B ; archanarei SW | 51. iacenti BSW | 52. ianuarii BSW | 53. exuperati SW | 54. cyrilli BSW | 56. gemmini BS ; gemminę W | 60. lucelle B ; lucele S | 61. pontiamini S | 62. crispini B ; crispine S | 64. terrentiae S | 65-72. *om.* S | 65. leucyppi B ; leucippi W | 67. sidore BW | 68. agape B | 69. cristi B | 70. euticii W | 71. cyriace B | 74. *om.* E¹ ; *add.* E² ; *add.* et SW | 76. *add.* dī BSW | 89. *add.* saevi S ; sevi W | 90. *om.* SW | 91. crincentiae S ; criscentię W | 92. *om.* SW | 93. archanarei BW ; arcanerei S | 95. alis E | 96. XXXI B | 97-103. *om.* E | 99. ds BSW | 103. vite S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. sancti Laurentii archidiaconi et in alio loco virorum XI et virginum XIII. TAML. : Laurentii archidiaconi et martiris in Roma et virorum XI et virginum XIII Felicissimi Zefani Crescentionis Arcarei Quirilli Quinti Gemini Agapae Perpetuae Petronillae Crispinae Menellae Mariae Iulianae Innocentiae Terentiae Isiodorae Ostensae Affrae Crescentiae Perpetuae Felicitatis Portiani Cresti et aliorum XXVIII Ciriaci Cirici Exsuperati Eugenii Pastoris Pontiani Largi Leocis Leocipi Sevi Cassiani et aliorum XXX Annae matris Samuelis.— MON. : Archana Rei Felicissimi. — RICH. : Rome natale sancti Laurentii Cyriaci Largi Crescentionis Memmiae Felicissimi et alibi Ianuarii Cyrilli Quinti Gemini Lucilli.

## AUG. 10

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum :* IIII idus aug. Laurenti in Tiburtina. *Kalendarium Carthaginiense :* IIII idus ag. sancti Laurenti. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [1] *:* NAT(*ALE*) PAS(*SIONIS*) S(*AN*)C(*T*)I LAVRENTI

*Sacramentarium Leonianum :* IIII id. aug. natale sancti Laurenti [2]. *Sequuntur missarum formulae quattuordecim. Sacramentarium Gela-*

[1] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [2] FELTOE, p. 94.

*sianum :*

*sianum:* IIII id. augustas in natali eiusdem [sancti Laurentii] [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* IIII idus agustas id est die X mensis agusti natale sancti Laurentii [2]. *Synaxaria Graecorum: τῶν ἁγίων μαρτύρων Λαυρεντίου, Ξύστου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ Ἱππολύτου* [3]. *Itinerarium Salisburgense* (*via Tiburtina*)*:* Postea pervenies ad ecclesiam Sancti Laurentii, ibi sunt magnae basilicae duae in quarum (illa quae speciosior est) pausat. *Epitome de Locis sanctorum:* Et prope eandem viam ecclesia est Sancti Laurentii maior in qua corpus eius primum fuerat humatum, et ibi basilica nova mirae pulchritudinis ubi ipse modo requiescit [4]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Sexta porta et via Tiburtina, quae modo dicitur S. Laurentii. Iuxta hanc viam iacet S. Laurentius in sua ecclesia. *Topographia Einsiedlensis:* in via Tiburtina foris murum in sinistra S. Ypoliti, in dextera S. Laurentii [5]. *De gestis S. Laurentii praecipue legi solent Ambrosius* [6], *Prudentius* [7], *anonymus qui Passionem eius conscripsit in Actis Polychronii et aliorum plerumque insertam* [8]. *Sed maxime attendenda quae refert Liber pontificalis, quoniam ab his minime pendet:* Post passionem beati Xysti, post tertia die, passus est beatus Laurentius eius archidiaconus IIII id. aug. et subdiaconus Claudius et Severus presbiter et Crescentius lector et Romanus ostiarius [9]. *De his plurima notanda forent, quae, ne prolixiores simus, in commodiorem occasionem servare iuvat. Legantur interim quae de hisce scriptis erudite et sapienter digessit P. Franchi de' Cavalieri* [10]. *De basilica seu melius de basilicis S. Laurentii in agro Verano, de quibus saepius in Libro pontificali* [11], *disseruerunt viri doctissimi, quorum placita diligenter expendenda legentibus relinquimus* [12]. *Unum obiter observandum est, dedicationem basilicae sanctorum Xysti, Hippolyti et Laurentii, quae hieronymianis die 2 novembris inscripta est, nequaquam Romae, quemadmodum nonnullis placuit* [13], *celebratam esse, sed Foro Sempronii. Remt etigimus ad 2 feb. et 6 aug. In libris servatum est epigramma Damasianum altari basilicae in via Tiburtina inscriptum:*

VERBERA CARNIFICIS FLAMMAS TORMENTA CATENAS
VINCERE LAVRENTI SOLA FIDES POTVIT
HAEC DAMASVS CVMVLAT SVPPLEX ALTARIA DONIS
MARTYRIS EGREGII SVSPICIENS MERITVM [14]

*Intra muros Urbis est et ecclesia* sancti Laurentii in Damaso, quae alio nomine appellatur in Prasino [15] (*ita codex Virdunensis*) *in qua hunc titulum posuit eiusdem conditor:*

HAEC DAMASVS TIBI CHRISTE DEVS NOVA TECTA DICAVI
LAVRENTI SAEPTVS MARTYRIS AVXILIO [16]

*Est etiam intra muros antiqua basilica* in Lucinis, *in qua Damasus, ann. 366 electus est* [17] *et dicta est* titulus Lucinae, *dein* titulus beati Laurentii martyris [18]. *Hanc restauravit Benedictus p. II* (*684-685*)*:* Hic ecclesiam beati Petri apostoli sed et beati Laurentii martyris qui appellatur Lucinae restauravit [19]. *Ceteras mitto ecclesias, quae annis labentibus, in Urbe non minus triginta S. Laurentio dicatae fuerunt* [20]. *Quot vero toto orbe christianorum in sanctum diaconum veneratio excitare mox coeperit, quis numerabit?*

**Romae via Tiburtina in cimiterio eiusdem natale Laurentii diaconi et martyris.**

7. ALIO LOCO] *Quae leguntur in codice E, a n. 6 ad 19, plana fiunt si conferuntur cum Additamento ad Passionem S. Afrae, de quo disseruimus ad diem 7 aug., n. 24. Attendenda autem est lectio codicis Velseri:* Ipsa quoque die apud eandem urbem (*reapse* Romam, *in plerisque codicibus, in hoc autem:* Augustam) passi sunt alii XXV pro nomine Christi capitis obtruncatione, id est Quiriacus, Largio, Crescentianus, Eutychianus, Charito, Philadelphus, Petrus et feminae istae Nimmia, Iuliana Diomeda, Leonides et Agape et alii XIII quorum nomina Deus scit, per bonam confessionem benedicentes Dominum qui glorificat suos. *In martyrologio hodie soli sex martyres* Vallis Ostensae miliario VII, *quorum natalis est die 8 aug., n. 10-16, nomine designantur, sed*

[1] WILSON, p. 190. Legantur quae ad Capitulare Wirceburgense notat G. MORIN, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 312. — [2] WILSON, p. 94. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 881. — [4] DE ROSSI, *Roma sott.*, p. 178; cf. 139, — [5] Ibid., p. 179. — [6] *De officiis*, I, 41, 204-205. *P. L.*, t. XVI, p. 84-85; *Epist.* XXXVII, 36; *P. L.*, t. XVI, p. 1093. — [7] *Peristeph.* II. — [8] *BHL.* 4753-4759. Adde 4760-4772. — [9] DUCHESNE, t. I, p. 155. Cf. pp. 156, XCVII-XCVIII. — [10] *S. Lorenzo e il supplicio della graticola*, in *Römische Quartalschrift*, t. XIV (1900), p. 159-76; *Assum est versa et manduca*, in *Note agiografiche*, t. V, p. 65-82; *Un recente studio sul luogo del martirio di S. Sisto II*, in *Note agiografiche*, t. VI, p. 147-178. — [11] Praecipue in Sylvestro, Xysto III, Pelagio II, Hadriano, Leone IV, Honorio III. — [12] S. PESARINI, *Contributi alla storia della basilica di San Lorenzo sulla via Tiburtina*, in *Studi Romani*, t. I (1913), p. 37-52; DUCHESNE, *Le sanctuaire de Saint Laurent*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXIX (1921), p. 3-24. — [13] DUCHESNE, t. c., p. 19. — [14] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 82; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 32. — [15] DE ROSSI, *Inscriptiones*, t. c., pp. 134 et 135, ad n.6. Cf. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t.I, p. 213. — [16] DE ROSSI, t. c., p. 134; IHM, t. c., n. 56. De alio epigrammate de S. Laurentio, quod Damaso nullo iure attributum est, DE ROSSI, t. c., p. 151, n. 24. — [17] *Gesta inter Liberium et Felicem*, GUENTHER, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum*, p. 2. Cf. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 214. — [18] Cf. J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 80-84. — [19] DUCHESNE, t. c., p. 363. — [20] HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 280-97.

*et*

*et universim XXV illi quos numeravit hagiographus. Primum nominavit viros et feminas XII, iisque addidit alios XIII, quorum nomina Deus scit. Quod ita in codice nostro exprimi debuisset:* alio loco virorum et virginum XII et aliorum XIII.

*21.* ARETIO] *Die 7 aug., n. 11,* Aritio *est sedes episcopalis S.* Donati; *ibidem in provincia* Retia, *n. 31, locus passionis S.* Afrae *indicatur. Emendanda ergo hodierna lectio, ut habeatur:* in Retia Afrae; *vel supplendum:* in Aretio <Donati, in Retia> Afrae.

*25.* VALLIS] *Ad diem 8 aug., n. 10, monuimus haec vocabula* miliario VII vallis Ostensae *conferenda esse cum lectione* Ostense VII ballistaria *in Depositione martyrum.*

*28.* ROMAE] *Ambigua est sententia codicum alterius recensionis:* in via Appia in cimiterio eiusdem *(n. 40-45), quae vel ad S. Laurentium vel ad S.* Felicissimum *referri potest. Primum falsum esse nemo ignorat. Alterum minus recte dictum, cum Felicissimus, cuius natalis est 6 aug., n. 13, quiescat in coemeterio Praetextati, quod nunquam a Felicissimo appellatum est. Huius autem sancti diaconi mentio interpolata est propter alium S. Xysti diaconum Laurentium.*

*49.* CRESCENTIONIS] *S. Laurentius quoque huc advocavit* Crescentionem, *de quo ad diem 4 aug., n. 9.*

*50.* ARCANEI] *Infra, n. 93:* Arcanarei cum aliis XXX. *Alterutram lectionem probam esse quis sibi persuadeat?*

*51.* IACINTI] *Aug. 4, n. 22. Cf. infra, n. 55.*

*52.* IANUARI] *Quis ille inter tot homonymos?*

*53.* EXSUPERATI] *Lege:* Exsuperanti. *In hoc laterculo producuntur nomina quaedam ex Passione S. Stephani papae:*

| | |
|---|---|
| *53.* Exsuperati | *Exsuperantius, Exsuperia* [1]. |
| *54.* Quirilli | *Cyrillus* [2]. |
| *60.* Lucellae | *Lucilla* [3]. |

*Lucellae nec locus nec dies depositionis notus est. Exsuperantius autem et Cyrillus sepulti sunt* iuxta viam Lat nam miliario primo VII kal. aug.[4].

*55.* QUINTI] *Forsitan* Ia]quinti, *ut aug. 4, n. 32. Supra n. 51:* Iacinti, *sed et moneo martyrem aliquem nomine* Quintum *quievisse* iuxta viam Latinam [5], *ubi Exsuperantius et Quirillus (n. 53, 54) sepulti erant.*

*56.* ZEMNI] *Al.* Gemmini, *quae lectio comptior est et probabilior; probabilis videtur et emendatio* Eugeni *(n. 58).*

*57.* QUIRIACI] *Supra, n. 14:* Cyriaci; *n. 71:* Cyriacae.

*58.* EUGENI] *Ita consonant codices, ut temeraria videatur emendatio, quam tamen indicabo: quoniam martyres nonnulli viae Latinae hodie recensentur (n. 53, 54, 55), de* Eugenia, *cuius ecclesia ibidem erat, sponte subit cogitatio.*

*59.* PASTORIS] *De* Pastore *qui in Passionibus martyrum Romanorum passim occurrit, brevem collegimus syllogen ad diem 25 dec., n. 12. Duplex excogitari potest causa cur hodie commemoretur. Prima est quod in Actis S. Stephani, e quibus nomina quaedam decerpta sunt (n. 53, 54, 60), etiam mentio est* Pastoris, *seu melius tituli Pastoris* [6]. *Altera est eum fortasse a* Pontiano *(n. 61) adductum fuisse. Fertur enim S. Cyrinum in coemeterio Pontiani sepelisse* [7]. *Legi quoque poterunt quae de S.* Pimenio *ad diem 2 dec., n. 3, annotabuntur.*

*60.* LUCELLAE] *Vid. supra, ad n. 53.*

*61.* PONTIANI] *Heri, in indiculo Romanorum pontificum, desiderabatur* Pontianus, *qui extra locum aberrasse videtur.*

*62.* CRISPINAE] *Solo nomine nota.*

*63.* INNOCENTIAE] *Mox mentio erit* VI innocentium, *n. 82, quos cum* Innocentia *casu concurrere vix crediderim.*

*64.* TERENTIAE] *Infra, n. 66:* Cerentiae.

*65.* LEOCIPPIAE] *Infra, n. 73:* Leucippi.

*66.* CERENTIAE] *Supra, n. 64:* Terentiae, *quae proba lectio videtur. Ceterum martyr illa ignota est.*

*67.* SIDONAE] *Nomina martyrum ignotorum sunt, n. 67-70:* Sidonae, Agapae, Cresti, Euticie.

*71.* CYRIACAE] *Supra, n. 14, 57:* Cyriaci.

*73.* LEUCIPPI] *Supra, n. 65:* Leocippiae.

*74.* EUTICIE] *Supra, ad n. 67.*

*75.* MARIAE] *Codices alterius recensionis scribunt:* Mariae virginis Dei, *« ut Deo dicatam fuisse et ex sacrarum aliquarum virginum coetu intelligamus... Sex qui sequuntur anonymi una die coronati innocentes dicuntur, vel quia infantes vel quia virginis et Mariae sociae. Nec aliam nobis lucem invenire vel addere licuit. » Haec nos ex Florentinio* [8]. *Ceterum, silentibus licet monumentis, lectio obscuritatis nihil prae se fert:*

**Mariae virginis Dei cum aliis VI innocentibus qui una die martyrio coronati sunt.**

*91.* CRESCENTIAE] *Nudum nomen, cum his tamen quamdam necessitudinem habens:* Crescentiani, *n. 16;* Crescentionis, *n. 49;* Cerentiae, *n. 66.*

*92.* SEVI] *Lectio vitiosa videtur. Cf. aug. 21, n. 34; 22, n. 35; 26, n. 36.*

*93.* ARCANAREI] *Supra, n. 50:* Arcanei.

*95.* ALIIS XXX] *Ne quid contempsisse videamur quo librorum nostrorum loci obscuriores exigua saltem luce illustrentur, meminisse iuvat* Innocenti cum aliis XXX, *qui die 4 iul., n. 13-16, signatur, cum hodie quoque tum martyrum triginta, tum* Innocentiae *(n. 63) et* innocentum *(n. 83) mentio occurrat.*

ADDITAMENTA] Auctoris *episcopi Mettensis gesta enarravit Paulus diaconus* [9]. *Eius translatio celebrata est die 13 martii.*

**Depositio sancti Auctoris episcopi et confessoris.**

[1] *BHL.* 7845, c. 14, 8. — [2] Ibid., c. 14. — [3] Ibid., c. 11. — [4] Ibid., c. 14. — [5] Ita in Itinerariis. De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180-81. — [6] *BHL.* 7845, c. 3. — [7] *BHL.* 5543, c. 4. — [8] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 746. — [9] *BHL.* 746.

EXCERPTA] Cod. *Taml.*: *Menellae. Cf. Menniae, n. 17, et Lucellae, n. 60.*

*Isiodorae = Sidonae, n. 67.*

*Ostensae non martyris nomen est sed Viae Ostiensis.*

*Terentiae = Cerentiae, n. 66.*

*Portiani = Pontiani, n. 61.*

*Leocis, Leocipi. Utrumque pro uno: Leocippiae, n. 65.*

*Cassiani, aug. 11, n. 26.*

---

# III ID. AUG.

I | II

**Romae via Lavicana inter duos [5] lauros natale Tiburti [a] Valeriani et [10] Caeciliae virginis et ad duas [15] domus iuxta duo clecinas natale [20] sanctae Susannae et**

**passio sancti [25] Cassiani martyris.** |

**Nicopoli passio multorum [30] martyrum quorum nomina Deus scit [35].**

| **et foro Cornili passio sancti [40] Cassiani [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) inter du... lau... $S^2$. — b) et in cameraco nāt sc̄i gaurici coñf W ; ebrocas civitate nat sancti taurini episcopi et confessoris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rome B ; rom̄ EW | 2-6. *om.* ESW (*cf.* 8) | 7. *om.* B ; *add.* scōrum SW | 8. tyburti $S^2$ ; *add.* inter du... lau... $S^2$ | 9-12. *in ras.* $S^2$ | 10. *om.* EW | 11. cecilie B | 12-21. *om.* E | 14-19. *om.* SW | 21. *om.* S | 22. susanne S ; *add.* virign $S^2$ | 32-25. *om.* E | 37-38. *om.* SW | 41. casiani S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. sancti Laurentii. — TAML. : Tiburti et Valeriani Ciciliae Susannae Mariae Munisanae Teclae Cassiani Zefani Cornilii Gauricii episcopi Gairi et aliorum multorum. — MON. : In Nicapoli passio multorum martyrum quorum nomina scripta sunt in libro vitae Romae Tiburtii martyris et Susannae Gaugerici episcopi Radegundae virginis. — RICH. : Rome natale sancti Tiburtii Susannae Valiriani et Caeciliae virginis et Nicopoli passio multorum martyrum et Foro Cornelii passio sancti Cassiani.

## AUG. 11

*1.* ROMAE] *Sacramentarium Gelasianum:* III id. augustas in natali sancti Tiburtii [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* III idus agustas id est XI die mensis agusti natale sancti Tiburtii [2]. *Itinerarium Salisburgense* (*via Lavicana*)*:* Ad Helenam via Campana multi martyres pausant. In aquilone parte ecclesia Helenae primus Tiburtius martyr. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam vero Lavicanam ecclesia est S. Helenae ubi ipsa corpore iacet. Ibi sancti isti dormiunt : Petrus, Marcellinus, Tiburtius... [3]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* via Lavicana dicitur, quae ad beatam Helenam tendit. Ibi sunt prope Petrus, Marcellinus, Tiburtius... [4]. *Liber pontificalis, in Hadriano* (*772-795*)*:* Cimiterium itaque beatorum Petri et Marcellini via Lavicana iuxta basilicam beatae Elene renovavit : et tectum eius, id est sancti Tiburtii et eorundem sanctorum Petri et Marcellini noviter fecit, et gradas eius que descendunt ad eorum sacratissima corpora noviter fecit, quoniam nullus erat iam descensus ad ipsa sancta corpora [5]. *Passio S. Sebastiani:* Ductus est autem [Tiburtius] via Lavicana tertio miliario ab Urbe ; et effundens orationem ad Dominum, uno ictu gladii verberatus abscessit. Et in eodem loco apparente quodam christiano sepultus est ; in quo loco multa beneficia semper praestitit Christus ad laudem nominis sui usque in praesentem diem [6]. *S. Tiburtio Damasus epigramma metricum dedicavit, quod in codicibus, non in lapide, servatum est* [7]*:*

TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
EGREGIVS MARTYR CONTEMPTO PRINCIPE MVNDI
AETHERIS ALTA PETIT CHRISTO COMITANTE BEATVS
HIC TIBI SANCTVS HONOR SEMPER LAVDESQVE MANEBVNT
CARE DEO VT FOVEAS DAMASVM PRECOR ALME TIBVRTI

*Mox ostendetur Tiburtium nullos habuisse socios. In codicibus nostris* laurus *masculini generis*

[1] WILSON, p. 192. — [2] WILSON, p. 95. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [4] Ibid., p. 179. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 500. Cf. ibid., p. 198-99 ; J. P. KIRSCH, *Die Märtyrer der Katakombe « ad duas Lauros » in Rom*, in *Ehrengabe deutscher Wissenschaft dargeboten von katholischen Gelehrten* (Freiburg i. B., 1920), p. 577-601. — [6] *BHL.* 7543, c. 82. — [7] IHM, *Damasi epigr.*, n. 30.

*generis est (cf. v. gr. 9 sept., n. 6). Proinde certa est lectio:*

**Romae via Lavicana inter duos lauros natale Tiburtii.**

*9.* VALERIANI] *Interpolata sunt nomina Valeriani et Caeciliae, ab homine qui legerat Acta S. Caeciliae* [1], *ubi Tiburtius et Valerianus eiusdem socii esse finguntur. Tiburtius iste alius est a cognomine qui via Lavicana colebatur. Sepultus enim erat cum Valeriano in coemeterio Praetextati via Appia, et utriusque festum agitur die 14 aprilis.*

*18.* DUO CLECINAS] *Lege Diocletianas, infra, ad n. 22.*

*22.* SUSANNAE] *Festum sanctae Susannae martyrologio indicitur non in coemeterio, sed intra muros, ad duas domos iuxta Diocletianas. Et re quidem vera Sanctae Susannae ecclesia sita est in Alta Semita (nunc via Venti Settembre), non procul a thermis Diocletiani. Olim vocabatur haec* titulus Gaii [2], *quo nomine subscripserunt huius ecclesiae presbyteri in synodo Romana anni 499* [3]. *Verum in synodo anni 595, scribendo interfuit Rusticus* presbyter tituli S. Susannae [4]. *In Libro pontificali iam non comparet titulus antiquior. Sergius papa (687-701)* per ordinem ascendens a sanctae memoriae Leone pontifice in titulo sanctae Susannae qui et Duas Domos vocatur presbiter ordinatus est [5]. *Hadrianus (772-795)* tectum tituli beate Susanne martyris qui appellatur Duas Domus situm iuxta sanctum Quiriacum... noviter restauravit [6]. *Leo III (795-816)* titulum beate Susanne, ubi et presbiter ordinatus fuerat... in amplum largivit aedificium [7]. *Quantulacumque fides in ceteris omnibus debetur Passioni S. Susannae* [8], *loci tamen indicium genuinum servare potuit:* (Serena Augusta) corpus sanctae Susannae ipsa manibus suis ornavit cum linteaminibus et cum aromatibus et posuit iuxta corpora sanctorum in caemeterio Alexandri in arenario, in crypta iuxta sanctum Alexandrum iuxta civitatem Figlinas tertio idus augustas. Ab eodem die coepit beatus Gaius episcopus in eamdem domum introire, ubi gladio fuerat percussa, et sacrificium domino Deo suo offerre pro commemoratione beatae Susannae populo. Quia domus ad domum beati Gavinii presbyteri iungebatur beati Gaii episcopi, ab eodem tempore iam tale erat signum christianis et statio deputata in Duas Domos, quod est usque in hodiernum diem [9]. *Quae de sepultura Susannae hoc loco attinguntur ansam dedere interrogandi num fortassis haec verba sumpta sint ex antiqua mentione in kalendario Romano inscripta, quo tempore S. Susanna quiesceret* in coemeterio Iordanorum ad S. Alexandrum. *Deinde vero, postquam anno 410 in Gothico tumultu viae Salariae coemeterium derelictum est, S. Susannae cultus inde transferri potuit ad titulum Gaii. Id igitur confirmare censendum est martyrologii breve elogium, quod ad primam operis compaginem pertinere iudicat vir doctus, cuius opinionem referimus* [10]. *Quod autem e peregrinis qui viam Salariam inviserunt, nullus S. Susannam memorat, suspiciosum esse negat, quandoquidem sanctae martyris sepulcrum a Gothis dirutum fuerit. Haec omnia argute et sibi congruenter cogitata sunt. Haud scio an tamen solvendae difficultatis apertiorem viam habeamus in epitaphio Susannae illius his verbis concepto* [11]:

OLIM PRESBYTERI GABINI FILIA FELIX
HIC SVSANNA IACET IN PACE PATRI SOCIATA

*Habes Susannam virginem, habes Gabinium eius patrem: quidni credas tenere te et fontem unde fluxerit Passio Susannae? Cum autem elogium de quo nunc agitur et ipsum videatur e Passione contractum, dubitari sane potest num ad primitivam martyrologii formam illud pertineat. Attamen cum Susannae illius epitaphium perierit, decretoriae sententiae supersedere cautius est. Utcumque se res habet, certo scribendum est:*

**<item Romae> ad Duas Domos iuxta Diocletianas natale sanctae Susannae.**

*26.* CASSIANI] *Natalis dies S. Cassiani Foroceliensis incidit in 13 aug., n. 22. Ceterum recte nuntiatur (n. 36-41):*

**Foro Cornelii passio sancti Cassiani.**

*28.* NICOPOLI] *Breviarium Syriacum:* ἐν Νικοπόλει Παῦλος. *Ad diem 10 iul., n. 155, nuntiati sunt martyres Nicopolitani XLV, quorum nomina quaedam producuntur. Eosdem hodie recurrere iisque annumerandum esse Paulum non negaverim.*

**Nicopoli passio multorum martyrum quorum nomina Deus scit.**

ADDITAMENTA] *Gaurici, lege: Gaugerici, cuius Acta edita sunt* [12].

**in Cameraco natale sancti Gaugerici confessoris.**

*Ebrocas. Est ubi civitas Ebroicensis (Évreux) scribatur Ebroicas* [13]. *Taurini episcopi Acta habemus* [14].

**Ebrocas civitate natale sancti Taurini episcopi et confessoris.**

[1] *BHL.* 1495. — [2] J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 70-74; LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda*, p. 34-40. — [3] *M. G.*, Auct. ant., t. XII, p. 413. — [4] S. GREGORII *Registr.*, V, 57 *a*, EWALD-HARTMANN, p. 367. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 371. Lege ibid., p. 379-380, litteras eiusdem pontificis *dilectissimo filio Iohanni presbytero tituli sanctae virginis et martyris Christi Susannae* marmori inscriptas. — [6] DUCHESNE, t. c., p. 507. — [7] DUCHESNE, t. II, p. 3. — [8] DUCHESNE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVI, p. 33-42. — [9] *BHL.* 7937, c. 6. *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 632. — [10] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche*, t. VII, p. 184-202. — [11] Apud FRANCHI DE' CAVALIERI, t. c., p. 191. — [12] *BHL.* 3286-3289. — [13] HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. I, p. 1403. — [14] *BHL.* 7990-7994.

*EXCERPTA*]

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Munisanae = Susannae, n. 22? Cornilii = <Forum> Cornelii, n. 37. Gairi = Gaugerici, ut supra, Cod. Mon.: Radegundae, cuius natalis incidit in aug. 13.*

---

# PRID. ID. AUG.

I | II

**In Sicilia civitate Cathena sancti Eupli [a] Veraciae Veneriae. et in Syria vico Margaritato natale sanctorum Machari Iuliani ubi multa relegio convenit monachorum.**

| I | II |
|---|---|
| **Romae Cristini et Clarinae Claudi Hilari Iasonis Mauri et militum LXX.** | **Romae sanctorum Crissanti et Darie et qui cum eis passi sunt Cladius Helaria Iason Maurus et milites septuaginta.** |

**in Istria natale sancti Iuliani.**

*Addunt codices pleniores :* a) in syria iuliani et marci E.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 3-5. *om.* E | 4. cathenas S¹W ; cathinas S² ; *add.* natł S ; nāt W | 6. eupoli BSW | 7. veretie B ; vereciae S ; veretiae W | 8. venerie B ; *om.* S | 9. *om.* E | 11. siria W | 12-13. *om.* E | 13. magaroto S ; magarato W | 18-22. *om.* E | 20. regio S | 23. rom̄ E | 34. rome BS ; rom̄ W | 36. crissante S¹ ; crissanti S² | 38. dariae SW | 43. *om.* B¹ ; *add.* B² | 45. claudius W | 47. iasunt S | 51. LXX SW ; *add.* et SW | 52-53. in (i)stria B ; instria S ; in stria W | 52-56. ‘ iulia ni ’ in istria E | 54-55. *om.* E | 56. *add.* cum sociis eorum SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Sicilia nat. Eopli in Siria in vico Margaritato Iuliani et Marci et octavae sancti Sixti. — TAML. : Macarii Iuliani Crisanti Vinciae Agnae Veneriae Clariani et milites LXX Ciciliae Dariae Agathae Iuliani Eupuli Marci Macarii Columbae Clarinae Radicordis et aliorum LXXII. — MON. : Luci Machari. — RICH. : In Sicilia civitate Catena Eupoli Veretiae et Syria Iuliani et Macharii monachi Rom. sanctorum Crisanti Dariae Claudii Mauri.

## AUG. 12

*1.* IN SICILIA] *Capitulare Wirceburgense :* Die XII mensis augusti natale Eupli [1]. *Kalendarium Neapolitanum :*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) EVPLI MARTYRIS [2]

*In martyrologio Euplus sive Euplius [3] iterum comparet die 12 septembris, scilicet consueto lapsu librarii qui pro* II id. aug., II id. sept. *legere sibi visus sit. Erratica quaedam eius nominis mentio occurrit etiam die 2 septembris. Graeca vero synaxaria eum annuntiant die 11 aug. [4]. S. Eupli Acta graeca et latina nuper edita sunt [5], ab archetypo praestantissimo derivata, qui utinam retractatoris manus effugisset. In optima ex his recensionibus, Euplus clerici personam non induit [6]. Alias diaconus appellatur [7], in Actis autem latinis :* beatus Euplus episcopus [8]. *Propius ad verum accedet qui fidelem eum censeat e grege. De Catina, Catane, Κατάνη, ubi martyr passus esse refertur, nullus est ambigendi locus. Forma nominis* Cathena *(n. 4), quam praebent nostri codices, eadem est in Passione latina [9] et aliis locis [10]. Catinae etiam positus olim fuit titulus funebris Nilae Florentinae,* cuius corpus pro foribus martyrorum cum loculo suo per presbyterum humatum est [11]. *Nomine martyrum hic intellegendi sunt S. Agatha et S. Euplus. S. Eupli fama et cultus in Sicilia praesertim increbruerunt. Felici Messanae episcopo S. Gregorius papa copiam fecit dedicandi in ea urbe basilicam* in honore SS. Stephani et Pancratii et Eupli [12]. *Romam quoque attigit illius celebritas. Theodorus papa (642-649)* fecit oratorium beato Euplo martyris foris porta beati Pauli apostoli quem etiam ornavit [13]. *Hadrianus (772-795) :* Porticus quae ducit ad beatum Paulum apostolum a porta una cum ecclesia sancti Eupli usque ad praedictam basilicam sancti Pauli noviter restauravit [14].

**In Sicilia civitate Cathena sancti Eupli.**

[1] MORIN, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 312. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338.— [3] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche*, t. VII, p. 37, n. 2. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 881. — [5] FRANCHI DE' CAVALIERI, t. c., p. 47-54. — [6] Ibid., p. 11. — [7] Ibid., p. 9. — [8] Ibid., p. 52. — [9] Ibid., p. 52.— [10] *Thesaurus linguae latinae, Supplem.*, p. 262. — [11] *C.I.L.* X. 7112. Cf. DE ROSSI, *Bullettino*, 1868, p. 75-76.— [12] *Registr.*, II, 9, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 107. — [13] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 333 ; cf. p. 335 ; t. II, p. 565 ; HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 250. — [14] DUCHESNE, t. I, pp. 508, 520.

*7.* VERACIAE] *Al.* *Veretiae. Mendum si corriges, in vocabulis (ve) retiae veneriae mentionem agnosces quae plenius habetur die 7 aug, n. 31: in Retia <Afrae> veneriae.*

*11.* IN SYRIA] *Eadem contractius infra, n. 52-56, et iterum 25 augusti, n. 4-8: in Syria Iuliani. Haud facile perspicies quid lateat sub ista mentione (n.11-22), in qua coniuncta reperiuntur nomina Macharii et Iuliani martyrum, qui ambo Antiochiae colebantur, et Iulianus quidem in propria basilica, eaque celebratissima (iun. 22, ad n. 1). Ex littera codicum, sollemnitas eorum agebatur in vico Margaritato (al. Margarato). Huius basilicae mentionem fecit Theodoretus, in qua et locum nominat, prope coenobium magnum in vicinia Antiochiae, qui vicus esse potest quem quaerimus. Nempe vitam narrans S. Theodosii refert hunc solitarium episcoporum hortatu Antiochiam migrasse, ubi et monasterium condidit. Post mortem suam magnifica pompa elatus est Theodosius διὰ μέσον τοῦ ἄστεος. Pergit Theodoretus in haec verba: οὕτω φερόμενος εἰς τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων σηκὸν κατατίθεται, Ἰουλιανοῦ τοῦ νικηφόρου τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστοῦ ὁμόσκηνός τε καὶ ὁμορρόφιος γεγονώς. Defuncto Theodosio monasterium rexit Helladius, dein Romulus. Παράκειται δὲ τῷ φροντιστηρίῳ κώμη Μαρατὼ συριστὶ καλουμένη [1]. Ex ipsa narrationis consequentia manifestum est Sancti Iuliani basilicam in Marato sitam non fuisse, siquidem ad illam per mediam urbem sancti corpus efferendum fuit. Qui autem voluerit Μαρατὼ κώμην ipsum esse vicum Margaritato, is dicat etiam necesse est in coenobio quod condidit Theodosius, die 12 augusti festum celebrari solitum esse SS. Macarii et Iuliani, aut ibidem commemorationem factam fuisse praestantis cuiusdam monachi, τοῦ μακαρίου Ἰουλιανοῦ, sive is sit Ἰουλιανὸς Σάββας, ille cuius vitam narravit idem Theodoretus [2], sive quispiam eius cognominis. Cum neutra coniectura satis probabiliter suadeatur, utramque exposuisse sufficiat.*

*13.* MARGARITATO] *Al. Margarato, forsitan Μαρατὼ vicus, prope Antiochiam. Vide n. 11.*

*16.* MACHARI] *Is S. Macarius esse potest, qui non semel cum indicio loci Antiochia coniunctus occurrit. Nisi vox laudis μακάριος Iulianum appellans nomen sancti facta sit. Vide n. 11.*

*17.* IULIANI] *Optio incerta est utrum iste sit Cilix ille martyr, Antiochiae celebratissimus, an monachus aliquis Iulianus nomine, ceterum ignotus. Vide n. 11.*

*23.* ROMAE] *Quo loco sepulti sint SS. Chrysantus et Daria distinctius notum est quam in martyrologio indicatum fuit. Pertinent enim ad coemeterium Thrasonis, via Salaria nova, non secus atque martyres qui die 25 octobris recoluntur, S. Saturninus ille qui 29 novembris, S. Maurus, de quo die 10 decembris. Loca sic notantur in Itinerariis. Itinerarium Salisburgense (via Salaria nova):* in altera ecclesia Daria virgo et martyr pausat et Crisanti martyr. Postea pervenies eadem via ad speluncam ubi S. Hilaria martyr [3]. *Epitome de Locis sanctorum:* In alia quoque ecclesia S. Chrisantus et Daria virgo et LXII martyres... ibi et VII virgines id est S. Saturnina et S. Hilaria... Iuxta eandem viam Salariam S. Silvester requiescit et alii quam plurimi id est S. Caelestinus, S. Potentiana, S. Praxedis, S. Marcellus, S. Crescentianus, S. Maurus [4]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Ibidem in altera ecclesia sunt Crisantus et Daria et Saturninus et Maurus et Iason et mater eorum Hilaria et alii innumerabiles [5]. *Indices oleorum quae collegit Iohannes abbas (Pittacia):* Sanctus Grisantis sanctusque Darias, sanctus Maurus, sanctus Iason et alii sancti multa milia. (*Index*)*:* Sancti Grisanti, sancte Dariae, sancti Mauri, sancti Iason et alii sancti multa milia [6]. *Hodierna mentio non e kalendario sumpta est sed ex Passione SS. Chrysanthi et Dariae, quae graece et latine servata est [7], fabulosa prorsus. Corrivatae sunt in ea memoriae variorum sanctorum, in eadem vicinia sepultorum. Daria facta est uxor Chrysanthi; Claudius tribunus, qui militibus LXX (n. 33) praepositus est, coniugem habet Hilariam, ex qua nati sunt ei Iason et Maurus. De Claudio litterae monumentaque silent. Hilaria in martyrologio nostro memoratur, die 31 decembris (n. 8, 34), inter virgines VII coemeterii Iordanorum. In catalogo reliquiarum ecclesiae Sancti Silvestri, festum eius, congruenter Passioni Chrysanthi et Dariae, indicitur in diem 19 martii [8]. Iasonem memorant documenta topographica. De ceteris martyribus exponendum erit, ad proprium cuiusque diem. Passionem legit Gregorius Turonensis et ex ea nonnihil ornatius rettulit postremam narratiunculam de infinita populi multitudine, quae in natali martyrum, ad eorum memoriam congregata, iubente imperatore, in crypta vivens sepulta fuerit [9]. Si Gregorio fides sit, Damasus papa* versibus decoravit locum. *Scilicet meminit vir bonus tituli qui in ecclesia SS. Chrysanthi et Dariae olim exstitit [10]:*

SANCTORVM QVICVMQVE LEGIS VENERARE SEPVLCHRVM
NOMINA NEC NVMERVM POTVIT RETINERE VETVSTAS
ORNAVIT DAMASVS TVMVLVM COGNOSCITE RECTOR
PRO REDITV CLERI CHRISTO PRAESTANTE TRIVMPHANS
MARTYRIBVS SANCTIS REDDIT SVA VOTA SACERDOS

*Hist. Relig.*, X, SCHULTZE, p. 1199. — [2] *Hist. relig.*, II. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [4] Ibid. Notat DE ROSSI verba (*in alia - martyres*) alia manu addita esse. — [5] Ibid., p. 177.— [6] Ibid., p. 176. — [7] *BHG*[2]. 313 ; *BHL.* 1787. — [8] MAI, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, p. 57. — [9] *In gloria martyrum*, c. 27. — [10] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 100 ; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 42.

*Nisi*

*Nisi potius memoriam eius delusit alter hice titulus, qui etiam positus fuit via Salaria nova:*

(*BEATISSI*)MORVM MARTYRVM CVLTOR DAMASVS
EPISCOPVS SERVVS DEI [1]

*Neque improbabile est a Gregorio significatam fuisse inscriptionem istam, quae certe in tumulo SS. Chrysanthi et Dariae insculpta fuerat et in solis codicibus servata est:*

HIC VOTIS PARIBVS TVMVLVM DVO NOMINA SERVANT
CHRYSANTI DARIAE NVNC VENERANDVS HONOR
EFFERA QVEM RABIES NEGLECTO IVRE SEPVLCHRI
SANCTORVM IN TVMVLOS PRAEDA FVRENTIS ERAT
PAVPERIS EX CENSV MELIVS NVNC ISTA RESVRGVNT
DIVITE SED VOTO PLVS PLACITVRA DEO
PLANGE TVVM GENS SAEVA NEFAS PERIERE FVRORES
CREVIT IN HIS TEMPLIS PER TVA DAMNA DECVS [2]

*Convenit hodie inter omnes fieri non potuisse ut Damasus hanc inscriptionem conciperet, quae saeculo VI, post bellum Gothicum, incisa fuit* [3]. *Hadrianus papa (772-795)* basilicam sancti Saturnini in praedicta via Salaria posita una cum cymiterio sanctorum Crisanti et Dariae renovavit atque cimiterium sanctae Hilariae innovavit [4]. *De codicum nostrorum lectione dubitari non potest:*

**Romae sanctorum Crisanti et Dariae et qui cum eis passi sunt Claudius, Hilaria, Iason, Maurus et milites LXX.**

*In Passione unde hoc elogium contractum est dies depositionis martyrum non indicatus est; nec liquido constat hunc diem reapse fuisse 12 augusti, etsi vetustis Mozarabum kalendariis quadantenus confirmatur, ubi Chrysanthus et Daria modo die 12 modo 13 coniunctim annuntiantur* [5]. *In commentario de translatione* in novum monasterium *anno 844, dies 25 octobris notatus est:* memorata die translata sunt sanctorum corpora et ab episcopo Thegauberto admodum religiose VIII kalendarum novembrium, videlicet passionis eorum die, in loco quo nunc venerantur, tumulata [6]. *In martyrologio quidem nostro, die 25 octobris, ambo martyres omittuntur, sed alias identidem comparent. De istis mentionibus, collectis omnibus indiciis, data opera inquiremus die 20 decembris. SS. Chrysanthus et Daria locum obtinent in gemina martyrum pompa, quae opere musivo in ecclesia S. Apollinaris Novi Ravennae depicta est.*

*24.* CRISTINI] = *C r i s s a n t i, n. 36, Chrysanthi.*

*26.* CLARINAE] *Scriptum fuerit Darinae = D a r i e, n. 38.*

*28.* HILARI] = *H e l a r i a, n. 46.*

*45.* CLADIUS] = *C l a u d i, n. 27.*

*53.* IN ISTRIA] *Mendum est. Lege: i n  S y r i a* [7]. *Paucis iteratur S. Iuliani mentio quae supra habita est, n. 10-22:*

**in Syria natale sancti Iuliani.**

ADDITAMENTA] *M a r c i, in codicibus E et Cambr. loco M a c h a r i, n. 16, scriptum est.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: V i n c i a e = Veraciae, n. 7.*

*A g n a e, ni fallor Afrae. Vid. n. 7.*

*C l a r i a n i = Clarinae, n. 26, seu Darinae, id est Dariae.*

[1] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 103; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 45. — [2] DE ROSSI, t. c., p. 84; IHM, t. c., n. 87. — [3] DE ROSSI, *Bullettino*, 1873, p. 86; 1880, p. 38; 1882, n. 59; *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, pp. 84, 87, 116, 135; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 294. — [4] DUCHESNE, t. c., p. 509. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 474-75. — [6] *BHL.* 1793, n. 4. — [7] Iulianum, in Istria passum, e fastis tollendum esse iam monuimus in *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 384-85.

ID.

# ID. AUG.

I | II

**Romae via Tiburtina Hyppoliti martyris. et in via Appia Calesti sanctorum Pontiani episcopi Luciani item Calesti. et in foro Cornilii sancti Cassiani. Sinnada Frigiae sancti Antonini episcopi. Lugduno Galliae Antiochi episcopi [a].**

**et Pictavis civitate sanctae Radegundae reginae de monasterio sanctae Crucis quem ipsa construxit.**

*Addunt codices pleniores :* a) lugduno gallea natł sc̄i anoceti ep̄i S ; lugduno galł nāt sc̄i anoci ep̄i W ; ebrocas civitate natalis sancti laudulfi episcopi et confessoris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. rome BS | 2-3. *om.* ESW | 3. *add.* natł scōrum S ; nāt scōrum W | 4. eppoliti B ; ypoliti S ; epoliti W | 5-11. *om.* E | 6-11. *om.* SW | 12. ponciani W | 14. *sup. ras.* B | 15-19. *om.* SW | 15. *om.* E | 16. caelestis E | 17-21. *om.* E | 20. cornili S | 21. *om.* SW | 22. *add.* calesti cum sociis eorum S ; cum sociis eorum W | 23. sinda S ; *om.* E | 24. frigia E ; frigie B | 25. *om.* E | 25-29. *om.* SW | 26. anthioci B | 27. *om.* E | 29. *om.* E ; galł B ; natł sc̄i S ; nāt sc̄i W | 30. anoci B ; anthioci W | 33. pectavis SW | 34. *add.* depositio S ; dēp W | 35. sc̄e B | 36. radegunde SW | 37. regine S | 38-44. *om.* SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Nat. Ippoliti martiris et Pontiani episcopi et in Pectavis civitate depositio sanctae Radaegundae. — Taml. : Hipoliti Pontiani episcopi Luciani Antici Cornilii Calisti Ipolissi et aliorum II. — Mon. : Alibi Antioci Celesti. — Rich. : Rom. Yppoliti martyris Pontiani episcopi Luciani Calisti Epictavis Radegundis reginae alibi Antiochi episcopi.

## AUG. 13

*1.* romae] *Depositio martyrum :* Idus aug. Ypoliti in Tiburtina et Pontiani in Callisti. *Kalendarium Carthaginiense :* Idus ag. sancti Hippolyti. *Kalendarium lapideum Neapolitanum :*

NAT(*ALE*) PAS(*SIONIS*) S(*AN*)C(*T*)I VPPOLITI [1].

*Sacramentarium Leonianum :* Idus aug. natale sanctorum Ypoliti et Pontiani [2]. *Sacramentarium Gelasianum :* Id. augustas in natali sancti Ypoliti [3]. *Sacramentarium Gregorianum :* Idus agustas id est XIII die mensis agusti natale sancti Yppoliti [4]. *Catalogus Liberianus :* Fuit temporibus Alexandri a consulatu Pompeiani et Pelignianі [231]. Eo tempore Pontianus episcopus et Yppolitus presbyter exoles sunt deportati in Sardinia in insula nociva Severo et Quintiano cons. [235]. In eadem insula discinctus est IIII kal. oct. et loco eius ordinatus est Antheros XI kal. dec. [5]. *Liber pontificalis :* In eadem insula adflictus, maceratus fustibus, defunctus est III kal. novemb... quem beatus Fabianus adduxit cum clero per navem et sepelivit in cymiterio Calisti via Appia [6]. *Catalogi sententia :* discinctus est IIII kal. oct., *qua se abdicasse a pontificatu* P o n t i a n u s *significatur, male immutata est ita :* defunctus est III kal. nov., *vel ut habent alii codices :* IIII kal. nov. [7]. *Sed quaecumque tandem fuit dies qua vitam finivit Pontianus, haud ambiguum est hoc die 13 augusti festum anniversarium agi reditus corporum sacrorum* P o n t i a n i *et* H i p p o l y t i *e Sardinia, seu pressius commemorationem depositionis reliquiarum eorumdem. In coemeterio Callisti repperit Rossius inscriptionem recenti adhuc calce exaratam, quam eiusdem aetatis esse censet ac ipsa translatio :* εν θεω μετα παντων ... Ποντιανε ζησης [8]. *Non ipsi Rossio sed alteri nuper contigit* P o n t i a n i *epitaphium invenire :*

*ΠΟΝΤΙΑΝΟϹ ΕΠΙϹΚοπος ΜαΡΤυρ* [9].

*Itaque Pontiani memoriae parce quidem sed satis perspicue provisum est. De* H i p p o l y t o *quaestio intricatior est. Monumentorum non una vox est de dignitate qua martyr viae Tiburtinae reapse insignitus fuit. Cum Catalogo Liberiano presbyteri nomen ei ascripsit Damasus* [10]*:*

HIPPOLYTVS FERTVR PREMERENT CVM IVSSA TYRANNI
PRESBYTER IN SCISMA SEMPER MANSISSE NOVATI
TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
DEVOTVS CHRISTO PETERET CVM REGNA PIORVM
QVAESISSET POPVLVS VBINAM PROCEDERE POSSET
CATHOLICAM DIXISSE FIDEM SEQVERENTVR VT OMNES
SIC NOSTER MERVIT CONFESSVS MARTYR VT ESSET
HAEC AVDITA REFERT DAMASVS PROBAT OMNIA CHRISTVS

[1] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [2] Feltoe, p. 100. — [3] Wilson, p. 192. — [4] Wilson, p. 95. — [5] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, p. 4. — [6] Duchesne, t. c., p. 145. Cf. ibid., pp. 146, xciv-xcv. — [7] Ibid., p. 64. — [8] *Roma sott.*, t. II, pp. 73, 80.— [9] Wilpert, *Die Papstgräber und die Cäciliengruft*, p. 17-18, Taf. II. Cf. Marucchi, in *Nuovo bullettino*, 1909, p. 35-50 ; H. Delehaye, *Sanctus*, p. 174-75. — [10] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 82 ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 37. Cf. De Rossi, *Bullettino*, 1881, p. 26-55.

*Damasi*

*Damasi auctoritatem sequitur, qui inscriptionem certe legerat* [1] *Prudentius:*

> Invenio Hippolytum, qui quondam schisma [Novati
> presbyter attigerat nostra sequenda negans [2].

*Sedentis Hippolyti statuae, via Tiburtina repertae* [3], *insculptus est indiculus librorum quos confecerat. Unde pro certo affirmatur non alium esse a martyre insignem scriptorem. Militem quidem eum fingit Passio S. Hippolyti, quae Acta S. Laurentii subsequitur* [4], *sed nullum prorsus momentum in commenticia illa fabula reponendum est. Sunt et scriptores qui episcopum eum fuisse velint, inter quos Eusebius* [5] *et Hieronymus* [6]*; cui tamen ecclesiae praefectus fuerit, se nescire fatentur. Gelasii papae iudicio Hippolytus erat* episcopus et martyr Arabum metropolis [7]. *Alii Romanam cathedram illi assignant* [8], *Portus Romani sedem Chronicon Alexandrinum:* Ἱππόλυτος τοίνυν ὁ τῆς εὐσεβείας μάρτυς, ἐπίσκοπος γεγονὼς τοῦ καλουμένου Πόρτου πλησίον τῆς Ῥώμης [9]. *Hanc auctoritatem sectatus et enixe tuitus est Mommsenus* [10]. *Certum quidem est, quod ad dies aug. 21, 22, 23 et sept. 11 palam fiet, martyrem Hippolytum quendam in Portu Romano commemoratum fuisse. Hunc unum eumdemque fuisse qui via Tiburtina colebatur, haud improbabilis est coniectura, minime vero episcopum Portuensem eum fuisse. Non desunt enim rationes quae Mommseni sententiam labefactare videntur, ne dicam funditus tollere. Nusquam enim episcopi titulum Hippolyto assertum legimus in scriptis hagiographorum Portuensibus Ostiensibusve* [11]. *Accedit quod mirum omnino fuisset Hippolytum Sardinia reducem in coemeterium Romanum inductum fuisse, dum proxima est civitas cuius ecclesiae praefuerit* [12]. *Aliud tamen negotium est Portuensem Hippolytum non fuisse episcopum, aliud vero illum ipsum esse qui Pontiani in exsilio comes fuerit. Hagiographi suburbicarii, quos modo allegavimus, ita scribunt de Hippolyto ut sepulturae locum se ignorare minime occultent. Portuenses Hippolyti reliquias monumenta non memorant praeter unum recens omnino. Alium tamen a Romano Portuensem esse Hippolytum opinio est virorum summae eruditionis, quorum praecipuus est L. Duchesne* [13]. *Verum enimvero, non tanti ponderis rationes allatae videntur ut aliter sentire non liceat, eundemque Romanum Hippolytum in Portu insigni honore cultum firmiter tenere. Qua de re sermo erit ad diem 23 augusti. Testem habemus Prudentium, celebratissimum fuisse hisce temporibus S. Hippolyti cultum* [14]. *Romae saec. IV exeunte exstructam fuisse memoriam S. Hippolyti in vico Patricio patefacit haec inscriptio, quae Siricii papae temporibus (384-398) vix recentior esse potest:*

> OMNIA QVAE VIDENTVR A MEMORIA
> SANCTI MARTYRIS YPPOLITI VSQVE HVC
> SVRGERE TECTA ILICIVS PRESB. SVMITV
> PROPIO [15] FECIT [16]

*Sequiore aetate exstructa est ecclesia S. Hippolyti* in regione Trivii non longe a Sanctis Apostolis [17].

**Romae via Tiburtina Hippolyti martyris et in via Appia <in cimiterio> Callisti Pontiani.**

*11.* SANCTORUM] *Lege:* s a n c t i. *Nulla enim* L u c i a n o, *n. 14, quisquis ille est, cum Hippolyto et Pontiano necessitudo est.*

*14.* LUCIANI] *Dubito num scribere expediat* L u c i [18]. *Utique Lucius, cuius memoria agitur mart. 4, cum Pontiano in coemeterio Callisti quiescebat. Sed et alii pontifices iacebant in eodem loco, nec apparet ratio cur unus prae ceteris hodie nominetur. Nec magis placet coniectura de* L u c i a n o *diacono* [19], *quem socium S.* U r b a n i *fingunt hagiographi. Fuit quidem via Appia sepultus, non autem in Callisti, nec mense augusto sed die 21 maii,* in crypta in coemeterio Praetextati XII kalendas iunii [20].

*16.* CALESTI] = *Coemeterium* C a l l i s t i, *ut n. 10.*

*20.* FORO CORNILII] *Oppidum* F o r u m C o r n e l i i, *via Aemilia, nunc Imola, gloriatur passione S.* C a s s i a n i, *cuius laudes cecinit Prudentius* [21]*:*

> Sylla Forum statuit Cornelius; hoc Itali urbem
> vocant ab ipso conditoris nomine *cet.*

*Huius carmine usus est qui Gesta S. Cassiani conscripsit* [22]. *De S. Petro Chrysologo haec refert Agnellus:* Cognovit autem post hec beatissimus Petrus per Spiritum finem vite sue. Ivit ad Corneliensem ecclesiam et ingressus infra basilicam beati Casiani obtulit munera id est cratere aureo uno et patere argentea altera et diademata aurea magna preciosissimis gemmis ornata. Haec omnia a sancti Casiani corpore imbuit positaque super aram illius ecclesie, et stans super cripidinem iuxta altare, expensis manibus benedixit cunctam

[1] De Rossi, *Bullettino*, 1881, p. 42-53. — [2] *Peristeph.*, XI, 19, 20. — [3] Marucchi, *I monumenti del museo cristiano Pio-Lateranense*, tav. XL, XLI. — [4] *BHL.* 3961. — [5] *Hist. eccl.*, VI, 20. — [6] *De viris illustribus*, LXI. — [7] Thiel, *Epistulae romanorum pontificum*, p. 545. — [8] De his quae scripsisse fertur Apollinaris Laodicenus: Ἱππόλυτος ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Ῥώμης, De Rossi, *Bullettino*, 1881, p. 29, n. 3. — [9] Dindorf, t. I, p. 12. — [10] *M. G.*, Auct. antiq., t. I, p. 85, n. 1. — [11] *BHL.* 1722, 1723, 800-813. — [12] Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 114-16. — [13] *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 145-46; t. II, p. 40; *Histoire ancienne de l'Église*, t. I, p. 622. — [14] *Peristeph.*, XI, 195-246. — [15] Lege: *sumptu proprio.* — [16] De Rossi, *Bullettino*, 1867, p. 57; Marucchi, *I monumenti del museo cristiano Lateranense*, tav. XLV. Cf. Huelsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 263. — [17] Huelsen, t. c., p. 262. — [18] J. P. Kirsch, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 29-30. — [19] Urbain, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde zu Rom*, p. 182. — [20] *BHL.* 8372, c. 9. — [21] *Peristeph.*, IX. Cf. P. Franchi de' Cavalieri, *Nuove note agiografiche*, p. 68-70; *Hagiographica*, p. 131-33. De Foro Cornelii, Weiss in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie*, t. VII, p. 66. — [22] *BHL.* 1626. Cf. Lanzoni, *Le Leggende di San Cassiano d'Imola*, in *Romagna*, 1913, pp. 56, 103, 173, cet.; *Didaskaleion*, 1925, p. 1-44.

cunctam plebem... conversus ad aram beati Cassiani ait: Deprecor te, beate Cassiane, intercede pro me. Tue domui quasi vernaculus fui, a Corneli(o) istius sedis in hanc ecclesiam gremio nutritus.... Hec et huius similia dum diceret, quasi qui eructuans, ovans et exultans, flentibus cunctis qui aderant, reddidit spiritum III non. decembris [1]. *Romae Symmachus p. (498-514)* fecit ... confessionem sancti Cassiani et sanctorum Proti et Yacinti [2]; *Leo III (795-816)* in monasterio sancti Cassiani qui ponitur iuxta sanctum Laurentium foris murum fecit canistrum ex argento [3]. *In libro Notitiae sanctorum Mediolani enumerantur ecclesiae S. Cassiano dicatae, quarum haec summa est:* In Mediolani diocesi sunt ecclesie XIIII et altare I sancti Cassiani [4].

**in Foro Cornelii sancti Cassiani.**

*23.* SINNADA] *Breviarium Syriacum: ἐν Συννάδοις τῆς Φρυγίας Ἀντωνῖνος. In codicibus BSW loco Antonini scriptum est Anthiochi. Error est librarii qui prae oculis habebat nomen Antiochi, episcopi Lugdunensis, n. 30. De Antonino nihil in monumentis traditum est. Episcopum eum fuisse in syriaco quidem non exprimitur; non ideo tamen negandum.*

**Sinnada Frigiae sancti Antonini episcopi.**

*28.* LUGDUNO] *In Vita S. Iusti episcopi mentio est S. Antiochi, qui tunc erat presbyter Lugdunensis [5]. Eius memoriam ab idibus augusti ad idus octobris transtulit Ado Viennensis additque, quod notatu dignum est:* Sepultus est in ecclesia Machabaeorum in qua et sanctus Iustus tumulatus est.

**Luguduno Galliae Antiochi episcopi.**

*33.* PICTAVIS] *Gregorius Turonensis:* Eo anno [*587*] beatissima Radegundis ab hoc mundo migravit... Obiit autem mense sexto, tertia decima die mensis, sepulta post triduum [6]. *Vita Radegundis auct. Baudonivia:* Gloriosus transitus eius sic contigit: quarta feria mane primo idus agustas, quod fecit idem mensis dies 13, clausi sunt eius oculi et obscurati sunt nostri [7]. *Eiusdem Vitam auctore Fortunato nemo non novit* [8].

**Pictavis civitate sanctae Radegundae reginae in monasterio sanctae Crucis quem ipsa construxit.**

ADDITAMENTA] *Anoceti, al. Anoci = Antiochi, n. 30.*

*Laudulfi. Eius nomen est in serie episcoporum Ebroicensium [9]. Sed praeter ea quae in libello Inventionis et Miraculorum S. Taurini de Laudulfo scripta sunt [10], eius gesta ignorantur [11]. Scribendum: Ebrocas, ut ad diem 11 aug.*

**Ebrocas civitate natalis sancti Laudulfi episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Antici = Antiochi, n. 30; cf. n. 26.*

[1] TESTI RASPONI, *Codex pontificalis ecclesiae Ravennatis*, p. 152-53. — [2] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 261. — [3] Ibid., t. II, p. 23. — [4] M. MAGISTRETTI - U. MONNERET DE VILLARD, *Liber notitiae sanctorum Mediolani*, p. 88-90. — [5] *BHL.* 4599, c. 5; 4600, c. 8. — [6] *Hist. Franc.*, IX, 2. — [7] *BHL.* 7049, c. 21. — [8] *BHL.* 7048. — [9] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², pp. 225, 227-28. — [10] *BHL.* 7992. — [11] *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 96.

# XIX KAL. SEPT.

I | II

**Gendara Syriae**

| **natale Furtunati. in Africa**

**Demetri.**

**Aquileia Felicis Furtunatae** | **et alibi**

**Eutici Beriniae Pauli Eracli Possesoris Parmi Dissei Hermae Prospolini [a] Prosalami item Heracli cum tribus**

| **et in Aquileia**

**Felicis Furtunati Vincentiae et Vindera Seri Eusebii tituli conditoris item Prospolini.**

*Addunt codices pleniores :* a) et vigł sc̄e marie B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. in siria E ; sirie B | 3. *add.* sc̄i SW | 6. āff W ; *add.* natale scōrum SW | 7. dimetri W | 13. euthici S | 14. hermie B ; *om.* SW (*cf.* 22) | 16. heracli BSW | 17. possessori SW | 20. herme B | 21. prospolmi SW | 22. psalami S ; *add.* bermeae S ; bermię W | 23. *om.* SW | 24. eracli B ; baracli S | 29. *add.* sc̄i B ; natł scōrum S ; nāt scōrum W | 30. *om.* E[1] ; *add.* E[2] | 31. furtunate S ; *om.* W | 32. vincentie B | 33. *om.* SW | 34-35. vinderaseri B ; underasiri S ; vindara syriae W ; *add.* natł scōrū S ; nāt scōrum W | 36. eusebi ESW | 38. c̄di-toris S | 39-40. *om.* SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Siria nat. Demetri et in Aquileia Felicis Fortunati et Romae nat. sancti Eusebi et Vincentiae. — Taml. : Assumptio Mariae virginis Fortunati Dimetri Felicis Euticii Fortunae Iulianae Bermiae Pauli Eracli Dissi Parini Possessoris Prosalm bis Sinlaiae Vincentiae et aliorum III. — Mon. : In Africa natalis sancti Demetrii in Aquileia natalis sanctorum Felicis Furtunati Romae sancti Eusebii presbyteri. — Rich. : In Syria Demetrii Furtunati et in Quileia Felicis Eutici Pauli Eracli Possessoris Rome sancti Eusebii presbyteri. — Cod. Sangall. 915 : in Sirmio Demetrii.

## AUG. 14

1. gendara] *Notus est in Syria vicus nomine Γίνδαρος*[1]*; sed quis sanctus hodie Gindari colatur, non liquet. Breviarium Syriacum, ad hunc diem: ἐν Ἀντιοχείᾳ Βαραλαᾶ. Huius nominis umbram in* P r o s a l a m i *(n. 22),* P s a l a m i *(cod. S) aliisve monstris agnosci posse non prorsus improbabile censet Duchesne*[2]*. Gindarus parum distat ab Antiochia, nomine tamen suo semper appellatur. Dubitanter igitur, donec certiora indicia aderunt, lectio recipiatur :*

**Gendara Syriae Barlaam.**

*De martyre Barlaam, plura ad diem 18 novembris*[3].

4. furtunati] *Martyr hic Aquileiensis est (infra, n. 10, 31). Itaque a* G e n d a r a *seiungendus.*

6. in africa] *In hodierno laterculo, nullus Africanus certo agnoscitur. Seclusis iis de quibus aliquid probabile resciscere poterimus, non supererunt nisi aliquot nomina prope inania.*

7. demetri] *In prima editione nomen hoc coniungitur cum* G e n d a r a  S y r i a e, *contra omnem speciem veri. Longe potior videtur lectio breviarii Sangallensis 915*[4]*:* in Sirmio Demetri. *Mire consonat breviarium Syriacum ad diem 9 aprilis: Ἐν Σιρμίῳ Δημήτριος. Profecto, ante* D e m e t r i *nomen deleta est vox* S i r m i, *a librario qui eam ex* S i r i e *otiose repetitam credidit.*

[1] Honigmann, *Historische Topographie von Nordsyrien im Altertum*, in *Zeitschrift des deutschen Palaestina-Vereins*, t. XLVI, p. 192. — [2] « Gindaros, localité syrienne assez rapprochée d'Antioche. Elle est mentionnée comme *πόλις* par Strabon et Ptolémée, et elle eut d'abord un évêque, lequel siégea au concile de Nicée en 325. Plus tard cet évêché disparut ; il ne figure pas dans les notices épiscopales du patriarcat. Au temps de Malala, Gindaros n'était plus qu'une *κωμόπολις* ; son plus haut dignitaire ecclésiastique était un *περιοδευτής* (*Mal.* pp. 42, 188). Eu égard à la proximité d'Antioche, il y a lieu de croire qu'elle fut comprise dans le ressort épiscopal de la métropole. On s'expliquerait qu'une fête de Gindaros ait pu être indiquée tantôt sous le nom de cette localité, tantôt sous celui d'Antioche. Du reste la mention d'Antioche dans le syriaque pourrait bien appartenir à la catégorie des retouches antiochéniennes dont témoigne l'abrégé syriaque, tandis que la leçon *Gindara Syriae* représenterait la leçon primitive. » L. D. — [3] Interea, lege *Anal. Boll.*, t. XXII, p. 129-45. — [4] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xxx], n. 24.

8. AQUILEIA] *Die 12 iul., ad n. 8, legimus Venantium Fortunatum :*

> Felicem meritis Vicetia laeta refundit
> et Fortunatum fert Aquileia suum [1].

*Mutandus ergo in laterculo ordo vocabulorum (n. 8, 9, 29-32), et ita scribendum :*

**in Aquileia Furtunati, Vicetiae Felicis.**

*Edita est Passio qua Felix et Fortunatus,* germani fratres, *Aquileiae passi dicuntur, die 14 maii. Dein :* Nocte autem venerunt viri religiosi civitatis, cum linteaminibus mundis et aromatibus et condierunt corpora eorum occulte et supervenerunt ibidem provinciales eorum civitatis Vicentiae volentes corpora eorum ad suam patriam perducere, sed cives Aquilegienses non eos permittebant. Et... ex Dei nutu hoc inter se ordinaverunt ut unum tenerent apud semetipsos et alium memoratae civitatis Vicentiae civibus relinquerent [2]. *Eodem die, 14 maii, kalendario Ambrosiano inscripti sunt :* Prid. id. [maii] trans. sancti Victoris et passio sanctorum Felicis et Fortunati [3]. *Memorantur ab Adone, die 11 iun., quo in hieronymianis et in Floro nuntiatur* Fortunatus episcopus et martyr. *Est autem Adoniani elogii haec clausula :* Pia contentio ita finita est nutu divino ut Felicem Vicetini, Fortunatum haberent Aquileienses : ita tamen ut caput beati Felicis Aquileia, caput vero Fortunati Vicetia sortiretur. Quod factum in laudem domini nostri Iesu Christi usque hodie permanet [4]. *Martyrologium Romanum cum Adone de die commemorationis convenit, elogium autem ab Usuardo mutuo accepit. In Proprio sanctorum ecclesiae Utinensis in diem 16 iun. festivitas relata est* [5].

*Quaecumque de consanguinitate Felicis et Fortunati deque reliquiarum partitione feruntur, excogitata sunt ut ratio redderetur venerationis amborum sanctorum tum Aquileiae tum Vicetiae, neque video quid ad illorum historiam vel cultum illustrandum conferat inscriptio :*

BAEATI MART
VRES
FELIX ET
FORTVNA
TVS

*de qua obiter et caute tractavit Rossius* [6].

10. FURTUNATAE] *Id est Furtunati, ut n. 4, 31.*

13. EUTICI] *Die 28 dec., n. 16, scripsimus :* in Thracia Eutici presbyteri ; *die 29 sept. occurret* in Tracia civitate Eraclea Eutici, *astipulante breviario Syriaco. Hinc suspicio oritur Heraclium, n. 16, 24, non esse martyrem sed civitatem Heracleam, et hodie quoque scribendum esse*

**Heracleae Eutici.**

14. BERINIAE] *Unius nominis variae lectiones sunt :*

> *Beriniae, cod. E, n. 14.*
> *Hermie, cod. B (ad n. 14).*
> *Hermae, Herme, omnes, n. 20.*
> *Bermiae, cod. W (ad n. 22).*
> *Bermeae, cod. S (ad n. 22).*

*Seligenda videtur Hermae, quacum conferantur synaxaria ad diem 19 aug. :* ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἑρμοῦ, Σαραπίωνος καὶ Πολυαίνου τῶν ἐν Ῥώμῃ [7]. *Potest et vocabulum ortum ducere ab Hermo(genis), Hermo(gerati), seu Herma(gorae), quod in laterculis 12 iul. et 23 aug. Fortunato sociatum est.*

15. PAULI] *Nudum nomen.*

16. ERACLI] *Infra, n. 24. Legendum videtur : Heraclea, supra, ad n. 13.*

17. POSSESORIS] *Nudum nomen.*

18. PARMI] *Cf. Hermae, Bermeae, supra, ad n. 14.*

19. DISSEI] *Aug. 17, n. 35, 36 ; 18, n. 25.*

20. HERMAE] *Supra, ad n. 14.*

21. PROSPOLINI] *Infra, n. 40. Nomen corruptum, ut et n. 22 : Prosalami. Lege quae dicta sunt ad n. 1.*

24. HERACLI] *Supra, n. 16.*

29. AQUILEIA] *Supra, n. 8.*

32. VINCENTIAE] *Lege : Vicetiae, supra, ad n. 8.*

34. VINDERA] *Supra, n. 1 : Gendara. Ita et Rossius, eorum impugnans sententiam qui contendunt Eusebium (n. 36) non esse romanum presbyterum, sed Eusebium pontificem qui in Sicilia exsul occubuit* [8].

35. SERI] *Supra, n. 2 : Syriae.*

36. EUSEBII] *Sacramentarium Gregorianum :* XVIIII kalendas septembres id est XIIII mensis agusti natale sancti Eusebii presbyteri [9]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* XVIIII kalendas septembres natale sancti Eusebii confessoris [10]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [11] *:*

NAT(*ALE*) S(*AN*)C(*T*)I EVSEBII CONF(*ESSORIS*)

*Gesta Eusebii :* Constantius, subrogatu Liberii, includit Eusebium presbyterum in quodam cubiculo domus suae quod humile erat in latitudine pedibus quatuor et ibi multis mensibus in oratione constanter perseverans, inclusus tamen, post menses septem dormitionem accepit nono decimo kalendas septembris. Cuius corpus collegerunt Gregorius et Orosius presbyteri parentes eius et sepelierunt in crypta iuxta corpus beati Sixti martyris et episcopi via Appia in coemeterio Callisti ubi et titulum eius scribentes posuerunt pro commemoratione eius : EVSEBIO HOMINI DEI [12]. *Titulus iste adhuc repertus non est, et a Rossio*

[1] *Carm.* VIII, 3, v. 165-166. — [2] *BHL.* 2860, n. 6. — [3] M. MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 187. — [4] Cf. QUENTIN *Les martyrologes historiques*, p. 532. — [5] Cf. P. PASCHINI, *La chiesa Aquileiese*, p. 54-58. — [6] *Roma sott.*, t. III, p. 436. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 908. — [8] *Roma sott.*, t. II, p. 208. — [9] WILSON, p. 96. — [10] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 167. — [11] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338.— [12] *BHL.* 2740. Cf. DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 108-112 ; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. CXXIV ; J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 151-52.

*frustra*

*frustra quaesitum S.* E u s e b i i *sepulcrum* [1]. *Servabat olim ecclesia S. Eusebii in Esquiliis fragmentum tituli nunc deperditum :*

... HVIVS BASILICAE CONDITOR [2]

*in quo certo certius* E u s e b i i *nomen inscriptum erat. In codice Epternacensi, die 8 oct. rursus memoratur :* R o m a e E u s e b i... c a n d i d i *(lege:* c o n d i t o r i s) t i t u l i s u i. *Simili utitur dictione martyrologus ad diem 14 april., n. 5, ubi de titulo Cyriaci. Legendum ergo :*

**Romae Eusebii tituli sui conditoris.**

*Antiquissima mentio* TITVLI EVSEBI *est in epitaphio cuius non ita pridem fragmenta collecta sunt, si tamen illud anno 474 positum est* [3]. *Est et aliud epitaphium :*

OLYMPI LECTORIS DE EVSEBI LOCVS EST [4]

*In concilii Romani anni 499 subscriptionibus ter occurrit* presbyter tituli Eusebii [5]; *concilio Romani anni 595 subscribit* Donus presbyter tituli sancti Eusebii [6]. *Zacharias p. (741-752)* tegumen tituli beati martyris Eusebii undique renovans reparavit [8]. *Qui Eusebium martyrem praedicavit eiusdem Acta legerat, quae nulla fide digna sunt.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. :* P a r i n i *= Parmi, n. 18.*

[1] *Roma sott.*, t. II, p. 107-112. — [2] Ibid., p. 111. — [3] WILPERT, in *Römische Quartalschrift*, t. XXII, p. 80. — [4] ARMELLINI, *Gli antichi cimiteri cristiani*, p. 339 ; WILPERT, t. c., p. 81-82. — *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, pp. 412, 413, 415. — [6] *M.G.*, Epist., t. I, p. 367. — [7] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 435. — [8] Ibid., p. 508. De titulo Eusebii, J. P. KIRSCH, op. c., p. 58-61 ; LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda*, p. 47-49.

---

# XVIII KAL. SEPT.

| I | II |
|---|---|
| | \| **Adsumptio sanctae Mariae.** |

**in Nicomedia [5] natale Stratonis Philipi Euticiani [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) (cum sociis eorum) et in persida pass sci tyrsi S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 2. sca S[1] | 3. maria S[1] ; *add.* matris dni nri ihu xpi W | 4. *om.* S | 5. nicom E ; nicomed B ; comedia S | 6. *om.* E ; *add.* scorum SW | 7. strationis W | 8. philippi BW ; phylippi S ; *add.* et SW | 9. eutitiani B ; *add.* cu sociis eoru S ; cum sociis eorum W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Sollempnitas sanctae Mariae matris Domini sic migravit ad Christum et nat. Stratonis et Philippi. — TAML. : Stratonis Ignati Pilippi Tursi Iohannis Aciani Ciricii Laurentii Zefani Quintini Cornilii Celsi Geurgii. — MON. : In Nicomedia natalis sancti Philippi Stratonis Eutitiani. — RICH. : Assumptio sanctae Mariae matris domini Iesu Christi in Nicomedia natale Philippi Stratonis et Euticiani.

## AUG. 15

*1.* ADSUMPTIO] *Capitulare Wirceburgense :* Die XV men. aug. n(a)t(ale) sanctae Mariae [1]. *Sacramentarium Gelasianum :* XVIII kal. septembres in assumptione sanctae Mariae [2]. *Sacramentarium Gregorianum :* XVIII kalendas septembres id est XV die mensis agusti adsumptio sanctae Mariae [3]. *Huius sollemnitatis nulla mentio est in sacramentario Leoniano neque in pristino martyrologio hieronymiano. In partibus Gallicanis primum celebratum est festum beatae Virginis die 18 ian., quod* s o l l e m n i t a s, a d s u m p t i o, d e p o s i t i o *sanctae Mariae dictum est* [4]. *Antiquissimum in Oriente festivitatis diei 15 aug. vestigium nonnulli* [5] *se repperisse opinantur in laudatione S. Theodosii, quam Theodorus episcopus Petrarum (c. 530) conscripsit :* Κατὰ περίοδον ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς Θεοτόκου μνήμην ἐπιτελοῦμεν [6]. *Nihil tale efficitur e monumentis liturgicis vel Patrum scriptis quae de Deipara eiusque festivitatibus habemus* [7].

[1] MORIN, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 313. — [2] WILSON, p. 193. — [3] WILSON, p. 97. — [4] Supra, p. 45-46. — [5] Cum H. USENER, *Der heilige Theodosios*, p. 144. — [6] *BHG*[2]. 1776. — [7] H. THURSTON, *The Feast of the Assumption*, in *The Month*, t. CXXX (1917), p. 120-34 ; M. JUGIE, *La mort et l'Assomption de la Sainte Vierge dans la tradition des cinq premiers siècles*, in *Échos d'Orient*, t. XXV (1926), pp. 5-20, 129-43, 281-307 ; ID., *Le récit de l'Histoire euthymiaque sur la mort et l'Assomption de la Sainte Vierge*, ibid., p. 385-392 ; ID., *La littérature apocryphe sur la mort et l'Assomption de Marie*, ibid., t. XXIX, p. 265-295 ; F. CAVALLERA, *A propos d'une enquête patristique sur l'Assomption*, in *Bulletin de littérature patristique*, 1926, p. 97-116. Cf. JUGIE, in *Échos d'Orient*, t. XXVI, p. 18-23.

*Nicephorus*

*Nicephorus Callistus haec festa a Iustiniano et successoribus instituta asserit:* τάττει δὲ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπαπαντὴν ἄρτι πρώτως ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἑορτάζεσθαι, ὥσπερ Ἰουστῖνος τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν γέννησιν καὶ Μαυρίκιος οὐ πολλῷ ὕστερον τὴν τῆς πανάγνου καὶ θεομήτορος κοίμησιν κατὰ τὴν πεντεκαιδεκάτην τοῦ αὐγούστου μηνός [1]. *Quattuor Deiparae festivitatum quae in ecclesia Romana observabantur prima mentio est in Vita Sergii p. (687-701):* Constituit autem ut diebus Adnuntiationis Domini, Dormitionis et Nativitatis sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae ac sancti Symonis, quod Ypapanti Greci appellant, letania exeat a sancto Hadriano et ad sanctam Mariam populus occurrat [2]. *Codex Epternacensis de Assumptione silet et postridie scribit:* *N a t i v i t a s s a n c t a e M a r i a e, quod ita emendandum videtur:* *n a t a l e s a n c t a e M a r i a e. Hodie cum codicibus alterius recensionis scribendum est:*

**Adsumptio sanctae Mariae.**

5. IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Νικομηδείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Φίλιππος καὶ Ἀντίοχος. *Graecorum synaxaria, die 17 aug., memoriam recolunt* τῶν ἁγίων Στράτωνος, Φιλίππου καὶ Εὐτυχιανοῦ [3], *quorum Acta* [4] *legenda proponuntur die 16 aug. In his autem Actis nihil habetur de tempore quo passi fuerint, nec imperator nominatur, sed* ὁ ἄρχων, ὁ ἀνόσιος, ὁ τύραννος. *Ab* Εὐτυχιανοῦ *ad* Ἀντιόχου *lapsus non praeclusus est.*

**in Nicomedia natale Stratonis, Philippi, Eutyciani.**

*Nullius momenti est additamentum codicis W:* *c u m s o c i i s e o r u m, quippe quod per fas et nefas proximis diebus variis laterculis inserit, v. gr. 16, 18, 23 aug.*

ADDITAMENTA] *T y r s i: aug. 16, n. 15.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: I g n a t i = A g n a t i, aug. 16, n. 10.*

*T u r s i = Tyrsi, aug. 16, n. 15.*

*A c i a n i = Euticiani, n. 9.*

[1] *Hist. eccl.*, XVII, 28, *P. G.*, t. CXLVII, p. 292. Lectu utilia sunt quae collegerunt Th. Zahn, *Die Dormitio sanctae virginis und das Haus des Iohannes Markus*, in *Neue kirchliche Zeitschrift*, t. X (1899), p. 377-429 ; A. Baumstark, *Die leibliche Himmelfahrt der allerseligsten Jungfrau und die Lokaltradition von Jerusalem*, in *Oriens christianus*, t. IV (1904), p. 371-92 ; K. Holl, *Die Entstehung der vier Fastenzeiten in der Griechischen Kirche*, p. 11-19, in *Abhandlungen der Preussischen Akademie*, 1923. — [2] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 376 ; cf. p. 381. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 905. — [4] Latyšev, *Menologii anonymi Byzantini saec. X quae supersunt*, t. II, p. 289-91.

---

# XVII KAL. SEPT.

| I | II |
|---|---|
| **Nativitas sanctae Mariae.** | |

**in Alexandria [5] Orionis Emeli. et alibi [9] Agnati [a]. in Persida natale sancti [14] Tyrsi [b]**

*Addunt codices pleniores:* a) mettis sc̄i arnulfi epī et c̄f $S^2$ *in marg.* — b) (cum sociis eorum) et baio casino basiliaco vic͗ depositio basilie virginis //// S ; in camaracense civitāt depos. sc̄i gaurici ep̄i et confes. B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 5. alāx E ; alexandr̄ B ; *add.* nātl scōrū S ; nāt scōrum W | 6. aaronis B | 7. emili BW | 8-9. *om.* SW | 10. agnatę B | 15. tursi S ; tersi W ; *add.* cum sociis eorum SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Alexandria nat. Aaronis. — Taml.: Nativitas sanctae Mariae Arionis Ignatii Agniti cum suis Ossi Ignatii Tirsi Zefani Ciciliae Iuliae Iulitae Eulali Anastasii Hirundinis Musae. — Mon.: In Persida natalis sancti Tyrsi natalis sanctae Mariae virginis et natalis sancti Arnulfi. — Rich.: In Alexandria Orionis Emeli et alibi Agnati in Persida natale sancti Tyrsi et dedicatio aecclesiae sanctae Mariae in Insula.

## AUG. 16

1. NATIVITAS] *Festivitas beatae Mariae virginis, quae in codicibus posterioris recensionis pridie commemoratur, in Epternacensi hodie recolitur tanquam n a t i v i t a s s a n c t a e M a r i a e. In kalendario S. Willibrordi, Epternacensi praefixo, habetur:* //////// *s a n c t a e M a r i a e, et loco vocis erasae, alia manu scriptum n a t i v i t a s* [1]; *die autem 9 septembris, prima manu, n a t i v i t a s s a n c t a e M a r i a e H i e r o s o l y m i s* [2]. *Codex Tamlactensis convenit*

[1] Wilson, *The Calendar of St. Willibrord*, pp. 10, 36-37. — [2] Ibid., p. 11.

*cum*

cum Epternacensi. In martyrologio Oengusii, die 18 ian., recensetur obitus beatae Mariae [1]; 15 aug. et 8 sept. commemoratio eius; tandem 16 aug.:

gein Maire, mind núagbailc,
nóebmáthir mo rígmaicc;

id est: Natale Mariae, virginale validum diadema sanctae matris principis mei [2]. Optima lectio est breviarii Monacensis: Natalis sanctae Mariae. Videtur enim lectio codicis Epternacensis originem ducere a nota NT vel NAT, quae fuerit male soluta: NAT(ivitas) pro NAT(ale). Proinde de ratione festi Nativitatis Deiparae die 16 aug. nulla quaestio movenda est. Memoria quae nunc assumptio, nunc natale (vid. capitulare Wirceburgense, 15 aug., n. 1) audit, et die 15 aug. ponenda erat, in codicibus stirpis Epternacensis postridie collocata est, casu an consilio incertum. Kalendarii S. Willibrordi lectio ad normam codicis Epternacensis immutata est. Martyrologii lectio emendata erit:

**Natale sanctae Mariae.**

5. IN ALEXANDRIA] Breviarium Syriacum: ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ὠρίων ὁ ἐπίσκοπος. Orionis nomen in serie episcoporum Alexandrinorum frustra quaeritur; in nostris codicibus rursum occurrit aug. 17, n. 30; 19, n. 26.

**in Alexandria Orionis.**

7. EMELI] Aug. 17, n. 32, ceterum ignotus.

10. AGNATI] Mentem sponte subit nomen Agnetis, virginis et martyris, quae Romae colitur die 21 ian. n. 3, etsi hodiernae commemorationis nulla appareat ratio. Observatione digna est proxima Tyrsi (n. 15) memoria, quem simul cum Agnete nuntiant synaxaria graeca pridie natalis Agnetis Romanae, id est 20 ian.: μνήμη τῶν ἁγίων μαρτύρων Θύρσου καὶ Ἁγνῆς. Horum commemoratio agebatur Constantinopoli πλησίον Ἑλενιανῶν [3], id est in ecclesia SS. Thyrsi, Leucii et Callinici [4]. Ceterum die 21 ian. in iisdem libris non omittitur festum τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἁγνῆς ἀθλησάσης ἐν Ῥώμῃ [5], de qua iterum die 1 feb.: ἄθλησις τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου Ἁγνῆς τῆς Ῥωμαίας [6]. Ad haec duo notanda sunt: alterum, verisimile esse bigam Θύρσου καὶ Ἁγνῆς in codices nostros transiisse; alterum vero nullo pacto demonstrari posse Agnetem illam non esse celeberrimam martyrem Romanam.

15. TYRSI] Postridie in synaxariis prodit memoria τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Θύρσου, Λευκίου, Κορωνάτου καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν· τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις πλησίον Ἑλενιανῶν [7]. In annotatis ad hunc locum observatum est pro Κορωνάτου legendum esse Καλλινίκου [8]. Ex his deducendum videtur Tyrsum unum esse ex terna martyrum turma quae iam saepius occurrit, v. gr. diebus 15, 18, 25, 27 ian. Tyrsus quandoque solus prodit, quod tamen non officit quominus ad eam pertineat societatem. Lege quae dicta sunt ad diem 20 ian., n. 55. De Tyrso qui passus sit in Perside silent monumenta.

ADDITAMENTA] Arnulfi. Prima manu in cod. S scriptum est die 18 aug. Lege quae ad 18 iul. annotata sunt.

Baio Casino. In territorio Baiocassino (Bayeux) vicus Basiliacus, ubi colebatur S. Basilia virgo, quam decessores nostri ad praetermissos amandare coacti sunt [9], videtur esse locus nunc dictus Sainte-Bazile (commune de Juaye-Mondaye, dép. Calvados), in instrumento anni 1258: Sancta Basilia [10].

**Baiocasino Basiliaco vico depositio Basiliae virginis.**

Gaurici. Lege: Gaugerici, de quo ad diem 11 aug.

EXCERPTA] Cod. Cambr.: Aaronis = Orionis, n. 6.

Cod. Taml.: Ignatii = Agnati, n. 10.

[1] Supra, p. 45-46. — [2] Withley STOKES, The Martyrology of Oengus the Culdee, pp. 36, 176, 193. Sed cf. H. THURSTON, in The Month, t. CXXX, p. 133: « In the Irish Martyrology of Oengus the Nativity of Mary (gein Maire) figures as in St. Willibrord's calendar, on August 16th. But, as in gein Pilipp on May 1st and gein Tomais on May 30th, this probably represents no more than the ordinary Natale or birthday. » — [3] Synax. Eccl. CP., p. 407. — [4] Ibid., p. 982. — [5] Ibid., p. 412. — [6] Ibid., p. 440. — [7] Ibid., p. 905. — [8] Ibid., p. 1033. — [9] Act. SS., Aug. t. III, p. 262. — [10] Cartulaire de Mondaye, ap. C. HIPPEAU, Dictionnaire topographique du département du Calvados, p. 250. Cf. etiam G. MORIN, in Semaine religieuse de Bayeux, 1890, p. 486-88; Anal. Boll., t. X, p. 378.

# XVI KAL. SEPT.

I | II

**In Cesarea Cappadociae sancti Mammetis monachi. in Calcedonia**

| **Cappadotie**

**natale sanctae Eufemiae quae passa est sub Aureliano rege et Alexandro praeside cuius gesta habentur.**

| **in Alexandria**

**item Mammetis item Orionis item Emeli. et alibi Disei Disiae Mammetae [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et octabas sc̄i laurenti $B^2$ ; et octaū sc̄i laurentii archidiaconi $S^2$.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. *om.* E | 2. cessār E ; caesaria W | 3. cappōd E ; cappadatia B ; cappadocię $S^2$ ; *om.* $S^1$W ; *add.* natł SW | 4. *om.* E ; sc̄i BW ; scōrū S | 5. mammae E | 6. *om.* S | 7. *om.* E | 8. calcedō E ; calcedōn B ; calcidonia SW | 9. capđ S ; cappadotiae W | 10. *om.* E | 11. *om.* S | 12. *add.* mār E | 13-24. *om.* ESW | 17. aurilia-no B | 26. alexandr̄ B ; *add.* orionis BS (*cf.* 30) | 29-30. *om.* BS (*cf.* 26) | 29. *add.* nāt scōrum W | 31. *om.* SW | 32. emili S | 33-34. *om.* SW | 35. dissei BSW | 36. disie B ; *om.* SW | 37. māmite BS ; mammitae W ; *add.* cum sociis suis S ; cū sociis suis W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Cesaria Capodochiae nat. Mammae monachi et octavae sancti Laurentii archidiaconi.— Taml. : Eufemiae virginis Dissiae Romulae Mammetae Eli Emilianae Gallae Iohani Transillae Orionis Mammetis monachi Desei Zefani. — Mon. : In Cesarea natalis sancti Mammetis monachi Romae Valentiani et aliorum multorum octava sancti Laurentii. — Rich. : In Caesarea Capadociae sancti Mammetis monachi et in Calcedonia sanctae Eufemiae et dedicatio oratorii sancti Iohannis Baptistae in Insula.

## AUG. 17

**in Caesarea Cappadociae sancti Mammetis monachi qui passus est sub Aureliano rege et Alexandro praeside, cuius gesta habentur.**

1. IN CESAREA] *A Graecis memoria S. M a m m e t i s, graece Μάμαντος, celebratur die 2 sept., quo inscriptus est in synaxariis* [1], *consonante eius Passione : Φωνὴ ἄνωθεν ἥκει καλοῦσα τὸν ἀθλητὴν ἐπὶ τὰς ἀϊδίους ἐκείνας σκηνὰς καὶ τὰ ἔπαθλα, ἐπὶ τὴν ἐκεῖθεν λαμπρότητα καὶ τρυφήν, αἳ τοῦτον ἐκδέχονται, καὶ εἰς ἃς εὐθὺς διαβαίνει, δευτέρᾳ τοῦ σεπτεμβρίου μηνός* [2]. *Passio latina diem 17 aug. indicat :* Passus est beatissimus Mammes in civitate Caesarea Cappadociae die decimo sexto kalendas septembris [3]. *Item in Passione quae sub nomine episcoporum Euprepii, Cratonis et Perigenis circumfertur :* depositio eius in loco quo positus est XVI kal. sept. [4]. *Quod autem in hieronymianis etiam die 17 iul., n. 17, memoratur, errore factum est, cuius causa facile deprehenditur in similitudine numerorum* XVI kal. sept. *et* XVI kal. aug. *Nec alia ratio quaerenda est quare et 17 oct., id est* XVI kal. nov., *M e m m a e nomen occurrat. Elogium quod S. Euphemiae appingitur (n. 13-24) S. Mammetis proprium est ; est enim Passionis eiusdem excerptum. Emendanda ergo vocabula : q u a e p a s s a e s t. Quamquam S. Mammes fertur in montes secessisse, ibique solus cum pecoribus vitam duxisse, vix tamen monachus appellari potest. Nihilominus vox m o n a c h i, quae omnium codicum lectio est, nequaquam repudianda erit.*

*Narrat Sozomenus Gallum et Iulianum sepulcrum S. Mamantis (τὸν τάφον Μάμα τοῦ μάρτυρος) ampla basilica circumdare studuisse, ita ut alter alterum magnificentia et cultu superare contenderet* [5]. *Eandem aedem sacram, tacito martyris nomine, memorat Gregorius Nazianzenus, Orat. IV, 25 : Ἔκαμνον μὲν τοῖς μάρτυσιν, ὅπερ εἶπον, ἀμφότεροι, καὶ ἀντεφιλοτομοῦντο λαμπρῶς ἀλλήλοις καὶ χειρὶ πολλῇ καὶ δαπάνῃ τὸν οἶκον ἐγείροντες* [6]. *Basilicae S. Mammetis dedicationem memorare videntur episcopi de quibus modo dictum est :* Basilica autem sancto Mamas martyri fabricata est XIII kal. ian. [7]. *Hanc esse ecclesiam quam principes ambo excitarunt asserere non ausim.*

8. IN CALCEDONIA] *Commemoratio S. E u f e m i a e celebratur die 16 sept., seu* XVI kal. oct., *unde ad* XVI kal. sept. *incaute transcripta est, sed emendate, dummodo resectum fuerit elogium (n. 13-24) quod S. Mammetis esse ostendimus* [8].

**in Calcedonia natale sanctae Eufemiae.**

9. CAPPADOTIE] *Supra, n. 3.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 5. — [2] *$BHG^2$*. 1018, c. 18. — [3] *BHL.* 5192. — [4] *BHL.* 5191 d. — [5] *Hist. eccl.*, V, 2, 12. Cf. Theodoreti *Hist. eccl.*, III, 2. — [6] *P.G.*, t. XXXV, p. 552. — [7] *BHL.* 5191 d. — [8] Aliter H. Achelis, *Die Martyrologien* p. 169, qui haec ex gestis S. Euphemiae deprompta esse opinatur.

*26.* IN ALEXANDRIA] *Adducendus* O r i o n, (*n. 30*), *de quo 16 aug., n. 6, et scribendum:*

in Alexandria Orionis.

*28.* MAMMETIS] *Supra, n. 5; iterum, n. 37:* M a m m e t a e.

*32.* EMELI] *Aug. 16, n. 7.*

*35.* DISEI] *Et iterum statim* D i s i a e. *Aug. 14, n. 19:* D i s s e i; *aug. 18, n. 25:* D i s c i a e. *Lectio incerta.*

*37.* MAMMETAE] *Supra, n. 5, 28:* M a m m e t i s.

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* E l i = [Em]eli, *n. 32.*

E m i l i a n a e = *Emeli, n. 32.*

---

# XV KAL. SEPT.

I — II

**[a] In civitate Penestrina miliario XXXIII [5] natale Agapiti. et in Ponto [10] Amacie civitate Pontemi Pilentiae Tatianae [15] et [b]**

**| Helianae virginis**

**Marcianae virginum [20]**

**Helianae |**

**Pilentiae Massae Candidae [24] Disciae Maciae Potomi Martyrii Agapiti et [30] Ziai [c].**

*Addunt codices pleniores:* a) metis dep̄s sc̄i arnulf̄ epī $B^2$. — b) et sc̄i martini pape urbis rome et martyr̄ B. — c) et beati arnulfi E ; (cū sociis eorū) et metis depositio arnulfi episcopi S ; *add.* via lavicana sc̄ę helenę matris cn̄stan $S^2$.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1-2. *om.* SW | 2. *om.* E | 3. penestre E ; pinistrina B ; pristina $S^1$W ; pri(pne)stina $S^2$ ; *add.* civitate S ; civīt W | 4-5. *om.* E | 4. *add.* ab urbe SW | 6. *om.* B ; *add.* sc̄i SW | 7. agapti E ; *add.* mār $S^2$ | 8. *om.* E | 11. *om.* E ; amaciae SW | 12. *om.* E ; *add.* natł scōrū S ; nāt scōrum W | 13. pontiani S ; pontimi BW | 14. philantiae BW ; phylantiae S | 15-16. *om.* BS | 17. heliante B ; heliane S | 19. marciana $B^1$ ; marciane S | 20. virginis B ; virgiñs S ; vir̄g W | 22. et lantiae EW ; et lauciae S ; *add.* natł scōrū S ; nāt scōrum W | 23. mossae E ; masse BS | 24. candedi BW ; candide S | 25. dissei BSW | 26. amicie B ; amacie S ; amatię W | 27. potonii W | 30-31. eziae B ; eziac SW ; *add.* cū sociis eorū S ; cum sociis eorum W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae in Penestre nat. sancti Agapiti et sancti Martini papae et martiris et in Ponto in Amasia civitate Pontemi Pilenciae et aliorum. — TAML. : Agapiti Panteni Pontimi Martini Marcianae Palanciae Scolasticae Marciae Mosae Maciae Candidae Cristinae Luciae Helianae Amantiae Talamae Taianae Sincliticae Candidi Erennae Potomi Dasci bis Romani. — MON. : In civitate Praniscia miliario ab urbe XXIII natalis sancti Agapiti episcopi et martyris Candidi Marcianae virginis. — RICH. : Rome Agapiti et in Ponto Pontimi Pilantii Martianae virginis et sancti Martini papae urbis Romae Candidi Martirii.

## AUG. 18

*3.* PENESTRINA] *Sacramentarium Gelasianum:* XV kal. septembres in natale sancti Agapiti [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* XV kalendas septembres id est XVIII die mensis agusti natale sancti Agapiti [2]. *In sacramentario Leoniano, ob omissum, ni fallor, lemma* XV kal. sept., *missa S. Agapiti ponitur sub* idus aug., *post missam SS. Hippoliti et Pontiani* [3]. *Kalendarium lapideum Neapolitanum:*

XVIII. S(AN)C(T)I ACAPITI [4]

*Passio S. Agapiti:* Tunc ministri diaboli tulerunt sanctum Agapetum et duxerunt eum, ut diversis poenis illum interficerent ; et venerunt contra civitatem [Prenestinam], ubi sunt duae columpnae ; et genu posito in oratione, ibi eum gladio percusserunt ; et statim emisit spiritum sub die quinto decimo kalendas septembres. Tunc christiani noctu venerunt et tulerunt corpus eius et posuerunt eum ab civitate miliario uno in agro in sarcophagum novum [5]. *Miliario uno a civitate reperta sunt rudera basilicae* [6] *et epitaphium Placidiani, cuius hi sunt ultimi « quasi versus »:*

*hunc accep*TVM HABEAS AGABITE SANCTE ROGAMVS
*en pu*ERV(M) PLACIDIANV(M) MERENTER VERSIBVS DIXI [7]

[1] WILSON, p. 194. — [2] WILSON, p. 97.— [3] FELTOE, p. 100. — [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [5] *BHL.* 125. Cf. O. MARUCCHI, *S. Agapito Prenestino* (Roma, 1898), p. 7-24 ; *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 490-94 ; t. XVIII, p. 281. — [6] MARUCCHI, *Guida archeologica dell' antica Preneste* (Roma, 1885), p. 147 ; ID., *Relazione dei lavori di scavo eseguiti recentemente nell' antica basilica di S. Agapito presso Palestrina*, in *Nuovo bullettino*, 1899, p. 225-44 ; ID., ibid., 1915, p. 69-75. — [7] *C.I.L.* XIV. 3415 ; MARUCCHI, t. c., p.150 ; *Nuovo bullettino*, t. c., p. 233 ; A. KELLNER, *Der hl. Agapitus von Praeneste*, in *Studien und Mitteilungen*, 1930, p. 404-32.

Leo

*Leo III p.* (*795-816*) in basilica beati Agapiti martyris in civitate Penestrina fecit vestem de stauraci cum periclisi de fundato et in medio crucem de chrisoclabo... Praedictus vero venerabilis pontifex sarta tecta basilicae beati Agapiti martyris quae ponitur in Penestrina nec non et sarta tecta alterius basilicae iuxta eadem basilicam sitae quae iam prae nimia vetustate ruitura erant, omnia noviter in melius restauravit [1]. *Saec. IX exeunte S. Agapiti reliquiae in civitatem translatae sunt* [2], *et in basilica repositae quam postmodum Paschalis II p.* (*1099-1118*) *dedicavit* [3]. *Huius autem dedicationis memoria servata est in titulo cuius hoc est initium:*

> ANNO DOMINICE INCARNATIONIS MCXVII MENSE DECEMBRIO DIE XVI INDICTIONE XI DEDICATA EST SVPERIOR ECCLESIA ET ALTARE SANCTI AGAPITI MARTYRIS A DOMNO PASCHALI SECVNDO PAPA ANNO PONTIFICATVS EIVSDEM XVIIII ... [4]

*Fuit et Romae basilica S. Agapiti. Felix p. III* (*483-492*) fecit basilicam sancti Agapiti iuxta basilicam sancti Laurentii martyris [5]. *Hadrianus p.* (*772-795*) reparavit... et basilica beati Agapiti martyris foris muros iuxta sanctum Laurentium posita [6]. *Leo p. III* (*795-816*) sarta tecta beati Agapiti martyris, sita iuxta basilicam beati Laurentii foris murum, qui iam nimia vetustate emarcuerat, noviter restauravit [7]. *De hac ecclesia ita Notitia ex Willelmo Malmesburiensi, in via Tiburtina:* Et in altera parte viae illius est ecclesia (*al.* basilica) Agapiti martyris [8]. *Non Agapitum Praenestinum, sed illum qui via Appia in coemeterio Praetextati iacebat intellexit is qui Itinerarium Salisburgense conscripsit:* Postea ascende ad ecclesiam S. Agapiti martyris et diaconi sancti Syxti papae [9]. *In Libro pontificali non semel mentio est monasterii sancti Agapiti ad Vincula. Idem Leo III:* in monasterio sancti Agapiti, qui ponitur ad vinculam, fecit vestem de stauraci... et in monasterio sancti Agapiti qui ponitur iuxta titulum Eudoxiae fecit canistrum ex argento [10]. *Codicum nostrorum lectio vix emendationem postulat. Est tamen error in numero miliariorum XXXIII. Recte solus codex Mon.: XXIII, et codex E ad diem 1 maii, n. 36, ubi etiam S. Agapiti mentio est.*

**in civitate Praenestina miliario XXIII natale Agapiti.**

*10.* IN PONTO] *Breviarium Syriacum: ἐν Ἀμασείᾳ Φιλάνθης καὶ ἕτεροι τρεῖς. In codicibus nostris nomen martyris est* P i l e n t i a e, P h i l a n t i a e. *Neutra lectio omnino certa videtur; posterior tamen cum graeco melius quadrat. Sequuntur nomina trium virginum* (*n. 15, 17, 19*), *quae tamen Philanthiae sociari non possunt, si vera est lectio ἕτεροι τρεῖς, scilicet viri tres. Debita ergo cum cautela scribendum:*

**in Ponto Amasia civitate Philantiae.**

*13.* PONTEMI] *Infra, n. 27:* P o t o m i. *Lege:* i n P o n t o, *n. 10.*

*15.* TATIANAE] *Solo nomine nota, ut et* H e l i a n a e, *n. 17, 21, et* M a r c i a n a e, *n. 19.*

*22.* PILENTIAE] *Al.* L a n t i a e. *Supra, n. 14:* P h i l a n t i a e.

*23.* MASSAE CANDIDAE] *Kalendarium Carthaginiense:* XV kal. sept. sanctorum Massae Candidae. *Ea certissime fuit dies illis martyribus sacra. Exstat S. Augustini sermo cum hac inscriptione:* habitum Carthagine in basilica martyris Cypriani die XV kal. septemb. in natale Massae Candidae [11]. *Alias idem sanctus de S. Quadrato verba faciens sic per transennam interfatus est:* Hoc discens et docens iste Quadratus — erat enim episcopus — cuius sollemnitatem hodie celebramus, cum tota plebe sua, clericis et laicis, confessus est Christum. Praemisit gregem quem pascebat: post quadriduum Quadratus secutus est. Massa enim Candida, cuius ante quadriduum sollempnitas celebrata est, plebs erat Dei gubernationi huius credita [12]. *Atqui suo loco videbimus S. Quadrati festum agi die 21 augusti. Praeterea verbis modo recitatis nos docet Augustinus martyres illos de grege fuisse Quadrati Uticensis episcopi et numero non modico computari eorum turbam, quam in alio sermone* Massam Uticensem *appellat* [13]. *Ipse Augustinus* Uticae in basilica Massae Candidae *orationem habuit* [14]. *Eorum passionem Prudentius versibus prosecutus est* [15], *ubi refert eos fidem prodere iussos esse nisi mallent in foveam demergi vivae calcis plenam:*

> Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti.

*Praeter carmen Prudentianum, alia narratio nulla exstat huius stragis. Ab editoribus Maurinis inter spuria opera S. Augustini reiecta est oratio, cuius argumentum ab hymno Prudentii late recedit, et certe cum eo in idem revolvi non potest:* Non senex annis iam vergentibus fractus marcescente iugulo, tremulam cervicem subtraxit; non anus sexu, aetate confecta, dextram cruenti percussoris effugit; non iuvenes a corona vitae huius dulcedo revocavit; non exspirantium membra palpitantium parvulorum cruentus percussor perhorruit; sed si qui forsitan infantum maternis uberibus inhiantes ferrum potuerunt persequentis evadere, oppressi ruina cadaverum

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, pp. 12, 29; cf. p. 40. — [2] *BHL* 129. Cf. MARUCCHI, *Guida archeologica*, p. 161. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 305; cf. p. 309. — [4] MARUCCHI, *Dell' antichissimo edificio Prenestino trasformato in cattedrale*, in *Dissertazioni della pontificia Accademia Romana di archeologia*, serie II, t. XIII, p. 242. — [5] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 252. — [6] Ibid., p. 507. — [7] Ibid., t. II, p. 33. — [8] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 179. — [9] Ibid., p. 178. — [10] Ibid., pp. 12, 24, 41, 49. Cf. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 165. — [11] *Sermo* CCCXXX, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1456. Inscriptio est in codice Cassinensi XVII. — [12] MORIN, in *Rendiconti della pontificia Accademia di archeologia*, t. III, p. 296; ID., in *Miscellanea Agostiniana*, t. I (Roma, 1930), p. 647. — [13] *Sermo* CCCXI, n. 10, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1417. — [14] *Enarr. in Psalm.* CXLIV, *P. L.*, t. XXXVII, p. 1869. — [15] *Peristeph.* XIII, 76-87.

maternos inter dulces obiere complexus [1]. *Quantulacumque huius orationis auctoritas est, hodie communi suffragio negatur praeferendam esse Prudentii descriptionem, qui more poetarum interpretatus esse videtur nomen* Massae Candidae, *nullo fretus indicio in litterarum monumentis* [2]. *Scilicet ex veriloquio* Massa Candida *accipienda est pro nomine loci. Usu latino huius aetatis* massa *communiter dicebatur praedium; candida autem loca multa vocitabantur, exempli gratia* Silva Candida [3]. *In illa igitur Massa Candida, caedes aliqua christianorum contigisse credenda est, quorum memoria distincte servata est in kalendario Carthaginiensi et in hoc titulo Calamae* (*Guelma*) *reperto* [4]:

+ SVB HOC SACRO
SC̄O BELAMINE ALTA
RIS SVNT MEMORIAE
SC̄OR MASSAE CANDI
DAE SC̄I HESIDORI
SC̄OR TRIVM PVERORVM
SC̄I MARTINI SC̄I ROMANI +

*Haud aliter et Possidius sermonem affert S. Augustini* per natalem martyrum Massae Candidae [5]. *Locus etiam videtur ab Augustino designari, cum his utitur verbis:* Sola in proximo quae dicitur Massa Candida plus habet quam centum quinquaginta tres martyres [6]. *Sed alias pervicit consuetudo ut ipse Augustinus, more vulgi, nomine Massae Candidae turbam martyrum significatam diceret:* Massa enim dicta est de numeri multitudine; candida de causae fulgore [7]. *Sanctos numero trecentos fuisse, silente historia, Prudentius incertissimus auctor est. Quod autem ait Augustinus:* plus habet quam centum quinquaginta tres, *iamdudum norunt esse numerum nec definitum nec circiter computatum, sed fictum ad similitudinem illorum CLIII piscium, qui reperti sunt in S. Petri retibus (Ioh. 21, 6) et in ipsa oratione ab Augustino memorati fuerant. Minus explicate alias Augustinus:* diem sollemnem beatorum martyrum atque multorum, hoc est Massae Candidae, celebramus [8]. *Et in sermone de S. Quadrato:* cum tota plebe sua clericis et laicis confessus est Christum [9]. *Martyrologium Romanum martyribus Massae Candidae diem 24 augusti assignat, quem Ado primus invexit, recedens a more tradito, quem retinuerat Florus Lugdunensis* [10].

**<in Africa> Massae Candidae.**

*25.* DISCIAE] *Aug. 14, n. 19: D i s s e i; aug. 17, n. 35, 36: D i s e i, D i s i a e.*

*26.* MACIAE] *Al. A m i c i a. Supra, n. 11: A m a c i e, id est Amasiae.*

*27.* POTOMI] *Supra, n. 10: P o n t o; n. 13: P o n t e m i.*

*28.* MARTYRII] *Num legendum m a r t y r i s?*

*29.* AGAPITI] *Supra, n. 7.*

*31.* ZIAI] *Al. E z i a e, E z i a c i. Lectiones corruptae. Cf. n. 25: D i s c i a e; n. 26: M a c i a e.*

ADDITAMENTA] *A r n u l f i. Lege quae observata sunt ad diem 18 iul. et 16 aug., inter Additamenta.*

**Metis depositio sancti Arnulphi episcopi.**

*M a r t i n i p a p a e, in codicibus B, Cambr., Taml., Rich. Liber pontificalis:* Depositus est sub die XVII mensis septembris [11]. *Errat ergo martyrologus in mense:* XV kal. sept. *pro* XV kal. oct., *ut iam monuit Duchesne* [12].

*H e l e n a e. Itinerarium Salisburgense (via Lavicana):* Ad Helenam via Campana multi martyres pausant. In Aquilone parte ecclesia Helenae primus Tiburtius, *cet. Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam Lavicanam est S. Helena, ubi ipsa corpore iacet [13]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Septima porta modo Maior dicitur olim Sirucrana (Sessoriana) dicebatur et via Lavicana dicitur quae ad beatam Helenam tendit. *Topographia Einsiedlensis:* In via Praenestina foris murum in dextera forma Claudiana in sinistra S. Helena. *Index coemeteriorum e libro Mirabilium:* Coemeterium inter duas lauros ad S. Helenam [14]. *Liber pontificalis, in Silvestro (314-335):* Eisdem temporibus fecit Augustus Constantinus basilicam beatis martyribus Marcellino presbitero et Petro exorcistae in territurio inter duos lauros et mysileum, ubi mater eius sepulta est Helena Augusta, via Lavicana miliario III. In quo loco et pro amorem matris suae et veneratione sanctorum posuit dona voti sui [15]. *Hadrianus (772-795)* cimiterium beatorum Petri et Marcellini iuxta basilicam beatae Elenae renovavit [16]. *Teste Eusebio Constantinus corpus matris suae transtulit ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν* [17], *id est Romam, ex usu loquendi Eusebii, non autem Novam Romam, ut post Socratem* [18] *nonnulli interpretati sunt* [19]. *Helena a Graecis cum Constantino colitur die 21 maii* [20]. *Plurima de eius veneratione collecta reperies in Actis nostris* [21].

**<Romae> via Lavicana sanctae Helenae matris Constantini.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: P a n t e n i = Pontemi, n. 13, id est: in Ponto, n. 10.*

*P a l a n c i a e = Philantiae, n. 14.*

*M o s a e = Massae, n. 23, ut in cod. E: Mossae.*

[1] *Appendix, Sermo* CCCXVII, *P.L.*, t. XXXIX, p. 2352-54. Cf. *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 769; QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 269. — [2] P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Nuove note agiografiche*, p. 38-51. — [3] ID., t. c., p. 45-47. — [4] DE ROSSI, *Bullettino*, 1894, p. 39; MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 261. — [5] *Indiculus*, c. IX, *P. L.*, t. XLVI, p. 19. — [6] *Enarr. in Psalm. XLIX*, 9, *P.L.*, t. XXXVI, p. 571. — [7] *Sermo* CCCVI, n. 2, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 1401. — [8] MORIN, in *Rendiconti*, t. c., p. 292; in *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 645. — [9] MORIN, in *Miscellanea*, t. c., p. 647. — [10] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 268. — [11] DUCHESNE, t. I, p. 338. — [12] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [x], n. 8. — [13] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [14] Ibid., p. 179. — [15] DUCHESNE, t. I, p. 182. Cf. p. 198-99. — [16] Ibid., p. 500. — [17] *Vita Constantini*, III, 47. — [18] *Hist. eccl.*, I, 17. — [19] Cf. annot. VALESII in *P.G.*, t. XX, p. 1107; DUCHESNE, t. c., p. 198. — [20] *Synax. Eccl. CP.*, p. 697. — [21] *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 548-654.

*Talamae* = *Tatianae, n. 15.*
*Taianae* = *item Tatianae, n. 15.*
*Dasci* = *Disciae, n. 25.*
*Cod. Mon.: Praniscia* = *Praenestina, n. 3.*
*Agapiti episcopi. Agapitus episcopus non fuit.*
*Candidi* = *Massae Candidae, n. 24.*
*Cod. Rich.: Martyrii* = *martyris.*

---

# XIV KAL. SEPT.

I | II

**In Ponto Amacia civitate Silonis Rufini.**

I: **in Alexandria Orionis. in Fabriteria Magni Leonti**

II: **Leonti [a] et sancti Magni**

**Teodoli Cyrilli Zelasi Timothei Ganddae.**

II: **in Alexandria sancti Orionis. Hierosolimis apparitio sanctae Crucis.**

**in Beturio vico Vellauno depositio sancti Marciani confessoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) et translatio sancti ferreoli martyr̄ B. — b) *hic add.* B *laterculum diei sequentis* (1-20).

*Variae lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 1. *om.* BSW | 2-3. pontuinama B | 2. *add.* in SW | 3-4. *om.* E | 5. silionis S ; filionis W ; *add.* et E | 6. roffini SW | 8. alāx E | 15-17. *om.* SW | 18. theodoli BW ; theudoli S | 20. elasi W | 21. tymothei S ; thimothei W | 22. gatte B ; gadde S ; gaddę W | 24. alexañd B ; alexañ W ; *add.* natł S ; nat̄ W | 25. *om.* S | 26. *add.* confēs et S ; conf̄ et W | 27. hierusolym̄ B ; hyerosolima S ; hierusolima W | 29. sc̄e B | 33. civī E | 34-35. *om.* E | 34. villa uno W | 37. marciani E ; mariani W | 38. *om.* E ; *add.* et in fabriteriae magni S (*cf.* 17).

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Ponto Amasiae nat. Silonis et Rufini et in Alexandria Orionis et in Fabriteria Magnae. — Taml. : Magni martiris Silonis Quirilli Gelasii Timothei Pontoni Filionis Rosini Leontii Orionis Eogeniae Marcioani Teodotae Gaddae Magni Philonis Laurentii Sancti Crucis Zefani Quintini Iuliani Antonii passio Osuuini regis Pauli. — Mon. : Samuhelis prophetae. — Rich. : In porto Amasiae civitatis Filionis Rufini Leontii Theodoli Cyrilli in Alexandria sancti Orionis in Biturico territorio sancti Mariani.

## AUG. 19

*1.* in ponto] *Iteratur memoriola quam heri ita scripsimus :*

**in Ponto Amasia civitate Philantiae.**

*Hodie: Silonis, Filionis.*

*6.* rufini] *Solo nomine notus* [1].

*8.* in alexandria] *Die 16 aug., n. 5, iam habuimus :*

**in Alexandria Orionis.**

*11.* in fabriteria] *Duae fuerunt Fabrateriae in Latio adiecto, Fabrateria Vetus, nunc Ceccano, et Fabrateria Nova, nunc La Civita, prope S. Giovanni in Carico* [2]. *In hac regione celebrem fuisse S. Magni cultum ostendunt tum antiqua ecclesia Sancti Magni* [3] *tum varia in variis Passionis eiusdem recensionibus* [4] *locorum indicia et quae etiam in territorio Fundano ab incolis usurpantur nomina: San Magno, qui viculus est, Fossa San Magno, Ponte San Magno* [5]. *Sacramentarium Gelasianum:* XIV kal. septembres sancti Magni [6].

**in Fabriteria Magni.**

*13.* leonti] *Aug. 20, n. 4; aug. 21, n. 11. Die 18 aug. a Graecis agitur memoria τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λέοντος, ὃς ἤθλησεν παρὰ θάλασσαν πλησίον Μύρων τῆς Λυκίας* [7]. *Postridie recurrit Leontius cum Valentino in Lucania. Λυκίαν a Lucanis in Λευκανίαν conversam fuisse nolim asserere. Probabile tamen censeo Leontium illum Lycium in fastos Magnae Graeciae receptum esse.*

*17.* magni] *Supra, ad n. 11.*

*18.* teodoli] *Solo nomine noti sunt Teodolus, Cyrillus, Zelasius (procul dubio Gelasius), n. 18-20.*

*21.* timothei] *Timotheo iungatur oportet*

[1] Cf. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 477. — [2] *C.I.L.* X, pp. 546, 552 ; Huelsen, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie*, t. VI, p. 1887-88. — [3] « Posita fuit in territorio Ceperanensi iuxta viam Silicatam, ut legimus in chartulis Roffridi consulis et ducis et comitis Campaniae, a. 988 ian. 8 et 990 ian. 18, quarum autographa adhuc adservantur in canonicorum tabulario Verulis. » P. F. Kehr, *Regesta pontificum Romanorum, Italia pontificia*, t. II, p. 175. — [4] *BHL.* 5167-5174 ; Supplem., p. 204. Cf. *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 716. Cf. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, pp. 157-158, 300-301.— [5] Carta del Regno d'Italia, scala di 1-75000, fol. 159. — [6] Wilson, p. 194. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 908.

*Ganddae*, al. *Gatte* (n. 22), legaturque *Timothei Gazae*. Est enim Τιμόθεος ἐν Γάζῃ, πόλει τῆς Παλαιστίνης, cuius certamen enarrat Eusebius [1]. Eiusdem memoriam hodie agunt Graeci [2].

**Gazae <in Palaestina> Timothei.**

26. ORIONIS] *Supra, n. 9.*

27. HIEROSOLIMIS] *Festum Exaltationis Sanctae Crucis celebratur die 14 septembris, id est* ιδ' σεπτεμβρίον, *quod a librario supine lectum est* ιδ' <καλανδῶν> σεπτεμβρίον.

**Hierosolimis apparitio sanctae Crucis.**

37. MARCIANI] *Al. Mariani, et recte quidem. Ad 19 aug. a 19 sept. adductus est, solito legentis errore solam notam numeralem non mensem respicientis. Scio equidem hosce dies,* XIV kal. sept. *et* XIII kal. oct. *non eodem numero exprimi. Notari tamen velim in nonnullis codicibus, v. gratia E, laterculum diei 19 pridie scriptum esse, ita ut reapse XIV kal. oct. Marianus hoc die signatus sit. Sublato dubio, quod nostros olim vexavit, fuerintne duo Mariani in territorio Bituricensi* [3], *cetera ad mensem septembrem remittimus, ubi ostendendum erit non vico Vellauno legendum, sed vico Evauno.*

**in Biturico vico Evauno depositio sancti Mariani confessoris.**

ADDITAMENTA] *Ferreoli memoria in solo codice B hodie legitur. Plura de eodem ad diem 19 sept. Fuit enim Ferreolus a die XIII, seu potius* XIV kal. oct. *ad* XIV kal. sept. *relatus cum Mariano, ut modo exposuimus.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Pontoni = Potomi, aug. 18, n. 27 id est: in Ponto.*

*Filionis = Silonis n. 5.*

*Oswini regis Deirorum, cuius gesta enarrant Beda* [4] *et alii sequioris aetatis* [5].

*Cod. Rich.: in Porto, lege in Ponto, n. 2.*

[1] *De martyribus Palaestinae*, III, 1. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 910. — [3] *Act. SS.*, Aug. t. III, pp. 734-35, 699; Sept. t. VI, p. 2. — [4] *BHL.* 6381. — [5] *BHL.* 6382-6385.

# XIII KAL. SEPT.

| I | II |
|---|---|
| | \| **In Lucania Valentiani Leonti** [a]. |
| **in Alexandria Dioscori.** | |
| **[in Lucania Valerani Leonti.** \| | |
| **in Sinnada civitate Pisti Arci Diomedis Agathini Zeli Pamphili** | |
| | \| **Colovi** [b]. |

*Addunt codices pleniores* (B *hodie anticipat laterculum diei sequentis, in quo tamen medio inseruit :* et depos beati philiberti ab B[2] *et ad extremum :* et in gavalus vico mimmatinse passio sči privati martyris B[1], *quae ambo ad hodiernum diem referuntur*) : a) hiero insula natł sči philebzi cf S. — b) in turonico cainono (cainone C) castro depositio sči maximi conf. in aeri monast. dēp fileberti abb. W ; et depositio filiberti abbatis in turonico cainone (*om.* KLV) castro depositio sancti maximi confessoris MKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (cf. XIV kal) SW. — 2. *add.* natł scōrū S ; nat scōrum W | 3. valentini aniani W | 6. alāx E ; alexānd W ; *add.* sči B : nāt sči W | 8-11. *lineolis inclusum* E | 9. lucān E | 13. finnada E ; sinna S | 14. *add.* natł scōrū S ; nāt scōrum W | 16-17. arcidiomedis E arcii diomedis B ; arcii dimedis W | 18. agatini BSW | 20. pampi E ; pamphyli W | 21. colitii confessores S ; colonicenip̄ W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Gallis nat. Filberti abbatis in Alexandria nat. Dioscuri. — TAML. : Dioscori bis Iulii Vincentii Augurii Iuliani Ipoliti Tragani Quadrati Zetici Angeli Valentini Leontii Mammetis Pampilii episcopi cum clero suo Quintini Zeli Coloni Maximi Valentionis Alexandri Pistriardi Mathei Diomidis Luxorii et aliorum V. — MON. : In Luciana depositio sanctorum Valentiani Leontii Maximi. — RICH. : In Alexandria Dioscori et in Lucania Valentiniani Leontii in Sinnada civitate Pisti Arcii Diomedis Agateni Pamphili.

## AUG. 20

1. IN LUCANIA] *Aug. 21, n. 9. Lucaniae tribuuntur hi martyres hodie :*

*cod. E: Valerani, Leonti*
*cod. B: Valentiani, Leonti* [1]
*cod. W: Valentini, Aniani, Leonti; postridie omnes :*
*Valentini, Leonti.*

*In martyrologio ecclesiae Beneventanae, cod. Vatic.*

[1] De codice B, lege quae annotata sunt in apparatu critico hodie et die 19.

5949, ad diem 20 aug., legitur : in Lucania sancti Leoncii ; ad diem vero 21 : natalis sanctorum Valentii et Leoncii in Sancta Sophia, quae est basilica Beneventana. Tandem, die 23 aug., celebrantur Titi (Tito), in regno Neapolitano, sancti Primus, Sontius et Valentinus martyres [1], ubi pro Sontius Leontius legendum est [2]. Primus in codicibus nostris occurrit die 21 aug., n. 30 ; Leontius, ut dictum est heri, ad n. 13, martyr est in Lycia passus. De Valentino seu Valentiano, nihil praeter nomen traditum est. Quod addit codex W : Aniani, enatum est ex iteratis postremis syllabis nominis Valentiniani. Quamquam haec valde incerta sunt, codices habemus hodie et postridie consentientes :

**in Lucania Valentini, Leontii.**

6. IN ALEXANDRIA] Breviarium Syriacum : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Διοσκορίδης ὁ πρεσβύτερος. Codicum nostrorum concors lectio est :

**in Alexandria Dioscori.**

13. IN SINNADA] Aug. 21, n. 38 : Sindofagi, id est Sinnada Frigiae. Quinam ad hanc civitatem martyres referendi sint, non liquet. Qui enim videtur hodie huc pertinere, Pisti (n. 15), postridie sub nomine Pristi (n. 33), Alexandriae tribuitur, non recte tamen. A Graecis enim die 21 aug. memoria agitur τῆς ἁγίας μάρτυρος Βάσσης καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς Θεογνίου, Ἀγαπίου καὶ Πιστοῦ. Verum illi martyres non Synnadae sed ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει τῆς Ἑλλάδος passi feruntur [3]. Memoriolam breviarii Syriaci ad diem 21 aug. ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Ζωτικὸς καὶ ἔνιοι ἕτεροι, H. Achelis plenius exprimi posse existimat, adducto hodierno laterculo : In Synnada Phrygiae Pisti, Arcii, Diomedis, Agathini, Zotici [4]. Quominus cl. viri sententiae acquiescamus, obstant quae de singulis sanctis diximus vel dicturi sumus.

16. ARCI] Codex E hodie uno verbo coniungit nomen civitatis et martyris : Arcidiomedis ; postridie scribit : Artivi Diomedis. Varie corruptum est loci indicium : Ortosii (B), Artorii (W), quod scribendum est Tarsi. Diomedes enim, qui a Graecis die 16 vel 19 aug. colitur [5], Tarsensis erat : ἔφυ μὲν ὁ μέγας οὗτος χώρας τῶν Κιλίκων πόλεως ἐπιφανοῦς τῆς Τάρσου [6]. Nicomediam ductus, quae erat ipsi palaestra parata, in itinere animam efflavit [7]. Proinde non ex illis est qui martyrio patriam commutarunt, sed Tarsensis remansit.

**Tarsi Diomedis.**

Colebatur Constantinopoli, ubi martyrium ei dicatum erat ἔνδον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς παναγίας ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου πλησίον τῆς Χρυσῆς Πόρτης [8].

18. AGATHINI] Una voce scribatur Agatinizeli, id est Agatangeli, quod habet cod. B. Reapse Agathonici, ut ostendemus ad diem 21 aug., n. 42.

19. ZELI] Membrum avulsum ab Agatinizeli, n. 18.

20. PAMPHILI] Al. Pampi. Codex Taml. : Pampilii episcopi cum clero suo. Undenam haec eruerit martyrologus incompositus non liquet.

21. COLOVI] Lectio corrupta.

ADDITAMENTA] Filiberti abbatis Gemmeticensis et Heriensis Vita edita est [9]. Hiero al. Aeri, melius Erio insula seu monasterium, nunc Noirmoutier (dép. Vendée) [10].

**in Erio monasterio depositio Filiberti abbatis.**

Privati. Aug. 21, n. 57.

Maximi abbatis Cainonensis laudes texuit Gregorius Turonensis [11] et Vita conscripta est [12]. Cainon castrum nunc est Chinon (dép. Indre-et-Loire).

**in Turonico Cainone castro depositio sancti Maximi confessoris.**

EXCERPTA] Cod. Taml. : Iulii, Vincentii, cet., aug. 21, n. 5-7, 15, 21.

Tragani = Traiani Forum, aug. 21, n. 27.

Quadrati, aug. 21, n. 28.

Zetici Angeli = Agathini Zeli, n. 18, 19.

Mammetis, aug. 17, n. 5.

Pistriardi = Pisti Arci, n. 15, 16.

Diomidis, aug. 21, n. 40.

Cod. Mon. : in Luciana = in Lucania, n. 1.

[1] Act. SS., Aug. t. IV, p. 554. — [2] LANZONI, Le diocesi d'Italia, p. 327. — [3] Synax. Eccl. CP., p. 912. In Passione BHG². 269, legitur ἐν Λαρίσσῃ πόλει τῆς Ἑλλάδος. Cf. Act. SS., Aug. t. IV, p. 418-19. — [4] Die Martyrologien, pp. 37, 43. — [5] Synax. Eccl. CP., pp. 901, 910. — [6] BHG². 549, n. 1. — [7] Ibid., n. 6. — [8] Synax. Eccl. CP., p. 901. — [9] BHL. 6805, 6807. — [10] HOLDER, Alt-Celtischer Sprachschatz, t. I, p. 2053. — [11] In gloria conf., XXII. — [12] BHL. 5838-5840.

# XII KAL. SEPT.

I | II

**In Spaniis natale sanctorum Iuli Vincenti Iuliani**

(I) **in Lucania Valentini Leonti. in Sardinia Luxori**

**Augori Eulodi. in Portu Romano sancti Ippoliti** [a]

(II) **in Sardinia natale sanctorum Luxuri**

**Traiani Quadrati episcopi Primi. in Alexandria Pristi Sevi item Quadrati episcopi. Sindofagi Artivi Diomedis Zotici Azatangeli.**

(II) **in Lucania provincia natale sanctorum Valentini Leonti.**

**et in Gavalus vico Mimmatensi passio sancti Privati martyris.**

*Addunt codices pleniores :* a) et depōs beati philibti ab B[2].

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (cf. XIII kal) SW. — 2. hispaniis B ; ispaniis S ; spanis E | 3. *om.* B | 4-5. *om.* E | 5. *add.* et BSW | 6-7. *invert.* BSW | 9. lucā E | 15. auguri BSW ; *add.* et BSW | 16. eolodi B | 18. porto BSW | 19. rōm E ; *add.* natł S ; nāt W | 20. *om.* E | 21. eppoliti B[1] ; oppoliti SW ; *add.* et B | 24. *om.* B | 28. quatrati BW ; quarti S | 29. *om.* E | 30. *om.* B | 32. alēx E ; alexandr̄ B ; *add.* natale scōrum S ; nāt scōrum W | 33. pisti BSW | 34. saevi W | 35-37. *om.* W | 36. quatrati B | 38. sindofagie B ; sindofagię S ; sindo fagiae W ; *add.* natł scōrum S ; nāt scōrum W | 39. ortosii B ; ortosi S ; artorii W | 41. zetici E | 42. zatangeli E ; agatangeli B ; azat angeli S ; azatangeli W | 44. luciania S | 46-47. *om.* B | 49-50. *om.* S | 50. *om.* W | 50-54. *om.* E | 51-52. in cavalus S | 53-54. vi comim matinsi W | 54. mimmatinse B ; minantissi S | 58. epī E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Spanis nat. Vincenti et Iuliani et in Lucania nat.Vitalini et Leonti. — Taml. : Vincentii Iuliani Valentiani Sevi Quadrati Timothei Leontiani Luxori Leontii Artosii Diomedis Sotici Valentini. — Mon. : In provintia Laciana aliter Lucania natalis sanctorum Valentini Leonti Iuli Iuliani Vincentii. — Rich. : In Spaniis Vincentii et Iuliani et in Lucania Valentini et Leontii in Sardinia Luxurii Traiani Quadrati episcopi in Alexandria Pisti Sevi.

## AUG. 21

*1.* IN SPANIIS] *Tria huius laterculi nomina certissime martyrum Hispanorum sunt: Vincenti (n. 6), diaconi illius celebratissimi cuius natalis dies incidit in 22 ian., Augori (n. 15) seu Auguri, et Eulodi (n. 16), id est Eulogi, quorum memoria agitur 21 ian. De Iuli et Iuliani (n. 5, 7) ambigi potest. Unus tamen e martyribus Caesaraugustanis, qui in martyrologio simul cum Vincentio commemorantur, Iulius nuncupatur (ian. 22, n. 44). Mirum sane solos diaconos Augurium et Eulogium prostare, praetermisso Fructuoso episcopo, qui eos ad palmam duxit. Sed eius nomen casu deletum fuisse videtur, cum illud servaverint codices nonnulli martyrologii quod Bedae-Flori nuncupant, ut codex bibliothecae Vallicellanae F. 85, et codex H. 58 Archivii Sancti Petri :* In Ispania Iulii et Iuliani Vincentii Augurii Fructuosi [1]. *A 21 ian. ad 21 aug. martyres hispani translati sunt errore legentis* XII kal. aug. *pro* XII kal. feb. *Nec opponatur Vincentius, cuius festum celebratur XI kal. feb. Sunt enim codices in quibus, ut saepe fit, natalis dies anticipetur. Sepositis ergo Iuli, Iuliani, incertae originis, scribamus :*

**in Spaniis natale sanctorum Vincentii, <Fructuosi>, Augurii, Eulogii.**

*7.* IULIANI] *Iterari videtur Iuli, n. 5.*

*9.* IN LUCANIA] *Infra, n. 45 : in Lucania provincia. Iam pridie occurrit mentio Valentini, Leonti, aug. 20, n. 1-4.*

*13.* IN SARDINIA] *Vid. infra, n. 23.*

*14.* LUXORI] *Infra, n. 26 : Luxuri.*

*15.* AUGORI] *Lege : Auguri. Cf. supra, n. 1.*

*16.* EULODI] *Lege : Eulogi. Supra, n. 1.*

*18.* IN PORTU] *Vid. aug. 22, n. 24; 23, n. 9, 38, unde comprobatur lectio :*

**in Portu Romano Ippoliti.**

*23.* IN SARDINIA] *Lectio : sanctorum, n. 25, nequit retineri ; unum enim Luxurium seu Luxorium Sardinia hodie exhibet. Passio S. Luxorii :* Cum videret praeses iniquissimus saevissimis poenis non posse sanctum Luxorium deficere, sed impatientiam suam patientia magis illius superari, tulit sententiam duodecimo calendas septembris in illos parvulos Cisillum et Camerinum et sanctum Luxorium ... duxerunt eum

[1] *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 80.

in

in territorium Fori-Traiensis et extra municipium decollaverunt eum. *Deinde christiani* eum cum hymnis et diversis luminaribus conditum suavibus odoramentis extra oppidum in crypta sepelierunt [1]. *Forum Traiani nunc est Fordungianus (prov. Cagliari). Altera in hisce fastis S. Luxorii commemoratio est die 26 sept., n. 21. De monasterio Caralitano* sanctorum Gavini et Luxurii *mentio est in epistula S. Gregorii ann. 599 data* [2]. *Nomen vulgare S. Luxorii est San Luxore, San Rossore, et in provincia Caralitana locus est Sanctu Lussurgiu* [3].

**in Sardinia <in Foro> Traiani natale sancti Luxurii.**

*27.* TRAIANI] *Lege: Foro Traiani; supra, ad n. 23.*

*28.* QUADRATI] *Iterum infra, n. 36. Kalendarium Carthaginiense:* <XII> kal. sept. sancti Quadrati. *A S. Augustino sermonem de S. Quadrato habitum fuisse refert Possidius in Indiculo:* Per natalem martyris Quadrati [4]. *Editus est iampridem, praeter fragmentum sermonis deperditi* de natali sancti Quadrati [5], *alius sermo* habitus XII° kal. septemb. in natale martyris Quadrati [6], *et nuper* sermo sancti Augustini episcopi ad mensam Cypriani de sancto Quadrato [7], *quo docemur Quadratum fuisse episcopum Uticensem, quippe qui praeesset martyrum gregi vulgo* Massa Candida *dicto (aug. 18, n. 23),* Massa Uticensis *ab Augustino* [8]. Hoc discens et docens iste Quadratus — erat enim episcopus — cuius sollemnitatem hodie celebramus, cum tota plebe sua, clericis et laicis, confessus est Christum. Praemisit gregem, quem pascebat: post quadriduum Quadratus secutus est. Massa enim Candida, cuius ante quadriduum sollempnitas celebrata est, plebs erat Dei, gubernationi huius credita [9]. *Quae mox addit Augustinus, quamquam non ex Gestis Quadrati deprompta sed rhetorice dicta sunt, subiungimus:* Ubique statio illi collocata est. Proposita sunt dampna, ablatae sunt res confitentium Christum. Stetit Quadratus. Proposita sunt exilia, et amissio patriae carnalis: cogitata patria spiritali stetit Quadratus. Inpacta tormenta saevique cruciatus: cogitatis tantis gehennae doloribus stetit Quadratus. Promissa ingentia praemia saecularia, ut negaretur Christus: cogitata caelesti corona stetit Quadratus [10]. *Fuit basilica S. Quadrati Hippone Diarrhyto (nunc Bizerte), in qua S. Augustinus sermonem habuit de divite et Lazaro mendico, non tamen die natali S. Quadrati. Ita in lemmate:* Sermo habitus Hippone Diarrhyto in basilica sancti martyris Quadrati die dominica VII kal. octobris [11]. *S. Quadratus bis nuntiatur in martyrologio Romano, die 26 maii: cum hoc elogio:* in cuius solemnitate S. Augustinus tractatum habuit, *et iterum aug. 21, his solis verbis:* sancti Quadrati, episcopi, *monente ad hunc locum Baronio ignotam esse ecclesiam cui praefectus fuerit.*

**<in Africa> Quadrati episcopi.**

*30.* PRIMI] *De Primo, qui cum Leontio et Valentino Titi, in regno Neapolitano, coluntur, die 23 aug., obiter dictum est ad aug. 20, n. 1.*

*32.* IN ALEXANDRIA] *Sequebatur olim vel Dioscori, ut 20 aug., n. 7, vel alterius Alexandrini nomen, quod nunc evanuit.*

*33.* PRISTI] *Aug. 20, n. 15: Pisti, Πιστοῦ, ex societate S. Bassae, quam hodie recolunt Graeci in synaxariis* [12].

*34.* SEVI] *Aug. 10, n. 92. Lectio depravata, quae rursum occurrit aug. 22, n. 35 et 26, n. 36, ubi fortassis scribendum est: civitate.*

*36.* QUADRATI] *Supra, n. 28.*

*38.* SINDOFAGI] = *Sinada Frigiae, aug. 20, n. 13. Neque hodie accedit nomen martyris.*

*39.* ARTIVI] *Al. Ortosii, Artorii; aug. 20, n. 16: Arci, id est Tarsi. Iteratur memoria:*

**Tarsi Diomedis.**

*41.* ZOTICI] *Al. Zetici. Breviarium Syriacum: ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Ζωτικὸς καὶ ἕνιοι ἕτεροι. Die 22 aug., a Graecis recolitur memoria τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀγαθονίκου καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ Ζωτικοῦ, Ζήνωνος, Θεοπρεποῦς, Ἀκινδύνου καὶ Σευηριανοῦ* [13], *quorum variae exstant Passiones* [14]. *Variis in locis hi sancti martyrium subiisse leguntur. Zoticus Nicomedia abducitur ad ἐμπόριον τὸ λεγόμενον Κάρπιν, ibique cum suis discipulis trucidatur; Agathonicus cum aliis rapitur Σηλυβρίαν, εἰς τόπον λεγομένον Ἄμμους* [15]. *Horum duo sola nomina in hodierno laterculo recensentur: Zotici, et Azatangeli (n. 42), id est Agatonici. In Syriaco ἐκ τῶν ἀρχαίων fuisse signantur; in Passione vero: ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ.*

*42.* AZATANGELI] *Al. Agatangeli, lege: Agatonici, ut modo dictum est.*

*44.* IN LUCANIA] *Supra, n. 9. Iteratur memoriola, de qua heri:*

**in Lucania provincia natale sanctorum Valentini, Leontii.**

*Hos die 21 aug. Beneventi in Sancta Sophia recoli notatum est.*

*52.* IN GAVALUS] *Privatum episcopum Gabalitanum laudat Gregorius Turonensis* [16], *et Lupentium abbatem* basilicae sancti Privati

[1] *BHL.* 5092, c. 6, 7. — *Registr.*, IX, 197, HARTMANN, t. II, p. 186. — [3] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 672. — [4] C. IX, *P.L.*, t. XLVI, 19. — [5] *P. L.*, t. XXXIX, p. 1731. — [6] M. DENIS, in *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 90. — [7] MORIN, in *Rendiconti della pontificia Accademia di archeologia*, t.III, p. 295-303 ; ID., in *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 646-53.— [8] *Sermo* CCCXI, 10, *P.L.* t. XXXVIII, p. 1417. — [9] MORIN, in *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 647. — [10] Ibid., p. 648. — [11] M. DENIS, in *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 141. — [12] *Synax. Eccl. CP.*, p. 912. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, p. 913. — [14] *BHG*². 39-41. — [15] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 913, 915. — [16] *Hist. Franc.*, I, 34 ; X, 29 ; *Virtutes S. Iuliani*, 30.

martyris

martyris urbis Gabalitanae [1]. *Venantius Fortunatus :*

Privatum Gabalus, Iulianum Avernus abundans
Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit [2].

*Passio S. Privati, non antiqua, edita est* [3]. *Inscriptus est kalendariis mozarabicis* [4].

**in Gavalus vico Mimmatensi passio sancti Privati martyris.**

ADDITAMENTA] *Philiberti. Aug. 20, inter Additamenta.*

[1] *Hist. Franc.*, VI, 37. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], pp. 54, 124-26. — [2] *Carm.* VIII, 3, 161-162. — [3] *BHL.* 6932, 6933. — [4] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 474-75.

# XI KAL. SEPT.

I | II

**Romae via Ostensi in cimiterio eiusdem sancti Timothei discipuli Pauli apostoli. et in Portu Romano Peregrini**

**Aprelis** |

**Marcialis**

| **Aurae**

**Epictiti**

**Marcelli Aureli Felicis Ippoliti Saturnini.** | **Saturnini Aprilis et Felicis.**

**in Ponto Neocessarea civitate Nectaris Saevi. in Antiochia Marini. in Galliis civitate Agustiduno natale Minervi et Emeliani cum filiis VIII et sancti Simphoriani martyris.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (cf. XII kal.) SW. — *Lemma huius diei eras. in* B. — 1-11. *om.* B[2] *quinque lineolis erasis, sed sub rasura legitur :* romae.... via natale sc̄i thimothei discipuli pauli apostoli | 1. rōm EW | 3. ostinsi W | 4-7. *om.* E | 6. *add.* natł S | 8. thimothei W | 9-11. *om.* E | 9-10. *invert.* S | 14. porto BSW | 15. rōm E | 16. *om.* B ; peregrinorum martyrum SW | 19. aure S | 26. saт̄nini B | 27. apłis S | 30-31. *om.* E | 31-32. pontonio cesarea S | 32. neocess E ; neocesarea B ; neo caesaria W | 33. *om.* BS ; *add.* natł scorum SW | 34. nectari B ; nectarii S ; nectavi W | 35. sevi S | 37. antiōc E ; antiocia W ; *add.* natł sci SW | 39-41. *om.* E (*cf.* 42) | 40. galleis B ; gallea S ; gałł W | 42. augustūd gallis E | 43. *om.* E ; *add.* scōrum SW | 44. medardi BSW | 46. miliani S | 48. filis E ; *add.* suis S | 50. *add.* vigił sc̄i ac beatissimi B | 51. *om.* B | 52. simforiani B ; sim foriani W | 53. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae via Ostensi nat. Timothei et in Portu Romano Peregrini Aprilis Marcialis Epectiti Marcelli Aureli Felicis Eppolitis et in Gallis Agustiduno Simforiani martiris. — TAML. : Timothei discipuli Pauli in via Ostensi Expectiti Saturnini Aprilis Felicis Tasseusi Menervii Emiliani cum suis Simfroniani Pigrini Martialis Nectivi Marcelli Aurelii Felicis Ipoliti Necturi Medardi Marini Sedrac episcopi Natani Emiliani cum VII filiis. — RICH. : Rom. Timothei discipuli sancti Pauli apostoli et in Ponto Nectarei Augustiduno passio sancti Medardi et sancti Simphoriani martyris.

## AUG. 22

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum :* XI kal. septemb. Timotei Ostense. *Sacramentarium Gregorianum :* XI kalendas septembres id est XXII die mensis agusti natale sancti Timothei [1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* XI kalendas septembres natale sancti Timothei [2]. *Kalendarium Carthaginiense :* <XI> kal. sept. sancti Timothei. *Epitome de Locis sanctorum :* In parte australi civitatis iuxta viam Ostensem Paulus apostolus corpore pausat et Timotheus episcopus et martyr, de quo meminit liber Silvestri, ibidem dormit [3]. *Fasti Vindobonenses priores :* Constantio VI et Maximiano VI (*306*). His cons. passus est Thimotheus Romae X kl. iul. ; *melius Fasti Vindob. posteriores* (*ad ann. 303*) *:* X kl. septemb. [4], *ubi saltem non est error in mense. Acta Silvestri :* Factum est ut Timotheum quendam illustrem virum christianum ab Antiochia venientem Christumque publice praedicantem tempore persecutionis hospitio reciperet ; quod omnes

[1] WILSON, p. 98. — [2] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 171. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [4] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 291. Fastos priores sequitur PROSPER, in *Chronico*, ibid., p. 447.

pene

pene christiani hoc facto expavescere coeperunt. Sylvester vero non solum eum hospitio suscepisse gaudebat, sed et timore abiecto tam vitam quam praedicationem eius suis laudibus commendabat. Igitur cum spatium unius anni et trium mensium a Thymothei praedicatione fluxisset, et multus per eum gentium populus ab errore conversus fuisset, dignus martyrio tentus est a populo paganorum: traditusque urbis praefecto Tarquinio; a quo tormentis plagarum affectus et longa carceris custodia maceratus, quasi bonus athleta Dei cum sacrificare idolis noluisset, inter homicidas decollatus est; quem Sylvester sanctus caute et diligenter colligens in suum hospitium attulit, ibique sanctum Melciadem episcopum vocans et per totam noctem in Dei laudibus permanentes eius martyrium dedicaverunt. Quaedam autem Theon christianissima femina in suo hortulo non longe a sepultura Pauli apostoli eius corpusculum suscepit [1]. *Si quis quaestionem proponat de Timotheo, qui in kalendario Carthaginiensi nuntiatur, sitne Romanus ille an alius quivis, equidem non mirabor, cum paucos eosque celebriores Romanos martyres suis fastis inscripserit ecclesia transmarina, et Timothei episcopi, qui Carthagine passus sit, mentio occurrat in chronico quod Barbarus Scaligeri nuncupari solet:* Hisdem [Dioclitiano VIIII et Maximiano VIII] consulibus persecutio christianorum facta est in occiduum et multi martyrizaverunt, in quibus Timotheus episcopus in Chartaginae gloriosae martyrizavit [2]. *De Timotheo illo, sive Carthaginiensis fuerit episcopus an alterius sedis, nihil quidem praeterea traditum est; id tamen urgere nolo, cum multi sint martyres quorum solum nomen nobis servaverit antiquitas. Vix tamen crediderim utriusque Timothei, si reapse duo homonymi sunt, natalem in eundem diem incidere, vel eos ita proxima habuisse anniversaria, ut de restituenda memoria* [XI] kal. sept. *ambigi possit. Quod in hodierno laterculo scribitur:* discipuli Pauli apostoli *ab interpolatore insertum est, proindeque removendum.*

**Romae via Ostiensi in cimiterio eiusdem sancti Timothei.**

*14.* IN PORTU] *Si unum eximas nomen I p p o l i t i (n. 24), neminem hic invenies quem celebratum dicas i n P o r t u R o m a n o. Attamen vir apprime doctus, cum animadverteret nomen P e r e g r i n i (n. 16) et praesertim alternantem lectionem p e r e g r i n o r u m, suspicatus est hic latere mentionem antiqui illius xenodochii, quod in Portu Romano condidit Pammachius excipiendis peregrinis mari advectis, pauperibus et aegrotis* [3]. *Nostro quidem iudicio coniectura elegans sed irrita, eo magis quod p e r e g r i n i isti, qui finguntur, martyres dici non possint. Longe simplicior est altera interpretatio eaque veri similior: mentionem Portus Romani huc se prorupisse e die 23 aug., n. 9. Quam tamen si retinere placet, adiuncto nomine aliquo ex hodiernis, scribatur:*

**in Portu Romano Ippoliti.]**

*16.* PEREGRINI] *Al. p e r e g r i n o r u m m a r t y r u m. Quis hoc nomine martyr appellatus fuerit, ignoratur. Si tamen de lectione codicum SW constaret, ansa praeberetur coniecturae non improbabili. Nempe interpolatori, cum paulo post M a r c e l l i (n. 21) legeret I p p o l i t i (n. 24), in memoriam revocatus est alter I p p o l i t u s, de quo Passio Eusebii presbyteri, Marcelli diaconi et Hippolyti* [4]. *Hi martyres Graeci sunt, in via Appia quiescentes, quos Damasus hoc elogio prosecutus est:*

HIC CONFESSORES SANCTI QVOS GRAECIA MISIT [5]

*Eosdem laudat inscriptio quam rettulimus:*

OLIM SACRILEGAM QVAM MISIT GRAECIA TVRBAM
MARTYRII MERITIS NVNC DECORATA NITET [6]

*Itaque accidere potuit ut Hippolyti nomine istuc traherentur illi p e r e g r i n i, qui reapse advenae sunt ex Graecia. Hanc tamen coniecturam urgere nolumus, cum praesertim interrogari possit num M a r c e l l i nomen perperam hic stet pro M a r c i a l i s, ut mox dicemus.*

*17.* APRELIS] *Hoc nomen et alia nonnulla e sequentibus, cum indicio loci i n O s t e a, die 23 aug., n. 43, forsitan coniungi possint. A u r a e (n. 19), seu Chrysae, in codice Epternacensi: A u r e l i (n. 22), una e martyribus est, quorum memoria sedem habet ad Ostia Tiberina* [7]. *Haec nobis iam nota est e laterculo 20 maii, n. 13. In horum martyrum Passione inducuntur tribunus et cum eo milites eius baptizari cupientes. Istorum album codices alii aliud exhibent. In quibusdam* [8] *haec inter cetera nomina recensentur, quae in hodierno etiam laterculo comparent:*

*M a p r i l i s, lege: A p r i l i s, n. 17, 27.*
*M a r c i a l i s, n. 18.*
*E p i c t e t u s, n. 20.*
*F e l i x, n. 23, 29.*
*S a t u r n i n u s, n. 25, 26.*

*Utrum martyrologus e quopiam exemplo Passionis, an contra e martyrologio Passionis concinnator haec nomina deprompserit, decernere non possumus.*

*21.* MARCELLI] *Supra, ad n. 16.*

*22.* AURELI] = *A u r a e, n. 19. Relege quae ad n. 17 annotata sunt.*

*23.* FELICIS] *Infra, n. 29. De eodem iam n. 17.*

*24.* IPPOLITI] *Collocandus i n P o r t u, uti ad n. 14 dictum fuit.*

*25.* SATURNINI] *Iterum n. 26. Cf. dicta ad n. 17.*

*27.* APRILIS] *Supra, n. 17.*

*31.* IN PONTO] *Desideratur hic martyris nomen,*

[1] *BHL.* 7726. Cf. R. A. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 392-400. — [2] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 291. — [3] Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p.114. De Pammachii xenodochio, De Rossi, *Bullettino*, 1886, p. 99-103. — [4] *BHL.* 3970; *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 93-99. — [5] Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 12. — [6] Ihm, t. c., n. 78. — [7] *BHL.* 808-813. — [8] *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 759, annot. b.

*quem sibi vindicabat Neocaesarea in Ponto; sed cuius? Certe non* N e c t a r i s *(n. 34), siquidem verba* N e c t a r i s   S a e v i *elementis constant e nomine* N e o c e s a r i a   c i v i t a t e *subreptis, quod redintegrandum videtur.*

*35.* SAEVI] *Vid. aug. 21, n. 34 et supra, ad n. 31.*

*37.* IN ANTIOCHIA] *Inter martyres Antiochenses fuit* M a r i n u s *quidam, qui in oratione illa, quam ferunt, Eusebiana memoratur* [1]. *In breviario Syriaco, sine nomine loci, annuntiatur Μαρῖνος. Atqui certe Antiochenses sunt martyres Παυλῖνος et Ἡσύχιος, qui diebus proxime sequentibus aug. 23 et 24, in eodem breviario annuntiantur, tacito item nomine loci. Itaque series tota ad Antiochiam pertinere, nec de lectione ambigendum videtur:*

**in Antiochia Marini.**

*42.* AUGUSTIDUNO] *Augustodunum sibi vindicat memoriam* S y m p h o r i a n i, *n. 52. Sed inter urbis nomen et nomen sancti intercurrit mentio* M i n e r v i *et* E m e l i a n i   c u m   f i l i i s   V I I I *(n. 43-49), quae ad diem sequentem restituenda est et sub* L u g d u n o *collocanda, n. 58-64.*

*44.* MINERVI] *Aug. 23, n. 60:* M i n e r v i n i.

*46.* EMELIANI] *In elogio diei 23 aug., n. 58-64, quod praepropere hic geminatum est, non* E m e l i a n u s *legitur sed* E l e a z a r i. *Mire oculatus sit qui nominis eiusdem faciem utrobique agnoscat. Utcumque se res habet, audiendi non sunt qui* E m i l i a n u m *hunc dioecesi Augustodunensi adiudicant* [2] *et eundem Aemilianum (vulgo Saint Émiland) esse volunt cuius festum in propria ecclesia celebratur, die dominica post festum S. Iohannis Baptistae* [3]. *Ii prudentiores qui hodiernum* E m e l i a n u m *sibi fatentur ignotum ex ignoto loco.*

*52.* SIMPHORIANI] *Martyris Aeduensis celeberrimi edita sunt Acta non despicienda* [4], *e quibus haec attulisse sufficiat.* S. Symphorianus extra murum ductus, a percussore prostratus est; purpurei sanguinis sui unda perfusus, a religiosis latenter inde sublatus est. Sic martyr delatus ad fontem, qui extra publicum campum est, et ibi in parvula cellula sepultus, semper tamen virtutibus se publicavit; ita ut ipsis quoque gentilibus, ob miracula et sanitatum beneficia stupentibus, in maximo honore ea tempestate haberetur, non longe a basilica sua, quae studio summo antistitis nostrae ecclesiae celsum protulit aedificata fastigium. *De hac basilica ita Gregorius Turonensis:* Eo tempore et basilica beati Simphoriani Agustidunensis martiris ab Eufronio presbitero aedificata est. Et ipse Eufronius huius deinceps urbis episcopatum sortitus est [5]. *Exstructa est et S. Symphoriani basilica* apud Thigernum, castrum urbis Arvernae [6] *(nunc Thiers, Puy-de-Dôme) et alia in Biturigа* [7]. *Inter vigilias, quas in ecclesia Turonensi observandas instituit Perpetuus episcopus, erat* Natale sancti Simphoriani ad basilicam domni Martini [8]. *Sanctis sua aetate maxima celebritate cultis a Fortunato accensetur Symphorianus:*

Agustiduno Symphoriane venis [9].

*Missa* in natale beatissimi Sinfuriani martyris *habetur in Missali Gothico* [10].

**in Galliis civitate Augustoduno sancti Simphoriani martyris.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* E x p e c t i t i *= Epicteti, n. 20.*

P i g r i n i *= Peregrini, n. 16.*

N e c t i v i, N e c t u r i *= Nectaris, n. 34.*

N a t a n i *= natale, n. 43.*

[1] *BHO.* 700. Cf. *Les origines du culte des martyrs*, p. 225. — [2] A. DE CHARMASSE, *La légende de Saint Émiland*, in *Mémoires de la Société Éduenne*, nouvelle série, t. XXXVIII (1910), p. 81-91; ID., *Nouvelle note sur la légende de saint Émiland*, ibid., t. XLVI, p. 1-7. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 500. — [3] *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 79-81. — [4] *BHL.* 7967-7968. Cf. W. MEYER, *Fragmenta Burana*, in *Festschrift zur Feier des 150-jährigen Bestehens der kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, 1901, p. 161-63. — [5] *Hist. Franc.*, II, 15; cf. VIII, 30. — [6] GREGORII TURON. *In gloria mart.*, LI. — [7] ID., *In gloria conf.*, LXXIX. — [8] ID., *Hist. Franc.*, X, 31. — [9] *Carm.* VIII, 3, 160. — [10] H. M. BANNISTER, *Missale Gothicum*, t. I, p. 115.

# X KAL. SEPT.

I | II

**In Aquileia natale sanctorum Furtunati Ermodori.**

**et in Portu Romano Nunni. et in Ostea Arcei. et Romae ad sanctum Laurentium innocentum** (I)

**Sirti Marcialis Hermogerati**

**Romae in cimiterio sancti Laurenti [a]** (II)

**Habundi Innocenti Mirendini**

**et in Porto urbis Romae Yppoliti qui dicitur Nonnus.** (II)

**in Ostea natale sanctorum Cyriaci et Archelai. in provincia Cilicia civitate Egeas Claudi Asteri Neonis Domninae [b]. Lugduno Galliae Minervini Eleazari cum filiis VIII Remus civitate natale sanctorum Timothei Appollinaris. Augustoduno depositio sancti Flaviani episcopi. Arvernus sancti Sidonii episcopi [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) et trium puerorum M²KLV. — b) cum sociis eorum C. — c) et natł sc̄i sinforiani mār et vigił sc̄i bartholomei apostł B ; dedicatio ecclę sc̄i dionisii valliliacessis S².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B(cf. XI kal.) SW. — 3. *om.* B | 4. *om.* E | 6. hermogenis BSW | 9-10. pōr rom̄ E | 17. rōm E | 20. laurēn E | 22. sixti B ; xisti SW | 24. hermogerat B (hermogerate B¹) ; hermogeratio S | 25. rome S ; rom̄ W ; *add.* civitate S ; civīt W | 26-27. *om.* SW ; *add.* natł S ; nāt W | 28. scōrum SW | 30. abundi BW ; arundi S | 32. merendini S ; *add.* īt E | 37. rome BS ; rōm W ; *add.* natł sc̄i S ; nał sc̄i W | 41. *add.* cū sociis eorū S ; cum sociis eorum W | 43. hostia BW ; ostia S | 44-45. *om.* E | 46. quiriaci BSW | 47. *om.* E | 48. archilei B ; arciliae S ; archilai W | 49-57. *om.* W | 51. cilicie B ; ciliciae S | 52. civī E ; civitatis B ; *add.* natł S | 53. egas E ; egias BS | 57. domninę B ; domine S | 58. lugdūn E ; *add.* civitate S | 59.gāl E ; gałł W ; *add.* natł scōrum S ; nāt scōrū W | 60. menervi S ; minervi W | 61. elezari E ; eliazari B | 63. filis E | 65-66. rome via ostensa B² *sup. ras.* | 67. *sup. ras.* B² | 67-68. *om.* E | 68. sc̄i B² *sup. ras.* | 69. *sup. ras.* B² ; tymothei S ; thimothei W ; *add.* discipuli pauli apłi B² *sup. ras.* | 70. *om.* B ; apollonaris SW | 71. augustūd E ; agustiduno BSW | 72-73. *om.* EW | 76. arveñ E ; arvennus S ; *add.* natłae S ; nał W | 77. *om.* E | 78. sinodi E ; sidoni SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Aquileia nat. Furtunati et in Portu Romano Nunni et in Ostea Arcelai et Romae Innocentii. — Taml. : Fortunati et aliorum V Hermoginis Sirti Martialis Zefani Hermogeratis Laurentii Abundi Inocentii Mirendini Ipoliti Ciraci bis Archilaii Laudi Timothei Apollinaris Augusti Flaviani Sidonii Ermoderi Munni Neonis Archei Ypoli cum suis Ciciliae Mariae Basillae Dominae et aliorum XIII Laurenti Claudii Asteri Dm̄o (Dnīo?) Arafranis Sidoni episcopi. — Mon. : In Aquileia natalis sanctorum Fortunati et Ermogenis Lugduni Minervi Flaviani. — Rich. : In Aquileia Furtunati Ermogenis Rome Cyriaci Abundii Innocentii Lugduno Galliae Minervi Augustiduno Flaviani episcopi Avernis Sidonii episcopi.

## AUG. 23

1. IN AQUILEIA] *Si vera sunt quae ad diem 12 iul., n. 8 de martyribus Aquileiensibus disseruimus, iterum scribendum erit:*

**in Aquileia Furtunati et Hermagorae.**

6. ERMODORI] *Infra, n. 24: Hermogerati.*

9. IN PORTU] *Infra, n. 35.*

11. NUNNI] *Infra, n. 41.*

14. IN OSTEA] *Infra, n. 43.*

15. ARCEI] *Infra, n. 48: Archelai.*

17. ROMAE] *Infra, n. 25.*

21. INNOCENTUM] *Infra, n. 31: Innocenti.*

22. SIRTI] *Al. Xisti. Vocabulum corruptum, quod legendum videtur Sirmi, cui olim adhaerebat, ni fallor, Irenaei. In breviario quidem Syriaco, et in hoc martyrologio iam die 6 aprilis, n. 2, Irenaei episcopi Sirmiensis memoria recolebatur. In fastis graecis hodiernis, quibuscum nostros non raro convenire deprehendimus, memoratur die 23 augusti ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Εἰρηναίου ἐπισκόπου Σιρμίου [1]. Martyris nomen evanuisse crediderim propter homonymum Irenaeum Romanum, qui latere videtur sub Mirendini, n. 32.*

23. MARCIALIS] *Aug. 22, n. 18, ubi forsitan sit pro Marcelli, ibid., n. 21.*

24. HERMOGERATI] *Supra, n. 6: Ermodori, al. Ermoginis, reapse Hermagorae.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 917.

25. ROMAE] *Itinerarium Salisburgense:* Ibi pausat sanctus Abundius et Herenius martyr via Tiburtina; et ibi est ille lapis quem tollent digito multi homines nescientes quid faciunt. *Epitome de Locis sanctorum:* Et prope eandem viam ecclesia est sancti Laurentii maior... et ibi basilica nova mirae pulchritudinis ubi ipse modo requiescit. Ibi quoque sub eodem altare Abundus est depositus et foris in portico lapis est, qui aliquando in collo eiusdem Abundi pendebat in puteum missi: ibi Hereneus Iulianus cet. [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Iuxta hanc viam iacet S. Laurentius in sua ecclesia et Habundius martyr [2]. *Sanctorum Abundii et Irenaei martyrium narratur in Passione S. Hippolyti:* Alia die Valerianus praefectus hoc audiens tenuit Irenaeum et Abundium et iussit ut vivi in cloaca necarentur. Qui necati sunt sub die septimo kalendas septembris. Tunc beatus Iustinus levavit corpora eorum et sepelivit iuxta corpus beati Laurentii in crypta in Agro Verano [3]. *Nomen Irenaei seu Herenaei, quae in hieronymianis non inusitata scriptio est, sub Mirendini, n. 32, occultatur. Innocentius tam ab hagiographis quam a topographis ignoratur, nec Abundio et Irenaeo sociandus est, donec de homine monumenta nos aliquid docebunt.*

**Romae in cimiterio ad sanctum Laurentium Habundii, Hirenei.**

31. INNOCENTI] *Solo nomine notus. Supra, n. 21: Innocentum.*

32. MIRENDINI] *Ita scriptum pro Hirenei a librario qui nomen Minervini, n. 60, prae oculis habebat.*

35. IN PORTO] *Heri et nudiustertius Hippolyti nomen in Portu Romano legimus (aug. 21, n. 21; 22, ad n. 14); die 11 sept., n. 31, rursum habebitur: in Portu Urbis Romae Ippoliti. Hodie alterius recensionis codices eidem loco ascribunt Yppoliti qui dicitur Nonnus; prioris autem recensionis testes ferunt Nunni plane et nude. Recolenda primum est mentio quae die 25 iul. in hieronymiano occurrit:* in Porto Urbis Romae Aconti et Nonni, *quicum convenit Depositio martyrum, sed alio die, 5 sept.:* Aconti in Porto et Nonni et Herculani et Taurini. *Unde exploratum habemus in Portu Romano cultum esse martyrem Nonnum, de quo nihil novimus praeter ea quae narrantur in commenticiis Actis S. Aureae,* quam beatus Nonnosus collegit, qui et Ypolitus nuncupatur, et cum omni diligentia sepelivit in praedio eius ubi habitaverat, quarto kalendas septembris [4]. *Postmodum autem* beatus Ypolytus, qui etiam Nonnus vocatur, obtulit se in conspectu Romuli vicarii, et dum mersus fuisset in foveam ante muros urbis, iuxta alveum Tiberis, audita est vox quasi infantium per unius horae spatium dicentium: Deo gratias. Tunc christiani occulte noctu levaverunt corpus de puteo cum hymnis et Dei laudibus, <et> cum omni diligentia sepelierunt in eodem loco, non longe ab ipso puteo sed quasi pedes plus minus sexaginta, sub die decimo kalendas septembris [5]. *Exstat et Actorum Censurini libellus, qui artissime cum Actis Aureae connexus est. Huius in codicibus memoratur* Nonus qui et Hippolytus cognominatur [6], *vel in aliis* senex Hippolytus, *nullo agnomine adiecto* [7]. *Perdifficile est diiudicare uter ab altero mutuam sumpserit sententiam:* qui dicitur Nonnus, *martyrologii an Passionis scriptor. Adducimur potius ut credamus primigenium fontem martyrologium fuisse. Memoratu dignum est conspicuo loco in Hieronymiano inscriptum esse Hippolyti nomen, quater in Portu Romano commemoratum, semel tantum cum Nonni nuncupatione, hoc ipso die. Atqui seorsum indicitur Nonni anniversarius dies 25 iulii. Quapropter inclinamur in opinionem, occasione oblata ex Hippolyti nomine, quod saepius fieri vidimus, in hodierno laterculo ascriptum fuisse nomen alius martyris eiusdem ecclesiae; quae si sententia vera est, alius est ab Hippolyto Nonnus, uterque in Portu Romano pro martyre habitus cultusque. Hos duos unum eundemque fuisse nescio quis reputavit. Neque hac vice tantum haec formula* qui dicitur, *vel* qui et, *in martyrologio usurpata est; exempli gratia, die 5 augusti Dassum seu Dasium martyrologus eundem facit cum Basso, et istic quidem haud iniuria. Hodie vero hae voces delendae sunt. In hac ergo opinione stabimus donec veriorem perspexerimus. Superest ut de Hippolyto Portuensi dicamus. Ad diem 13 aug., n. 1, advertimus non defuisse eruditos clarosque viros qui Portuensem alium conicerent fuisse ab homonymo via Tiburtina positum. Gravissimum, ni fallor, rei testem haberi opinati sunt in Vita Leonis III (795-816):* Fecit autem hisdem almificus pontifex in basilica beati Yppoliti martyris in civitate Portuensi vestes de stauraci duas, unam super corpus eius et aliam in altare maiore [8]. *Sed tale testimonium, qua aetate scriptum est, ad litteram accipi nequit. Vulgatus hisce temporibus error erat, ut in basilicis quae sanctuaria tantum martyris servabant, eiusdem labentibus annis, corpus haberi putaretur. Quam ob rem id unum pro comperto recipiamus: exstitit aliquando* ecclesia beati Ipoliti martyris quae ponitur in insula Portuensi, quae vocatur Arsis, *ut est in gestis Leonis p. IIII (847-855)* [9], *placetque sententia martyrem Hippolytum, qui via Tiburtina iacebat, cultum fuisse et in Portu Romano. Neque is unus putandus est martyr peregrinus summis honoribus insignitus in illa civitate. Legimus enim die 24 mai:* in Portu Romano Vincenti; *die 18 oct.:* iuxta Portum Romanum Agnetis virginis. *Utrumque simul cum Hippolyto in vitro deaurato delineatos habemus, ascriptis nominibus:* VINCENTIVS, AGNES, POLTVS [10]. *Qui Romanum martyrologium concinnaverunt, duos fuisse Hippolytos voluerunt. Die 13 aug. festum indicitur*

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [2] Ibid., p. 179. — [3] *BHL.* 4464, n. 2. — [4] *BHL.* 808-809, c. 7. — [5] Ibid., c. 18, 19. — [6] *BHL.* 1722, DE MAGISTRIS, p. LXXII. — [7] *BHL.* 1722, MOMBRITIUS, p. 198. — [8] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 12. Cf. p. 40. — [9] Ibid., p. 125. — [10] H. VOPEL, *Die altchristlichen Goldgläser* (Freiburg i. B., 1899), n. 401.

Romae

Romae beati Hippolyti martyris, *adiecta pervulgata narratiuncula de Hippolyto ligato* ad colla indomitorum equorum et per carduetum et tribulos *tracto* [1]. *Die 22 aug.:* in Portu Romano sancti Hippolyti episcopi eruditione clarissimi... manibus pedibusque ligatis in altam foveam aquis plenam *praecipitati, quae ex Passione Aureae excerpta sunt* [2]. *Neutrubi vera proferuntur, sive unus sive duo Hippolyti fuerunt.*

**in Portu Urbis Romae Yppoliti qui dicitur Nonnus.**

*43.* IN OSTEA] *In Actis S. Aureae et ceterorum martyrum ad Ostia Tiberina* C y r i a c u s *appellatur episcopus,* A r c h e l a u s *vero diaconus* [3]. *Item in Actis S. Censurini et sociorum* [4], *et in Passione S. Cyriaci* [5]. *In ruderibus Ostiensis civitatis repertus est titulus marmori inscriptus:* HIC QVIRIACVS DORMIT IN PACE, *quod non nemo subdubitans S. Cyriaci epitaphium esse coniectavit* [6]. *Ex ipsis autem verbis constat Quiriacum illum neque episcopum neque martyrem fuisse.*

**in Ostia natale sanctorum Cyriaci et Archelai.**

*51.* CILICIA] *In Actis SS. Claudii et sociorum offeruntur Lysiae, praesidi* provinciae Lyciae in civitate Aegea *C l a u d i u s, A s t e r i u s, N e o n, D o m n i n a e t T h e o n i l l a, qui post graves cruciatus morte puniuntur.* Habita est passio haec in civitate Aegea, sub Lysia praeside, X kalendas septembris [7]. *In synaxariis die 30 octobris:* ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Κλαυδίου, Ἀστερίου, Νέωνος καὶ Νεονίλλης. Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως καὶ Λυσίου ἡγεμόνος τῆς Κιλίκων ἐπαρχίας [8]. *Iteratur ibidem eorum elogium die 27 ianuarii* [9]. *Obiter quoque memorantur in Passione SS. Zenobii et Zenobiae* [10]. *Theonilla, al. Neonilla, in hieronymianis reticetur;* D o m n i n a *vero in Graecorum libris. In nonnullis kalendariis mozarabicis fit memoria* sanctorum Claudii, Asteri, Neonis, Domnine et Teomile, cum infante, martyrum Christi [11].

**in provincia Cilicia civitate Egea Claudii, Asterii, Neonis, Domninae.**

*58.* LUGDUNO] *De sanctis Lugdunensibus hodie memoratis, haec notat L. Duchesne: « Martyres ignoti mihi videntur sancti Machabaei »* [12]. *Id certe de Eleazaro et filiis (cf. Mach. II) intellexit, non de Minervini, al.* M i n e r v i, *qui nobis quoque plane ignotus est. Memoriolam exscripsit martyrologus Lugdunensis anonymus, qui haec addidit:* quorum corpora in crypta quae urbi imminet condita habentur [13]. *Haec sua fecit Ado, etiam Usuardus, praeter additamentum Lugdunense. Usuardum secutus est Baronius in martyrologio Romano. Utut obscura, certa est lectio:*

**Lugduno Galliae Minervini, Eleazari cum filiis VIII.**

*65.* REMUS] *Gregorius Turonensis:* Timotheus et Apollinaris apud Remensium urbem consummato martyrio, caelestia regna meruerunt. Quorum reliquias quidam, aedificata in eorum honore basilica, devotus expetiit [14]. *Flodoardus, in Historia ecclesiae Remensis* [15], *exscribit Passionem SS. Timothei et Apollinaris* [16]*:* Illi autem cum magna fiducia perducti sunt extra civitatem in via quae appellatur Caesarea, in loco qui Buxitus dicitur, ibique martirizavit eos sub die X kalendas septembris... corpora vero sanctorum sepulta sunt a christianis die IX kalendas septembris. Eusebius quidam vir spectabilis, qui et ipse per verbum ipsorum credidit, fabricavit illis basilicam, in qua multa signa et remedia ostenderunt. *Non esse martyres indigenas sed* T i m o t h e u m *Romanum et* A p o l l i n a r e m *Ravennatem (aug. 22, iul. 23) a Remensibus cultos, sententia est L. Duchesne, quam libenter amplectimur. Interim, codices sequendi sunt.*

**Remus civitate natale sanctorum Timothei, Apollinaris.**

*71.* AUGUSTODUNO] *Vita S. Eptadii:* Ubi tanta ubique eius fama perclaruit, hunc sancte recordationis Flaviconus (*lege* Flavianus) pontifex presbiterii voluit honore provehere [17].

**Augustoduno depositio sancti Flaviani episcopi.**

*76.* ARVERNUS] *Episcopi Arvernensis C. Sollii Modesti Apollinaris* S i d o n i i *cum gesta tum opera notissima sunt. Qui obiit anno 479, die 23 aug., si martyrologium sequemur, vel die 21 aug. si eius epitaphium, quod quidem in lapide periit, in carta tamen superstes est:*

EPITAPHIVM SIDONII

SANCTIS CONTIGVVS SACROQVE PATRI
VIVIT SIC MERITIS APOLLINARIS
ILLVSTRIS TITVLIS POTENS HONORE
RECTOR MILITIAE FORIQVE IVDEX
MVNDI INTER TVMIDAS QVIETVS VNDAS
CAVSARVM MODERANS SVBINDE MOTVS
LEGES BARBARICO DEDIT FVRORI
DISCORDANTIBVS INTER ARMA REGNIS
PACEM CONSILIO REDVXIT AMPLO
HAEC INTER TAMEN ET PHILOSOPHANDO
SCRIPSIT PERPETVIS HABENDA SAECLIS
ET POST TALIA DONA GRATIARVM
SVMMI PONTIFICIS SEDENS CATHEDRAM

[1] *BHL.* 3961. — [2] *BHL.* 808-809. — [3] *BHL.* 808, n. 6, 7. — [4] *BHL.* 1723, n. 14. — [5] *BHL.* 2055 b. — [6] D. VAGLIERI, in *Nuovo bullettino*, 1910, p. 61. — [7] *BHL.* 1829, 1830. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 178. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 427. — [10] *BHG*[2]. 1884, c. 2. — [11] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 477. — [12] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XLI]. — [13] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 214. — [14] *In gloria martyrum*, LIV. De basilica haec habet LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI[e] siècle*, p. 392 : « L'église de Saint-Timothée, détruite aujourd'hui, fut unie au X[e] siècle par un archevêque de Reims, Artaud ou Adalbéron, à l'abbaye de Saint-Remi, et l'on y rétablit en 1061 un chapitre de chanoines qui subsista jusqu'à la Révolution. Elle était située dans le bourg de Saint-Remi, à 100 mètres, vers l'est, de l'église abbatiale. » — [15] *M. G.*, Scr., t. XIII, p. 415-16. — [16] *BHL.* 8296. — [17] *BHL.* 2576, c. 7. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 718.

MVNDANOS

MVNDANOS SVBOLI REFVDIT ACTVS
QVISQVE HIC CVM LACRIMIS DEVM ROGABIS
DEXTRVM FVNDE PRECES SVPER SEPVLCRVM
NVLLI INCOGNITVS ET LEGENDVS ORBI
ILLIC SIDONIVS TIBI INVOCETVR
XII KL. SEPTEMBRES ZENONE IMPERATORE [1]

*Ad haec Mommsen : « Quamquam extremum vocabulum non recte se habet scribendumque fuit* Zenone Augusto (iterum) consule *similiterve. Eo ipso die Claromontana ecclesia ferias in Sidonii honorem celebrare solet, quamquam martyrologia Romana eas adscribunt ad diem aug. 23 vel 24* [2]. »

**Arvernus sancti Sidonii episcopi.**

ADDITAMENTA] *Sinforiani. aug.22, n. 52.*
EXCERPTA] *Cod. Taml. : Laurentii = in cimiterio S. Laurentii, n. 20, 29.*
*Laudi = Claudi, n. 54.*
*Augusti = Augustoduno, n. 71.*
*Archei = Archelai, n. 48.*
*Ciciliae = Cilicia, n. 51.*
*Arafranis = Arvernus, n. 76.*

[1] MOMMSEN, in *M.G.*, Auct. antiq., t. VIII, p. XLIV ; LEBLANT, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, t. I, 562. — [2] *M.G.*, t. c., p. XLIX.

---

# IX KAL. SEPT.

I | II

[a] **In Antiochia Zenovi Capitolini Emeritae [5] Italicae [b]. Romae sancti Genisi martyris [10]. in Galliis civitate Neverno natale [15] sancti Patricii abbatis et confessoris [c] et [21] sancti Geldardi presbyteri**

**et [25] confessoris. et in territurio Eduae [30] civitatis vico Cervidunensi depositio sancti [35] Eptati presbiteri [d] et confessoris.**

*Addunt codices pleniores :* a) dēp beati audoini ep̄i rodomaginsis urbis W. — b) in india natł sc̄i bartholomei apłi S ; civitate rotomago sc̄i audoeni ep̄i et c̄f S² *in marg* — c) in rotomago civitate depositio sancti audoeni episcopi et confessoris C. — d) in india natale sancti bartholomei apostoli B ; et depōs audoeni ep̄i B² ; et natale sc̄i bartholomei apostoli aii om. W² *in litura.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (cf. X kal.) SW. — 2. antiōc E ; anthiocia W ; *add.* natł sc̄orum S ; nał sc̄orum W | 3. genobi BSW | 4. capitulini BW ; capituli S | 5. emerete S¹ ; emeretii S² | 5-6. *om.* W | 6. italice S¹ ; italici S² | 7. rōm EW ; arelato B² *in ras. ; add.* natale S ; nł W | 9. genesi BSW | 10. *om.* E | 12. gāl E ; gałł BW ; gallea S | 14. reverno E ; neverrnis S¹ ; never///nis S² | 15. *om.* EB ; *add.* ///// S *int. lin.* | 16. sc̄i EBS² ; sc̄orū S¹ ; sc̄orum W | 17. patrici ES¹W | 19. *om.* E | 21. *add.* in territurio civitatē ipsius vico luperciaco depō S ; in territurio civīt ipsius vico lupciaco dep̄ W | 21-22. *om.* E | 23. geddordi E ; gel////dardi B | 25-26. *om.* B | 29. tr̄iturio S ; terreturio W | 30. edua B | 31. civitatę B | 32-33. *om.* SW | 36. epadi B | 38-39. *om.* B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Antiochia nat. Zenonis et Capitulini. — TAML. : Zenoni Iulii Italicae Capitolini Genobii Emeritae Iunillae Genesi Partholomei Zenovi Magenoli. — MON. : Beatus apostolus Barcholomeus in India pro nomine Christi decollatus est iussu regis Astrages Romae natalis sancti Genesi martyris in Galliis civitate Neveno depositio sancti Patricii abbatis et confessoris. — RICH. : In India natale sancti Bartholomei apostoli Rome Genesi martyris in Antiochia Zenobii et Capitolini Rodomis depositio sancti Audoini episcopi.

## AUG. 24

*1.* IN ANTIOCHIA] *Zenobius, in his codicibus Zenovi, Genobi, Antiochiae martyrium passus est teste Eusebio : Τῶν δ' ἐπὶ Φοινίκης μαρτύρων γένοιντ' ἂν ἐπισημότατοι τὰ πάντα θεοφιλεῖς τῶν λογικῶν Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμένες, Τυραννίων ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Τύρον ἐκκλησίας πρεσβύτερός τε τῆς κατὰ Σιδῶνα Ζηνόβιος καὶ ἔτι Σιλβανὸς τῶν ἀμφὶ τὴν Ἔμισαν ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπος. Ἀλλ' οὗτος μὲν θηρίων βορὰ μεθ' ἑτέρων ἐπ' αὐτῆς Ἐμίσης γενόμενος χοροῖς ἀνελήφθη μαρτύρων· τὼ δ' ἐπ' Ἀντιοχείας ἄμφω τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον διὰ τῆς εἰς θάνατον ὑπομονῆς ἐδοξασάτην, ὁ μὲν θαλαττίοις παραδοθεὶς βυθοῖς, ὁ ἐπίσκοπος, ὁ δὲ ἰατρῶν ἄριστος Ζηνόβιος ταῖς κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπιτεθείσαις αὐτῷ καρτερῶς ἐναποθανὼν βασάνοις* [1]. *In homilia pseudo-Eusebii iam saepius allata, Zenobius martyribus Antiochenis annumeratur* [2].

**in Antiochia Zenobi.**

*4.* CAPITOLINI] *Triadis quae nunc prodit, id est*

[1] *Hist. Eccl.*, VIII, 13, 3-4. — [2] *BHO.* 700. Cf. *Origines du culte des martyrs*₂ p. 225.

*Capitolini*

*Capitolini, Emeritae, Italicae,* iam sexies mentio facta est, eiusque originem ad diem 23 iun. exponere conati sumus. A 24 iul. ad hunc diem delata est, videlicet a VIIII kal. aug. ad VIIII kal. sept. *Pro Capitolini legendum est Capitonis; pro Emeritae autem Amiterninae civitatis. De vocabulo Italicae coniecturam dedimus, quae, si vera est, e sanctorum albo Italicam quoque deleri iubet* [1].

*7.* ROMAE] *S. Genisi, al. Genesi, Arelatensis, cuius natalis celebratur die 25 augusti, anticipatur. Praeter Acta eius Arelatensia* [2] *conficta sunt eiusdem Acta Romana* [3], *de quibus ad hunc diem sermo erit. Haec legerat qui Romae eius nomini hodie ascripsit.*

*17.* PATRICII] *Nulla exstat S. Patricii Nivernensis Vita antiqua. Nostrorum sylloge complectitur quaecumque de eo tradita sunt* [4]. *In diplomate Caroli III, diei 18 dec. ann. 886, quod quidem, quale nunc est, spurium habetur, sed ex genuino instrumento fluxisse reputatur* [5], *significatur* Abbatia Sancti Patricii inter Ligerim et Alericum fluvios [6], *hodie Saint-Parize-le-Châtel (canton de Saint-Pierre-le-Moûtier, dép. de la Nièvre). Ab eodem Patricio nuncupatus est locus Sanctus Patricius in Viriaco, Saint-Parize-en-Viry (canton de Dornes, dép. de la Nièvre)* [7].

**in Galliis civitate Neverno natale sancti Patricii abbatis et confessoris.**

*23.* GELDARDI] *Al. Geddordi. Neque huius sancti Acta supersunt, nec iis quae a nostris collecta sunt quicquam addendum videtur* [8]. *In eo diplomate anni 886 quod modo attulimus, mentio est abbatiae* Sancti Gildardi sanctique Lupi. *Porro praetereundum non est loci indicium ex codice W: vico Luperciaco in territorio Nivernensi, quod, ni fallor, nunc appellatur Lurcy-le-Bourg (canton de Prémery, dép. de la Nièvre)* [9]. *Est et* ecclesia Sancti Gildardi, prope Nivernis, *de qua in instrumento anni 1393, nunc Saint-Gildard* [10].

**in territorio civitatis ipsius [Nivernensis] vico Luperciaco sancti Gildardi episcopi et confessoris.**

*36.* EPTATI] *Vita S. Eptadii* [11]*:* Sanctus Eptadius Augustodunense Aedue Gallearum oppido civis fuit, sed intra terminum vel castrum Maternense [12] sive Lobremense nutritus fuit. *Cervidunum hodie est Cervon (canton de Corbigny dép. de la Nièvre)* [13]. *S. Eptadius recurrit postridie (n. 11): alibi Aptati presbyteri. Verum eius festivitas hodie celebratur. Ita in ambobus codicibus quibus tradita est Vita Eptadii. Alter enim fert:* qui observatur VIIII kal. septembris, *alter vero:* cuius depositio observatur VIIII kal. septembris.

**in territurio Eduae civitatis vico Cervidunensi depositio sancti Eptati presbiteri et confessoris.**

ADDITAMENTA] *Audoini al. Audoeni episcopi Rotomagensis Vita edita est* [14].

**in Rotomago civitate depositio sancti Audoeni episcopi et confessoris.**

*Bartholomaei. De die non consentiunt codices. Lege notanda ad diem 25 aug.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Zenonis, lege: Zenobii, n. 3.*

*Cod. Taml.: Iulii, aug. 25, n. 32.*

[1] *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 46-47. — [2] *BHL.* 3304. — [3] *BHL.* 3315. — [4] *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 781-783. — [5] BOEHMER-MÜHLBACHER, *Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern*, I, 1688. — — [6] Entre la Loire et l'Allier. — [7] G. DE SOULTRAIT, *Dictionnaire topographique de la Nièvre*, p. 168. — [8] *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 840-41. — [9] G. DE SOULTRAIT, t. c., p. 102. — [10] Ibid., p. 166.— [11] *BHL.* 2576.— [12] Ita legendum, non vero *Nevernensem*, demonstravit L. DUCHESNE, in *Bulletin critique*, 1897, p. 451-55. — [13] G. DE SOULTRAIT, t. c., p. 32. — [14] *BHL.* 750-754.

# VIII KAL. SEPT.

**I** | **II**

**[a] In Ariolato Genisi [b].** |

**in Syria natale sancti Iuliani. et alibi Aptati presbyteri. in Capua civitate Campaniae sanctorum Rufinae Euticae. in cimiterio eiusdem via Nomentana miliario XVIII**

| **Arelato natale sancti Genesi martyris**

**Iuli Hermetis. in Spaniis Compluto loco natale sanctorum Iusti et Pastoris martyris.**

*Addunt codices pleniores :* a) ñt bartholomei apōs in india E ; natalis sancti pontiani KLV. — b) rōm euticetis et E.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (*cf.* IX kal.) SW. — 4. *add.* p(ro)vincia SW | 5. siria B ; syriae S | 6-7. *om.* E | 8. ubi magnus fit conventus monachorum quiq; meruit fide coronari W ; ubi magnus sit conventus monachorum quicumq; ibi meruit fide coronari S | 9. *om.* E | 9-12. *om.* SW | 11. eptati B | 12. *add.* et S | 14. cappua B | 15-17. *om.* E | 16. campanie B ; *add.* natł S ; nāt W | 18. rufine S | 19. eutice S ; *add.* cum sociis eorum SW | 20-26. *om.* E | 24. nomtana B ; nomena S ; numentana W | 26. XVII W | 27. romae B² *sup. ras.* | 29. scōrum SW | 32. iulii B | 34. *om.* E | 35. spanis E ; ispania S ; spania W | 36. confluto B | 36-37. *om.* SW | 38. *om.* B ; *add.* fratrum B | 38-39. *om.* E | 41. *om.* ES | 43. *om.* S.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Arelato nat. Genesi martiris et Romae Euticitis et in Siria Iuliani et Albano maioris Armeniae Bartholomei apostoli et Iacobi fratris Iohannis. — Taml. : Passio Bartholomei apostoli Iuliani Eptati Genesi Iulii Patricii Euticitis Reversinae Eoticae Mariae Italicae Rufine Iunillae Zefani Timothei Iohannis Ioseph et aliorum V. — Mon. : Romae in cimiterio eiusdem via Numentana sancti Genesii et Pastoris martyrum. — Rich. : In Arelato Genesii martyris Iulii et Rom. Euticetis in Syria Iuliani in Capua civitate sanctorum Rufini Eutici in Spaniis Iusti Pastoris.

## AUG. 25

*1.* IN ARIOLATO] *Infra, n. 27 : Arelato. Huius civitatis decus et lumen erat martyr Genesius, teste Prudentio :*

Teque praepollens Arelas habebit,
sancte Genesi [1].

*Ei concinit Fortunatus :*

Porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi
astris, Caesario concomitante suo [2].

*S. Apollinaris Valentinensis, antequam mortuus est, sisti se* voluit liminibus sancti Genesii martyris [3]. *Repertum est Arelate epitaphium Silvinae cuiusdam, quae sepulta fuit* AD SANCTVM MARTYREM [4], *profecto Genesium, in sancti basilica, de qua S. Hilarius Arelatensis [5] et ex Hilario Gregorius Turonensis [6]. Ad diem 16 dec. annuntiat martyrologium :* Arelato dedicatio basilicae altaris sancti Genisi martyris. *Aliae urbes e reliquiis S. Genesii particulas acceperunt, inter quas et Narbona :* Est et apud Narbonensim urbem in ecclesia seniore quae beati Genesii martyris reliquiis plaudit [7]. *Item Ebredunum (Embrun),* in cuius etiam altari beati Genesi Arelatensis martyris reliquiae venerantur [8]. *In kalendariis mozarabicis omnibus S. Genesius ad diem 25 aug. inscriptus est [9]. Orationes aliasque ecclesiasticorum scriptorum lucubrationes ubi de S. Genesio sermo sit, hic recensere non vacat. Horum tamen consensus proclamat late pervagatum fuisse cultum S. Genesii [10]. Non spernenda quidem sunt Acta quae S. Genesium* ante tribunal iudicis exceptoris officium *exsequentem ostendunt, et Arelate mortuum perhibent [11].*

*Altera forma Passionis, in qua mimus Genesius martyr Romanus inducitur [12], nec genuina est nec S. Genesio propria, sed ex translaticio argumento accommodata [13]. Satis tamen antiqua est, ut iam saeculo VI Carthagine innotuerit. Quippe in celeberrimo huius ecclesiae kalendario legitur :* <VIII> kal. sept. sancti Genesi mimi. *In ipso documento deletus est kalendarum numerus. Editores quidem rescripserunt :* <VIIII> kal. *fortasse quod in martyrologio die 24 aug. legerant :* Romae sancti Genisi. *Nobis vero, qui Romae sanctum Genesium exstitisse nullum putamus, satius visum scribere* <VIII> kal. *Romae tamen S. Genesii Arelatensis, ut tot martyrum exterorum cultum adoptatum fuisse certum est. Fuit in Urbe Sancti Genesii ecclesia, cuius sarta tecta curavit Gregorius III (731-741) :* in ecclesia beati Gene-

[1] *Peristeph.*, IV, 35. — [2] *Carm.* VIII, 3, 157-58. — [3] *BHL.* 634, c. 7. — [4] *C.I.L.* XII. 961. — [5] Vide *Act. SS.*, Aug. t. V, p. 134. Cf. Longnon, *Géographie de la Gaule au VI^e^ siècle*, p. 435-36. — [6] *In gloria martyrum*, LXVIII. — [7] Ibid., XXII. — [8] Ibid., XLVI. — [9] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 476-77. — [10] *Act. SS.*, t. c., pp. 123-26 ; 129-35. — [11] *BHL.* 3304-3306. — [12] *BHL.* 3315-3325. Cf. Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 533-41. — [13] *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 258-68.

sii martyris tectum noviter restauravit [1]. *Haec videtur ecclesia fuisse vel sacellum quod memorant topographi, neque aliunde compertum est* [2]. *Itinerarium Salisburgense (via Tiburtina):* Pervenies ad S. Ypolitum martyrem, qui requiescit sub terra in cubiculo, et Concordia mulier eius martyr ante fores, altero cubiculo; sancta Triphonia regina et martyr et Cyrilla filia eius et martyr quas Messius [3] Decius interfecit uxorem et filiam et S. Genesius martyr. *Epitome de Locis sanctorum:* Ibi est Triphonia uxor Decii Caesaris et Cyrilla filia eius; inter utrasque Concordia et sanctus Genesius et multi martyres ibi sunt [4]. *His testimoniis qui affirmari negaverit S. Genesii corpus hoc loco requievisse, pervicaciae nota se ipse defendat. Sed ipsi topographi nonnunquam sibi persuaserunt martyris sepulcrum ibi adesse, ubi reapse non viderant nisi monumentum aliquod huius sancti memoriae recolendae positum. Indicium fallax hic esse potuit S. Genesii oratorium. Alia vestigia supersunt unde constat sanctum martyrem Romae non incelebrem fuisse. In sarcophagi operculo coniuncta nomina leguntur:*

PETRVS PAVLVS SALVATOR GENESIVS [5]

*In vitro deaurato duorum sanctorum imagines depictae sunt cum hac inscriptione:*

GENESIVS LVCAS [6]

*Neque alius Genesius hic fuit quam Arelatensis. Si enim Genesius alter Romae claruisset, profecto suum et iste festum proprium haberet. Atqui commenticio illi Genesio Romano dies suppositus est qui Genesio Arelatensi sacer erat: quod satis ostendunt Genesii mimi Passiones, in quibus inscriptus est dies* VIII kal. sept. [7]. *Geminandi huius unici Genesii fictam causam obtulit fabula de Genesio mimo. Hanc deinde confirmavit eruditio sciolorum, qui in hieronymianis* VIIII kal. sept. *casu anticipatam ex die* VIII kal. *Genesii memoriam legentes, ad alterum martyrem eam referendam esse decreverunt. Haud aliter ex uno eodemque S. Valentino Romano, postquam Interamnae coli coeptus est, duo martyres facti sunt, quorum uterque suam habuit historiam. Sic igitur Genesius exceptor Arelatensis, cum eum Romani adoptassent, novam personam induit S. Genesii Romani ex mimis.*

**in Arelato natale sancti Genesii martyris.**

*5.* IN SYRIA] *S. I u l i a n u m Syrum cum Macario quodam obviam habuimus die 12 aug., n. 17. In codice W hic additum est incisum, quod ex illo die desumptum videtur:* Ubi magnus fit conventus monachorum. *Quod subiungit idem codex:* quique meruit fide coronari, *postridie iteratur in elogio Anastasii martyris, n. 9. Quis Iulianus iste sit, non constabat ex dictis ad diem 12 aug., neque interim eliquatum est. Itaque satis erit codicum litteram referre:*

**in Syria natale sancti Iuliani.**

*11.* APTATI] *Aug. 24, n. 36: E p t a t i.*

*14.* IN CAPUA] *Die 27 aug., n. 1: i n C a p u a R u f i, al. R u f i n i. Sic et hodie scribendum, non R u f i n a e. Cum isto coniungendum esse nomen sequens, non sine similitudine veri conieceris. Etenim in opere musivo Sancti Prisci, Capuae, una exhibentur* RVFVS *et* EVTICES [8], *qui Eutices Campanus est martyr. Itaque satis probabilis adest causa scribendi: C a p u a ... R u f i n i E u t i c i. Verum enimvero sequitur: i n c i m i t e r i o e i u s d e m v i a N o m e n t a n a, quod loci indicium, uti videbimus, ad martyrem refertur cui nomen E u t i c e s. Si autem in hodierno laterculo nomini E u t i c a e respondet martyr Romanus, prorsus excluditur Eutices Capuanus; quamquam mirandus est casus, quo cum Capuae nomine coniunctus hic cernitur martyr peregrinus, cognominis alterius martyris qui reapse Capuanus est. Accidere etiam potuit, casu itidem fortuito, ut in eundem diem concurrerent ambo cognomines, Eutices Romanus et Eutices Capuanus. Neque obstat in codicibus omnibus, secluso Epternacensi, unicum Euticen memorari: accidit enim ut librarii, cum bis in eodem laterculo nomen idem occurrit, alterutrum expungant, utpote perperam geminatum. Neutra coniectura plane arridet; minus tamen audax videtur prior. Scribamus igitur:*

**in Capua civitate Campaniae sancti Rufini.**

*19.* EUTICAE] *Haec mentio probabiliter eundem martyrem appellat de quo codex E, in additamentis: R o m a e E u t i c e t i s, concinente epitoma Cambrensi. Inducitur hic Eutyches in Passione SS. Nerei et Achillei:* Deposuit eos [Aurelianus] de insula et quasi servos per sua praedia singulos divisit, Eutychen in sexto decimo ab Urbe via Nomentana... Tunc diabolus replevit ira mentem Aureliani et misit qui vario genere poenarum interficeret eos. Nam Eutychen in media via diu caedi iussit, quamdiu spiritum exhalaret: cuius corpus rapuit populus christianorum et cum honore magno sepulto, in Christi nomine super eum basilicam fabricavit [9]. *In miliariorum numero binarium interest; sed cum nostri libri de numeris non soleant tam putide curare, a littera recedendum non est:*

**Romae in cimiterio eiusdem via Nomentana miliario XVIII Euticetis.**

*30.* GENESI] *Supra, n. 3.*

*32.* IULI] *Ignotus, nisi nomen I u l i a n i, n. 8, iteret.*

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 419. — [2] DE ROSSI, *Bullettino*, 1882, pp. 23, 52-53, 75. — [3] Cod.: *meditus*. — [4] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [5] G. GATTI, in *Bullettino comunale*, t. XXXII (1904), p. 325-30. — [6] GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. III, tav. CLXXXVIII, 5; H. VOPEL, *Die altchristlichen Goldgläser*, p. 110. — [7] Cf. QUENTIN, t. c., p. 541. — [8] DE ROSSI, *Bullettino*, 1883, tav. IV-V; 1884-1885, p. 125; GARRUCCI, *Storia dell'arte cristiana*, t. IV, tav. CCLV. — [9] *BHL*. 6060, c. 19, 20.

*33.* HERMETIS] *Aug. 27, n. 25; 28, n. 2.*

*36.* COMPLUTO] *De sanctis* *I u s t o* *et* *P a s t o r e,* *ita Prudentius:*

Sanguinem Iusti, cui Pastor haeret,
ferculum duplex geminumque donum
ferre Complutum gremio iuvabit
membra duorum [1].

*Et Paulinus Nolanus, qui filium iuxta corpora martyrum sepeliri iusserat:*

Quem Complutensi mandavimus urbe propin-
[quis
coniunctum tumuli foedere martyribus,
ut de vicino sanctorum sanguine ducat,
quo nostras illo spargat in igne animas [2].

*Acta SS.* *I u s t i* *et* *P a s t o r i s* [3] *a nostris edita sunt et illustrata ad diem 6 augusti* [4], *quo in kalendariis Mozarabum inscripti sunt* [5]. *In eorumdem libris habetur SS. Iusti et Pastoris missa et officium* [6], *quorum festivitas celebrabatur tum alibi tum in* coenobio sanctorum Iusti et Pastoris quod est in interiore montana Cordubensi, loco qui dicitur Fraga, inter clivosa montium, et condensa sylvarum confini viculi Leiulensis, qui a Corduba distat quinque miliarios lustros [7]. *Horum reliquiae variis in locis servabantur* [8].

**in Spanis Compluto loco natale sanctorum Iusti et Pastoris martyrum.**

ADDITAMENTA] *B a r t h o l o m a e i. Die 24 aug. recensetur Bartholomaeus in codicibus BS(W²), breviariis Tamlact., Mon., Rich., in libelli de Festis apostolorum codd. B C, in Breviario apostolorum* [9], *in kalendario Cordubensi anni 961* [10]; *die vero 25 in codicibus E et Cambr., in Notitia de locis apostolorum, in libelli de Festis* [11] *codd. LV, in marmore Neapolitano* [12]. *Similis est dissensio, hoc mense, in synaxariis* [13]. *Die 13 iun., n. 9, memorabatur natale Bartholomaei* *i n P e r s i d a; hodie omnes uno ore:* *i n I n d i a.* *Bartholomaeum Indis evangelium praedicasse Eusebii aetate fama ferebat* [14], *asseruntque hagiographi* [15], *quorum placita perpendere huius loci non est* [16]. *De rationibus festorum S. Bartholomaei tum mense iunio tum mense augusto celebratorum, quae plane incertae sunt, anquirere non iuvat, neque de variis corporis translationibus* [17]. *De his enim nulla satis distincta memoria in libris nostris habetur.*

**Natale Bartholomaei apostoli in India.**

*P o n t i a n i. Aug. 13, n. 12.*

*E u t i c e t i s. Supra, ad n. 14, 19.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* *P a t r i c i i, aug. 24, n. 17.*

*R e v e r s i n a e = Rufinae, n. 18.*

*E o t i c a e = Euticae, n. 19.*

*I t a l i c a e, aug. 24, n. 6.*

[1] *Peristeph.*, IV, 41-44. — [2] *Carmen* XXXI, 607-610, HARTEL, p. 329. — [3] *BHL.* 4595. — [4] *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 143-55. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 474-75. — [6] FÉROTIN, *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, pp. 384-389, 753, 958. Lege LESLEI annotationes ad missam, *P.L.*, t. LXXXV, p. 805-808. — [7] EULOGII TOLETANI *Memorialis sanctorum*, lib. II, 11, *P.L.*, t. CXV, p. 792. — [8] HÜBNER, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, 85, 255. Cf. *Acta SS.*, t. c., p. 151-53. — [9] Supra, p. 2-4. — [10] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 477. In ceteris Mozarabum kalendariis S. Bartholomaei memoria inscripta est die 24 iulii. Ibid., p. 472-73. — [11] Supra, p. 2. — [12] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 919, 921. — [14] *Hist. eccl.*, V, 10, 3. — [15] *BHL.* 1002; *BHG*². 227. — [16] Cf. LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 54-106. — [17] *BHL.* 1004-1008; *BHG*². 229, 230; LIPSIUS, t. c., p. 106-108; DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXIX].

# VII KAL. SEPT.

I | II

**Romae Quinti Maximiani. et**

**in Salona civitate sancti Anastasi martyris hic fullo fuit. et Apolia civitate Eclano Mercori martyris.**

**Romae [a] in cimiterio Basillae Maximiliani et via Penestrina miliario XXII Quintini martyris.**

**in Galliis civitate Arelato Sevi Victoris Primi item Victoris. Autisiodoro Eleotheri episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) romę via tiburtina natł scōr hirenei et abundii martir qui necati sunt in cloaca sub decio $S^2$.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (*cf.* VIII kal.) SW. — 1. rōm E | 5. *om.* S | 6. sołona S ; solana W | 6-7. *invert.* SW 7-8. *om.* E | 7. *add.* natł S ; nał W | 8. scōrū S ; scorum W | 10-13. *om.* E | 13. *add.* quiq ; fidei suae merito inter martyrum numero meruit coronari W | 14. *om.* SW | 15-16. *om.* E | 16. *add.* in E ; natł scōrum S ; nł scōrum W | 17. hecclano B ; heclano SW | 18. mercurii BS ; mercuri W | 19. *om.* E | 20. rome BS ; rom̄ W | 22. *add.* natł scōrum S ; nał scōrum W | 23. basselle S ; basele W | 25-29. *om.* SW (*cf.* 31) | 31. *add.* et via prenestina mil'ario XXII S (*cf.* 25-29) | 32. *om.* E | 33. gāl E ; gałł BSW | 34. *om.* E | 34-35. *invert.* SW | 35. arelāt E ; *add.* natł scōrum S ; nał scōrum W | 36. saevi W | 41. autisio E ; autisioder̄ B ; autisiodero SW ; *add.* civitat depō sc̄i S ; civīt dēp W | 42. cleotheri E ; eleuteri B ; eleutherii S ; eleutherii W | 43. *add.* cum sociis eorū S ; cum sociis suis W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Quinti et Maximiani et in Scalona Anastasi. — Taml. : Quinti Zefani Quarti Maximiani Anastasii Severi Cinti Mercurii Victoris Coloceri bis Bassi Meroni Primi Celsi Eleutheri episcopi cum suis /// Rufini Basillae. — Mon. : Hermetis item Romae Anastasiae martyris et fullonis. — Rich. : In civitate Salona Anastasii martyris et Apulia civitate Ecclamo Mercurii /// martyris Rome Maximiliani Quintini Arelato Victoris.

## AUG. 26

1, ROMAE] *Infra, n. 20.*

2. QUINTI] *Infra, n. 30: Quintini.*

3. MAXIMIANI] *Infra, n. 24: Maximiliani.*

6. IN SALONA] *Passio S. Anastasii:* Cum igitur tempore Diocletiani sceleratissimi persecutoris edictum promoveretur et adversus christianos persecutio ageretur, beatus Anastasius, in Aquileiensi civitate, quod cum reverentia sui dicendum est, artis fulloniae operam exercebat... Nec aliter beatus Anastasius coronam martyrii se sperabat adepturum, nisi, quae erant saeculi, quasi impedimenta a suis desideriis abiecisset ; seque ad Salonitanam civitatem, ubi fidelium coronae per effusionem sanguinis eorum aedificabantur, ultro se transferret... martyrizatus est autem beatus Anastasius sub die VII kalendas septembris [1]. *Duos fuisse Anastasios martyres Salonitanos, fullonem alterum, alterum cornicularium, nonnullis placuit* [2]. *Eorum rationibus nequaquam acquiescere possumus, et unum, qui fullo fuit, Anastasium agnoscimus* [3]. *Quievit ille in coemeterio Salonitano christiano, in loco dicto Marusinac, ubi repertum est epitaphium Iohannis presbyteri, in eius basilica quiescentis :*

> + HIC IACIT IOHANNES
> PECCATVR ET IN
> DIGNVS PRESBITER . . . . . . . . .
> ANASTASII SERVANS REVERENDA
> LIMINA SANCTI [4]

*S. Anastasii et aliorum reliquiae Romam delatae sunt, iussu Iohannis IIII, summi pontificis (640-642). Liber Pontificalis :* Eodem tempore fecit ecclesiam beatis martyribus Venantio, Anastasio, Mauro et aliorum multorum martyrum, quorum reliquias de Dalmatias et Histrias adduci praeceperat, et recondit eas in ecclesia supra scripta, iuxta fontem Lateranensem, iuxta oratorium beati Iohannis evangelistae quam ornabit et diversa dona optulit [5]. *In musivo absidis cum aliis novem martyribus depictus cernitur* S. ANASTASIVS [6]. *Nuper, in loco ubi quondam sepultus*

[1] *BHL.* 414. — [2] L. Jelić, *Anastasius cornicularius, der Märtyrer von Salona*, in *Festschrift zum 1100-jährigen Jubilaeum des deutschen Campo Santo in Rom*, p. 21-32 ; *Bullettino di archeologia e storia Dalmata*, 1897, p. 65. — [3] *S. Anastase martyr de Salone*, in *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 488-500. — [4] *C.I.L.* III, suppl. 9527. — [5] Duchesne, t. I, p. 330. — [6] Edidit De Rossi, *Musaici cristiani*, oratorio di S. Venanzio. Cf. Id., *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 148. Et supra, p. 183.

*fuisse*

*fuisse creditur, minuta reperta sunt ossa* [1], *quae utrum sacri corporis reliquiae sint necne sapientioribus relinquimus decernendum.*

**in Salona civitate sancti Anastasii martyris ; hic fullo fuit.**

*Quae subiungit cod. W :* quique fidei suae merito inter martyrum numero meruit coronari, *iam hesterno die S. Iuliano aptaverat.*

*17.* ECLANO] *Antiqua Italiae civitas Aeclanum postea* Ad Quintumdecimum *dicta, scilicet ad XV viae Appiae a Benevento lapidem* [2]. *Si fides habeatur historiae Translationis S. M e r c u r i i Beneventum, corpus huius martyris* Caesarea Cappadociae ubi primo humatum extiterat Quintodecimum delatum fuerit, *imperante Constantinopoli Constantino,* qui et Constans est nominatus, *anno 663* [3]*; a Quintodecimo autem ab Arechi Beneventum transvectum* [4]. *De translatione Beneventana non est ambigendum; nullo tamen antiquiore testimonio constat a quo et quando sancti corpus Aeclanum fuerit adductum. Quare nobis quondam visum est Mercurium istum, nunc Beneventanum, non esse celeberrimum martyrem Caesariensem, cuius festum agunt Graeci die 26 novembris* [5] *et Acta habentur graeca* [6] *et latina* [7], *sed martyrem indigenam, qui Aeclani pro Christo mortem obierit* [8]. *Re tamen maturius perpensa, ancipites haeremus, neque necessario reicienda videtur sententia v. cl. L. Duchesne, qui Mercurii reliquias priscis temporibus Caesarea Aeclanum allatas fuisse opinatur* [9]. *Lectio certa est :*

**Apulia civitate Eclano Mercurii martyris.**

*Notanda est clausula libelli de Translatione :* Reconditum est autem corpus beati Mercurii martyris in basilica sancte Sophie intra menia Beneventi septimo kalendas septembris anno vero ab incarnatione domini nostri Iesu Christi septingentesimo sexagesimo octavo [10]. *Si haec vera sunt, translatio facta est ipso die quo natalis S. Mercurii Aeclani celebrabatur. In carmine de eadem translatione, pro* VII kal. sept. *indicatur* dies aug. VII :

Alma dies augusti instabat septima, quando
martyris illatum corpus fuit in Beneventum [11].

*20.* ROMAE] *Itinerarium Salisburgense :* Deinde vadis ad australem via Salinaria donec venies ad S. Ermetem, ubi primum <in> bas<ilica Bas>-ilissa virgo et martyr, in altera et martyr Maximus et S. Ermes longe sub terra. *Epitome de Locis sanctorum :* Et inde in Occidentem tendentibus apparet basilica S. Ermes ubi ipse martyr iacet. Ibi sunt S. Crispus et S. Herculanus et S. Maximilianus et S.Basilessa [12]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Iuxta viam S. Hermes requiescit et S. Vasella et Protus et Iacinctus, Maximilianus, Herculanus, Crispus [13]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas :* Sci Hermitis, sci Proti, sci Iacynti, sci Maximiliani [14]. *Idem ergo est qui dicitur M a x i m i a n u s (n. 3), M a x i m i l i a n u s (n. 24), M a x i m u s (It. Salisb.), de quo tamen nihil praeterea compertum habemus* [15].

**Romae in cimiterio Basillae Maximiliani.**

*26.* VIA PENESTRINA] *De sancto Q u i n t i n o et Q u i n t o (n. 2) nihil traditum est. Recens tamen, miliario circiter XXXVI viae Praenestinae, prope oppidum Paliano et collem dictum San Quirico, inventum est antiquum coemeterium christianum* [16]. *Locus autem olim dictus est* vadum sancti Quinti [17]. *Fuit et ibi ecclesia seu capella S. Quintini* [18]. *De nomine martyris, sitne Q u i n t i an Q u i n t i n i, disceptari potest, ut et de numero miliariorum* [19]. *Donec meliora afferentur, scribamus, cum codicibus :*

**via Praenestina miliario XXII Quinti martyris.**

*35.* ARELATO] *Nomen sancti casu excidit, sive is fuerit G e n e s i u s, aug. 25, n. 3, sive C a e s a r i u s, aug. 27, n. 71.*

*36.* SEVI] *Lege quae dicta sunt ad aug. 21, n. 34.*

*37.* VICTORIS] *Infra, n. 40. Edita est* Passio sancti ac beatissimi martyris Victoris qui passus est sub die VII° kalendas septembris [20]. *Hic autem ab Hispanis habitus est martyr Cerasii, in Castella Veteri, saec. IX vel X martyrium passus* [21]. *Verum ab hagiographo ceteris antiquiore C a e s a r i e n s i c i v i t a t i diserte asseritur* [22]. *In kalendariis mozarabicis inscripta est memoria S. V i c t o r i s, cui nonnulli addunt V i c t o r i s e t C o r o n a e* [23]. *Martyrologium Romanum :* In Hispania S. Victoris martyris, qui a Mauris pro Christi fide occisus, martyrii corona donatus est.

*38.* PRIMI] *Aug. 21, n. 30.*

*40.* VICTORIS] *Supra, n. 37.*

*41.* AUTISIODORO] *E l e u t h e r i u s episco-*

[1] F. BULIĆ, in *Bullettino di archeol. Dalmata,* t. XXII, p. 85 ; t. XXIII, pp. 212, 228 ; *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 14. — [2] HUELSEN, in PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie,* t. I, p. 443-44. — [3] *BHL.* 5937. — [4] Variae sunt huius Translationis recensiones, *BHL.* 8936-8938, 8938b. De quibus diximus in opusculo *La Translatio S. Mercurii Beneventum,* in *Mélanges Godefroid Kurth,* t. I (Liége, 1908), p. 17-24. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 258. — [6] *BHG*$^2$. 1274-1277. — [7] *BHL.* 5933. — [8] *La Translatio S. Mercurii Beneventum,* t. c., p. 24 ; *Les origines du culte des martyrs,* p. 353. — [9] « Nous avons affaire ici, en ce qui regarde Éclane, à une très ancienne translation de reliques ; c'est le cas des Trois jumeaux de Langres et des Quatre Couronnés de Rome. Cf. TILLEMONT, t. III, p. 337. » L. D. — [10] *BHL.* 5936, n. 4. — [11] *BHL.* 5938, v. 113-14. — [12] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176.— [13] Ibid., p. 177. — [14] Ibid., p. 176.— [15] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische Festkalender,* p. 176, etiam die 24 ian. legendum opinatur : *Via Salaria veteri in cimiterio Basellae Maximi.* Rem aliter exposuimus ad hunc diem, n. 23. — [16] MARUCCHI, in *Nuovo bullettino,* 1914, p. 131-36 ; TOMASSETTI, *La campagna Romana,* t. III, p. 565. — [17] *Nuovo bullettino,* 1920, p. 41. — [18] Ibid., 1914, p. 135. — [19] Varietates numerorum componere studet MARUCCHI, ibid., 1920, p. 41, ann. 2, haud scio an feliciter.— [20] *BHL.* 8565. Cf. Supplem. p. 304. — [21] *BHL.* 8566, 8567. — [22] J. DE GUIBERT, in *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 257-64. — [23] FÉROTIN, *Le Liber ordinum,* p. 476-77.

*pus*

*pus quattuor conciliis Aurelianensibus ann. 533, 538, 541, 549 interfuit* [1].

**Autisiodoro Eleutherii episcopi.**

ADDITAMENTA] *Irenaei et Abundii. Aug. 23, ad n. 25.*

EXCERPTA] *Cod.Taml.: Cinti = Quinti, n.2.*
*Rufini, aug. 27, n. 23.*
*Basillae, lege: <cimiterium> Basillae, n. 22.*
*Cod. Mon.: Hermetis, aug. 27, n. 25; 28, n. 2.*

[1] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 446.

---

# VI KAL. SEPT.

**I** | **II**

**In Capua natale Rufi.** |

**in Antiochia Sabbati et Alaxandri**

| **abbatis.**

**in Lucania civitate Potentia Felicis Aronti Saviani Honori.**

| **et in Capua sancti Rufini.**

**Romae Hermetis et Basileae** [a]

| **Constantinopoli sanctorum Olti**

**et Stefani. in** [b] **Thomis civitate Marcellini tribuni et Manis uxoris cum filiis**

**Iohanne Petro.** | **Iohannis et Serapionis Clerici et Petri militis.**

**et alibi natale**

**X** | **XL**

**martyrum qui de graeco in latinum translati sunt. in Galliis Arelato civitate depositio sancti Cessari episcopi. Augustiduno natale domni Siagri episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) senonis dēp sc̄i cbboppis ep̄i et c̄f S². — b) *praemittit* biturico translatio corporis sc̄i sulpicii (*VII kal. sept.*) et dedicatio ipsius basilicę (*VI kal. sept.*) B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (*cf.* VII kal. *usq. ad.* 35 in thomis ; *deinde* VI kal.) SW. — 6. antiōc E ; anthiocia W ; *add.* natł scōrum SW | 7. sabasti BSW | 8. *om.* BSW | 9. alexandri BSW ; *add.* et E | 12. lucā E | 13. *om.* SW | 14. potentię B ; *add.* civitate natł scōrum S ; civīt natł scōrum //// W | 16. oranti W | 17. sabiniani BSW | 18. honorati BS | 21. *add.* civīt W ; natale S | 22. *om.* W | 24. *add.* natł scōrum S ; nāt scōrum W | 27. basille BS ; basillae W | 28. *add.* natł S ; nāt W | 30. olii SW | 31. *om.* ES | 32. stephani BSW ; *add.* diaconi S ; diacōn W | 33-34. intumu S¹ ; thomis S² ; in tumu W | 35. *add.* natł scōrum S ; nāt scōrum W | 37. tribūn E | 38-39. emannis B | 39. mannis S¹W ; mannee S² | 42. filis E ; *add.* suis B² | 45. iohannes BS¹ ; iohanne W | 48. clereci S | 51. milites B² | 54. *add.* sanctorum B ; *om.* SW | 56. quadri // genti /// B ; XI S | 57. mār E ; martyres S ; martyrū B ; martȳr W | 58-65. *om.* E | 60. greco BSW | 62. latinum B ; latino SW | 66. gāl E ; gałł BW ; gallea S | 67. aralāt E ; arlato W | 68. *om.* E | 70. *om.* ES | 71. cesarii BS | 71-75. *om.* W | 73. agustiduno B ; agustūd E ; agustiduno S | 74. depōs E | 75. *om.* ES | 76. suacri E ; sacri B¹ ; siagri B² ; syagri S.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Campania Capuana Rufi et in Antiochia Sabbati et Alexandri et in Luscania Potentia Felicis Saviani Honorini et Arlato depositio sancti Cesariae episcopi. — TAML. : Rufi Sabbati Alexandri Sabasti Felicis Potenti Zefani bis Laurenti Sabiani Honorati Rufini Hermetis tribuni Clerici Petri et aliorum X Dionisii Cesarii episcopi Domini Gaviniani Castori Mariae Teodoriae Iohannae militis Cesarii Saviani martiris et aliorum XXV Marcellini Basillae Balvinae. — MON. : Antiochiae natalis sanctorum Sabasti Alexandri alibi sancti Ruphi Cesarii episcopi. — RICH. : In Campania Rufi et in Antiochia Sabasti et Alexandri in civitate Thomis Marcellini Arelato depositio sancti Caesarii episcopi Augustiduno Siagrii episcopi.

## AUG. 27

*1.* IN CAPUA] *Sacramentarium Gelasianum:* VI kal. septembres in natali sancti Rufi [1]. *Kalendarium lapideum Neapolitanum ter memorat Rufum seu nomine derivato Rufinum. Die 7 aprilis* [2]*:*
P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) RVFINI MAR(*TYRIS*)

[1] WILSON, p. 195. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 336.

*Deinde*

*Deinde die 21 iunii:*

P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) RVFI MAR(*TYRIS*)

*Tandem die 27 augusti:*

NAT(*ALE*) S(*AN*)C(*T*)I RVFI MAR(*TYRIS*) [1].

*In martyrologio, die 21 iun., n. 21:* *Rufini; 25 aug., n. 18:* *Rufinae; 27 aug., n. 4:* *Rufi; n. 23:* *Rufini. Unum eundemque esse martyrem,* *Rufum, qui et Rufinus, Capuae et Neapoli variis diebus cultum, probabile videtur* [2]. *Neque obstat quod de Decoroso episcopo Capuano legitur:* Temporibus Iustiniani minoris... erat quidam religiosus valde nomine Decorosus, in sede Capuanae ecclesiae episcopus. Huius siquidem tempore cum religiose a Langobardorum gente coemeteria sanctorum excolerentur, contigit ut in martyrologio seriatim nomina sanctorum exquirerent. Et inventa sunt hoc modo duorum sanctorum nomina scripta: octavo kalendas septembris, natales S. Rufini confessoris et uno intermisso die, quod est sexto kalendas septembris, natales S. Rufi martyris. Huius vero S. Rufini praedictus dies cum omnibus notus fuisset, locus tamen ubi corpus eius requiesceret ignorabatur, cet. [3]. *Habentur Acta SS. Rufi et Carponii, martyrum Capuanorum* [4], *quae die 27 aug. legenda proponuntur, sed lectu digna non sunt. Nec magis commendanda sunt Acta S. Rufi, patricii et martyris* [5], *eodem die legenda, qui censetur patricius ille cuius filiam S. Apollinaris Ravennas episcopus a mortuis suscitavit. Haec a fabulatore conficta esse vel ex his Agnelli verbis deducitur:* Et illius in patricii domo episcopium Bononiensis ecclesiae usque in praesentem cernimus diem; sic autem domum illam integram et incolumem scio, quomodo antiquitus. Et nunc pene annos quinque Theodoricus Bononiensis antistes saxeam archam, ubi Ruffus patricius sua cum filia positus fuit, abstulit et ad suam ecclesiam Bononiensem deportavit, ut, postquam defunctus, ibidem sepultus fuisset [6]. *Neque ergo sanctus, nec Capuae sepultus fuit ille Rufus. Fuit certe in Campania martyr, Rufus seu Rufinus nomine, fidelium veneratione clarus, de quo tamen nihil traditum est. Coniectura est, forsan iusto audacior, quam tamen silentio premere nolumus, non alium hunc esse a* *Rufino, cuius exitum referunt Marcellinus et Faustinus presbyteri in libello de confessione verae fidei:* Sed et Rufininus, mirae quidem simplicitatis sed admirabilior in tuenda fide, effusione sui sanguinis praevenit exilium. Denique cum pro fidei integritate perstitit, hunc Epictetus atrox ille et dirus de Centumcellis episcopus ante raedam suam currere coegit, et cum diu currit, sic in via ruptis vitalibus sanguinem fundens expiravit. Sciunt hoc Neapolitani in Campania, ubi reliquiae cruoris eius in obsessis corporibus daemonia affligunt, pro gratia utique fidei illius pro qua et sanguinem fudit [7]. RVFVS *tum in abside tum in tholo basilicae S. Prisci Capuanae opere tessellato depictus erat* [8].

**in Capua natale Rufi.**

*In martyrologio Romano die 26 aug. nuntiatur:* Capuae sancti Rufini episcopi et confessoris; *hodie vero:* Capuae in Campania natalis sancti Rufi episcopi et martyris..., *et iterum:* ibidem sanctorum martyrum Rufi et Carpophori.

*6.* IN *ANTIOCHIA*] *E documentis hagiographicis et liturgicis, quotquot supersunt, nullum Antiochiae in Syria suffragatur in confirmanda mentione martyrologii nostri:* *in Antiochia Sabbati et Alexandri. In breviario Syriaco legitur tantum Σάβα πρεσβυτέρου καὶ Ἀλεξάνδρου, sed sine ullo indicio loci. Stiltingus olim in commentario praevio ad Acta SS. Trophimi, Sabbatii et Dorymedontis, die 19 sept., quo a Graecis illi commemorantur* [9], *cum animadvertisset Sabbatium ante duos eius sodales occisum fuisse Antiochiae in Pisidia, interrogavit num fortasse is esset cuius festum annuntiatur hodie:* in Antiochia Sabbati [10]. *Coniectura profecto non contemnenda. Nam in breviarii Syriaci graeco-fonte Σάβας esse potuit pro Σαββάτιος. Attamen in Passione trium martyrum nusquam dicitur* *Sabbatius presbyter fuisse. Itaque, donec certiora constabunt, retineri potest, ut probabilis, lectio:* *Sabbati et Alexandri, seorsim ab indicio* *in Antiochia, quod erraticum videtur et iterum occurret ad diem 29 augusti, n. 38.*

*10.* ABBATIS] *Corruptum ex* *Sabbati, n. 7.*

*12.* IN LUCANIA] *Sequuntur nomina quattuor desumpta ex Passione duodecim fratrum* [11], *qui natu Hadrumetini, in Maximiani persecutione, a iudice Valeriano in navem impositi, Potentiam in Lucania appulerunt. Quattuor ex his,* *Arontius, Honoratus, Fortunatus et Sabinianus, capite caesi sunt die 27 augusti. Postridie, 28 augusti, Venusiae in Apulia, martyrium fecerunt tres e superstitibus,* *Felix, Septimius et Ianuarius. Hos proxime secuti sunt, die 29 augusti,* *Vitalis, Sator et Repositus, Veliniani; tandem Sentiani in Apulia,* *Felix et Donatus, die 1 septembris; ad quem diem martyrologium passos eos nuntiat* *in villa Herdona in Apulia. In hodierno quidem laterculo satis conspicue agnoscuntur quattuor illi martyres qui primi caesi sunt, excepto Fortunato, in cuius locum successit* *Felix. Quisnam sit iste Felix, in multiplici propagine huius nominis discernere non possumus, praesertim antequam Lucanicae hagiographiae in-*

[1] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, pp. 337, 338. — [2] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 193-94. Proderit et legisse quae in eodem opere, p. 462-79, de S. Rufino Assisinate collecta sunt. — [3] *BHL.* 7371. — [4] *BHL.* 7378, 7379. — [5] *BHL.* 7376, 7377. Cf. ADONIS *Martyrologium*, ad diem 27 aug. — [6] TESTI RASPONI, *Codex pontificalis ecclesiae Ravennatis*, p. 23-24. — [7] GUENTHER, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum*, p. 13. — [8] DE ROSSI, *Bullettino*, 1884-1885, p. 105-113. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 57. — [10] *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 18. Num etiam die 29 april., n. 15, Sabbatius commemoretur, suo loco quaesivimus. — [11] *BHL.* 2297-2302. Cf. *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 25-26; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 285-88.

*tricatissima*

*tricatissima perplexitas explicata fuerit. Conferantur quae ad diem 30 augusti annotabuntur de Felice, quem eo die annuntiat kalendarium Neapolitanum.*

**In Lucania civitate Potentia Felicis, Arontii, Sabiniani, Honorati.**

*23.* RUFINI] *Supra, n. 4: Rufi.*
*24.* ROMAE] *Anticipatum ex 28 augusti, n. 19-26. Legatur itaque:*

**Romae Hermetis <in cimiterio> Basillae.**

*28.* CONSTANTINOPOLI] *Sanctum qui cum isto nomine indubitanter coniungi possit, hodie non videmus. Indicium loci huc delapsum videtur ex augusti 28, n. 35, avulsum a nomine sancti.*
*30.* OLTI] *Al. Olii, ut videtur, extremitas residua ex* [*Constantinop*] *o l i.*
*32.* STEFANI] *Aug. 28, n. 17: Stefani diaconi.*
*34.* IN THOMIS] *Negari non potest hodiernum elogium, n. 33-51, quod Tomis in Moesia proprium inscribitur, nexu quodam contineri cum Actis Marcelli tribuni* [1], *quae in Aegypto gesta sunt:* In Aegypto coronati sunt sancti consulatu Diocletiani iterum et Maximiani crudelissimorum persecutorum, mense augusto sexto kalendarum septembrium, sub praeside Culciano. Nomina vero martyrum haec sunt: Petri devotissimi militis et Chironis, Ammonis et Serapionis clericorum et Marcelli tribuni et coniugis eius Mammeae et filiorum Ioannis et Babilae et Miletius episcopus et Atheogenes et Ariston et Festus et Victor et Susanna et Zoyilius et Domninus et Memnon. *Acta illa Marcelli, quibus olim patroni non defuerunt* [2], *nunc inter fabulas reiecta sunt* [3]. *Exemplum Passionis, a quo fluxit laterculus noster, etsi ab ea forma quae nunc exstat nonnihil differt, huic tamen affine est. Quod autem hic legitur: in Aegypto, illinc vero: in Thomis, nobis ratio fuit coniciendi eo pacto adulteratam fuisse Passionem martyrum Tomitanorum, ut, ex Moesica, Aegyptia fieret* [4]. *Alienis quippe martyribus Aegyptus non semel ditata est* [5], *et ex Moesia quidem sibi arcessivit S. Cyrillum* [6], *et SS. Marcianum et Nicandrum* [7]. *Immutatae huius Passionis imaginem divinando nobis informare non possumus; sed admodum probabile est nova martyrum nomina in eam inducta fuisse. Cum igitur contingere possit ut ad lucem iterum emergat libellus quo falsarii usi sunt quique per eos ad martyrologos nostros transiit, praestat hic litteram codicum sequi ad amussim:*

**in Tomis civitate Marcellini tribuni, et Manis uxoris cum filiis Iohanne... et Serapionis clerici et Petri militis.**

*53.* ALIBI] *Huius elogii longe alia erit interpretatio prout intellegetur annuntiari natale* X *aut* XL *martyrum. Decuriam martyrum cuius festum, incerto loco et ecclesia, agebatur die 27 augusti non novimus. Cui magis placuerit legere:* XL martyrum, *praesto sunt XL illi martyres Sebasteni (die 9 martii), neque iam haerebit in sententia:* qui de graeco in latinum translati sunt. *Utinam et tam facile explicare posset quo casu translati sint ad hunc diem. In graecis quidem synaxariis annuntiatur hodierno die et crastino Nicomediensium martyrum caterva satis magna, quae tamen sanctos non amplius XXIII complectatur* [8]. *Quid si coniectura usi paulo audaciori suspicemur ex nomine Sabasti, quod in codices quosdam pro Sabbati (n. 7) sive pro Sabae irrepsit, evocatum fuisse nomen Sebastiae, quod sanctorum XL militum memoriam secum traxerit? Profecto alia eiusdem generis hieronymiani compilatores peccavisse deprehensi sunt.*
*67.* ARELATO] *Edita fuit Vita antiqua S. Caesarii* [9] *et illustris illius episcopi Arelatensis historiam eruditi recentiores non infeliciter exposuerunt* [10].

**in Galliis Arelato civitate depositio sancti Caesarii episcopi.**

*73.* AUGUSTIDUNO] *Syagrii episcopi saepe meminerunt in scriptis suis Gregorius Turonensis, Fortunatus, S. Gregorius Magnus* [11]. *Obiit anno 599 vel 600.*

**Augustiduno natale domni Syagrii episcopi.**

*Notavit L. Duchesne hoc fuisse* natale ordinationis *Syagrii episcopi, cuius depositio in una tantum serie codicum inscripta est die 2 septembris* [12].
ADDITAMENTA] *Senonis hodie celebratur commemoratio S. Ebboppis, lege: Ebbonis, cuius Acta edita sunt* [13].

**Senonis depositio sancti Ebbonis episcopi et confessoris.**

*Biturico. Basilica S. Sulpicii primum ampliata fuit quando coenobio praeerat Domio* [14]. *A fundamentis deinde nova aedificata est, sedente*

1 *BHL.* 5240. — 2 ACHELIS, *Die Martyrologien*, p. 173-77; HARNACK, *Die Mission und Ausbreitung des Christentums*, 1ª ed. (1902), p. 453. — 3 C. SCHMIDT, *Fragment einer Schrift des Märtyrer-Bischofs Petrus von Alexandrien*, in *Texte und Untersuchungen*, t. XX, 4, p. 44-46; P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Nuovo bullettino*, 1905, p. 237-67; *Anal. Boll.*, t. XXXVIII, p. 384-85, ubi confertur Passio Marcelli cum Passione Meletii, *BHG*². 1249. — 4 *Les martyrs d'Égypte*, p. 55-66. — 5 DUCHESNE, *In Aegypto*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVII, p. 179-99; *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XLIII]. — 6 *Les martyrs d'Égypte*, p. 61-62. — 7 Ibid., p. 60. — 8 *Synax. Eccl. CP.*, p. 927. — 9 *BHL.* 1508, 1509. — 10 ARNOLD, *Caesarius von Arelate* (Leipzig, 1894); MALNORY, *S. Césaire évêque d'Arles* (Paris, 1894). Cf. *Anal. Boll.*, t. XIV, p. 336-39. — 11 *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 84-91; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 179. — 12 *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XLIII]; B. KRUSCH, in *Neues Archiv*, t. XXIV, p. 313; DUCHESNE, in *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 444-45. — 13 *BHL.* 2360. — 14 *BHL.* 7927, c. 11.

*Chadone*

*Chadone episcopo, et Barcelaico abbate. Huius dedicatio celebrata est et corpus S. Sulpicii in eam introductum eodem die, id est VI kal. aug.* [1], *non vero pridie* [2].

**Biturico translatio corporis sancti Sulpicii et dedicatio ipsius basilicae.**

EXCERPTA] *Codex Taml.: P o t e n t i = Potentia, n. 14.*

*T r i b u n i, referendum ad M a r c e l l i n i non vero ad H e r m e t i s.*

*G a v i n i a n i = Sabiniani, n. 17.*

*M i l i t i s referendum ad P e t r i, non vero ad I o h a n n a e, lege Iohanni.*

[1] *M.G.*, Auct. antiq., t. XI, p. 493. — [2] *M.G.*, Script. rer. merov., t. IV, p. 365.

# V KAL. SEPT.

## I

**Romae Hermetis. et in Affrica depositio Faustini episcopi et Agustini Ippone civitate. item Romae Basilei Heliae Stefani diaconi.**

## II

**Romae via Salaria vetere in cimiterio Basillae Hermetis Basilei Heliae Stephani diaconi.**

**in Alexandria Polici Serapionis. Constantinopoli Alaxandri episcopi Viviani episcopi.**

**in Africa civitate Yppone Regio depositio sancti Agustini episcopi et confessoris.**

**in Arverno vico Brivatense passio sancti Iuliani martyris. Sanctonas civitate depositio sancti Viviani episcopi et confessoris.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1. rōm E | 5. āff E | 19. rome BS; rom̄ W | 21. salutaria SW | 25. *om.* SW; *add.* natl scōrum S; nāt scōrum W | 27. basiliȩ S | 29. stefani W | 32. alāx E; alēx W; *add.* natl scōrum S; nāt scōrum W | 33. polei B; polieni SW | 35. constantinop̄ E; *add.* sc̄i S; dēp sc̄i W | 36. alexandri BSW | 37. et SW | 38-39. *lineolis inclusum in* E | 41. āff W | 43. eppone B | 46. *om.* B | 51. *add.* teriturio S; territurio W | 52. arvenno E; arvenni S; arvernis W; *add.* urbis SW | 53-54. vicobri vatiñs W | 53-55. *om.* E | 54. brivatinse B; brivatñs S | 59. scantonas E; sanctonis BSW | 60. *om.* E | 62. *om.* B | 63. bibiani B; vibiani SW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. sancti Hermitis et in Affrica depositio sancti Augustini episcopi et in Arvenna Iuliani martiris. — TAML.: Hermis in Affrica Hermetis Heliae Basilei Zefani bis Serapionis Constantii Alexandri Augustini magni episcopi Fausti episcopi excellentissimi episcopi Laurenti martiris Ciriaci martiris et aliorum DCCCCIIII Scribae Basillae virginis. — MON.: Romae sancti Hermetis martyris. — RICH.: Rome natale sancti Ermetis et in Affrica civitate Yppone Regio sancti Augustini episcopi Avernis civitate Iuliani martyris Sanctonis Viviani episcopi et alibi sancti Pelagii martyris.

## AUG. 28

*1.* ROMAE] *Enucleatius infra, n. 19.*

*5.* IN AFFRICA] *Qui hodiernum laterculum illustrare conati sunt neque divinando resciverunt quis sit F a u s t i n u s ille cuius depositio in Africa nuntiatur. Res tamen in promptu est. Librariorum enim mala industria factum est ut loco A u g u s t i n i primum A u s t i n i, dein F a u s t i n i scriberetur.*

*10.* AGUSTINI] *Infra, n. 40-50.*

*15.* BASILEI] *Infra, n. 27. Probabilis est ne dicam certa emendatio B a s i l l a e, eponyma coemeterii in quo S. Hermes iacebat (n. 25), nisi anticipatam velis Basillam martyrem Sirmiensem de qua aug. 29, n. 35.*

*16.* HELIAE] *Infra, n. 28. Ex elogio H e l i s e i d i s c i p u l i S. H e l i a e, aug. 29, n. 3.*

*17.* STEFANI] *Aug. 27, n. 32. Cum d i a c o n u s fuisse asseratur, protomartyris hanc esse commemorationem credendum est, puta dedicationis basilicae eius nomini sacratae.*

*19.* ROMAE] *Supra, n. 1, 14. Depositio martyrum:* Hermetis in Basillae Salaria vetere. *Sacramentarium Gelasianum:* V kal. septembres in natali sancti Hermis [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* V kalendas septembres natale sancti Hermetis [2]. *Itinerarium Salisburgense (via Salaria vetus):* Deinde vadis ad australem via Sali-

[1] WILSON, p. 195. — [2] WILSON, p. 285.

naria

naria donec venies ad S. Ermetem. *Epitome de Locis sanctorum:* Inde in occidentem tendentibus apparet basilica S. Ermes ubi ipse martyr iacet [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Quarta porta et via Salaria quae modo S. Silvestri dicitur. Ibi iuxta viam S. Hermes requiescit [2]. *Index coemeteriorum e notitia Regionum:* Coemeterium Basillae ad S. Hermen via Salaria [3]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas:* Sci Bonifati, Sci Hermitis, Sci Proti, Sci Iacynti [4]. *Liber pontificalis: Pelagius (579-590):* Hic fecit cymiterium beati Hermetis martyris [5]. *Hadrianus (772-795):* Basilicas cymiterii sanctorum martyrum Hermetis, Proti et Iacincti atque Bassillae mirae magnitudinis innovavit [6]. *Passio S. Hermetis, quae pars est Passionis S. Alexandri papae:* Qui [Hermes praefectus urbis] cum ab Aureliano decollatus fuisset, corpus soror eius Theodora collegit et in Salaria veteri sepelivit, non longe ab Urbe Roma sub die quinto kalendas septembris [7].

**Romae via Salaria vetere in cimiterio Basillae Hermetis.**

*32.* ALEXANDRIA] *Legatur A l e x a n d r i, ut n. 36. Nullus in hoc laterculo martyr est qui Alexandriae tribui posse videatur. Serapion enim (n. 34) Tomis passus esse legitur aug. 27, n. 47.*

*33.* POLICI] *Vocabulum effinxerunt detruncatae syllabae a (C o n s t a n t i n o) POLI CI(v i t a t e).*

*34.* SERAPIONIS] *Aug. 27, n. 47.*

*35.* CONSTANTINOPOLI] *Episcopi A l e x a n d r i († 340) memoria Menaeis Graecorum inscripta est die 2 iun.* [8]*, antiquioribus vero synaxariis 30 vel 31 aug. Fueritne tamen haec commemoratio eius depositionis, ambigi potest. Sunt enim verba elogii: Μνήμη τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων γενομένων Κωνσταντινουπόλεως Ἀλεξάνδρου καὶ Ἰωάννου καὶ τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ νέου πατριάρχου ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῷ μαρτυρείῳ τοῦ ἁγίου Ἀκακίου ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ* [9]. *Porro dies 31 aug. anniversaria est obitus Iohannis III patriarchae († 577) et eadem abdicationis Pauli IV (784), ut alio loco ostensum est* [10]. *Natalem Alexandri in eum quoque diem incidisse negari quidem non potest, non tamen sine quadam admiratione accipi. Notasse iuvat recentiori aetate 30 aug. solius Alexandri commemorationi reservari solere* [11]. *In kalendario lapideo Neapolitano ad diem 31 aug. scriptum est:*

XXXI. NAT(*ALE*) ALEXANDRI [12]

*quem nemo Alexandrum Constantinopolitanum esse inficiatur* [13]. *Vocabulum c i v i t a t e sub P o l i c i, n. 33, latere monuimus.*

**Constantinopoli civitate Alexandri episcopi.**

*38.* VIVIANI] *Infra, n. 63.*

*47.* AGUSTINI] *Sacramentarium Gregorianum:* Eodem die natale sancti Agustini [14]. *Kalendarium Neapolitanum:*

XXVIII. DEP(*OSITIO*) S(*ANCTI*) AVGVSTINI

*Kalendarium Carthaginiense Augustinum nuntiat postridie:* IIII kal. sept. depositio Restituti et Agustini episcopi. *In promptu est Tillemontii coniectura sanctum in nocte inter 28 et 29 augusti media obiise* [15]. *Diem emortualem esse aug. 28, qua semper eius festivitas in Occidentali ecclesia celebrata est* [16], *confirmatur a Prospero in Chronico ad annum 430:* Aurelius Augustinus episcopus per omnia excellentissimus moritur V kl. sept., libris Iuliani inter impetus obsidentium Wandalorum in ipso dierum suorum fine respondens et gloriose in defensione christianae gratiae perseverans [17]. *Item ex Vita S. Caesarii Arelatensis, qui obiisse fertur* tertio die post sancti Genesii festum, id est VI kalendarum septembrium ante diem depositionis sancti Augustini antistitis [18].

**in Africa civitate Yppone Regio depositio sancti Agustini episcopi et confessoris.**

*52.* IN ARVERNO] *Quae apud Apollinarem Sidonium, Gregorium Turonensem, alios de S. I u l i a n o Brivatensi leguntur collecta reperies in Actis nostris* [19]. *Unum maxime notabile memorandum puto, quod refert Gregorius Turonensis, plebem Brivatensem ignorasse diem* in quo martyr beatus deberet pro virtutis ac passionis gloria honorari. *De re interrogatus S. Germanus Autissiodorensis:* Oremus inquit et fortassis nobis haec Domini potentia revelabit. Quod cum fecissent, mane orto, convocatis senioribus loci, ait quinto kalendarum mensis septimi caelebrandam esse festivitatem [20]. *De S. Iuliani veneratione variis in locis alias diximus* [21].

**in Arverno vico Brivatense passio sancti Iuliani martyris.**

*59.* SANCTONAS] *S. V i v i a n i seu B i b i a n i, episcopi Sanctonensis (Saintes), Vita edita est* [22].

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 177. Cf. *Bullettino*, 18?5, p. 1-3. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. c., p. 177. — [3] Ibid., p. 176. — [4] Ibid., p. 176. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 309. — [6] Ibid., p. 509; cf. p. 521. — [7] *BHL.* 3853. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 724. — [9] Ibid., pp. 934, 938. — [10] Ibid., p. 1038. — [11] Ibid., p. 1036. Cf. PETIT, *Bibliographie des acolouthies grecques*, p. 3. — [12] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [13] H. ACHELIS, *Der Marmorkalender in Neapel* (Leipzig, 1919), pp. 19, 28, 43. — [14] WILSON, p. 285. — [15] *Mémoires*, t. XIII, p. 943. — [16] *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 362. — [17] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 473. — [18] *BHL.* 1509, c. 34. — [19] *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 169-88. Cf. *BHL.* 4540-4542; Passionem e codice Sangallensi 566 edidit E. MUNDING, *Das Verzeichnis der St. Galler Heiligenleben und ihrer Handschriften* (Beuron, 1918), p. 159-61. De Passione S. Iuliani multa congessit, quae acrius quam verius excogitata sunt, E. CH. BABUT, *Saint Julien de Brioude*, in *Revue d'histoire et de littérature religieuses*, 1914, p. 97-116. — [20] *De virtutibus S. Iuliani*, XXIX. — [21] *Les origines du culte des martyrs*, p. 390-92. — [22] *BHL.* 1324-1326. Cf. *M.G.*, Script. rer. merov., t. III, p. 92-100; *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 461-67; F. LOT,

**Sanctonas civitate depositio sancti Viviani episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.: Pelagii. Huius martyris Acta habentur* [1].

*La Vita Viviani et la domination Visigothique en Aquitaine*, in *Mélanges Paul Fournier* (Paris, 1929), p. 467-77. — [1] *BHL.* 6615. Cf. *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 151-63.

---

# IV KAL. SEPT.

I | II

[a] **Pausatio sancti Helisei prophetae discipuli sancti Heliae prophetae.**

**in Provincia Palestina civitate Sabastea natale sancti Iohannis Baptistae qui passus est sub Herodo rege et aliorum DCCCC martyrum qui eadem die passi sunt. in Sirmia Basillae virginis. in Antiochia Syriae Nici Pauli. Romae via Ostensi Felicis Candidae virginis Furinae Adausiae Gemellinae** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) rome natł sc̄e sabine vir̄g itē in pago trecassino scę sabine vir̄g S²; parisiis dēp sc̄i mederici prb̄ et monachi S². — b) mettis depōst domni adelfi ep̄i B²; romę sc̄ae sabinę mr W²; et translatio corporis valentini episcopi (*add.* treiectense M) MKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 4. p(ro)sunt S | 7. helie B; eliae S | 8. p(ro)ft̄ S; *om.* W | 9-13. *om.* E | 10. provintia BS | 13. sebastea B; sebastia S; sabastia W | 14. passio E | 16. iōh E | 17. baptīs E; baptista S¹; baptistae S²; baptiste B | 18-23. *om.* E | 22. herode B | 25. *add.* natł scōrum S; nāt scōrum W | 26. nongentorum B | 27. mar̄m E; martyres S; mār W | 28-32. *om.* E | 34. sirmi E; syrmia SW; *add.* natł sce S; n̄t scae W | 35. basille BS | 37. *om.* E | 38. antīōc E; anthiocia W | 39. siriae E; sirie B; *add.* natł S; nāt scōrum W | 40. nice B; niciae S; niceae et W; *add.* virginis et S | 42. rom̄ E; rome S | 43-44. *om.* EW | 44. ōst B; ostense S; *add.* natł scōrum S; nāt scorum W | 46. candide BS²; candedi S¹W | 48. foricię B; foritiae S; foriciae W | 50. gemelline BS; *add.* cum sociis eorum SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: Romae nat. Savinae et Emisa civitate Foeniciae provinciae passio sancti Iohannis Babtistae. — Taml.: Passio Iohannis Baptistae in Emisma civitate Feniciae dormitatio Helesei profetae receptio Heli Pauli bis Felicis Zefani Natalis et aliorum DCCCC Gemillinae Concordiae Mariae Elisabeth Coronae Basillae. — Mon.: Eodem die Romae sanctae Sabinae martyris et virginis Helisei prophetae. — Rich.: In Emissa civitate Foeniciae provintiae decollatio sancti Iohannis Baptistae et aliorum octingentorum martyrum Rome sanctae Savinae et pausatio Helisei prophetae.

## AUG. 29

3. HELISEI] *Prophetae commemorationem hoc loco scripsit interpolator qui legerat Hieronymi Epitaphium Paulae:* Vidit... Sebasten. Ibi siti sunt Heliseus et Abdias prophetae et quo maior inter natos mulierum non fuit Baptista Iohannes [1]. *Iohannes Baptista, cuius natalis hodie Sebastae signatur, Elisaeum, qui et in ea civitate sepultus censebatur, in mentem revocavit.*

**Pausatio sancti Helisei prophetae discipuli sancti Heliae prophetae.**

16. IOHANNIS] *Sacramentarium Gelasianum:* IIII kal. septembres, in die passionis S. Ioannis Baptistae [2]. *Sacramentarii Gregoriani cod. Ottobonianus 313:* IIII kalendas septembres passio sancti Iohannis Baptistae [3]. *In Capitulari Wirceburgensi, diei 29 assignatur festivitas S. Sabinae; postridie lemma quidem est de SS. Felice et Adaucto, pericope vero refertur ad Iohannem Baptistam* [4]. *In synaxariis Graecorum hodie recolitur μνήμη τοῦ ἁγίου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, cum elogio cuius haec est clausula:* ἐτελεῖτο δὲ ταῦτα ἐν τῇ Σεβαστῇ πόλει, ἀπεχούσῃ τῆς Ἱεροσολύμων ἡμέρας ὁδόν... ἐκεῖ καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο καὶ ἅγιον περισταλὲν παρὰ τῶν ἰδίων μαθητῶν ἀπεκρύπτετο σῶμα [5]. *Corpus S. Praecursoris Sebastae quiescere asserit non uno loco S. Hieronymus. Commentarius in Michaeam:* Erat quippe in montibus sita, ubi nunc Sebaste est, in qua et S. Ioannis Baptistae ossa sunt condita [6]. *Commentarius in Osee:* Σεβαστή, in quo ossa Ioannis Baptistae condita sunt [7]. *Accedit Epitaphium Paulae, quod modo attulimus (ad n. 3). Nativitatem S. Iohannis pariter in Sabastia nuntiant codices nostri, ad diem 24 iun. De reliquiarum fatis alio loco dictum est* [8].

**in Provincia Palaestina civitate Sebastea natale sancti Iohannis Baptistae qui passus est sub Herode rege.**

25. ALIORUM DCCCC] *Recte advertit Florentinius*

[1] *Epist.* CVIII, 13, Hilberg, t. II, p. 323. — [2] Wilson, p. 196. — [3] Wilson, p. 285. — [4] Morin, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 314. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 931-34. — [6] Lib. I, c. 1, *P.L.*, t. XXV, p. 1156. — [7] Lib. I, c. 1, *P.L.*, t. c., p. 825. — [8] *Les origines du culte des martyrs*, p. 99.

*nius martyres nongentos cum celebritate S. Iohannis Baptistae ita connecti, ut non modo eodem die sed eodem etiam loco passi videantur* [1]. *Mirum sane omnes quotquot sunt scriptores tantam stragem penitus ignorasse.*

*34.* IN SIRMIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Σιρμίᾳ Βασιλίς, de qua nihil praeterea reperire contigit.*

**in Sirmia Basillae virginis.**

*Errant collectores Romani martyrologii dum scribunt:* apud Smyrnam natalis sanctae Basillae.

*38.* IN ANTIOCHIA] *Quae leguntur n. 38-41 admodum obscura sunt. Antiochenus haberi potest Paulus, dummodo intellegatur Παυλῖνος, qui in breviario Syriaco recensetur ad diem 25 aug., nec absurdum videtur cum eo copulare Nici (n. 40), sub quo lateat Isici. Hoc enim modo in codicibus nostris plerumque scribitur Ἡσύχιος, martyr Antiochenus, qui Paulinum in Syriaco postridie subsequitur. Si haec vera sunt, scribendum erit: Antiochia Syriae Isici, Pauli<ni>. Sed res alio modo componi potest, ita tamen ut loci indicium Antiochia veluti vacuum et inane removendum sit. Die 11 huius mensis in eodem breviario signatur ἐν Νικοπόλει Παῦλος. Si dicamus Nici compendio scriptum esse pro Nic<opol>i, legi poterit: Nicopoli Pauli. Neutram interpretationem omne punctum tulisse quis non videt? Sed multo minus tertiam quam profert martyrologium Romanum:* Antiochiae in Syria natalis sanctorum martyrum Nicaeae et Pauli.

*42.* ROMAE] *A Felice (n. 45) male seiunctum est Adausiae (n. 49), turpe mendum pro Adaucti. Amborum festivitatis, quae postridie agitur, anticipatio est:*

**Romae via Ostensi Felicis Adaucti.**

*46.* CANDIDAE] *Candida quaedam est virgo Romana, via Portuensi sepulta, de qua 3 oct. et 1 dec. Utrum ea hodie commemoretur an homonyma, incertum.*

*48.* FURINAE] *Al. Foriciae. Lectio corrupta. Emendationem indicant tres e codicibus contractis, v. gr. Cambrensis:* Emisa civitate Foeniciae provinciae passio sancti Iohannis Babtistae. *Emesae factam esse translationem et inventionem capitis Praecursoris Domini libellis narratur pervulgatis* [2]. *Emesae civitatis Phoeniciae mentionem ab interpolatore in laterculum inductam esse, et in codicibus plenioribus solum Feniciae nomen servatum esse manifestum est.*

*49.* ADAUSIAE] *Aug. 30, n. 2, 12: Adaucti. Cf. supra, ad n. 42.*

*50.* GEMELLINAE] *Corruptam censet lectionem v. cl. J. P. Kirsch, cui mederi conatus est legendo Commodillae* [3], *ut habetur in laterculo diei sequentis, n. 4.*

ADDITAMENTA] *Sabinae. Sacramentarium Gregorianum:* IIII kalendas septembres id est XXVIIII die mensis agusti natale sanctae Sabinae [4]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* IIII kalendas septembres natale sanctae Sabinae [5]. *Capitulare Wirceburgense:* die XXVIIII mensis augusti natale sanctae Sabinae [6]. *Ecclesia S. Sabinae, quae exsurgit in monte Aventino, condita est a Petro presbytero, intra ann. 422-432,*

CVLMEN APOSTOLICVM CVM CAELESTINVS HABERET

*ut fert titulus opere musivo adhuc superstes* [7]. *In Libro pontificali nuncupatur* titulus sanctae Sabinae, ecclesia sanctae martyris Savine, titulus sanctae martyris Savine, basilica beatae Savinae martyris [8]; *et in epitaphio, quod peritorum iudicio saec. V positum est, tituli mentio est:*

LOCVS PRESBYTERI BASILII TITVLI SABINE [9]

*Synodo Romanae anni 499 subscripserunt* Abundantius presbyter tituli Sabinae, Victorinus presbyter tituli Sabinae *et etiam* Valens presbyter tituli sanctae Sabinae, *in qua subscriptione vocabulum* sanctae *a librario additum fuisse suspicor* [10]. *Synodo anni 595 interfuerunt Placitus et Felix, uterque* presbyter tituli sanctae Savinae [11]. *Itaque Sabina, quae titulum condidit* [12], *tempore labente, sanctorum more coli coepta est, ut ceteri fere titulorum conditores. Exstat Passio SS. Serapiae et Sabinae, cuius clausula afferenda est:* Amputato igitur capite sanctae et venerabilis famulae Christi Sabinae, christiani cum gaudio magno corpus eius sustulerunt et posuerunt in monumento ipsius in oppido Vendinensium ad arcum Faustini, ubi ipsa venerabiliter reposuerat magistram fidei suae virginem Christi Serapiam. Passa est autem sancta Sabina IV kalend. septembris et coronata est una cum fortissima virgine Christi Serapia [13]. *Fabula est nequaquam commendanda, in qua tamen locorum census perpendendus est. Rossio placuit Sabinam, cum Serapia, Vindenae, quod fuit oppidum in Umbria, mortem obiisse; destructa autem Vindena, harum reliquias in basilicam Aventinam deportatas esse* [14]. *Quid mirum quod ambae cognomines in unam coaluerint, et Sabinae, tituli eponymae, quae martyr non erat, martyris aureola accesserit? Non ita v. cl. J. P. Kirsch* [15]. *Contendit enim nec oppidum* Vendinensium *nec* arcum Faustini *in Umbria collocanda, sed Romae; pro* Vendinensium *scribendum esse Aventinensium, et arcum illum in monte Aventino stetisse, rem testante libelli Mirabilium Romae exemplo saec. XV:*

[1] *Vetustius ecclesiae Occidentalis martyrologium*, p. 785. — [2] *BHG*². 839-842; *BHL*. 4290-4292. — [3] *Der stadtrömische Festkalender*, p. 177. — [4] WILSON, p. 99. — [5] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 175. — [6] MORIN, in *Revue bénédictine*, 1911, p. 314. — [7] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 24; ID., *Musaici*, S. Sabina; J. J. BERTHIER, *L'église de Sainte-Sabine à Rome* (Rome, 1910), p. 248. — [8] DUCHESNE, t. II, pp. 2, 9, 11, 12, 27, 31. — [9] In monasterio S. Pauli extra muros. O. MARUCCHI, *Epigrafia cristiana*, tav. XI, 2. — [10] *M. G.*, Auct. antiq. t. XII, pp. 412, 414, 411. — [11] GREGORII *Registr.*, V, 57*a*. EWALD-HARTMANN, t. I, p. 367. — [12] J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 96-100; LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda*, p. 57-58. — [13] *BHL*. 7408, c. 15. — [14] *Bullettino*, 1871, p. 90-93. — [15] *Die römischen Titelkirchen*, p. 163-66.

arcus

arcus Faustinae et Antonini triumphalis marmoreus et nobilis iuxta S. Sabinam cuius memoria invenitur [1]. *Quem tamen arcum nemo vidit, nec ipse anonymus mirabilium collector, cui Passio SS. Sabinae et Serapiae praesto erat. Fateor de virginum Serapiae et Sabinae veneratione in Umbriae partibus nullum, si Passionem excipias, superesse monumentum; de* SAVINA, *quae inter martyres celeberrimas depicta est in musivo Ravennate* [2], *nihil praeter nomen traditum esse. Ut rem paucis complectamur: Sabina Aventinensis matrona ab hagiographis inter martyres computata est et Serapiae cuidam sociata; vel cum altera Sabina, quae reapse cum Serapia illa passa sit, vulgo permista est. Pro suo quisque lubitu rem diudicet.*

**Romae sanctae Sabinae.**

*In pago Trecassino, altera Sabina hodie commemoratur, de qua, cum Sabiniano, nostri tractarunt ad diem 29 ianuarii* [3].

**in pago Trecassino sanctae Sabinae virginis.**

*Mederici, domo Aeduensis, obitu Parisiensis, Vita edita est* [4].

**Parisiis depositio sancti Mederici presbyteri et monachi.**

*Adelfi episcopi Mettensis Vita, nulla certe fide digna, edita est* [5].

**Mettis depositio domni Adelfi episcopi.**

*Valentini episcopi Tungrensis translatio commemoratur, profecto Traiectum ad Mosam* [6].

**Translatio corporis Valentini episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Emisa civitate inventum fuisse caput Iohannis Baptistae, res notissima est. Supra, ad n. 48.*

*Cod. Taml.: Heli, aug. 28, n. 16.*

[1] JORDAN, *Topographie der Stadt Rom*, t. II, p. 610-11. — [2] *C.I.L.* XI. 281. — [3] *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 938, n. 7. — [4] *BHL.* 5875. — [5] *BHL.* 76; L. PFLEGER, *Zur Geschichte des Adelphikultus in Elsass*, in *Archiv für elsässische Kirchengeschichte*, t. II (1927), p. 443-44. — [6] *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 10.

---

# III KAL. SEPT.

| I | II |
|---|---|
| **Romae** | |
| **Felicis Adauti** | **Commodellae Felicis** [5] |
| **Gaudentiae virginis et aliorum trium** [a] | |
| | **et** [11] **Adaucti.** |

*Addunt codices pleniores:* a) in pago meldensi natał sc̄i fiacri epī et confsōr S[2]; in mellizano rausbace mariast̄ depositio aghyli abbati S; et scor̄ felicis et audacti S[2]; et natale scōrū felicis et adaucti W[2].

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BSW. — 1. rōm EW; rome BS | 4-5. *om.* SW; *add.* natł scōrū SW | 7. virgin B | 8-10. cum aliis tribus B; cū requistibus S; cum reliquis tribus W | 10. III E | 11-12. *om.* S[1]W[1].

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. sancti Felicis Adauoti. — TAML.: Passio Agapae et Chionae et Herennae et Gaudentiae Eufemiae Mariae Cirillae VII sorores Agapae Felicis Geurgii Adauti Paulini Zefani Quintini Cirici Iosephbis Iohannis et aliorum III MCCC. — MON.: Eadem die Romae sancti Audacti martyris. — RICH.: Rome via Ostensi natale sanctorum Felicis et Adaucti Gaudentiae virginis cum reliquis tribus.

## AUG. 30

*1.* ROMAE] *Sacramentarium Leonianum:* III kal. sept. natale sanctorum Adauti et Felicis [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* III kalendas septembres id est XXX die mensis agusti natale sanctorum Felicis et Adaucti [2]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* III kalendas septembres natale sanctorum Felicis et Audacti [3]. *Itinerarium Salisburgense* (*via Ostiensis*): Et sic vadis ad Occidentem et invenies S. Felicem episcopum et martyrem et descendis per gradus ad corpus eius. *Epitome de Locis sanctorum:* Et non longe inde ecclesia S. Felicis est ubi ipse dormit, cum quo quando ad caelum migravit, pariter properabat Adauctus et ambo requiescunt

[1] FELTOE, p. 101. — [2] WILSON, p. 99. — [3] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 176.

in

in uno loco [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Non longe in ecclesia S. Teclae sunt martyres Felix et Adauctus. *Topographia Einsiedlensis :* Inde (*a S. Paulo*) ad S. Felicem et Adauctum et Emeritam [2]. *Index coemeteriorum e Notitia regionum :* Coemeterium Commodillae ad S. Felicem et Adauctum via Ostiensi [3]. *Liber pontificalis : Iohannes* (*523-526*) renovavit cymiterium sanctorum Felicis et Audacti [4]. *Leo III* (*795-816*) renovavit sarta tecta beati Felicis et Audacti martyrum iuxta sanctum Paulum apostolum [5]. *De coemeterio Commodillae sanctisque qui ibi requieverunt data opera tractavimus* [6]. *Haec complenda forent adhibitis iis quae feliciter postea reperta sunt* [7]. *Sanctorum F e l i c i s et A d a u c t i sepulcro inscriptum erat carmen Damasianum* [8] *:*

O SEMEL ATQVE ITERVM VERO DE NOMINE FELIX
QVI INTEMERATA FIDE CONTEMPTO PRINCIPE MVNDI
CONFESSVS CHRISTVM CAELESTIA REGNA PETISTI
O VERE PRETIOSA FIDES COGNOSCITE FRATRES
QVA AD CAELVM VICTOR PARITER PROPERAVIT ADAVCTVS
PRESBYTER HIS VERVS DAMASO RECTORE IVBENTE
COMPOSVIT TVMVLVM SANCTORVM LIMINA ADORNANS

*Hoc carmine male usus est qui Gesta SS. Felicis et Adaucti composuit* [9]. *Non ita pridem repertum est alterum carmen, sedente Siricio summo pontifice* (*384-399*) *in coemeterio Commodillae positum* [10]. *Effracto marmore non pauca desunt quae a viris doctis* [11] *sollerter suppleta sunt :*

HIC FAMVLOS DOMINI NOV*eris requiescere sanctos*
QVI DVLCES ANIMAS SOLVE*runt sanguine fuso*
VT PARITER POSSENT VIV*orum regna tenere*
FELICEM TEGIT HIC TVM*ulus si quaeris Adauctum*
OCCVRRIT GRADIB(VS) SANC*torum ad limina primus*
SALVO SIRICIO PAPA R*enovavit utrumque*
MARTYRIB(VS) FELIX P*ro donis vota rependens*

*Ut memoriolam sanctorum Felicis et Adaucti qualis olim erat componamus, adducenda sunt verba v i a O s t e n s i e laterculo hesterno, n. 43, et supplendum : i n c i m i t e r i o.*

**Romae via Ostensi <in cimiterio> Commodellae Felicis et Adaucti.**

*Postquam e monumentis quae certiora videbantur collegimus, examini subicienda sunt quae in kalendariis Carthaginiensi et Neapolitano signata sunt. Et primum in Carthaginiensi :* III kal. sept. sancti Felicis Evae et Regiolae mart. *Quominus F e l i x Romanus ille sit qui in Commodillae iacebat, non obstat quod A d a u c t u s reticetur. Unum enim pro pluribus nominari in re hagiographica inusitatum non est, idque fecisse scriptorem Itinerarii Salisburgensis, qui etiam Adauctum silentio premit, modo deprehendimus. Sed consideranda nomina E v a e et R e g i o l a e, quae Felici sociantur. Ex his enim satis apparet hunc Felicem unum esse ex homonymis qui in Passione martyrum Abitinensium recensentur* [12]. *Alia ratio est inscriptionis kalendarii Neapolitani :*

PAS(*SIO*) S(*ANCTI*) FELICIS EP(*ISCOP*)I [13]

*Mendum esse in praedicto Itinerario, ubi Felix episcopus praedicatur, nemo non videt ; ab hoc errore non cavisse eum qui kalendarium composuit, non est cur miremur. Sed ecce aliud exsurgit dubium. In synaxariis Graecorum hodie occurrit memoria Φήλικος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἰανουαρίου, Σεπτιμίνου καὶ Φουρτουνιανοῦ* [14]. *Sunt autem horum librorum exempla qui ad diem 16 aprilis eorundem sanctorum paulo prolixius praebent elogium : Φήλικος ἐπισκόπου, Ἰανουαρίου πρεσβυτέρου, Φουρτουνάτου καὶ Σεπτιμίνου... ἐν πόλει Τουβιουκᾶν* [15] *Qui ergo a Graecis die 30 aug. nuntiatur F e l i x episcopus est, et quidem celebris ille Thibiucensis, quem suum fecerunt Lucani, quocum et I a n u a r i u m, F o r t u n a t (i a n) u m, S e p t i m i n u m alios sociarunt, ut observatum est ad diem 27 aug., n. 12. Et ita rursum incidimus in spinas fabularum*

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [2] Ibid., p. 183. — [3] Ibid., p. 182. — [4] Duchesne, t. I, p. 276. — [5] Ibid., t. II, p. 2. — [6] *Les saints du cimetière de Commodille*, in *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 17-32. — [7] O. Marucchi, *Il cimitero di Commodilla e la basilica cimiteriale dei SS. Felice ed Adautto ivi recentemente scoperta*, in *Nuovo bullettino*, 1904, p. 41-160 ; Id., *Ulteriori osservazioni sulle tombe dei martiri nel cimitero di Commodilla ed ultime scoperte ivi fatte*, ibid., 1905, p. 5-66 ; Id., *Esame di un opuscolo di Mons. G. Wilpert* (Roma, 1909), p. 26-42 ; J. Wilpert, *Die Grabkirche der hll. Felix und Adauctus*, in *Römische Quartalschrift*, 1908, p. 102-121 ; Id., *Di tre pitture recentemente scoperte nella basilica dei santi Felice ed Adautto nel cimitero di Commodilla*, in *Nuovo bullettino*, 1904, p. 161-70 ; G. Bonavenia, *Iscrizione Siriciana nel cimitero di Commodilla*, ibid., p. 171-84. — [8] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 32 ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 7. — [9] *BHL.* 2878-2883 ; cf. *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 19-29. — [10] G. Bonavenia, in *Nuovo bullettino*, 1904, p. 171. Cf. Wilpert, in *Römische Quartalschrift*, t. c., p. 104. — [11] G. Bonavenia et G. Gatti. — [12] *BHL.* 7492. — [13] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [14] *Synax. Eccl. CP.*, p. 933. — [15] Ibid., p. 605.

*Lucanarum,*

*Lucanarum, quibus si quis intricatus fuerit non facile se expediet* [1]. *His diutius immorari non vacat.*

6. GAUDENTIAE] *Solo nomine nota. Sunt quibus non displiceat Gaudentiam aliam non esse a* C a n d i d a, *de qua heri, n. 46, a librariis male habita* [2].

ADDITAMENTA] F i a c r i i *eremitae Vita edita est* [3]. *Quamquam episcopus non fuit, scribimus cum codice :*

**in pago Meldensi natale sancti Fiacrii episcopi et confessoris.**

*A g h y l i. Edita est Vita S. A g i l i, abbatis Resbacensis* [4], *de quo et in Vita S. Columbani :* quendam fratrem Agilum nomine qui modo Resbacensis coenubii praesul exstitit, vehemens febrium ignis correpsit [5]. *De Resbacensi monasterio (Rebais, dép. de Seine-et-Marne), ita in privilegio Dagoberti an. 635-636 dato :* Dado referendarius noster eiusque germani Ado et Rado monasterium Ierusalem in honore S. Petri et Pauli et S. Antonii, quod vulgo appellatur Resbacis, in Meldensi territorio situm... construxerunt [6].

**in Mellizano Rausbace monasterio Aghyli abbatis.**

EXCERPTA] *Cod. Taml. :* A g a p a e *et* C h i o n a e *e t* H e r e n n a e, *virgines Thessalonicenses, de quibus april. 1, n. 14.*

V I I *s o r o r e s, quorum nomina modo in eo codice recitata sunt.*

[1] *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 25-29. — [2] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 76. — [3] *BHL.* 2916, 2917. — [4] *BHL.* 148, 149b. — [5] *BHL.* 2273, KRUSCH, *Ionae Vitae Sanctorum*, p. 245. — [6] PERTZ, *Diplomata*, t. I, p. 16.

# PRID. KAL. SEPT.

I — II

**Treveris depositio sancti Paulini episcopi [a]. et in Ancira Galatiae sancti Gaiani Iuliani Rufini Vincenti Silvani et Italicae**

**| Antiquirae**

**Emiliani Florenti Iustae Iuliae Anthinei**

**| Maximi**

**item Italicae sancti Eladi episcopi Sergi Florentianae [b]. Autisiodoro Galliae sancti Optati episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) qui cum pro fide catholica a constantio imperatore filio constantini (constantino S) imperatoris exiliatus fuisset ibidem requievit B² SW. — b) adcenię B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 1. trivēr E | 3. *om.* E | 4. pauli B¹ ; pauli$^{ni}$ B² | 5. *add.* et confesš S ; et conf̄ W | 7. *om.* BSW | 8. ancyra SW | 9. galitī E ; gallacie B ; gallatiae S ; *add.* natł S ; nāt W | 10. *om.* E ; scōrum SW | 11. gagani S | 14. vincentię B | 16. *om.* BSW | 17. italicę B ; vitaliae S ; vitalicę W | 18. antiquire S ; antiquiri W | 19. emilini BS | 21. iuste S | 23. antinei BSW | 26. vitali S ; vitalici BW ; *add.* et depositio S ; et dēp W | 27. *om.* E | 28. elladi B ; ellacie S | 30. sirgi B ; syrgi SW | 31. florentini BSW : *add.* cum sociis eorū S ; cum sociis suis W | 32. autisiodō E ; autisiodero BSW ; *add.* civīt depō S ; civīt dēp W | 33-34. *om.* E | 33. *om.* SW ; gałł B | 36. *add.* et confš cū sociis eor̄ S ; et coñf cum sociis suis W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Treveris depositio Paulini episcopi Iuliani Rufini. — TAML. : Paulini episcopi Nolanae urbis qui se tradidit in servitutem pro filio viduae Lini episcopi Gaiani Triveris Zefani Iuliani Rufini Collociae Mariae Iustae Marialitae Fithioniae Humilianae Iulianae Iohannis Brigitoniae Italicae Vincentii Silvani Vitalici Emiliani Florentii Anti(n)chi Antiochi cum suis omnibus. — MON. : Treveris depositio sancti Pauli episcopi et confessoris et aliorum V Gaiani Iuliani. — RICH. : In Treveris depositio sancti Paulini episcopi et Ancyra Galatiae sancti Gagiani Iuliani Rufini Vincentiae Autisiodoro sancti Optati /// episcopi.

## AUG. 31

1. TREVERIS] *Athanasius, Apologia de fuga sua : Τίς τοσοῦτον δύναται μνημονεῦσαι, ὅσον ἐκεῖνοι πεποιήκασιν ; ἄρτι γὰρ εἰρήνην ἐχουσῶν τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν λαῶν εὐχομένων ἐν ταῖς συνάξεσιν, ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς Ῥώμης Λιβέριος καὶ Παυλῖνος, ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν Γαλλιῶν, καὶ Διονύσιος... οἱ πάντες ἐπίσκοποι ἀγαθοὶ καὶ τῆς ἀληθείας κήρυκες ἁρπάζοντα*

*πάζονται καὶ ἐξορίζονται*[1]. *Hilarius, contra Constantium:* Aut tu Paulinum, beatae passionis virum, blandimento sollicitatum relegasti, et ecclesiam sanctam Trevirorum tali sacerdote spoliasti. Edictis fidem terruisti. Ipsum usque ad mortem demutasti exsiliis et fatigasti, extra christianum quoque nomen relegasti[2]. *Sulpicius Severus:* Paulinus et Rhodanius in Phrygia defuncti[3]. *Marcellini et Faustini epistula:* Ante synodum Ariminensem Paulinus de Triveris constantissimus episcopus datur in exilium piam fidem vindicans et execrans consortium Arrianorum... Pro qua [observantia fidei] et inclytus Paulinus eiusdem civitatis episcopus in exilio martyr animam dedit[4]. *Hieronymi Chronicon ad ann. 358:* Paulinus Trevirorum episcopus in Frygia exulans moritur[5]. *Emendandum ergo elogium codicum qui addunt:* qui cum pro fide catholica a Constantio imperatore filio Constantini imperatoris exiliatus fuisset, ibidem requievit[6]. *Acta S. Paulini, quae exstant, antiqua non sunt*[7]. *S. Paulini memoria in codicibus non paucis die 4 septembris recurrit, cum aliis quibusdam a* II kal. sept. *ad* II non. sept. *incaute translata. In ecclesia Treverensi eius festum semper postremo augusti die celebrata est*[8].

**Treveris depositio sancti Paulini episcopi.**

*8.* IN ANCIRA] *Breviarium Syriacum: ἐν Ἀγκύρᾳ Γῖλος (Γῖνος = Γαιανός) ὁ μάρτυς καὶ ἕτεροι ἕξ. Gaianus martyr Ancyranus iam occurrit die 28 dec., n. 38, et iterum aliis Ancyranis sociatus recurret 4 sept., n. 9. De sex aliis qui illum comitari asseruntur nihil praeterea traditum est, neque num vel unus ex iis in hoc laterculo nominetur decernere ausim.*

**in Ancira Galatiae sancti Gaiani.**

*Γαιανουπόλεως cuiusdam seu civitatis Sancti Gaiani, sexagesimo circiter miliario ab Iconio distantis, vestigium in lapide repperisse visus est W. M. Ramsay*[9]. *Summi viri rationibus nos acquiescere non posse olim significavimus*[10].

*12.* IULIANI] *Proximis diebus memoria agebatur non Brivatensis solum Iuliani, aug. 28, n. 57, sed et homonymi Syri, aug. 25, n. 8.*

*13.* RUFINI] *De Rufino vel Rufo egimus die 27 aug., n. 4. Rufinus ab hodierno laterculo mutuo acceptus est die 4 sept., cum Silvano, n. 15, Italica, n. 17, Gaiano, n. 11, Paulino, n. 4, Maximo, n. 24, cuius rei causam indicavimus, ad n. 1, nempe similitudinem notarum* II kal. sept. *et* II non. sept.

*14.* VINCENTI] *Vincentius diaconus, aug. 21, n. 6. nisi est homonymus.*

*15.* SILVANI] *Solo nomine notus. Etiam sept. 4, n. 3, 7, 13. Cf. quae notata sunt ad n. 13.*

*17.* ITALICAE] *Infra, n. 26; aug. 24, n. 6. Rursum sept. 4, n. 19. Cf. annotata ad n. 13.*

*18.* ANTIQUIRAE] *Lectio depravata Anquirae seu Ancirae, n. 8.*

*19.* EMILIANI] *Emelianus aliquis, incertae originis, sanctis diei 22 aug., n. 46, sese immiscuit.*

*20.* FLORENTI] *Infra, n. 31: Florentianae. Die 15 iulii nomina haec tria iam legimus. Geminatae triadis rationem ignoramus.*

| | |
|---|---|
| *20. Florenti* | *iul. 15, n. 85.* |
| *21. Iustae* | *iul. 15, n. 89.* |
| *22. Iuliae* | *iul. 15, n. 87.* |

*23.* ANTHINEI] *Al. Antinei. Non ita dissimile ab Ancira, ut non potuerit, favente librariorum socordia, alterum ab altero deduci.*

*24.* MAXIMI] *Solo nomine notus, Cf. sept. 4, n. 15, 29.*

*26.* ITALICAE] *Al. Vitalici. Supra, n. 17.*

*28.* ELADI] *Solo nomine notus. Fuit quidem episcopus Autissiodorensis Helladius, et alter Elladius seu Elodius. Sed huius memoria agitur die 28 sept., n. 35, illius vero 8 maii, n. 122.*

*30.* SERGI] *Al. Sirgi. Solo nomine notus.*

*31.* FLORENTIANAE] *Supra, n. 20: Florenti.*

*32.* AUTISIODORO] *Die 2 maii, n. 35, celebrata est memoria translationis S. Optati episcopi una cum Memorio et Sanctiano presbyteris.*

**Autisiodoro Galliae sancti Optati episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Paulinum Nolanum homonymo Treverensi supponit.*

*Lini pontificis Romani non est requirenda memoria. Sunt enim hae syllabae extremae nominis* [*Pau*] *lini.*

*Vitalici = Italicae, n. 17.*

[1] *Apol.*, 4, *P.G.*, t. XXV, p. 649. Haec affert THEODORETUS, *Hist. eccl.*, II, 15, 4. Cf. etiam ATHANASII *Epist. ad episcopos Libyae*, 8; *Hist. Arian.*, 76. — [2] *Contra Constantium*, 11, *P. L.*, t. X, p. 588. Eiusdem Fragmenta, B, I, 6, FEDER, p. 102. — [3] *Chron.* II, 45, 9. Item II, 37, 7; 39, 3. — [4] *Epist. de confessione verae fidei*, 21, 77. GÜNTHER, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum*, pp. 12, 28. — [5] HELM, *Eusebius Werke*, t. VII, 1, p. 241. — [6] Haec assumpta sunt in martyrologium Lugdunense cod. Paris. 3879. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 214. — [7] *BHL*. 6562, 6563. — [8] P. MIESGES, *Der Trierer Festkalender* (Trier, 1915), p. 80. — [9] W. M. RAMSAY and G. BELL, *The thousand and one Churches* (London, 1909), p. 514. — [10] *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 435-40.

SEPTEMBER

# SEPTEMBER

Mensis September habet dies XXX

## KAL. SEPT.

Laetanias indicendas

| I | II |
|---|---|
| [a] In Apulia Felicis et Donati. et | |

**in Capua [b] Aquaria natale sancti Prisci [c]. et in Tudertina Tusciae Terrentiani episcopi**

| | |
|---|---|
| | Felicis Donati. |

**in villa Herdona**

| | |
|---|---|
| | in Apolia |

**Siracusae Erodi Hermoginis Caleste. in Affrica civitate Tuniza natale sanctorum Tasciae Dubitati Valenti Donati. in Cartagine Furtunati**

| | |
|---|---|
| in Cartagine Primi Materni. | Donati Felicis Bettausia Prima Marci episcopi. |

**et alibi sanctorum Sisinni Amausi. Cenomannis civitate natale sancti Victoris episcopi et confessoris [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) sancti reguli martyris KLV. — b) prisci et in casino constanti E. — c) egidii abbatis C. — d) in alexādria sc̄i petri ep̄i B²; senonis civīt depōs sc̄i lupi ep̄i et coñf W; et in aquis civ pās sc̄i vincentii ep̄i et mr̄ W²; in parisiaco noviente depōs sc̄i chlodoaldi regis et agustiduno depōs syagri epī et senones civīt sc̄i lupi ep̄i et c̄f S; ambianis civitate depositio sancti sirmini episcopi et confessoris C; senonis (sennonis KL) civitate depositio sancti lupi episcopi et confessoris MKLV.

*Var. lect. codd.* (I)E; (II)BSW. — *Lemma :* september dies XXX (lit. ind. *om.*) E; lit. ind. *om.* W | 9. aquiria EB | 10. *om.* E | 13-16. *om.* E | 13. *om.* SW | 15. tutertina S; tuturnina W | 16. tuscia B; tuscie S; *add.* nātl scōrū S; nātl scōrum W | 17. terentiani BSW | 19. *add.* et S | 21-22. *om.* E | 21-23. *om.* W | 23. herdonae E | 26. siracussae E; siracusa B; syracuse S; syracusae W; *add.* nātl scōrum S; nāt scōrum W | 27. evodi BS; evoti W | 28. hermogenis BSW | 29. calistae W | 31. āff E; africa BS; afreca W | 32-35. *om.* E | 33. tonizal S; toniza W | 36. tascię B; tassiae S | 39. donatę B; donate S; donatae W | 40. *om.* E | 41. kartāg E; castagine S; castaginę W; *add.* nātl scōrū S; nāt scōrum W | 42. furtunate S | 44. cartāg E | 49. bertausia S; betausia W | 50. *add.* nat̄l scōrum S; n̄t scorum W | 51. martiani S; marciani W | 54. *add.* natł S | 55. *om.* E | 57. et mausi S | 58. celomanis E; cin//omannis B; cynomanis S; cennomannis W | 59-61. *om.* E | 60. depōs SW | 60-61. *om.* B¹; *add.* B² | 61. *om.* W | 64-65. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Arpulia nat. Felicis et Donati subdiaconi et in Capua Prisci et in Casino Constansi et Feliciani. — Taml. : Ciciliae virginis Calistae Tonsae Musae Mariae Agnae Donatae Teclae Fortunatae Prisci martiris et aliorum martirum III M CCCC X Marci Felicis Torentiani Donati Zefani Euodii Egidii abbatis Laurentii Hermoginis Dubitati Valenti Nausi Iesu Naue Fortunati Donati Felicis Gedeon profetae Cleomannis Constantini Feliciani Sisinni Amansi Victorii Vincentii Donati subdiaconi ///////////. — Mon. : In Cartagine natalis sanctorum Felicis Furtunati Romae Prisci martyris Sennis Lupi episcopi Egidii confessoris Verenae virginis. — Rich. : In Appollonia Felicis et Donati et in Capua Prisci in Cassino Constantii et Feliciani et in Tuder Terrentiani episcopi in Cartagine Furtunati et alibi sanctae Verenae virginis.

## SEPT. 1

1. in apulia] *SS. Felix et Donatus ad familiam pertinent duodecim fratrum, quos die 27 aug., ad n. 12, diximus paucis diebus interpositis binos vel ternos interemptos fuisse. Horum postremi fuerunt hodierni :* Decollati sunt autem beatissimi athletae Iesu Christi Donatus et Felix in eodem loco Sentiano die kalendarum septembrium. Marcus itaque, Ecanae urbis episcopus,

scopus, venit nocte cum clericis suis et rapuit corpora sanctorum et in civitate sua cum omni gaudio sepelivit [1]. *Hic notanda est lectio codicis Cambrensis, quam confirmat Tamlactensis: F e l i c i s e t D o n a t i s u b d i a c o n i. Ambo sancti passi dicuntur i n A p u l i a, nullo addito alio loci nomine. Inferius autem, n. 21-25, legitur: i n v i l l a H e r d o n a i n A p u l i a* [2]. *Tandem, ad extremum laterculum, denuo comparent, quasi recolerentur (n. 47, 48) et i n C a r t h a g i n e. Docti viri opinio est Herdonam villam intellegendam esse Ordonam urbem* [3]. *Ipsa Passio testatur martyres origine Africanos fuisse, et nisi nomina eorum ex iis essent quae communissime in ista provincia occurrunt, eos designari crederes hoc titulo, qui repertus fuit in Ain-Melloul (non procul Sitifi, in Mauretania Caesariensi, Sétif)* [4]*:*

MESA MARTVRV
DONATVS FELIX
NOVICI BARIC
QVI PASSI
SVNT GVRVZIS

*Ambo nomina cum aliis permixta comparent etiam in inscriptione reperta in Henchir-el-Hamacha (prope Tebessam)* [5]*:*

METTVN SECVNDI
DONATVS MIGGIN
BARIC FELIX
CRESCENTIANI
ADER MINVCI

*Utrum posterior mentio duorum sanctorum (n. 47, 48) ex priore iterata sit, omisso nomine loci, an contra sub indicio: i n C a r t h a g i n e (n. 41) primum positi sint et deinde in Apuliam translati, decernere non possumus. Notetur tandem die 11 sept. (n. 45-48) idem par rediturum esse hac forma: i n A p u l i a F e l i c i s e t D o n a t a e. In littera codicum sistamus:*

**in Apulia in villa Herdona Felicis et Donati.**

*8.* IN CAPUA] *Sacramentarium Gelasianum:* Kal. septembres, in natale sancti Prisci [6]. *Kalendarium lapideum Neapolitanum:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) PRISCI... [7]

*ubi iterum* PRISCI *memoria inscripta est ad diem 22 septembris. Lectionem ancipitem codicum nostrorum A q u i r i a, A q u a r i a non infeliciter discriminavit Florus Lugdunensis: v i a A q u a r i a* [8], *eaque accipienda est. Ad hanc viam exsurgit basilica Sancti Prisci antiqua, picturis tessellato opere quondam ornata, in quibus ipse* PRISCVS *bis in effigie expressus erat* [9]. *Quae de gestis S. Prisci in eiusdem Vita* [10] *et in Vita S. Castrensis* [11] *narrantur fide digna non sunt. Alius non videtur a P r i s c i a n o seu Prisco episcopo Nucerino* [12] *de quo ad diem 16 sept., n. 44.*

**In Capua <via> Aquaria natale sancti Prisci.**

*Duos Priscos Capuanos eodem die colendos in martyrologium Romanum inducere non dubitavit Baronius, qui Vitam Prisci cum Vita Castrensis conciliari non posse existimavit. Unde habemus:* Capuae via Aquaria sancti Prisci martyris qui fuit unus de antiquis Christi discipulis; *deinde:* Capuae sancti Prisci episcopi, qui unus fuit ex illis sacerdotibus qui in persecutione Wandalorum ob fidem catholicam varie afflicti et vetustae navi impositi ex Africa ad Campaniae littora pervenerunt, *cet. Tertium Priscum ab uno eodemque divulsum incaute Baronius fastis inscripsit ad diem 1 oct., quo Prisci nostri inanis repetitio habetur, errore legentis k a l. o c t. pro k a l. s e p t.*

*15.* IN TUDERTINA] *Tuder (Todi) oppidum in finibus Umbriae et Tusciae* [13]. *Passio S. Terentiani:* Beati Terentiani Tudertinae ecclesiae episcopi et martyris triumphum exequentes qualiter pro Christo martyrii palmam susceperit aggrediamur... Ducti sunt itaque sanctus Terentianus et Flaccus extra civitatem iuxta fluvium; et capita eorum ab impiis ministris excisa sunt. Superveniente itaque nocte Exuperantius presbyter ceterique sacerdotes collegerunt corpora eorum, et sepelierunt eos octavo miliario ab urbe Tudertina in loco petroso qui appellatur Colonia. Passi sunt autem sancti martyres calendis septembribus [14]. *Ceterum fabulis referta est haec Passio.*

**in Tudertina Tusciae Terentiani episcopi.**

*23.* HERDONA] *Supra, ad n. 1.*

*26.* SIRACUSAE] *Hodie synaxariis Graecorum inscripta reperitur μνήμη τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀγαθοκλείας, Καλλίστης, Ἑρμογένους καὶ Εὐόδου, nullo addito loci indicio. Sed in nonnullis exemplis αὐτάδελφοι dicuntur* [15]. *Agathoclia reticetur in martyrologio nostro et aliis in locis* [16], *ut in homilia Theophanis Ceramei de Indictionis principio* [17], *ubi censum instituit sanctorum quorum festum agitur sept. 1: Καλλίστης τε καὶ Εὐόδου καὶ Ἑρμογένους, τῶν ἐκ φύσεως καὶ πίστεως ἀδελφῶν* [18], *de quibus haec profert: Καλλίστην, Εὔοδον καὶ Ἑρμογένην ἥκιστα διαιρήσομεν· οὐ γὰρ διεῖλεν αὐτοὺς φύσις καὶ γνώμη καὶ σύμπνοια καὶ ταυτότης ἀθλήσεως· καὶ οὗτοι*

[1] *BHL.* 2297, c. 11. — [2] Cf. DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [IX], n. 3. — [3] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 284-86. — [4] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 311. — [5] MONCEAUX, t. c., n. 254. — [6] WILSON, p. 196. — [7] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [8] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 340. — [9] DE ROSSI, *Bullettino*, 1883, tav. II, III; 1884-1885, p. 105-113; GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, tav. CCLIV. — [10] *BHL.* 6927. — [11] *BHL.* 1644. — [12] *Les origines du culte des martyrs*, p. 351; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 196. — [13] *C.I.L.* XI, p. 678. — [14] *BHL.* 8000. Passionem contractam edidit e codice Laurentiano O. MATURO, in *Archivio per la storia ecclesiastica dell' Umbria*, t. I (1913), p. 245-46. — [15] *Synax. Eccl. CP.*, p. 4. — [16] Cf. *Act. SS.*, April. t. III, p. 359-60. — [17] *BHG* [2]. 822. — [18] *P.G.*, t. CXXII, p. 153.

δὴ κάλλιστα ἡμᾶς εὐοδώσουσι τὴν πρὸς Θεὸν ἁρμονίαν τηροῦντες, οὗ γένος ἐσμὲν κατὰ τὸν εἰπόντα σοφόν[1]. *Passionem trium sanctorum, quae nunc deperdita sit, non videtur legisse. Notari velim hominem Siculum de martyrum patria altum servare silentium. Eos Syracusanos fuisse ex solis hisce fastis colligitur, ubi eos iam die 25 april., n. 1, obviam habuimus. Plana est lectio et facilis nominum* Erodi, Caleste *emendatio :*

**Siracusae Evodii, Hermogenis <et> Callistae.**

*Abs re non erit dubium proponere quod sponte oboritur legenti laterculum diei 2 sept., ubi recolitur memoria Theodotae et filiorum eius trium, quorum primogenitus* Evodius *nuncupabatur. Evodius quoque unus est ex* αὐταδέλφοις, *quos Syracusanos esse volunt fasti nostri, nullo quod videatur iure. Quidni tres illos Theodotae filios dicamus? Si cui obstare videbitur nomen muliebre* Callistae *in plerisque codicibus, faventibus etiam Graecis, remandari is poterit ad diem 25 april., ubi codicis Epternacensis lectio est* Callisti. *Fuerint ergo fratrum nomina* Evodius, Hermogenes, Callistus, *patria vero non Syracusa Sicula, de qua nihil apud Graecos, sed Nicaea Bithyniae* [2]. *De Theodota paulo fusius ad diem 2 aug., n. 37.*

31. IN AFFRICA] *Regio non tam arte discriminata ut qui dicatur esse in Africa idem esse non possit in* civitate Tuniza *(n. 33) aut* in Cartagine *(n. 41). Sed ad utram urbem pertineant Africana illa nomina, quis discernet? Confusissimi enim sunt laterculi primorum dierum septembris. E mentionibus hodiernis, tres non modo diebus proxime sequentibus, sed etiam die 10 sept. et 17 nov. recurrunt, parum aut prope nihil mutatae. Nempe :*

| | |
|---|---|
| *36. Tasciae* | *sept. 2, n. 25 et sept. 10, n. 59 : Tusci, etiam nov. 17, n. 61.* |
| *37. Dubitati* | *sept. 2, n. 24 ; sept. 10, n. 58 : Doletatuli ; nov. 17, n. 60.* |
| *38. Valenti* | *sept. 2, n. 26 : Valentini ; sept. 10, n. 60 : Valentinae ; nov. 17, n. 62.* |

*De nomine* Tasciae *ambigi potest sitne mulieris an provinciae vocabulum, cum varia lectio* Tusci *ex* Tusciae, *n. 16, illud fortasse repetitum indicet. Id tamen minime certum est, cum* Tasciae *femininum sit nominis* Tascii *vel* Thascii, *Afris minime ignoti, quippe quod Thascius Cyprianus martyr gesserit. Ceterum de trina nominum serie legenda sunt quae ad diem 17 nov. annotabuntur.*

39. DONATI] *Tria alia nomina die 9 sept. iterantur, duo priora sub* Caesarea Cappadociae, *n. 22, collocata, quod nomen avulsum est a mentione diei sequentis, tertium vero, adiecto nomine loci prorsus ignorati :* in Penticis, *n. 29.*

| | |
|---|---|
| *39. Donati* | *sept. 9, n. 24.* |
| *42. Furtunati* | *sept. 9, n. 27.* |
| *51. Marci* | *sept. 9, n. 31.* |

*Ubi notandum est nomine* Donati *fortasse recini n. 5, 20 ; et eodem loco ubi in secunda editione legitur* Marci, *in priore, n. 46, haberi :* Materni.

33. TUNIZA] *Hodie : La Calle. Die 6 novembris, n. 31, Tunizae annexum est nomen* Felicis. *Accidere sane potuit ut hodie quoque memoraretur idem Felix : quem deinde propter alterum Felicem qui hodie non semel nominatur, librarii expunxerint.*

45. PRIMI] *Al.* Prima, *n. 50.*

46. MATERNI] *Ignoratus. Cf. n. 51 :* Marci. *Aut fortassis nomen detortum ex* Martyrii, *de qua coniectura inferius, ad n. 56, erit dicendi locus.*

47. DONATI] *Cum* Felicis, *supra, n. 3-5, 19-20.*

49. BETTAUSIA] *Nomen incognitum neque aspectu probabile. Suspiciosum hoc etiam est, in isto nomine et in* Amausi, *n. 57, extremas syllabas AUSI insolite consonare. Nonne et prima syllaba avulsa fuit a nomine* BITinia, *quod die sequenti, 2 sept., cum mentione S. Theodotae olim coniungi debuit et postea evanuit?*

50. PRIMA] *Supra, n. 45 :* Primi.

51. MARCI] *Locum tenet* Materni, *quod in prima recensione legitur. Interrogare tamen licet num anteponenda sit lectio :* Marci episcopi. *Nempe is Marcus episcopus esse potest urbis Aecarum (Troia), cuius mentio incidit superius, n. 1, ubi de SS. Felice et Donato, et cultus erat in Apulia celebratissimus.*

56. SISINNI] *Qui attenderit ad proxime sequens :* Amausi, *in memoria sibi resonare audiet mentionem ex die 29 maii :* in Anaunia Sisinni, Alexandri, Martyrii [3]. *Quod si praeterea coniciat, dubitanter utique,* al(ibi) *hic stare pro* Al(exandri), Materni, *n. 46, pro* Martyrii, *certe librarios inauditae et inusitatae neglegentiae non traducat. Superest tamen explicandum quomodo Anauniae martyres ad diem 1 sept. migraverint. Hic nodus est.*

57. AMAUSI] *Conferendum cum* Anaunia. *Cui coniectura ista displicuerit, fortasse magis arridebit redire ad* Bettausi, *supra, n. 49.*

58. CENOMANNIS] *Synodis Andegavensi et Turonensi, annis 453 et 461, interfuit* Victurius[4]. *Is obiit* kalendas septembris plenus dierum Fausto iuniore et Longino bis consulibus [5], *id est an. 490. Ita Actus pontificum Cenomannensium, qui numerum annorum descripsisse videntur e titulo quodam* [6]. *Reperta fuit in veteri capsa reliquiarum monasterii Vergiacensis, vitta membranea, in qua litteris merovingicis scriptum est :* Hic sunt reliquias sancti Victuri episcopi festivitate kalendis septembris

[1] *P. G.*, t. CXXII, p. 156. — [2] De his diximus in *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 47-49. — [3] F. SAVIO, *I santi martiri di Milano*, p. 73. — [4] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 336. — [5] *BHL.* 8599. — [6] J. HAVET, *Œuvres*, t. I, p. 348.

septembris [1]. *S. Victoris memoriam Gregorius Turonensis elogio prosecutus est* [2].

**Cenomannis civitate natale sancti Victoris episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] *Reguli, episcopi Africani, cuius cultus Lucae in Tuscia praecipue viguit, Acta exstant parum sincera* [3].

*Constanti. De S. Constantio, cuius cultus Campaniae ecclesias permeavit, ad diem 15 sept. agendum erit. Hodie, cum codicibus E, Cambr. et Rich. scribatur :*

**in Casino Constantii.**

*Egidii, abbatis in Occitania Vita habetur* [4].

*Petri. Praeter inclutum martyrem cuius memoria agitur die 25 nov., nullum novimus Petrum episcopum Alexandrinum.*

*Lupi Senonensis episcopi Acta edita sunt* [5].

**Senonis civitate depositio sancti Lupi episcopi et confessoris.**

*Vincentii et Laeti martyrum, qui Aquis Augustis seu Tarbellicis (hodie Dax) coluntur, exstant Acta, de quibus hoc loco disserere non vacat* [6].

**in Aquis civitate passio sancti Vincentii episcopi et martyris.**

*Chlodoaldi memoria agitur die 7 sept., n. 30.*

*Syagrii, sept. 2, n. 49.*

*Sirmini. Lege: Firmini, cuius Acta edita sunt* [7]. *Difficultas non levis oritur ex Actis alterius Firmini martyris qui die 25 sept. Ambianis colitur* [8]. *De his disserere huius loci non est* [9].

**Ambianis civitate depositio sancti Firmini episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: Verenae virginis, quae Zurziaci (Zurzach) in Helvetia colitur, Vitam et Miracula habemus* [10].

[1] L. DELISLE, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. IV (1884), p. 3. — [2] *In gloria conf.*, LV. — [3] *BHL.* 7102. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 555-58. — [4] *BHL.* 93-96. — [5] *BHL.* 5082-5084. — [6] *BHL.* 8626. Cf. *Act. SS.*, Sept. t. I, p. 200-203. — [7] *BHL.* 3012, 3013. — [8] *BHL.* 3002-3011. — [9] Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 122-27. — [10] *BHL.* 8541, 8543.

---

# IV NON. SEPT.

| I | II |
|---|---|

**In Nicomedia Zenonis**

(I) **Theodotae et filiorum eius**

**Gorgoni Menolappi Theodotae cum filiis suis et Cosconi. in partibus Apamiae sanctorum Antoni et Antonini. Cartagine Dubitati Tusci Valentini. in Sicilia Eupli Ioseph. in Apulia Felicis Secundi. in Alexandria Theodori. in Antiochia Timothei. Lugduno Galliae beati Iusti episcopi [a].**

(II) **Agustiduno depositio sancti Siagri episcopi et confessoris [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) et dedicatio basilice ipsius S. — b) stabuleñs remacli episcopi et confessoris. corbeia monasterio dedicatio basilicę sancti martini pontificis C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW. — 2. nicõm E ; nicomedia S¹ ; nichomedia S² ; *add.* nãtl scãe S ; nt̃ scõrum W | 9. monolappi BSW | 10. theodotae E *int. lin.* ; theodote BW ; theudoti S | 11-14. *om.* E | 15. cusconi BW ; quosconi S | 17. pãr E ; pastib; S ; partib; W | 18. campanie B ; apamie SW ; *add.* natł S ; nãt W | 19. *om.* E | 21-22. *om.* W | 22. antonnini S ; *add.* in SW | 23. kartãg E ; carthagine B ; *add.* natł scõrũ S ; nãt scõrũ W | 24. dobitati W | 26. vale BS | 27. *om.* E | 28. *add.* nãtl scõrum S ; nł scõrum W | 30. iosep S | 31-32. *om.* SW | 36. alãx E ; alexandr̄ B ; alexand̄ W ; *add.* natł sc̄i S ; nãt sc̄i W | 37. teodi^ri E ; theudoli S | 38. *om.* E | 39. antioc̄h E ; anthiochia S ; anthiocia W ; *add.* natł sc̄i S ; nãt sc̄i W | 40. thimothei SW | 41. lugdũn E | 42-43. *om.* E | 42. gałł BW ; gallea S ; *add.* depõs B ; de positio S ; dep̄ W | 43. sc̄i S ; *om.* B | 46-52. *om.* B¹ ; *add.* B² | 46. agusteduno W | 48. beati SW | 51-52. *om.* SW | 52. *add.* |||||| B².

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Zenonis Theodotae et filiorum eius et in Lugduno depositio Iusti episcopi. — TAML. : *Desiderantur hodie sancti latini.* — MON. : In Galleis civitate Lugduno depositio sancti Iusti episcopi alibi Zenonis episcopi Antonii. — RICH. : In Nicomedia Zenonis Gorgoni Theodoti et in Sicilia Eopoli Ioseph in Appulia Felicis in Antiochia Timothei alibi depositio Iustini episcopi.

## SEPT. 2

*1.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Νικομηδείᾳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Ἀφιταρκῖν, Κοσκωνᾶ, Ζήνων, Μελάνιππος καὶ οἱ υἱοὶ Θεοδότης. Nomina tria Zenonis (n. 3), Cosconi (n. 15), Menolappi (n. 9), lege: Melanippi, iam ter obviam habuimus, ian. 18, ad n. 38, ian. 19, ad n. 52, feb. 23, ad n. 23, atque monuimus lectionem Nicomediae vix probari posse, eiusque loco scribendum Nicaeae*[1]. *De Theodota cum tribus filiis (n. 4-7, 10-13) egimus ad diem 2 aug., ad n. 37, ubi plenior scripta est eius memoria. In eius Actis solius Evodii primogeniti nomen exprimitur*[2]. *Ceteros Hermogenem et Callistum nuncupatos esse, et perperam cum Evodio Syracusis assignatos coniectavimus ad diem 1 sept., n. 26. Haec tamen urgere nolumus.*

**in Nicaea Zenonis, Cosconii et Melanippi; <item> Theodotae et filiorum eius.**

*Martyrologium Romanum memorat hodie:* Nicomediae sanctorum martyrum Zenonis, Concordii et Theodori filiorum eius, *quos, fatente Baronio, suppeditarunt « tabulae ecclesiae Capuanae, in cuius veteri breviario eorum martyrium recensetur. » Reapse, haec refunduntur in commenticiam Passionem S. Zenonis et sociorum*[3] *martyrum Nicomediensium, quae IV nonas septembres legenda praebetur.*

*8.* GORGONI] *Nisi quis contendat scriptum esse pro Cosconi (n. 15), Gorgonium martyrem celeberrimum, Nicomediensem, de quo mart. 11, n. 23, ab interpolatore adductum esse crediderim propter martyres Nicaeenses, Nicomediae falso addictos (n. 1).*

*18.* APAMIAE] *De martyre Apamiensi, qui hodie geminatur duplici sub nomine Antoni et Antonini, reicienda disputatio ad diem sequentem, ubi paulo prolixius eius elogium profertur. Kalendaria Mozarabum hodie S. Antoninum, alii Antonium memorant*[4]. *In Romano martyrologio nuntiatur:* Pamiae in Gallia sancti Antonini martyris cuius reliquiae in ecclesia Palentina magna veneratione asservantur. *Commentarium hunc addit Baronius: « Passus est autem non Apamiae in Syria, ut multi opinati sunt, sed Pamiae apud Tolosam. » Quid de re sentiendum sit ex collata duplici Actorum serie, Antonini martyris Apameae in Syria*[5] *et Antonini martyris Apamiis in Gallia*[6], *manifestum fiet, neque tam putidis erroribus denuo refellendis immorari placet*[7]. *His coronidem imposuerunt scribendo ad diem 3 sept.:* Capuae sanctorum martyrum Aristaei episcopi et Antonini pueri. *Haec reperta sunt apud Usuardum, qui Adonem exscripsit*[8], *non in libris Capuanis, et frustra queritur Baronius « illius nobilissimae ecclesiae monumenta esse deperdita. »*

*23.* CARTAGINE] *Heri, n. 33-38, in Tuniza civitate recolebantur nomina Dubitati, Tusci seu Tasciae, Valentini seu Valenti. Quae ad haec annotavimus iteranda non sunt.*

*29.* EUPLI] *Martyris Siculi Eupli memoria agitur die 12 aug., n. 6. Praeterea etiam 12 sept., n. 9, in nostris codicibus, errore obvio librariorum, recensetur. Quo casu etiam in hodiernum laterculum irrepserit non videmus, quemadmodum frustra quaerimus quare sancti nonnulli, de quibus mox, a die 13 sept. istuc migraverint. Ceterum, recte scriptum est:*

**in Sicilia Eupli.**

*30.* IOSEPH] *Solo nomine notus.*

*32.* IN APULIA] *Memoriolae tres quae nunc subsequuntur (n. 32-40) in capite laterculi diei 13 sept. (n. 1-11) leguntur. Eas autem ab illo die ad 2 sept. delatas esse, non vice versa, ostendit quod in solidum aggregatae sunt cum Theodoro, cuius natalis in diem 13 septembris incidere videtur. Vera est lectio, loco non suo posita:*

**in Apulia Felicis, Secundi.**

*36.* ALEXANDRIA] *Idem dicito de memoria a 13 sept., n. 6, anticipata:*

**in Alexandria Theodori.**

*39.* ANTIOCHIA] *Etiam a 13 sept., n. 10, anticipata:*

**in Antiochia Timothei.**

*41.* LUGDUNO] *De quattuor festivitatibus S. Iusti fiet disquisitio ad diem 21 oct. Interim scribendum est:*

**Lugduno Galliae beati Iusti episcopi.**

*46.* AGUSTIDUNO] *Siagrii episcopi memoria inscripta est die 27 aug., n. 76, quod est* natale ordinationis eius. *Hodie vero depositionis dies est.*

**Augustoduno depositio sancti Siagrii episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] *Dedicatio basilicae. De re anquirendum erit ad diem 21 oct.*

*Stabuleñs. Lege Stabulaus. Vita S. Remacli, episcopi dein abbatis monasterii Stabulensis, edita est*[9]. *Depositionem S. Remacli die III non. sept., non IIII non. a monachis Stabulensibus celebratam esse monet B. Krusch, e necrologio Stabulensi cod. Bruxell. 1814-16*[10]. *Porro legendum:*

**Stabulaus Remacli episcopi et confessoris.**

[1] Supra, p. 49. — [2] *BHL.* 8093; *Bibliotheca Casinensis*, t. III, Floril., p. 182. — [3] *BHL.* 8999. — [4] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 476-77. — [5] *BHL.* 568-571. — [6] *BHL.* 572-576. — [7] Cf. *Act. SS.*, Sept. t. I, p. 340-54. — [8] Cf. SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 511. — [9] *BHL.* 7113-7117. — [10] *M.G.*, Script. rer. merov., t. V, p. 91.

# III NON. SEPT.

I | II

**In Alexandria Aristonippi episcopi. et in Siria provintia in regione Apamiae Antonini pueri annorum XX et Aristoni episcopi. in Aquileia dedicatio basilicae et ingressio reliquiarum sanctorum Andreae apostoli**

**et in Caudis Vitaliani Sirici |**

**Lucae**

**nepotis |**

**Iohannis Eufemiae Sirici**

**| Vitaliani**

**et Aristoni [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) (cum sociis eorum) et in caudiliai taliani senōn sc̄i ambrosii epī S.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 2. alāx E ; alexandr̄ B ; alex̄d W ; *add.* natł sc̄i W | 3. arippi E ; arīsto nippi S | 4. *om.* E | 5-18. et in regione appamiae vico a pro ca victo (cavictu W) sub constantino (constantio W) imperatore provintia (provincia W) syriae (siriae W) natale sanctorum antonini pueri annorum XX et aresti (anesti S) episcopi cuius gesta habentur SW | 7. syria E | 8-11. *om.* E | 11. apamie B | 12. antoni EB | 14-15. *om.* E | 17. aresti B | 19-28. *om.* E | 21-23. *om.* SW | 22. basilice B | 23-26. *om.* B | 24. ingresio W | 27. andree B ; andrei W | 34. luce BS | 36. *add.* et alibi natł scōrum S ; et alibi nāt scōrum W | 37. eufemie B ; eufimię W | 38. serici E ; syrici SW | 39. *om.* S | 41. aritoni EW ; *add.* cum sociis eorum SW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Alexandria Aristipi episcopi et in Siria Antoni pueri et Aristonis episcopi et Caudis Vitaliani. — Taml. *Desiderantur hodie sancti latini.* — Mon. : In Alexandria natalis sanctorum Arestippi episcopi Antonini Siricii.— Rich. : In Syria Antonini et Aristonis episcopi et in Alexandria Arestenippi episcopi alibi Lucae Iohannis Eufemiae Sirici Aresti.

## SEPT. 3

*1.* IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀριστίων ὁ ἐπίσκοπος. In codicibus nostris n. 3: A r i s t o n i p p i, id est A r i s t o n e p̄ i; n. 17, 41: A r i s t o n i. Inscriptus est fastis Graecorum : ἄθλησις τοῦ ὁσίου καὶ ἱερομάρτυρος Ἀριστίωνος. Οὗτος ἐπίσκοπος γέγονεν Ἀλεξανδρείας κτλ.* [1]. *Attamen Aristion desideratur in serie episcoporum Alexandrinorum. Codices W, S scribunt : A r e s t i e p i s c o p i c u i u s g e s t a h a b e n t u r. Dubium tamen est utrum ad Aristionem an ad Antoninum, n. 12, haec sententia referenda sit.*

**in Alexandria Aristoni episcopi.**

*7.* IN SIRIA] *In nomine martyris ancipites haerent codicum scriptores. E, B scribunt : A n t o n i; W, S : A n t o n i n i; heri (n. 20, 22), ex uno duos effecerunt : A n t o n i et A n t o n i n i. Haec autem postrema nominis forma potior est. Ita Theodoretus : ἀντὶ γὰρ δὴ τῶν Πανδίων καὶ Διασίων καὶ Διονυσίων καὶ τῶν ἄλλων ὑμῶν ἑορτῶν Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ καὶ Σεργίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Λεοντίου καὶ Ἀ ν τ ω ν ί ν ο υ καὶ Μαυρικίου καὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων ἐπιτελοῦνται δημοθοινίαι* [2]. *Ita et in libello monachorum Apamiae ad episcopos (an. 536) : ὅσα δὲ καὶ οἷα διαφόρως κατὰ τὸν σεβάσμιον οἶκον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἀ ν τ ω ν ί ν ο υ τετόλμηται, ποία φύσις ἔχουσα λόγον ἀδακρυτὶ τετόλμηται* [3]; *Graeci universim, in libris suis ad diem 9 novembris : ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντωνίνου* [4]. *Acta quae latine tantum supersunt* [5], *male tradita sunt, et confugiendum potius ad breve elogium quod in synaxariis graecis habetur, e quo haec pauca afferre iuvat : Οὗτος ἦν ἐκ τῆς δευτέρας τῶν Σύρων ἐπαρχίας, λιθοτόμος τὴν τέχνην, ἐκ κώμης Ἀριβαζοῦ· παραγενόμενος δὲ εἰς τόπον τὸν οὕτω λεγόμενον Καπρουάγνιδον... τὰ ἐν τῷ ναῷ συνέτριψεν εἴδωλα · εἶτα κρατηθεὶς... ἀπῆλθεν εἰς Ἀπάμειαν* [6]. *E synaxario Armeniorum pauca addere iuvat :* Sanctus Christi martyr *A n t o n i u s* e terra fuit Siron (*id est Σύρων*) e vico Privala. Erat autem latomus et caementarius. Non procul a vico qui dicitur Caprosevan (*infra* Capharsevan) erat templum amplissimae magnitudinis in qua erant idolorum altaria... In urbem Apameam profectus, facultate accepta ab episcopo, ecclesiam exstruxit in Capharsevan titulo sanctae Trinitatis. Et adversus eum con-

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 11. Cf. E. Honigmann, in *Byzantinische Zeitschrift*, t. XXV (1925), p. 79. — [2] *Graecorum affectionum curatio*, VIII, 69, Raeder, p. 218-19. — [3] Hardouin, *Concilia*, t. II, p. 1389. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 208. — [5] *BHL.* 568-571. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 208.

venientes

venientes idololatrae cum gladiis et fustibus Christi martyrem A n t o n i n u m occiderunt (die) novembris IX et trei (mensis) primo... Sancti corpus reppererunt in duas partes divisum. Quod Christiani acceptum in urbem Apameam detulerunt atque in spelunca deposuerunt prope Caprosevan. Deinde vero episcopus Apameae ecclesiam desuper aedificavit sancti Antonini titulo, eius reliquiis in arcam marmoream depositis [1]. *Cum his conferenda sunt quae servaverunt cod. W et alii eiusdem stirpis: v i c o A p r o c a v i c t u s u b C o n s t a n t i o (al. C o n s t a n t i n o) i m p e r a t o r e, et cod. Vaticanus Ottobon. Lat. 38: r e g i o n e A p p a m i a e v i c o A p r o g a [2]. Laciniae hae sunt Passionis antiquae, quam utinam reperire contingat.*

**in Siria provincia in regione Apamiae Antonini pueri annorum XX...**

*17.* ARISTONI] *Rursum n. 41, et supra, n. 3: A r i s t o n i p p i. Cod. W scribit cum B: A r e s t i, subicitque cum S sententiam: c u i u s g e s t a h a b e n t u r, quam ad A n t o n i n u m potius rettulerim* [3].

*20.* IN AQUILEIA] *Nullo negotio colligitur:*

**in Aquileia dedicatio basilicae et ingressio reliquiarum sanctorum Andreae apostoli, Lucae, Iohannis et Eufemiae.**

*Conferenda sunt quae iisdem ferme verbis leguntur de reliquiis Mediolanensibus 9 maii et 27 nov., et dedicatio basilicae Concordiensis, reliquiis SS. Iohannis utriusque Baptistae et Evangelistae, Andreae, Lucae et Thomae insignitae* [4]. *Codices W,S semovent E u f e m i a e nomen a ceteris, interiectis vocabulis:* et alibi aliorum sanctorum, *perperam sane. Iis enim temporibus reliquiae pernotae illius Chalcedonensis martyris passim inter basilicas distribuebantur, uti et Apostolorum* [5]. *Aliunde etiam accepimus Aquileiae praecipuum cultum adhibitum esse S. Euphemiae, propter reliquias ibi servatas; quinimmo fuerunt aliquando qui integrum eius corpus eo loco exstitisse sibi persuaderent. Inter sacra pignora quae Paulus patriarcha transtulit* in Gradensem civitatem novam Aquileiam, *nominatim memorantur* corpora sanctorum virginum Eufemiae, Dorotheae, Theclae et Erasmae, *quae posuit* in ecclesia sanctae Mariae. Natale autem sanctarum virginum celebrari praecepit tertio nonas septembris [6], *ipsa nimirum die qua in martyrologio basilicae dedicatio indicitur. Helias patriarcha (571-577) in civitate Gradensi exstruxit* ecclesiam sanctae Eufemiae [7]. *Hodie martyrologium Romanum:* Aquileiae sanctarum virginum et martyrum Euphemiae, Dorotheae, Theclae et Erasmae, quae sub Nerone post multa supplicia gladio caesae sunt et a sancto Hermagora sepultae. *Baronius Molanum et Galesinium auctores appellat additque: « Plura de iisdem leguntur in Actis S. Hermagorae episcopi; » in qua tamen Passione incassum earum martyrum nomina inquiras* [8]. *Verum ex quo reliquiae earum Aquileiae exstare creditae sunt, eas proclive fuit in socias S. Hermagorae convertere* [9], *tametsi cum Aquileiensi civitate nihil unquam commune habuerint.*

*31.* IN CAUDIS] *Caudium (nunc Montesarchio) oppidum est Samnii, in via Appia inter Capuam et Beneventum, ex furculis Caudinis notissimum*[10], *non ita a V i t a l i a n o, qui ibi colebatur. Quamquam enim eius Vita conscripta est, qua episcopus Capuanus fuisse asseritur* [11], *inter omnes convenit nihil de eo notum esse* [12]. *Inscriptus est kalendario lapideo Neapolitano:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) VITALIANI [13]

*Etiam kalendario Beneventano saec. XIII, in codice Vaticano 5949, sed ad diem 16 iulii:* Beneventi natalis sancti Vitaliani episcopi et confessoris. *Quae videtur esse commemoratio translationis reliquiarum a Monte VirginisBeneventum* [14].

**in Caudis Vitaliani.**

*33.* SIRICI] *Id est S i r i a, n. 7. Iterum, n. 38.*

*34.* LUCAE] *Supra, ad n. 20.*

*35.* NEPOTIS] *Solo nomine notus. Haud scio an probanda sit coniectura qua perversam hanc esse lectionem iudicatur notae* EPI *= episcopi, n. 4, vel* APS *= apostoli, n. 28* [15].

*41.* ARISTONI] *Supra, n. 3, 17.*

ADDITAMENTA] *C a u d i l i a i T a l : a n i = Caudis Vitaliani, n. 31.*

*A m b r o s i i Senonensis. Manu secunda martyrologio ascriptus est. Nulla eius Acta habemus* [16].

EXCERPTA] *Cod. Rich.: A r e s t i = Aristoni, n. 3. Supra, ad n. 1.*

[1] E synaxario GREGORII DSERENTZ latine reddidit Paulus PEETERS. — [2] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [115]. — [3] Haec verba cum A r e s t i coniungere, ut est in codice, olim malui. *Les martyrs d'Égypte*, p. 76. — [4] P. PASCHINI, *Note sull' origine della Chiesa di Concordia*, in *Memorie storiche Forogiuliesi*, t. VII (1911), p. 9-24. — [5] *Anal. Boll.*, t. XLVIII, p. 11-13. — [6] *Chronicon Gradense*, ap. G. MONTICOLO, *Cronache Veneziane antichissime*, t. I, p. 41. — [7] Ibid., p. 42. — [8] Cf. PASCHINI, *La chiesa Aquileiese*, p. 44-48. — [9] *BHL.* 2706-2707. — [10] HUELSEN, in PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie*, t. III, p. 1804. — [11] *BHL.* 8687. — [12] *Act. SS.*, Sept. t. I, p. 598; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 202. — [13] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [14] *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 168. — [15] LANZONI, t. c., p. 874. — [16] *Act. SS.*, Sept. t. I, p. 660-61.

PRID.

# PRID. NON. SEPT.

**I** | **II**

**In Ancira Galatiae natale sanctorum**

| **Rufini Silvani**

**Marcelli Gaiani Helpidi Antoni**

**Rufini Silvani** |

**Eustoci [a] Maximi Eusebi item Gaiani Italicae Gausuti Magni Casti Saturnini Donati Decisi. Romae in cimiterio Maximi via Salaria Bonifati episcopi ad sanctam Felicitatem Magni.**

| **Casti Saturnini.**

**et in Galliis civitate Cavilonis sancti Marcelli episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) euticii S. — b) treveris depositio sc̄i paulini episcopi S ; romę dēp sc̄i bonefacii ep̄i S[2].

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BSW.— 3. gallitī E ; galatie B ; gallia S ; gallatiae W | 4. *om.* B | 5. *om.* E | 6. rofini W | 7. *om.* S | 8-9. gaiani marcallii S ; *add.* gaisuti S | 10. belpidi E ; helpidii BS | 11. antonini BSW | 14. eostochi B ; eustochii S ; eostoci W | 15. maximia S[1] ; maximia[ni] S[2] | 16. eusebii BS | 19. vitalice B ; vitalicae SW ; *add.* īt S | 20. gaisuti BSW | 24-40. *om.* S | 25. cleusi BW ; *add.* cum sociis eorum W | 26. rōm EW ; rome B | 27-28. *om.* E | 30-31. *om.* E | 31. salutaria W ; *add.* dēp W | 32. bonifaci B ; bonefacii S[2] ; bonifacii W | 34-36. *om.* E | 36. *add.* nł scōrum W | 38-39. *om.* W | 40. *om.* W | 40-45. *om.* E | 42. galleis B ; gallia S ; gałł W | 43. *om.* S | 44. cavillonensi S ; cavilloneñs W ; *add.* natł S ; nāt W | 47. ep̄i E ; mār B ; martyris S ; *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Ancyra Galatiae nat. Marcelli Gaiani Helpidi Antonini Eothoci Maximi et Cabolono sancti Marcelli episcopi. — Taml. *Desiderantur hodie sancti latini.* — Mon. : In Anciria Galic'ae natalis sanctorum Rufini Silvani Romae Bonifacii papae Maximi in castello Iuvavo Erindrudis virginis. — Rich. : In Ancyra Galaciae Marcellae Helpidii Antonii Rome Bonifacii episcopi Magni Casti Caballonis Marcelli Treveris Paulini episcopi.

## SEPT. 4

*1.* in ancira] *Breviarium Syriacum ἐν Ἀγκύρᾳ Μάρκελλος καὶ ἕτεροι ὀκτώ. Die 30 aug. idem breviarium, die 31 hieronymiani alium Ancyranum recensent,* G a i a n u m, *ut videtur, cum sociis, quorum nomina agnoscere in amplo laterculo frustra tentaveris. Non aliter hodie de sociis* M a r c e l l i. *Nuda enim proferuntur nomina, quorum nonnulla iam die 31 aug. relata fuerunt. Ignoratur proinde quinam sint martyres ἕτεροι ὀκτώ, et solus Marcellus tuto profertur.*

**in Ancira Galatiae natale sanctorum Marcelli...**

*6.* rufini] *Infra, n. 12; aug. 31, n. 13.*
*7.* silvani] *Infra, n. 13; aug. 31, n. 15.*
*9.* gaiani] *Infra, n. 18; aug. 31, n. 11.*
*10.* helpidi] *Solo nomine notus.*
*11.* antoni] *Al:* A n t o n i n i. *Sept. 3, n. 12.*
*12.* rufini] *Supra, n. 6.*
*13.* silvani] *Supra, n. 7.*
*14.* eustoci] *Hodie:* E u s t o c i, M a x i m i; *postridie, n. 8-9:* E u t i c i, M a x i m i.
*15.* maximi] *Forsitan geminatur* M a x i m u s, *n. 29, qui non est martyr, sed eponymus coemeterii viae Salariae. Cf. sept. 5, n. 9.*
*16.* eusebi] *Solo nomine notus.*
*18.* gaiani] *Supra, n. 9.*
*19.* italicae] *Al.* V i t a l i c a e. *Cf. aug. 31, n. 26. Nomina tria, n. 6, 7, 19 ex hodierno laterculo excerpsit Florus, turmamque Ancyranam licenter composuit:* Apud Ancyram Galatiae natale sanctorum martyrum trium puerorum Rufini, Silvani et Vitalicae [1]. *Hanc suam fecerunt Ado, Usuardus et compilatores Romani martyrologii.*
*20.* gausuti] *Al.* G a i s u t i. *Lectio corrupta, quae cum* G a i a n i *(n. 9) quaedam habet elementa communia.*
*21.* magni] *Infra, n. 37. Ceterum ignotus.*
*22.* casti] *Infra, n. 38. Item ignotus.*
*23.* saturnini] *Infra, n. 39; sept. 5, n. 31.*
*24.* donati] *Sept. 1, n. 5; 5, n. 20.*
*25.* decisi] *Al.* C l e u s i. *Utraque lectio parum sincera videtur.*
*26.* romae] *Itinerarium Salisburgense:* Deinde venies ad S. Felicitatem altera via quae similiter Salaria dicitur, ubi illa pausat in ecclesia sursum et Bonifacius papa et martyr in altero loco. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam Salariam ecclesia est S. Felicitatis ubi ipsa iacet

[1] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 340.

corpore

corpore ; ibi et Sillanus, filius eius unus de VII, est sepultus et Bonifacius cum multis sanctis ibi dormiunt [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Deinde basilica S. Felicitatis, ubi requiescit illa et Silanus filius eius et non longe Bonifatius martyr [2]. *Index oleorum a Iohanne abbate collectorum:* Sce Felicitatis cum septem filios suos. Sci Bonifati [3]. *Liber pontificalis:* Qui sepultus est via Salaria iuxta corpus S. Felicitatis martyris VIII kal. novemb. [4]. *Erratum esse in die depositionis monuit L. Duchesne* [5]. *Idem Liber, in Hadriano* (*772-795*)*:* Cymiterium vero sanctae Felicitatis via Salaria una cum ecclesiis sancti Silani martyris et sancti Bonifacii confessoris atque pontificis uno cohaerentes solo, mirae restauravit magnitudinis [6].

**Romae in cimiterio Maximi ad sanctam Felicitatem via Salaria Bonifatii episcopi.**

*37.* MAGNI] *Supra, n. 21.*
*38.* CASTI] *Supra, n. 22.*
*39.* SATURNINI] *Supra, n. 23.*
*44.* CAVILONIS] *Cabillonum seu Cavillonum* (*Chalon-sur-Saône*). *S. M a r c e l l i eiusque basilicae saepius mentio est apud Gregorium Turonensem, tum in libro de Gloria martyrum* [7], *tum passim in Historia Francorum, ubi sancti martyris natalem diem indicat:* Interea advenit festivitas sancti Marcelli, quae apud urbem Cavelonensem mense septimo caelebratur [8]. *S. Marcelli Acta habentur* [9]. *Quod addunt codices E et Cambr.:* episcopi, *error est, et ad elogium S. Paulini, quod postmodum deletum est, pertinere censet L. Duchesne.*

**in Galliis civitate Cavillono sancti Marcelli.**

ADDITAMENTA] *E u t i c i i, sept. 5, n. 8.*
*P a u l i n i, aug. 31, n. 4. Infra, ad cod. Rich.*
EXCERPTA] *Cod. Cambr.: E o t h o c i = Eustoci, n. 14.*
*Cod. Mon.: In castello Iuvavo E r i n d r u d i s seu Erendrudis abbatissae Iuvavensis seu Salisburgensis Vita edita est* [10] *et commentarius in Actis nostris ad diem 30 iunii* [11].
*Cod. Rich.: P a u l i n i episcopi Treverensis dies natalis celebratur* pridie kal. sept., *a quo et* pridie non. sept. *culpa librariorum delata est eius memoria, postea vero expuncta. Rei testis est in codice B rasura, in E et Cambr. vox e p i s c o p i, quae nunc male refertur ad Marcellum martyrem* [12].

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [2] Ibid., p. 177. — [3] Ibid., p. 176. — [4] DUCHESNE, t. I, p. 228. — [5] T. c., p. 229 : « La date est fausse. Le martyrologe hiéronymien, d'accord avec la chronologie, indique la véritable, le 4 septembre. » — [6] DUCHESNE, t. c., p. 509. Cf. p. 521-22. DE ROSSI, *Bullettino*, 1863, p. 43-45 ; 1884-1885, p. 149-52. — [7] *In gloria mart.*, c. LII. — [8] *Hist. Franc.*, IX, 3. — [9] *BHL.* 5245.— [10] *BHL.* 2588. — [11] *Act.SS.*, Iun. t. V, p. 580-86.— [12] « S. Paulin de Trèves était marqué aujourd'hui sans doute par confusion avec le *pr. kal.* Sauf W, tous les manuscrits de la recension N ont sa fête. C'est sans doute elle qui a été grattée dans le ms. de Berne. Quant à la première édition, le ms. *Rich.* l'a encore. S'il a disparu de E, très abrégé pour toute cette finale (il omet *Casti, Saturnini* et la rubrique de Chalon), ce n'est pas sans y avoir laissé trace, le mot *episcopi*, qui bien évidemment ne se rapporte pas à *Marcelli,* mais à *Paulini.* » L. D.

NON.

# NON. SEPT.

**I** | **II**

**In Portu Romano Taurini Herculani.**

| I | II |
|---|---|
| **in Alexandria Eutici Maximi Nimpi Saturnini.** | **Aristusi [a].** |

**et in Capua Campaniae sanctorum Quinti Arconti Donati. in Alexandria civitate Nimfidae Saturninae Ingenui episcopi. in Aegypto Taurini**

| I | II |
|---|---|
| **Saturnini** | |

**Nemosati**

| I | II |
|---|---|
| | **item Saturnini** |

**Arapollini. in Galliis civitate Vesontione Ferrioli et Ferrucionis.**

*Addunt codices pleniores :* a) et passio sanctorum thothaelis et sororis eius nomine bebeę C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BS (*usq. ad n.* 27) W.— 2. pōr E ; porto BSW | 3. *add.* nātl scōrum S ; nāt scōrum W | 4. *add.* et E | 5. herculiani BSW | 7. alāx E | 12. aristosimi S ; aristosi W | 13. *om.* S | 15. cappua S | 16-17. *om.* E | 16. cāpanię B ; campanię W ; *add.* natł S ; nāt W | 18. quintii S | 19. *add.* et SW | 21. *om.* E | 22. alāx E ; alexandr̄ B ; alex̄d W | 23. *om.* BSW ; *add.* natal S ; nāt scōrum W | 24. nemfidi BW ; memfidi S | 25. saturnine B ; saturnini S ; *add.* et depō beati S ; et dēp beati W | 27. *add.* cū sociis eorū S | 29. aegip̄ E ; egypto W ; *add.* nāt scōrum W | 30. *om.* W | 33-34. *om.* W | 35. aropollini E | 37. gāl E ; galleis B | 36-39. in civīt vesontione in gałl W | 39. *add.* scōrū B ; nāt scōrum W | 40. ferreoli B | 42. fer rucionis B ; ferrutionis W ; *add.* cum sociis eorum W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Portu Romano nat. Taurini et Eraculani in Alexandria Nimpi et Saturnini et in Campania Quinti. — Taml. : Taurini Herculini Zefani Quinti Donati Arcontii Saturnini bis Mariae Iuliae Iulitae Tauri Ingenui episcopi cum suis Saturnini Memorati Arapolini episcopi Ferrucionis Nimpi Quintiani Trosi et aliorum IIII. — Mon. : In Capua Campaniae natalis sanctorum Quinti et Arcanti Ferrioli et Ferrutionis martyrum. — Rich. : In Portu Romano Taurini Erculiani et in Capua Quinti Arconti in Aegypto Taurini Nemorati in Vesontio Ferioli Ferrutionis.

## SEPT. 5

*1.* in portu] *Depositio martyrum :* Aconti in Porto et Nonni et Herculani et Taurini. *In codicibus nostris die 25 iul., n. 1-5, scriptum est :* in Portu Urbis Romae Aconti et Nonni; *die vero 23 aug., n. 35 :* in Portu Urbis Romae Ypppoliti qui dicitur Nonnus. *De Nonno ad hunc diem disseruimus. Quis fuerit* A c o n t i u s, *qui hodie* A r c o n t i (*n. 19*) *nominatur, nulla nos docent monumenta. Fuisse ad ripam Tiberis* titulum sancti Acontii, *testatur Auxilius scriptor libelli in defensionem sacrae ordinationis papae Formosi* [1]. *In Actis S. Aureae, Eusebius presbyter fertur* Taurinum et Herculanum in Portu Romano *clam sepelisse* [2]. *Operculo sarcophagi marmorei, quod prope sepulcrum sanctorum positum fuisse credendum est, haec insculpta leguntur :*

DEO PATRI OMNIPOTEN
TI ET XPO EIVS E*t* SANCTIS
MARTYRIBVS *t*AVRINO
ET HERCVLANO *O*MNI
ORA GRATIAS *a g i* MVS
NEVIVS ZARIS *t u s* e T
CONSTANT *i a* *m a r t* V
RIA SIBI FEC *e r u n t* [3]

*De Nonno silent codices nostri, nec eius nomen supplendum videtur.*

**in Portu Romano Taurini, Herculani et Aconti.**

*7.* in alexandria] *Infra, n. 22 : in* A l e x a n d r i a c i v i t a t e. *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Νόφιος πρεσβύτερος. *Perperam inserta sunt nomina Eutici, Maximi. Martyr Alexandrinus in codicibus appellatur* N i m p i (*n. 10*), N i m f i d a e (*n. 24*), *al.* N e m f i d i, *a cognomento Romano* N y m p h i d i u s, *si quid video.*

**in Alexandria civitate Nimfidii.**

*8.* eutici] *Sept. 4, n. 14 :* E u s t o c i ; *ceterum ignotus est.*

*9.* maximi] *Sept. 4, n. 15.*

*10.* nimpi] *Infra, n. 24 :* N i m f i d a e. *In breviario Syriaco :* Νόφιος. *Cf. n. 7.*

*11.* saturnini] *Sept. 4, n. 23 ; infra, n. 31, 34 ; n. 25 :* S a t u r n i n a e.

*12.* aristusi] *Lectio corrupta. Lege :* A r i s t o n i, *episcopi Alexandrini, ut sept. 3, n. 3, nisi sit pro* A r i s t o n, *qui martyr est in Portu*

Romano,

[1] Dümmler, *Auxilius und Vulgarius*, p. 72. — [2] *BHL*. 808, 809, c. 15. — [3] *C.I.L.* XIV. 1942, cum supplementis Rossii. Cf. eiusdem *Bullettino*, 1866, p. 49-50.

*Romano, die 22 dec., hisce fastis inscriptus, hodie ceteris eiusdem loci sanctis ab interpolatore adiunctus.*

*15.* IN CAPUA] *Puerulum* Q u i n t u m, *in musivo Capuano cum Quarto depictum, obviam habuimus die 18 mart., n. 42. De utroque etiam tractatum est ad diem 10 maii, n. 9. Male in codicibus additum est:* s a n c t o r u m *(n. 17). Nullo enim modo ad Capuanam ecclesiam pertinent* A r c o n t i, D o n a t i *(n. 19, 20). Lectio emendata est:*

**in Capua˙ Campaniae Quinti.**

*Martyrologium Romanum, ubi cum codicibus nostris scribit:* Capuae sanctorum martyrum Quinctii, Arcontii et Donati, *ex dictis facile emendatur. Capuae solus Quintus, non Quintius relinquendus.*

*19.* ARCONTI] *Lege:* A c o n t i. *Supra, ad n. 1.*

*20.* DONATI] *Sept. 4, n. 24.*

*22.* IN ALEXANDRIA] *Supra, n. 7.*

*24.* NIMFIDAE] *Supra, n. 10:* N i m p i. *Ad n. 7, scripsimus:* N i m f i d i i.

*25.* SATURNINAE] *Supra, n. 11:* S a t u r n i n i, *iterum n. 31, 34.*

*26.* INGENUI] *Martyres Portuenses videntur hunc martyrem, vel potius duos martyres (nam loco* e p i s c o p i *legendum existimo:* I p p o l i t i*), qui item Portuenses habentur, accivisse. Namque die 11 sept., n. 30-36, scriptum est:* i n P o r t u U r b i s R o m a e I n g e n u i e t I p p o l i t i. *Sed toto huius diei laterculo inspecto manifestum fit eo male irrepsisse Ingenuum, qui Ingenuus non est, sed Eugenius seu potius* E u g e n i a.

*29.* IN AEGYPTO] *Semotis nominibus (n. 30, 31, 34) quae interpolata esse nemo non dixerit, haec sola sibi vindicat Aegyptus:* N e m o s a t i, A r a p o l l i n i *(n. 32, 35). Utrumque requirendum puto in Actis copticis Didymi* [1], *cuius socii feruntur* Nimesa, Arapolon [2], *seu* N e m e s i u s, H o r a p o l l o n, *de quibus 10 sept., n. 12, 20.*

*30.* TAURINI] *Supra, n. 4.*

*31.* SATURNINI] *Supra, n. 11.*

*32.* NEMOSATI] N e m e s i u s *ille est, ut videtur. Supra, ad n. 29.*

*35.* ARAPOLLINI] *Al.* A r o p o l l i n i, *id est* H o r a p o l l o n. *Supra, ad n. 29.*

*37.* IN GALLIIS] *Sanctorum* F e r r e o l i, *al.* F e r r i o l i, *et* F e r r u c i o n i s *Acta habentur* [3], *sed minime sincera* [4].

**in Galliis civitate Vesontione Ferreoli et Ferrucionis.**

ADDITAMENTA] T h o t h a e l i s. *In synaxariis Graecorum hodie memoratur* ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Θουθαὴλ καὶ Βεβαίας τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, *cum elogio* [5].

**Passio sanctorum Thuthaelis et sororis eius Bebeae.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* T a u r i = *Taurini, n. 4.*

M e m o r a t i = *Nemosati, n. 32.*

[1] *BHO.* 253. — [2] *Cf. Les martyrs d'Égypte,* p. 112. — [3] *BHL.* 2903-2905. — [4] Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux,* t. I², p. 48-62. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 18. Lege annotata, ibid., p. 946.

# VIII ID. SEPT.

**Romae via Salaria natale Eleuteri episcopi. in Cappadocia civitate Teriaten natale sancti Cuttidi.**

*Var. lect. codd.* EBW.— 1. rōm E ; rome B ; roma W | 2-4. *om.* E | 3. *add.* milia ab urbe W | 4. *add.* sc̄i W | 5. eleūt B ; eleotheri W | 6-7. *om.* E | 7. *add.* terreturio W | 8. cap̄p E ; capadocia B ; cappād W | 10. reatem W | 12. *om.* E | 13. cottidi W ; *add.* cum sociis eorum W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Reatae natale Eleutherii. — TAML. : Eleutherii episcopi Cotidi cum sociis suis Zefani cum suis. — MON. : Romae via Salaria miliario ab Urbe quinquagesimo natale sancti Eleutheri Eugenii papae. — RICH. : In Reati Eleutherii in Capadocia civitate Teriatin natale sancti Guttidi alibi sancti Eugenii et natale sancti Magni confessoris.

## SEPT. 6

*1.* ROMAE] *Etsi in Italia passim celebratus fuit S.* E l e u t h e r i u s, *de quo iam dictum est ad d. 18 april., n. 22, non satis liquet quis ille fuerit et cuias. Hodierna mentio conferenda est cum latina Passione S. Eleutherii, spuria ista quidem, quam Eulogius et Theodulus, testes oculati se scripsisse mentiuntur. Qui, postquam Eleutherii eiusque matris necem narrarunt, pergunt in haec verba:* Videns Adrianus imperator corpora eorum inhumata, reliquit ea. Venientes autem noctu sancti viri rapuerunt corpora eorum, et una cum episcopo, nomine Primo, venerunt ab urbe Roma in campum Reatinum, iuxta ipsam civitatem Reatinam miliarium unum ; et ibi sepelierunt corpora eorum, in praediolo quod est episcopi Primi, in campo Reatino, in loco qui

dicitur

dicitur Urbanianus, qui est ab urbe Roma miliariis XLI iuxta civitatem Reatinam, quique est in via Salaria. In ipso vero praedicto loco, ubi corpora eorum recondita fuerunt, unam sanctorum Eleutherii et Antiae matris eius fabricaverunt ecclesiam, in qua operantur sancti martyres multa beneficia [1]. *Inde primo aspectu patet quo modo sananda sint verba civitate Teriaten (n. 9-10), quae nec locum suum retinuerunt nec formam. Scilicet postrema syllaba vocis civitate geminata fuit et coniuncta cum Riaten, quod plenius legendum est Riatensi. Apposite codex Cambrensis: in Reatae Eleutherii. In archetypo quidem martyrologii notatum fuit quoto miliario ab urbe Roma sita esset Reate; quod indicium, in codicibus E et B omissum, in W mutilum superest: milia ab urbe; et plenius in cod. Mon.: miliario ab urbe quinquagesimo. In instrumento quodam anni 747, memoratur locus* ad sanctum Heleuterium [2], *Reate non procul distans, ut videtur. Ferunt etiam in huius urbis vicinia, sedente S. Gregorio p., exstitisse Sancti Eleutherii monasterium* [3]. *Reapse tamen pontifex memorat* monasterium iuxta Reatinae urbis moenia constitutum, *tacito patroni nomine* [4]. *Frustra etiam huc attuleris dictum aliud eiusdem sancti, ubi visum narrans Probi, Reatinae civitatis episcopi, hunc ita loquentem inducit:* Noli timere, quia ad me sanctus Iuvenalis et sanctus Eleutherius martyres venerunt [5]. *Ex his omnibus legitime colligi non potest S. Eleutherium Reatae episcopum fuisse* [6].

**Romae via Salaria in civitate Riatensi miliario ab Urbe <....> natale Eleutherii episcopi.**

*8.* IN CAPPADOCIA] *Legendum profecto: in Capua, quod ex sept. 5, n. 15, vel ex sept. 7, n. 1, omissis sanctorum nominibus, iteratum est.*

*10.* TERIATEN] = *Civita]te Riaten[si; supra, ad n. 1.*

*13.* CUTTIDI] *Non sancti nomen, sed syllabae fortuito conferruminatae, quae in duobus nominibus crastini laterculi, n. 9-10, seorsim leguntur: aCVTI DIsideri. Nec te moveat, quod idem Cuttidus alias occurit, die 8 maii, in promiscuo martyrum grege: illuc enim hodiernus Cuttidus traductus est, propter similitudinem notationum:* VIII id. sept. *et* VIII id. maii. *Haec Usuardo causa fuit scribendi:* item Cappadociae urbe Reaten sancti Cottidi diaconi [7]. *Ubi legere sibi visus sit diaconum fuisse ementitum illum Cottidum, divinare nostrum non est. Ceterum in hoce laterculo, quicquid tetigeris ulcus est. Neque propius ad verum accessit martyrologium Romanum:* in Cappadocia sanctorum martyrum Cottidi diaconi, Eugenii et sociorum. *Scilicet Cottido, qui martyr Cappadox dicitur, coniunctus est Eugenius (Eugenia?) e Romanis martyribus. Recolantur quae ad diem 5 septembris, n. 26, de Ingenuo dicta sunt. Clausula vero:* et sociorum *deprompta videtur ex codice W, sive ex alio exemplo stirpis eiusdem, ubi in laterculis nescio quot recinitur illud* cum sociis eorum, *refragantibus codicibus E et B.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.: Eugenii papae. In Libro pontificali, Eugenius papa I (654-657) obiisse refertur* IIII non. iun. [8]. *Aliquanto veri similius interrogari potest num hic fortasse designetur Eugenius II (824-827); sed in Libro pontificali eius elogium extremo mutilum est* [9], *ita ut de die emortuali nihil decerni possit. Ceterum haud temere conieceris* papam *hoc loco appellatum fuisse Eugenium (Eugeniam?), Romanum martyrem, cuius mentio his diebus non semel occurrit, et hodie in cod. Rich., nullo addito, inscripta est: sancti Eugenii.*

*Cod. Rich.: Magni. Sept. 4, n. 21.*

[1] *BHL.* 2450, c. 18. Cf. P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *I martirii di S. Teodoto e di S. Ariadne*, p. 135; *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 409. — [2] I. GIORGI - U. BALZANI, *Il Regesto di Farfa*, t. II (1879), p. 41. — [3] Cf. P. KEHR, *Regesta pontificum Romanorum*, Italia pontificia, t. IV, p. 21. — [4] *Homil. in Evang.*, II, 35, n. 8. *P.L.*, t. LXXVI, p. 1263. — [5] *Dial.* IV, 13. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 410. — [6] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 357-58. — [7] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 517. — [8] DUCHESNE, t. I, p. 341. — [9] DUCHESNE, t. II, p. 69.

# VII ID. SEPT.

| I | II |
|---|---|
| Capua natale sancti Sinoti. | in Benevento Ianuari Festi Acuti Desideri et passio sancti Anastasii episcopi. |

Arelato in Galliis Agustalis episcopi. Aurelianis Evorti episcopi et confessoris. Parisius vico Novegento beati Chlodovaldi regis et confessoris.

| | |
|---|---|
| | et in territurio Edua civitate loco Alisia natale sanctae Reginae martyrae [a]. |

*Addunt codices pleniores :* a) mettis civ̄t domnus gundulfus ep̄s obiit $B^2$ *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 1. *add.* civīt bene abento W | 3. *om.* E | 4. senotii B ; senoti W | 5-6. *om.* W | 5. *add.* cappua civīt B | 7. ianuarii BW | 8. fisti BW | 9. agusti B | 10. desiderii BW | 11-12. *om.* E | 14. anastasł EW ; *add.* cum sociis suis W | 16. *add.* civī E ; civīt W | 17-18. *om.* E | 18. gałł BW | 19-21. *om.* W | 19. agustulis E ; agustalis $E^2$ | 21. aurilianis E ; *add.* dep̄ sc̄i W | 24-25. *om.* E ; *add.* et in territurio W | 26. parīs E ; pariseorum W ; *add.* civī E | 27-29. *om.* E | 27-28. vico no vegento B ; vicono vigento W | 28. *add.* depōs W | 30. chlodoaldi BW | 34-36. *om.* W | 37. edue W | 38. *add.* in gałł W | 39. locum W | 40. alisiane W | 44. *add.* cuius gesta habentur W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Campania Capua nat. Innocenti et in Benevento Ianuarii Festi Acuti Desiderii. — TAML. : Senoti Festi Ianuarii Acuti Desiderii Lavani Sinoti Capudaci Laurenti Anathasii cum suis. — MON. : Capua sancti Senoti et in Capua civitate Beneventana natalis sancti Anastasii martyris et sancti Chlodoaldi confessoris Arelato Augustalis. — RICH. : In Capua Sinociae et in Benevento Ianuarii Festi Arelato Augustalis episcopi Aurelianis Evorti episcopi Parisius Flodoaldi regis alibi sanctae Reginae.

## SEPT. 7

*4.* SINOTI] *Al.* *S e n o t i i. In cod. Cambr.: I n n o c e n t i, quae lectio respuenda est. Quamquam enim de S. Sinoti gestis nihil traditum est, de nomine et veneratione in ecclesia Capuana certo constat. Est enim depictus S. Sinotus in musivo absidis basilicae S. Prisci* [1]. *S. Sinotum non repperit Michael Monachus in kalendariis Capuanis neque Campanis* [2]. *Legit tamen eius nomen S. SINOTI in arcula marmorea seu reliquiario anno 1640 Capuae reperto. Ita Monachus, in codice bibliothecae Nationalis Neapolitanae, IX. G. 32, fol. 74, teste Rossio* [3].

**Capua natale sancti Sinoti.**

*6.* IN BENEVENTO] *In Passione S. Ianuarii, Beneventani episcopi, nonnullorum sanctorum quos Campaniae solum tulit, martyrium enarratur* [4] *: S o s s i, Misenatis ecclesiae diaconi ; P r o c u l i, qui est ipse diaconus ecclesiae Puteolanae ; E u t i c e t i s et A c u t i i laicorum ; F e s t i diaconi et D e s i d e r i i lectoris. Hi omnes variis diebus nunc soli nunc turmatim in martyrologio recensentur.*

*I a n u a r i u s : sept. 7, n. 7 ; sept. 19, n. 15 ; sept. 29, n. 42 ; oct. 18, n. 50 ; oct. 19, n. 9 ; oct. 20, n. 6.*

*S o s s u s : sept. 23 (cod. E) ; sept. 29, n. 41 ; oct. 16, n. 4 ; oct. 19, n. 8 ; oct. 20, n. 8.*

*P r o c u l u s : oct. 19, n. 15 ; oct. 21, n. 21.*

*E u t i c e s : oct. 18, n. 52 ; oct. 19, n. 16 ; oct. 20, n. 12 ; oct. 21, n. 12.*

*A c u t i u s : sept. 7, n. 9.*

*F e s t u s : sept. 7, n. 8 ; oct. 19, n. 10 ; oct. 21, n. 23.*

*D e s i d e r i u s : sept. 7, n. 10 ; oct. 19, n. 11.*

*De S. I a n u a r i o paulo amplior erit tractatio ad diem 19 sept. ; de ceteris, quae dicenda occurrunt, in suos dies reservantur. Hodie sola proferenda est memoriola de cuius lectione nulla disceptatio institui potest :*

**in Benevento Ianuarii, Festi, Acutii, Desiderii.**

*Ex his duo soli hodie in lapideis tabulis Neapolitanis inscripti sunt :*

P(*ASSIO*) FESTI ET DESIDERII [5]

*A c u t i u s autem, cum Euticete, ad diem 18 oct.* [6].

*14.* ANASTASII] *In hac lectione omnes codices conveniunt. Videtur A n a s t a s i u s Salonitanus, cuius natalis est dies 26 aug., n. 9, a* VII *kal.*

[1] GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, tav. 254 ; DE ROSSI, *Bullettino*, 1884-1885, pp. 106, 123-24. — [2] *Sanctuarium Capuanum* (Neapoli, 1630), p. 134. — [3] *Bullettino*, t. c., p. 124, annot. 2. — [4] *BHL.* 4115-4119, 4120-4133. Cf. P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiografiche*, t. IV, p. 79-114. — [5] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [6] Ibid.

sept.

sept. *ad* VII id. sept. *relatus, errore librarii qui solas numerorum notas respexit. Quod si verum est, inepte in codice E additum est* e p i s c o p i. *Delenda autem est sententia* c u m s o c i i s s u i s, *quam passim pro lubitu adhibet codex W. Non nego tamen totam rem aliter explicari posse, ita ut pro Anastasi ponatur* A n a s t a s i a e, *illius quae colitur die 25 decembris. Ne quis existimet nos ea pruritu coniectandi proponere, notari velim Acta Anastasiae quae edita sunt his verbis concludi :* Passa est autem sancta Anastasia octavo kalendas ianuarias et condita in venerando tumulo. Deposita autem est posteaquam basilica fabricata est in domo Apolloniae septimo idus septembris in eadem basilica [1].

*16.* ARELATO] *A g u s t a l i s, al. A u g u s t a l i s, episcopis Arelatensibus annumerari nequit. Censetur ecclesiae Telonensi praefuisse. Augustalis interfuit synodis Arausicano an. 441 et Vasionensi an. 442* [2]. *Nihilominus codicum lectio, quae perspicua est, servanda videtur.*

**Arelato in Galliis Augustalis episcopi et confessoris.**

*21.* AURELIANIS] *E v u r t i i Aurelianensis episcopi Acta, quae fabulis scatent, edita sunt* [3].

**Aurelianis Evortii episcopi et confessoris.**

*26.* PARISIUS] *C h l o d o v a l d i filii Chlodomeris regis gesta a Gregorio Turonensi* [4] *potius quam ab eius Vita* [5] *repetenda sunt. Novigentum a S. Chlodovaldo nomen accepit, Saint-Cloud (Seine-et-Oise).*

**Parisius vico Novegento beati Chlodovaldi regis et confessoris.**

*40.* ALISIA] *Acta S. R e g i n a e, quae edita sunt* [6], *pessimae sunt notae. Sitne ad ista referenda codicis W sententia:* c u i u s g e s t a h a b e n t u r, *non liquet. Basilicae S. Reginae rudera non ita pridem Alesiae reperta sunt* [7].

**in territorio Eduae civitatis loco Alisia natale sanctae Reginae martyris.**

ADDITAMENTA] *G u n d u l f u s tricesimus nonus est in serie episcoporum Mettensium, quae edita est* [8]. *Obiit anno 822* [9].

**Mettis civitate domnus Gundulphus episcopus obiit.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* *I n n o c e n t i = Sinoti, n. 4.*
*Cod. Taml.:* *C a p u d a c i = Capua, n. 1. A n a t h a s i i = Anastasii, n. 14.*

[1] *BHL.* 401.— [2] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 277. — [3] *BHL.* 2799, 2800. — [4] *Hist. Franc.*, III, 6, 18. Cf. *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 93-94. — [5] *BHL.* 1732-1734. — [6] *BHL.* 7092-7094. Cf. G. Verdin, in *Revue de l'histoire des religions*, t. XCIII (1926), p. 94-107. — [7] J. Toutain, in *Pro Alesia*, N. S., t. IX-X (1923-1924), pp. 105, 198 ; *Autour de la basilique de Sainte Reine (Alesia)*, in *Bulletin d'ancienne littérature et d'archéologie chrétiennes*, 1914, p. 23-36 ; Id., in *Bulletin archéologique du Comité des travaux historiques*, 1914, p. 365-87 ; Id., in *Revue de l'histoire des religions*, t. LXIX (1914), p. 207-227. — [8] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 49. — [9] *Act. SS.*, Sept. t. II, p. 782-84.

# VI ID. SEPT.

| I | II |
|---|---|
| | **Nativitas sanctae Mariae matris Domini [5].** |

**in Antiochia Timothei. in Alexandria Ammoni Fausti Serapionis Pii item Pii Theofili Neotheri et aliorum XXII Nemesi Arioni Ammoni Petrini Sevini Demetri et aliorum XL Didimi Mitosori Panemoti Achilae Isidori Serapionis Migitiae Orosei Silvini Orobionis et aliorum**

**CXXII | DLXII**

**Metri Severi cum aliis**

**XII | XI**

**item Severi cum aliis XL [a]. in eadem die collectio Cesarea Cappadociae et totius territurii. in Damasco multorum martyrum corporum.**

*Addunt codices pleniores :* a) natł sc̄i adriani $W^{2}$.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 3. marie B | 5. *add.* nr̄i ihū xp̄i W | 6. *om.* E | 7. antioc̄ E ; antiocia W ; *add.* nāt E ; n̄t scōrum W | 8. thimothei W | 10. alāx E ; alexandr̄ B ; alexād W ; *add.* nāt scōrum W | 11. *add.* et aliorum XXX E | 12. *om.* W | 15-16. *om.* W | 17. theofoli W | 22. nemmesi B | 23. *add.* pās sc̄i W | 24. *om.* W | 25. petri BW | 26. savini B | 28-29. cum aliis BW | 31. dudimi $B^{1}$ ; dudini E | 32. mitisori BW | 33. panei B ; paneti W | 34. achille B ; achillae W | 35. hysidori B ; hisidori W | 36. *om.* W | 37. migete B ; migitę W | 38. orusei W | 39. silviani B ; silvani W | 40. arapionis B ; aropionis W | 44. quingentorū sexaginta duōr B ; DCCCVI W | 45. *om.* W | 47-48. cū alis E | 51-69. *om.* E | 57. ea W | 59. collecti W | 60-66. *om.* W | 60. ceserea B | 61. cappadocie B | 69. corpora W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. sancti Adriani et in Antiochia Timothei et in Alexandria Ammoni et aliorum XXX et nat. sanctae Mariae matris Domini. — TAML. : Nativitas Mariae matris Iesu Eulaliae Anastasiae Britoniae Hirundinis Fausti Serapionis Pii bis Teophili Piotheri et aliorum XII Nemesis Arioni Ammoni Iohannis Petri Severini Dimetri et aliorum XL Dedimi Nistori Mistori Orosei Isiodori Serapionis Silvini Metri Orobionis et aliorum CXXII Severi et aliorum XI Ammonis Zefani Pampili Neotini. — MON. : *in marg. secunda manu :* Corbinani confessoris. — RICH. : Nativitas sanctae Mariae matris Domini in Antiochia Timothei Ammonii Fausti Pii Savini Demetrii Silvani Rom. Adriani.

## SEPT. 8

*1.* NATIVITAS] *Sacramentarium Gelasianum :* VI id. septembres in nativitate sanctae Mariae [1]. *Sacramentarium Gregorianum :* VI idus septembres id est die VIII mensis septembris nativitate sanctae Mariae [2]. *Festi Nativitatis Deiparae, quod in Orientali Ecclesia primum observatum est, mentio est in Vita Sergii p. (687-701) :* Constituit ut diebus annuntiationis Domini, Dormitionis et Nativitatis sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae ac sancti Symeonis, quod Ypapanti Graeci appellant, laetania exeat a sancto Hadriano et ad sanctam Mariam populus occurrat [3]. *Nullum antiquius testimonium de huiusce festivitatis in Occidente celebratione habemus. De commemoratione beatae Virginis, quae nonnullis libris, ut codici Epternacensi, inscripta est ad diem 16 aug., sub hac formula :* N a t i v i t a s s a n c t a e M a r i a e, *suo loco dictum est. Hodierna memoria desideratur in codice Epternacensi. In kalendario S. Willibrordi, non die 8 sed 9 sept., nuntiatur* Nativitas sanctae Mariae Hierosolymis [4], *consulto, an vitio scribentis, non liquet.*

**Nativitas sanctae Mariae Matris Domini.**

*7.* IN ANTIOCHIA] *Cur hodie commemoratio* T i m o t h e i *inscripta sit, diligentius inquirendum est. Die 8 sept. an. 386, S. Iohannes Chrysostomus Antiochiae orationem VI adversus Iudaeos habuit* [5]. *Hoc autem die festum martyrum agebatur :* Μηδεὶς δὲ ὑμῶν ἀκαιρίαν καταγινωσκέτω τοῦ λόγου, εἰ, τῶν μαρτύρων ἡμᾶς καλεσάντων τήμερον, ἡμεῖς τὴν διήγησιν τῶν ἐκείνων ἄθλων ἀφέντες, πρὸς Ἰουδαίους ἀποδυόμεθα [6]. *Non singularis aliquis martyr hic designatur sed martyrum coetus, quos Chrysostomus plurali numero significat. Hi vero qui fuerunt ? Audiendus non videtur vir doctus qui suasit ut legeretur :* in Antiochia Timothei, Fausti [7]. *Faustus enim, etsi in breviario Syriaco nullius loci est, ad Alexandriam certe pertinet. Quin*

[1] WILSON, p. 197 — [2] WILSON, p. 99. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 376 ; cf. p. 381. — [4] WILSON, *The Calendar of St. Willibrord*, p. 11. Cf. p. 39. — [5] *P.G.*, t. XLVIII, p. 903-916. De die quo oratio habita fuit, cf. RAUSCHEN, *Jahrbücher der christlichen Kirche unter Theodosius dem Grossen*, pp. 496-502, 508, 512. — [6] *P. G.*, t. c., p. 904. — [7] H. LIETZMANN, in *Theologische Literaturzeitung*, 1906, p. 508. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 38-41.

*immo*

*immo dubitari potest num ipse Timotheus e numero martyrum sit qui die 8 septembris Antiochiae recolerentur. Et re quidem vera, loci non minus octo sunt in martyrologio ubi memoretur Timotheus Antiochensis: martii 26, aprilis 6, 7 et 8 cum Diogene, Macario et Maximo; iulii 10, in catalogo sanctorum collecticio, qui Antiochenses habentur; septembris tandem diebus 2, 8 et 13, ubi nullus ei socius adiunctus est. In breviario autem Syriaco, die 8 aprilis annuntiantur:* ἐν Ἀντιοχείᾳ Μάξιμος καὶ Τιμόθεος. *Ex his diebus neglegi potest 10 iulii, quod proprium festum non est nec cum certo die memoriali coniunctum, sed quasi panegyrica variorum martyrum commemoratio. Septem qui supersunt dies obvio discrimine ad duos reduci possunt: quippe dies 6 et 7 aprilis ex 8 eiusdem mensis anticipati sunt, qui retinendus demonstratur breviario Syriaco. Rursus inter 26 martii et 8 aprilis tantum interest quantum inter* VII kal. apr. *et* VII id. apr.: *posterior igitur dies cum priore hic, ut alias totiens, commutatus fuit. Tandem in mense septembri tribus locis mentio unica replicata fuit. Nempe ex die 13 ad 2, uno veluti lapsu, quod mirum nec tamen inusitatum in nostro martyrologio portentum est, delata fuit pars laterculi, nomina complectens sanctorum Felicis, Secundi, Theodori (sive Theoduli) et Timothei. Iamvero quid causae fuit ut die 13 septembris denuo compareat Timotheus, minime perspicio, neque temere dixeris hanc mentionem repetitam fuisse ex die 8 septembris. Supersunt igitur duo dies 8 april. et 8 sept., sive romano stilo:* VI id. april. *et* VI id. sept. *Hos conferenti statim apparet quid acciderit. Atqui si alterutra nota temporis librariorum errore ex altera geminata sit, quod nemo prudens non probabile dixerit, plane constat anteponendum esse diem april. 8, cui suffragatur breviarium Syriacum. Quae cum ita sint, memoria Timothei loco non suo die 8 septembris inscripta est, neque accenseri potest Timotheus martyribus ignorati nominis, qui 8 septembris Antiochiae recolebantur. Nihilo tamen setius de codicum littera plane constat:*

**in Antiochia Timothei.**

*10.* IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum:* Φαῦστος πρεσβύτερος καὶ Ἀμμώνιος καὶ ἕτεροι μάρτυρες εἴκοσι. *Urbis nomen reticetur; sed ex Eusebio habemus Faustum et Ammonium Alexandrinos esse:* Τῶν δ' ἐπ' Ἀλεξανδρείας καθ' ὅλης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος διαπρεπῶς τελειωθέντων πρῶτος Πέτρος, αὐτῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, θεῖόν τι χρῆμα διδασκάλων τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας, ἀναγεγράφθω, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Φαῦστος καὶ Δῖος καὶ Ἀμμώνιος τέλειοι Χριστοῦ μάρτυρες [1]. *Horum comites viginti in hodierno laterculo frustra requiras. Sub Pii item Pii (n. 14-16), forsitan latitat* Δῖος. *Nomina pleraque Aegyptia sunt, sed variis ex fontibus hausta. Nonnulla recensentur in laterculo diei 9 feb., e Passione* XXXV *martyrum [2]. Alia leguntur ad diem 10 sept., suntque ex societate Nemesii, n. 22, quae hoc die commemoratur. Martyres autem turmatim dividuntur [3], discrimen faciente formula* et aliorum. *Ordine procedunt manipuli martyrum septem et aliorum XXII (n. 21); martyrum sex et aliorum XL (n. 30); martyrum decem et aliorum CXXII (al. DLXII); sequitur par martyrum cum aliis XII (al. XI), tandemque Severus cum aliis XL. De singulis pauca notanda erunt. Interim tuto scribitur:*

**in Alexandria Ammonii Fausti.**

*13.* SERAPIONIS] *Infra, n. 36. Serapionis nomen nimis usitatum est quam ut certo possit ab homonymis secerni. Est aliquis Serapion in epistula Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum [4]. Die 14 sept., in breviario Syriaco nuntiantur* Ὦρος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Σεραπίων πρεσβύτερος, *quos nomina ipsa Aegyptios esse indicant. Serapion aliquis recensetur die 9 feb., n. 52.*

*14.* PII] *Forsitan* Δῖος, *quem cum Ammonio et Fausto Alexandrinis martyribus annumerat Eusebius, supra, ad n. 10. Nisi ille sit qui Ippi nuncupatur ad diem 9 feb., n. 48, et in Passione XXXVII martyrum.*

*17.* THEOFILI] *In epistula Dionysii Alexandrini cd Fabium inter martyres laudatur* πρεσβύτης Θεόφιλος [5].

*18.* NEOTHERI] *Solo nomine notus.*

*22.* NEMESI] *Die 10 sept., breviarium Syriacum:* Νεμέσιος καὶ ἕτεροι δώδεκα, *omisso venerationis loco. Eodem die in hieronymianis nuntiatur: Alexandria civitate Nemesi (n. 20), cui subiuncta est bene longa series nominum quae et hodie praelibantur.* Νεμεσίων *aliquis est inter martyres qui in epistula Dionysii Alexandrini laudantur [6].*

*23.* ARIONI] *Sept. 10, n. 22: Orionis. Cf. et feb. 9, n. 43.*

*24.* AMMONI] *Sept. 10, n. 21. Cf. supra, n. 11.*

*25.* PETRINI] *Quis ille sit, ignoratur. Vix enim haberi potest Petrus ille Alexandrinus, cuius mentio est apud Eusebium, supra, ad n. 10.*

*26.* SEVINI] *Neque hic notus est. Inferius occurrit Silvini, n. 39. Num idem qui Severi, n. 46? Hoc loco enim habetur Sevini, Demetri, inferius vero (n. 45-46) Metri, Severi, par martyrum, ut videtur, bis enuntiatum.*

*27.* DEMETRI] *Infra, n. 45: Metri. Utra lectio accipienda sit prae altera, non liquet.*

*31.* DIDIMI] *Al. Dudini; sept. 10, n. 27: Dudimi. Procul dubio legendum: Didimi. Edita est Passio Didymi coptice scripta. Huius martyris memoria agebatur die 5 sept. [7]. Die 5 april., cum breviario Syriaco scripsimus: Alexandria Didimi presbiteri. Cf. et feb. 9, n. 19.*

*32.* MITOSORI] *Lege quae proponuntur ad sept. 10, n. 28: Meresori.*

[1] *Hist. Eccl.*, VIII, 13, 7. — [2] *BHL.* 6584. — [3] *Les martyrs d'Égypte*, p. 62-64. — [4] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, VI, 41, 8. — [5] Ibid., VI, 41, 22. — [6] Ibid., VI, 41, 21. — [7] *BHO.* 253. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 112.

*33.* PANEMOTI] *Sept. 10, n. 41. Martyr hoc nomine vocatus nullus est. Nihil aliud esse suspicor quam nomen mensis Φαμενώθ. Alia similia vocabula in laterculos martyrum Aegyptiorum 8 et 10 sept. irrepsisse videntur. Cf. sept. 10, ad n. 28.*

*34.* ACHILAE] *Sept. 10, n. 30: Arcellei.*

*35.* ISIDORI] *In epistula Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum, Ἰσίδωρος aliquis inter martyres recensetur* [1].

*36.* SERAPIONIS] *Supra, n. 13.*

*37.* MIGITIAE] *Solo nomine notus, quod forsan Aegyptium est Μιγχῆς vel Μίγχις* [2]. *Usitatum fuisse et in Palaestina colligitur ex epistula Luciani de revelatione corporis S. Stephani, ubi de quodam* monacho nomine Migetio innocenti ac simplici viro [3].

*38.* OROSEI] *Lectio incerta. Cf. sept. 10, n. 23: Herosi; n. 34: Arosi. Conferendum et breviarium Syriacum ad diem 14 sept.: Ὧρος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Σεραπίων πρεσβύτερος. Infra, n. 40: Orobionis. Nomina haec duo: Orosei, Orobionis aliquo modo imitantur graeca illa Ὢρ καὶ Ὥροψις quae ab hagiographis, ad diem 22 aug. cum Irenaeo coniunguntur* [4]. *Irenaeus ille non Alexandrinus sed Sirmiensis martyr est, neque hic locus est hanc nominum similitudinem urgendi quasi eosdem martyres designent.*

*39.* SILVINI] *Al. Silviani, Silvani, quae postrema lectio potior videtur. In breviario Syriaco, die 9 sept., legitur: Σιλβανός, sine addito. Sept. 10, n. 35: Silvani; n. 43: Silvini.*

*40.* OROBIONIS] *Al. Arapionis, supra, ad n. 38. Sept. 10, n. 36: Aroponi. Non adeo dissimile est Arapollini, seu Ὡραπόλλων, sept. 5, n. 35.*

*45.* METRI] *Num Μητρᾶς ille de quo Dionysius Alexandrinus in epistula ad Fabium Antiochenum* [5]*? Cf. supra, n. 27: Demetri.*

*46.* SEVERI] *Cf. n. 26: Sevini. Severus, cui XII vel XI comites assignantur, statim recurrit, n. 52, cum aliis XL.*

*59.* COLLECTIO] *Id est σύναξις, ut mox declarabitur.*

*60.* CESAREA] *Qui postremos hodierni laterculi versus fugiente oculo legerit, inducet animum ecclesiam Caesariensem et Damascenam eodem die suos quamque martyres una commemoratione celebrare consuevisse* [6]. *Quaenam fuerit ratio festi, quo die et quo loco observatum, docet S. Basilius variis in epistulis. Eusebio episcopo Samosateno haec scribit: Τοῦτο γοῦν, ἐὰν ᾖ δυνατόν, παρακαλοῦμεν ἐπὶ τῆς συνόδου γενέσθαι ἣν δι' ἔτους ἄγομεν ἐπὶ τῇ μνήμῃ τοῦ μακαρίου μάρτυρος Εὐψυχίου προσεγγιζούσῃ λοιπὸν κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν τοῦ σεπτεμβρίου μηνός* [7]. *Item numerario cuidam: Συνήγαγον μὲν πάντας ἐν τῇ συνόδῳ τοῦ μακαρίου μάρτυρος Εὐψυχίου τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν τοὺς χωρεπισκόπους, ὥστε γνωρίμους ποιῆσαι τῇ τιμιότητί σου* [8]. *Amphilochium episcopum Iconiensem invitat ἐπὶ τῷ σεμνοτέραν γενέσθαι τὴν πανήγυριν, ἣν δι' ἔτους ἄγειν ἐπὶ τοῖς μάρτυσιν ἔθος ἐστὶν ἡμῶν τῇ ἐκκλησίᾳ* [9]. *Dies indicitur septembris quintus. Sed errorem esse librario imputandum, legendumque ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ iamdudum rei periti agnoverunt* [10]. *Maximi momenti est epistula Basilii, qua episcopos Ponticae dioecesis invitat, ut antiquam consuetudinem ad hunc diem festum veniendi instaurent: Ἐπεὶ οὖν ἐπισημότατοι μαρτύρων Εὐψύχιος καὶ Δάμας, καὶ ὁ περὶ αὐτοὺς χορός, ὧν ἡ μνήμη δι' ἔτους παρὰ τῆς πόλεως ἡμῶν καὶ τῆς περιοικίδος πάσης τελεῖται, ὑπομιμνήσκει ὑμᾶς, τὸν ἴδιον ἑαυτῆς κόσμον, ἡ ἐκκλησία, διὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς παρακαλοῦσα, τὴν ἀρχαίαν ἀπολαβεῖν τῆς ἐπισκέψεως ὑμῶν συνήθειαν* [11]. *Ex his manifesto colligitur die 7 septembris ritu sollemni, astantibus episcopis compluribus, quotannis celebratam fuisse Caesareae in Cappadocia festivitatem SS. Eupsychii et Dama et aliorum martyrum (ὁ περὶ αὐτοὺς χορός); eo autem confluebant ex universa vicinia (πάσης τῆς περιοικίδος). Haec variis erroribus deturpata memoriolam attente legentes non adeo difficili negotio agnoscent. Delenda sunt in primis verba illa in Damasco (n. 66), quibus submittendum nomen martyris Dama. Vox collectio (n. 59), quam perperam interpretatus est martyrologus, collecta est, seu σύναξις, id est conventus liturgicus, cui tum praesules tum plebs totius territorii intererant. Aliter omnino qui hosce fastos recensuit. Ex toto territorio Caesariensi vel etiam Damasceno corpora multorum martyrum Caesaream in die festo sancti Eupsychii fuisse congregata intellexisse videtur. Ea fere ratione exprimenda censemus quae primum scripta erant:*

**in eadem die Caesarea Cappadociae <Eupsichii> Dama et multorum martyrum collectio totius territorii.**

*De utroque martyre Eupsychio et Dama, pauca addamus quae reperiri potuerunt. Et huius quidem solum nomen traditum est. De Eupsychio haec leguntur apud Sozomenum: Συμβάλλω δὲ τὸν μὲν Εὐψύχιον ἀναιρεθῆναι διὰ τὸν ναὸν τῆς Τύχης, ἐφ' ᾧ τότε καθαιρεθέντι, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, κοινῇ πάντες Καισαρεῖς τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς ἐπειράθησαν* [12]. *Imperator autem erat Iulianus. In Graecorum synaxariis Eupsychius martyr non die 7 sept. tantum* [13], *sed et 9 aprilis commemoratur, quo eius elogium cum Sozomeni historia congruit* [14]. *Non ita ad diem 7 sept. Ibi enim non sub Iuliano, sed ἐν τοῖς χρόνοις Ἀδριανοῦ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως passus asseritur, et quae de eo*

[1] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, VI, 41, 19. — [2] PREISIGKE, *Namenbuch*, p. 215. — [3] *BHL.* 7851, c. 7. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 915; *BHG*². 951. — [5] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, VI, 41, 2, 3. — [6] *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 41-44. — [7] Epist. C, *P.G.*, t. XXXII, p. 504. — [8] Epist. CXLII, ibid., p. 592. In epistula S. Gregorii Nazianzeni LVIII, mentio quoque est *τῆς κατ' Εὐψυχίου τοῦ μάρτυρος συνόδου*. *P.G.*, t. XXXVII, p. 116. — [9] Epist. CLXXVI, *P.G.*, t. XXXII, p. 653. In epistula CC, eidem Amphilochio data: *τῆς μνήμης τοῦ μακαριωτάτου μάρτυρος Εὐψυχίου μέμνησο*, t. c., p. 736. — [10] *P.G.*, t. c., p. 653, annot. 3. Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 42. — [11] Epist. CCXLII, *P.G.*, t.c., p. 940. — [12] *Hist. eccl.*, V, 11. — [13] *Synax. eccl. CP.*, p. 23. — [14] Ibid., p. 593.

*narrantur*

*narrantur e Passione deperdita et fabulis non immuni excerpta sunt. Nomen* E u p s y c h i i *in breviario Syriaco, ad diem 22 ian., cum aliis recensetur : ἐν Νικομηδείᾳ Πολύευκτος καὶ Εὐψύχιος καὶ Κλήμης. Sitne ille noster Eupsychius nullo pacto discerni potest ; sed alium esse tum dies tum locus venerationis suadent.*

*66.* IN DAMASCO] *Ut modo ostensum est non loci, sed martyris* D a m a *nomen scriptum erat.*

*69.* CORPORUM] *Haec interpolata esse ex dictis ad n. 60 manifestum est.*

ADDITAMENTA] *A d r i a n i, a Graecis die 26 aug. commemorari soliti* [1], *dies 8 sept. apud Latinos nunc sacra est. Acta eius edita sunt* [2]. *De eo ad diem mart. 4, n. 82.*

EXCERPTA] *Cod. Mon. :* C o r b i n i a n i *episcopi Frisingensis. Eius Vita edita est* [3].

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 923. — [2] *BHG*². 27-29 ; *BHL.* 3744, 3745. — [3] *BHL.* 1947, 1948. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 459.

---

# V ID. SEPT.

I — II

**Romae via Lavicana inter duos lauros in cimiterio eiusdem natale sancti Gorgoni. et in Sabinis miliario XXX Iacinti Alexandri Tiburti. in Cesarea Cappadociae Donati Cleasi**

**| Ammoni**

**Furtunati. in Penticis sancti Marci**

**| Liberati.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 1. rōm E ; rome B | 2-11. *om.* E | 3. lavigana W | 11. *om.* B¹ ; sc̄i B² | 15. savinis W | 16-17. *om.* E | 16. *add.* ab urbe W | 17. *add.* n̄l scōrum W | 18. iacenti BW | 19. in alāx E | 20. tiburi E | 21. *om.* E | 22. cessā E ; cessaria W | 23. cappōd E ; cappadotie B ; cappād W ; *add.* nāl scōrum W | 26-27. furtunati ammonii W | 28-29. *om.* B | 29. peritis W ; *add.* nāt W | 30. *om.* E | 32. lebrati W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Gorgoni et in Savinis.— TAML. : Gorgoni martiris Hacunti Alexandri Tiburti Donati Eleasi Iacinti Fortunati Liberati Deusii Geurgii Damiani martiris et aliorum DCCC Eugulfi Cirici Iohannis. — MON. : In Cesarea Cappadociae natalis sanctorum Donati Cleasi Ammonii Romae Gorgoni martyris. — RICH. : Rome Gorgonii et Sabinis Iacincti Alexandri Turburtii in Caesarea Capadociae Donatae Ammonii sancti Marci alibi sancti Kerani confessoris.

## SEPT. 9

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum :* Gorgoni in Lavicana. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* V idus septembres natale Gorgonii [1]. *Sacramentarii Gregoriani codex Ottobonianus 313 :* V idus septembris natale sancti Georgii, *lege :* G o r g o n i i [2]. *Itinerarium Salisburgense (via Labicana) :* In Aquilone parte ecclesia Helenae primus Tiburtius martyr. Postea intrabis in speluncam : ibi pausant SS. martyres Petrus presbyter et Marcellinus martyr. Postea in interiore antro Gorgonius martyr et multi alii. *Epitome de Locis sanctorum :* Iuxta viam vero Lavicanam ecclesia est S. Helenae ubi ipsa corpore iacet. Ibi sancti isti dormiunt Petrus, Marcellinus, Tiburtius, sancti XXX milites, Gorgonius, Genuinus *cet.* [3]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* via Lavicana dicitur quae ad beatam Helenam tendit. Ibi sunt prope Petrus, Marcellinus, Tiburtius, Geminus, Gorgonius [4]. *Carmen Damasianum in martyris sepulcro positum erat* [5] *:*

MARTYRIS HIC TVMVLVS MAGNO SVB VERTICE MONTIS
GORGONIVM RETINET SERVAT QVI ALTARIA CHRISTI
HIC QVICVMQVE VENIT SANCTORVM LIMINA QVAERAT
INVENIET VICINA IN SEDE HABITARE BEATOS
AD CAELVM PARITER PIETAS QVOS VEXIT EVNTES
D A M A S I   E P I S C O P I

[1] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 179. — [2] WILSON, p. 286. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. Cf. J. P. KIRSCH, *Die Märtyrer der Katakombe « ad duas Lauros » in Rom*, in *Ehrengabe deutscher Wissenschaft*, p. 581-84. — [4] Ibid., p. 179. — [5] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 64 ; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 31.

*Gorgonium martyrem Nicomediensem esse qui in prima strage Diocletianea cum Dorotheo aliisque occubuit et martyrologio inscriptus est mart. 11, n. 23, 12, n. 62, primus asseruit Ado Viennensis. Fuerit ergo Nicomedia Romam translatus:* Interiecto tempore beatus Gorgonius Romam transfertur, positusque est venerabiliter via Latina inter Duas Lauros [1]. *Simile Adoniano elogium profert martyrologium Romanum, ex Usuardo, qui unum saltem Adonis errorem sustulit delendo* inter Duas Lauros. *Cetera omnia delenda fuisse, quis non videt? Sunt et inter recentiores qui Adonem sequantur et Nicomediensem Gorgonium hodie coli arbitrentur* [2]. *Aliter, nec melius Rhabanus:* Romae Gorgonii martyris et Candidi, Cyrini, Domiciani... Basilidis. Hi omnes simul quadraginta passi sunt temporibus Licinii imperatoris et Agricolai praesidis et Lysiae ducis. *Gorgonius, qui in Gestis martyrum Sebastiensium* [3] *cum Candido agmen claudit, horum dux a Rhabano effectus est. Coemeterium inter Duos Lauros (ut codices nostri scribere solent) a sancto Gorgonio nuncupatum fuisse nullo alio comprobatur testimonio.*

**Romae via Lavicana inter duos Lauros in cimiterio eiusdem natale sancti Gorgonii.**

15. IN SABINIS] *Iacinti in Sabinis Acta nulla exstant. De eius basilica, ita Liber pontificalis, in Leone III (795-816):* Fecit autem et in basilica sancti Iacincti sita in Savinis, ubi et corpus eius requiescit, vestem de stauraci pulcherrimam [4]. *Dictionem:* ubi corpus eius requiescit *aliasque similes ea aetate non sensu presso sumendas esse, sapienter monuit vir doctissimus F. Lanzoni* [5]. *Constat enim multis in locis tales formulas a plebe paulatim usurpari coepisse, quando solae corporis particulae vel etiam palliola in basilicis servabantur. Iure itaque quaeritur sitne Iacintus Sabinus martyr indigena territorii, ubi erat* casa beati martyris Iacinthi [6], *an unus ex iis qui aliis in locis propriam habebant sedem et festivitatem, ut puta Iacintum, qui die 4 aug., n. 22, in via Lavicana colitur, vel alter qui cum Proto, 11 sept., n. 4, via Salaria vetere commemoratur. Et hunc potius quam illum eligendum putarim. Etenim ad quam viam martyres sepulti sunt, eadem eorum cultus saepius pergit in longinquum. Ita S. Valentini venerationem via Flaminia Interamnam pervenisse novimus (feb. 14, ad n. 1), et in ipsa via Salaria reliquias* beatorum martyrum Hermae et Hyacinthi et Maximi *in basilica beatae Mariae Reatina iussu S. Gregorii p. collocatas fuisse* [7]. *Dubium exposuisse sufficiat. Certum est viae Salariae miliario circiter XXX vel, ut aliis placet, XXV, Iacinti, quisquis ille est, locum venerationis fuisse* [8].

**in Sabinis miliario <ab Urbe> XXX Iacinti.**

19. ALEXANDRI] *Al. Alexandria. Incerta est lectio codicum: in Alexandria Tiburi, vel Alexandri Tiburti. Utraque emendationem postulare videtur, et ita legenda ut alterum nomen hominis sit alterum loci, quod duplici ratione fieri poterit. Vel enim Tiburi est pro Tibure, et scribendum Tibure Alexandri; vel Alexandria Tiburti eligendum est. Et primum quidem ad libidinem excogitatum nemo facile dixerit. Tibure enim repertum est epitaphium, anno 513 positum, cuiusdam Letae, quae sibi locum comparaverat* IN ORATVRIV SANCTI ALEXSANDRI [9]. *Nec desunt alia Tiburtinae civitatis in S. Alexandrum venerationis indicia* [10]. *Attamen, ut verum fatear, altera praeplacet lectio. Alexandria enim tum pridie tum postridie (sept. 8, n. 10; 10, n. 6) suis martyribus laterculos complet, nec mirum quod et hodie compareat, etiam suppressis sanctorum nominibus. Tiburtius autem martyr est qui via Lavicana die 11 aug., n. 8, colitur* [11], *accitus a Gorgonio, eadem via sepulto. Florus Lugdunensis, cum tria nomina sub uno loci indicio in codicibus hieronymianis reperiret, unam esse trium martyrum Sabinensium turmam existimavit.* In Sabinis miliario ab Urbe trigesimo sanctorum martyrum Iacincti, Alexandri, Tyburtii. *Ita quoque Ado, Usuardus et tandem martyrologii Romani collectores. Ex dictis patet solum Iacintum Sabinis relinquendum, Alexandrum delendum, Tiburtium vero ad viam Lavicanam restituendum.*

22. CESAREA] *Sept. 8, n. 60. Ex dictis patet saltem supplendum esse Eupsichii. Iterum, sept. 10, n. 1.*

24. DONATI] *Tria haec nomina martyrum ignotorum in principio huius mensis iam legimus:*

*24. Donati sept. 1, n. 5.*
*27. Furtunati sept. 1, n. 42.*
*31. Marci sept. 1, n. 51.*

25. CLEASI] *In codice Tamlactensi: Eleasi, Deusii, lectiones corruptae.*

26. AMMONI] *Sept. 8, n. 11; 10, n. 21.*

29. IN PENTICIS] *Al. Peritis. Locum quaesivi in Samnio, ubi sunt Pentri* [12], *sed frustra.*

31. MARCI] *Supra, ad n. 24.*

32. LIBERATI] *Lege: Liberii, scil. Romani pontificis (352-366), de quo Liber pontificalis:* Qui etiam sepultus est via Salaria, in cymiterio Priscillae V id. sept. [13]. *Quod tamen falsum esse constat, cum Liberius obierit die 24 sept.* [14].

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Hacunti, id est Iacinti, n. 18.*

*Eleasi, Deusii, n. 25: Cleasi.*

*Cod. Rich.: Turburtii = Tiburti, n. 20.*

*Kerani. Is est Ciaran abbas in Clonmacnois, cuius Vita edita est* [15].

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 614. — [2] URBAIN, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde zu Rom*, p. 190; ERBES, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. XLIII (1924), p. 49. — [3] *BHL.* 7537. — [4] DUCHESNE, t. II, p. 13. — [5] *Le diocesi d'Italia*, p. 354. — [6] In instrumento anni 747. I. GIORGI - U. BALZANI, *Il Regesto di Farfa*, t. II, p. 38-39. Cf. SCHUSTER, *L'imperiale badia di Farfa*, p. 36. — [7] *Registr.*, IX, 49, HARTMANN, t. II, p. 76.— [8] STEVENSON, ap. DE ROSSI, *Bullettino*, 1880, p. 107. — [9] Cf. SCHUSTER, in *Bullettino diocesano per le diocesi di Sabina, Tivoli* etc., 1917, p. 120-23. — [10] *C.I.L.* XIV. 3898. — [11] DE ROSSI, *Bullettino*, 1881, p.102.— [12] *C.I.L.* IX. p. 239.— [13] DUCHESNE, t. I, p. 208.— [14] DUCHESNE, t. c., p. 210.— [15] *BHL.* 4654-4656. Cf. PLUMMER, *Miscellanea hagiographica hibernica*, p. 206-207.

# IV ID. SEPT.

I | II

**In Cesarea Cappadociae Eufepiae.**

**in Alexandria aliorum DCCC | Alexandri**

**Cupsici Hisici Alaponi Silvani cum aliis V. item Alexandria civitate Nemesi Ammoni Orionis Herosi**

**| et aliorum DCCCVI**

**Dudimi Meresori Panoepsi Arcellei Niceti item Amoni Arosi Silvani Aroponi Nemisini et aliorum VIII Panemoti Niceti Silvini. Romae depositio beati Hilari papae per quem Victurius ordinem paschalem conscripsit. in Africa sanctorum Doletatuli Tusci Valentinae.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 2. cessār E ; caesaria W | 3. cappō E ; cappadocię B ; cap̄p̄ docia W ; *add.* scōr B ; nāt scōrum W | 4. euplię B ; euplie W | 6. alāx E | 11. hysici B | 12. alapon B | 13. silvasi E | 15. alis E | 17. in BW | 18. alāx E ; alexañdr B ; alex̄d W | 19. *om.* BW ; *add.* nāt scōrum W | 26. octingentorum VI B | 27. didimi BW | 28. merisori W | 29. panopia E ; panepsi W | 30. cellei E ; acellei BW | 32. *om.* E | 32-35. *om.* W | 33. ammoni B | 34. orosi B | 36. oropon BW | 37. nimesini W ; nemesini B | 41. panemodi W | 42. *om.* W | 44. rōm E ; rome B ; rom̄ W | 46. *om.* E | 47. helari B¹W ; hilarii B² | 48. ep̄i E | 49-54. *om.* E | 56. āff E ; affrica W ; *add.* nāt W | 57. *om.* E | 58. catuli E ; doletatulę W | 60. valentini BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Cesaria Capodochiae Hiacinti nat. Euepiae et in Alexandria aliorum DCCC. — TAML. : Euepiae et aliorum DCCC Cursici Hisici Silvasii Hielini Dedimi Merefori Augusti Nectari episcopi Depletori Maurioliorìs Zarii Salvi Tursi Zefani Merosori Hilarii papae Iohannis et Pauli. — MON. : Romae depositio Helarii papae. — RICH. : In Alexandria Orionis Erosi et aliorum octingentorum sex Rome depositio beati Helarii papae Affrica Tusci Valentini.

## SEPT. 10

*1.* IN CESAREA] *S. Eupsychius, quem abesse comperimus die 8 sept., n. 60, neque adfuit die 9 sept., n. 22, hic tandem prodit sub depravato nomine Eufepiae (n. 4) al. Eupliae, Cupsici, n. 10, Hisici, n. 11. S. Eupsychii diem proprium esse 7 septembris demonstravimus, etsi in martyrologio postridie sollemnitas collocata fuit.*

in Caesarea Cappadociae Eupsichii.

*6.* ALEXANDRIA] *Qui sint Alexandrini martyres illi numero DCCC vel amplius (n. 8, 26), prorsus nos fugit. Pleraque nomina quae in hodierno laterculo exhibentur, pridie iam recitata sunt. Attamen seriem totam recensere non supervacaneum est.*

*9.* ALEXANDRI] *Ut videtur, perperam pro Alexandria, n. 6.*

*10.* CUPSICI] *Rescribe: Eupsichi, ut dictum est ad n. 1.*

*11.* HISICI] *Sonitus repercussus nominis praecedentis, et ipse referens nomen Eupsichi.*

*12.* ALAPONI] *Al. Alapon; inferius, n. 36: Aroponi. In coptica Passione S. Didymi (infra n. 27) comparet Arapolon quidam* [1]. *Die 8 sept., n. 40, nomen occurrit Orobionis, al. Aropionis, Arapionis. Variarum lectionum haec series est:*

*Orobionis*
*Aropionis*
*Arapionis*
*Aroponi(s)*
*Alaponi(s)*
*Arapolon.*

*Veri simillimum est in isto vocabulo latere Ὡραπόλλων, quod apud Aegyptios nomen haud infrequens est* [2].

*13.* SILVANI] *Breviarium Syriacum, ad diem 9 sept.: Σιλβανός. Asseveranter pronuntiari potest martyrem hunc, cui nulla patria assignata est, Alexandrinum esse, non secus atque eos qui diebus 8, 10 et 11 sept. in Syriaco vagi sunt. Silvanus iterum redit inferius, n. 35, et paulo post, n. 43, sicut d. sept. 8, n. 39, sub nomine Silvini.*

*20.* NEMESI] *Breviarium Syriacum: Μενμαῖς ὁ πρεσβύτερος καὶ ἕτεροι ἑπτακαίδεκα. Nemesius iam memoratus est die sept. 8, n. 22. Inferius, n. 37, audito Nemisini nomine, nostrum Nemesium agnosces; neque fortasse alius est atque Nimesa, qui occurrit in Passione S. Didymi* [3]. *De sodalibus XVII, quos illi*

[1] *BHO.* 253. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 112. — [2] PREISIGKE, *Namenbuch*, p. 496. — [3] *BHO.* 253. Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 112.

*assignat*

*assignat Syrus, nihil aliunde traditum est. Sit igitur enuntiatum:*

**in Alexandria Nemesii et aliorum...**

*21.* AMMONI] *Infra, n. 33; sept. 8, n. 11. Iterum d. 12 sept., n. 20, ex nov. 17, n. 12.*

*22.* ORIONIS] *Sept. 8, n. 23: Arioni.*

*23.* HEROSI] *Infra, n. 34: Arosi; sept. 8, n. 38: Orosei.*

*27.* DUDIMI] *Al. Didimi. Sept. 8, n. 31.*

*28.* MERESORI] *Sept. 8, n. 32: Mitosori, pone sequente nomine Panemoti (infra, n. 41), in quo perlucet graecanicum vocabulum coptici mensis Φαμενώθ. Istic vero Meresori subiunctum est nomen Panoepsi, quod mire consonat cum nomine attici mensis Πυανεψιών. Itaque crediderim Meresori hic stare pro Μεσορή, quod non secus atque illa duo, compilator quidam arbitratu suo huc induxerit.*

*29.* PANOEPSI] *Lege quae modo dicta sunt ad n. 28.*

*30.* ARCELLEI] *Sept. 8, n. 34: Achilae.*

*31.* NICETI] *Infra, n. 42. Nudum nomen.*

*33.* AMONI] *Supra, n. 21.*

*34.* AROSI] *Supra, n. 23: Herosi.*

*35.* SILVANI] *Supra, n. 13.*

*36.* AROPONI] *Supra, n. 12: Alaponi.*

*37.* NEMISINI] *Supra, n. 20: Nemesi.*

*41.* PANEMOTI] *Lege quae dicta sunt ad n. 28.*

*42.* NICETI] *Supra, n. 31.*

*43.* SILVINI] *Supra, n. 13: Silvani.*

*44.* ROMAE] *Ubi prima recensio fert: depositio Hilari episcopi, altera habet: Hilari papae, quod in more loquendi martyrologii nostri idem sonat. Res tamen lite non vacavit. Liber pontificalis prorsus silet de tempore quo obierit Hilarus papa (461-468). Sed ductis rationibus, dies repertus est februarii 29 anni 468. Inde collegit L. Duchesne Hilarum episcopum, qui hodie annuntiatur, papam non fuisse, sed episcopum eius cognominem et aliunde ignoratum* [1]*; quod autem in altera recensione liquido papa appelletur, ex errore factum esse librarii arbitratu suo communiorem formulam interpretantis; tandem verba:* papae per quem Victurius ordinem pascalem conscripsit, *non modo a prima martyrologii forma aliena esse, sed Autissiodori intercalata fuisse post absolutam recensionem, cuius testis exstat codex Epternacensis* [2]*. Esto rem sic contigisse. Inde tamen non colligitur addita verba mendacio infecta esse. Hoc posito, sequitur elogium de papa Hilaro reapse scribi potuisse, sed inseri loco non suo* [3]*. Certa argumenta nobis in promptu non sunt. Quod autem in secunda recensione additur:* per quem Victurius, *cet. revera ad Hilarum papam refertur. Lege epistulam Victorii* Hilaro archidiacono [4]. *Hilarus quippe, dum archidiaconus est Leonis papae decessoris sui, Victorio auctor fuerat libellum scribendi* De computatione diei paschalis. *Papae nomen Hilarus est, non Hilarius. Hodieque legitur inscriptio supra ianuam sacelli S. Iohannis Baptistae, quod in Lateranensi baptisterio ab illo erectum fuit* [5]*:*

HILARVS EPISCOPVS + SANCTAE PLEBI DEI

*Quisquis tamen decernitur esse qui hodie annuntiatur, sequendus est codex Epternacensis:*

**Romae depositio Hilari episcopi.**

*56.* IN AFRICA] *Nomina tria quae sequuntur iam signata sunt ad diem 1 sept., ubi et eadem iterari monuimus 2 sept. et 17 nov.*

| | |
|---|---|
| *58. Doletatuli* | *sept. 1, n. 37: Dubitati.* |
| *59. Tusci* | *sept. 1, n. 36: Tasciae.* |
| *60. Valentinae* | *sept. 1, n. 38: Valenti.* |

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Hiacinti, sept. 11, n. 4.*

*Euepiae, supra, n. 4. Lege: Eupsichi.*

*Cod. Taml.: Cursici, n. 10: Cupsici, id est Eupsichi.*

*Nectari, sept. 8, n. 18: Neotheri.*

*Salvi, n. 13: Silvani.*

*Tursi, n. 59: Tusci.*

*Cod. Rich.: Erosi, n. 34: Arosi.*

[1] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XLVI]. — [2] *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 247-48. — [3] Cf. B. KRUSCH, in *Neues Archiv*, t. XXVI, p. 379-81. — [4] THIEL, *Epistulae Romanorum pontificum*, p. 130-37. — [5] DUCHESNE, t. c., p. 242; H. GRISAR, *Analecta Romana*, t. I, tav. I.

# III ID. SEPT.

**I**

**Romae Proti et Iacinti. Romae in Portu Ippoliti.**

**II**

**Romae via Salaria vetere in cimiterio Basillae sanctorum Proti et Iacinti qui fuerunt doctores christianae legis sanctae Eugeniae et Basillae. et in Portu urbis Romae Ingenui et Ippoliti.**

**in Alexandria civitate natale Siri et Serapionis. in Apulia Felicis et Donatae. Lugduno Galliae Pacientis episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et regulę andegav. depōs maurilionis conf. B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm E | 5. rōm E | 9. rōm W | 11. salutaria W | 15. *add.* nāt W | 19. iacenti B¹W | 25. *om.* W | 31. *om.* B | 33. rōm BW ; *add.* nāt scōrum BW | 36. eppoliti B ; epoliti W ; *add.* et W | 37. *om.* E | 38. alāx E ; alexād W | 39. *om.* BW | 40. *add.* scōrum W | 41. syri W | 43. serapioñ B ; *add.* et W | 45. apolia W ; *add.* natł scōrum W | 48. donati W | 49. lugdū E ; lugđ W | 50. gāl E ; gałł BW ; *add.* dēp sc̄i W | 51. patienti B ; patientis W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae Proti et Iacenti et Hila Quinti. — Taml. : Prothi Iacinthi Eugeniae Siri Euleliae Mariae Musae Basillae Ypoliti Serapionis Felicis Militiadis Patientis Donati et aliorum XXX Petri Iohannis Tomae. — Mon. : Et Basillae virginis et martyris. — Rich. : Rome Proti et Iacinti Basillae in Portu Romano Ingenui et Yppoliti et in Alexandria Syri et Siraponis alibi Felicis et Regulae.

## SEPT. 11

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum :* Proti et Iacinti in Basillae. *Sacramentarium Gregorianum :* III idus septembres id est XI die mensis septembris natale sanctorum Proti et Iacincthi [1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* III idus septembres natale sanctorum Proti et Iacinthi [2]. *Tabulae lapideae Neapolitanae* [3] *:*

NAT(*ALE*) PROTI ET IACINTHI

*Itinerarium Salisburgense* (*via Salaria vetus*) *:* et in altera spelunca Protus martyr et Iacinthus. *Epitome de Locis sanctorum :* Ibi sunt S. Crispus... S. Basilessa et S. Iacintus et S. Protus [4]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Ibi iuxta viam S. Hermes requiescit et S. Vasella et Protus et Iacinctus. *Topographia Einsiedlensis :* in via Pinciana extra civitatem in (sinistra) S. Basilissae, S. Proti et Iacinthi [5]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas :* Sci Hermitis, sci Proti, sci Iacynti [6]. *Felici fortuna factum est ut, post tot ruinas et coemeteriorum depraedationes, S. Iacinthi loculus intactus in crypta servaretur, ubi anno 1845 a P. I. Marchi repertus est, cum hac epigraphe* [7] *:*

DP III IDVS SEPTEBR
YACINTHVS
MARTYR

*Ab itinerantibus ad loca sanctorum altera haec epigraphe visa est et exscripta :*

SEPVLCHRVM SANCTI MARTYRIS YIACINTHI
LEOPARDVS PRESBYTER ORNAVIT
DEPOS. III ID. SEP. [8]

*Eodem loco cernebatur carmen Damasianum litteris philocalianis marmori insculptum* [9] *:*

EXTREMO TVMVLVS LATVIT SVB AGGERE MONTIS
HVNC DAMASVS MONSTRAT SERVAT QVOD MEMBRA PIORVM
TE PROTVM RETINET MELIOR SIBI REGIA CAELI
SANGVINE PVRPVREO SEQVERIS HYACINTHE PROBATVS
GERMANI FRATRES ANIMIS INGENTIBVS AMBO
HIC VICTOR MERVIT PALMAM PRIOR ILLE CORONAM

*Fuit et ibidem titulus metricus a Theodoro presbytero positus, cuiusque supersunt fragmenta* [10] *:*

[1] Wilson, p. 100. — [2] Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 180. — [3] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [4] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [5] De Rossi, t. c., p. 177. — [6] De Rossi, t. c., p. 176. — [7] G. M(archi), *Monumenta delle arti cristiane primitive* (Roma, 1844), p. 238-72 ; De Rossi, *Bullettino*, 1894, p. 5-34. — [8] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 30 ; cf. *Bullettino*, 1894, p. 113. — [9] De Rossi, ibid. ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 49 ; cf. De Rossi, *Bullettino*, 1894 ; Bonavenia in *Nuovo bullettino*, 1898, tav. VI. — [10] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. c., p. 108 ; *Bullettino*, 1894, p. 32-35 ; 1895, tav. II ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 96.

ASPICE

ASPICE DES'CENSVM CERNES MIRABILE FACTVM
SANCTORVM MONVMENTA VIDES PATEFACTA SEPVLCHRIS
MARTYRIS HIC PROTI TVMVLVS IACET ADQVE YACHINTI
QVEM CVM IAM DVDVM TEGERET MONS TERRA CALIGO
HOC THEODORVS OPVS CONSTRVCXIT PRESBYTER INSTANS
VT DOMINI PLEBEM OPERA MAIORA TENERENT

*Hadrianus p. (772-795), teste Libro pontificali,* basilicas cymiterii sanctorum martyrum Hermetis Proti et Iacincti atque Bassillae mirae magnitudinis ornavit [1]. *Non in illa ecclesia sed in basilica Sancti Andreae in Vaticano Symmachus p. (498-514) fecit* confessionem sancti Cassiani et sanctorum Proti et Yacinti [2] ex argento, *in qua censetur positum fuisse hoc epigramma nunc deperditum et solis in chartis servatum* [3]*:*

MARTIRIBVS SANCTIS PROTO PARITERQVE HIACYNTHO
SIMMACHVS HOC PARVO BENERATVS HONORE PATRONOS
EXORNABIT OPVS SVB QVO PIA CORPORA RVRSVS
CONDIDIT HIS AEVO LAVS SIT PERENNIS IN OMNI

*Ravennae in basilica S. Martini in Caelo Aureo, cum candidato martyrum exercitu incedunt*

SCS PROTVS SCS IAQVINTVS [4]

*Elogium amborum, quod in codicibus posterioris recensionis servatum est, pendet ab Actis S. Eugeniae* [5], *quae iure merito pessimae famae iudicavit Rossius* [6].

**Romae via Salaria vetere in cimiterio Basillae sanctorum Proti et Iacinti, qui fuerunt doctores christianae legis, sanctae Eugeniae et Basillae.**

7. IN PORTU] *Infra, n. 31. In codice E solius* I p p o l i t i, *in ceteris* I n g e n u i e t I p p o l i t i *(n. 34-36) memoria signatur. De Ingenuo martyre Portuensi, nullum est in monumentis vestigium. Nonnullis visum est lectionem depravatam ita mutandam esse ut legatur:* I p p o l i t i i n g e n u i n u m, *qua formula iam de SS. Iohanne Baptista, Agnete, Agatha usurpata, significatur* dies nativitatis [7]. *Vereor ne argutius quam verius haec excogitata sint.* I n g e n u i *enim mihi est nomen vitiatum a librariis ex* E u g e n i i *seu* E u g e n i a e, *n. 26. Solus ergo* I p p o l i t u s *remanet* i n P o r t u, *videlicet idem ille cuius sepulcrum erat via Tiburtina. Lege quae dicta sunt ad diem 23 aug., n. 35.*

**Romae in Portu Ippoliti.**

34. INGENUI] = *E u g e n i a e, n. 26.*

38. IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum ad diem 1 sept.:* Ὧρος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Σεραπίων ὁ πρεσβύτερος. *Horus nomen Aegyptium est, non vero* S i r u s, *quod vitium scripturae prodere videtur. Postridie, n. 4, Pamphyliae non Alexandriae deputatur ille Sirus, peius profecto. Eo die recurrit quoque Serapion,* e p i s c o p i *(n. 12) dignitate auctus, repugnante martyrologio Syriaco. Utique horum sanctorum nulla exstant Acta. Nihilominus scribere non veremur:*

**in Alexandria civitate natale Hori et Serapionis.**

45. IN APULIA] *Iteratur memoria* F e l i c i s *et* D o n a t i, *quae fastis hisce inscripta est ad diem 1 septembris. Quare videtur reicienda lectio* D o n a t a e *scribendumque, cum codice W:*

**in Apulia Felicis et Donati.**

49. LUGDUNO] *Quaecumque de gestis S.* P a t i e n t i s, *qui c. ann. 480 obiit, in monumentis scripta habentur, a nostris collecta sunt ad hunc diem* [8].

**Lugduno Galliae Patientis episcopi.**

ADDITAMENTA] *R e g u l a e. In codice Rich.:* alibi Felicis et Regulae. *In codice Sangallensi 914, saec. VIII exeunte exarato:* Castro Thurigo Felicis cum germane suae sanctae Regulae. *Exstant Acta SS. Felicis, Regulae et sociorum, martyrum Tiguri in Helvetia* [9]. *Martyres illos ex Africa translatos esse credendum est. In kalendario Carthaginiensi, ad diem 30 aug., inscripta est memoria* sancti Felicis Evae et Regiolae mart., *qui sunt martyres Abitinenses* [10]. *De die commemorationis plurimum disseruerunt viri doctissimi* [11].

*M a u r i l i o n i s. In omnibus codicibus commemoratur die 13 sept.* M a u r i l i o *episcopus Andegavensis. Alius procul dubio non est qui hodie appellatur* c o n f e s s o r.

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* H i l a Q u i n t i = *Iacincti, n. 4.*

[1] DUCHESNE, t. I, p. 509. — [2] DUCHESNE, t. c., p. 261. — [3] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 42; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 97. Cf. E. JOSI, in *Römische Quartalschrift*, t. XXVII (1924), p. 25-32; *Anal. Boll.*, t. XLIV, p. 257. — [4] *C.I.L.* XI. 281; GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, tav. 243. — [5] *BHL.* 2666-2668. — [6] *Bullettino*, 1894, p. 30. — [7] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 230. — [8] *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 791-97. — [9] *BHL.* 2887-2891. — [10] *BHL.* 7492. — [11] E. EGLI, in *Realencyklopädie für protestantische Theologie*, t. VI[3], p. 30; E. A. STÜCKELBERG, *Aus der christlichen Altertumskunde* (Zürich, 1904), p. 23-27; A. PONCELET, in *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 343-48; G. MORIN, *Die Zürcher Heiligen Felix und Regula und ihre Afrikanischen Namensvettern von Abitinae*, in *Festgabe des Zwingli-Vereins zum LXX-Geburtstage von Hermann Escher*, p. 6-9.

PRID.

# PRID. ID. SEPT.

**In Pamphilia natale Siri. in Sicilia civitate Catena Eupli et Serapionis episcopi. Romae natale sanctorum Proti Sanctini Ippoliti. Nicomedia Ammoni. in Asia Diofili Matronae Teclae virginis Heracli. et alibi Eusebi episcopi. Lugduno beati Sacerdotis episcopi. Agustiduno civitate Evanti episcopi.**

*Var. lect. codd.* EBW. — 2. pampīl E ; pamphylia W | 3. *om.* E ; *add.* sc̄i W | 4. *add.* et B | 6. sicīl E | 7-8. *om.* E | 8. *om.* W ; *add.* nāt scōrum W | 9. cupli B | 11. serapioni W | 12. *om.* B | 13. rōm EW ; rome B | 14-15. *om.* E | 15. *om.* W | 16. perti E ; p(ro)ti B | 17. sanctin(i) B | 18. hippoliti B ; yppoliti W | 19. nicōm E *add.* nł sc̄i W | 20. amenonę B ; ammone W | 21-23. *om.* W | 23. tiophili B | 27. eracli B ; heracliae W | 29. *add.* sc̄i B ; dēp W | 30. eusebii B | 32. lugdūn EW ; *add.* civīt dēp W | 33. *om.* E | 35. *add.* in gałł W | 36-37. *invert.* W | 36. agustudūn E | 37. *om.* E ; *add.* dēp beati W | 38. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Timothei et in Pampilia nat. Siri et Sicilliae in civitate Catenas Eupli. — Taml. : Timothei Siri Epuli Serapionis Petri Ipoliti Sanetinae Mariae Teclae Herclii Transili Teophili Eusebii Eusebii episcopi Zefani Iuliani Laurentii Celsi. — Mon. : Lugduno civitate depositio Leati et Sacerdotis episcoporum Augustuduno Evanti Ammoni. — Rich. : In Antiochia Timothei et im Pamphilia Syriae et in Sicilia Eupli et Serapionis Rom. Proti Sanctini Nicomedia Ammonii.

## SEPT. 12

*1.* in pamphilia] *Al.* P a m p i l (*i*). *Librariorum culpa nomen provinciae effectum est ex martyre qui hisce diebus, id est ante idus septembris, in kalendario Carthaginiensi memoratur :* <...> idus sept. sancti Ampeli. *Ampelius quidam est in caterva martyrum Abitinensium* [1], *nec erit iusto audacior coniectura, si scripserimus :*

**<in Africa> Ampelii.**

*4.* siri] *Sept. 11, n. 41, cum* S e r a p i o n e, *infra, n. 11. Martyr Alexandrinus, non Sirus sed* H o r u s *nuncupatus, ut videtur. Coniuncta in uno laterculo nomina* S i r i *et* E v a n t i i *(cf. infra, n. 38) Floro Lugdunensi opportunitatem praebuisse videntur ad hunc diem nuntiandi natalem SS. Syri et Iventii, episcoporum Ticinensium* [2], *adiecto elogio ex eorumdem Actis* [3]. *Haec fabulis scatere constat* [4], *nec in eorum fontes inquirendi hic locus est. Utrumque episcopum coniunctim hodie commemorat martyrologium Romanum, et praeterea Iuventium, die 8 feb., et Syrum, 9 dec.*

*6.* in sicilia] *Iteratur hodie memoria S.* E u p l i, *cuius natalis celebratur die 12 aug., n. 6, id est* pridie id. aug., *unde errore solito ad* pridie id. sept. *relata est. De ratione scribendi nomen civitatis Catinae dictum est ad diem 12 aug., n. 1.*

**in Sicilia civitate Catena Eupli.**

*11.* serapionis] *Martyr Alexandrinus, de quo heri, n. 43, cum* S i r i, *supra, n. 4. In breviario Syriaco presbyter nuncupatur, hic vero* e p i s c o p i *titulo auctus est qui* S i r o, *seu Horo restituendus est.*

*13.* romae] *Iteratur memoria duorum sanctorum quorum natalis fuit heri.*

**Romae natale sanctorum Proti <et> Iacinti.**

*17.* sanctini] = I a c i n t i, *sept. 11, n. 4.*

*18.* ippoliti] *Sept. 11, n. 8.*

*19.* nicomedia] *Omnia quae leguntur a n. 19 ad 27 e laterculo 17 novembris nescio quo casu huc allata sunt. Nonnulla eiusdem laterculi nomina iam die 10 sept. habuimus.*

| | |
|---|---|
| *N i c o m e d i a* | *nov. 17, n. 11, 35.* |
| *A m m o n i* | *nov. 17, n. 12, 27, 36.* |
| *i n A s i a* | *nov. 17, n. 15, 38.* |
| *D i o f i l i* | *nov. 17, n. 16 :* F i l i a e *; n. 41 :* D i o p h i d i s. |
| *M a t r o n a e* | *nov. 17, n. 17, 42.* |
| *T e c l a e* | *nov. 17, n. 19, 43.* |
| *H e r a c l i* | *nov. 17, n. 48 :* E r a c l i a. |

*De his si quid dicendum occurret, ad novembrem remittetur.*

*30.* eusebi] *Die 16 sept., in breviario Syriaco signatur* ἐν Ἀγκύρᾳ Εὐσέβιος. *Idemne an alius sit* E u s e b i u s e p i s c o p u s, *de quo hodie, nulla ratione discerni potest.*

*32.* lugduno] *Gesta* S a c e r d o t i s *episcopi Lugdunensis illustrarunt nostri ad hunc diem, ubi et epitaphium eius metricum attulerunt* [5]. *Tabulae autem marmoreae, in qua inscriptum erat, fragmenta deinceps reperta sunt. Tituli quem novis collatis subsidiis expressit Rossius* [6], *haec clausula est :*

QVI VIXIT IN AMORE ET TIMORE DEI ANNIS LXV OBIIT III IDVS SEPTEMBRIS <XII> POST CONSOLATVM IVSTINI VIRI CLARISSIMI CONSOLIS INDICTIONE PRIMA

**Luguduno beati Sacerdotis episcopi.**

*36.* agustiduno] *In serie episcoporum Augustodunensium quae tradita est, nullus est*

[1] *BHL.* 7492. — [2] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 278. — [3] *BHL.* 7976, 4619. — [4] Cf. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 982-86. — [5] *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 31-36. — [6] *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 310 ; Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 166.

*E v a n t i u s*

*E v a n t i u s* [1], *neque quando hic vixerit indicatur. Non ideo tamen delenda est memoria:*

**Augustoduno civitate Evantii episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: T i m o t h e i, sept. 13, n. 11.*

*Cod. Taml.: E p u l i = Ampeli, supra, ad n. 1.*

*P e t r i = Proti, n. 16.*

*S a n e t i n a e = Sanctini, n. 17, id est Iacinti.*

*H e r c l i i = Heracli, n. 27.*

*Cod. Mon.: L u g d u n o L e a t i. Legendum videtur: L e o n t i, qui Sacerdoti proximus est in serie episcoporum* [2].

[1] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 174-83. — [2] DUCHESNE, t. c., p. 166.

# ID. SEPT.

**In Apulia Felicis Secundi. in Alexandria Theodoli episcopi. in Antiochia Timothei [a]. Agustiduno beati Nectari episcopi. in Galliis civitate Turonus depositio Litori episcopi. Andegavis civitate Maurilionis episcopi.**

*Addunt codices pleniores:* a) et litori B.

*Var. lect. codd.* EBW. — 1-2. *om.* W | 2. apolia B | 3. felicissimi B ; felicissi W ; *add.* et B | 4. secundini BW | 5-13. *om.* W | 6. alāx E ; alexandr̄ B | 9. *om.* E | 10. antiōc E | 12. agustūd E | 13. *om.* E | 16-18. *om.* W | 16. *om.* E | 17. gałł EB | 19. turoñ E ; turonus B¹ ; turonis B² ; toronis W | 20-21 deplitori E | 20. *om.* BW ; *add.* sc̄i W | 23. in decavis E | 24. *om.* EW | 25. maurionis B¹ ; maurilionis B² ; maurł W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Apulia nat. Felicisimi et Secundi et in Alexandria Theodoli episcopi in Andegavis sancti Maurilionis episcopi. — TAML. : Felicissimi Secundini Teodoli Timothei Litori Agusti Nectari Marulionis Secundi Depletori Pectori episcopi Beati Parmenii Quinti Lodori Geurgi.— MON. : In Antiochia natalis sanctorum Timothei et Litorii Turonis Lidori episcopi Alexandriae Theodoli episcopi. — RICH. : In Apulia Felicissimi et Secundi et in Alexandria Thodoli episcopi Augustiduno Nectari episcopi Andegavis Maurilionis episcopi.

## SEPT. 13

*1.* IN APULIA] *Hodiernus laterculus, praeter Gallicana additamenta, ad diem 2 sept. integer translatus est, ubi codices omnes scribunt F e l i c i s, S e c u n d i. Hodie vero codices alterius recensionis: F e l i c i s s i m i, S e c u n d i n i, et haec postrema lectio emendatior videtur. Martyres Afros illos esse, variis in Apuliae locis cultos, sententia est non improbabilis* [1].

**in Apulia Felicis Secundini.**

*6.* IN ALEXANDRIA] *Qui hodie T h e o d o l u s, die 2 sept., n. 37, T h e o d o r u s appellatur. Hanc veram esse lectionem ostendunt Graecorum synaxaria, quae die 12 sept. elogium texunt Θεοδώρου τοῦ ἁγίου μάρτυρος τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* [2], *et iterum die 3 decembris, τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* [3]. *Theodorus martyr frustra requiritur in serie episcoporum Alexandrinorum. Ignotae sedis episcopus fuerit Alexandriae mactatus, ex illis forsitan qui inter martyres persecutionis Diocletiani ab Eusebio recensentur: Φιλέας τε καὶ Ἡσύχιος, Παχύμιος καὶ Θεόδωρος τῶν ἀμφὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν ἐ τίσκοποι* [4].

**in Alexandria Theodori.**

*10.* IN ANTIOCHIA] *T i m o t h e i memoriam, quae die 8 sept. scripta est, hodie iterari, et hinc ad laterculum 2 sept. delatam esse, suo loco monuimus.*

**in Antiochia Timothei.**

*12.* AGUSTIDUNO] *Concilio Aurelianensi anni 549 subscripsit N e c t a r i u s* [5], *de quo Fortunatus in Vita S. Germani Parisiensis* [6] *et in Passione SS. Emani, Maurilii et Almari* [7].

**Augustoduno beati Nectarii episcopi.**

*19.* TURONUS] *Gregorius Turonensis:* Secundus anno imperii Constantis primo (*337-338*) Litorius ordinatur episcopus [8].

**Turonus depositio Litorii episcopi.**

*23.* ANDEGAVIS] *Maurilii, seu M a u r i l i o n i s episcopi, qui anno 453 obiit, Vita conscripta est a Magnobodo (an. 619-620) aliisque* [9].

[1] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 267. Cf. p. 272. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 38. — [3] Ibid., p. 275. — [4] *Hist. eccl.*, VIII, 13. — [5] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 179 ; *Act. SS.*, Sept. t. IV, p. 59-61. — [6] *BHL.* 3468, c. 3. — [7] *BHL.* 2525. — [8] *Hist. Franc.*, X, 31. Cf. *Act. SS.*, Sept. t. IV, p. 61-62. — [9] *BHL.* 5730-5732 ; *Act. SS.*, Sept. t. IV, p. 62-70.

# XVIII KAL. OCT.

I | II

[a] **Romae via Appia in cimiterio Calesti Corneli episcopi et**

| **Saturi**

**Dionisi episcopi. et in Africa civitate Carthagine natale sancti Cipriani episcopi.**

**et in Tuscia Felicis Demetri et Zettae Saturi** |

**Felicis Honori Dimetri**

| **Zetae.**

**et alibi depositio Eparti episcopi** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) exaltatio (exultatio W) sanctae crucis (dñi nr̄i ihū xpi W) CWMKLV. — b) et exaltatio sc̄e crucis B ; et ē dedicatio basili<cae> sc̄i salvatoris in uvizenb W².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm EW ; rome B | 2-6. *om.* E | 6. *add.* nāt scōrum W | 7. cornili BW | 10. *add.* et dep̄ sc̄i W | 12. *add.* et coñf W | 13. *om.* W | 15. affrica W | 15-16. *om.* E | 17. cartāg E ; cartagine W | 18-19. *om.* E | 21. *om.* E | 31. honorati B | 32. demetri B ; dimitri W | 33. zete B | 37. epanti E ; eparci W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Corneli et depositio Dionisi episcopi et in Kartagine Cypriani episcopi et in Tuscia Felicis Demetri et Zetae et Hyerusolimis apparatio sanctae crucis ad populum tunc fuit manifesta. — TAML. : Cornelii papae in Roma et Cipriani episcopi in Cartagine Dionisii bis episcopi et aliorum III Saturi Felicis Honori Dimetri Zetae Mariae Romulae Epartii et aliorum XVIII Iohannis Petri Zefani Mathei. — MON. : Eodem die exaltatio sanctae crucis Hierosolimis post annos CCLXXX in Calvario monte. — RICH. : Romae Cornelii et depositio Dionisii episcopi et in Casthagine Cypriani episcopi alibi sancti Aurelii episcopi et exaltatio sanctae crucis et in Tuscia Felicis.

## SEPT. 14

*1.* ROMAE] *Sacramentarium Leonianum :* XVIII kal. octob. natale sanctorum Corneli et Cypriani [1]. *Sacramentarium Gelasianum :* XVIII kal. octobres in natali sanctorum Corneli et Cypriani [2]. *Sacramentarium Gregorianum :* XVIII kalendas octobres id est XIII die mensis septembris natale sanctorum Cornelii et Cypriani [3]. *In Depositione martyrum, qualis nunc habetur, Cornelius desideratur, non ita procul dubio in pleniore eiusdem recensione, quae martyrologio subest* [4]. *Cornelius Centumcellis, quo in exsilium missus fuerat,* cum gloria dormitionem accepit, *testante catalogo Liberiano* [5]. *Etiam in vivis degens a Cypriano martyr habebatur :* Quantum ad eius devotionem pertinet et timorem, passus est quidquid pati potuit et tyrannum armis et bello postmodum victum prior sacerdotio suo vicit. *Ita ille in epistula ad Antonianum* [6]; *et post eius obitum scribit :* episcopum Cornelium beatum martyrem [7]; Cornelius... sacerdos pacificus ac iustus et martyrii quoque dignatione Domini honoratus [8]; Cornelium... qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit et quem praeter sacerdotii honorem martyrio quoque Dominus glorificavit [9]. *Eius epitaphium repertum est in coemeterio Callisti, seu in crypta, iuxta cymiterium* Callisti via Appia in praedio [Lucinae] [10] :

CORNELIVS . MARTYR
EP. [11]

*Diem XVIII kal. oct., quae S. Cypriani martyrio sacra est, anniversariam quoque diem obitus S. Cornelii esse olim creditum est, et a S. Hieronymo assertum :* Passus est [Cyprianus] sub Valeriano et Gallieno principibus persecutione octava eo die quo Romae Cornelius sed non eodem anno [12]. *Constat autem Cornelium mense iunio e vivis excessisse* [13]. *Fuerit igitur eo die Romam delatum sacrum pontificis corpus, et in coemeterio Callisti depositum. Certe, id casu effectum esse nemo sapiens iudicabit. Voluit ergo Romana ecclesia una commemoratione celebrare ambos martyres quos vivos sancta coniunxeral amicitia.*

**Romae via Appia in cimiterio Callisti Cornelii episcopi.**

[1] FELTOE, p. 103. — [2] WILSON, p. 199. — [3] WILSON, p. 101. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 152, annot. 14. — [5] DUCHESNE, t. c., p. 6. Cf. P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Note agiografiche*, t. VI, p. 181-210. — [6] *Epist.* LV, 9 HARTEL, p. 631. — [7] *Epist.* LXI, 3, HARTEL, p. 696. — [8] *Epist.* LXVII, 6, HARTEL, p. 741. — [9] *Epist.* LXIX, 3, HARTEL, p. 752. — [10] DUCHESNE, t. c., p. 151. De hac crypta ampla est disquisitio apud DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 280-305. — [11] FRANCHI DE' CAVALIERI, t. c., p. 204-206. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 185-86. — [12] *De viris ill.*, LXVII. — [13] DUCHESNE, t. c., p. 152.

*10.* SATURI] *Infra, n. 29. Solo nomine notus, nisi ille est qui die 18 sept., n. 22, memoratur.*

*11.* DIONISI] *Romanum pontificem hunc esse nulla ratio suadet; quod recte vidit De Rossi* [1]. *Dionisii papae depositio recolitur die 26 dec., n. 22; eius autem ordinatio in diem 22 iul. incidit* [2]. *Neque video quare a martyrologis Cornelio copulatus fuisset Dionysius* [3]. *Dionysium Alexandrinum esse suspicati sunt nostri* [4], *quia hodie tam clare commemoratur in fastis Coptitarum* [5], *nec alio die in hieronymianis signatur. Si cui hoc probabitur, sane mirabitur nullam esse civitatis mentionem, quae toties in hisce fastis occurrit.*

*15.* IN AFRICA] *Kalendarium Carthaginiense:* XVIII kal. octo. sancti Cypriani episcopi et martyris Carthagine. *Depositio martyrum:* Cypriani Africae. Romae celebratur in Callisti. *Kalendarium lapideum Neapolitanum:*

PASSIO S(*ANCTI*) CIPR(*IANI*) ET EXAL(*TATIO*) S(*AN*)C(*T*)E CRVCIS [6]

*Inscriptus est et in kalendariis Mozarabum* [7]. *Excerpta e sacramentariis dedimus ad n. 1, ubi de S. Cornelio. Acta S. Cypriani, quae proconsularia dicuntur* [8] *aliaque de eius gestis et veneratione hagiographorum scripta* [9] *notissima sunt, neque hoc loco illustranda.*

**in Africa civitate Carthagine natale sancti Cypriani episcopi.**

*24.* IN TUSCIA] *Quae subsequuntur nomina, variis sub indiciis, diebus 21, 22 nov., 22 dec., occurrunt:*

*25, 30: Felicis*
*26, 32: Demetri*
*28, 33: Zetae*
*31: Honori*

*Nov. 21: civitate Astis, al. Austis:*
*Dimetri*
*Honori*

*Nov. 22: in Alexandria:*
*Felicis*
*Zeti*

*Nov. 22: in Ostea:*
*Demetri*
*Honorati*
*Zeti*

*Dec. 22: in Ostea:*
*Dimetri*
*Honori*
*Felicis.*

*Haec parum lucis afferre fatemur, siquidem de hisce martyribus, qui hodie non uni tribuuntur civitati, tam Alexandrina quam Ostiensia nec minus Astigiana et oppidorum Tusciae sileant monumenta.*

*37.* EPARTI] *Quis ille sit Epartius vel Eparcius, multi divinando assequi conati sunt. Horum coniecturas, quibus novas et irritas addere non iuvat, congestas reperies in Actis Sanctorum* [10].

ADDITAMENTA] *Exaltatio sanctae Crucis. Sacramentarium Gelasianum:* XVIII kal. octobres. In exaltatione sanctae Crucis [11]. *Sacramentarium Gregorianum:* eodem die XIIII die mensis septembris exaltatio sanctae Crucis [12]. *Hanc commemorationem martyrologio primum collecto postmodum accessisse ex inspectis codicibus patet* [13]. *Hierosolymis celebrari coepit festum sanctae Crucis, et initium sumpsit diebus dedicationis basilicarum quas Martyrium vocant et Anastase, ut cum Aetheria loquamur. Haec multis enarrat octiduanam encaeniarum celebritatem* [14], *de qua et Theodosius:* per septem dies in Hierusalem ibi ad sepulchrum Domini missas celebratur et ipsa crux ostenditur [15]. *De die Exaltationis* sanctae Crucis *in Occidente, antiquior mentio est in Vita Sergii p. (687-701)* [16].

**Exaltatio sanctae Crucis.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.: Aurelii, Riditionis episcopi, Mediolano translatae sunt reliquiae Hirsaugiam* [17], *ubi deinceps eius festum celebratum est die 14 sept.* [18].

[1] *Roma sott.*, t. II, p. 98. — [2] *Catal. Liberian.*, DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 6. — [3] KIRSCH, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 80. — [4] *Act. SS.*, Sept. t. IV, p. 142. — [5] Hunc reppererunt apud LUDOLF, *Ad historiam aethiopicam commentarius*. p. 391. Cf. ZOTENBERG, *Catalogue des manuscrits éthiopiens de la Bibliothèque Nationale*, p. 155.— [6] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [7] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 478-79.— [8] *BHL.* 2037-2040, 2039b. Cf. DELEHAYE, *Les Passions des martyrs et les genres littéraires*, p. 82-104. — [9] *BHL.* 2041-2046, 2041b. *Acta SS. Cypriani et Iustinae*, *BHL.* 2047-2053. Cf. *Anal. Boll.* t. XXXIX, p. 314-32. — [10] *Act. SS.*, Sept. t. IV, p. 140.— [11] WILSON, p. 198.— [12] WILSON, p. 101., — [13] Eo modo intellecta nunc velim quae minus perspicue dicta sunt ad diem 3 maii, n. 1. — [14] GEYER, *Itineraria Hierosolymitana*, p. 100-101 ; Cf. DUCHESNE, *Origines du culte chrétien* [5], p. 290-91 ; A. BLUDAU, *Die Pilgerreise der Aetheria* (Paderborn, 1927), p. 185-90. — [15] Ibid., p. 149. — [16] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 374. Cf. p. 378, ann. 29. — [17] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 128-42. — [18] Ibid., p. 137.

# XVII KAL. OCT.

I | II

| [a] **In Alexandria**

**natale**

| **sanctorum trium fratrum id est Cyrini**

**Serapionis et Leonti**

| **Croci.**

**et in Ancira Galatiae Seleuci Valeri**

**Cirionis.** |

**et in Thomis civitate natale Stratonis**

| **Valeri**

**Macrobi**

| **et Gordiani episcopi. Nicomedia Marcii Archeon.**

**et in Nuceria Campaniae Constanti** [b]

**Cyrini Croci Valeri Cundiani episcopi. Nicomediae Artei.** |

**in Aquila Paulini episcopi. et Cavillono castro Trenortio sancti Valeriani martyris. Lugduno Galliae beati Appini episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) natł sancti nichomedi (nychomedis M) MKLV. — b) in tullo civīt depōs sc̄i apri coñf et ep̄i B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 2. alexandr̄ B | 7-8. *om.* W | 11. *om.* EW | 12. *om.* W |15. *om.* BW | 16. ancyra W| 17. gallīt E ; galacię B ; *add.* nł scōrum W | 18. seleoci B | 19. faleri E | 23. tomis E | 24-25. *om.* E | 26. stratori W | 28. merobii B ; merobi W | 31. *add.* et in W | 32. *add.* nāt scōrum W | 33. arcii W ; *add.* et W | 37. nocerie B ; noceria W | 38. campān E ; campanię B ; campania W ; *add.* nāt sc̄i W | 39. constantii B | 45. nicom̄ E | 48. anquira BW ; *add.* dep̄ sc̄i W | 49. pauli B | 51. *add.* in territurio W | 52. caulonno E ; cavilōn B ; cavilonēns W | 54-55. *om.* E | 54. trenorcino W ; *add.* nāt W | 58. lugdūn E | 59. *om.* E ; gałł B ; gallea W ; *add.* depōs W | 60. *om.* E | 61. aplini B¹ ; albini B²W.

*Excerpta ex variis.* —Cambr. : In Alexandria nat. Serapionis Leonti et in Ancera Galatiae nat. Seleuci Valeri et Cyrionis et in Thomis Stratonis et Macrobi Romae nat. sancti Nicondimi et in Aucera Campaniae Constansi. — Taml. : Dedicatio basilicae Mariae Cirini episcopi Serapionis Leonti Epacti episcopi Zefani Croci Seleuci Arthei Valerii Cirionis Merobi Stratoris Pauli episcopi Gordiani episcopi Arcioni Paulini episcopi Constantii Ioseph Maglaconi Galitiae Mariae Sincliticae Nicodimi Serapionis Leonti et aliorum IX. — Mon. : In Alexandria natalis sanctorum trium fratrum id est Cirini Serapionis et Leontii Romae Nicomedis martyris Dionisii papae sancti Apri episcopi et Leobini confessoris. — Rich. : In Alexandria Serapionis Leontii Romae Nicomedis et in Nuceria Constantii Gordiani episcopi Lugduno Albini episcopi alibi Valeriani.

## SEPT. 15

*1.* IN ALEXANDRIA] *Ut intricatissimo huius diei laterculo suppetias ferre conemur, tria prae oculis habenda sunt. Primum, breviarii Syriaci memoria ad diem 19 sept. :* Ὦρος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Σερ ιπίων ὁ πρεσβύτερος, *cui respondet in martyrologio ad diem 11 :* Alexandria civitate Siri et Serapionis. *Dein, eiusdem breviarii Syriaci memoria a l diem 15 sept. :* ἐν Γαλατίᾳ Σέλευκος καὶ ἕτεροι πέντε. *Tandem, excerpta Passionis deperditae, in qua praecipua nomina hodie obvia recensentur. Haec autem excerpta plus minus contracta leguntur in synaxariis et menaeis. In his autem tres numerantur turmae :*

*1° Alexandrinorum martyrum trium, qui sunt* Κρονίδης, Λεόντιος, Σεραπίων.

*2° Quattuor martyres Galatae :* Σέλευκος, Οὐαλεριανός, Μακρόβιος, Γορδιανός.

*3° Tres tandem Tomis in Ponto passi :* Ζωτικός, Ἠλεῖ, Λουκιανός. *Nullum ex his memorant hodie fasti nostri. Sed* Οὐαλερι ινός, *qui Galatis annumerabatur, Tomis certamen consummasse asseritur.*

*His accedit* Στράτων, *qui Nicomediae martyr effectus est.*

*Varie variis in codicibus haec nomina componuntur. In codice Sirmondiano dicto, solos habemus*

*mus Tomitanos tres, quibuscum coniunguntur* Μακρόβιος, Γορδιανός, Οὐαλεριανός, *et turma Galatarum* [1].

*In synaxario bibliothecae Ambrosianae (nostro* Cb), *memorantur Alexandrini tres* (Ἱερωνίδης, *loco* Κρονίδης), *Galatae duo:* Σέλευκος, Οὐαλεριανός, *et Bithynus* Στράτων [2].

*Horum ope excerptorum, quae male cohaerent, Passionis martyrum, qui variis et dissitis locis die 15 sept. sanguinem fudisse feruntur, compages vix restituitur. Omittenda tamen non erant, debita cum cautela adhibenda.*

6. TRIUM FRATRUM] *Praeter Leonti et Serapionis, de quo heri in breviario Syriaco, in synaxariis inscripta est memoria* Κρονίδου. *In nostris codicibus desideratur, hac saltem sub specie, eiusque loco habetur Cyrini (n. 9, 40), Cirionis (n. 20), fortassis etiam Croci (n. 13, 41). Nomina autem Cyrini, Serapionis in mentem revocant Siri et Serapionis, qui die 11 septembris, n. 38-43, in Alexandria commemorantur. Quam incerta sit lectio Siri, observatum est ad hunc diem, n. 38. Ad hanc tamen magis accedit Cyrini, quam ideo non esse respuendam censemus, licet Croci* Κρονίδῃ *potius affine sit. Tres fuisse martyres Alexandrinos referunt et excerpta synaxariorum, non tamen fratres. His rite perpensis, nonnihil haesitantes scribimus:*

**in Alexandria natale sanctorum trium fratrum, id est Cyrini, Serapionis et Leontii.**

13. CROCI] *Infra, n. 41. Num pro* Κρονίδου, *ut est in graeco, loco Cyrini? Supra, ad n. 6.*

16. IN ANCIRA] *Cum Seleuco quinque alios Ancyranos affert breviarium Syriacum. In excerptis graecis, non quinque sed tres:* Μακρόβιος, Γορδιανός, Οὐαλεριανός, *eidem sociantur. Cum tamen alio loco Tomitanis annumerentur, de Galatis, praeter unum, silere praestat.*

**in Ancyra Galatiae Seleuci.**

19. VALERI] *Graece* Οὐαλεριανός, *etiam sept. 17, n.13. Qui utrum in Galatia an Tomis coronam adeptus sit neque e synaxariorum elogiis (supra, ad n. 1) neque e martyrologii contextu (n. 19, in Ancyra; n. 42: in Thomis) satis intellegitur. Lege quae annotanda sunt ad n. 23.*

20. CIRIONIS] *N. 9 et 40: Cyrini.*

23. IN THOMIS] *Nitida est lectio qua Stratonis palaestra in hac civitate collocatur. Dissentiunt synaxaria, ubi* Νικομήδεια τῆς Βιθυνίας *indicatur. In hodierno etiam laterculo Nicomedia (n. 32, 45) non deest. Sed a Stratone est dissita, et de ipsa vocabuli scriptione ambigi potest. Etenim dies 15 sept. S. Nicomedi sacra est, quocum civitas paene homonyma facile potuit commutari. Ceterum exigui ponderis hac in re est Passionis graecae auctoritas nec fastorum testimonio aequiparanda. Straton proinde ex albo Tomitano expungendus non est. Nec aliter sentiendum de reliquis, quos cum Thomis civitate martyrologii contextus connectit: Valeri, Macrobi, Gordiani, eo minus quod perendie iidem nuntiantur in Neveduno (sept. 17, n. 12-15), id est in Moesia. Erraverint ergo qui eos in Galatia passos asseruerunt. Unde scribendum videtur:*

**in Tomis civitate natale Stratonis, Valerii, Macrobii et Gordiani.**

*Martyres quos in superioribus recensuimus omnes in unum agmen colligit martyrologium Romanum ad diem 12:* Alexandriae natalis sanctorum martyrum Hieronidis, Leontii, Serapionis, Selesii, Valeriani et Stratonis, qui sub Maximino imperatore ob Christi nominis confessionem in mare sunt demersi. *Ex his tres soli Alexandrini sunt.* Ἱερονίδης *in nonnullis codicibus est pro* Κρονίδης; *Selesius est Seleucus.*

27. VALERI] *N. 19, 42.*

28. MACROBI] *Sept. 17, n. 14: Macrini.*

30. GORDIANI] *Sept. 17, n. 15: Gurdiani, graece,* Γορδιανός; *infra, n. 43: Cundiani. Quem soli codices nostri, et quidem hodie, episcopum nuncupant.*

32. NICOMEDIA] *Infra, n. 45. Si nomen civitatis est, non martyris Nicomedis, de quo mox, incertum remanet cum quo nomine coniungendum sit. Lege notanda ad n. 23, 33.*

33. MARCII] *Deest Marcius in fastis Nicomediensibus. Suspicor scribendum esse: Marciani, ad quem referenda sit vox Archeon, id est* ἐκ τῶν ἀρχαίων, *de antiquis martyribus quorum Passiones collegerat Eusebius. Nam in breviario Syriaco occurrit* ἐκ τῶν ἀρχαίων Μαρκιανός, *die 26 mart.,* ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θράκης. *Ibidem, die 5 iunii et 10 iul.,* Μαρκιανὸς *recolitur* ἐν Τόμει τῇ πόλει. *Haec obiter dicta sint, a sapientioribus expendenda.*

37. IN NUCERIA] *Notare expedit indicium hoc loci non minus quinquies occurrere inter dies 15 et 20 septembris:*

*15 sept.: in Nuceria Campaniae Constanti*
*16 sept.: in Nuceria Prisciani*
*17 sept.: in Nuceria Constantiae, al. Constanti*
*19 sept.: in Nuceria... Felicis et Constantiae*
*20 sept.: in Nuceria Felicis et Constantiae.*

*Iamvero nomen quod cum Nuceria antiquo testimonio coniungi possit unum est Prisciani sive Prisci, ad diem 16 sept. Neque veri dissimile est causam cur Nuceria his diebus totiens recurrat eandem esse quam alias passim comperimus. Quod si ita est, Nuceria apposite nominata fuit die 16 sept., anticipata autem die 15, repetita tandem diebus 17, 19 et 20. Molestam neque opportunam quaestionem movit qui recordatus est Nuceriam olim dictam quoque fuisse Constantiam* [3]. *Cognomen hoc compilatori notum fuisse non constat neque sine probabili quadam ratione dicendum est. Quod autem hic Constantius cum Constantia alternatur, lubitu factum est librariorum qui*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 40. — [2] Ibid., p. 41. — [3] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 244.

*genera*

*genera nominum licenter commutant. Hic praestare videtur lectio* C o n s t a n t i u s. *Nempe celebratus fuit sanctus quidam Constantius in australi parte Italiae. Die 1 sept., in codicibus E, Cambr. et Rich., mentio habetur* i n C a s i n o C o n s t a n t i i. *Aliunde etiam novimus S. Constantii cultum floruisse Beneventi, Massae Lubrensi et Capreae* [1]. *Nuper editi sunt* Sermo de virtute S. Constantii *et* Sermo de transito S. Constantii, *in quibus res memorantur gestae exeunte saeculo X* [2]. *Ex his orationibus neutra satis integre servata est, neque de sancti historia plura nos docent quam hi pauci versiculi capiant:* Sanctissimus pater noster Constantius, dum in orientali plaga fungeretur presulatus officio et aura illius nominis ob insigne claritatis meritum longe lateque sonaret per populum et tam salutiferis quam machademicis esset prefartus charecteribus, in occiduas est propter durissimam destinatus heresim partes [3]. *Sanctus casu quodam in Capream insulam advectus, in morbum incidit, et e vivis excessit. Insulani* eius in honore construentes basilicam, sacrum corpusculum illius condiderunt [4]. *In Caprea insula hodieque cernitur antiqua ecclesia S. Constantii. Ferunt etiam in insula Maiore (Ischia) puellam quandam a S. Constantio muneratam fuisse, quae grato animo* confessori sancto templum in Maiore insula cum parentibus suis construxit [5]. *In extrema oratione furtum reliquiarum narratum est:* Homo quidam habitator civitatis Beneventanae nobilis et dives fuit, qui, cum esset ardentissimus et desiderantissimus de corpore beati Constantii et cogitaret quomodo illum de ipsa insula Caprea raperet [6], *illuc se contulit, sancti tumulum aperuit, sed quid postea egerit memoriae hominum una cum extrema orationis parte ereptum fuit.*

*Ad dies 19 et 20 septembris, coniuncti reperiuntur SS.* F e l i x e t C o n s t a n t i a. *Ab his aliena esse non potest mentio quam die 1 sept. exhibet cod. Rich.:* i n C a s s i n o C o n s t a n t i i e t F e l i c i s s i m i. *Ad dies vero 19 et 20 sept., subiungunt codices alterius recensionis :* qui passi sunt sub Nerone, *e quo additamento conieceris exstitisse quondam horum sanctorum Passionem, hodie deperditam. Sed donec constabit verba illa opportuno loco scripta esse, praestat ab eius modi coniectura temperare. Nobis quidem videtur* C o n s t a n t i a *hic stare pro* C o n s t a n t i o. F e l i x *autem cui sociata est, aliquis esse potest e Felicibus, qui in Italia meridionali passim colebantur et in martyrologio non semel memorantur ad primos dies mensis septembris. Neque silere iubendus sit qui nomen suggerat S. Felicis Nolani* [7].

*Ne quam indagationis partem praetermittamus, notanda est quoque coniectura eorum qui Constantium nostrum significari suspicantur in exemplis aliquot libri Comitis. Nempe haec habet codex 9451 bibliothecae Nationalis Parisiensis:* In nomine summi Dei incipit prologus libri comitum beati Hieronimi presbiteri ad Constantium Constantinopolitanum episcopum. *In codice Vaticano lat. 317, erasa postrema parte inscriptionis, rescriptum fuit:* Constantiae episcopum [8]. *Nec nisi coniecturas coniecturis conserens efficere quis poterit, ut hice Constantius idem videatur qui martyrologio inscriptus est. Donec indicia certiora non aderunt, in hac conclusione sistendum est: unum eundem* C o n s t a n t i u m *nominari die 15 sept. atque diebus 1 et 17;* C o n s t a n t i a m *vero quae diebus 17, 19 et 20 annuntiatur, grammatico tantum nominis genere perperam ab illo distingui.*

*40.* CYRINI] *Supra, n. 9,; n. 20:* C i r i o n i s.

*41.* CROCI] *Supra, n. 13.*

*42.* VALERI] *Supra, n. 27.*

*43.* CUNDIANI] *Melius* G o r d i a n i; *supra, n. 30.*

*45.* NICOMEDIAE] *Supra, n. 32.*

*46.* ARTEI] *Supra, n. 34:* A r c h e o n.

*48.* AQUILA] *Al.* A n q u i r a. *Aquileia an Ancyra (supra, n. 16), quis diudicabit ? Fuit quidem* P a u l i n u s *seu* P a u l u s *aliquis episcopus Aquileiensis, medio saec. VI, qui tamen nunquam inter sanctos computatus est* [9]. *Fuit et Παῦλος μητροπολίτης τῆς Ἀγκυρανῶν μητροπόλεως* [10]. *Sed vixit ille saec. VII, neque ipse ecclesiae suae fastis inscriptus est. Die 17 sept., n. 34, legitur* d e p o s i t i o s a n c t i P a u l i n i e p i s c o p i, *ex hodierno laterculo.*

*52.* CAVILLONO] *A Gregorio Turonensi laudatur* beatus athleta V a l e r i a n u s, qui apud Castrum Trinorciensium, quadragesimo a Cavillonensi urbe miliario, consummato certamine tumulatus est [11], *eiusque Passio exstat, quae Actis sinceris accensenda non est* [12]. *Trenorchium (Tournus, dép. Saône-et-Loire) viginti non quadraginta milibus distat ab urbe Cavillono (Chalon)* [13]. *Monasterium quod basilicae S. Valeriani adiacebat, saec. IX sancti Philiberti nomen accepit* [14].

**Cavillono castro Trenortio sancti Valeriani martyris.**

*58.* LUGDUNO] *Episcopi Lugdunensis, qui inter Iustum et Martinum sedit, in codicibus nostris* A p p i n i, A p l i n i, A l b i n i, *nomen est* A l p i n i *in catalogis episcoporum* [15]. *De eius gestis pauca admodum tradita sunt* [16].

**Lugduno Galliae Alpini episcopi.**

[1] *Act.SS.*, Maii t. III, p. 374-75 ; M. DI MARTINO FUSCO, *S. Costanzo vescovo patrono di Capri*, Catania, 1926, 12 pp. — [2] HOFMEISTER, in *Münchener Museum*, t. IV (1924), p. 259-71 ; *M.G.*, Script., t. XXX, p. 1017-1022. — [3] *Sermo de transito*, 1, ibid., p. 1019. — [4] *Sermo de transito*, 3, ibid., p. 1019. — [5] *Sermo de transito*, 7, ibid., p. 1020. — [6] *Sermo de transito*, 10, ibid., p. 1022. — [7] *Les origines du culte des martyrs*, p. 350. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 244. — [8] G. MORIN, *Constantius évêque de Constantinople et les origines du Comes Romain*, in *Revue bénédictine*, 1898, p. 241-46. — [9] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 892. — [10] *Vita S. Theodori Siceotae*, *BHG*[2]. 1748, c. 58, 79. — [11] *In gloria martyrum*, LIII. — [12] *BHL*. 8488, 8489. — [13] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI^e siècle*, p. 218-19. — [14] P. POUPARDIN, *Monuments de l'histoire des abbayes de Saint-Philibert* (Paris, 1905), p. XXXVII-XL. — [15] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], pp. 157-160, 162. — [16] *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 44.

*ADDITAMENTA*]

ADDITAMENTA] *N i c h o m e d i. In codicibus plenioribus KLMVC et in omnibus contractis, hodie memoratur S. N i c o m e d e s, martyr Romae. In ceteris non omitti, sed latitare sub vocabulo N i c o m e d i a e (n. 32, 45), nostra coniectura est. Age vero haec sunt de eius veneratione testimonia. Sacramentarium Gregorianum :* XVII kalendas octobres id est XV die mensis septembris natale sancti Nicomedis [1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* XVII kalendas octobres natale sancti Nicomedis [2]. *Epitome de Locis sanctorum :* Iuxta viam Nomentanam est S. Nicomedes [3]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Quinta porta Nomentana. Ibi S. Nicomedes presbyter et martyr. *Topographia Einsiedlensis :* in via Nomentana foris murum in sinistra S. Agnes, in dextra S. Nicomedis [4]. *Liber pontificalis :* Bonifatius (*619-625*) ... Hic perfecit cymiterium sancti Nicomedis et dedicavit eum [5]. Hadrianus (*772-795*) ... ecclesiam beati Nicomedis sitam foris porta Numentana... noviter restauravit [6]. *Ecclesiae S. Nicomedis, cuius rudera anno 1864 reperta sunt* [7], *dedicatio celebrabatur die 1 iun., quo et libris nostris inscripta est. Passio S. Nicomedis presbyteri narratur in ficticiis illis SS. Nerei et Achillei Actis, hisque absolvitur :* Clericus vero eiusdem presbyteri, nomine et opere Iustus, collegit corpus eius et posuit in biroto suo et duxit ad horticellum suum iuxta muros via Nomentana et illic sepelivit illud [8]. *Haec et seorsum edita sunt cum hac clausula :* qui passus est pro Christo XVII kal. oct. [9], *vel etiam ista :* illic sepelivit illum in pace die kalendis iunii [10], *qua ut patet, non depositio martyris sed dedicatio basilicae commemoratur. Ut scite advertit De Rossi* [11], *suburbana S. Nicomedis ecclesia plane alia est ab urbano titulo Nicomedis, cuius presbyteri Sebastianus et Genesius subscripserunt concilio Romano anni 499* [12].

**Romae Nicomedis martyris.**

*i n T u l l o. Episcopi Tullensis (Toul) A p r i Acta non antiqua edita sunt* [13].

**in Tullo civitate depositio sancti Apri confessoris et episcopi.**

[1] WILSON, p. 101. — [2] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 183. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [4] Ibid., p. 179. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 321. — [6] DUCHESNE, t. c., p. 511. — [7] DE ROSSI, *Bullettino*, 1865, p. 49-51. — [8] *BHL.* 6062, n. 17. — [9] *BHL.* 6237. — [10] *BHL.* 6238.— [11] *Bullettino*, 1865, p. 50. — [12] *M. G.*, Auct. antiq., t. XII, p. 412-13. Cf. J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 57-58. — [13] *BHL.* 616, 617. Cf. *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 55-79 ; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 62-63.

---

# XVI KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **Romae papae Felicis Victoris Alexandri Emerentiae et Eufemia** | **Calcedonia Eufemiae virginis. Romae Victoris Felicis Alexandri papae. et in via Nomentana ad Caprea in cimiterio maiore sancti Emerentianitis** |

**Papias Felicis Victoris Sperati Novati Corinti Secundae Donatae Bessiae Generosae Lovati item Secundae. et in Nuceria Prisciani. Romae passio sanctae Caeciliae. et alibi Salvi et Tyrsi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in hilariaco monasterio translatio corporis sc̄i naboris et dedicāt ecclesie ipsius B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm E | 2. pāp E | 9. calchidonia W ; *add.* natł sc̄ae W | 11. *add.* et marť W | 12. rōm W ; *add.* nāt W | 16. papię W | 20. nōmtana B ; numenta W | 22. capria W | 25. *add.* nāt W | 26. *om.* W | 27. emerentianetis nāt scōr W ; *add.* et apria via nom̄tana in eadem urbe rome natał. et passio sc̄ae cecilie virginis et alibi natał sc̄oř B | 28-30. *om.* E¹ ; *add.* nitis papias felicis victoris E² | 28. pafies BW | 29. felices B | 29-30. *om.* W | 32. navati B ; naviti W | 33. corinthi BW | 34. secunde B | 35-37. *om.* W | 35. donate B | 36. besiae E ; bissie B | 38. et lopati B ; lupati W | 39-41. *om.* W | 43. nucēr E ; noceria BW | 44. prisizani E | 45. rōm EBW | 46-47. *om.* E | 45-48. *cancell. in* B | 48. cecilię W ; *add.* virḡ W | 49-50. *om.* W | 51. salti W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Pappae Felicis Victoris Alaxandri via Tiburtina nat. Sanctae et Eufemiae virginum. — TAML. : Felicis bis Alexandri Zefani Viatoris Spepati Lolati Prisciani Tussi Iohannis Salvi Iohannis Prisizati Papiae Secundae Mariae Donatae Bessiae Generosae Ciciliae Romulae Gallae Emerentianae Merentianae Eufemiae. — MON. : Romae sanctorum Luciae et Geminiani. — RICH. : Rome Luciae Eufemiae virginis et Geminiani Papiae Felicis Victoris Alexandri Emerentiani Caeciliae et Emerentianidis.

# SEPT. 16

*1.* ROMAE] *Itinerarium Salisburgense* (*via Nomentana*)*:* Et postea vadis ad orientem quousque pervenies ad S. Emerentianam martyrem quae pausat in ecclesia sursum et duo martyres in spelunca deorsum Victor et Alexander. *Epitome de Locis sanctorum:* Basilica S. Agnes... propeque ibi soror eius Emerentiana ; in alia tamen basilica dormit. Ibi quoque in singulari ecclesia Constantia Constantini filia requiescit ; sanctusque Alexander, S. Felicis, S. Papia, S. Victor et alii multi ibi dormiunt [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Iuxta viam S. Agnetis et ecclesia et corpus, in altera ecclesia S. Emerentiana et martyres Alexander, Felix, Papias [2]. *Hodie fit communis quaedam commemoratio martyrum qui in coemeterio Maiore, via Nomentana, quiescebant. Locus distinctius notatur* a d C a p r e a m [3]. *Lapis repertus est in quo ea memoria inscripta est:*

XVI KAL OCTOB MARTVRORO I *n c i m i*
TERV MAIORE VICTORIS FELI *c i s*
EMERANTIANETIS ET ALEXAN *d r i* [4]

*Deest in titulo* P a p i a s, *qui in codicibus perperam scribitur:* p a p a e (*n. 2, 16*)*; sed et emendate a correctore additum est, n. 28. In Actis S. Marcelli narratur martyrium SS. Papiae et Mauri,* quorum corpora collegit noctu Ioannes presbyter, et sepelivit in via Numentana, sub die quarto kalendarum februariarum ad Nymphas beati Petri, ubi baptizabat [5]. *Papiam et Maurum agnovit Rossius in SS. Papro et Mauroleone, quibus hic titulus positus est* [6] *:*

SANCTIS MARTYRIBVS PAPRO ET
MAVROLEONI DOMNIS VOTVM
REDD(*IDERUNT*) CAMASIVS QVI
ET ASCLEPIVS ET VICTORIN(*A*)
NAT(*ALE*) H(*ABENT*) DIE XIII KAL OCTOB...

*Natalem diem legendum* XVI KAL. OCTOB., *coniectura est viri doctissimi* [7], *quae cum Actis Marcelli modo allatis non componitur. Cum non constet lapidem in coemeterio Maiore positum fuisse — repertus enim est prope thermas Diocletianas — Paprum et Mauroleonem ignotos esse martyres crediderim, neutrius vero memoriam hodie celebrari.* E m e r e n t i a e *seu* E m e r a n t i a n e t i s *festum agitur die 23 ian. De* V i c t o r e *breviter dictum est ad diem 20 april., quo hodierni laterculi pars migravit.*

**Romae via Nomentana ad Capream in cimiterio maiore Victoris, Felicis, Alexandri, Papiae, Emerentianetis.**

*2.* PAPAE] *Infra, n. 16; n. 28:* P a p i a s.
*4.* VICTORIS] *Cf. april. 20, ad n. 27.*
*6.* EMERENTIAE] *Infra, n. 27:* E m e r e n t i a n i t i s.
*8.* EUFEMIA] *Sacramentarium Leonianum:* XVI kal. oct. in natale sanctae Eufymiae [8]. *Sacramentarium Gregorianum:* XVI kalendas octobres id est XVI die mensis septembris natale sanctae Eufemiae [9]. *In sacramentario Gelasiano, tum 13 aprilis, tum 16 septembris, saltem in codice Sangallensi,* natale sanctae Eufemiae *signatur* [10]. *Kalendarium Carthaginiense:* XVI kal. oct. sanctae Eufimiae. *Tabulae lapideae Neapolitanae:*

NAT(*ALE*) S(*AN*)C(*T*)E EVEIMIE [11]

*Kalendaria mozarabica:* Sancte Eufimie virginis et comitum [12]. *Synaxaria Graecorum:* *Ἄθλησις τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας* [13]. *Alteram agunt die 11 iulii S. Euphemiae commemorationem, quae potius est concilii Chalcedonensis* [14], *quod in sanctae martyris basilica congregatum est: ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας* [15] *— ἐν τῇ Χαλκηδονέων μητροπόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας* [16]. *Huius basilicae ἔκφρασιν habemus ab Asterio Amaseno conscriptam* [17], *aliamque ab Evagrio scolastico Historiae ecclesiasticae insertam* [18]. *S.Euphemiae cultus late propagatus fuit* [19]. *De basilica Romae eius nomini dicata haec Liber pontificalis, in Vita Sergii* (*687-701*)*:* Hic basilicam sanctae Eufemiae, quae per multa tempora fuerat distecta, cooperuit et renovavit [20]. *De Actis S.Euphemiae, quae procul dubio repudianda sunt, non iuvat disserere* [21]. *Praestat, excerptum afferre e fastis consularibus quos Vindobonenses nuncupant:* Diocletiano VII et Maximiano V [303]. His cons. ecclesiae demolite sunt et libri dominici combusti sunt et passa est sancte Eufemia XVI kl. octobris [22]. *Prior martyrologii recensio solum martyris nomen exprimit. Melius altera, n. 9, 10:*

**Calcedonia Eufemiae virginis.**

*16.* PAPAE] *Supra, n. 2.*
*26.* SANCTI] *Lege:* s a n c t a e.

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [2] Ibid., p. 179. — [3] DE ROSSI, *Del luogo appellato* a d C a p r e a m *presso la via Nomentana dall' età arcaica ai primi secoli cristiani*, in *Bullettino comunale*, 1883, p. 244-58. — [4] DE ROSSI, t. c., p. 247, tav. XX. — [5] *BHL.* 5234, c. 9. — [6] MARUCCHI, *Monumenti cristiani del museo Pio-Lateranense*, tav. XLIV, 7. — [7] DE ROSSI, *Bullettino*, 1877, p. 10 ; *Bullettino comunale*, t. c., p. 248-49. — [8] FELTOE, p. 105. — [9] WILSON, p. 102.— [10] WILSON, pp. 170, 339, 356 ; MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, pp. 106, 184.— [11] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338.— [12] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 478-79. — [13] *Synax. Eccl. CP.*, p. 47.— [14] Ibid., p. 811.— [15] MANSI, *Concilia*, t. VII, p. 97. — [16] Ibid., p. 108.— [17] *BHG*$^2$. 623. Cf. J. STRZYGOWSKI, *Orient oder Rom* (Leipzig, 1901), p. 118. — [18] *Hist. eccl.*, II, 3. Cf. J. PARGOIRE, *L'église Sainte-Euphémie et Rufinianes à Chalcédoine*, in *Échos d'Orient*, t. XIV (1911), p. 107-110. — [19] *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 260-63. — [20] DUCHESNE, t. I, p. 375. Multa de hac et de ecclesiis suburbanis passim ibidem. Cf. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 249. — [21] *BHG*$^2$. 619, 620 ; *BHL.* 2708-2714. — [22] *M. G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 290.

*28.* PAPIAS] *Cum* *F e l i c i s,* *V i c t o r i s* *iterat quae initio laterculi scripta sunt, n. 2-4. Sunt hi martyres Romani. Felicem tamen et Victorem duplici munere fungi et ad turmam martyrum Scillitanorum, quae hodie commemoratur, aliqua ratione pertinere non negaverim.*

*31.* SPERATI] *Martyrum Scillitanorum antesignanus est* *S p e r a t u s,* *a die 17 iul. ad 16 sept., id est a* XVI kal. aug. *ad* XVI kal. oct., *errore adductus, non solus, sed cum sociis paene omnibus, dummodo attente legantur nomina quaedam a librariis luxata. De singulis inferius sermo erit. Deest omnino* *A q u i l i n i* *(iul. 17, n. 3). Desiderantur quoque* *V e t u r i,* *F e l i c i s* *(iul. 17, n. 20, 29). Sed hos primum adfuisse, deinde expunctos esse, quia iam bis nuntiari credebantur, (n. 3, 4, n. 29, 30 :* *F e l i c i s,* *V i c t o r i s) verisimile est.*

*32.* NOVATI] *Al.* *N a v a t i.* *Iul. 17, n. 19,* *N a z a r i, id est* *N a r t z a l i.*

*33.* CORINTI] *Iul. 17, n. 5:* *Q u i n d i n i s, al.* *C h i n d i n i, id est Cittini.*

*34.* SECUNDAE] *Iul. 17, n. 22; infra, n. 40.*

*35.* DONATAE] *Iul. 17, n. 23.*

*36.* BESSIAE] *Iul. 17, n. 24.*

*37.* GENEROSAE] *Iul. 17, n. 11.*

*38.* LOVATI] *Al.* *L u p a t i.* *Iul. 17, n. 30:* *C u t a t a e, mire corruptum ex* *L a e t a n t i.*

*40.* SECUNDAE] *Supra, n. 34.*

*43.* IN NUCERIA] *Notatum est a die 15 sept. ad 20 fere cottidie* *N u c e r i a e* *mentionem esse in laterculis. Hodie memoria agitur* *P r i s c i a n i, quod derivativum est* *P r i s c i; hic autem Nucerinus episcopus fuit, teste Paulino Nolano:*

Forte sacrata dies illuxerat illa beati
natalem Prisci referens, quem et Nola celebrat,
quamvis ille alia Nucerinus episcopus urbe
sederit [1].

*De Prisco illo, qui etiam Capuae et Romae in honore erat, diximus ad diem 1 sept., n. 12. Recurret die 12 oct.,* *i n* *C a m p a n i a* *P r i s c i a n i. Hodie scribendum est:*

**in Nuceria <Campaniae> Prisciani.**

*45.* ROMAE] *Praecipuam* *S.* *C a e c i l i a e* *celebritatem die 22 nov. agi nemo ignorat. Ad hunc diem reicere praestat quicquid ad varias eiusdem commemorationes pertinet, et eorum sententiam examini subicere qui S. Caeciliam hodie passam existimant, die vero 22 nov. memorari ob basilicae Transtiberinae dedicationem* [2].

**Romae passio sanctae Caeciliae.**

*51.* SALVI] *S a l v i i* *martyris Afri memoria recolitur die 11 ian., n. 26. Sitne ille an homonymus, nullo discernitur indicio.*

*53.* TYRSI] *De* *T y r s o* *martyre apud Graecos celeberrimo, tum alias tum ad diem 16 aug., n. 15, disquisitio facta est. Eundem hodie commemorari non inverisimile est, minime certum.*

ADDITAMENTA] *I n* *H i l a r i a c o* *m o n a s t e r i o. De translationibus reliquiarum et dedicatione basilicae, quae prima manu in codice Bernensi inscriptae sunt, iam breviter dictum est ad diem 5 iul., in additamentis.*

EXCERPTA] *Cod. Taml. :* *V i a t o r i s* = *Victoris, n. 4.*

*S p e p a t i* = *Sperati, n. 31.*

*L o l a t i* = *Lovati, n. 38, id est Laetanti.*

*R o m u l a e* = *Romae, n. 45.*

[1] *Carm.* XIX, v. 515-18. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 153-54.

# XV KAL. OCT.

I | II

**Britannia Socratis Stefani et in Nuceria natale Constantiae et Sanctiae.**

**in Neveduno Valeriani Macrini Gurdiani.**

| **et in Noceria Constanti et Sanctini** [a]

**Calcedonia Bithiniae**

| **in Britannia Socratis Stephani**

**Eufemiae Saleosi seu Posto depositio sancti Paulini episcopi Macrobi Gaudiani Ysici** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) et depōs sc̄i landeberti (lanteberti B²) ep̄i B. — b) mār. in leodico villa passio sc̄i landiberti mār W ; in gallia vico qui dicitur leodiis passio beati landeberti episcopi et martyris C ; leodico nat. sancti landeberti episcopi et martyris MKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. brittañ E | 6. nucēr E | 11. *om.* E | 12. niveduno B ; *add.* nt̄ W | 14. magrini W ; *add.* et BW | 15. gordiani B | 18. *add.* ntł scōrum W | 20. *om.* W | 22. calcedō E ; calcedonię B ; caldoniae W | 23. *om.* E ; bittinię BW | 24-27. *om.* W ; *add.* natł scōrum W | 29. *om.* B | 30-31. stoporei E ; sui portio W | 32-33. *om.* E | 34. pauli W | 36. macropi B | 37. gadiani W | 38. husici E ; isici W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Britannis Socratis et Stephani et in Noceria nat. Constantiae et Sanctiae et depositio sancti Paulini episcopi et decollatio sancti Landeberti episcopi. — Taml. : Valeriani Gordiani Magrini Constantii Sanctini Paulini Maronii Gaudiani Dordiani Laurentii Isici episcopi Calcidoni Socratis Zefani Paliosi Petri Mauricii Eufemiae virginis passio Constantiae Mariae Trinsille. — Mon. : Eodem die sancti Landiberti episcopi et martyris Romae Agapiti papae.— Rich. : In Nuceria Constantiae in Neviduno Valeriani Macrini et Gordiani et in Gallia territorio Aspaniense Landeperti episcopi et martyris.

## SEPT. 17

*1.* BRITANNIA] *Hoc loci indicium liquido falsum est; neque enim ullus sanctus nomine Socrates in Britannia fuit, neque in hodierno laterculo alterum nomen comparet quod cum Britannia coniungi possit. Rediturus est Socrates, die octobris 17, in promiscuo martyrum agmine, et quamvis longule distet ab indicio: in Mauretania, interrogare tamen licet num fortasse Mauretanicus Socrates ille fuerit. Responsio tamen cautissima sit oportet, nam neque in Mauretania S. Socrates notus fuit. Documenta vero hagiographica in quibus martyr Socrates memoratur, non modo fide carent, sed fabulas narrant intricatissimas, sicut luculenter ostendit V. De Buck* [1]. *Primo loco veniunt Acta S. Theodori Pergensis* [2], *quae contractius referuntur in synaxariis ad diem 21 sept.* [3]. *In his narratiunculis una cum S. Theodoro morte plectuntur milites duo Socrates et Dionysius. In Actis vero Theodotae, quorum epitomas duas, alteram die 19 aprilis, alteram 23 octobris exhibent synaxaria* [4], *Socrates presbyter est, qui, ob eversas idolorum aras, Ancyrae martyr factus est. Nuper vero vir doctus, cum loci indicia inter se pugnantia videret, hinc Britanniam et Mauretaniam, inde Ancyram, sibi persuasit Britanniae nomine significari Abrettaniam. Nempe* Ἀβρεττανή *pars fuit Mysiae, cuius praecipua civitas erat Ancyra,* Ἄγκυρα Σιδηρᾶ [5]. *Acute profecto coniectatum. Sed Abrettaniam illam pauci noverunt, et hagiographi prorsus nulli. Legitur S. Socratis nomen in titulo qui anno 488 alicubi in Asia Minore, ut videtur, positus fuit, in quo memoratur aquaeductus Zenonopoli a Firmiliano civitatis episcopo erectus :*

> *Φιρμινιανὸς ὁ εὐλαβέστατος ἡμῶν ἐπίσκοπος ταύτης τῆς λαμπρᾶς Ζηνωνοπολιτῶν πόλεως ἐπεσκεύασεν ἐξ ὁλοκλήρου τὸ ὅλον ὑδραγώγιον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σωκράτους μετὰ ὑπατίαν Φλαυΐου Λογγίνου τοῦ λαμπροτάτου ἰνδικτιῶνος ια΄ ...* [6]

*Sed ex urbibus quae Zenonis nomine appellatae sunt, ecqua sibi hunc titulum et S. Socratis clientelam vindicare potest? Nobis quidem, si corrigendum esset nomen Britannia, tutior coniectura videretur legere: in Bithynia.*

*3.* STEFANI] *Infra, n. 27. Ignotus. Beda, Florus, Ado, Usuardus eosque secutum martyrologium Romanum, codicum litteram nihil mutatam*

[1] *Act. SS.*, Oct. t. X, p. 10. — [2] *BHG*². 1747. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 65-66. — [4] Ibid., pp. 157-58, 613-15. — [5] D. Serruys, in *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 442-43. — [6] *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 316.

*rettulerunt:* In Britannia sanctorum martyrum Socratis et Stephani.

*6.* IN NUCERIA] *Quis videatur esse* C o n s t a n t i u s *ille, a quo distinguenda non est codicis Epternacensis* C o n s t a n t i a, *diximus ad diem 15 sept., n. 39. Hic etiam rursus legendum:*

**in Nuceria Constantii.**

*10.* SANCTIAE] *Nisi librarius stilo vel oculo peccasset, denuo scripsisset* C o n s t a n t i a e, *sicut infra, n. 21,* S a n c t i n i *monstrum fecit e* C o n s t a n t i n i, *quod inter varias lectiones codicum comperitur.*

*12.* IN NEVEDUNO] *Tria quae subsequuntur nomina, die 15 sept., sub indicio loci:* i n T o m i s *recensita sunt.* M a c r i n i *loco rescribe:* M a c r o b i, *cuius genuinam formam habes infra, n. 36.* V a l e r i a n i *ad graecum* Οὐαλεριανός *facilius reducitur quam* V a l e r i, *quod fert laterculus diei 15. Primo aspectu totum elogium huc translatum videtur e die 15 sept. Sed obstat nomen urbis, cum illic Tomi annuntientur, hic vero civitas alia, Moesiaca tamen et ipsa. Fieri potuit ut trium martyrum festum agi solitum sit Tomis quidem die 15, Niveduni vero diebus aliquot interpositis.*

**in Niveduno Valeriani, Macrobii, Gordiani.**

*E codicibus nostris hoc elogium per Florum Lugdunensem, Adonem et Usuardum hac forma in martyrologium Romanum pervenit:* Novioduni sanctorum martyrum Valeriani, Macrini et Gordiani.

*19.* CONSTANTI] *Superius, n. 8:* C o n s t a n t i a e.

*21.* SANCTINI] *E* C o n s t a n t i n i *depravatum. Cf. supra, n. 10.*

*22.* CALCEDONIA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Χαλκεδόνῃ Σελεύκου τοῦ Αἰγυπτίου (S a l c o A g e f t a i â). *Duo nomina hodierni laterculi ad Chalcedoniam referri possunt:* S e l e u c u s, *prava sub lectione* S a l e o s i *(n. 29), et* E u f e m i a, *quae interpolatio est ad diem sept. 16, n. 8, remandanda.*

**Calcedonia Bithiniae Seleuci.**

*28.* EUFEMIAE] *Sept. 16, n. 8.*

*29.* SALEOSI] *Mendum est. Lege:* S e l e u c i, *supra, n. 22.*

*31.* SEU POSTO] *Al.* S t o p o r e i. *Lectiones depravatae et desperatae.*

*34.* PAULINI] *Sept. 15, n. 49.*

*36.* MACROBI] *Supra, n. 14:* M a c r i n i, *non recte.*

*37.* GAUDIANI] *Supra, n. 15:* G u r d i a n i.

*38.* YSICI] *Loco* V a l e r i a n i, *qui cum martyribus Nevedunensibus Macrobio et Gordiano primum nuntiatus est (n. 13-15), habetur nunc nomen* Y s i c i, *quod etiam in Moesia celebre est, quippe quod* i n D o r o s t o l o *recolatur 15 iun., n. 6, 17 iun., n. 18.*

ADDITAMENTA] L a n d e b e r t i, *cuius Acta habemus* [1], *varie in codicibus natalis inscriptus est. Pro ceteris sit lectio codicis B:*

**Depositio sancti Landeberti episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* M a g r i n i, M a r o n i i = M a c r i n i, *n. 14, id est Macrobi, n. 36.*

D o r d i a n i = *Gaudiani, n. 37, id est Gordiani.*

P a l i o s i = *Saleosi, n. 29, id est Seleuci.*

*Cod. Mon.:* A g a p i t i p a p a e. *Defunctus est Constantinopoli* X kl. mai. Cuius corpus in loculum plumbeum translatum usque in basilicam beati Petri apostoli, ubi et sepultus est XII kl. octob. [2]. *A librario male lectum est:* XV kl. octob.

[1] *BHL.* 4677-4688. — [2] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis,* t. I, p. 288.

# XIV KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **In Antiochia natale sancti Trophimi.** | **et in Nicomedia sanctorum Ociani** |
| **in Mediolano depositio Eutropi episcopi** | |

**Syxti Medethei.**

| **Mediolano Eustorgi episcopi et**

**Saturi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1-2. calcedō E | 2. alexandr̄ B ; alex̄d W | 3-4. *om.* E | 5. trofimi BW | 6. *om.* B | 8. nicōm E ; nicomēd BW ; *add.* nāt W | 9. *om.* E | 12. mediōl E | 16. xisti W | 17. medetii B ; *add.* in W | 18. *add.* dēp sc̄i W | 19. eutropi B | 22. satyri BW ; *hic inserit* E *totum diem sequentem in quo var. lect. quaerendae sunt.*

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Calcidonia nat. Trofimi et in Nicomedia nat. Iociani et in Mediolano depositio Etropi episcopi. — TAML. : Trofimi Ociani Sisti Eustorgi episcopi Saturi bis Dimetri Pallei Nibi Heli Primadi Pauli Castoris Niceti Ianuarii Angi Iuliani Paterni et al orum CL Felicis Eutropii Medeti et aliorum DXIII. — MON. : In Alexandria natalis sancti Trofimi Ociani Ianuarii mart. — RICH. : In Calcedonia Trofimi Inicomedia Otiani Xysti Medecii Mediolanio Eutropi episcopi et Saturi.

## SEPT. 18

*1.* IN ANTIOCHIA] *Edita est Passio* τῶν ἁγίων Τροφίμου, Σαββατίου καὶ Δορυμέδοντος [1], *paucis contracta in synaxariis ad diem 19 sept.* [2]. *Dorymedon in martyrologio recolitur die 20, n. 7; Sabbatius, ni fallor, 29 april., n. 15. Hodie Trophimus signatur in Antiochia, postridie vero, n. 23: in Sinnada, et hic quidem recte. Ex Passione enim efficitur Sabbatium, non Trophimum, Antiochiae Pisidiae mortem obiisse, Synnada autem Trophimi et Dorymedontis palaestram fuisse. Pro Antiochia, quae est lectio posterioris recensionis, in priore habetur in Calcedonia. Neutra lectio rei veritati respondet. Calcedonia patria est S. Euphemiae, a die 17 sept., n. 22, huc delata.*

*8.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Νικομηδείᾳ Ὠκιανός. *Die 4 sept., Graeci in synaxariis memoriam agunt* τῶν ἁγίων μαρτύρων Ὠκεανοῦ, Κεντυρίωνος, Θεοδώρου, Ἀμμιανοῦ καὶ Ἰουλιανοῦ [3]. *Locum passionis reticet eorum elogium non tamen patriam; erant quippe* ἐκ χωρίου λεγομένου Κανδαύλης. *Huius agminis ducem eum esse qui hodie in Nicomedia nuntiatur, suadet parum usitatum Oceani nomen. Sociorum quorumlibet nullum vestigium.*

**in Nicomedia Oceani.**

*12.* IN MEDIOLANO] *Si codices E, B sequemur, recolenda erit depositio Eutropii episcopi. Sed nullum Eutropium in cathedra Mediolanensi sedisse constat. Repetenda est lectionis sanatio e codicibus W et Taml., qui recte scribunt Eustorgi, praeclari huius ecclesiae antistitis, cuius laus est apud S. Ambrosium:* Absit ut tradam haereditatem patrum, hoc est haereditatem Dionysii, qui in exilio in causa fidei defunctus est, haereditatem Eustorgii confessoris, haereditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium episcoporum [4]. *Inscriptus est kalendario Mediolanensi saec. XI:* Depositio sancti Eustorgii episcopi [5]. *Vita S. Eustorgii saeculis post eius obitum non paucis conscripta fuit* [6], *et quidem, ut nonnullorum sententia est, a Landulpho, qui saeculo XI floruit* [7]. *Elogio S. Eustorgii in Libro notitiae sanctorum Mediolani* [8] *carmen epigraphicum, nunc deperditum, praefixum est ex apographo corruptissimo, cuius initium:*

VIRTVTVM SIGNIS POLLENS EVSTORGIVS [ALMVS
DIGNA LAVDE PIIS EN CELEBRANDVS [ADEST

*Alia eiusdem tituli exempla sunt apud Alciatum et Fontanam* [9], *quorum varietates recensere huius loci non est.*

*16.* SYXTI] *Nudum nomen.*

*17.* MEDETHEI] *Al. Medetii. Lectio corrupta nullam patiens sanationem. Biforme videtur vocabulum e capite vocis MEDiolano et cauda nescio qua. Floro Lugdunensi placuit Medetheum istum Methodium Tyrum esse, cuius proinde ad hunc diem attulit excerptum ex Hieronymi de Viris illustribus* c. LXXXIII [10]. *Huic*

[1] *BHG*². 1853, 1854. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 57. — [3] Ibid., p. 16. — [4] *Contra Auxentium*, n. 18, *P.L.*, t. XVI, p. 1012. — [5] MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 192. — [6] *BHL.* 2776. Cf. *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 773-76. — [7] SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, pp. 108-114, 718-20. — [8] Ed. MAGISTRETTI et MONNERET DE VILLARD, p. 117. — [9] *C.I.L.* V, p. 621, n. 9; cf. p. 618; SAVIO, t. c., p. 109. — [10] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 311, 381.

*commemorationi*

*commemorationi minime favent libri graeci. Florum secutus est Ado, Adonem Usuardus, Usuardum martyrologium Romanum.*

*22.* SATURI] *De die emortuali S.* *Satyri, Ambrosii episcopi fratris, nihil satis certi traditum est. In kalendario Mediolanensi saec. XI, ad diem 17 sept. ita inscriptus est:* Depositio sancti Satiri episcopi [1], *quamquam omnes probe nosse debebant Satyrum nunquam fuisse episcopum. Obiisse creditur anno 377* [2]. *S. Ambrosius fratris exuvias posuit prope martyrem, et epitaphium scripsit in haec verba:*

VRANIO SATYRO SVPREMVM FRATRIS HONOREM
MARTYRIS AD LAEVAM DETVLIT AMBROSIVS
HAEC MERITI MERCES VT SACRI SANGVINIS VMOR
FINITIMAS PENETRANS ADLVAT EXVVIAS [3]

*Dungalus, in libro adversus Claudium Taurinensem (c. ann. 848) Satyri epitaphium descripsit cui haec verba praemisit:* Ambrosius suum fratrem Satyrum, quem nimium dilexerat, iuxta sanctum martyrem Victorem sepelivit. De quo tres libros edidit egregios, ... cuius epitaphium hoc dictavit tetrasticho [4]. *Pervulgati sunt libri S. Ambrosii de excessu fratris* [5]. *Ad huius historiam illustrandam nihil prorsus confert Vita sequioribus annis conscripta* [6], *saec. XI forsitan a Landulfo* [7]. *Anno 1862 facta est recognitio corporum SS. Victoris et Satyri* [8]. *Scribendum ergo videtur:*

**<item Mediolani> Saturi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* *Ιociani* = *Oceani, n. 10.*

*Cod. Taml.:* *Dimetri et qui sequuntur, sept. 19, n. 3.*

[1] MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, p. 192. — [2] SAVIO, *L'anno della morte di S. Satiro e luogo della sua sepoltura*, t. c., p. 890-920. — [3] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 162. — [4] *P.L.*, t. CV, p. 527. — [5] *BHL.* 7509.— [6] *BHL.* 7510. — [7] SAVIO, t. c., p. 738-40. — [8] BIRAGHI, *Ricognizione dei corpi dei santi Vittore e Saturo*, Milano, 1861.

---

# XIII KAL. OCT.

I | II

**In Alexandria Demetri Pallei Nili Parimadi Heli Castoris Saturi Niceti episcopi. et Neapoli sanctorum Ianuari et Angi. et in Sinnada Frigiae natale Trophi. in Galliis civitate Vienna Ferrioli martyris et dedicatio basilicae ipsius et translatio multorum sanctorum corporum cum caput sancti Iuliani martyris de Brivate sub altare positum. in Treveris civitate Militi episcopi. et alibi Georgi episcopi Pii diaconi Quapili Nili Paterni Musci et aliorum CL. in Galliis vico Vellano in territorio Beturicae civitatis sancti Mariani. in Nuceria Heremitis**

| **et alibi Beati episcopi. in territurio Lingonicae civitatis monasterio Segestro depositio sancti Sigonis presbyteri et confessoris**

**item Felicis et Constantiae**

| **qui passi sunt sub Nerone**

**Privatae et Eufemiae Singoni presbyteri.**

*Addunt codices pleniores:* a) in alēx demetri castoris et aniceti et in camp̄ neapoli ianuari E.

*Var. lect. codd.* (I) E (*cf.* XIV kal.); (II) BW. — 2. alāx E; alexānd B; alex̄d W; *add.* nāt scōrum W | 3. dimetri W | 4. palei BW | 5. nibi E | 5-6. nilipari madi W | 7. helii BW | 12. in W | 13. niapolim W; *add.* n̄l W | 14. *om.* E | 15. ianuarii BW | 17. aniceti B; ancii W | 19. *om.* E | 20. sidana B[1]; sindanda B[2]; sinada W | 21. frīg E; frigie B | 22. *add.* scōrum W | 22-23. aletropi E; trophy W; *add.* et W | 25. gāl E; gałł BW | 27. vigenne B; *add.* nāt sc̄i W | 28. fereoli B; ferioli W; *add.* epī et B | 29. *om.* W | 30. *om.* E | 31-35. *om.* B | 31-49 *om.* E | 40. capud W | 44. *om.* W | 47. altario W | 48. *add.* et W | 50. trevēr E | 50-51. civīt treveris W; *add.* dēp W | 55. *add.* nāt scōrum W | 56. trogi BW | 60. quapilei BW | 61. mili E; ni W | 63. muscii BW | 64-65. cū aliis B; cum aliis W | 66. centum quinquaginta B | 67. *om.* E | 69-71. *om.* W | 70. villauno B | 72. ter E; trīturio B; terreturio W | 73. beturice B; betorio W | 74. *om.* E; *add.* vico vellauno nał W | 75. *om.* E | 78. nucēr E; nocerie B; noceria W | 79. heremie B; hermę W | 86. lingonice W | 88. monasse B | 89-95. *om.* B | 96. *om.* W | 105. private B[1]; privati B[2] W | 106. *om.* W | 108. siggoni B; sigonę W | 109. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Alexandria nat. Demetri Castoris et Aniceti et in Campania Neapuli Ianuarii et Vienna sancti Feaioli. — TAML.: Ianuarii martiris Dimetri Castoris Aniceti Diapoli Palei Nilii Pari Madieli Saturi Trofi Ferili Militi Iorgii episcopi. — MON.: Romae Theodori papae.— RICH.: In Alexandria Demetrii Castoris et in Neapoli Ianuarii Saturnini Niceti episcopi et in Vienna sancti Ferioli martyris alibi Mileti episcopi.

## SEPT. 19

*1.* IN ALEXANDRIA] *Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κάστωρ καὶ ἕτεροι μάρτυρες ἕνδεκα. *In synaxariis nuntiatur* μνήμη τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κάστορος καὶ τῆς ἁγίας Θεοδώρας [1], *sine loco. Adducendum ergo est nomen* *C a s t o r i s*, *n. 8, nec removendum videtur* *D e m e t r i*, *quod non semel in catalogis Alexandrinis occurrit* [2]. *Ceteri omnes huc non pertinent.*

**in Alexandria Demetrii, Castoris.**

*4.* PALLEI] *Eusebii de Martyribus Palaestinae, XIII, 3 :* Πηλεὺς ἦν καὶ Νεῖλος ἐπίσκοποι Αἰγυπτίων καὶ πρεσβύτερος ἄλλος, καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ τοῖς πᾶσι διὰ τὴν περὶ πάντας σπουδὴν γνωριμώτατος Πατερμούθιος. *In prolixiore eiusdem libri recensione, quattuor recensentur nomina et socii centum quinquaginta* [3]. *Item in synaxariis, quae ex hoc fonte hauserunt :* ἄθλησις τῶν ἁγίων Πηλέως, Νείλου, Πατερμουθίου, Ἠλία καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς πεντήκοντα [4]. *In syriaco martyres illi passi dicuntur die 9 mensis Elul, errore sane pro 19, in quo conveniunt cum Graecorum fasti tum hi nostri. In his tamen nomina martyrum, librariorum vitio intacta non remanserunt.*

Πηλεύς = *P a l l e i, n. 4; Q u a p i l i, al. Q u a p i l e i, n. 60.*
Νεῖλος = *N i l i, n. 5, 61.*
Πατερμούθιος = *P a r i m a d i, n. 6; P a t e r n i M u s c i, n. 62, 63.*
Ἠλίας = *H e l i, n. 7.*

*Horum emendatio in promptu est. Socii CL, infra, n. 65, 66.*

**<in Palaestina> Pelei, Nili, Patermuthii, Heliae cum aliis centum quinquaginta.**

*6.* PARIMADI] *Lege* *P a t e r m u t h i i*, *supra, ad n. 4.*
*8.* CASTORIS] *Supra, ad n. 1.*
*9.* SATURI] *Sept. 18, n. 22.*
*10.* NICETI] *De huius episcopi sede anquirendum non est, nisi voluerimus tempus et oleum perdere. Quod palam fiet cum hoc nomine conferentibus n. 17 :* *A n g i*, *cuius varietates sunt* *A n c i i*, *A n i c e t i*. *Haec levem postulant emendationem, legendaque sunt :* *A n i c i i*, *quae sedes episcopalis est* *G e o r g i i*, *infra, n. 56.*
*13.* NEAPOLI] *Quamquam* *s a n c t o r u m* *vocabulum* *I a n u a r i o* *praemittitur et sociorum nomina exspectantur, nullus eorum quos cum eo passos ex Gestis novimus* [5] *in hunc laterculum receptus est. De commemorationis die non est disceptatio, nec dubium quin in kalendario Carthaginiensi scriptum fuerit* <XIII> kal. oct. sancti Ianuarii martyris, *quo et in synaxariis Graecorum elogio celebratur* [6], *et in kalendario lapideo Neapolitano signatus est* [7] *:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) IANVARII

*Antiqua non desunt et haec indubia in S. Ianuarium venerationis monumenta. In epistula de S. Paulini Nolani obitu († 431), Uranius presbyter morientis praesulis haec verba refert :* Ego nunc fratres meos Ianuarium atque Martinum dico qui modo mecum locuti sunt et continuo ad me venturos se esse dixerunt. *Additque :* E quibus Ianuarius episcopus simul et martyr Neapolitanae urbis illustrat ecclesiam [8]. *In cryptis Neapolitanis quas Sancti Ianuarii catacumbas dicunt, inscriptio est, quae saeculo V posita iudicatur :*

SANCTO MARTYRI IANVARIO

*cum pictura in qua cernitur Ianuarius passis manibus ad orantis modum, nimbo ornatus, medius inter duo candelabra* [9]. *Afferre quoque iuvat subscriptionem codicis Excerptorum Eugippii, qui iussu Reducis, episcopi Neapolitani, anno 581 exaratus est. Quae his verbis absolvitur :* Testes sitis etiam vos per confessionem meritoque beati Ianuarii martyris, ut sub nullo argumento, nulla alienatione, nulla commutatione de archibo ecclesiae vel iure aliquo modo discedat, ne cum praedicto pontifice Reduce in divino iudicio causas reddere videamini [10].

**Neapoli sancti Ianuarii.**

*17.* ANGI ] *Al.* *A n i c e t i*, *A n c i i*. *Lege :* *A n i c i i*, *supra, ad n. 10.*
*20.* IN SINNADA] *Martyris* *T r o p h i m i* *nomen truncatum hodie refertur ; integrum heri, n. 5, ubi praemonuimus eum reapse Synnadae, non Antiochiae passum esse, ut constat ex Gestis* [11] *et breviario Syriaco, quod die 20 sept.* *D o r y m e d o n t e m* *martyrii socium nuntiat.*

**in Sinnada Phrygiae natale Trophimi.**

*25.* IN GALLIIS] *Notissimum est de veneratione S.* *F e r r e o l i* *Venantii Fortunati testimonium :*

Privatum Gabalus, Iulianum Arvernus abun-
[dans
Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit [12].

*Et in carmine de reliquiis in ecclesia Namnetica depositis :*

Altera Ferreoli pars est, qui vulnere ferri
munere martyrii gemma superba nitet [13].

*Acta eius exstant exigui pretii* [14]. *Ad eius elogium, quale in martyrologio refertur, commentarii loco*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 57. — [2] *Les martyrs d'Égypte*, p. 64. — [3] B. VIOLET, *Die palästinischen Märtyrer des Eusebius von Cäsarea*, p. 105-107. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 60. — [5] *BHL.* 4115-4119. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 59. — [7] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [8] *BHL.* 6558. — [9] *C.I.L.* X. 1526 ; GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, tav. CII, 2. — [10] P. KNOELL, *Eugippii excerpta ex operibus S. Augustini*, p. XXVI. — [11] *BHG*[2]. 1853,1854. — [12] *Carm.* VIII, 3, 161-62. — [13] *Carm.* III, 7, 55-56. — [14] *BHL.* 2911, 2912.

*legendus*

*legendus est Gregorius Turonensis, qui in basilica Viennensi versiculos hos vidit, quorum sibi sensum aperiri petiit ab aedituo :*

HEROAS CHRISTI GEMINOS HAEC CONTINET [AVLA
IVLIANVM CAPITE CORPORE FERREOLVM

*Quando in novam basilicam sancti martyris corpus transferre voluit Mamertus episcopus, tria sepulcra reperta sunt,* nec quisquam erat certus quisnam esset beati martyris tumulus. *Porro vulgo ferebatur* caput Iuliani confessoris in sepulchro reteneri martyris Ferreoli. *Oratione facta, episcopus* procedit ad tumulos, detectosque duos, singulos in his quiescentes invenit viros. Cumque aperuisset et tertium invenit in eo virum iacentem inlaeso corpore, integro vestimento, qui, deciso capite, caput amplexus aliud brachio retenebat [1]. *Addit Gregorius verba Sidonii Apollinaris, quae ex ipsa huius epistula Mamerto data referimus :* et quia tibi soli concessa est post avorum memoriam vel confessorem Ambrosium, duorum martyrum repertorem, in partibus orbis occidui martyris Ferreoli solida translatio adiecto nostri capite Iuliani... non iniurium est, quod pro compensatione deposcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii [2]. *De translatione m u l t o r u m s a n c t o r u m c o r p o r u m nullum in his vestigium est. Die 9 oct., n. 37-41, meminit martyrologium* in Vigenna civitate multorum martyrum, *de quibus nihil in monumentis traditum est. S. Ferreoli basilica Mamertina destructa est* [3].

**in Galliis civitate Vienna Ferreoli martyris et dedicatio basilicae ipsius et translatio multorum sanctorum corporum cum capite sancti Iuliani martyris de Brivate sub altare posito.**

*50.* TREVERIS] *In serie episcoporum Treverensium M i l e t u s collocatur inter Volusianum et Modestum* [4], *sed eius gesta penitus ignorantur.*

**in Treveris civitate Militi episcopi.**

*56.* GEORGI] *Ut S. G e o r g i i, Aniciensis episcopi, elogium qualecumque componamus, frusta per laterculum dispersa colligamus oportet. A n i c i u m, quod est in territorio Vellavorum* [5], *abditum diximus in n. 10 : N i c e t i, et n. 17 : A n g i. Sed et V e l l a v u m vix agnoscitur, cum ponatur I n t e r r i t o r i o B i t u r i c a e c i v i t a t i s, et coaluerit cum Evauno, qui locus est S. Mariani (n. 70). Scribunt enim codices : V e l l a u n o (cod. W), V i l l a u n o (cod. B), V e l l a n o (cod. E). Legamus ergo : V e l l a v o t e r r i t o r i o, qua dictione usus est Gregorius Turonensis* [6]. *Georgii Aniciensis Vita exstat fabulis foedata* [7].

**Anicii in Vellavo <territorio> Georgii episcopi.**

*58.* PII] *Solo nomine notus diaconus iste.*

*60.* QUAPILI] *Supra, n. 4 : P a l l e i, id est Πηλεύς.*

*61.* NILI] *Supra, n. 5.*

*62.* PATERNI] *Agglutinandum vocabulo M u s c i, n. 63, unde P a t e r n i m u s c i, Πατερμούθιος, supra, ad n. 4.*

*65.* ALIORUM CL] *Martyres Palaestinenses, supra, ad n. 4.*

*68.* IN GALLIIS] *Gregorius Turonensis elogium texuit M a r i a n i eremitae, cuius corpus allatum refert* ad vicum Evaunensem [8], *nunc Evaux* [9] *(dép. de la Creuse, arrond. d'Aubusson). Erravit qui M a r i a n u m iam die 19 aug., n. 37, iisdem paene verbis nuntiavit. Erravit quoque librarius qui scripsit : v i c o V e l l a n o, al. V e l l a u n o. Prae oculis certe habebat vocabula : V e l l a v o t e r r i t o r i o, ubi eodem in laterculo Georgii Aniciensis sedes collocabatur (n. 56). Binis ex nominibus V e l l a v o, E v a u n o unum factum est V e l l a u n o; lectio genuina utraque evanuit. Vellavum Georgio restituimus : E v a u n u m Mariano restituamus, cum hac voce h e r e m i t i s (n. 79), quae eius propria est.*

**in Galliis vico Evauno in territorio Beturicae civitatis sancti Mariani eremitae.**

*78.* IN NUCERIA] *De sanctis Nuceriae cultis (infra, n. 97-99) disseruimus ad diem 15 sept., n. 39. C o n s t a n t i i loco C o n s t a n t i a e legendum est.*

*79.* HEREMITIS ] *Lege : e r e m i t a e, supra, ad n. 68.*

*82.* BEATI] *Cuius sedis episcopus fuerit B e a t u s, incertum.*

*92.* SIGONIS] *Infra, n. 108 : S i n g o n i. Sequanus vocatur a Gregorio Turonensi* [10] *et in eius Vita* [11]. *Monasterium S e g e s t r u m seu Segustrum* [12] *dictum est* abbatia sanctae Mariae et sancti Sequani in pago Magno-montensi, eo in loco qui Sicaster antiquitus nominatus est. *Ita in instrumento anni 887* [13] *; nunc Saint-Seine-l'Abbaye (dép. de la Côte d'Or, arr. Dijon).*

**in territorio Lingonicae civitatis monasterio Segestro depositio sancti Sigonis presbyteri et confessoris.**

*99.* CONSTANTIAE] *Lege : C o n s t a n t i i, supra, ad n. 78.*

*104.* SUB NERONE] *Ad Felicem et Constantium (supra, ad n. 78) haec videntur referri, nullius sane momenti.*

*105.* PRIVATAE] *Supra, n. 45 : B r i v a t e, Brioude (dép. Haute-Loire).*

*107.* EUFEMIAE] *Sept. 16, n. 8.*

[1] *De virtutibus S. Iuliani*, c. 2. — [2] *Epist.* VII, 1. — [3] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VIe siècle*, p. 424-25 ; ALLMER et DE TERREBASSE, *Inscriptions de Vienne*, t. V, p. 99-108. — [4] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 37. — [5] LONGNON, t. c., p. 533. — [6] *Hist. Franc.*, IV, 46. — [7] *BHL.* 3360, 3361. — [8] *In gloria confessorum*, LXXX. — [9] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VIe siècle*, p. 466. — [10] *In gloria confessorum*, LXXXVI. — [11] *BHL.* 7585. — [12] HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. II, p. 1459. — [13] *Gallia christiana*, t. IV, Instr., p. 134. Cf. LONGNON, t. c., p. 214-15.

*108.*

*108.* SINGONI] *Supra, n. 92: S i g o n i s.* EXCERPTA] *Cod. Taml.: D i a p o l i = Neapoli, n. 13. P a r i M a d i e l i = Parimadi, n. 6, immo Patermuthii. F e r i l i = Ferrioli, n. 28. Cod. Mon.: T h e o d o r i p a p a e. Non hodie, sed die 14 maii sepultus est Theodorus* [1].

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 333.

---

# XII KAL. OCT.

I | II

**In Sinnada civitate Frigiae natale sanctorum Doromae Dionisii**

| **et Dorothei Privati Constantiae Felicis.**

**et in Nuceria**

**Felicis Privati Constantiae item** |

**Felicis et Constantiae** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) et vigł mathei apostoli B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. *om.* BW | 2. syria E ; sinada W | 3. *om.* E | 4. frīg E ; *om.* BW | 5. *om.* B | 6. *om.* E | 7. dormidoni W | 8. dionisi EB | 8-9. *om.* W | 10-13. dorothę privati felicis constantię W | 12. constantie B | 16. nucēr E ; noceria BW ; *add.* īt B | 22. *om.* W | 23. *add.* qui passi sunt sub nerone W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Siria Frigiae nat. Doromae et Dionisi et in Vecerea Felicisi. — TAML. : Daromae Constantiae Privatae Privati Felicis Dionisii Iohannis Celsi. — MON. : Romae Ianuarii martyris. — RICH. : In Syria Doromi Dionisii et Dorothei Privati Constantini Felicis Rome Ianuarii alibi Constantiae.

## SEPT. 20

*1.* IN SINNADA] *Breviarium Syriacum: ἐν Συνάδοις ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Δορυμέδων. De passione sanctorum Τροφίμου, Σαββατίου καὶ Δορυμέδοντος paucis dictum est ad diem 18, n. 5, et 19, n. 23, ubi S. Trophimus solus recolitur. Dorymedontis nomen male scriptum est hodie D o r o m a e, et iterum peius, n. 10: D o r o t h e i. Pro sociis passionis ei adiunctus est D i o n i s i u s, qui et martyr est Synnadensis, alio tamen die cultus, quippe qui in breviario Syriaco cum aliis comitibus inscriptus sit die 30 iul., in martyrologio nostro die 31 iul., n. 1-8. Huius proinde nomen interpolatum existimamus, et soli Dorymedonti suum hic locum esse.*

**in Sinnada civitate Frigiae natale sancti Doromedontis.**

*8.* DIONISII] *Martyr Synnadensis, de quo iul. 31, n. 8, ut modo notatum est.*

*10.* DOROTHEI] *Supra, n. 7: D o r o m a e, id est Dorymedontis.*

*11.* PRIVATI] *Infra, n. 18; sept. 19, n. 105: P r i v a t a e, lege: B r i v a t e, vicus in Gallia. Martyrologium Romanum :* in Phrygia sanctorum martyrum Dionysii et Privati. *Haec ab Usuardo mutuatus est Baronius, neque perspexit Privatum non martyrem, sed ne hominem quidem esse.*

*12.* CONSTANTIAE] *Infra, n. 19, 23. Legendum C o n s t a n t i i. Cum F e l i c i s, sept. 19, n. 97-99, in N u c e r i a, ut n. 16.*

*13.* FELICIS] *Infra, n. 17, 21. Lege modo dicta ad n. 12.*

*16.* IN NUCERIA] *Adducantur n. 11-13 (17-19), 21-23, et legatur :*

**in Nuceria Felicis et Constantii**

*de qua memoria dictum est ad diem 15 sept., n. 37.*

*18.* PRIVATI] *Supra, n. 11.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: V e c e r e a = Nuceria, n. 16.*

---

# XI KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **In Mediolano Victoris.** | |
| **et in Persida Mathei apostoli et sancti Lucae evangelistae.** | **et in Persida civitate Tarrium natale sancti Mathei apostoli et evangelistae. et Pirali civitate natale sancti Lucae evangelistae [a].** |

*Addunt codices pleniores :* a) mediolano nat. sancti victoris martyris corbeia monasterio dedicatio basilicae donni (dōnni C²) albini et marcellini episcoporum C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. *om.* E | 2. mediōl E ; mediolān B ; *add.* nāt sči W | 3. *add.* mār W | 15. psida W | 20. matthei W | 25. piralicę W | 30. evangelistae B¹ ; ////// B² ; *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Mediolano nat. Victuris et in Persida nat. Mathei evangelistae de passione eius. — TAML. : Mattei apostoli et evangelistae et Lucae evangelistae Edoni Victoris Sedrac episcopi Eufemiae et aliorum XXVI martirum Iohannis Iuliani Zefani Petri Cirici Mammetis Clementis. — MON. : Et Mediolani natalis sancti Victoris martyris Romae Pamphili martyris. — RICH. : Mediolanio Victoris martyris et in Persida civitate Tarrium natale sancti Mathei apostoli et evangelistae alibi Lucae evangelistae. — GELLON. : Roma Pampili martyris.

## SEPT. 21

1. IN MEDIOLANO] *Praecipuae S. Victoris martyris Mediolanensis festivitates incidunt in 8 maii (n. 2) et 15 maii (n. 33). Quaenam sit hodiernae commemorationis ratio frustra quaesivimus, tum in liturgicis libris tum in ceteris ecclesiae Mediolanensis monumentis. Quaesierat et sedulus harum rerum indagator F. Savio, nec sibi rem successisse fassus est* [1]. *Non tamen expungenda est nitida codicum enuntiatio :*

**in Mediolano Victoris.**

7. MATHEI] *In codice E contracta est S. Matthaei memoria, plenior in libris alterius recensionis. Codex Cambr., qui die 6 maii scripserat : in civitate Tarreum Mathei, hodie suppresso civitatis nomine, addit de passione eius. Ad diem 6 maii, n. 1, antiquorum quorundam scripta attulimus, qui S. Matthaeum in Perside evangelium praedicasse asseverarunt. Ita et Notitia de locis sanctorum apostolorum* [2], *et Breviarium apostolorum* [3]. *In libello de festis apostolorum passus essse fertur in Aethiopia* [4], *quam ad praedicandum sortitum esse Matthaeum asserit Rufinus, Eusebio silente* [5]. *Civitatem Tarrium non in Perside, cum nostris codicibus, reponit libellus de festis, sed in Aethiopia. Si viri eruditissimi A. von Gutschmid opinionem sequemur, urbs illa nobis erit Ταρσύανα, in Caramania, de qua Ptolemaeus, VI, 8. 13* [6]. *Diem venerationis non aliam norunt libelli de Apostolis, quotquot habemus, praeter XI kal. oct. Non abs re erit iterum monuisse Matthaeum interpolatum esse in laterculo 1 maii, n. 47, et eodem pacto in diem 7 oct. irrepsisse ; die 21 maii, n. 37, non Matthaeum sed Timotheum nuntiari ; de ratione autem mentionis diei 6 maii, n. 5, minime constare. Apud Graecos S. Matthaei cultus viget die 16 novembris* [7].

**in Persida civitate Tarrium natale sancti Mathei apostoli et evangelistae.**

11. LUCAE] *Commemoratio S. Lucae agitur die 18 oct. Quod et hodie recolitur, nulla paret causa praeter libidinem interpolatoris, qui per modum glossae Matthaeo alterum evangelistam consociare voluit. De Pirali civitate, qui in posteriore martyrologii recensione locus ei assignatur, mox dicendum erit.*

25. PIRALI] *Al. Piralicae, Peralice (L,V). Locum in toto orbe terrarum se non repperisse conquesti sunt viri eruditissimi, quibus in mentem non venit civitatem a librariis conditam esse. Ita censeo rem fuisse perpetratam. Ad oram libri iterata est, ut saepius fit, et compendio scripta vox Per(sid)a, quae deinde in laterculum temere inducta, nomini Lucae adhaesit. Vocabulum inde enatum variis modis emendare librarii conati sunt in hunc modum :*

*Peralucae*
*Peralice*
*Piralici*
*Pirali ci[vitate]*

*Haec sapientiorum iudicio commissa sunto.*

ADDITAMENTA] *Dedicatio basilicae. Huius dedicationis mentio est et in Corbeiensi breviore* [8]. *Inter beneficia quae abbas Corbeiensis pleno iure conferebat, in urbe Corbeiensi recensetur*

[1] *Gli antichi vescovi d'Italia,* Milano, p. 824. — [2] Supra, p. 2. — [3] Supra, p. 4. — [4] Supra, p. 3. — [5] *Hist. eccl.,* III, 1. — [6] *Kleine Schriften,* t. II, p. 377. — [7] *Synax. Eccl. CP.,* p. 227. — [8] *Act. SS.,* Iun. t. VII, p. 36.

*tur a B. Cocquelin* « *parrochialis ecclesia S. Albini alias S. Marcellini ... omnium antiquissima* [1] ».

**Corbeia monasterio dedicatio basilicae domni Albini et Marcellini episcoporum.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Edoni = Mediolani, n. 2.*

*Cod. Mon.: Romae Pamphili martyris. Ita et in martyrologio Gellonensi. Mirabatur Sollerius sanctis diei 21 sept. ab Usuardo adiunctum fuisse Pamphilum,* « *cuius antiquiorum aut aequalium* », *ita ille,* « *nullus mentionem faciat* [2]. » *Neque Suyskenium fugit, quod ipse ultro fatetur, Usuardum non auctorem fuisse Pamphilum in fastis inscribendi, si verum est Gellonense martyrologium ineunte saeculo IX esse conscriptum* [3]. *Atqui scriptum hoc fuisse saec. VIII nunc iudicant periti* [4]. *Non quidem in Depositione martyrum nec in sacramentariis, nec etiam in Libro pontificali memoratur Pamphilus, sed in itinerariis. Itinerarium Salisburgense (via Salaria Vetere):* eadem via pervenies ad S. Pampulum martyrem XXIIII gradibus sub terra. *Epitome de Locis sanctorum:* iuxta viam (eandem) in cryptis sub terra LXXX gradibus S. Pamphilus et S. Candidus sanctusque Cyrinus cum multis martyribus iacet [5]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* in altero loco prope requiescunt sancti martyres Pamphilus et Quirinus LXX gradibus in imo terrae. *Topographia Einsiedlensis:* In via Pinciana extra civitatem... in dextera S. Pamphili, S. Ioannis caput [6]. *In Notitia nataliciorum sanctorum in ecclesia S. Silvestri requiescentium nomen Pamfili ad diem 21 sept. signatum est* [7]. *Nuper repertum est et diligenter pervestigatum coemeterium Pamphili* [8].

[1] *Historiae regalis abbatiae compendium*, in *Mémoires de la Société des antiquaires de Picardie*, t. VIII (1846), p. 484. — [2] *Martyrologium Usuardi*, p. 548. — [3] *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 236. — [4] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xxx]. — [5] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [6] Ibid., p. 177. — [7] MAI, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, p. 57. — [8] E. JOSI, *Il cimitero di Panfilo*, in *Rivista di archeologia cristiana*, t. I, p. 15-119; t. III, p. 51-211.

# X KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **Romae via Salaria vetere in cimiterio eiusdem natale Basillae** | |
| **et sancti Maurici cum sex milibus DCLXVI in Agaunis et aliorum Candidi Exuperi** | **et Galliis civitate Sidunis sive Octodero Valensi loco Agauno natale sanctorum Mauricii Exsuperii Candedi** |
| **Victoris Innocentii Vitalis** | |
| | **cum sociis eorum VI milibus VI centi sexaginta sex martyres** [a]. |
| **in Galliis civitate Autisiodero adventus et exceptio corporis sancti Germani episcopi et confessoris ab Italia.** | |

*Addunt codices pleniores :* a) beturico vico noncupante libroso sc̄i silvani et silvestri B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm E ; rome B | 2-8. *om.* E | 3. salutaria W | 5-8. *om.* B | 8. *add.* scōrum W | 9. basilae E ; basille B | 26. sedunis W | 27. seve B[1] | 27-28. sevoctodero W | 29. valense W | 30. locum W | 31. agaunum W | 33. *add.* id est W | 35. exuperi | 38. innocenti EBW | 42. suis W | 45-48. D. LXXV W | 50-52. *om.* E | 50-53. in autisiodero civīt gallea W | 51. gall B | 53. autisiodōr E ; autesiodero B[1] ; autisiodero B[2] | 54-58. *om.* E | 61-64. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Basillae et in alio loco Maurici Exoperi Candidi Victoris et aliorum VI milia DC. LX. VI in sanctos Sacavenis. — TAML. : Mauricii martiris Expueri Candidi Victoris Innocentii Vitalis cum omnibus sociis eorum id est VI m DCLXVI in Sacina civitate super fluvium Rodanum Pantaleonis martiris et Hermologi presbiteri Herinipi .i. in Necomedia Ipocrati cum suis Basillae Mariae Transillae Sidonis Zefani Velensi Pauli Geurgii Martini Erasmi et aliorum martirum V m DCCCCLXXXI. — MON. : (... Mauricii...) cum sociis suis VI milium DCLXVI eodem die depositio sancti Hemmerammi episcopi et martyris. — RICH. : Romae Basillae et in Gallia civitate Sindus loco Agauno natale sanctorum Mauricii Exuperii Candidi Victoris cum aliis sex milibus sexcentis sexaginta sex martyribus sociis eorum alibi sancti Silvani.

## SEPT. 22

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum:* Basilla Salaria vetere Diocletiano IX et Maximiano VIII consul. [*304*]. *Index coemeteriorum Notitiae regionum Urbis:* Coemeterium Basillae ad S. Hermen via Salaria. *Itinerarium Salisburgense:* Deinde vadis ad australem via Salaria donec venies ad S. Ermetem, ibi primum pausat (in) bas(ilica Bas)ilissa virgo et martyr. *Epitome de Locis sanctorum:* Et inde in Occidentem tendentibus apparet basilica S. Ermes ubi ipse martyr iacet. Ibi sunt S. Crispus et S. Herculanus et S. Maximilianus et S. Basilessa [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Ibi iuxta viam S. Hermes requiescit et S. Vasella. *Topographia Einsiedlensis:* in via Pinciana extra civitatem in (sinistra) S. Basilisse [2]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas:* Sca Basilla [3]. *Liber pontificalis: Hadrianus* (*772-795*) basilicas cymiterii sanctorum martyrum Hermetis, Proti, Iacinthi atque Basilissae mirae magnitudinis innovavit [4]. *S. Basillae, seu, ut aliis placet, B a s s i l l a e* [5], *gesta Actis S. Eugeniae* [6], *quae fabulis scatent, implexa sunt. Passa est, ut ex nota temporis modo allata constat, anno 304. Iis enim assentiendum non est qui cum Rossio contendunt eius reliquias, quae dudum in coemeterio iacebant, in locum tutiorem tunc translatas esse* [7]. *De hac namque translatione nullum in monumentis vestigium est, neque constat de causis gravissimis quibus solis urgentibus mortuorum corpora hac aetate loco moveri solebant. Coemeterium in quo sepulta fuit, nunc S. Hermetis nunc Basillae nuncupatum est, non tamen ab ea primum conditum est* [8]. *Duas fuisse eiusdem nominis matronas, martyrem alteram, alteram quae coemeterium in suo praedio constituerit, Fideli Savio* [9] *non facile concedam. De commemorationibus S. Basillae quae praeter hodiernam in his fastis inscriptae sunt, dictum est ad dies 23 ian., 20 maii, 11 iun.*

**Romae via Salaria vetere in cimiterio eiusdem natale Basillae.**

*12.* MAURICI] *In Passione martyrum Acaunensium quam conscripsit Eucherius Lugdunensis* [10], *praeter Mauricium soli E x s u p e r i u s, C a n d i d u s et V i c t o r nomine designantur, et nulla mentio est I n n o c e n t i i neque V i t a l i s (n. 38, 39). In codicibus aliquot de Innocentii inventione et translatione additamentum habetur:* Neque enim omittendum est quod per longum temporis tractum beati Innocentii martyris membra Rhodanus revelavit *cet.* [11]. *De numero martyrum ita Eucherius:* Erat eodem tempore in exercitu legio militum, qui Thebaei appellabantur. Legio autem vocabatur, quae tunc sex millia ac sexcentos viros in armis habebat [12]. *Exempla sunt ubi martyres s e x a g i n t a s e x e nostris codicibus, ut videtur, adiuncti sunt. Plenior est lectio posterioris recensionis.*

**(in) Galliis civitate Sidunis sive Octoduro Valensi loco Agauno natale sanctorum Mauricii, Exsuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis cum sociis eorum sex millibus sexcentis sexaginta sex martyribus.**

*18.* IN AGAUNIS] *Infra, n. 30-31: l o c o A g a u n o. Antiquior scriptio est A c a u n u s* [13]. *Eucherius:* Acaunus sexaginta ferme milibus a Genavensi urbe abest, quattuordecim vero milibus distat a capite Limanni lacus [14]. *Nunc est Saint-Maurice-en-Valais (Suisse), ubi martyrum basilica est.*

*26.* SIDUNIS] *S e d u n u m, nunc Sion (canton du Valais) germanice Sitten, saec. VI Octoduro successit* [15].

*28.* OCTODERO] *O c t o d u r u s, prope Martigny-Bourg-en-Valais, Martinach* [16].

*38.* INNOCENTII] *De eius inventione dictum est ad n. 12. Historiam venerationis eius nostri persequuntur in Actis Sanctorum* [17].

*39.* VITALIS] *In solis fastis mentio eius est. De cultu eius et reliquiis etiam nostri tractationem habuerunt* [18].

*51.* IN GALLIIS] *Ter in martyrologio inscriptus est S. G e r m a n u s Autissiodorensis. De ratione singularum commemorationum dictum est ad 31 iul., n. 13, qui est dies obitus Ravennae.*

**in Galliis civitate Autisiodoro adventus et exceptio corporis sancti Germani episcopi et confessoris ab Italia.**

ADDITAMENTA] *S i l v a n i et S i l v e s t r i, qui coluntur in v i c o L i b r o s o, nunc Levroux (dép. de l'Indre), Acta exstant fabulosa* [19]. *Quae de nominibus deque eorum cultu praeter ea quae in Actis nostris collecta sunt* [20] *consideranda erunt, alio loco expendimus* [21].

**Beturico vico nuncupato Libroso sancti Silvani et Silvestri.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: S a c a v e n i s = Agaunis, n. 18.*

*Cod. Taml.: S a c i n a, lectio corruptissima eiusdem vocis: Agaunis, n. 18.*

*P a n t a l e o n i s. Colitur a Graecis die 27 iul. In codicibus nostris memoratur 28 iul., n. 11, 23 april., n. 49, oct. 2, n. 20.*

*H e r m o l o g i. Lege Hermolai, de quo in Actis S. Pantaleonis* [22].

*I p o c r a t i. Non sancti nomen sed Hippocra-*

[1] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [2] Ibid., p. 177. — [3] Ibid., p. 176. — [4] Duchesne, t. I, p. 509. — [5] F. Savio, in *Nuovo bullettino*, 1912, p. 11-23. — [6] *BHL.* 2666-2668. — [7] *Roma sott.*, t. II, p. 211-17. Dissentit quoque P. Franchi de' Cavalieri, in *Studi e Testi*, pp. xxvii, 123-125. — [8] Franchi, t. c., p. 125. — [9] *Nuovo bullettino*, t. c., p. 22. — [10] *BHL.* 5737. — [11] *M.G.*, Script. rer. merov., t. III, p. 40. — [12] *BHL.* 5737, c. 3. — [13] Holder, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. I, p. 13-14. — [14] *BHL.* 5737, c. 5. — [15] Holder, op. c., t. II, p. 1436-37. — [16] Ibid., p. 831. — [17] *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 905-907. — [18] Ibid., p. 907. — [19] *BHL.* 7722-7723. — [20] *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 404. — [21] *Anal. Boll.*, t. XV, p. 330-31; t. XXV, p. 162. — [22] *BHG* [2]. 1414, c. 3.

*tis*

*tis medici, cuius meminit rhetor qui S. Pantaleonis Gesta conscripsit* [1].

*Sidonis = Sidunis, n. 26.*

*Cod. Mon.: Hemmerammi, episcopi martyris in Baiovaria, Acta edita sunt* [2].

*Cod. Rich.: Sindus = Sidunis, n. 26.*

[1] *BHG*². 1414, c. 4. — [2] *BHL*. 2538-2542.

---

# IX KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **In Oriente** | **In Seleucia** |

**natale sanctae Teclae [a]. in Alexandria natale sancti Marci evangelistae. Romae depositio Liberi episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) et in miseno sossi E.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 5-6. *om.* E | 5. *om.* B | 7. tecle BW ; *add.* mar B ; *add.* que aroma igne deposita evasit et id eo multum nāl habet et W | 9. alāx E ; alexañd BW | 10-11. *om.* E | 13. ////// B² | 14. rōm EW ; rome B | 15. *om.* E ; *add.* sc̄i W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Oriente nat. Teclae et in Meseno Sosi et Marci evangelistae. — TAML. : Marci evangelistae Liberi episcopi Sosii Teclae virginis Evasnit. — MON. : Romae Lini papae. — RICH. : In Oriente Tedae virginis et in Alexandria sancti Marci evangelistae Rome Liberii episcopi alibi sancti Athamanani episcopi.

## SEPT. 23

*1.* IN ORIENTE] *Ambae recensiones inter se discrepant in assignando loco proprio sollemnitatis sanctae Theclae. Indicium: in Oriente, quod usitatius est in viris illustribus aevi apostolici, quos nondum ulla sibi veluti patria vindicabat, non male congruit cum nomine Theclae, quae utpote S. Pauli discipula, personam gerebat in fastis apostolorum. Quod alii codices habent: in Seleucia, ad praecipuum refertur Theclae sanctuarium. Apud Graecos die 24 septembris celebratur* ἄθλησις τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος ἐν γυναιξὶ καὶ ἀποστόλου Θέκλας [1]. *Idem dies observatur in Neapolitano kalendario:*

PAS(*SIO*) S(*ANCTE*) THECLE [2]

*Theclae nomen non uno loco in martyrologio inscriptum est, et inter alios dies, 22 feb., 25 mart., 12 sept., 17 nov., 20 et 21 dec. Ad postremum hunc diem idoneus locus erit conferendi inter se varias illas mentiones et quaestionis concludendae. Sed iam nunc certum est idem elogium geminatum fuisse die 12 sept. et die 17 novembris; itidemque die 22 februarii et 25 martii, qui ambo dies eodem kalendarum numero computantur:* VIII kal. mart. *et* VIII kal. apr. *Age vero nisi nos fefellerunt rationes quas ad diem 25 martii exposuimus, Thecla quae et illo die et 22 februarii recolitur martyr est Palaestinensis, apprime distinguenda ab antiquiori Thecla, de qua hodie. Quod autem ad diem 22 feb. appellatur discipula sancti apostoli, inepte addidit sciolus qui Theclae prioris pervagatas fabulas legerat, sed Theclae Palaestinensis veram historiam parum noverat. Non invidendam famam sibi compararunt Acta Pauli et Theclae, e quibus in litteris christianis infinita prope libellorum seges pullulavit* [3]. *Inter quos, praecipuo loco nominanda sunt Acta a Basilio Seleuciae episcopo conscripta* [4], *quae de cultu sanctae martyris et de historia Seleuciensis eius basilicae luculenta nobis testimonia perhibuerunt* [5]. *In Meriamlik, Asiae Minoris pago, eo loco ubi situm erat sanctuarium illud cum aedibus eidem adiunctis, solum excavari coeptum est et rudera iam non pauca ad lucem restituit* [6]. *Subdit codex W :* que a Roma igne deposita evasit et ideo multum nāl habet. *Alii codices eiusdem familiae simplicius et brevius :* quae Romae igne deposito evasit. *In hoc aenigmate quid lateat satis aperte perspicitur: scilicet fertur Thecla miraculo supplicia incolumis evasisse. Sed quibus verbis prodigium hic significatum fuerit, divinando assequi non possumus. Quod in codicibus E, Cambr., Rich. loci indicium praemissum est: in Oriente, ab emendatore rescriptum videtur.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 75. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [3] *BHG*². 1710-1716 ; *BHL*. 8020-8025 ; Supplem., p. 287-90 ; *BHO*. 1152-1156. — [4] *BHG*². 1717-1718. — [5] *Les recueils antiques des miracles des saints*, in *Anal. Boll.*, t. XLIII, p. 49-57. — [6] E. HERZFELD - S. GUYER, in *Monumenta Asiae Minoris antiqua*, t. II (Manchester, 1930), p. 1-89 ; *Les origines du culte des martyrs*, p. 192.

*detur. Antiquitatem magis redolet altera recensio:* in Seleucia. *Bimembris vero formula:* in Oriente Seleucia *a martyrologii stilo aliena est. Sit itaque lectio:*

**in Seleucia Teclae.**

*12.* MARCI] *Die 25 april. n. 14, demonstratum fuit* Marci *nomine non designari evangelistam, adeoque huius sollemnitatem non eo die inscriptam fuisse, qui nunc apud Coptos, Graecos, Latinos ei sacratus est. Itaque pro hodierno habendum est elogium:*

**in Alexandria natale sancti Marci evangelistae.**

*14.* ROMAE] *Mentio* Liberi episcopi *anticipata est e die crastino, qui monumentis confirmatur. Nihilo tamen setius eam solus codex Epternacensis cum epitomis aliquot die 24 sept. retinuit.*

ADDITAMENTA] *Sossi. Hic martyr est ex agmine quod ducit* Ianuarius [1]. *Eum annuntiat kalendarium Carthaginiense, ad hodiernum, ut videtur, diem:* <VIIII> kal. oct. sancti Sossi. *Kalendarium Neapolitanum marmoreum hac utitur formula:*

XXIII. C(*ONCEPTIO*) S(*ANCTI*) IOH(*ANNIS*) BAP(*TISTAE*) ET S(*ANCTI*) SOSSI [2]

*Nomen eius in martyrologio locis aliquot comparet. Ad diem 16 oct.:* in Baias Sussi. *Ad dies 19 et 20 oct., annuntiatur cum S. Ianuario eiusque sociis. Recurrit demum die 5 decembris, ubi ex nomine* Marci, *qui eum sicut hodie comitatur, haud immerito conieceris eum casu quodam illuc ex hodierno laterculo translatum fuisse. Nonnulli codices eum die quoque 29 sept., n. 41, S. Ianuario socium adiungunt. In opere musivo fornicis ecclesiae Sancti Prisci Capuanae, exhibetur Sosius, id est* Sossus *cum altero sancto Campano:*

EVTICES SOSIVS [3]

*Romae quoque hic cultores habuit. Symmachus papa (498-514)* fecit basilicam sancti Andreae apostoli apud beatum Petrum ubi fecit ... oratorium sancti Sossi [4]. *In codice quodam descriptus fuit titulus, quem Symmachus in dedicando oratorio ibi posuit: in qua inscriptione non solus Sossus memoratur sed et episcopus aliquis martyr cuius in morte Sossus sodalis fuit* [5]. *Inde ratio exsurgere visa est interrogandi utrum* Symmachus antistes *ille intellegendus esset Symmachus papa, an episcopus quidam eiusdem nominis, qui in Campania saeculo V floruisset* [6]. *Sed dubitandi causa parum firma est. Satis enim probabile est S. Ianuarii et S. Sossi reliquias pariter in huius oratorio depositas fuisse. Neque aliunde inauditum est ecclesias plurium martyrum reliquiis consecratas et unius tamen patroni nomine esse dedicatas* [7]. *En S. Sossi titulum a I. B. De Rossi emendatum:*

PONTIFICIS VENERANDA SEQVENS VESTIGIA SOSSVS
AEQVAVIT MERITI NOBILITATE GRADVM
MARTYRIO CONIVNCTVS OVAT VERVSQVE MINISTER
REDDIDIT OFFICII DEBITA IVRA SVI
ILLE SACERDOTEM CVPIENS SVBDVCERE MORTI
CONTIGIT OPTATAM SVB PIETATE NECEM
O LAETA ET IVCVNDA QVIES O VITA DVORVM
FVNERE SVB GEMINO QVOS TENET VNA SALVS
ITE SIMVL SEMPER CAELESTIA SVMITE DONA
PAR PRETIVM POSCIT GLORIA PAR FIDEI
SYMMACHVS ANTISTES TANTI SACRATOR HONORIS
HAEC FECIT TITVLIS COMMEMORANDA SVIS

*Neminem fugerit sancti nomen communiter scriptum fuisse Sossum, non Sosium, quae forma sequiore aetate invaluit.* Baiae, *non* Misenum, *die 16 octobris nominantur. Uterque locus in eodem territorio situs est.*

**in Miseno Sossi.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* Evasnit. *Lege:* evasit, *in codice W ad hunc diem.*

*Cod. Mon.:* Lini papae. *Liber pontificalis:* qui sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano sub die VIIII kal. octubris [8].

*Cod. Rich.:* Athamanani, *seu Adamnani, abbatis Hiensis, de quo Beda in Historia ecclesiastica Anglorum* [9].

[1] *BHL.* 4115-4132. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [3] GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, p. 64; DE ROSSI, *Bullettino*, 1884-85, p. 125. Duplicem S. Sossi imaginem agnovit MICHAEL MONACHUS, *Sanctuarium Capuanum*, p. 132-33, qui legebat SVSIVS CYPRIANVS, ubi SVSTVS scriptum erat; quod bene perspexit Garrucci. — [4] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 216. — [5] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 246. — [6] Legendus Rossii commentarius ad hunc titulum, l. c. — [7] *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 57; t. XLVIII, p. 10. — [8] DUCHESNE, t. I, p. 131. — [9] Lib. V, 15-17. Cf. C. PLUMMER, *Miscellanea hagiographica Hibernica*, Catal., n. 2, 65-72, 185, 207.

# VIII KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **[a] Conceptio Iohannis Baptistae.** | **Macheronta castello conceptio sancti Iohannis Baptistae et martyris.** |

**et alibi sanctorum Iuliani Cristofori Laurenti Martialis Victoris Gargili Marci Nobilis Victoriae [b] Secundolae Faustinae Valeriae Celerini Donatillae Luciosae. in Galliis civitate Agustoduno vico Sedeloco natale sanctorum Andoci Tyrsi et Felicis martyrum. Lugduno Galliae depositio Lupi episcopi. Arvernis depositio Rustici episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) rōm. depōs liberi epī et E. — b) beturicas dedicāt basilicę sc̄i desiderii epī et martȳr B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 2-3. iōh bāp E | 4. machironta B ; maceronta W | 9. baptiste B ; baptīs W | 13. *add.* nāt W | 18. maleialis E | 20-23. *om.* E | 23. victorie B | 27. celerinę B ; celerianę W | 28. donatulę B ; donatulae W | 33. augustodū E ; agustiduno B ; agustedumeñs W | 34-35. *om.* E | 35. sedulo W | 37. *om.* E | 38. andocii B | 43. lugdū E | 44. *om.* E ; gałł BW | 45. *add.* sc̄i W | 48. arvenus B¹W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Priscillae et Liberi episcopi et confessoris et conceptio Iohannis Baptistae. — Taml. : Conceptio Iohannis Baptistae Siri Andoci Martialis Tuitsi Felicis Lupi episcopi Victoriae Secundolae Mariae Faustinae Elizabeth Secundae Victoriae Rustici episcopi Silvani Zefani Silurini Iuliani Iohannis Crizofori Marci Stragili Liberi episcopi Nobilis Petri Lini Cornilii Prisc'llae et XXII. — Mon. : Eodem die dedicatio basilicae sancti Hrodberti episcopi et confessoris. — Rich. : Rome depositio Liberii episcopi Macherunta castello conceptio sancti Iohannis Baptistae Augustiduno Andoci Tyrsi et Felicis mart. — Rhab. : Romae nat. Priscillae et Liberi ep. et conf.

## SEPT. 24

1. conceptio] *Die 23 sept. a Graecis recolitur ἡ σύλληψις τοῦ ἁγίου Ἰωάννου προφήτου, προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ [1], id est novem mensibus ante Iohannis nativitatem, cuius memoria agitur 24 iun. Verba* M a c h e r o n t a c a s t e l l o *(n. 4-5) a sciolo quodam interpolata sunt, qui supine legerat Flavium Iosephum. Hic autem refert Iohannem Baptistam ab Herode ad castellum Machaeruntem missum, in vincula coniectum et necatum [2]. In kalendariis mozarabicis hodie inscripta est* Decollatio sancti Iohannis Babtiste [3].

**Conceptio sancti Iohannis Baptistae.**

15. iuliani] *Solo nomine notus.*

16. cristofori] *Videtur* C r i s t o f o r u s *a die 25 iul., id est* VIII kal. aug., *ad* VIII kal. oct. *errore relatus.*

17. laurenti] *Maior pars nominum huius laterculi die 28 sept. iteratur cum loci indicio* i n A f r i c a. *Ibi quoque, n. 4:* L a u r e n t i a e, *al.* L a u r e n t i.

18. martialis] *Al.* M a l e i a l i s, *sept. 28, n. 3.*

19. victoris] *Solo nomine notus.*

20. gargili] *Sept. 28, n. 5:* G u r g e l i.

21. marci] *Sept. 28, n. 6:* M a r i.

22. nobilis] *Solo nomine notus.*

23. victoriae] *Sept. 28, n. 8, 26.*

24. secundolae] *Sept. 28, n. 10:* S e c u n d a e.

25. faustinae] *Sept. 28, n. 7:* F a u s t i n i.

26. valeriae] *Sept. 28, n. 12.*

27. celerini] *Al.* C e l e r i n a e, *sept. 28, n. 13.*

28. donatillae] *Sept. 28, n. 14, 15:* D o n a t a e L e a e.

29. luciosae] *Sept. 28, n. 16.*

31. in galliis] A n d o c i i *et sociorum habentur Acta fabulosissima [4].* S e d e l o c o *(Sedelaucum, Sidoloucos [5]) nunc est Saulieu (dép. Côte-d'Or, arr. Semur).*

**in Galliis civitate Augustoduno vico Sedeloco natale sanctorum Andocii, Tyrsi et Felicis martyrum.**

43. lugduno] L u p u s [6] *subscripsit tertio concilio Aurelianensi. Eius mentio est in Vita S. Leobini [7], et in epistula Leidradi archiepiscopi Lugdunensis laudantur* Eucherius, Lupus atque Genesius et ceteri archiepiscopi Lugdunenses [8].

**Lugduno Galliae depositio Lupi episcopi.**

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 71. — [2] *Antiq. Iud.*, XVIII, 5. Florentinius, *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 857-74, uberrimam scripsit exercitationem *De Ioannis Baptistae nondum posito Praecursoris officio deque eiusdem conceptionis et nativitatis loco*, in quo multorum sententiae excutiuntur. — [3] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 480-81. — [4] *BHL.* 424-427. Cf. Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 51-52. — [5] Holder, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. II, p. 1541. — [6] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 81-85 ; Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 165-66. — [7] *BHL.* 4847, c. 4. — [8] *M.G.*, Epist., t. IV, p. 544.

*48.* ARVERNIS] *Ordinationem* *Rustici* *Arvernensis*, qui septimus in eodem loco pontificatus honorem, populo gaudente, suscepit, *enarrat Gregorius Turonensis* [1].

**Arvernis depositio Rustici episcopi.**

ADDITAMENTA] *Liberi. Liber pontificalis:* Liberius... Qui etiam sepultus est via Salaria in cymiterio Priscillae V id. septembris [2]. *Dies obitus non recte signatus est. Nam teste Libello precum Marcellini et Faustini,* octavo kalendas octobr. Gratiano et Dagalaifo consulibus Liberius humanis rebus eximitur [3]. *De carmine epigraphico, cuius initium est:* Quam Domino fuerant devota mente parentes [4], *quod Liberio positum censuerunt Rossius aliique* [5], *aliis tamen visum est in laudem Felicis II* [6] *vel etiam Martini I* [7] *concinnatum fuisse, disserere non vacat. Locum sepulturae Liberii reticent codices nostri pleniores heri et hodie. Non ita antiquiores quorum testes sunt breviarium Cambrense et Rhabanus, cum scribunt:* Romae natale Priscillae et Liberi, *quae facili emendatione ad rectam lectionem reducuntur. His autem adhibitis scribatur:*

**Romae <in cimiterio> Priscillae depositio Liberii episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Tuitsi = Tyrsi, n. 39.*
*Silurini = Celerini, n. 27.*
*Crizoferi = Cristofori, n. 16.*
*Stragili = Gargili, n. 20.*
*Lini papae, sept. 23, in cod. Mon.*

[1] *Hist. Franc.*, II, 13. — [2] DUCHESNE, t. I, p. 208. — [3] GUENTHER, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum*, p. 2. — [4] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, pp. 83, 85. — [5] *Bullettino*, 1883, p. 5-59; 1890, p. 123-39; MARUCCHI, in *Nuovo bullettino*, 1908, p. 68-79; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 209-10. Hic autem postea dubitanter, in *Nuovo bullettino*, p. 132-37. — [6] MOMMSEN, in *Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft*, 1896, p. 167. — [7] F. X. FUNK, in *Historisches Jahrbuch*, t. V, p. 424-36.

# VII KAL. OCT.

**In Asia natale sanctorum Bardoniani [5] Eucarpi et aliorum XXVI [9].**

*Addunt codices pleniores:* a) et alibi sči eucarpi B; mettis dedicatio ecclesiae senioris sči stephani et natls (domni *add. supra lin.*) anghilramni ipsius ecclesie pontificis d(e) consecrat(ione) B²; et alibi dēp sči marci W.

*Var. lect. codd.* EBW. — 1-2. *om.* E | 3-4. *om.* B | 4. *om.* E | 4-6. eucarpi et barduniani BW | 9. XXXVI W; *hic addit* E *laterculum diei sequentis ubi variae lectiones quaerendae sunt.*

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Asia nat. Bardoniani Eucarpi et aliorum XXVI. — TAML.: Bardoniani Carpi Eucarpi et aliorum XXVI Eusebii episcopi Senatoris Zefani Pauli Timothei Titi. — MON.: In Asia natalis sanctorum Eucarphae et Bardoniani et aliorum XXVI. — RICH.: In Asia natale sancti Bardoniani Eucarpi et aliorum sedecim alibi Marci.

## SEPT. 25

*1.* IN ASIA] *Bardoniani et Eucarpii nomina tum breviarium Syriacum tum cetera monumenta reticent. A gemino aenigmate Oedipi omnes prudenter declinarunt. Hos ingenue imitabimur.*

ADDITAMENTA] *Anghilramni. In codice B ter signatus est Anghilramnus* [1]. *Hodie quidem consecrationis anniversaria dies celebratur. Die 23 oct., in cathedra honorifice est elevatus. Die 26 oct. fit transitus eius memoria.*

**Mettis natalis Anghilramni ipsius ecclesiae pontificis de consecratione.**

*Marci. Qui de Marco in Actis nostris inter praetermissos dixit* [2], *suspicatus est S. Marcum papam a die 7 oct. ad 25 septembris transpositum esse, cuius tamen rei nullum affert validum argumentum.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Eusebii. Sept. 26, n. 9.*
*Senatoris. Sept. 26, n. 15.*
*Pauli. Cf. Sept. 27, n. 42, ubi Paulus obiter ad Timotheum scribens memoratur.*
*Timothei. Sept. 27, n. 38.*
*Titi alter S. Pauli discipulus a Timotheo evocatus.*

[1] Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 653-67; DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 57. — [2] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 4.

# VI KAL. OCT.

**I** | **II**

**[a] Romae via Appia in cimiterio Calesti depositio sancti Eusebi episcopi. et in**

**Caballono | Albano**

**Senatoris. et in Sardinia natale sancti Luxuri. et alibi sanctorum Migeni Nabroti Faustini. Arvernis Apollinaris episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) rōm eusebi epī E. — b) et dedicāt sc̄i georgii B.

*Var. lect. codd.* (I) E *totum laterculum ad calcem diei praecedentis addidit, hodie vero solam memoriam affert quae supra in additamentis ;* (II) BW. — 1. rōm EW ; rome B | 2-6. *om.* E | 8. *om.* E | 9. eusebii B | 10. *add.* et con̄f W | 14. *add.* nāt sc̄i W | 18. sardīn E | 20. *om.* E | 21. luxorii B ; luxori W | 23. *add.* nāt W | 24. *om.* E | 25. migigni BW | 26. naporti B ; nabori W | 28. arvenus BW ; *add.* depōs W | 29. appollinaris E ; apollonaris W. ;

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae depositio Eusepi episcopi et confessoris. — Taml. Eusebii episcopi et confessoris Senatoris Faustini Luxurii Migni Zefani Nabartii Cirici Iohannis. — Mon. : Romae Eusebii papae et aliorum. — Rich. : Rome depositio Eusebii episcopi et in Albano Senatoris et in Sardinia Luxurii et alibi Migiuni Naborti Faustini Arvernis Apollenaris episcopi.

## SEPT. 26

1. romae] *Depositio episcoporum :* VI kal. octob. Eusebii in Callisti. *In catalogo Liberiano sedisse dicitur* usque in diem XVI kl. sept. [1]. *In priore Libri pontificalis editione (brev. Felic.) :* Sepultus est in cymiterio Calesti via Appia VI non. oct. ; *(brev. Conon.) : item* V non. oct. [2]. *In altera eiusdem Libri editione :* qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti via Appia VI non. octob. [3]. *Itinerarium Salisburgense (via Appia) :* Geferinus papa et confessor sursum quiescit. Eusebius papa et martyr longe in antro requiescit. *Epitome de Locis sanctorum :* S. Tarsicius et S. Geferinus in uno tumulo iacent et ibi S. Eusebius et S. Colocerus et S. Parthenius per se singuli iacent [4]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* Nec longe ecclesia S. Caeciliae martyris ; et ibi reconditi sunt Stephanus, Sixtus, Zefferinus, Eusebius [5]. *Carmen marmori insculptum, cuius fragmenta detecta sunt, E u s e b i o posuit Damasus* [6] *:*

DAMASVS EPISCOPVS FECIT

HERACLIVS VETVIT LABSOS PECCATA DOLERE
EVSEBIVS MISEROS DOCVIT SVA CRIMINA FLERE
SCINDITVR IN PARTES POPVLVS GLISCENTE FVRORE
SEDITIO CAEDES BELLVM DISCORDIA LITES
EXTEMPLO PARITER PVLSI FERITATE TYRANNI
INTEGRA CVM RECTOR SERVARET FOEDERA PACIS
PERTVLIT EXILIVM DOMINO SVB IVDICE LAETVS
LITORE TRINACRIO MVNDVM VITAMQVE RELIQVIT

EVSEBIO EPISCOPO ET MARTYRI [7]

*Eusebium, qui exsul obiit, martyrem praedicat Damasus, quamquam in Depositione martyrum non fuit inscriptus. De eiusdem memoriis in libris nostris ad dies 2 oct., n. 13 et 8 dec., n. 1, his locis disquisitio instituetur.*

**Romae via Appia in cimiterio Callisti depositio sancti Eusebii episcopi.**

13. caballono] *Lectio depravata, quae multum eruditorum ingenia exercuit* [8]. *Lege :* A l b a n o, *n. 14.*

14. albano] *De Locis sanctis martyrum quae sunt foris civitatis Romae :* Per eandem vero viam [Appiam] pervenitur ad Albanam civitatem, et per eandem civitatem ad ecclesiam sancti Senatoris ubi et Perpetua iacet corpore et

[1] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 8. — [2] Ibid., p. 74. — [3] Ibid., p. 167. — [4] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [5] Ibid., p. 181. — [6] De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 195 ; tav. III, IV. *Bullettino*, 1873, p. 159 ; tav. XII ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 18. Titulum commentario illustravit De Rossi, *Roma sott.*, t. c., p. 201-10. — [7] Omisimus quae ad latus tituli, columnis ad perpendiculum exactis, scripta sunt : *Damasi papae cultor atque amator Furius Dionysius Filocalus scribsit.* — [8] De Rossi, *Bullettino*, 1869, p. 71.

innumeri

innumeri sancti et [in] magna mirabilia ibidem geruntur [1]. *De coemeterio S.* S e n a t o r i s *in Albano amplam habuit tractationem I. B. De Rossi* [2]. *De gestis huius martyris nihil scripti reliquit antiquitas.*

**<in> Albano Senatoris.**

*18.* IN SARDINIA] *Iteratur, quam ob causam nescio, commemoratio S.* L u x u r i i *quae die aug. 21, n. 26, iam occurrit:*

**in Sardinia natale sancti Luxurii.**

*25.* MIGENI] *Non semel S.* M i g g i n i s, *martyris in Africa, commemoratio facta est, uniusne an plurimorum, ignoratur.*

*26.* NABROTI] *Al.* N a b o r i, *quae vera lectio esse videtur. Eo nomine appellatur martyr Mediolanensis, et alius Africanus. Nihil hodie adiungitur quo possit ab homonymis distingui.*

*27.* FAUSTINI] *Sept. 28, n. 7.*

*28.* ARVERNIS] *Duo fuerunt Apollinares episcopi Arvernenses,* A p o l l i n a r i s *ille* S i d o n i u s, *et eiusdem filius qui paucos menses in cathedra sedit. Iuniorem hodie commemorari opinatur L. Duchesne* [3]. *Quoniam tamen iste non iis fuit moribus, ut famam sanctitatis aut cultum sit consecutus, Sidonium hodie rursum nuntiari non dubitant nostri* [4], *quamquam die 23 aug. n. 78 in hisce fastis locum nactus est. De alterutro accipi potest enuntiatio:*

**Arvernis Apollinaris episcopi.**

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 141. — [2] *Bullettino*, 1869, p. 64-78. Etiam MARUCCHI, in *Nuovo bullettino*, 1902, p. 89-111. — [3] *Fastes épiscopaux*, t. $II^2$, p. 35. — [4] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 188.

---

# V KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **In Cesarea Cappadociae natale Eleuteri.** | |
| **et in Bizantio Cosmae et Damiani.** | |
| **et in Tarso Ciliciae Taraci Probi et Andronaci.** | |
| **civitate Egas Romani martyris.** | **Aducia civitate Egia natale sanctorum Cosmae [a] et Damiani martyrum.** |

**et in Epheso natale sancti Timothei discipuli ad quem Paulus apostolus scripsit. in territorio Eduae civitatis castro Duisma natale Florentiani.**

*Addunt codices pleniores :* a) legonti $B^1$ (leontii $B^2$).

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. ces̄ E ; caesaria W | 3. cappōd E ; cappadocie B ; capp̄ W | 4. *om.* B ; *add.* sc̄i W | 5. eleutheri W | 12. *om.* W | 15. cilic̄ E ; celicię W ; *add.* nł scōrum W | 19. andronici BW | 24. aducie $B^1$ ; in licia $B^2$ | 26. egias $B^1$ ; egia $B^2$ ; *om.* W | 29. cosinae W | 33. *om.* E | 34. *om.* W | 36-37. *om.* E | 38. thimothei W | 39-46. *om.* E | 43. *add.* epistł W | 46. territurio $B^1$W ; *add.* et W | 47. edue B | 49-50. *om.* EW | 51. *add.* sc̄i W | 52. florentini W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Cesaria Capodochiae nat. Eleuterii et in Bizantio Cosmae et Damiani martirum. — TAML. Timothei discipuli Pauli Cosmae et Damiani pasio Eleuterii Taraci Probi Andronici Florentiani et aliorum XX martirum Iohannis Celsii Laurentii. — MON. : Eleutherii Timothei. — RICH. : In Caesarea Cappadociae Eleutherii et in Bizantio quinque fratrum Cosmae et Damiani Antimi Leontii et Eutropii Epheso Timothei.

## SEPT. 27

*1.* IN CESAREA] *In fastis sanctorum Cappadocum* E l e u t e r i *nullum adhuc repertum est vestigium. Eleutherii cuiusdam martyris meminit Theodorus Lector* [1]; *sed nihil addit unde perspici possit ubi vel quando vixerit et passus sit. Proximus est Eleutherius, qui die 2 oct. in breviario Syriaco et in martyrologio inscriptus est. Sed Nicomediae non Caesareae eius natalis celebratur.*

*8.* IN BIZANTIO] *Infra, ad n. 9.*

*9.* COSMAE] *Sacramentarium Gelasianum:* V kal. octobres in natali sanctorum Cosmae et Damiani [2]. *Sacramentarium Gregorianum:* V kalendas octobres id est XXVII die mensis septembris natale sanctorum Cosme et Damiani [3]. *Kalendarium lapideum Neapolitanum* [4]:

PAS(SIO) S(ANCTORUM) COSM(E) (ET) DA[MIA(NI)]

[1] *Hist. eccl.*, I, 16, *P.G.*, t. LXXXVI, p. 173. — [2] WILSON, p. 199. — [3] WILSON, p. 105. — [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338.

*De*

*De die sollemnitatis SS. Cosmae et Damiani non conveniunt Graeci cum Latinis. Haec varietas notanda. Synaxaria quidem trinum par martyrum cognominum distinguunt, quod reapse unicum est. Primum, ἐκ χώρας τῆς Ἀσίας oriundum, commemorant diebus novembris 1 et decembris 9* [1]. *Alterum par sanctorum, οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ διῆγον, annuntiant diebus iulii 1 et octobris 29* [2]. *Tertium tandem ἐν Αἰγαῖς sedem habet et diem proprium 17 octobris* [3]. *In Passionibus quidem dies anniversarii notati sunt 25 novembris* [4] *et iunii 18* [5]; *in kalendariis autem mozarabicis 22 octobris* [6]. *Sanctorum Cosmae et Damiani templum praecipuum, ubi corpora eorum servabantur, situm erat prope Cyrrhum urbem. Haec habet libellus quidam de miraculis eorum: Ἐκ γὰρ τῆς τῶν Κυρρεστικῶν μερῶν τῆς Ἀνατολῆς ἐτύγχανεν ὁρμᾶσθαι, ἔνθα τὰ τίμια λείψανα τῶν θαυμαστῶν τούτων ἁγίων καὶ θεραπόντων τοῦ Χριστοῦ Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ ἀπόκεινται* [7]. *Audiendus etiam Theodoretus Cyrrhi episcopus ad magistrum militiae ita scribens in epistula, cuius graecum exemplar videtur perisse:* Grandem siquidem contra nos multitudinem congregantes incendere minabantur sanctorum bonorumque victorum et athletarum Christi Cosmae et Damiani basilicam [8]. *Refert autem Procopius Iustiniani aetate Cyrrhum urbem, rerum civilium vices adversas passam, misere consenuisse. Sed imperator πρόνοιαν τῆς πολιτείας ποιούμενος, ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἁγίους Κοσμᾶν τε καὶ Δαμιανὸν τὰ μάλιστα σέβων, ὧν δὴ ἀγχιστά πη τὰ σώματα καὶ ἐς ἐμὲ κεῖται* [9], *urbi florem roburque restituit. Item Theodosius peregrinator:* in Quiro, ubi sunt sancti Cosmas et Damianus, qui ibi percussi sunt [10]. *Haud aliter Malalas ambos sanctos in agro Cyrrhestico passos testatur* [11]. *Horum cultus late increbruit* [12]. *Aegis in urbe Ciliciae, fama eorum haud incelebris fuit, ubi hagiographi cuiusdam sive errore sive mendacio obiisse aliquando crediti sunt* [13]. *Constantinopoli, praeter alias ecclesias, dedicata illis fuit basilica amplissima, in qua prodigia multa contigerunt, quae litteris mandata sunt* [14]. *Romae quoque plures exstiterunt ecclesiae SS. Cosmae et Damiani* [15]. *Ex his antiquissimam condidit Symmachus papa (498-514), qui* ad sanctam Mariam oratorium sanctorum Cosmae et Damiani a fundamentis construxit [16]. *Felix quoque papa IV (526-530)* fecit basilicam sanctorum Cosmae et Damiani in urbe Roma, in loco qui appellatur via Sacra, iuxta templum urbis Romae [17]. *Exstat hodieque haec basilica, opere tessellato decorata, cum hac inscriptione* [18]:

AVLA DEI CLARIS RADIAT SPECIOSA METALLIS
IN QVA PLVS FIDEI LVX PRETIOSA MICAT
MARTYRIBVS MEDICIS POPVLO SPES CERTA SALVTIS
VENIT ET EX SACRO CREVIT HONORE LOCVS
OPTVLIT HOC DOMINO FELIX ANTISTITE DIGNVM
MVNVS VT AETHERIA VIVAT IN ARCE POLI

*Alterutra ex his basilicis videtur dedicata fuisse die 29 septembris, quem diem Romano kalendario proprium fuisse ostendimus. Spuria certe sunt ambo loci indicia in Bizantio (n. 8) et civitate Egas (n. 21, 26), quibus amotis, indubitanter restituimus nomen Romae, quod fortassis e codicibus non prorsus evanuit, siquidem delitescere videtur in Romani. Id tamen dubitanter dictum esto. Vide infra, ad n. 22.*

**Romae natale sanctorum Cosmae et Damiani martyrum.**

*14.* IN TARSO] *Sanctorum Taraci, Probi et Andronici natalis celebratur die 11 oct., seu* V id. oct., *unde solito errore ad* V kal. oct. *adductus est. Proprio quidem die hi martyres in Anazarbo commemorantur, ubi reapse consummati sunt. Quia autem, ut ex eorum Gestis constat, Tarsi prima interrogatio habita fuit, scriptum est:*

**in Tarso Ciliciae Tarachi, Probi et Andronici.**

*21.* EGAS] *Infra, n. 26: Egia. Supra, ad n. 9. Graece: Αἰγαί.*

*22.* ROMANI] *Nomen martyris ex urbe Roma factum esse crediderim, ut supra, ad n. 9, declaratum est. Nolo tamen reticere in synaxariis nonnullis, die 25 sept., memoriam referri cuiusdam Ῥωμανοῦ μάρτυρος* [19], *solo nomine noti.*

*24.* ADUCIA] *Nomen truncatum [Capp]aducia, supra, n. 3.*

*26.* EGIA] *Supra, n. 21: Egas.*

*35.* IN EPHESO] *A Graecis, die 22 ian., agitur memoria τοῦ ἁγίου Τιμοθέου τοῦ ἀποστόλου μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Παύλου, ὃς καὶ πρῶτος ἐπίσκοπος Ἐφεσίων ὑπ' αὐτοῦ κεχειροτόνηται* [20]. *A Latinis, inde saltem a Beda, fastis inscriptus est die 24 ian. Quae de eius gestis scripta sunt ab hagiographis tum graecis* [21] *tum latinis* [22] *hoc loco excutienda non sunt* [23]. *Viro erudito qui Acta Timothei edidit, placuit haec ratio cur Timotheus hodie martyrologio inscriptus sit: « Cum antecedens dies 26 sept. in ecclesia graeca Ioannis ap. sacer habeatur, facile intellegis cur proximus Ti-*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 185, 294. — [2] Ibid., pp. 791, 176. — [3] Ibid., p. 144. — [4] *BHG*². 378. — [5] *BHG*². 376, 377. — [6] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 482-83. — [7] Deubner, *Kosmas und Damianus*, p. 128. — [8] Cf. *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 439, n. 62. — [9] *De aedif.*, II, 11. — [10] Geyer, *Itinera Hierosolymitana*, p. 150. — [11] Dindorf, p. 150. — [12] *Act. SS.*, Sept. t. c., p. 438-62. — [13] *BHG*². 378, 379; *BHL*. 1967-1975.— [14] Deubner, t. c., p. 87-208. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 255; t. XLIII, p. 8-18. — [15] Huelsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 239-42. — [16] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 262. — [17] Ibid., p. 279. — [18] De Rossi, *Bullettino*, 1867, p. 61-74; *Musaici cristiani delle chiese di Roma*, Abside dei SS. Cosma e Damiano, tav. XV. — [19] *Synax. Eccl. CP.*, p. 77. — [20] Ibid., p. 411.— [21] *BHG*². 1847, 1848.— [22] *BHL*. 8294, 8295. — [23] Cf. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 372-400.

*motheo olim sit datus* [1]. » *Sed praeterquam quod de aetate qua S. Iohannes a Graecis 26 mensis septembris celebrari coeptus sit non constat, huius festi nullum vestigium est in hieronymianis. Quapropter fatendum est nobis de hodiernae festivitatis ratione nihil compertum esse.*

**in Epheso natale sancti Timothei discipuli ad quem Paulus apostolus scripsit.**

*50.* DUISMA] *Hodie Duesme (dép. Côte-d'Or, canton d'Aigny-le-Duc)* [2]. *In Actis* [3] *et plerisque martyrologiis* F l o r e n t i n u s, F l o r e n t i u s *nuncupatur, qui in codicibus nostris est* F l o r e n t i a n u s [4].

**in territorio Eduae civitatis castro Duisma natale Florentiani.**

ADDITAMENTA] L e g o n t i, *al.* L e o n t i i. *Leontius unus est ex sociis SS. Cosmae et Damiani, supra, n. 9. In cod. Rich. cum aliis duobus* A n t i m o, E u t r o p i o (*lege:* E u p r e p i o) *signatur.*

[1] H. USENER, *Acta Timothei* (Bonn, 1877), p. 37. — [2] A. ROSEROT, *Dictionnaire topographique du département de la Côte-d'Or*, p. 144-145. — [3] *BHL.* 3033, 3034. — [4] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 404-405.

---

# IV KAL. OCT.

I | II

**[a] In Africa Marcialis [b] Laurentiae [c] Gurgeli Mari Faustini Victoriae Longae**

**Secundae | Candidae**

**Valeriae**

**| Celerinae**

**Donatae Leae Luciosae Emili Gageli Placidi et aliorum XX item Longae item Victuriae Prisci. et Romae ad guttas sancti Stactei. Autisiodoro Alodii episcopi. in Genua civitate**

**| in Galliis**

**natale sancti Salvini episcopi [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) rōm n̄t stertei et E. — b) et aliorum XX E ; in territūr lemodice B. — c) sc̄i iuviniani coñf B. — d) et vigł sc̄i michaeł in quantū possumus plenius comemorem̄s B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW — 2. āff E ; affrica W ; *add.* nt̃ scōrum W | 4. laurentino B ; laurenti W | 5. gurgilii $B^1$ ; gargili $B^2$ ; gurguli W | 6. marii BW | 8. victuriae W | 9. longese B ; longes*e W | 11. candidę B | 12. variae W | 13. caelerinę $W^2$ | 16. lucię W | 18. gagili BW | 19. placedi W | 23. *om.* W | 24. longe W | 25-26. *om.* W | 28. *om.* E | 29. rōm EW ; rome B | 30-31. *om.* EW ; *add.* nł W | 33. stertei B | 34. autisiodō E ; autisiodēr B ; autisiodero W ; *add.* dep̄ sc̄i W | 37. *om.* EW | 38-39. civit̃ genua W | 41. gall BW | 42. dēp W | 42-43. *om.* E | 43. *om.* W | 44. salo $B^1$ ; saloni $B^2$ W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Stertei et in Affrica Marcialis et aliorum XX. — TAML. : Marcialis Laurentiae Victoriae Donatae Leae Luciosae Mariae Longiosae Scolasticae Teothosae Candidae Cristinae Valeriae Sinclíticae Longae Victoriae Gurgelli Marii Zefani Fausti Prisci Placidi et aliorum XX. — MON. : In Galleis depositio Silvini episcopi Romae Iusti Marcialis et aliorum IIII martyrum. — RICH. : Rome Stertei in Affrica Martialis Leontii Marii Faustini Victoris Candidi Autisidioro Alodi episcopi Rome Iustini.

## SEPT. 28

*1.* IN AFRICA] *Africanorum martyrum nomina quae subsequuntur magnam partem iam recitata sunt ad diem 24 sept., nullo tamen cum indicio loci. Ficticius videtur hic indiculus, cum martyribus fere constet qui aliud festum habeant proprium. Ex eo numero sunt* M a r c i a l i s *et* F a u s t i n u s (*n. 3, 7*), *quibus si adderetur* I a n u a r i u s, *coetus haberetur integer Cordubensium martyrum, quorum memoria recolitur die 13 octobris. Et re quidem vera hi tres una, non omisso* I a n u a r i o, *adfuerint necesse est in fonte e quo fluxit martyrologium Lugdunense, quod Floro antecessit, siquidem, posthabito usu hispanico,* F a u s t u s, I a n u a r i u s *et* M a r c i a l i s *in martyrologio illo collocati sunt ad diem 28 sept.* [1]. *Eundem diem ratum habuerunt*

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 166.

*buerunt Florus, Ado aliique.* S e c u n d a *et* D o n a t i l l a, *quae in hodierno item laterculo comparent* (*n.* 10, 14-15), *arcessitae sunt e die* 30 *iulii. Adventicii quoque videntur* L a u r e n t i n u s *et* C e l e r i n a, *iidem fortasse de quibus ad diem* 3 *februarii* (*n.* 6, 13). *Singula igitur nomina caute recognoscenda sunt.*

3. MARCIALIS] *Sept.* 24, *n.* 18. *Videtur hic esse martyr Cordubensis, cuius memoria agitur* 13 *oct., n.* 6. *Supra, ad n.* 1.

4. LAURENTIAE] *Al.* L a u r e n t i n o, L a u r e n t i, *ut sept.* 24, *n.* 17. *Coniectura non improbabilis videtur mendum esse pro* L a u r e n t i n i; *huic autem copulandum esse* C e l e r i n a e, *n.* 13, *ita ut habeatur par martyrum Laurentinus et Celerina, de quo diximus ad diem* 3 *feb.*

5. GURGELI] *Infra, n.* 18: G a g e l i. *Sept.* 24, *n.* 20: G a r g i l i.

6. MARI] *Sept.* 24, *n.* 21: M a r c i.

7. FAUSTINI] *Sept.* 24, *n.* 25: F a u s t i n a e. *Legendum esse suspicor:* F a u s t i, *quod nomen est martyris Cordubensis. Supra, ad n.* 1.

8. VICTORIAE] *Infra, n.* 26; *sept.* 24, *n.* 23.

9. LONGAE] *Al.* L o n g e s a e; *iterum infra, n.* 24. *Nudum nomen.*

10. SECUNDAE] *Sept.* 24, *n.* 24: S e c u n d o l a e. *Secunda socia est S. Donatillae, infra, n.* 14.

11. CANDIDAE] *Prava lectio pro* S e c u n d a e, *n.* 10, *nisi sit* C a n d i d a, *martyr Romana, de qua dec.* 1, *n.* 3.

12. VALERIAE] *Sept.* 24, *n.* 26.

13. CELERINAE] *Sept.* 24, *n.* 27. *Cf. supra, ad n.* 4.

14. DONATAE] *In duas partes* D o n a t a e L e a e (*n.* 15) *dispescitur* D o n a t i l l a, *sept.* 24, *n.* 28. *Cf. supra, n.* 10.

16. LUCIOSAE] *Sept.* 24, *n.* 29.

17. EMILI] *Nudum nomen.*

18. GAGELI] *Supra, n.* 5: G u r g e l i.

19. PLACIDI] *Sept.* 29, *n.* 15; *oct.* 5, *n.* 3.

22. ALIORUM XX] *Cf. oct.* 5, *n.* 8.

24. LONGAE] *Supra, n.* 9.

26. VICTURIAE] *Supra, n.* 8.

27. PRISCI] *Oct.* 1, *n.* 4.

29. ROMAE] *Cum hoc indicio coniungunt codices E, W nomen* S t a c t e i, *codex B autem* S t e r t e i. *Ipse cod. E, in principio laterculi, Cambr. et Rich. consonantibus, nomen idem profert:* R o m a e S t e r t e i. *Itaque dubitari potest utrum hodie recoli iubeatur* S t a c t e u s *an* S t e r t e u s. S t a c t e u s *quidem nomen inauditum non est; sic enim appellatur die* 27 *iunii, n.* 29, *aliquis e martyribus septem, qui dicuntur filii S. Symphorosae.* S t e r t e u s *vero quidam comparet die* 22 *iulii, n.* 15; *sed is nullam habet cum Romanis martyribus societatem; et praeterea ad diem* 21 *iul., n.* 6, *notatum fuit lectionem parum tutam videri. Nec certius hodie res constat. Conferendus etiam est* Ἀστέριος *ille nullius loci, qui hodie annuntiatur in breviario Syriaco. Utique accidere potuit ut in hodierno catalogo inscriptus sit* A s t e r i u s *aliquis, cuius nomen* S t a c t e i *quadantenus similitudinem induerit, factumque sit* S t e r t e i. *Attamen codicibus primae recensionis tantum tribuere non possumus ut scribatur:* R o m a e A s t e r i i. *Utique non ignoramus martyrem Asterium fuisse, quem nostri codices annuntiant* i n P o r t u R o m a n o *vel* i n O s t i a, *diebus ianuarii* 18, *n.* 40, *et octobris* 19, *n.* 4. *Sed quis credat subobscurum martyrem, e vicinia Romana, commemoratum fuisse in martyrologio orientali? Itaque si* A s t e r i u s *quidam locum sibi vindicare potest, in quo vicem eius nunc gerat* S t e r t e u s, *is certe non fuit Romae suburbanus. Sed de hoc satis. Indicio:* R o m a e a d g u t t a s, *nullus tam apposite respondet quam* S t a c t e u s, *etsi fatendum est martyrem hunc nobis plane ignotum esse. Neque resciscere contigit quis in Roma locus dictus sit* a d g u t t a s, *haud melius quam ad diem* 9 *iulii locum indagare potuimus* ad guttam iugiter manantem. *Ceterum notatu dignum est cum nomine* S t a c t e i *consonare quodammodo nomen loci, quandoquidem* σταχτός *dicitur quasi* guttatim fluens. *Utcumque se res habet, de martyrologii littera non ambigitur:*

**Romae ad Guttas sancti Stactei.**

34. AUTISIODORO] A l o d i u s *sedit inter Germanum* († 448) *et Fraternum. Alium verisimilius esse ab Alogio abbate, memorato in Vita S. Germani, monuerunt nostri* [1], *consentiente L. Duchesne* [2].

**Autisiodoro Alodii episcopi.**

38. IN GENUA] *Id est* G e n a v a (*Genève*) *ad lacum Lemannum, non vero* G e n u a (*Genova*) *Ligurum. Salonium episcopum huius non vero illius sedis crediderunt Ughelli* [3], *Semeria* [4], *alii, quibus consentit Stiltingus* [5], *hac praecipue ratione motus quod Genava non coeperit* G e n u a *vocari nisi saec. IX aut certe sub finem saec. VIII; qua in re vir doctissimus a Valesio deceptus fuisse videtur, nec recordatus est verborum quae certe legerat in Caesaris de Bello Gallico:* Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genua [6].

44. SALVINI] *Al.* S a l o n i, *lectio recipienda.* Salonius episcopus *subscripsit Actis concilii Arausicani primi* [7]. Sancto episcopo Salonio *inscriptus est Salviani liber de Gubernatione Dei* [8], *eidemque ab eodem directa epistula IX* [9]. *Filius erat S. Eucherii Lugdunensis* [10].

**in Galliis Genua civitate natale sancti Salonii episcopi.**

ADDITAMENTA] I u v i n i a n i. *Dicitur et* I u n i a n u s. *Gregorius Turonensis:* Fuit et Iunianus reclausus infra Lemovicini urbis territurium, qui vivens multa populis ostendit miracula; sed et nunc ad sepulchrum eius saepe mor-

[1] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 650. — [2] *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 445. — [3] *Italia sacra*, t. IV², p. 837. — [4] *Storia ecclesiastica di Genova* (Torino, 1838), p. 41. — [5] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 716-20. — [6] *De bello gallico*, 1, 6, 3. — [7] MANSI, *Concilia*, t. VI, p. 441. — [8] *M.G.*, Auct. antiq., t. I, p. 1. — [9] Ibid., p. 116. — [10] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 227.

bi curantur [1]. *Edita est eius Vita prolixior sequiore aetate conscripta* [2].

**in territorio Lemovicae <urbis> sancti Iuviniani confessoris.**

[1] *In gloria confessorum*, c. CI. — [2] *BHL.* 4560.

---

# III KAL. OCT.

| I | II |
|---|---|
| | **In Tracia** |

**civitate Eraclea Eutici et Plauti**

| I | II |
|---|---|
| **et dedicatio basilicae sancti Michaelis. Eracla civitate** | |

**Placidi Ambodi.**

| I | II |
|---|---|
| | **Eracliae Traciae** |

**Romae via Salutaria miliario VI**

| I | II |
|---|---|
| | **dedicatio basilicae angeli Michaelis vel in monte qui dicitur Gargani ubi multa mirabilia Deus ostendit. et alibi** |

**Possessi Ianuari Ampli Celedoni. Autisiodori depositio Fraterni episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) adamicum B² *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 3-4. *om.* W | 4. *om.* B ; eracla E | 6. *om.* BW | 7. *om.* W | 13. eracla E | 16. anbuti B ; ambuti W | 19. rōm EW ; rome B | 20. *om.* E | 20-21. *om.* W | 21. salutari E ; salaria B | 22-23. *om.* E | 25. basilice B | 27. michahelis W | 33. garganiis W | 41. sosi BW | 42. ianuarii B | 43. ampuni B ; ambuni W | 44. caeledoni W | 45. autisiōd E ; autiodero B¹ ; autisiodero B² ; autysiodoro W | 48. *add.* et m̄r B².

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Tracia civitate Eraclae natale Eutici et Plaudi et dedicatio basilicae beati archangeli Michaelis. — TAML. : Dedicatio basilicae Michaelis archangeli in monte Gargano Euticii Sosii Placidi Ianuarii Ampuli Heracliae Eugeniae Mariae Traciae Humilianae Teothotae Traciae Celidoni Zefani Fraterni Iohannis Iamputiani Ambodi Geurgii Euteci Martini Paluti Patricii Ciricii. — MON. : Et Autisiodoro depositio Fraterni episcopi Ianuarii. — RICH. : In Tracia civitate Eraclia Eutici et Plauti et dedicatio basilicae archangeli Michahelis Rome Placidi Ambuti Autisiodoro depositio Fraterni episcopi.

## SEPT. 29

1. IN TRACIA] *Breviarium Syriacum : ἐν Πεϱίνθῳ Εὐτύχης ἐπίσκοπος καὶ Γεν(έ)σι(ος) καὶ Σαβῖνος καὶ Εὐτύχης μάϱτυϱες. Solus* E u t i c i u s *in Heraclea-Perintho in nostros codices transiit. In Syriaco eius nomen iteratur, et episcopi dignitate augetur. Si recte coniectavimus, iam die 28 dec., n. 16, occurrit, veluti presbyter cum diacono ; iterum die 14 aug., n. 13, et rursum 21 nov., n. 15. Ab Usuardo haec mutuatur martyrologium Romanum :* in Thracia natalis sanctorum martyrum Eutychii, Plauti et Heracleae. *Unus, ut patet, ad Thraciam pertinet Eutychius ; Plauti nomen corruptum est ; Heraclea autem non est nomen mulieris sed civitatis. Nec adverterunt martyrologii collectores Eutychium seu Euticium iterum in fastos receptum esse die 28 dec., falso sub indicio :* Ancyrae in Galatia.

**in Thracia civitate Eraclea Euticii.**

7. PLAUTI] *Cod. Cambr. :* P l a u d i, *utraque prava lectio. Scribatur* P l a c i d i, *ut n. 15.*

12. MICHAELIS] *Sacramentarium Gelasianum :* III kal. octobres dedicatio basilicae angeli Michaelis [1]. *Sacramentarium Gregorianum :* III kalendas octobres id est XXVIIII die mensis septembris dedicatio basilicae sancti Angeli [2]. *In Sacramentario Leoniano :* Pridie kal. oct. n(atale) basilicae Angeli in Salaria... *Kalendaria mozara-*

[1] Al. *Orationes in sancti archangeli Michaelis.* WILSON, p. 200. — [2] WILSON, p. 105.

*bica :*

*bica*: Dedicatio S. Michaelis archangeli [1]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [2]:

DED(*ICATIO*) S(*ANCTI*) ARCHA(*NGELI*) MI-[C(*HAEL*)

*Epitome de Locis sanctorum (via Salaria Nova):* Per eandem quoque viam venitur ad ecclesiam S. Michaelis septimo miliario ab Urbe [3]. *De numero miliariorum levis est discrepantia. Ceterum certa est lectio:*

**Romae via Salaria miliario VI dedicatio basilicae sancti Michaelis.**

*Additamenta codicum posterioris recensionis (n. 28-38) interpolata sunt.*

*13.* ERACLA] *Hic et infra, n. 17, iteratur n. 4. Ad hanc civitatem solus pertinet* E u t i c i u s, *n. 5.*

*15.* PLACIDI] P l a c i d i, A m b o d i; *oct. 11:* A m p o d i P l a c i d i; *rursum, oct. 14:* A m p o d i ...P l a c i d i.

*21.* VIA SALUTARIA] *Lege:* v i a S a l a r i a; *supra, ad n. 12.*

*33.* GARGANI] *De apparitione S. Michaelis in monte Gargano narratio exstat* [4]. *Hanc legerat interpolator qui dedicationis hodiernum festum non de Romana basilica, sed de ecclesia ab illa longe dissita intellegi voluit (n. 28-38). Alteram dedicationem Romae factam ecclesiae S. Michaelis in summitate circi memorat Ado, de qua, ut patet, nihil in martyrologio nostro* [5]. *De ecclesiis intra Urbis moenia S. Michaeli dicatis* [6] *praeter rem foret disserere.*

*41.* POSSESSI] *Al.* S o s i. *Hanc lectionem germanam esse ostendit nomen* I a n u a r i, *n. 42.* S o s s u s *enim, cuius memoria recolitur die 23 sept., S. Ianuarii comes fuisse traditur, quocum et diebus 19, 20 oct. (die 16 oct. solus) in hisce fastis rursum inscriptus est. Utrumque autem evocavit* E u t i c i u s *(n. 5). Euticius enim seu Eutyces, non quidem Heracleensis sed Puteolanus, in Passione S. Ianuarii recolitur.*

*43.* AMPLI] *Lectio dubia. Cf. supra, n. 16:* A m b o d i, *al.* A m p o d i.

*44.* CELEDONI] *Unus nobis notus est* C e l i d o n i u s, *martyr Calagurritanus, de quo in libris nostris 3 mart., n. 55.*

*45.* AUTISIODORI] *Fraterni, episcopi Autissiodorensis, nulla exstant Acta* [7]. *Sedit inter Helladium et Censurium* [8], *post medium saec. V.*

**Autisiodori depositio Fraterni episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* P l a u d i = *Plauti, n. 7.*

*Cod. Taml.:* A m p u l i = *Ampli, n. 43.*

P a l u t i = *Plauti, n. 7.*

[1] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 338-39. Cf. DUCHESNE, *Origines du culte chrétien* [5], p. 292. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. Cf. *Bullettino*, 1871, p. 146.— [4] *BHL*. 5948. — [5] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 560-61. — [6] HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 387-88. — [7] *Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 135-38. — [8] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 445.

---

# PRID. KAL. OCT.

I — II

**In Placentia civitate natale sancti Antonini**

| **Casti Desiderii.**

**et in Mediolano translatio corporis sancti Victoris martyris.**

**et in Mesoli Casti et Desiderii.** |

**in territorio Hierosolimitanae civitatis castello Bethlem depositio Hieronymi presbyteri.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. *om.* E | 3. *om.* E | 4. *om.* BW | 5. *om.* E | 6. antoni EW | 7-8. *om.* W | 9. *om.* BW | 11. mediōl E | 13-14. *om.* E | 16. *om.* EW | 23-27. *om.* E | 24. territur̄ B¹; territor̄ B²; territurio W | 25. hierusolimitanę BW | 26. civitate B¹; civitates B²; civit̄ W | 27-28. *om.* W | 28. castel E | 29. *om.* E; *add.* sc̄i W | 30. hieronimi EW; heronimi B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Placensia nat. Antonini et in Mediolano translatio Victori et Mesoli Casti et Desiderii et in Bethlem Hieronimi prespiterii. — TAML.: Ieronimi presbiteri in Bethleem Antonini translatio Licasti Celsii Fictoris Zefani Desidei Iohannis Desiderii Honorii episcopi Noe Mariae. — MON.: Placentia Antonini. — RICH.: In Placentia Antonini Casti Desiderii alibi Casti et Desiderii et in Bethleem depositio Hieronimi presbyteri (sanctorum m. Victoris et Ursi *2a manu*).

## SEPT. 30

1. IN PLACENTIA] *Variis fabellis obnubilata est memoria S.* A n t o n i n i *martyris Placentini* [1], *quem alii existimarunt unum fuisse ex legione Thebaeorum Placentiae (Piacenza) cultum, alii illum ipsum qui saec. VI itinerarium Hierosolymitanum conscripsit, licet id vel cum ipso libelli initio componi nequeat:* Praecedente beato Antonino martyre, ex eo quod a civitate Placentina egressus sum, in quibus locis sum peregrinatus, id est sancta loca [2]. *Fuerunt nihilominus qui librum retractarent, et hanc inscriptionem apponerent:* De locis sanctis quos perambulavit beatus Antoninus martyr. *Huius autem recensionis prima sententia ita expressa est:* Procedente beato Antonino martyre una cum collega suo, ex eo quod civitatem Placentiam egressus est, in quibus locis per regnum conatus est ire, vestigia Christi sequentes et miracula sanctorum prophetarum providere coeperunt [3]. *Quae omnia ita intellegi potuisse a viris doctissimis nostrae aetatis ut Antoninus fuerit itineris comes* [4], *nemo non mirabitur. Patet enim anonymum Placentinum Antonini martyris tutelam peregrinationem auspicando sibi conciliare voluisse. Antiquae celebritatis* A n t o n i n i *Placentini testis est Victricius Rotomagensis, quem martyribus medicis seu thaumaturgis accenset:* curat Placentiae Antoninus [5]. *Eius Passio desideratur.*

**in Placentia civitate natale sancti Antonini.**

7. CASTI] *Infra, n. 20. Quoniam in codicibus posterioris recensionis* C a s t i *et* D e s i d e r i i *nomina loci indicio destituta sunt, eos cum Antonino Placentiae tribuere pronum erat, nec mirum eos labentibus annis a Placentinis coli coepisse* [6]. *Nullo iure; nisi enim in martyrologio omnia turbata essent, alienigenas eos procul dubio habuissent. In codicibus prioris recensionis, locus venerationis indicatur* i n M e s o l i *(n. 19). Sitne urbs sive regio, frustra quaesivit Florentinius* [7]. *Nec sine causa egregius vir in ancipiti remansit; neutrum enim obtinet, ut mox ostendetur. Dubium quoque relinquitur fuerintne simul passi* C a s t u s *et* D e s i d e r i u s, *an suo quisque loco et tempore.* C a s t u m *novimus celeberrimum martyrem in Africa una cum Aemilio, quorum venerationis dies est 22 maii, n. 7;* D e s i d e r i u m *obvium habuimus die 7 sept., n. 10, cum Festo, utrumque ex societate S. Ianuarii. Non abs re erit afferre coniecturam quam modeste proponit L. Duchesne, pro* C a s t i *scribendum esse* F e s t i [8]. *Emendationem non quidem certam sed verisimilem nemo non dixerit.*

11. IN MEDIOLANO] *Esto hac die translatum fuerit corpus S.* V i c t o r i s. *Nullam certe huius translationis memoriam servant historiae Mediolanensis monumenta nec libri liturgici* [9]. *Non ideo tamen delenda est limpida codicum lectio:*

**in Mediolano translatio corporis sancti Victoris martyris.**

19. IN MESOLI] *Monstrum biforme a librariis editum ex elementis* ME d i o l a n i *(n. 11) et* H i e r o SOLI m i t a n a e *(n. 25).*

20. CASTI] *Supra, n. 7.*

30. HIERONYMI] *Prosperi Chronicon:* Hieronymus presbyter moritur anno aetatis suae XCI prid. kal. oct. [10]. *Nullo indiget commentario S.* H i e r o n y m i *memoria:*

**in territorio Hierosolimitanae civitatis castello Bethleem depositio Hieronymi presbyteri.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.:* V i c t o r i s e t U r s i. *Hi sunt martyres, Thebaei nuncupati, Salodori in Helvetia culti* [11].

[1] *BHL.* 580, 581. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 814. — [2] GEYER, *Itinera Hierosolymitana*, p. 159. — [3] GEYER, t. c., p. 195. — [4] GEYER, t. c., p. XXVI. Recte H. GRISAR, *Zur Palästinareise des sog. Antoninus Martyr, um 580*, in *Zeitschrift für katholische Theologie*, t. XXVI (1902), p. 760-70. — [5] *De laude sanctorum*, XI, *P. L.*, t. XX, p. 453. — [6] *Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 294-95. — [7] *Vetustius ecclesiae occidentalis martyrologium*, p. 889. — [8] « On peut rapprocher Castus et Desiderius des deux saints de Bénévent Festus et Desiderius, compagnons de S. Janvier, d'autant plus que Sosius et Ianuarius d'hier pourraient rentrer sous la même rubrique. » L. D. — [9] SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Mediolano, p. 824. — [10] *M. G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 469.— [11] *BHL.* 8584-8588.

OCTOBER

# OCTOBER

**Mensis October habet dies XXXI**

---

## KAL. OCT.

**Laetanias indicendas**

**I** | **II**

**In Thomis civitate Prisci**

| **Criscenti**

**et Evagri** [a]

**Criscenti** |

**Denegotiae Faustini Marcialis Ianuari Alexandri Eutropi Pigrae Cotiae Saturnini Spei Casti Primi Donati** [b] **item Dignae** [c]

| **Cotiae item Cotiae Passi Eoprepi.**

**Thomis civitate Charisti.**

| **in Galliis civitate Autisiodorensi depositio sancti Germani episcopi** [d] **et confessoris** [e].

*Addunt codices pleniores :* a) remus sancti remedi et sancti germani episcopi E. — b) in gałł civitate beturicas dedicatio ecclesie sancti stepħ protomartyris B. — c) remus civitate translatio corporis sancti remedii episcopi et confessoris in a dravetis depositio beati vedasti episcopi et confessoris W. — d) et sancti vedasti remedii et sanct piatoni KLV. — e) remus (*corr.* remis) festivita... (*in litura*) sancti remigii episcopi B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — *Lemma :* octimber dies XXXI (lit. ind. *om.*) E ; msis octub. B ; men. oct. hab. die XXXI W | 1. *om.* E | 2-3. *invert.* E ; civīt tumis W | 3. *add.* ñt E | 6. *om.* BW | 7. evacri B | 9. denegotie B ; denegothie W | 13. alaxandri E | 14. eop(ro)pi B ; eoprobi W | 15. digne B ; dignę W | 16. gotiae B ; gotthiae W | 23. digne B | 24-26. *om.* W | 24. cotie B | 26. cotie B | 27-28. passico praepi W | 28. cop̄pi B | 30. *om.* BW | 31. cristi B ; christi W | 33. gałł BW | 35. autisioderinsium B ; autisioderins W | 36. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In civitate Thomis nat. Prisci et Evacri Remus sancti Remedi et Alsiodoro sancti Germani episcopi et Adravetis sancti Vedasti Helnone sancti Amanti episcopi et confessoris. — Taml. : Lucae evangelistae adventus reliquiarum Iesu Christi et Mariae et apostolorum et martirum et profetarum et virginum Prisci martiris Crescentii Petri Evagri Faustini Iohannis Marcialis Ianuarii Pauli Alexandri Eupropii Zefani Remedii Pignae Catiae Basillae Basilissae Crescentiae Gotiae Transillae Denegotiae Musae Eugeniae Brigitoniae Balvinae Geurgii Saturnini Spei Casti Primi Ciricii Donati Christi et aliorum XVIII Autisii Laurentii Faustini cum suis Germani episcopi Doctoris episcopi.— Mon. : In civitate Thomis in Galliis civitate Autisiodoro depositio sancti Germani episcopi Vedasti episcopi. — Rich. : In civitate Thomis Prisci Evagrii Ianuarii et Alexandri Autisiodoro depositio sancti Gerani episcopi Beturicas deposentioni Remis depositio sancti Remedii episcopi.

## OCT. 1

*1. IN THOMIS] Tomitanus non est Priscus ille in capite laterculi positus, sed Capuanus, a kal. sept. ad kal. oct. errore nimis consueto traductus, et in locum invasit alterius martyris, qui reapse Moesiacus erat, Cristi vel Chresti. Hunc tamen ut expelleret non pervicit, cum ilico redeat sub specie Criscenti (n. 5, 8), et ad calcem fere hodierni indiculi legatur (n. 29-31): Thomis civitate Charisti, in codice B: Cristi. Iam die 3 april., n. 7, scribendum fuit: in civitate Tomis Chresti, duce breviario Syriaco: ἐν Τόμει τῇ πόλει Χρηστὸς καὶ Πάππος. Illo tamen die Pappus in libris nostris desideratur. Hodie quidem in prima recensione reticetur, non tamen in altera, ubi, n. 27, Passi formam induit.*

*induit. De* E v a g r i *(n. 7) dubitatur sitne in fastos Tomitanos recipiendus. Et id quidem negavimus quando die 3 aprilis Evagrium cum Chresto obviam habuimus. Re tandem maturius perpensa, in oppositam sententiam potius inclinamur, et probabilior videtur, utique non certa, haec mentionis forma:*

**in Tomis civitate Chresti, Evagrii et Pappi.**

*Martyrologium Romanum:* Tomis in Ponto sanctorum martyrum Prisci, Crescentis et Evagri. *Haec ab Usuardo accepta sunt, et tandem refunduntur in Florum Lugdunensem, qui Priscum, martyrem Campanum, non agnovit.*

4. PRISCI] *Sept. 1, n. 12. L. Duchesne, qui de hodierno laterculo amplam conscripsit tractationem* [1], P r i s c u m *Tomis tribuit. Sed aliis intentus, Prisci memoriam obiter tantum tetigit.*

5. CRISCENTI] *Infra, n. 8; n. 31:* C h a r i s t i, *id est* C h r e s t i.

7. EVAGRI] *Supra, ad n. 1.*

8. CRISCENTI] *Supra, n. 5.*

9. DENEGOTIAE] *Male habitum fuit a librariis nomen civitatis* D i n o g e t i a e *in Moesia:*

> D e n e g o t i a e, D e n e g o t h i a e
> D i g n a e C o t i a e, P i g r a e C o t i a e
> D i g n a e *(cod. E)*, G o t i a e *(cod. B)*.

*Nec mirum deceptos fuisse hagiographos, qui haec pleraque esse nomina martyrum arbitrati, animum induxerunt ut illis gesta conscriberent. Quid hac in re possint debiliora simul et audaciora ingenia, ostendunt Acta S. Susannae* [2], *quorum inter fontes est hodiernus laterculus* [3]. *Martyres tres qui civitatis nomen excipiunt ad eam certo certius non pertinent. Quartus autem,* A l e x a n d r i *(n. 13), advocandus videtur, ceteris exclusis* [4], *ita ut memoria diei 14 maii, n. 22-23, iteretur:*

**Dinogetiae Alexandri.**

10. FAUSTINI] *Saepius hoc mense recurrent martyres Cordubenses, quorum festum agitur die 13 octobris.*

**<Cordubae> Faust(in)i, Marcialis, Ianuarii.**

14. EUTROPI] *Al.* E o p r e p i, E o p r o b i, *et infra n. 28:* C o p r e p i. *Utrum* Εὐτρόπιος *an* Εὐπρέπιος *latine exprimatur, discernere nequeo. Uterque plane ignotus est.*

15. PIGRAE] *Adde sequens* C o t i a e, *unde: Pigraecotiae =* D i n o g e t i a e, *supra, n. 9.*

16. COTIAE] *Infra, n. 24, 26. Cf. n. 9.*

17. SATURNINI] *Sexcenti in his fastis occurrunt Saturnini.*

18. SPEI] *Nudum nomen.*

19. CASTI] *Sept. 30, n. 7; oct. 3, n. 21; oct. 6, n. 4.*

20. PRIMI] *Oct. 2, n. 10.*

21. DONATI] *Pervulgatum nomen.*

23. DIGNAE] *Admoveatur quod sequitur* C o t i a e, *hinc: Dignae Cotiae =* D i n o g e t i a e, *n. 9.*

24. COTIAE] *Item n. 16, 26. Cf. n. 9.*

27. PASSI] *Lege:* P a p p i. Πάππος, *supra, ad n. 1.*

28. EOPREPI] *Al.* C o p r e p i. *Supra, n. 14:* E u t r o p i.

29. THOMIS] *Supra, n. 1.*

31. CHARISTI] *Al.* C h r i s t i, C r i s t i *seu Chresti. Supra, ad n. 1.*

38. GERMANI] *Triplicem S.* G e r m a n i *commemorationem fieri exposuimus ad diem 31 iulii. Hodie celebratur eius depositionis dies, quo in sua civitate perpetuae traditus est sepulturae.*

**in Galliis civitate Autisiodorensi depositio sancti Germani episcopi et confessoris.**

ADDITAMENTA] R e m e d i i *seu Remigii episcopi Remensis natalis dies est 13 iun., hodie translationis. Eius Acta edita sunt* [5] *et profuse illustrata* [6].

*in* A d r a v e t i s, *scil.* A t r e b a t i s, V e d a s t i, *ut iam notatum est ad diem 6 feb., in Additamentis.*

P i a t o n i s *seu Piati Passio edita est* [7] *et in Actis nostris commentario aucta* [8].

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* P i g n a e C a t i a e *= Dinogetiae, n. 9.*

F a u s t i n i c u m s u i s *= martyres Cordubenses, n. 10-12.*

[1] In *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXVI, p. 36-42. — [2] *BHL.* 7937. — [3] DUCHESNE, t. c., p. 33-42. — [4] Cf. *Saints de Thrace et de Mésie*, p. 244-45. — [5] *BHL.* 7150-7173. — [6] *Act. SS.*, Oct. t. I, p. 36-187. — [7] *BHL.* 6845-6848. — [8] *Act. SS.*, Oct. t. I, p. 7-26.

# VI NON. OCT.

**In Nicomedia natale Eleutheri cuius gesta habentur. in Antiochia Primi Quirini Epetini. Romae natale sancti Eusebi episcopi. et alibi Pantaleonis Gaiani Secundiani item Secundiani Platonis Leonti[a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in gall natale (passio C) sancti leudegarii (leodegarii C) episcopi et martyris CW[2].

*Var. lect. codd.* EBW. — 1. *om.* E | 2. nicōm E ; nicomēd B | 3. *om.* BW | 5-7. *om.* E | 8. *om.* E | 9. antiōch E ; anthiocia W | 11. quirilli BW | 12. pitini BW | 13. rōm EW ; rome B | 14. *om.* E | 16. eusebii B | 20. ponti leonis B ; ponti-leonis W | 25. placionis B ; plationis W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. sancti Eleutherii et sancti Liodiceri. — TAML. : Euliter Primici Aurilli Epetini Eusebii Gaiani Secundiani Pitini Primi Cirilli Martini Pantaleonis Eusebii episcopi. — MON. : In Nicomedia natalis sancti (*nomen sancti* Eleutherii *erasum fuit et eius loco scriptum* Leodegarii martyris) cuius gesta habentur et aliorum III Quirilli Secundiani Primi. — RICH. : In Nicomedia Eleutherii in Antiochia Primi Quirilli Rome Eusebii episcopi Leodegarii martyris et alibi Pontii Leonis Gaiani Secundiani.

## OCT. 2

*1.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Νικομηδείᾳ Ἐλευθέριος. Non aliter martyrologus noster, qui addit:* cuius gesta habentur. *Quamquam Nicomediensis Eleutherius ceterum ignotus est, ad eum pertinere censenda est haec sententia, quam nullus ex hodiernis martyribus sibi vindicat:*

**in Nicomedia natale Eleutherii cuius gesta habentur.**

*Pauca addantur quae, dum colligimus ea omnia quae fortasse huic Eleutherio accommodari possint reperta sunt. Primum est quod ex gestis Gennadii patriarchae depromptum videtur testimonium: Ἐλευθερίῳ τῷ μάρτυρι δι' ἕνα κληρικὸν τοῦ ναοῦ αὐτοῦ ἐδήλωσεν ὁ Γεννάδιος, ὅτι· « Ὁ στρατιώτης σοῦ ἀτακτεῖ· ἢ διόρθωσον τοῦτον ἢ ἔκκοψον. » Ὁ δὲ εὐθὺς ἐτελεύτησεν ὡς κακότροπος* [1]. *Erat quidem Constantinopoli ecclesia S. Eleutherii πλησίον τοῦ Ξηρολόφου* [2]. *Si tamen synaxaristae fides haberi debet, erat ille ἀπὸ τῆς μεγαλοπόλεως Ῥώμης, cuius mater Ἀνθία* [3]. *Celebratur die 15 dec. Eleutherius, qui in iisdem synaxariis die 3 oct. prodit, et cuius festum agebatur Constantinopoli in Magna ecclesia. S. Dionysii socius in martyrio fuit* [4], *et nostris fastis inscriptus est die 9 oct. Memoratur et in libris Graecorum, ad diem 8 aug. ἄθλησις τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Ἐλευθερίου, Λεωνίδου καὶ τῶν νηπίων, quorum agebatur celebritas in ecclesia S. Irenes, πέραν ἐν Ἰουστινιαναῖς* [5]. *Die tandem 4 aug. commemoratio fiebat S. Eleutherii, genere Byzantii, qui fuit εἷς τῆς συγκλήτου βουλῆς γνωριζόμενος καὶ ἐν βασιλικαῖς αὐλαῖς ἀνατρεφόμενος, τῇ θέσει εὐνοῦχος, ποθεινός τε ἦν τοῖς πᾶσι καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ Μαξιμιανῷ ᾠκειωμένος* [6]. *Fuerit ergo unus ex palatinis Nicomediae necatis, quorum certamen enarrat Eusebius* [7]. *Hunc illum ipsum esse qui hodie colitur nolumus asserere, multo minus Eleutherium primum esse christianorum post palatii incendium a Diocletiano peremptorum, ut placuit Adoni* [8] *eiusque sequacibus, non excepto Baronio in martyrologio Romano.*

*9.* IN ANTIOCHIA] *Submittuntur nomina martyrum trium:*

*10. P r i m i*
*11. Q u i r i n i , al. Q u i r i l l i*
*12. E p e t i n i , al. P i t i n i*

*quorum nullum Antiochenum fuisse certo constat. Fuit quidem Antiochiae Cyrillus quidam inter martyres computatus* [9]. *Sed incerta est lectio* Q u i r i l l i. *Vox* A n t i o c h i a *e laterculo diei 3 oct., n. 4, huc aberrasse videtur. In martyrologio Romano hodie nuntiatur* Antiochiae sanctorum martyrum Primi, Cyrilli et Secundarii, *quibus hunc commentarium subicit Baronius: « De his agitur in vet. manuscriptis ex quibus etiam Molanus hac die. » Nihil proinde repperit in monumentis.* Secundarius *procul dubio est* S e c u n d i a n u s *(infra, n. 22, et iterum, n. 24), in Antiochia certo certius peregrinus.*

*13.* ROMAE] *Depositionis* E u s e b i i *papae anniversaria dies est 26 sept., a qua, id est* V I k a l. o c t., *solito errore, ad* V I n o n. o c t. *relata est eadem memoria:*

**Romae natale sancti Eusebii episcopi.**

*20.* PANTALEONIS] *Unum novimus ita vocatum martyrem Nicomediensem, qui iam bis occurrit, 23 april., n. 49, et 28 iul., n. 11. Eius autem nomen in codicibus hodie varias hasce induit formas:*

| | |
|---|---|
| *P o n t i L e o n i s* | *codd. B W, n. 20.* |
| *P o r t u L e o n i s* | *cod. C.* |

[1] THEODORI LECTORIS *Hist. eccl.*, I, 16, *P.G.*, t. LXXXVI, p. 173. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 310. — [3] Ibid., p. 307. — [4] Ibid., p. 101. — [5] Ibid., p. 878. — [6] Ibid., p. 867. — [7] *Hist. eccl.*, VIII, 6. — [8] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 615. — [9] *Origines du culte des martyrs*, p. 225.

*P l a c i o n i s L e o n t i codd. B W, n. 25.*
*P l a t o n i s L e o n t i cod. E, n. 25.*

*21.* GAIANI] *Nudum nomen.*
*22.* SECUNDIANI] *Item; iterum, n. 24.*
*25.* PLATONIS] *Adde: L e o n t i, n. 26; scribe: P a n t a l e o n i s, supra, n. 20.*
ADDITAMENTA] *L e u d e g a r i i, episcopi Augustodunensis Vita non semel conscripta est* [1]. *In codice B postridie nuntiatur.*

**in Galliis natale sancti Leudegarii episcopi et martyris.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: L i o d i c e r i = Leodegari.*

[1] *BHL.* 4850-4855 ; Supplem. p. 192-93. Cf. *Anal. Boll.*, t. XI, p. 104-110.

---

# V NON. OCT.

I | II

**Romae Candidae. in Antiochia civitate Teotisti.**

**in Aegypto Marci Marcelliani.** |

**in Africa Victoris Urbani Gapargi. et alibi Felicis Amponi et Casti [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) et passio sancti leudegarii martyris et episcopi agustidunensiū B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — *Lemma:* V non. oct. ///////// W | 1-2. *om.* W | 1. rōm E ; rome B | 2. candide B | 4. antiōc E | 4-5. civīt anthiocia W | 5. *om.* E | 6. teoctisti B ; thugeni W | 8. aegīp E | 12. āff E | 15. separgi B ; sapargi W | 19. āponi B | 20. *om.* B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Candidae et in Antiochia Theotisti in Aegypto Marci et Marciani. — TAML. : Candidae Teuthotae Marcianillae Felicis Teodosti Marciani Amboni Casti Geni Leodargi Urbani Celsii Spargi Felicis Marcelliani natale Marci evangelistae. — MON. : Africa Victoris Theugeni Leodigarii episcopi. — RICH. : Rome Candidi et in Antiochia Teoctisti et in Aegypto Marci et Marcelliani in Affrica Victoris Urbani et alibi Felicis et Casti.

## OCT. 3

*1.* ROMAE] *Itinerarium Salisburgense (via Portuensis):* Deinde descendis ad aquilonem et invenies ecclesiam S. Candidae virginis et martyris cuius corpus ibi requiescit [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Tertia decima porta Portuensis dicitur et via. Ibi prope in ecclesia sunt martyres Felix, Alexander, Abdon et Sennes, Symeon, Anastasius, Polion, Vincentius, Milex, Candida et Innocentia [2]. *Liber pontificalis, in Vita Hadriani (772-795):* Nec non et ecclesiam S. Felicis positam foris portam Portuense noviter restauravit, simul et basilicam sanctorum Abdon et Sennes atque beatae Candidae una cum ceteris sanctorum cymiteriis in idipsum pariter restauravit [3]. *In martyrologio Bedae-Flori, codice basilicae Sancti Petri H. 58* [4], *ad diem 1 dec. :* ad Ursum pileatum sancte Candide [5], *quod e codice hieronymiano nostris pleniore fluxisse nemo dubitaverit. In breviario Remensi R*[3] *seu codice Parisino 17189* [6], *ad diem 3 oct. :* Romae ad Ursum pileatum natale sancti Candidi, *ubi error in nomine facile emendatur. Coemeterium ad Ursum Pileatum illud esse in quo quiescebant SS. Abdon et Sennen notatum est ad diem 30 iul. Praeter Candidam virginem, quae obiter refertur die 29 aug., n. 46, haec nostra C a n d i d a, 1 et 2 dec. memoratur. Silentibus libris liturgicis, de die quo Candidae natalis celebrabatur revera non constat. Cum tamen initio mensis decembris a Pimenio, qui in eodem coemeterio sepultus erat, evocata videatur, 3 vero oct. a nullo, probabilius haec dies ipsi sacra erat* [7]. *S. Candidae Gesta desiderantur. Candidae cuiusdam cum coniuge Artemio martyrium narratur in Passione SS. Marcellini et Petri* [8]. *Sed eius depositionis diem et locum ignorasse videtur hagiographus.*

**Romae ad Ursum pileatum Candidae.**

*4.* IN ANTIOCHIA] *In breviario Syriaco hodie:* ἐν Ἀντιοχείᾳ Ζακχαῖος, *postridie vero, nullo loci praemisso indicio:* Θεότεκνος *(T h a t q n o s). Codices nostri nomen civitatis retinent,*

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [2] Ibid., p. 183. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 509 ; cf. p. 219. — [4] DE ROSSI, in *Acta SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XXIV] ; QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 39-42. — [5] *Anal. Boll.*, t. XLIX, p. 94.— [6] Cf. DE ROSSI, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XXXV]. — [7] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische Festkalender*, p. 85. — [8] *BHL.* 5230, 5231, c. 3-9.

*non*

*non martyris quod ipsi adhaeret. Lectio enim T e o t i s t i (n. 6), et multo minus T h u g e n i (cod. W), cum Ζακχαῖος componi nequaquam potest; cum Θεότεκνος aliquot saltem elementa communia habet. Hodie in Graecorum menaeis inscripta sunt nomina tum Θεοκτίστου, tum Θεοτέκνου, tum etiam Θεαγένους* [1], *quorum tamen memorias nullo illustrant elogio. In kalendario lapideo Neapolitano, die 4 oct., parum emendate signatur* [2]:

P(ASSIO) S(ANCTI) THEOTEGNVS

*In Actis SS. Cypriani et Iustinae, quae ad diem 2 oct. in libris Graecorum legenda proponuntur, T h e o c t i s t u s aliquis fertur mortem pro Christo obivisse* [3]. *Hunc eundem illum esse cui hodie A n t i o c h i a e locus celebritatis assignatur, aliqui opinati sunt* [4]. *At quis ex horum martyrum Actis plane commenticiis aliquid certi elicere posse sibi blandiatur?*

8. IN AEGYPTO] *Codex Epternacensis Aegyptios facit M a r c u m et M a r c e l l i a n u m, qui Romae coluntur die 18 iun., n. 6. Postridie in codice B: i n A e g y p t o M a r c i e t M a r c i a n i, in codice W: i n A e g y p t o M a r c i a n i. Dubitari nequit quin huius martyrologii collectoribus in mentem redierit par illud martyrum M a r c i a n i e t N i c a n d r i, quos improbi hagiographi in Aegypto passos esse mentiti sunt (iun. 5, ad n. 1). Si quaeritur quare M a r c u s et M a r c e l l i a n u s in hodierno laterculo compareant, causa est tum librariorum imperitia tum interpolatorum licentia qui opportunitate sumpta a memoria M a r c i papae, qui 7 oct. colitur, plurima cum Marco cognata nomina hisce diebus congesserunt, horum imprimis martyrum M a r c i et M a r c e l l i a n i, in eodem Balbinae coemeterio quiescentium. Haec brevi elencho ostenduntur:*

*M a r c i: oct. 3, n. 9; 4, n. 8; 6, n. 23; 7, n. 8.*
*M a r s i: oct. 4, n. 27.*
*M a r c e l l i a n i: oct. 3, n. 10.*
*M a r c e l l i n i: oct. 4, n. 35; 7, n. 16; 9, n. 53.*
*M a r c e l l i: oct. 4, n. 3, 23; 6, n. 7, 13; 7, n. 5, 14; 11, n. 21; 13, n. 11, 20.*

*Ut ab implicatissimis tricis nos expediamus, prae oculis habendum est M a r c u m papam et M a r c e l l u m Capuanum solos in principio mensis octobris propriam sedem habere, ut suis locis ostendetur, ceteros aliunde advectos esse.*

12. IN AFRICA] *Afros esse hos martyres tres*

*13. V i c t o r i s*
*14. U r b a n i*
*15. G a p a r g i, al. S e p a r g i*

*aliis scriptis monumentis non comprobatur. Nullus certe G a p a r g u s fuit.*

18. FELICIS] *Solo nomine notus.*

19. AMPONI] *Sept. 29, n. 16: A m b o d i; oct. 11, n. 16; 14, n. 17: A m p o d i. Lege quae ibi annotata sunt.*

21. CASTI] *Sept. 30, n. 7; oct. 1, n. 19; 6, n. 4.*

ADDITAMENTA] *L e u d e g a r i i. Oct. 2, in Additamentis.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: T e u t h o t a e, T e o d o s t i, supra, n. 6, Teotisti.*
*M a r c i a n i l l a e, supra, ad n. 8.*
*S p a r g i = Gapargi, n. 15.*
*M a r c i e v a n g e l i s t a e, n. 9.*
*Cod. Mon.: T h e u g e n i, ut in codice W, supra, ad n. 6.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 103. *Θεότεκνος* etiam die 4 oct., ibid., p. 107. — [2] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [3] *BHG*². 452-459; *BHL*. 2047-2053. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 314-32. — [4] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 197.

# IV NON. OCT.

| I | II |
|---|---|
| Romae Balbinae Marcelli episcopi. et | In Aegypto Marci et Marciani. |

**in Africa**

| | |
|---|---|
| | civitate Carthaginis |

**Adauti**

| | |
|---|---|
| | Carusi Restituti. |

**in Axiopoli Dassi. et alibi Marcelli episcopi. Autisiodoro depositio Marsi presbiteri.**

| | |
|---|---|
| | Romae via Appia sanctae Albinae et Marcellini episcopis. |

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rõm E | 8-9. *om.* W | 10. *add.* et B | 12. ãff E | 14. *om.* W | 15. adaucti BW ; *add.* et B | 16. marusi W | 19. *add.* ñl sc̃i W | 20. dasii BW | 25. autisiodõ E ; autiodero B ; autisiodero W | 26. *om.* E ; *add.* sc̃i W | 27. marci BW | 33. albine B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Marcelli episcopi et in Affrica Adaucti. — TAML. : Marcelli episcopi Marci Marsini Marciani Dassi Audacti Balvinae Iunillae Leonillae Heuualach bis. — MON. : In Aegipto natalis sanctorum Marci et Marciani Romae Marcelli papae. — RICH. : Rome Marcelli episcopi et in Affrica Adaucti et Restituti et in Anxiopoli Dasii alibi Marcelli episcopi Autisiodoro depositio Marsi presbyteri.

## OCT. 4

*1.* ROMAE] *Balbina non annumeratur martyribus, sed eponyma est* c i m i t e r i i B a l b i n a e, *ubi depositus fuit Marcus papa, de quo mox, oct. 6, n. 23. Hodie eius memoria anticipata fuit, Marcus vero commutatus cum* M a r c e l l o. *Cf. quae notata sunt ad oct. 3, n. 8. Scriptum ergo erat :*

**Romae <in cimiterio Balbinae> Marci episcopi.**

*3.* MARCELLI] *Infra, n. 23; n. 35:* M a r c e l l i n i.

*7.* IN AEGYPTO] *Iteratur memoriola quam heri protulit codex Epternacensis :* i n A e g y p t o M a r c i e t M a r c e l l i a n i, *cuiusque rationem explicare conati sumus ad oct. 3, n. 8. Nomina exscripsit ex codicibus posterioris recensionis addiditque vocem* fratrum *Florus Lugdunensis :* Apud Aegyptum natale sanctorum martyrum Marci et Marciani fratrum [1]. *Haec assumpta sunt ab Adone, qui adiecit :* et cum eis innumerabilium aliorum, *addito elogio ex Rufini Historia ecclesiastica, VIII, 8* [2], *ac tandem transierunt in martyrologium Romanum. Neque in Aegypto neque alio loco passos esse fratres Marcum et Marcianum ex praemissis manifestum est.*

*12.* IN AFRICA] *Unus in hodierno laterculo Africae et Carthagini competere videtur* R e s t i t u t u s, *n. 17, si tamen ille est qui kalendario Carthaginiensi inscriptus est ad diem 29 aug. Quapropter nonnihil dubitantes scribimus :*

**in Africa civitate Carthagine Restituti.**

*15.* ADAUTI] *Afris martyribus connumerandus non est* A d a u c t u s, *ut modo dictum est. Neque Romanus est, ille nempe qui die 30 aug., n. 3, cum Felice colitur, neque alter Adauctus Phryx, cuius passionem enarravit Eusebius* [3]. *De utroque verba fecimus ad 14 maii, n. 21. Tertium hoc ipso die memorant Graeci :* τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀδαύκτου καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Καλλισθένης, *de quo haec scribunt synaxaristae :* Οὗτος ὑπῆρχεν ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἀσίας... ὕπαρχος Μαξιμίνου... εἰς Μελιτηνὴν ἐξορισθεὶς τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται [4]. *Excerpta haec sunt e Passione, nunc deperdita, quae sublestae fidei fuisse videtur.*

*16.* CARUSI] *Al.* M a r u s i. *Plane ignoratur.*

*17.* RESTITUTI] *Supra, ad n. 12.*

*19.* IN AXIOPOLI] *Die 5 aug., n. 3, 5, 15, iam obvium habuimus* D a s s i *seu* D a s i, *et postea denuo habebimus. Quamquam ignorata est ratio hodiernae commemorationis, iterum scribendum est :*

**in Axiopoli Dasii.**

*23.* MARCELLI] *Supra, n. 3.*

*27.* MARSI] *Al.* M a r c i. *In libello de Revelatione S. Corcodemi et de conversione S. Mamertini abbatis Autissiodorensis, qui insertus est in Vita interpolata S. Germani* [5], *ita S. Corcodemus*

[1] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 341. — [2] Ibid., p. 617. — [3] *Hist. eccl.*, VIII, 11, 2. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 104-105. — [5] *BHL.* 5200, 5201.

*loquens*

*loquens inducitur:* Fratres autem mei erant hi: Marsus presbyter, Alexander et Iovianus [1].

**Autisiodoro depositio Marsi presbiteri.**

*31.* VIA APPIA] *Significatur coemeterium Balbinae, quod potius via Ardeatina situm est, sed reapse inter utramque viam, et coemeterio Callisti contiguum. Proinde improbanda non est locutio: via Appia in cimiterio Balbinae.*

*33.* ALBINAE] *Lege: Balbinae, ut supra, n. 2, deleaturque vox sanctae, cuius loco scribatur in cimiterio.*

*35.* MARCELLINI] *Supra, n. 3: Marcelli. Legendum Marci, ut ad n. 1 notatum est. Sine iusta causa interrogatum fuit num papa Marcellus (ian. 16, n. 9), hoc loco commemoretur.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Marsini, n. 27: Marsi.*

[1] *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 209; Sept. t. VII, p. 244-45; Oct. t. II, p. 387-90, et Addenda.

---

# III NON. OCT.

**I** **II**

**In Sicilia**

| **Placidi**

**natale Eutici et aliorum**

**VIII.** | **XXX.**

**et alibi Barici Victurini Fausti Pilagi. in Galliis civitate Valentia Appollinaris episcopi. in Galliis civitate Autisiodero Firmati diaconi et Flavinae virginis Deo sacratae [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) dedicatio oratorii sc̄i remedii in oriente iuxta flum̄ hlutra W[2].

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. sicīl E | 4. *om.* BW | 5. euti W | 11. alƀ B | 13. victorini B | 15. pelagi BW | 16. *om.* E | 17. galł EBW | 19. valeraci E; *add.* dēp W | 20. apollonaris BW | 21. *add.* et W | 22-24. *om.* E | 23. galł B; gallea W | 25. autisiodō E; *add.* dēp scōrū germanorum W | 29. flaviane B; flavianae W | 31-32. *om.* E | 31. dō BW | 32. sacrate BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Sicilia nat. Eutici et aliorum VIII. — TAML.: Placidi Euticii et aliorum XXX Baraci Firmati Victorini Quintini Pelagii Valenaci Apollinaris Zefani. — MON.: In Sicilia natalis sanctorum Placidi Eutici Valentini et aliorum XXX. — RICH.: In Sicilia Euticii et aliorum VIII et alibi Placidi Baricii in Valentia civitate Galliae Apollonaris episcopi Autisiodoro Firmati diaconi.

## OCT. 5

*1.* IN SICILIA] *Nihil lucis affert ad hodiernum laterculum illustrandum Passio SS. Placidi, Eutichii, Victorini, Flaviae, Donati, Firmati, Fausti et aliorum XXX monachorum, quam Gordianus scripsisse asseritur [1]. Qui hanc fabulam consarcinavit, martyrologium prae manibus habuit, ibique repperit dramatis personas: Placidi, n. 3; Eutici, n. 5; aliorum XXX, n. 9; Victurini, n. 13; Fausti, n. 14; Firmati, n. 26; Flavinae, n. 29. Rem gestam esse Messanae eruit ex loci indicio, in Sicilia, quocum nullus horum martyrum conectendus videtur. Pseudo-Gordiani seu Petri diaconi commenta recepta sunt a collectoribus Romani martyrologii:* Messanae in Sicilia natalis sanctorum martyrum Placidi monachi discipuli beati Benedicti abbatis et fratrum eius Eutychii et Victorini *cet.*

*3.* PLACIDI] *Nihil ab antiquis traditum est de Placido martyre, quem unum eumdem atque Placidum S. Benedicti discipulum finxerunt hagiographi (supra, ad n. 1). Iam signatus est die 29 sept. una cum Eutici (n. 5), et denuo erit oct. 11, n. 17, oct. 14, n. 23.*

*5.* EUTICI] *Martyr Heracleensis, de quo sept. 29, n. 5, frater S. Placidi, auctore pseudo-Gordiano.*

*7.* ET ALIORUM] *Quinam sint illi octo vel triginta martyres et cuinam velut antesignano adhaereant ignoratur. Euticius enim in laterculo diei 29 sept. nullos habet socios.*

*12.* BARICI] *Nomen punicum Africam clamat, cuius hodie nulla mentio est.*

[1] *BHL.* 6859. Cf. E. CASPAR, *Petrus diaconus und die Monte Cassineser Fälschungen* (Berlin, 1909), p. 47-72; MORIN, in *Revue bénédictine*, 1910, p. 250-51; *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 168-70.

*13.* VICTURINI] *Solo nomine notus, frater S. Placidi auctore pseudo-Gordiano.*

*14.* FAUSTI] *Unus esse videtur ex martyribus Cordubensibus, qui die 13 oct. coluntur, passimque in principio huius mensis memorantur.*

*15.* PILAGI] *Oct. 8, n. 3: Pelagiae, quae hodie inscripta est in tabulis Neapolitanis* [1]*:*

N(*A*)T(*ALE*) S(*ANCTAE*) PELAGIA(*E*)

*20.* APPOLLINARIS] *Episcopi Valentinensis Apollinaris Vitam habemus* [2], *quam ab aequali vel suppari conscriptam vix credideris* [3].

**in Galliis civitate Valentia Apollinaris episcopi.**

*25.* AUTISIODERO] *Praeter memoriam martyrologii nihil de sanctis Firmato et Flavina in monumentis relatum est, nec refert quod a pseudo-Gordiano inter socios S. Placidi cooptatus est* [4].

**in Galliis civitate Autisiodoro Firmati diaconi et Flavinae virginis Deo sacratae.**

[1] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [2] *BHL.* 634. — [3] B. KRUSCH, in *Mélanges Havet*, p. 39-56. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 223. — [4] Cf. *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 163-67.

---

# PRID. NON. OCT.

**I**

**In Apulia natale Casti et Emeli Marcelli Saturnini.**

**II**

**In Capua natale sanctorum Marcelli Casti Emili Saturnini.**

**Romae via Ardiatina in cimiterio Balbinae Marci episcopi. et in Africa Rogati Saturnini Ianuari**

**Faustini et Marcialis. in Apolia Casti Emili Saturnini**

**Ammoni presbyteri. in Galliis civitate Agenno natale sanctae Fedis martyris. in Galliis civitate Autisiodoro Romani episcopi** [a].

*Addunt codices pleniores:* a) (sancti?) mathei apostoli B *postea erasum.*

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 9. *om.* W | 16. sat̄nini B | 17. rōm EW; rome B | 18-21. *om.* W | 18-22. *om.* E | 22. balbinc B; *add.* depōs sc̄i W | 27. āff E | 29. *om.* W | 30. ianuarii BW | 33. *add.* et W | 37-38. *om.* W | 40. *add.* et W | 41. *om.* E | 42. gall EBW | 44. genua E | 47. felicis E; fidis W | 48. *om.* E; *add.* et W | 50-51. *om.* B | 50. gall E; *om.* W | 52. autisiōd E; autisiodēr B; autisiodero W; *add.* dēp sc̄i W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Apolia nat. Casti Emelii. — TAML.: Casti Emelii Saturnini Zefani Marci Rogati Ianuarii Saturnini Ammoni Romani Felicis Fausti Marcialis Baluinae Teodorae Mariae Concordiae. — MON.: Romae via Ardiatina in cimiterio Babinea depositio sancti Marci episcopi Autisiodoro Romani episcopi Rogati. — RICH.: Rome Marci episcopi et in Apulia Casti Marcelli Emili Saturnini et in Affrica Rogati Faustini in Gallia civitate Aginno Fidis martyris.

## OCT. 6

*1.* IN APULIA] *Martyres quattuor qui in codice Epternacensi Apuliae deputantur, in codicibus alterius recensionis in Capua signati sunt. Ex quadam vocabulorum similitudine factum esse ut* (C)APVA *et* APV(LI)A *in unam coirent lectionem coniectura est non omnino respuenda, non ea tamen quae omni occurrat difficultati. Etenim Marcellus (n. 7) Capuanus est, cuius memoria anticipatur a die oct. 7, n. 14, minime vero reliqui tres:*

*4. Casti*
*6. Emeli*
*8. Saturnini*

*qui in antiquioribus huius ecclesiae kalendariis desiderantur. Castus et Emilius celeberrimum efficiunt par martyrum die 22 maii in Africa interemptorum; Saturnini nomen ubique pervulgatum est, maxime in Africa. Martyres Afri, in Apulia culti, iam 1 et 13 sept. occurrerunt. Duae in principio laterculi memoriae in unam coaluisse videntur, Capuana et Africana. Et hanc quidem integram servarunt codices posterioris recensionis, n. 34-38:*

**in Apulia Casti, Emilii, Saturnini.**

*Altera*

*Altera habetur n. 9-13, dummodo loco* s a n c t o r u m *scribatur:* s a n c t i.

**in Capua natale sancti Marcelli.**

*Apud Florum Lugdunensem, Adonem et in martyrologio Romano codicum B W lectio (n. 9-16) exscripta est, unde nominum et rerum permistio.*

*4.* CASTI] *Et* E m i l i, *infra, n. 14, 15, 36, 37. Coluntur die 22 maii, n. 7-8.*

*7.* MARCELLI] *Infra, n. 13, oct. 7, n. 14.*

*8.* SATURNINI] *Infra, n. 16, 38; cf. n. 29.*

*17.* ROMAE] *In libris plerisque et in nostris* M a r c i *papae depositio postridie signatur. Hodie eius anticipata est commemoratio, quae recte exprimitur:*

**Romae via Ardeatina in cimiterio Balbinae Marci episcopi.**

*27.* IN AFRICA] *Afris relinquantur:*

*28.* R o g a t i
*29.* S a t u r n i n i, *cf. n. 8, 16, 38*

*nomina apud ipsos pervulgata. Cetera aliis locis deputanda sunt.*

*30.* IANUARI] *Martyr Cordubensis, qui die 13 oct. colitur cum* F a u s t (i n) i *et* M a r c i a l i s, *quorum nomina e codice E evanuerunt.*

**<Cordubae> Ianuarii, Faust(in)i et Marcialis.**

*35.* IN APOLIA] *Supra, ad n. 1.*

*39.* AMMONI] *Nomen apprime Aegyptium. De* A m m o n i o *illo nihil praeter dignitatem traditum est.*

*44.* AGENNO] *In codice Epternacensi contra morem nomina mendosissime referuntur: in* c i v i t a t e G e n u a, *pro* A g e n n o *(Agen, dép. Lot-et-Garonne),* s a n c t a e F e l i c i s, *pro* F e d i s *seu* F i d i s. *S. Fidis, martyris Aginnensis, Passio habetur* [1].

**in Galliis civitate Agenno natale sanctae Fedis martyris.**

*52.* AUTISIODORO] *In serie episcoporum,* R o m a n u s *recensetur inter Eleutherium et Aetherium* [2].

**in Gallis civitate Autisiodoro Romani episcopi.**

[1] *BHL.* 2928. — [2] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 446. Cf. *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 396-99.

---

# NON. OCT.

I | II

**Romae via Appia depositio**

| **Marcelli episcopi et**

**Marci episcopi. et in Capua Campaniae**

**Marcelli** |

**Quarti Marcellini. et alibi Tulliae Sigibarci mart. natale sancti Mathei evangelistae. in Galliis civitate Beturicas Agusti presbyteri et confessoris.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. rōm EW; rome B | 2-3. *om.* E | 4. *add.* sc̄i W | 9. *add.* //// B | 10. *om.* BW | 13. *om.* E; cāpān B | 15. *add.* et W | 18. *add.* sc̄ae W | 19. iuliae W; *add.* scor̄ B | 20. sirgi B; syrgi W¹; sergi et bachi W² | 21. *om.* BW | 22-25. *om.* W; ////// B² | 22-23. *om.* E | 25. *add.* et W | 26-28. *om.* E | 27. gall BW | 28-29. beturicas civit̄ W | 32-33. *om.* E | 33. *add.* in antioch̄ dionisi ep̄i ianuari faustini marcialis privati eracli iuliani pelagiae E; *haec sub alia forma repetuntur die sequenti.*

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae depositio sancti Marci episcopi et Campaniae Capua Marcelli et Apullei et in Scothia Columbani. — TAML.: Mattei evangelistae Marci episcopi Marcelli Carti Marcellini Figii Baricii Augusti Dionisii Ianuarii Zefani Iohannis Marcialis Privati Tutillae Mariae Pelagiae Coronae Iuliae Rusticae Eracli Iuliani Martini Laurentii bis Martini Apulei Iosippi diaconi Rustici Celsii et aliorum VIII Muricii sancti. — MON.: Via Appia depositio sanctorum Marcelli et Apulei et Viantiae Romae Marci papae ipso die Lini papae.— RICH.: Rome Marci episcopi et in Capua Marcelli Quarti et Marcellini (alibi S. Sergi et Bachi *uncis inclusa manu secunda*) alibi Sargi Marci evangelistae Bituritas Augusti presbiteri.

## OCT. 7

*1.* ROMAE] *Depositio episcoporum:* Non. octob. Marci in Balbinae. *Catalogus Liberianus:* Hic fuit temporibus Constantini, Nepotiano et Facundo cons [*336*] ex die XV kal. feb. usque in diem non. octob. [1]. *Dissentit de die depositionis Liber pontificalis:* Qui etiam sepultus est in

[1] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 8-9.

cymiterio

cymiterio Balbinae via Ardeatina quem ipse insistens fecit pridie non. octob. [1]. *Diem 7 oct. signant libri liturgici. Sacramentarium Gregorianum:* Nonis octobribus id est VII die mensis octobris natale sancti Marci papae [2]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* Nonis octobribus natale sancti Marci episcopi [3]. *Liber pontificalis:* Hic fecit duas basilicas, unam via Ardeatina, in qua requiescit, et aliam in urbe Roma, iuxta Pallacinis [4]. *Itinerarium Salisburgense:* Et dimittis viam Appiam et pervenies ad S. Marcum papam et martyrem, postea ad S. Damasum papam et martyrem via Ardeatina. *Epitome de Locis sanctorum:* Et prope eandem viam [Ardeatinam] S. Damasus papa depositus est et soror eius Martha. Et in alia basilica non longe Marcus et Marcellianus sunt honorati, et adhuc in alia ecclesia alius Marcus cum Marcellino in honore habetur [5]. *Coemeterium Balbinae anno 1867 repertum est* [6]. *Quae autem anno 1640 supererant basilicae rudera evanuerunt* [7]. *Exstant fragmenta tituli Damasiani, Marco cuidam positi* [8], *quem Marcum papam esse iudicat Rossius* [9], *negantibus aliis vel saltem dubitantibus* [10]. *Basilica urbana quam Marcus condidit* iuxta Pallacinis *et de qua in inscriptione paulo post an. 348 marmori insculpta* [11] (... ANTIVS LECTOR DE PALLACINE), *est* titulus Marci, *cuius presbyteri duo subscribunt Actis synodi an. 499* [12]. *Synodo anni 559 adfuit* Stephanus presbyter tituli Sancti Marci [13]. *Huius basilicae saepius mentio est in Libro pontificali. Hadrianus (772-795)* a primaeva aetatis suae pueritia, dum adhuc laicus existeret, spiritalibus studiis et castitatis modestiae vehementius insistebat, sedule perseverans in ecclesia S. Marci, quae vicina domus suae esse videtur [14]. *Hanc basilicam idem pontifex restauravit et variis donis ornavit* [15]. *Gregorius IV (827-844)* ecclesiam tunc beati Marci confessoris atque pontificis, quam tempore sacerdotii sui regendam susceperat et usquequo ad pontificatus pervenit gratiam in suo iure ac ditione permansit quae ob nimiam vetustatem crebro casura esse dicebatur, cum omnipotentis Domini opitulatione a fundamentis eiecit et postmodum novis fabricis totam ad meliorem cultum atque decorem perduxit, absidamque ipsius praenominatae basilicae musibo aureis superinducto coloribus cum summa gratulatione depinxit [16]. *Opus musivum hactenus exstat* [17]. *Presse omnino in hesterno laterculo S. Marci sepultura* v i a A r d e a t i n a i n c i m i t e r i o B a l b i n a e *collocabatur. Hodie minus distincte:* v i a A p p i a, *non falso tamen, cum inter utramque viam coemeterium istud situm sit, ut ad diem oct. 4, n. 31, notatum est.*

**Romae via Appia depositio Marci episcopi.**

*Ita sane scribendum est. Cum tamen magna sit in principio huius mensis nominum confusio (cf. oct. 3, ad n. 8), legantur oportet quae mox ad n. 15 observabimus.*

*5.* MARCELLI] *Infra, n. 14; n. 16:* M a r c e l l i n i. *Marcellus martyr est Capuanus, cui nullo iure asseritur dignitas* e p i s c o p i, *quae soli Marco debetur. Ceterum lege quae notata sunt ad 3 oct., n. 8.*

*12.* IN CAPUA] *In ea civitate colebatur S.* M a r c e l l u s, *cuius effigies expressa erat opere tessellato in basilica Sancti Prisci, in abside, inter sanctos Campanos, et iterum in tholo* [18]. *Eius memoria anticipata est die 6 oct., n. 7, qua nunc eius commemoratio in ecclesia Capuana agitur. Sed olim eius festivitas die 7 oct. celebrabatur. Sacramentarium Gelasianum:* Non. octobres in natali Marcelli et Apulei [19]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum:*

> NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) MARCELLI ET
> S(*ANCTORVM*) SERGII ET BACHI [20]

*Item in kalendariis Capuanis a Michaele Monacho editis:* Non. oct. sanctorum martyrum Marcelli et Apulei [21]. *In codicibus nostris plenioribus Apleuius non recensetur, neque eius imago in basilica depicta erat. In codice Cambrensi et in Monacensi Marcello adhaeret. Edita est Passio sanctorum Marcelli et Apulei ab otioso homine conficta* [22], *de qua alio loco disseruimus* [23].

**in Capua Campaniae Marcelli.**

*15.* QUARTI] *De martyre* Q u a r t o, *qui in ecclesia Capuana colitur, iam obiter diximus ad diem 10 maii, n. 9, et iterum sermo erit ad 5 nov. Pars enim laterculi huius diei transcripta fuisse videtur ad diem 5 oct., ex consueto errore legentis* n o n. o c t. *pro* n o n. n o v. *Utrimque enim habetur*

> *i n C a p u a Q u a r t i*
> *M a r c i e p i s c o p i.*

*De* Q u a r t o *nullus est ambigendi locus Non ita de* M a r c o, *qui* n o n. n o v. *episcopus Aecanus nuncupatur,* n o n. *vero* o c t. *episcopus Romanus dicendus est. Igitur, vel* M a r c u s *alter alteri cessit, vel solus* Q u a r t u s *transvectus est ad diem 5 oct., casu cum Marco*

[1] Ibid., p. 80, 81, 202. — [2] WILSON, p. 106. — [3] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 192. — [4] DUCHESNE, t. I, p. 202. — [5] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [6] DE ROSSI, *Bullettino*, 1867, p. 1-5. — [7] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. III, p. 8-13. Cf. DUCHESNE, t. c., p. 203. — [8] IHM, *Damasi epigrammata*, n. 11. — [9] *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 108. — [10] DUCHESNE, t. c., p. 204 ; S. COLOMBO in *Didaskaleion*, t. I, p. 361-67.— [11] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, n. 97. — [12] *M.G.*. Auct. antiq., t. XII, p. 414. — [13] GREGORII I p. *Registr.* V, 57a, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 367. — [14] DUCHESNE, t. c., p. 486. — [15] Ibid., pp. 500, 507, 513, 514. — [16] Ibid., t. II, p. 74. Cf. p. 83-84. — [17] DE ROSSI, *Musaici cristiani delle chiese di Roma*, Musaico dell' abside della basilica di S. Marco, tav. XXVIII. — [18] DE ROSSI, *Bullettino*, 1883, tav. II-V ; GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, tav. 254. — [19] WILSON, p. 202. — [20] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [21] *Sanctuarium Capuanum*, p. 391- 435. — [22] *BHL.* 5251, 5252. Cf. *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 826-32. — [23] *Anal. Boll.*, t. XLI, p. 279-87.

*congressus*

*congressus*[1]. *Indicium loci: in Capua, tum ad Quartum tum ad Marcellum refertur. Unde rem totam aliter explicari posse nemo non videt, ita nempe ut Quartus ab interpolatore adductus sit, qui eiusdem ecclesiae martyrem Marcellum comitaretur.*

*16.* MARCELLINI] *Lege: Marcelli. Supra, n. 5, 14.*

*19.* TULLIAE] *Al. Iuliae. Oct. 8, n. 6: Iuliani.*

*20.* SIGIBARCI] *A Graecis hodie recolitur natalis martyrum celeberrimorum Σεργίου καὶ Βάκχου*[2]*, quorum nomina in unum coagulata lepidum illud Sigibarci effecisse videntur. Res paulo aliter declaranda erit, si sequemur codices qui cum Rich. scribunt Sargi Marci, suppresso nomine Bacchi. Quod eo diligentius considerandum est quod saepius in antiquis monumentis solius Sergii mentio fit*[3]*. Cum tamen non desint libri quibus Bacci (cod. C) vel Bacchi (cod. L) nomen perspicue tradatur, scribendum erit:*

**Sergii <et> Bacchi martyrum.**

*Uterque in kalendario Neapolitano*[4] *et in libris Mozarabum inscriptus est*[5]*. Eorumdem Passionis multa exempla supersunt*[6]*. Quam late disseminata sit eorum veneratio, alio loco exponere conati sumus*[7].

*29.* BETURICAS] *Agustus creditur esse abbas Sancti Symphoriani Biturigensis*[8]*, cui S. Ursini reliquiae revelatae sunt, teste Gregorio Turonensi*[9].

**in Galliis civitate Beturicas Agusti presbyteri et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Apullei. Supra, ad n. 12.*

*in Scothia Columbani. Non Bobiensis ille qui nov. 23, n. 56, colitur, sed ut videtur Colman*[10]*, qui hodie in Gormanni martyrologio*[11] *et in Tamlactensi*[12] *nuntiatur.*

*Cod. Mon.: Lini papae commemoratio in eodem codice iam inscripta est ad diem 23 sept. Hodie quoque Beda:* natale sancti Lini papae, *quod e truncata lectione [Marcel]lini, n. 16, videtur ortum habuisse*[13].

[1] MICHAEL MONACHUS, *Sanctuarium Capuanum*, p. 70, martyrologium affert in quo legebatur ad diem non. oct.: *Civitate Ecanae S. Marci episcopi et confessoris.* Haec et nos attulisse sufficiat. Nam de huius martyrologii ratione et fontibus nihil compertum habemus. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 115. — [3] *Les origines du culte des martyrs*, p. 243. — [4] Supra, ad n. 12. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 483. — [6] *BHG*². 1624-1625; *BHL*. 7599-7607; *BHO*. 1052-1055. — [7] *Les origines du culte des martyrs*, p. 242-44. — [8] *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 922-24. — [9] *In gloria confessorum*, LXXIX. — [10] LAWLOR, *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, t. I, p. 100. — [11] W. STOKES, *The Martyrology of Gorman*, p. 192. — [12] BEST-LAWLOR, *The Martyrology of Tallaght*, p. 77. — [13] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 55.

---

# VIII ID. OCT.

| I | II |
|---|---|

**In Antiochia**

| | |
|---|---|
| **Pelagiae. et alibi Iuliani** | **Dionisi episcopi Ianuari Faustini martyr̄** |

**Martialis Privati**

| | |
|---|---|
| **Faustini. Romae Eusebi** | |

**Eracli**

| | |
|---|---|
| **Dionisi Candidi tituli sui.** | **Iuliani Pelagiae.** |

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. *om.* E | 2. antioč E; anthiocia W | 7. diunisi B¹; dionisi B² | 9. ianuarii BW | 11. mar̄ W | 12. marcialis BW | 15. rōm E | 21. *hic addit* E *totum laterculum diei sequentis* | 23. *add.* et W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Antiochia nat. Pilagiae et in alio loco Iuliani Marcialis Privati Faustini et Romae depositio Eusebi Eracli Diunisi et contituli sui et Parisius sancti Diunisi Eleuteri et Rustici et aliorum CCCXLIIII martirum. — TAML.: Fausti Eusebii Iuliani Eracli Diodari Pilagiae Chionae Agapae Herennae Romae Frigiae Attici Luduli Iulii Septimi Agripi Dionisii Eliuteri Rustici Marcillieni Genuini Nubii Probii Iohannis Tracii Eusebii Martialis Privatis et aliorum martirum. — MON.: In Antiochia natalis sanctorum Dionisii episcopi Ianuarii Faustini Reparatae mart. — RICH.: In Antiochia Pelagiae et in alio loco Iuliani Martialis Privati Rom. depositio Eusebii Eraclii Dionisii.

# OCT. 8

1. IN ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Ἀντιοχείᾳ Πελαγίας. Inclutae martyris Pelagiae festum a Graecis hoc die celebrari non desiit*[1]*. Eius autem historiam, quam egregia S. Iohannis Chrysostomi laudatio nobis servavit*[2]*, S. Ambrosius minus distincte rettulit*[3]*, hagiographi mirum in modum adulterarunt. Eorum quippe opera factum est ut pro una Pelagia tres cognomines eodem die in suis libris Graeci insererent. Agunt enim hodie memoriam τῆς ὁσίας Πελαγίας τῆς ἀπὸ ἑταιρίδων ἐκ πόλεως Ἀντιοχείας — τῆς ἁγίας Πελαγίας τῆς ἀπὸ Τάρσου — ἑτέρας Πελαγίας παρθένου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ*[4]*. Et huius quidem, quae postremo loco ponitur, elogium ex Chrysostomo acceptum est; aliarum elogia ex ingenio conficta. Kalendarium Neapolitanum Pelagiam ad diem 5 oct. nuntiare suo loco notatum est.*

**in Antiochia Pelagiae.**

6. IULIANI] *Infra, n. 22. Cum Iuliano cohaeret Privati, n. 13, id est Brivate, quod est oppidum ubi martyr ille praecipue colitur, die 28 aug., n. 57. Ratio hodiernae commemorationis ignoratur.*

**Brivate Iuliani.**

7. DIONISI] *Infra, n. 18. Episcopus martyr Parisiensis, cuius festum agitur oct. 9, n. 45.*

9. IANUARI] *Adde Faustini seu Fausti, Martialis, n. 10, 12, rursumque habebis commemorationem martyrum Cordubensium e die 13 octobris.*

**<Cordubae> Ianuarii, Faust(in)i, Martialis.**

10. FAUSTINI] *Infra, n 14; melius: Fausti, ut modo notatum est.*

11. MARTYR] *Codex B: martyr̄, codex vero W: mar̄, melius ut videtur, si nota intellegatur Martialis, potius quam martyrum.*

12. MARTIALIS] *Supra, n. 9, 11.*

13. PRIVATI] *Lege: Brivate. Supra, ad n. 6.*

14. FAUSTINI] *Supra, n. 10.*

15. ROMAE] *Iteratur, nescio quam ob causam, memoria Eusebii, qui colitur die 14 aug., n. 36. Ad eum referuntur n. 19-21. Sed Candidi emendationem postulat. Scribatur conditoris.*

**Romae Eusebii conditoris tituli sui.**

17. ERACLI] *Breviarium Syriacum: ἐν Λαοδικείᾳ Ἡρακλέων καὶ Διόδωρος ὁ πρεσβύτερος μάρτυς, non hodie, sed die 9 oct., ad quem solus Diodorus martyrologio inscriptus est. Eracli proin ad hunc diem differatur, ut Diodoro iungatur.*

18. DIONISI] *Supra, n. 7.*

19. CANDIDI] *Lege: conditoris. Supra, ad n. 15.*

22. IULIANI] *Supra, n. 6.*

23. PELAGIAE] *Supra, n. 3.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Diodari = Diodori, oct. 9, n. 6.*

*Chionae, Agapae, Herennae. Harum natalis incidit in 1 april., n. 14-17.*

*Attici, cum reliquis fere, oct. 9, n. 9 cet.*

*Agripi = Colonia Agrippina, oct. 9, n. 18.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 117. — [2] *BHG*². 1477. — [3] *De virginibus*, III, 7, 33-35, *P.L.*, t. XVI, p. 229-31. — [4] *BHG*². 1478, 1479, 1480; *BHL.* 6605-6611. Cf. DELEHAYE, *Les légendes hagiographiques*³, p. 186-195. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 117-20.

# VII ID. OCT.

I | II

**[a] In Laodicia Frigiae civitate natale Diodori et alibi Attici**

| **Buttoli**

**Lugduli Septimi Iuli. in Galliis civitate Colonia Agrippina sancti Gereon et aliorum CCCXCII martyrum quorum nomina Deus scit. in provincia Creta civitate Agusta natale Affreniae**

| **martyris. in Vigenna civitate multorum martyrum.**

**Parisiis civitate sanctorum Dionisi**

| **episcopi**

**Eleuteri presbyteri et Rustici diaconi [b]. Romae Marcellini Genuini Nuvii. et inter duos lauros sanctae Priminae. in Cilicia Taraci Probi et Andronaci [c].**

*Addunt codices pleniores:* a) natalis sancti domnini martyris KLV. — b) in centulo monasterio translatio corporis beati richarii confessoris. corbeia monasterio depositio teodefridi abbatis C. — c) depositio beati farnulfi E, *cum laterculo hesternae diei.*

*Var. lect. codd.* (I) E *ex hesterna die hodie promit laterculum diei sequentis;* (II) BW. — 1. *om.* E | 1-4. in civīt laudotiae frigiae W | 2. laodaci E ; laudicie B | 3. frīg E | 4. *om.* E | 5. *om.* B ; *add.* sc̄i BW | 6. diudori W | 10. budduli W | 11. luddoli BW | 13. iulii BW | 14. *om.* E | 15. gałł EBW | 17. colonī E ; colonie B ; coloniae W | 18. agrippīn E ; agripini BW ; *add.* natał B ; nāt W | 19. scōrum BW | 20. *om.* W | 21-22. cū sociis suis B ; *om.* W | 23. tricentorum decim et VIII B ; CCCXVI W | 25-30. *om.* E | 27. ds̄ BW | 30. provintia B | 34. *add.* sc̄e B | 35. afre B ; afrae W | 38-39. civīt vienna W | 42. parisī E ; parisius BW | 43. *om.* BW ; *add.* natāl B ; natł W | 47. eleutheri BW | 52. rōm E ; rome B | 55. novii B | 56-59. *om.* E | 58. laurus W | 61. primine B | 62. *om.* E | 66. *om.* E | 67. andronici BW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Laudicia Frigia nat. Diodori. — Taml. : Eusebii Eraclii Dionisii Diodori Attic Secundae Frigiae Mariae Laudae Lucidae Eufemiae Cirillae Petri Buti Duoli Septimi Iulii Acripini et aliorum CCCXVII Eleutri Parisii Pauli Parisaci Quintini Antonici Iuliani Antonii. — Rich. : In Laodicia Frigiae Dioderi et Dionisii Parisius passio sanctorum Dionisii episcopi Rustici presbyteri Eleutherii diaconi Colonia Gereon cum aliis CCCCXVII martyribus.

## OCT. 9

1. in laodicia] *Breviarium Syriacum:* ἐν Λαοδικείᾳ Ἡρακλέων καὶ Διόδωρος ὁ πρεσβύτερος μάρτυς. *Heracleon in hodierno laterculo desideratur, ad hesternum vero solus absque nota geographica delatus est, n. 17:* E r a c l i. *Suo loco reponatur:*

**in Laodicea Frigiae civitate natale Eraclii <et> Diodori.**

9. atticı] *Passim recurrit nomen* A t t i c i. *Quamquam solo nomine notus, idem ille censendus est qui recolitur die 11 maii. Sunt enim cum illo die haec nomina communia:*

| | |
|---|---|
| *9. A t t i c i* | *maii 11, n. 42.* |
| *12. S e p t i m i* | *maii 11, n. 12.* |
| *13. I u l i* | *maii 11, n. 14.* |

*Atticus praeterea recensetur in laterculis 30 oct., n. 38; 6 nov., n. 35.*

10. buttoli] *Al.* B u d d u l i. *Conferatur n. 11:* L u g d u l i, *al.* L u d d o l i, *idem certe nomen varie a librariis detortum, quod scribendum crediderim* L u p u l i. *Lupulus martyr est Capuanus, cuius festum agitur die 15 oct., n. 12. Cf. 14 oct., n. 16:* L u p i.

11. lugduli] *Supra, n. 10:* B u t t o l i.

12. septimi] *Cf. supra, ad n. 9.*

13. iuli] *Item.*

15. in galliis] *Gregorius Turonensis:* Est apud Agripinensem urbem basilica, in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione sacra Thebeorum pro Christi nomine martyrium consummasse. Et quia admirabili opere ex musivo quodam modo deaurata resplendit, Sanctos Aureos ipsam basilicam incolae vocitare voluerunt [1]. *Liber Historiae Francorum:* Cum ei ipsi Franci seniores sacramenta iurarent in basilica sancti Gereonis martyris, visum ei fuit, ut percussus fuisset in latere dolose [2]. *Passio S. Gereonis et sociorum ab Helinando, saec. XIII conscripta, fabulis inquinata est* [3]. *Die 10 oct., rursum nuntiatur* d e p o s i t i o s a n c t o r u m m a r-

[1] *In gloria martyrum,* lxi. — [2] *M.G.,* Script. rer. merov., t. II, p. 309. — [3] *BHL.* 3446.

*t y r u m*

*tyrum Maurorum cum aliis CCCXXX, et die 15 natale sanctorum Maurorum de militibus. In plerisque kalendariis mediae aetatis, inde saltem a saec. X, celebritas S. Gereonis et sociorum agitur die 10 oct., festum autem sanctorum Maurorum die 15* [1]. *Quid inter has martyrum turmas intersit, antiquitatis monumenta decernere non sinunt. De his iterum dicemus ad diem 10 oct. Basilica, quam Sanctos Aureos nuncupari auctor est Gregorius, nunc est ecclesia S. Gereonis* [2].

**in Galliis civitate Colonia Agrippina sancti Gereon et aliorum CCCXCII martyrum quorum nomina Deus scit.**

*31.* CRETA] *Legatur: Retia. Memoria S. Afrae, quae die 7 aug., n. 34, proprio loco ponitur, ex notarum similitudine a VII id. aug. ad VII id. oct. adducta est. Perversa lectio Affreniae (n. 35) componitur ex elementis nominis AFRae et vocabuli vENerIAE, de quo ad aug. 7, n. 35.*

**in provintia Retia civitate Agusta natale Afrae veneriae martyris.**

*38.* IN VIGENNA] *Ad diem 19 sept., n. 25, nuntiabatur translatio multorum sanctorum corporum in basilica Viennensi. Neque de sanctis illis neque de translatione multorum corporum scriptum quodlibet superest.*

*42.* PARISIIS] *De vico Catulacensi* in quo sanctus Dionysius passus et sepultus est, *testante scriptore Vitae S. Genovefae* [3]*; de sociis S. Dionysii Rustico et Eleutherio, quorum nomina reticet Gregorius Turonensis* [4]*; de variis libellis quibus S. Dionysii passio enarratur* [5]*; de ortu monasterii Sancti Dionysii* [6]*, multum inter eruditos disceptatum est, acresque exarserunt controversiae, quas exponere non vacat. In synaxariis Graecorum ad diem 3 oct. recolitur S. Dionysius cum Rustico et Eleutherio* [7]. *Codicum nostrorum genuina lectio indubia est:*

**Parisiis civitate sanctorum Dionisii episcopi, Eleutherii presbyteri et Rustici diaconi.**

*52.* ROMAE] *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam Lavicanam ecclesia est S. Helenae... ibi sancti isti dormierunt: Petrus, Marcellinus, Tiburtius, sancti XXX milites, Gorgonius, Genuinus, Maximus [8]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Via Lavicana dicitur quae ad beatam Helenam tendit. Ibi sunt prope Petrus, Marcellinus, Tiburtius, Geminus, Gorgonius [9]. *Praeter ea testimonia et codices nostros, nomen Genuini (minus recte Gemini, et pessime, vocabulo truncato, Nuvii, n. 55), in monumentis desideratur. Locus sepulturae recte signatur in martyrologio* [10]. *Insertum est ab interpolatore nomen Marcellini, martyris, quia eodem loco colitur, die 2 iunii.*

**Romae inter duos Lauros Genuini.**

*61.* PRIMINAE] *Oct. 10, n. 25: Firminae. Undecumque venit, certe in coemeterio inter Duas Lauros non quiescebat.*

*63.* IN CILICIA] *Praelibatur memoria martyrum qui die 11 coluntur.*

**in Cilicia Taraci, Probi et Andronici.**

ADDITAMENTA] *Domnini, martyris apud Iuliam Augustam Parmensem, Passio ab Usuardo lecta fuit* [12].

*Richarii abbatis Centulensis natalis dies ex eodem codice C nuntiatus est die 26 aprilis. De eius vita, translatione et miraculis plurima scripta habentur* [13]. *Centula (haec enim est usitata scriptio) nunc est Saint-Riquier (départ. de la Somme).*

**in Centulo monasterio translatio corporis beati Richarii confessoris.**

*Theodefridi abbatis primi Corbeiensis nomen a nostris inter praetermissos diei 9 aug. repositum est* [14].

**Corbeia monasterio depositio Theodefridi abbatis.**

*Farnulfi. Quis et cuias fuerit quove tempore vixerit, ignoramus. Inter abbates Sancti Dionysii Parisiensis fuit Fardulfus* [15]*, qui tamen in fastis ecclesiasticis adhuc repertus non est.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Eusebii, Eraclii, oct. 10, n. 3, 4.*

*Parisaci = Parisiis, n. 42.*

*Antonici et rursum Antonii = Andronici n. 67.*

[1] G. Zilliken, *Der Kölnische Festkalender* (Bonn, 1910), p. 104-107. — [2] H. Rathgens, in *Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz*, t. I, (Düsseldorf, 1911), p. 1-102. — [3] *BHL.* 3335, c. 17. Cf. J. Havet, *Œuvres*, t. I, p. 207-17; G. Kurth, *Étude critique sur la Vie de Sainte Geneviève*, in *Études Franques*, t. I (Bruxelles, 1919), p. 1-96. — [4] Havet, *Œuvres*, t. c., p. 221-222. — [5] *BHL.* 2171-2189; Supplem. p. 92-93; Cf. *Act. SS.*, Oct. t. IV, p. 696-792; Kurth, *Les traditions du VI*e *siècle sur l'apostolicité de saint Denis de Paris*, in *Études Franques*, t. II, p. 297-317; L. Levillain, in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. LXXXII (1921), p. 5-116. — [6] Havet, t. c., p. 191-246; Levillain, in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. LXXXVI, p. 5-97. — [7] *Synax. Eccl. CP.*, p. 101. — [8] De Rossi, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [9] Id., t. c., p. 179. — [10] J. P. Kirsch, *Die Märtyrer der Katakombe « ad duas Lauros » in Rom*, in *Ehrengabe deutscher Wissenschaft* (Freiburg im Br., 1920), p. 597. — [11] *BHL.* 2264. — [12] Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 587-88. Cf. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 804-805. — [13] *BHL.* 7223-7245. — [14] *Act. SS.*, Oct. t. IV, p. 915, et passim. — [15] Ibid., p. 569-70.

# VI ID. OCT.

| I | II |
|---|---|

**In Africa Eusebi Eracli Dionisi [a] Septimae Secundae Salsae. et alibi Caiti Quintasi Septimini Venusti Beati Secundi Donati Serenae Criscenti Taraci Probi Andronici Nicetae Vitalis Firminae Eracli. et alibi Cassi Eusebi Florenti**

**Iocundi. Agripinae depositio sanctorum martyrum Maurorum cum alis CCCXXX.**

**Victoris Agripinae Mallusi cum aliis CCCXXX [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) clidoni B. — b) eodem die natalis sancti erbonii (*corr.* cerboni) confessoris in populonio C.

*Var. lect. codd.* (I) E (*in laterculo hesterno*); (II) BW. — *Hac die haec modo habet* E: in aff̄ n̄t eusebi eracli dionisi secundae salsae | 1. *om.* E | 2. aff̄ E; afreca W | 3. eusebii B | 4. eradi E | 6. septimi W | 11. cauti B; carti W | 12. quintisi E; quinitasi W | 19. crescenti W | 21. pb̄i E | 23. niceti B; nicete W | 26. heracli W | 27. *om.* W | 30. eusebii B | 42. agripine B | 43. mallus W | 46. tricentos XXX B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Affrica nat. Euseui Eracli Diunisi Secundae et Salsae et in Colonia civitate qua vocatur Agripina nat. sancti Geriani martiris cum sociis suis CCCXVIII. — Taml.: Eusebii Eracli Dionisii Zefani Fus Diodoris Secundae Salsae Marthae Trifoniae Perpetuae Pauli Ianuarii et aliorum martirum CCCXXXIII. — Mon.: In Brittania Paulini Eburaci episcopi passio sancti Victoris martyris Africa Eusebii et aliorum quattuor. — Rich.: In Affrica Eusebii Eraclii Dionisii Secundae Septimi et alibi Venusti Beati Secundi Donati Sereni Crescentii Probi Andronici.

## OCT. 10

*1.* in africa] *Non ii qui primo occurrunt martyres Afri sunt, sed Salsa (n. 8) certissime, et nonnulli ex iis qui alibi coli dicuntur. Reliqua incertae originis sunt vel etiam incertae lectionis nomina.*

*3.* eusebi] *Infra, n. 30. Romanus est, oct. 8, n. 16.*

*4.* eracli] *Infra, n. 26. Martyr Laodiceae cultus, de quo oct. 8, n. 17. Cf. oct. 9, ad n. 1.*

*5.* dionisi] *Episcopi Parisiensis, oct. 9, n. 45.*

*6.* septimae] *Oct. 9, n. 12: Septimi. Infra, n. 13: Septimini.*

*7.* secundae] *Solo nomine nota. Infra, n. 16: Secundi.*

*8.* salsae] *Venerationem Afrorum in martyrem Salsam testatur laterculus diei 20 maii, n. 5. Dubium tamen subiit sitne illa quae hodie colitur an altera cognominis. Non ita pridem reperta est in codicibus Passio S. Salsae, quae* Tipasitanae urbis indigena *appellatur* [1], *nec multo post e Tipasitano solo eius basilica eruta est* [2]. *Quo die sancta coleretur nullo satis certo testimonio definiri potest. Passionis codices, qui nunc diem 2 maii* [3], *nunc 26 aug.* [4] *certamini eius assignant, rem in medio relinquunt. In libris Mozarabum vel 29 april., vel 2 mai inscripta est* [5]. *En titulum sanctae martyri in basilica Tipasitana positum, cuius rimas explere conati sunt viri doctissimi I. B. De Rossi, L. Duchesne, St. Gsell* [6]:

MVNERA QVAE CERNIS QVO SANCTA ALTARIA FVLGENT
[HIS SVMPTVSQVE L]ABORQVE INEST CVRA[QVE POT]ENTI
CREDITVM [SIBI QVI GAV]DET PERFICERE MVNVS
M[ARTYR] HIC EST SALSA DVLCIOR NECTARE SEMPER
QVAE MERVIT CAELO SEMPER HABITARE BEATA
RECIPROCVM SANCTO [GAV]DENS [MV]NVS IMPERTIRE POTENTI
[IN]TERITVMQVE EIVS CELORVM REGNO PRO[BABI]T

*Salsae martyris nomen legitur et in altero lapide Tipasitano, cuius fragmenta tantum supersunt* [7]. *Ceteris proinde neglectis (supra, ad n. 1), scribendum est:*

**in Africa Salsae.**

*11.* caiti] *Al. Cauti. Lectio incerta. Infra, n. 29: Cassi? n. 15: Beati?*

[1] *BHL.* 7467. Cf. Duchesne in *Comptes rendus des séances de l'Acad. des Inscriptions*, 1890, p. 116; *Précis historiques*, 1890, p. 521-32. — [2] S. Gsell, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XI (1891), p. 179-85; Id., *Recherches archéologiques en Algérie* (Paris, 1893), p. 1-76; Id., *Les monuments antiques de l'Algérie*, t. II (1901), p. 323-33; O. Grandidier, in *Atti del II. Congresso internaz. di archeol. crist.*, 1900, p. 51-67. — [3] *Cat. Lat. Paris.*, t. I, p. 344. — [4] *Cat. Lat. Paris.*, t. c., p. 334. — [5] Férotin, *Le Liber ordinum*, pp. 462-63, 497. — [6] Gsell, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. c., p. 181; Id., *Recherches*, p. 23; cf. De Rossi, *Bullettino*, 1891, p. 25-26; *C.I.L.* VIII. 20914; Bücheler, *Carmina latina epigraphica*, n. 318. — [7] Gsell, *Recherches*, p. 75; *C.I.L.* VIII. 20915; Monceaux, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 323. Opportunum videtur monuisse epitaphium *C.I.L.* VIII. 20913: *Faae Salsae matri sanct[issimae] et rarissimae,* martyri Salsae positum non esse, fortasse nec mulieri christianae.

*12.*

12. QUINTASI] *Al.* *Quintisi.* *Kalendarium Carthaginiense:* VI id. oct. sancti Quintasi. *In loco dicto Henchir el-Beger, regionis Tipasitanae, repertus est hic titulus* [1]:

HIC EST MEMORIA SANCTORVM
PRIMI ET QVINTASI

*In codicibus signatus est* *Quintasi* *etiam die 17 oct., n. 21, ubi et n. 24 occurrit* *Primae,* *forsitan legendum* *Primi,* *ut in inscriptione. Hodie certa lectio est:*

**in Africa Quintasii.**

13. SEPTIMINI] *Supra, n. 6:* *Septimae.*
14. VENUSTI] *Solo nomine notus.*
15. BEATI] *Supra, n. 11:* *Caiti?*
16. SECUNDI] *Supra, n. 7:* *Secundae.*
17. DONATI] *Nudum nomen.*
18. SERENAE] *Item.*
19. CRISCENTI] *Item.*
20. TARACI] *Omisso venerationis loco, iterum habemus n. 20-22, nomina martyrum quorum dies natalis est 11 oct.*
23. NICETAE] *Cum* *Nicetas* *nullus occurrat, ad quem mentio haec hodierna referri possit, coniectura nobis utendum est paulo audaciori, sed quae non improbabilis videatur.* *Nicetae* *proxime antecedit* *Andronici.* *Finge a librario male geminatas fuisse duas extremas syllabas: iam ex otioso illo NICI non absurde corrector quispiam facere potuit* *Nicetae,* *cum nomen contracte scriptum sibi videretur agnoscere.*
24. VITALIS] *Nudum nomen.*
25. FIRMINAE] *Oct. 9, n. 61:* *Priminae.*
26. ERACLI] *Supra, n. 4.*
29. CASSI] *In commenticia, quam consarcinavit Helinandus, Passione S. Gereonis* [2], *huic socii adiunguntur* *Cassius,* *Florentius* *(n. 31) et* *Victor* *(n. 41). Plura de Victore inferius. Variis in instrumentis, inde ab anno 788 mentio est* ecclesiae sanctorum martyrum Cassii et Florentii quae sub oppido castro Bonnense [3] *et hodie exstat* [4].
30. EUSEBI] *Supra, n. 3.*
31. FLORENTI] *Supra, ad n. 29:* *Cassi.*
32. IOCUNDI] *Solo nomine notus.*
33. AGRIPINAE] *Heri, sub indicio* *Coloniae Agrippinae,* *S. Gereonem salutavimus, antesignanum martyrum CCCXCII, eorumdem profecto quos memorat Gregorius Turonensis. Hos quidem* *Sanctos Aureos* *appellat Gregorius, ducto nomine a splendore basilicae in qua conditi erant. Cum autem hodie et iterum die 15 oct.* martyrum Maurorum *mentione eos designatos legimus, interrogare utique licet, num fortassis in* *Maurorum* *fallaciter resonet* *Aureorum.* *Accedit quod martyres illi Colonienses Thebeae legionis milites fuisse credebantur, cuius dux S. Mauricius, errorem faciente nomine, Maurus est habitus. Mauro duci Mauros milites datos fuisse, nonne rationi populari consentaneum est? E martyrologii testimonio efficitur tres martyrum turmas Coloniae Agrippinae celebratas fuisse diebus octobris 9, 10 et 15. Primo loco occurrunt martyres CCCXCII, duce S. Gereone, qui apud Gregorium Turonensem numero computantur non plus quinquaginta. Succedit hodierna turma, quae, si martyrologio fides est, bipartita est, complectens hinc martyres Mauros, inde alios CCCXXX. Agmen claudit, die 15,* globus martyrum Maurorum de militibus. *Sed admodum probabile est turmam diei 9 anticipata mentione geminatam fuisse ex die 10, ad quem diem, non ad 9, in kalendariis aevi medii horum martyrum festum collocari vidimus. Id autem quo casu factum sit, non perspicimus; sed res in martyrologio totiens accidit, ut nihil admirationis amplius habeat. Ex formula quae legitur ad diem 15, haud temere collegeris nomine martyrum Maurorum appellatam fuisse universam sanctorum cohortem et otiosum esse additamentum:* *cum aliis.* *Neque ulla causa est cur vox:* *depositio* *excludatur, utcumque aliunde se commendat formula:* *natale,* *quam fert mentio ad diem 15. Itaque, relicto etiam numero, de quo non satis constat, hoc elogium esto:*

**<Coloniae> Agrippinae depositio sanctorum martyrum Maurorum CCCXXX.**

*Interroget fortasse quispiam quare in secunda recensione non* *martyres Mauri* *legantur, sed* *Mallusi.* *De hoc glossemate postea dicemus.*

41. VICTORIS] *Cf. infra, ad n. 43.*
43. MALLUSI] *Gregorius Turonensis:* Ab hoc enim sacerdote [Eberigisilo] sancti martyris Mallosi corpus repertum est hoc modo. Cum fama ferret hunc apud Bertunensim oppidum martyrium consummasse, occultum erat hominibus istis, quo in loco quiesceret; erat tamen oratorium inibi, in quo nomen eius invocabatur. Supradictus vero pontifex in honore eius basilicam aedificavit, ut scilicet cum aliquid revelationis de martyre acciperet, in ea beatos artus, Domino annuente, transferret... Post haec diaconus quidam Mettensis per visum ductus, ubi martyr quiesceret est edoctus. Post paucum autem tempus veniens ad episcopum, et quasi certa signa, quae per visum viderat relegens, cum prius ibidem non fuisset, ait episcopo: Hic effodes, et invenies corpus sancti id est in medio absidae [5]. *Corpus inventum est et in basilica sepultum. Addit Gregorius:* Ferunt ibidem et Victorem martyrem esse sepultum, sed non eum adhuc cognovimus revelatum. *Oppidum Bertunense ad civitatem Agrippinensem pertinens, nunc est Birten (Kreis Moers), nullo amplius ex peritis contradicente* [6]. *De* *Malluso,* *praeter Gregorium nemo quicquam litteris tradidit.* *Victor* *autem ab Helinando illo fabulatore inter socios S. Gereonis cooptatus est* [7]. *In loco ab oppido Bertunensi non multum dissito, olim dicto Castra*

[1] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 265. — [2] *BHL.* 3446. — [3] PERLBACH, in *Neues Archiv*, t. XIII, p. 156, n. 14. — [4] P. CLEMEN, in *Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz*, t. V, 3, p. 51-108. — [5] *In gloria mart.*, LXII. — [6] LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI*e *siècle*, p. 384-85; P. CLEMEN, in *Kunstdenkmäler der Rheinprovinz*, t. I, 3, p. 13. — [7] *BHL.* 3446.

*Vetera*

*Vetera, nunc Xanten (Kreis Moers), condita fuit priscis temporibus, non tamen, ut somniantur, ab Helena, Constantini matre, basilica S. Victoris, quae saepius concremata variisque casibus solo fere aequata, iterum iterumque restituta est, hodieque exstat* [1].

[1] St. BEISSEL, *Die Baugeschichte der Kirche des heiligen Victor zu Xanten*, Freiburg im Breisgau, 1883; P. CLEMEN, *Kunstdenkmäler*, t. c., p. 81-143.

# V ID. OCT.

**I**

**In Anazobon Ciliciae natale Taraci Probi et Andronici presbyterorum**

**II**

**In Acervo Siciliae sancti Tanasi presbyteri**

**Ampodi Placidi Fausti Ianuari Marcialis Marcelli. Antiochiae Eracli** [a].

*Addunt codices pleniores:* a) et in gal turonus (turonis L) sancti venanti (venantii L) abbatis et confessoris WKLV; eodem die sancti nicarii et aliorum martyrum C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 9. prb̄ E | 12. sicilie B | 17. placedi W | 19. ianuarii BW | 22. antioc̄ E; antiochia B; anthiocia W; *add.* sc̄i BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Axabos Cilicia nat. Taraci Probi et Andronici prespiteri. — TAML.: Taci martiris Probi Andrioni Ampodi Placidi Fausti Iohannis Celsii Ianuarii Marcialis Marcelli Eracli Andoci Antoni Venusti Petri Faustini Vincentii Danais et aliorum III Venantii Quintini Quinti. — MON.: Antiochia natalis sancti Eradi et aliorum XV Placidi Fausti. — RICH.: Antiochia Eraclii alibi Taraci Probi et Andronici et in alio loco Tanasi presbiteri Ampodi Placidi Fausti Ianuarii Marcialis et Marcelli.

## OCT. 11

*1.* IN ANAZOBON] *Graece, latine, syriace* [1] *edita est Passio SS. Probi, Tarachi et Andronici.* Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ ἐτελειώθησαν οἱ ἅγιοι μάρτυρες τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνελήφθησαν τῇ πρὸ πέντε εἰδῶν ὀκτωβρίων, ἥτις ἐστὶν ὑπερβερετίῳ τουτέστιν ὀκτωβρίῳ ιαʹ καὶ τῇ πλησιασάσῃ νυκτὶ ἐτέθη ἐν τῷ ὄρει τὰ σκηνώματα τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου καὶ Ἀνδρονίκου τῶν προκειμένων ἐν Ἀναζαρβῷ τῇ ἐνδόξῳ πόλει [2]. *Episcopus Mopsuestenus Auxentius templum his sanctis martyribus in sua civitate dedicare cum vellet,* γέγονεν ἐν τῇ Ἀναζαρβαίων μητροπόλει, ἐν ᾗ καὶ αὐτοὶ οἱ ἅγιοι μάρτυρες ἐτελειώθησαν καὶ κατετέθησαν, καὶ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων ᾔτησέν τε καὶ ἔλαβεν [3]. *Horum martyrum laudatio habetur inter homilias Severi Antiocheni* [4]. *Legendum ergo:*

**in Anazarbo Ciliciae natale Taraci, Probi et Andronici.**

*Quod additur presbyterorum (n. 9), in altera recensione presbyteri (n. 15) prava est lectio nominis Probi (prbi). In synaxariis horum martyrum memoria agitur die 12 octobris* [5]*, in nostris autem fastis praeterea inscripti sunt april. 5, n. 38, maii 13, n. 14, sept. 27, n. 14, oct. 9, n. 63, oct. 10, n. 20.*

*11.* IN ACERVO] *Lege: Anazarbo. Supra, ad n. 1.*

*12.* SICILIAE] *Lege: Ciliciae, supra, n. 3.*

*14.* TANASI] *Id est Taraci, supra, n. 5.*

*15.* PRESBYTERI] *Legendum: Probi (prbi) n. 6. Supra, n. 9: presbyterorum.*

*16.* AMPODI] *Oct. 14, n. 17.*

*17.* PLACIDI] *Oct. 14, n. 23.*

*18.* FAUSTI] *Recurrunt martyres Cordubenses quorum natalis est die 13 oct., n. 1.*

**<Cordubae> Fausti, Ianuarii, Marcialis.**

*21.* MARCELLI] *Iteratur nomen Marcialis aliquantulum luxatum. Ita et die 13 oct., n. 20.*

*22.* ANTIOCHIAE] *Martyr Antiochensis nobis hodie nullus in promptu est. Laodicea quippe sibi vindicat Eracli.*

*23.* ERACLI] *Oct. 8, n. 17; oct. 10, n. 4. Cf. oct. 9, ad. n. 1.*

[1] *BHG*². 1574, 1575; *BHL*. 7981-7985; *BHO*. 1001. — [2] *BHG*². 1574 (clausula). — [3] *Passio S. Nicetae*, in *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 214. — [4] M. BRIÈRE, in *Patrologia orientalis*, t. XX, p. 277-95. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 131

# IV ID. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **Romae natale Hedisti.** | |
| **in provintia Syriae** | |
| | **sanctorum Evagri et Proseriae. in Aegypto** |
| **Eustati presbyteri** | |
| **et Eucaristi [a]. et** | |
| **in Campania [b] civitate** | |
| **Evagri et Proseriae** | **Eucaristi** |
| **Furtunati Prisciani.** | |
| | **in Ravenna via Laurentina natale sancti Edisti.** |

**Romae via Aurelia Caelesti Saturi. Beturicas sancti Opilionis presbyteri [c].**

*Addunt codices pleniores :* a) burri donati E. — b) patra civi(tate) fortunatae E. — c) fecei epi E.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. rōm E | 5. *om.* E ; provincia W | 6. syria E | 10. p(ro)serie B ; prosiriae W | 13. eustasi BW | 14. *om.* B | 19. cāmp E ; campanie B | 24. eucharisti W | 28. ravena W | 31. *om.* B | 34. rome B ; rōm W | 35-36. *om.* E | 37. calesti BW | 39-41. beturi casi pilionis E | 41. opinionis W | 42. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Nat. Hedisti et in Siria Eustatii prespiteri et Eucaristi Borri Bonati et in Campania Patri Fortunatae. — Taml. : Hedisti monachi Heustasii Euasii Zefani Evagri Siriae Prosiriae Mariae Petronillae Fortunatae Eucharisti Fortunati Prisciani Pauli Celesti Laurentii Mamedisti Saturi Beturicae Pilionis Donati Burri Secundi. — Mon. : In Aegipto natalis sancti Eustasi presbyteri Romae Felicis papae Iohannis papae et aliorum III ipso die sancti Maximiliani confessoris. — Rich. : Rome Edisti et Caelesti et Saturi et in Syria Eustasii presbyteri et in Campania Furtunati Evagrii Bituricas Opinionis presbyteri.

## OCT. 12

*1.* ROMAE] *Passio S. Hedisti :* Factum est autem dum arenaria foderentur, ventum est usque ad arenarium quod est ad aram Dianae, ubi missas sanctus Priscus cum beato Hedesto celebrabant... Beatum vero Priscum presbyterum et beatam Thermantiam et beatam Christim et sanctum Hedestum in eodem harenario obruerunt iuxta iter viae Laurentinae, sub die quarto iduum octobrium [1]. *De S. Hedisto pleniorem mentionem exhibet secunda recensio (n. 27-33), nec tamen accuratam, siquidem Roma, non Ravenna, legenda est. Quid enim cum Ravenna commune habent Hedistus et via Laurentina? In litteris S. Gregorii memoratur* possessio monasterii sancti Hedisti [2]. *Rursus Liber pontificalis in Vita Hadriani papae (772-795) haec habet :* Huius temporibus defunctus Leoninus consul et dux... tres uncias masse Aratiane qui ex hereditate parentum suorum fruebatur, sitas ab hac Romana urbe miliario XVI, via Ardeatina, in quo et ecclesia beati Edisti esse dinoscitur, quod ipse beatissimus papa magnae constructionis fabricis decoravit... et domocultam beato Petro eundem locum iure perpetuo statuit permanendum. Quae et domocultam sancti Edisti vocatur usque in odiernum diem [3]. *Dedita opera olim ostendimus unius eiusdemque nominis formas varie mutatas fuisse, ut qui sanctus dictus esset* Hedistus, Edistus, Eristus, Aristus, *tandem putaretur esse Orestes* [4].

**Romae via Laurentina natale sancti Hedisti.**

*6.* SYRIAE] *Provintia Syriae indicium loci est a martyrologii nostri usu vix non abhorrens. Ceterum martyr qui hodie in Syria collocari possit quaesitus neque repertus est.*

*8.* EVAGRI] *Mentionem Evagri, quam 1 oct., n. 7, legimus, in Tomis duximus collocandam.*

*10.* PROSERIAE] *Infra, n. 23. Qui mirum hoc et suspiciosum sanctae nomen e pro(vincia)*

[1] *BHL.* 3765, c. 6, 9. — [2] *Registr.* XIV, 14, Hartmann, t. II, p. 433-34. De lectione Aristi, loco Hedisti, infra, annot. 4. — [3] Duchesne, t. I, p.505. — [4] *Anal. Boll.*, t. XLII, p. 315-19. Cf. F. Savio, *S. Edisto ed Oreste e compagni martiri di Laurento*, in *Römische Quartalschrift*, t. XXXI, pp. 29-53, 250-59 ; Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 102-103.

*Syriae*

*Syriae* (n. 5-6) contractum dixerit a similitudine veri non multum recesserit. Non sine fundamento aliquo conici potest huic ortum dedisse nomen *Nuceriae*, de quo infra, n. 19.

12. IN AEGYPTO] Nullum hic nomen Aegyptium agnoscas, nisi fortasse *Eucaristi*, n. 16, 24. Eucharistus quippe martyr occurrit in Actis copticis S. Epimae [1]. Veri tamen similius est hic nominatum fuisse Χρηστόν, sive Chrestum, Tomitanum martyrem, *Evagri* sodalem, quicum una nobis occurrit 1 oct. (ad n. 1).

13. EUSTATI] Al. *Eustasi*. Ignotus.

16. EUCARISTI] Vide itidem, n. 24. Hunc martyrem Aegyptium esse non negaverim; sed probabilius hic agnoscendus est *Chrestos*, martyr Tomitanus. Cf. quae superius, ad n. 12, annotata sunt.

19. IN CAMPANIA] Deest hic civitatis nomen: quod si investigare voles, alterutra via capessenda erit. Sanctus enim qui agro Campano assignari possit, aut *Priscianus* est (n. 26), aut *Fortunata*, cum qua, n. 25, personam mutavit *Fortunatus*. Si eligitur *Priscianus*, Nuceriae martyr, qui die 16 sept., n. 44, annuntiatus est, rescribendum est nomen *Nuceria*, cuius qualemcumque umbram refert inane vocabulum *Proseriae* (n. 10, 23). Sed cum indicio loci, in quo nomen urbis intercidit, coniungi etiam potest *Fortunata*. Huius Fortunatae elogium integrum repetendum est a codice Epternacensi: *in Campania Patra civitate Fortunatae*; cum quo conferendus codex Cambrensis: *in Campania Patria Fortunatae*. Idem codex Cambrensis iterum, die 15 oct.: *sanctae Fortunatae in Patrias*. Exstat porro Passio S. Fortunatae virginis eiusque fratrum Carponii, Evaristi et Prisciani martyrum [2], in qua passi feruntur Caesareae, unde eorum reliquiae Liternum in Campania (Torre di Patria), deinde Neapolim translatae fuerint. Futtilis plane huius libelli auctoritas, quem ex martyrologio amplificatum fuisse satis constat. Itaque si urbs, cuius nomen hic intercidisse diximus, non *Nuceria* est, sed *Patria*, in qua S. *Fortunata* civitatem habuit, nullo iure hic annuntiatur *Priscianus*, qui aliunde huc arcessitus est in comitatu sanctae Fortunatae.

21. EVAGRI] Supra n. 8.

23. PROSERIAE] Supra, n. 10.

24. EUCARISTI] Supra, n. 16.

25. FURTUNATI] Legendum: *Fortunatae*. Supra, ad n. 19.

26. PRISCIANI] Sept. 16, n. 44. Supra, ad n. 19.

28. IN RAVENNA] Indicium loci cum sequentibus neutiquam cohaeret (cf. supra, n. 1). Aut igitur dicendum est huius urbis nomen, aliunde avulsum, istic casu haesisse, aut pro compendio nominis R(*omae*) lectum fuisse R(*avennae*).

33. EDISTI] Supra, n. 1.

34. ROMAE] Profecto S. *Callisti*, cuius natalis dies erit 14 octobris, mentio hic anticipata fuit.

**Romae via Aurelia Callisti.**

38. SATURI] Saturus item occurret oct. 14, n. 11, 15, 22. Inde, ut videtur, huc se prorupit.

39. BETURICAS] S. *Opilio* parum nobis notus est [3]. Eius tamen elogium perspicue scriptum est neque removeri potest.

**Beturicas sancti Opilionis presbyteri.**

ADDITAMENTA] *Fortunatae*. Ad n. 19 iam monuimus pleniorem sanctae Fortunatae mentionem non legi nisi in codicibus Epternacensi et Cambrensi.

**in Campania civitate Patria Fortunatae.**

*Fecei episcopi*. In martyrologiis Oengussii [4] et Gormanni [5] hodie nuntiatur episcopus Sleptensis, hibernice dictus *Fiacc* [6].

EXCERPTA] Cod. Taml.: *Laurentii Mamedisti* = via Laurentina Edisti, n. 30, 33.

Cod. Mon.: *Felicis*. Felix p. IIII (526-530) sepultus est in basilica beati Petri apostoli IIII idus octob. [7].

*Iohannis*. Iohannes p. IIII (640-642) sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die IIII id. octob. [8].

*Maximiliani*, episcopi Laureacensis, martyris in Norico, Acta habentur [9].

[1] *BHO*. 275. — [2] *BHL*. 3081, 3082. — [3] *Act. SS.*, Oct. t. VI, p. 3-4; *Auctarium ad Act. SS. tomi VI Oct.*, p. 5-6. — [4] W. STOKES, *The Martyrology of Oengus*, p. 216. — [5] ID., *The Martyrology of Gorman*, p. 194. — [6] Cf. PLUMMER, *Miscellanea hagiographica hibernica*, pp. 215, 232; O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. X, p. 181-200. — [7] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 279. — [8] Ibid., p. 330. — [9] *BHL*. 5811.

# III ID. OCT.

| I | II |
|---|---|

**In Spaniis Cordoba civitate Fausti Marcialis**

**Adriae. et in Calcedonia Marcelli.** | **in Calcedonia Adriani.**

**et alibi item Fausti Ianuari [a] Marcelli. in Alexandria Athanasi episcopi.**

*Addunt codices pleniores :* a) milicitanor̄ B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. spanis E | 3-4. *om.* E | 6. marcię B ; marciae W | 10. calcēd E | 13. calcidonia W ; *add.* nāt scōrum W | 15-16. *om.* W | 17. *om.* E | 19. ianuarii BW | 21. *om.* E | 22. alaxandri E ; alexānd W | 23. anathasi E | 24. *add.* et coñf W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Hispanis nat. Fausti Marcialis et Adriae et in Calcidonia Marcelli in Alexandria Atanasi episcopi. — Taml. : Marcelli episcopi Martialis Fausti Andrae Musae Proseriae Perpetuae Felicitatis Mariae Marciae Munesanae Marci episcopi Agripiani Ianuarii Simplicii Probi Aciriani Rusti Andriani Achanusti episcopi et aliorum V. — Mon. : In Alexandria natalis sancti Anastasii episcopi et Athanasii Fausti Marcelli. — Rich. : In Spaniis Fausti Marcialis et Adriani et in Calcedonia Marcelli et alibi Faustini et Ianuarii Athanasii episcopi Alexandrini.

## OCT. 13

1\. in spaniis] *Sancti Cordubenses F a u s t u s, I a n u a r i u s et M a r c i a l i s ii sunt qui a Prudentio Tres Coronae appellantur.*

Corduba Acisclum dabit et Zoellum
tresque coronas [1].

*Horum omnium nomina leguntur in titulo Cordubensi saec. V vel VI :* SANCTORVM MARTYRVM CHRISTI IHESV FAVSTI IANVARI ET MARTIALIS ZOYLI ET ACISCLI... [2]. *In consecratione basilicae SS. Petri et Pauli quae exstructa fuit in oppido quodam conventus Cordubensis, ab hodierna Loja parum dissito, depositas fuisse reliquias* DOMNE MARIE DOMNI VINCENTI DOMNORVM TRIVM *testatur alia saec. VI inscriptio* [3]. *Passioni SS. trium Cordubensium* [4] *fides historiae prorsus deneganda est. Sunt qui quaesierint num fratres fuerint martyres isti* [5], *quod alii prorsus affirmandum censuerunt, adducta hac inscriptione prope Hispalim reperta, ubi anno 622 posita fuerat* [6] *:*

FVNDAVIT SANCTVM HOC CHRISTI ET VENERABILE TEMPLVM
ANTISTES HONORATVS HONOR DE NOMINE CVIVS
POLLET IN AETERNVM ET FACTIS CELEBRATVR IN ISTIS
HIC ARAM IN MEDIO SACRANS ALTARE RECONDIT
TRES FRATRES SANCTOS RETINET QVOS CORDOBA PASSOS
AEDEM DEINDE TRIVM SANCTORVM IVRE DICAVIT
VERSIBVS AERA SVBEST ANNOS PER SAECLA RESIGNANS
AERA DCLX

*Sed quis ignorat saepius ab hagiographis inter martyrii socios fraternitatis vincula licenter conecti* [7] *? In martyrologio Cordubensium trium memoria saepe iteratur, v. gr. ian. 22, oct. 1, 2, 6, 8, 11, 13, 18, nov. 9, partim etiam april. 15, 16, oct. 30. Hodie signantur in omnibus Mozarabum kalendariis, in Cordubensi anni 961 cum hoc elogio :* In ipso est christianis festum trium martyrum interfectorum in civitate Corduba. Et sepultura eorum est in vico Turris, et festum eorum est in Sanctis Tribus [8]. *Cordubensis basilicae mentio est apud Eulogium Toletanum :* Basilicam sanctorum Trium, qua Faustus, Ianuarius et Martialis martyres praesentialibus corporum suorum favillis quiescunt [9]. *In hodierno laterculo sancti Cordubenses bis scripti sunt neque emendate. In prima memoria (n. 1-6) omittitur Ianuarius ; in altera (n. 18-20) M a r c e l l u s locum M a r c i a l i s occupat.*

**in Spanis Cordoba civitate Fausti, Ianuarii et Marcialis.**

7\. adriae] *Breviarium Syriacum : ἐν Χαλκηδόνι Ἄδριος ἐπίσκοπος. In posteriore martyrologii recensione pro A d r i a e legitur A d r i a n i (n. 14).*

**in Calcedonia Adriae.**

11\. marcelli] *Infra, n. 20. Lege : M a r c i a l i s.*

[1] *Peristeph.* IV, 19-20. — [2] Hübner, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, n. 126. — [3] Hübner, n. 374. — [4] *BHL.* 2841. — [5] Florez, *España sagrada*, t. X, p. 328. — [6] F. Fita, in *Boletín de la Real Academia de la Historia*, t. X, p. 342-343. — [7] *Les origines du culte des martyrs*, p. 416. — [8] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 482-83. Trium sanctorum missa et officium ; Id., *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, pp. 442-46, 836. — [9] *Memorialis sanctorum*, II, 9, *P.L.*, t. CXV, p. 776.

23. ATHANASI] *In fastis Graecorum S. A t h a n a s i u s bis inscriptus est; die 2 maii:* μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου [1], *et 18 ian., cum Cyrillo:* μνήμη τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων γενομένων Ἀλεξανδρείας Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου [2]. *Tum de anno emortuali tum de anniversario S. Athanasii non parum inter doctos disceptatum est* [3]. *Si audiatur anonymus Vitae Athanasii scriptor, obierit sanctus episcopus die 18 ian., anni 371:* ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα μηνὸς Ἰανουαρίου, ἐπὶ τῆς Γρατιανοῦ καὶ Πρόβου ὑπατείας τὸ δεύτερον, καταλύει τὸν βίον [4]. *Minimi autem pretii est haec Vita, ex laciniis consarcinata. Consulum nomina: Gratiano iterum et Probo cons., a Socrate hagiographus accepit* [5]. *Verum nunc inter omnes convenit Athanasium anno 373 obiisse, et quidem die 2 maii, ut est in Historia acephala:* Defuncto autem Athanasio VIII Pachon mensis [6], *errore manifesto pro VII Pachon* [7], *quo die, id est 2 maii, synaxario Alexandrino Athanasius inscriptus est. Neutrius commemorationis maiae nec ianuariae in hieronymianis vestigium est, et quam ob causam ad 13 oct. reiecta sit ignoratur.*

**in Alexandria Athanasii episcopi.**

ADDITAMENTA] *M i l i c i t a n o r u m. Nomina similia passim occurrunt in kalendario Carthaginiensi, v. gr. 17 iul., Scillitanorum, 22 iul., Maxulitanorum, suntque martyrum a patria nuncupatorum. In solo codice B M i l i c i t a n o r u m mentio habetur.*

[1] *Syn. Eccl. CP.*, p. 647. — [2] Ibid., p. 399. — [3] TILLEMONT, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, t. VIII, p. 719-25. — [4] *BHG*², 183, c. 29. — [5] *Hist. eccl.*, IV, 20. — [6] *P.G.*, t. XXVI, p. 1449. Cf. *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 296. — [7] F. LARSOW, *Die Fest-Briefe des heiligen Athanasius*, p. 46.

---

# PRID. ID. OCT.

| I | II |
|---|---|

**Romae via Aurelia in cimiterio Calepodi Calesti episcopi [a]. et alibi**

| **Saturi.**

**in Cappadocie Campaniae**

**Saturi** |

**Lupi Ampodi Modesti Luciani Saturnini Simplici Saturi Placidi**

**Domni Lupi.** | **Cordoba civitate sancti Lupi Auriliae.**

**Lugduno Galliae translatio corporis sancti Iusti episcopi**

**et Aureli.** | **et confessoris.**

*Addunt codices pleniores:* a) et depositio paulini episcopi in cantia E.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. rōm EW; rome B | 2-6. *om.* E | 3. aureł B | 6. calapodi W | 7. calisti E; caelesti W | 9-10. *om.* W | 11. *om.* B | 12. *om.* E | 13. cappōd E; cappād W | 14. cāmp E; *om.* W | 26. gordoba W | 30. aurilie B | 31. lugdūn E | 32-35. *om.* E | 32. gall BW | 33-35. *om.* B | 40-41. *om.* EB.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae sancti Caelesti pontificis Lupi. — TAML.: Calisti episcopi Celesti episcopi Calapotii Saturi Lupili Ampodi Mogemocineicaill Luciani Saturnini Procivi Iusti Paulini episcopi Luppi. — MON.: Romae Modesti episcopi et aliorum IIII. — RICH.: Rome Calisti papae et martyris alibi Saturi in Capadocia Lupi Ampoti Modesti et in Corduba Lupi Aurelii Lugduno Galliae Iusti episcopi alibi sanctae Fortunatae e fratrum eius.

## OCT. 14

1. ROMAE] *Depositio martyrum:* Callisti in via Aurelia miliario III. *Sacramentarium Gregorianum:* Pridie idus octobris id est XIIII die mensis octobris natale sancti Calisti papae [1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* Pridie idus octobres natale sancti Calisti episcopi [2]. *Index coemeteriorum e Notitia regionum Urbis:* Coemeterium Calepodii ad S. Calixtum via Aurelia. *Itinerarium Salisburgense:* Postea eadem via pervenies ad ecclesiam; ibi invenies S. Ca-

[1] WILSON, p. 106. — [2] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 194.

listum

listum papam et martyrem. *Epitome de Locis sanctorum:* in sinistra manu iuxta viam Aureliam... S. Felix, S. Calistus, S. Calopus cum multis sepulti iacent [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* in quarta [ecclesia] S. Calixtus et Calepodius [2]. *Liber Pontificalis:* Qui etiam sepultus est in cymiterio Calepodi, via Aurelia miliario III prid. id. octob. [3]. *Passio S. Callisti:* venit presbyter eius, nomine Asterius, cum clericis noctu et levavit corpus beati Calixti episcopi et honorifice sepelivit in cymeterio Calepodii via Aurelia pridie idus octobris [4].

**Romae via Aurelia in cimiterio Calepodii Callisti episcopi.**

11. SATURI] *Infra, n. 15, 22. Nudum nomen.*

13. CAPPADOCIE] *Nota CAP male intellecta fuit. Scribendum erat C a p u a. Capuanus enim est L u p i (n. 16, 25, 29), seu melius oct. 15, n. 12, L u p i l i. Tum in abside tum in tholo basilicae S. Prisci Capuanae erat huius martyris effigies, opere vermiculato, adiecto nomine* LVPVLVS [5]. *In kalendariis ecclesiae Capuanae a Michaele Monacho editis, S. Lupuli memoria inscripta est die 15 oct.* [6]. *Eodem testante,* Lupulus presbyter Capuanus et martyr habuit olim ecclesiam in via S. Angeli ad Formam, *quae iam saec. XI destructa erat* [7].

**in Capua Campaniae Lup(ul)i.**

17. AMPODI] *Lege quae ad n. 23 annotata sunt.*

18. MODESTI] *De M o d e s t o nihil traditum est, et nuda nomina sunt:*

*19. L u c i a n i*
*20. S a t u r n i n i*
*21. S i m p l i c i*
*22. S a t u r i (n. 11, 15).*

23. PLACIDI] *Quater occurrit P l a c i d u s, variis diebus, aliis ita stipatus nominibus, ut eundem hominem designari palam fiat:*

| | |
|---|---|
| *29 sept.* | *E u t i c i ... P l a c i d i, A m b o d i* |
| *5 oct.* | *P l a c i d i ... E u t i c i* |
| *11 oct.* | *A m p o d i P l a c i d i* |
| *14 oct.* | *A m p o d i P l a c i d i.* |

*Cum E u t i c i proprius dies sit 29 sept., P l a c i d u s cum eo simul ad 5 oct. migrasse dicendus est. Diebus 29 sept., 11 oct., 14 oct., P l a c i d o adhaeret nomen suspiciosum A m p o d i, quae nobis est lectio corrupta nominis C a l e p o d i, supra, n. 6. Quod si verum est, nulla est P l a c i d i memoria cuius haec dies 14 oct. tandem aliquando fons et origo non sit. Die 11 oct. anticipatio habetur, ut saepe saepius diebus vicinioribus. De mentione 29 sept., unde transiit ad 5 oct., nulla satis probabilis ratio apparet, sed certe, P l a c i d i, A m b o d i a 14 oct. principium sumpserunt. Unus ergo est Placidus, plane ignotus, quem Petrus diaconus temere et arbitratu suo cum Sicilia colligavit.*

24. DOMNI] *Id est s a n c t i L u p i, ut n. 28, 29.*

25. LUPI] *Melius L u p u l i. Supra, ad n. 13.*

26. CORDOBA] *Oct. 13, n. 3, solum civitatis nomen, martyribus omissis.*

30. AURILIAE] *Infra, n. 39: A u r e l i. Lege: v i a A u r e l i a, ut supra, n. 3.*

31. LUGDUNO] *Quae de S. Iusti variis festivitatibus notanda sunt, ad diem 21 oct. apte differuntur. Plana est codicum lectio:*

**Lugduno Galliae translatio corporis sancti Iusti episcopi et confessoris.**

39. AURELI] *Supra, n. 30: A u r i l i a e.*

ADDITAMENTA] *P a u l i n i, episcopi in Cantia, depositio non hodie sed die 10 oct. celebratur, teste Beda venerabili, cui consentiunt kalendaria:* Anno DCXLIIII reverentissimus pater Paulinus, quondam quidem Eburacensis, sed tunc Hrofensis episcopus civitatis, transivit ad Dominum sexto iduum octobrium die [8].

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [2] Ibid., p. 183. — [3] DUCHESNE, t. I, pp. 141, 142. — [4] *BHL.* 1523, c. 9. De *area Callisti* et titulo Iulii et Callisti; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 141-42; J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 104-108. — [5] DE ROSSI, *Bullettino*, 1884-85, p. 122-25; GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, tav. 254, 255. — [6] *Sanctuarium Capuanum*, pp. 136, 420, 433. — [7] Ibid. p. 135-36. — [8] *Hist. eccl.*, III, 14.

ID.

# ID. OCT.

| I | II |
|---|---|
| **In Galliis Colonia Agrippina natale** | **sanctorum Maurorum de militibus.** |
| | **in Capua Lupili. via Aurelia in cimiterio eiusdem Fortunatae.** |

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1-9. *om.* B | 2. gall EW | 3. coloñ E ; colonix W | 4. agripiñn E ; agripiae ni W | 6. *om.* E | 8-9. *om.* E ; *hic addit* E *laterculum diei sequentis* | 11. *add.* scōrū B | 12. *add.* et maurorū demilitib B | 14. aulilia W | 15-17. *om.* B | 17. *add.* sc̄e W | 18. furtunate B ; furtunatae W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Callis in Colonia Agripinensi nat. Maurorum et in Capua Lubuli et sanctae Fortunatae in Patrias. — TAML. : Maurorum Cecae cum aliis X Sussi et aliorum LXX Lupi Mirei Aufichi Saturnini Nerei Zefani Agripini Patricii Donaetae Fortunatae Mariae Brigitoniae Saetaminae virginis. — MON. : In Galleis natalis sanctorum Fortunati et aliorum Maurorum de militibus. — RICH. : In Hasia natale Careae et aliorum ducentorum septuaginta alibi sancti Sossii Lupuli Saturnini Bituricas Ambrosii Belloacis civitate Luciani martyris.

## OCT. 15

*1.* IN GALLIIS] *Geminatur memoria diei 10 oct., n. 33, verbis paululum variatis. De militibus: ni fallor legionis Thebaeorum, in qua martyres illi stipendia meruisse feruntur.*

**in Galliis Colonia Agrippina, natale sanctorum Maurorum de militibus.**

*11.* IN CAPUA] *De S. Lupulo, al. Lupo, qui in kalendariis Capuanis die 15 oct. nuntiatur, dictum est ad diem 14 oct., n. 13.*

**in Capua Lupuli.**

*14.* VIA AURELIA] *Apte cohaerent n. 13-17: via Aurelia in cimiterio eiusdem, non tamen cum nomine Fortunatae (n. 18). Referuntur enim ad coemeterium Calepodii (oct. 14, n. 6), in quo sepultus fuit S. Callistus, de quo heri. Ob eam enim rationem cimiterium Callisti quandoque dictum est. Ita Depositio episcoporum ad diem 12 april.:* Iuli in via Aurelia miliario III in Callisti. *Potuit ergo iterari Callisti memoria his fere verbis:*

**via Aurelia in cimiterio eiusdem <Callisti>.**

*18.* FORTUNATAE] *De Fortunata quaestio instituta est ad diem 12 oct., n. 19, quo in codicibus E et Cambrensi eius memoria liquido promitur. Ea iteratur hodie in Cambrensi cuius lectio est:*

**sanctae Fortunatae in Patrias.**

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Cecae. Oct. 16, n. 8: Cereae.*

*Mirei Aufichi cet., oct. 16, n. 15-18.*

*Cod. Rich.: Hasia = Asia, oct. 16, ad n. 8.*

*Ambrosii = Oct. 16, in Additamentis.*

*Luciani Bellovacensis Acta edita sunt*[1].

[1] *BHL.* 5008-5012.

---

# XVII KAL. NOV.

**In Baias sancti Sussi. et in Africa Cereae et aliorum pariter passio CCLXX item Minei Aufidi Saturnini Nerei [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) beturicas civitate depositio sancti ambrosii episcopi et confessoris et vigilia sancti lucae evangelistae B.

*Var. lect. codd.* E *hesterna die ;* BW. — *Codex* E *hodie nihil habet praeter :* in asia cereae et aliorum CCLXX. — 3. *om.* E | 7. aff E ; afreca W | 7. caecrae B ; cecrae W | 10. X *add.* E | 11-13. *om.* E | 13. ducentorum sexaginta B | 14. *om.* W | 15. merei BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Et in Asia nat. Cereae et aliorum CCLXX. — TAML. : Caere in Africa et aliorum martirum CCCLXXX Leudgari Martini et multorum militum in Roma Siasii Iohannis Zefani Mariae Heraclae Meri Transillae Saturni in Ticina urbe honorati Michaelis archangeli. — MON. : In Africa... Caeraee... Susi Marci Alexandri. — RICH. : In Affrica Nerei Alexandrini Aufidi Victuriae Nobilitanae Mariani et depositio sancti Galli confessoris.

OCT.

## OCT. 16

*1.* IN BAIAS] *S. S u s s u s, sive S o s s u s, quibus diebus commemoretur et quo iure, superius dictum est ad diem sept. 7, n. 6 et sept. 23 (cod. E). Et posteriore quidem die annuntiatur: i n M i s e n o S o s s i; hodie vero non Miseni, sed B a i i s, in urbe vicina.*

**in Baias sancti Sussi.**

*7.* IN AFRICA] *Hoc loci indicium a nomine proxime sequenti fidenter seiungi posse, suo loco demonstrabimus, quantum fert natura quaestionis.*

*8.* CEREAE] *Breviarium Syriacum: ἐν Ἀσίᾳ Δεκς καὶ ἕτεροι μάρτυρες. Elogium idem in codice E geminatum est. Die 15 oct.: A f f r i c a C e c a e e t a l i o r u m X; postridie vero: i n A s i a C e r e a e e t a l i o r u m C C L X X. In ceteris codicibus legitur ad diem 16: i n A f r i c a C e c r a e cet. Itaque ad hunc diem, codex E de loco cum breviario Syriaco consentit, de nomine tamen martyris ab eo discrepat et reliqui codices pariter. Sed idem nomen syriacis litteris Δεκς expressum fuisse et latinis C e c a e non tam mira transmutatio est ut peritorum iudicio incredibilis videatur. Quae cum ita sint, videtur i n A s i a collocandus sanctus cui C e c a e nomen est in codice nostro praecipuo, et cum eo coniungendi sodales sive X sive CCLXX, si qua eligendi ratio est inter lectiones codicum. Ad eorum vero numerum pertinere sanctos quattuor, quorum nomina sequuntur, n. 15-18, nemo sobrius dixerit. Maiore cum similitudine veri locus illis quaeretur i n A f r i c a.*

*15.* MINEI] *Al. M e r e i. Idem nomen ac N e r e i, n. 18.*

*16.* AUFIDI] *Ignotus.*

*17.* SATURNINI] *E tot cognominibus vix ac ne vix quidem discernendus.*

*18.* NEREI] *Vide supra, n. 15: M i n e i, al. M e r e i. Tria nomina pariter inania. Quod in martyrologio Romano legitur:* SS. Saturnini, Nerei et aliorum trecentorum sexaginta quinque martyrum, *conflatum fuit ex elementis quae, per hodiernum laterculum sparsa, nullo probabili originis nexu coniungi possunt.*

ADDITAMENTA] *A m b r o s i i episcopi Cadurcensis Vitam habemus* [1]. *Quo tempore vixerit nondum compertum est* [2].

**Beturicas civitate depositio sancti Ambrosii episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Rich.: N o b i l i t a n a e, M a r i a n i. Oct. 17, n. 7, 8.*

*G a l l i abbatis in Alamannia Acta edita sunt* [3].

[1] *BHL.* 369-374. — [2] DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [x]; *Fastes épiscopaux,* t. II [2], p. 46. — [3] *BHL.* 3245-3253.

---

# XVI KAL. NOV.

**[a] Nicomedia Alexandri. in Mauritania Nini 5 Victoris Nobilitani Mariani Luci Cittini 10 Crescentiani Rufiniani Donati Defensoris Rusticiani 15 Serviliani Socrati Veneri Ianuari Mustuli 20 Quintasi Memmae Zidiari Primae Donatae 25 Severae Victoriae Bassilae [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) in alāx natale nicodimis E.— b) et luce evangeł qui obiit septuagisimo IIII anno et sepultus est in bethān B.

*Var. lect. codd.* EBW. — 1. nicōm E | 2. alaxandri E | 4. mauritā E; mauritān B | 6. victorii B; victurię W | 7. in belitani E; nobilitanae W | 8. mariane W | 10. et tinni E | 11. criscentiani BW | 15. rustitiani B | 19. ianuarii B | 20. mustoli W | 22. mēme B; mammae W | 23. zitiani B; yziciani W | 24. prime B | 25. donate B | 26. severe B | 27. victori B; victuriae W | 28. basille B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Alexandria nat. Nicomedis. — TAML.: Nicodimi martiris Alexandrini Nobilitani Zefani Veneriae Agnae Victoriae Mariae Mammae Donatae Marialitae Defensoris Lucitini Rusticiani Socrati Venerei Petrassii Ianuarii Laurentii Quintasii Crescentii Accintini Rufiani. — MON.: In Africa natalis sanctorum Luci Victoris Dasi Leuci Victorici Romae Iohannis papae. — RICH.: In Alexandria Nicomedis et in Mauritania Victuri Nobilitani Mariani Lucii Rufiniani Donati Serviliani Venerii Quintasii et Severi.

## OCT. 17

*1.* NICOMEDIA] *Codex Epternacensis duas has profert memoriolas:*

*i n A l e x a n d r i a N i c o d i m i s*
*N i c o m e d i a A l a x a n d r i.*

*Alterutram pro suo quisque iudicio eligat. Nihil enim in monumentis occurrit quod inter utramque discernat.*

*4.* IN MAURITANIA] *Quaedam certe ex huius laterculi nominibus martyrum Africanorum sunt. Verum*

*Verum quinam sint ad Mauretaniam deputandi, nemo perspexerit.*

5. NINI] *Nullius martyris nomen est, sed cauda vocabuli nescio cuius.*

6. VICTORIS] *Al. Victorii, Victuriae, quae lectiones maxime commendandae videntur, cum magis accedant ad Veturii, martyris Scillitani nomen. Nonnulli enim ex hac societate hodie commemorantur. Infra, ad n. 10. Recurrit n. 27: Victoriae, al. Victori, Victuriae.*

7. NOBILITANI] *Kalendarium Carthaginiense:* XVI kal. nov. Volitanorum. *Exstat S. Augustini sermo* habitus in basilica Gratiani die natali martyrum Bolitanorum [1]. *Non unus ergo Nobilitanus, seu Bolitanus, memoratur, sed martyrum caterva a patria nuncupatorum, quales sunt Scillitani, Timidenses aliique, qui tum in kalendario Carthaginiensi tum in hisce fastis inscripti sunt. Non ideo tamen Nobilitani reputentur ii omnes quorum nomina hodie recensita sunt, vel etiam nonnulli ex iis. Silent enim monumenta.*

8. MARIANI] *Solo nomine notus.*

9. LUCI] *Oct. 18, n. 17.*

10. CITTINI] *Unus est ex martyribus Scillitanis qui 17 iulii coluntur, quosque adduxit sollemnis error solum numerum kalendarum, neglecto mense, attendentis. Translati enim sunt a XVI kal. aug. ad XVI kal. nov.:*

| | |
|---|---|
| *10. Cittini* | *iul. 17, n. 5* |
| *6. Victoris* | *iul. 17, n. 20: Veturi* |
| *19. Ianuari* | *iul. 17, n. 12: Ianuariae* |
| *25. Donatae* | *iul. 17, n. 23.* |

11. CRESCENTIANI] *Soli nomine notus.*

12. RUFINIANI] *Item. Notasse iuverit pleraque huius nominis elementa etiam in Rusticiani, n. 15, reperiri.*

13. DONATI] *Infra, n. 26: Donatae. Cf. supra, ad n. 10.*

14. DEFENSORIS] *Solo nomine notus.*

15. RUSTICIANI] *Non adeo dissimile Rufiniani, supra, n. 12. Conferatur etiam n. 23: Zidiari, al. Zitiani, Yziciani. Ea omnia unum videntur hominem designare, aliunde ignotum.*

16. SERVILIANI] *Nudum nomen.*

17. SOCRATI] *Sitne Socrates ille qui 17 sept., n. 2, memoratur an cognominis, ignoratur.*

18. VENERI] *Nudum nomen.*

19. IANUARI] *Legendum videtur: Ianuariae. Supra, ad n. 10.*

20. MUSTULI] *Die 5 iun., n. 30, occurrebat Mustili, Mustoli, quod nobis visum est vocabulum a librariis depravatum ex Durostoli. Sed et habetur nomen feminini generis Mustulae, Mustilae, die 2 feb., n. 62; 12 april., n. 125, 152.*

21. QUINTASI] *Martyr ita vocatus, in Africa passus, colitur die 10 oct., n. 12. Lecta est inscriptio in qua* PRIMI ET QVINTASI *nomina coniuncta sunt. Num loco Primae, n. 24, scribendum Primi, ita ut par martyrum et in hisce fastis reperiatur ?*

22. MEMMAE] *Al. Mammae. Martyr Caesariensis cuius memoria celebratur 17 aug., id est XVI kal. sept., unde tum in XVI kal. aug. tum in XVI kal. nov. relatus est cum aliis nonnullis. Supra, ad n. 10.*

23. ZIDIARI] *Al. Zitiani, Yziciani. Cf. ad n. 15: Rusticiani.*

24. PRIMAE] *Fortasse legendum: Primi. Supra, ad n. 21.*

25. DONATAE] *Una ex martyribus Scillitanis. Supra, ad n. 10; n. 13: Donati.*

26. SEVERAE] *Nudum nomen.*

27. VICTORIAE] *Al. Victori, Victuriae. Supra, n. 6.*

28. BASSILAE] *Nudum nomen.*

ADDITAMENTA] *Lucae. Nullo repugnante exemplo, Lucas evangelista in fastis recolitur die 18 oct. Quod in solo codice B hodie legitur: sepultus est in Bethania, ex Hieronymo illustratur, operam conferentibus ineptis librariis. Cum enim a sancto doctore dictum fuisset S. Lucam evangelium praedicasse* in Achaiae Beotiaeque partibus [2], *Beotiam illi commutarunt cum* Bithynia, *Bithyniam cum* Bethania [3].

EXCERPTA] *Cod. Taml.: Agnae. Oct. 18, n. 12.*

*Lucitini = Luci Cittini, supra, n. 9, 10.*

*Cod. Mon.: Dasi. Oct. 18, n. 57.*

*Leuci, Victorici, Oct. 18, n. 17-19.*

[1] Sermo CLVI, *P.L.*, t. XXXVIII, p. 849. — [2] *Prolog. in Matthaeum, P.L.*, t. XXVI, p. 18. — [3] LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 364-65.

# XV KAL. NOV.

**I**

**In Axiopoli natale Lucae evangelistae Filipi martyris et Hermetis. in Nicomedia Agnae. in Ostea civitate natale Luci et Victoris Taxi.**

**II**

**In Oriente translatio corporis sancti Lucae evangelistae. in Nicomedia item sancti Lucae Victorini. in Axiopoli Hermetis et Taxii. et iuxta Porto Romano sanctae Agnetis virginis [a].**

**in Campania civitate Puteoli Ianuari et Euticis. in Africa Luci Victoris Dasi Leuci Victorici Beresi episcopi Victricis Faustini Marcialis.**

*Addunt codices pleniores :* a) ebrocas civitate natale sancti aquilisi episcopi et confessoris C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 11. nicōm E | 25. *om.* W | 26. luce B | 29. nicomēd B | 30. *om.* W | 33. victorinę W | 42. *add.* pāss W | 44. agnitis W | 47. cam̄p E | 49. puteolis E ; potioli W | 50. ianuarii B | 52. eutecis W ; *add.* et BW | 54. āff E | 55-56. *om.* $E^1$ ; *add.* $E^2$ | 57-58. *om.* E | 59. giturici E ; victorini $B^1$ ; victorici $B^2$ ; victurici W | 62. vitricis W | 63. *add.* et W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Axiopoli nat. Lucae evangelistae Philippi martiris Hermedis et in Co Agnae et in Hostia iuxta Portum Romanum Luci et Victuris. — Taml. : Lucae evangelistae translatio Pilippi martiris Luci Victorini Hermetis Taxi Petri Ianuarii Bressei Victricis Leucii Agnae Victorici Teclae Mariae Fithioniae Victoriae Ciciliae et aliorum martirum Eunuchei Victoris Faustini Martialis Potioli Ianuarii Euticis Pauli Simfroniani Beresepiae Trifoniae uxoris Decii. — Mon. : Eodem die sancti Hermetis martyris. — Rich. : In Anxiopoli Lucae evangelistae Philippi martyris et Ermetis et in Nicomedia Agnae in Campania civitate Puteoli Ianuarii et Euticetis.

## OCT. 18

1. in axiopoli] *Infra, n. 35. Iure et merito plerique mirati sunt hunc veluti praecipuum venerationis locum* Lucae *evangelistae assignari* [1]. *Mala enim librariorum arte effectum est ut huius civitatis nomen ad laterculi caput dilaberetur. Quorsum pertineat, infra, ad n. 6, aperiam.*

4. lucae] *Sacramentarii Gregoriani codex Ottobonianus :* <X>V kalendas novembres natale sancti Lucae evangelistae [2]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* XI kalendas novembres natale sancti Lucae evangelistae [3]. *Kalendarium Carthaginiense :* III id. oct. sancti Lucae evangelistae et martyris. *Kalendarium lapideum Neapolitanum* [4] *:*

XVIII. NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) LVCA EV ET S(*ANCTI*) EVTICE ET ACVTII

*In synaxariis Graecorum, die 18 oct. :* Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Λουκᾶ [5]. *De variis in S. Lucam laudationibus et commentariis deque eius Actis apocryphis* [6] *disserere non vacat. De commemorationibus diei 15 mart., n. 35, et sept. 21, n. 11, quae nullo pacto liturgicae sunt, diximus ad hos locos. Memoria ingressus reliquiarum celebratur Aquileiae die 3 sept., Mediolani 27 nov. In codice Epternacensi nullum est loci indicium, quod casu suppressum esse censendum est, in ceteris servatum, qui more nostrorum librorum* in Oriente *S. Lucam collocant cum sanctis plerisque Novi Testamenti* [7]. Translatio corporis *in solis codicibus posterioris recensionis nuntiatur.*

**in Oriente natale sancti Lucae evangelistae.**

6. filipi] *Memoria* Philippi *et* Hermetis, *qui Adrianopoli passi sunt, anticipatio est e die 22 oct., n. 4, 9. In codicibus alterius recensionis, omisso* Philippo, *legitur :* in Axiopoli Hermetis *(n. 35-36), quae perperam conectuntur. Ad Axiopolim enim referatur oportet* Taxii *(n. 20, 38), id est* Dasi *vel* Dassi, *ut constat ex laterculis 5 aug. et 4 oct.*

11. in nicomedia] *Infra, n. 29. Iteratur principium hesterni laterculi, nullo martyris nomine adiecto.* Agnae *(n. 12) vel* Agnetis *(n. 44) sibi vindicat Romanum solum ;* Lucae *(*Luci*) et* Victorini *(n. 32-33) Afrorum nomina sunt.*

12. agnae] *Infra, n. 44 :* Agnetis. *Celeberrimae virgini non secus atque Hippolyto in* Ostia *(n. 14) seu iuxta* Portum Romanum *(n. 40-42) basilicam erectam fuisse, cuius hodie dedicatio commemoretur, probabile est* [8]. *Codicis Epternacensis lectionem sequimur :*

**in Ostia civitate Agnae.**

[1] Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 365. — [2] Wilson, p. 289. — [3] Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 195. — [4] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 147. — [6] *BHL.* 4970-4977 ; $BHG^2$. 991-993 ; *BHO.* 567-571. Cf. Lipsius, t. c., p. 361-71. — [7] Lege quae annotata sunt ad diem 4 ian., n. 10. — [8] *Les origines du culte des martyrs*, p. 336 ; Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 112.

17. LUCI] *Kalendarium Carthaginiense:* <XV> kal. nov. sancti Leuci et Victurici martyr. *Ter in nostris codicibus occurrit hoc par martyrum, cum varia nominum scriptura:*

*17, 55: Luci; 32: Lucae; 58: Leuci; 19, 56: Victoris; 33: Victorini; 59: Victorici.*

*Ad eos pertinet indicium geographicum, n. 54.*

**in Africa Leuci et Victorici.**

20. TAXI] *Infra, n. 38; oct. 19, n. 23: Tassiae; rursum infra, n. 57: Dasi, quae est vera lectio. Ad n. 6 monuimus hodie iterari memoriam quae iam die 4 oct., n. 19-20, scripta est:*

**Axiopoli Dasii.**

*Hic notari velim ex homonymorum concursu in hac martyrologii parte aliquam induci perturbationem. Etenim praeter Dasium, qui Axiopoli et Heracleae colitur, habetur Dasius Nicomediensis, cuius natalis in diem 21 oct., n. 3, incurrit, et die 20, n. 4, praeoccupatur. Eiusdem iam hodie mentionem esse, n. 57, ut minime certum, ita veri dissimile non est.*

22. IN ORIENTE] *Supra, ad n. 4.*

29. IN NICOMEDIA] *Supra, n. 11.*

32. LUCAE] *Lege: Leuci. Supra, ad n. 17.*

33. VICTORINI] *Lege: Victorici. Supra, ad n. 17.*

35. AXIOPOLI] *Supra, ad n. 6.*

41. IUXTA PORTO] *Supra, n. 14: in Ostea. Cf. n. 12.*

49. PUTEOLI] *Postridie rursum occurrit S. Ianuarius cum ceteris eiusdem societatis. Hi omnes praeter Euticen et Proculum, qui Puteolani sunt, suo quisque die commemorantur (cf. sept. 7, ad n. 6). Eutices seu Eutyches hodie kalendario Neapolitano inscriptus est (supra, ad n. 4). In martyrologio redit postridie, n. 16. Ianuarii nomen ascriptum est, n. 50, ab interpolatore qui huius martyris Acta, ubi et Eutices suas agit partes, legerat.*

**in Campania civitate Puteoli Euticis.**

*S. Eutices depictus est in coemeterio Neapolitano Sancti Severi, et una cum S. Acutio in coemeterio Sancti Ianuarii* [1]. *Cernebatur etiam S. Euticis effigies opere musivo in basilica Sancti Prisci Capuana* [2].

54. IN AFRICA] *Cf. supra, ad n. 17.*

57. DASI] *Supra, n. 20: Taxi.*

60. BERESI] *Oct. 19, n. 36: Beronici, id est: Beronicae. Vocem episcopi inscite addidit librarius.*

62. VICTRICIS] *An legendum Victorici, ut n. 59?*

63. FAUSTINI] *Hodie rursum martyres Cordubenses (oct. 13, n. 1) memorabantur. Faustini non raro scribitur pro Fausti. Nomen autem Ianuarii deletum fuisse videtur propter alterum Ianuarium, n. 50. Nihil ergo dubitantes scribamus:*

**Faust(in)i, <Ianuarii>, Marcialis.**

ADDITAMENTA] *Ebrocas. Edita est Vita S. Aquilini* [3], *episcopi Ebroicensis (Évreux).*

**Ebrocas civitate natale sancti Aquilini episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: in Co = Nicomedia, n. 11.*

[1] C. STORNAIOLO, *Ricerche sulla storia ed i monumenti dei SS. Eutichete ed Acuzio martiri Puteolani* (Napoli, 1874), p. 86-106; tav. I, II.— [2] DE ROSSI, *Bullettino*, 1883, tav. IV-V; 1884-1885, p. 105-113. GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, tav. 255. — [3] *BHL.* 655.

# XIV KAL. NOV.

**I** | **II**

**In Ostea natale Asteri. et in Neapoli**

| **Sussi Ianuarii**

**Festi**

| **Desiderii.**

**in cimiterio Puteolis Proculi**

**Eutici** |

**Prosdociae et Nicae matris eius et Tassiae virginis**

**Sussi Festi Desideri** |

**Asti Busti. in Antiochia Syriae natale sanctorum Pelagi Beronici item Pelagiae et aliorum VIIII [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) in galli turonus (turonis KLV) depositio columbani presbyteri WKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. hostia BW | 3. *om.* BW | 4. austeri W | 5. *om.* BW | 7. necapoli E | 12. *om.* E | 13. *add.* et E | 14. potiolis W | 15. p(ro)culi W | 17. prosdoci BW | 19. nice BW | 21. *om.* B[1] | 22. *om.* BW | 23. tasie B ; domne W | 28-29. astibusti B | 30. *om.* E | 31. antioč E ; anthiocia W | 32-34. *om.* E | 32. sirie B | 36. berononici B | 37. *om.* BW | 38. pelagie B | 41. XLVIII W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Hostia nat. Asperi et in Neapoli Festi et in Puteolis Proculi Euticetis Prosdociae et Nicae matris eius et Tasiae virginis. — Taml. : Austini Susii Festi Ianuarii Desiderii Proculi Prosodiciae Nicae Mariae Humilianae Domnae Agathae Ozi Nectasiae Pelagii Pelagiae et aliorum XLIIII Beronici Iohannis Austeri Tomae Euthicitis Celsii Neapuli Asperi Puteolis Eustasiae virginis et aliorum martirum VI. — Mon. : In Antiochia Siriae natalis sanctorum Pelagi Beronici Pilagiae et aliorum VIIII. — Rich. : In Neapoli Ianuarii Sossii Proculi Euticetis Acutii Festi et Desiderii Puteolis civitate Prosduci et Niceae et in Antiochia Pelagii Beronici et aliorum VIIII.

## OCT. 19

*1.* IN OSTEA ] *Dies natalis S. A s t e r i i maxime illustratur hoc titulo, qui, in coemeterio Commodillae repertus, nunc in Museo Lateranensi asservatur:*

PASCASIVS VIXIT PLVS MINVS ANNOS XX FECIT PATRI IIII IDVS OCTOBRIS VIII ANTE NATALE DOMNI ASTERI DEPOSITVS IN PACE [1]

*In Actis S. Callisti haec de Asterio narrantur:* Post dies vero decem et septem venit presbyter eius, nomine Asterius cum clericis noctu, et levavit corpus beati Calixti episcopi et honorifice sepelivit in cymiterio Calepodii via Aurelia pridie idus octobris. Post dies autem sex tenuit Alexander Asterium presbyterum : quem praecepit per pontem praecipitari. Cuius sanctum corpus inventum est in Ostia et a quibusdam christianis sepultum in eadem civitate sub die XIV kalendarum novemb. [2]. *In codicibus nonnullis quos et Beda habuit, legitur X I I k a l. n o v e m b r e s, sed errore manifesto. Aliter in Actis SS. Marii et Marthae, quibus inserta est brevis Passio S. Asterii et suorum :* Videns Gelasius quia in omnibus victus erat, iussit eos foras muros Ostiae civitatis eiici et ibi eos capitalem subire sententiam, alios vero lapidibus obrui. Tunc corpora eorum christiani cum omni diligentia sepelierunt sub die XV kal. febr. In quo loco fabricata est ecclesia et ibi florent beneficia martyrum usque in praesentem diem [3]. *Hinc est quod in hisce fastis etiam die 18 ian., n. 40, inscriptus est A s t e r i u s. Macarius presbyter, exsul mortuus* apud Ostiam, *ab episcopo huius loci Florentio sepelitur,* in basilica martyris Asterii [4].

**in Ostia natale Asterii.**

*7.* IN NEAPOLI] *Si unum exceperis Acutium, martyres omnes quorum memoria cum S. I a n u a r i o connexa est in codicibus plenioribus hodie recoluntur. Iis autem quibus loci indicium N e a p o l i est, nempe S u s s o, F e s t o, D e s i d e r i o et ipsi I a n u a r i o, alios quoque dies dicatos esse constat ex indiculo quem ad diem 7 sept., n. 6, protulimus. A c u t i u m cum ceteris olim enuntiatum fuisse, postea casu deletum, testis*

[1] O. Marucchi, in *Römische Quartalschrift,* 1897, p. 209 ; *Monumenti del Museo cristiano Pio-Lateranense,* tav. LI, 28.— [2] *BHL.* 1523, c. 9. — [3] *BHL.* 5543, c. 14. — [4] *Libellus Marcellini et Faustini,* 82, Guenther, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum,* p. 29.

*est*

*est codex Rich., qui solus eius nomen retinuit. Suo loco illum reponere non dubitamus. P r o c u l i autem diaconi Puteolani natalis dies videtur hodie celebrari. E u t i c i s laici, itidem Puteolani, commemoratio habita est heri; quae hodie iteratur (n. 16). Ceteros omnes tanquam Proculi stipatores congregatos fuisse crediderim.*

*8.* SUSSI] *Infra, n. 25; oct. 16, n. 4. Cf. sept. 7, ad n. 6.*

*9.* IANUARII] *Oct. 18, n. 50. Dies natalis I a n u a r i i est 19 sept. Alias quoque commemoratur, ut notatum est ad diem 7 sept., n. 6.*

*10.* FESTI] *Sept. 7, n. 8; oct. 21, n 23.*

*11.* DESIDERII] *Sept. 7, n. 10. Seclusis ergo Puteolanis, additoque A c u t i o e codice Rich., Campanorum martyrum agmen erit:*

**in Neapoli Sussi, Ianuarii, Acutii, Festi, Desiderii.**

*13.* IN CIMITERIO] *Nihil dubitationis est quominus legendum sit: i n c i v i t a t e P u t e o l i s, ut die 18, n. 48-49. Saepius in his libris ex* CIVI *( t a t e ) factum esse* CIMI *(t e r i o), aliis locis monuimus.*

*14.* PUTEOLIS] *Ex dictis ad n. 7, 13, scribendum erit:*

**in civitate Puteolis Proculi.**

*16.* EUTICI] *Nomen E u t i c i Puteolani e die oct. 18, n. 52, iterari veri simile est. Attamen, si quis contenderit memoriam E u t i c i Nicomediensis, qui postridie (n. 12) colitur, anticipari, non habeo quod reponam.*

*17.* PROSDOCIAE] *Colligenda sunt fragmenta in laterculo dispersa memoriolae martyrum Antiochensium (n. 31) P r o s d o c a e (n. 17), V e r o n i c a e (n. 19, 36) v i r g i n u m (n. 24: v i r g i n i s) et m a t r i s e a r u m (n. 21: e i u s) Domninae, cuius nomen excidit. Harum natalis dies est april. 15, quo in libris nostris nuntiantur, n. 23-30, cum pridiana anticipatione, april. 14, n. 33-39. His hodie accedit P e l a g i a (n. 35, 38), et ipsa martyr Antiochena, quae die 8 oct., n. 1-3, recolitur. Haec paucis complectamur:*

**in Antiochia Syriae natale sanctarum Prosdocae et Veronicae virginum, <Domninae> matris earum et Pelagiae.**

*Si quis quaesierit qua via hae martyres a mense aprili huc transierint, id opera factum esse credo inepti scholastici, cui P r o c u l i (n. 15) nomen legenti, Proculus ille in mentem venit qui in laterculo diei 14 april., n. 31, memoriae sanctarum Antiochensium (n. 33-39) proximus est. Harum autem nomina in margine ascripsit, quae deinceps a librariis assumpta sunt.*

*19.* NICAE] *Lege: (V e r o) n i c a e, infra, n. 36: B e r o n i c i.*

*20.* MATRIS EIUS] *Lege: matris e a r u m, quae referuntur ad Domninam, cuius nomen supplendum esse modo ad n. 17 ostendimus.*

*23.* TASSIAE] *Nov. 18, n. 20: T a x i, id est D a s i i.*

*24.* VIRGINIS] *Cum nomine T a s s i a e, quod reapse viri est, non quadrat. Refertur ad filias Domninae (n. 17, 19) proindeque scripsimus, ad n. 17: v i r g i n u m.*

*25.* SUSSI] *Supra, n. 8.*

*26.* FESTI] *Supra, n. 10.*

*27.* DESIDERI] *Supra, n. 11.*

*28.* ASTI] *Supra, n. 4: A s t e r i.*

*29.* BUSTI] *Nomen corruptum ex S u s s i (n. 8) vel ex F e s t i (n. 10) vel ex utroque.*

*31.* IN ANTIOCHIA] *Supra, ad n. 17.*

*35.* PELAGI] *Infra, n. 38: P e l a g i a e, quae vera lectio est. Supra, ad n. 17.*

*36.* BERONICI] *Supra, n. 19: (V e r o) n i c a e.*

*40.* ALIORUM] *Martyrum ignotorum.*

ADDITAMENTA] *C o l u m b a n i quis fuerit ille, quo tempore vixerit, a nostris [1] aliisque [2] frustra quaesitum est. Non ideo delenda memoria quae in codicibus perspicua est:*

**in Galliis Turonus depositio Columbani presbyteri.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: A s p e r i = Asteri, n. 4.*

*Cod. Taml.: A u s t i n i..., A u s t e r i..., A s p e r i = Asteri, n. 4.*

*E u s t a s i a e = Eutici, n. 16.*

*Cod. Rich.: A c u t i i. Supra, ad n. 11.*

[1] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 612; *Act. SS.*, Oct. t. VIII, p. 385. — [2] DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [xx].

# XIII KAL. NOV.

| I | II |
|---|---|
| | **In Puteolis civitate Dasi Zosimi Ianuarii Dorothe Sussimi Ianuariae.** |

**in Nicomedia Eutici Promaci Luci Marcellini.**

**Puteolis Zosimi Dorotae Ianuariae** |

**Bermiaci Sisinni item Ianuariae. in Galliis civitate Agenno sancti Caprasii martyris [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et ē dedicatio secretari //// andreę et martini in vvi W² *in marg.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. potiolis W | 6. ianuari W | 7. dorothę W | 9. ianuarianę W | 10. *om.* E | 11. nicōm E | 12. euticis W | 14. lucę W | 21. sussimi B | 21-23. *om.* W | 23. ianuarii B | 25. gāl E ; gall BW | 27. agno E | 28. *om.* E | 29. caprasi EW | 30. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia Eutici Promaci Luci Marcellini et in Puteolis Zosimi et Ianuarii. — Taml. : Eutici martiris Promicei Dassi Ianuarii Suscemi Suscimi Luci Sisinni Marcelli Bermiaci Ianuarii Iohannis Caprassii Muriae Zefani et aliorum VI Dorothae Iulianae Muriae Dariae Marialitae. — Mon. : In Puteolis civitate natalis sanctorum Dasi Zosimi Ianuarii Euticis Luci mart. — Rich. : In Nicomedia Euticii Promaci Lucii Marcellini Puteolis Zosimi Dorothei Ianuarii Susimi in Aginno civitate sancti Caprasi martyris.

## OCT. 20

*1.* in puteolis] *Infra, n. 16. Loci indicium ad hunc diem translatum a die oct. 19, n. 14, cum nominibus quae ibi sub* N e a p o l i *legebantur. Puteolanis nequaquam accensendus est* D a s i u s, *n. 4.*

*4.* dasi] *Oct. 18, n. 57; 19, n. 23.*

*5.* zosimi] *Conferenda sunt:*

| | |
|---|---|
| *oct. 19, n. 8, 9:* | *S u s s i, I a n u a r i i.* |
| *oct. 20, n. 5, 6:* | *Z o s i m i, I a n u a r i i.* |
| *n. 8, 9:* | *S u s s i m i, I a n u a r i a e.* |
| *n. 17, 19:* | *Z o s i m i, I a n u a r i a e.* |
| *n. 21, 23:* | *S i s i n n i, I a n u a r i a e.* |

*Iterum iterumque nominantur Sussus seu Sossus, diaconus Misenas, et Ianuarius episcopus.*

*7.* dorothe] *Infra, n. 18. In breviario Syriaco ad diem 23 oct., sine loci indicio, signatur Δωρόθεος. In hisce fastis eodem die, n. 5, ad* A d r i a n o p o l i *referri videtur, nullo tamen suffragante monumento.*

*11.* in nicomedia] *Breviarium Syriacum: ἐν Νικομηδείᾳ Εὐτύχις καὶ ἕτεροι μάρτυρες.*

**in Nicomedia Euticis.**

*13.* promaci] *Infra, n. 20:* B e r m i a c i, *quo iteratur* B e r o n i c i, *oct. 19, n. 36, id est* B e r o n i c a e.

*14.* luci] *Oct. 18, n. 17.*

*15.* marcellini] *Unus fortasse ex Marcellinis seu Marcellis quos initio huius mensis varios per laterculos vagari notavimus, oct. 3, ad n. 8.*

*17.* zosimi] *Supra, n. 5.*

*18.* dorotae] *Supra, n. 7.*

*19.* ianuariae] *Supra, n. 9. Lege:* I a n u a r i i, *ut ad n. 5 notatum est.*

*20.* bermiaci] *Supra, n. 13:* P r o m a c i, *reapse* B e r o n i c a e.

*21.* sisinni] *Lege:* S u s s i. *Supra, ad n. 5.*

*23.* ianuariae] *Supra, n. 9, 19.*

*25.* in galliis] *Exstant S.* C a p r a s i i, *martyris Aginnensis Acta* [1], *plerumque immixta Actis S. Fidis et sociorum* [2].

**in Galliis civitate Agenno sancti Caprasii martyris.**

[1] *BHL.* 1558. — [2] *BHL.* 2929-2936.

# XII KAL. NOV.

I | II

**In Nicomedia Dasciometis Zotici Gai et XII militum. in Africa Modesti Eutici Maceri Dissei. in Nicea Bithyniae Apricis Machari**

**Dicei Proculi. Neapoli Festi item Modesti et aliorum numero CCLXXII. Puteoli Campania Proculi Eutici et Macharii.**

**Lugduno Galliae Iusti et beati Viatoris pueri discipuli sancti Iusti episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. *om.* B | 2. nicõm E | 3. dasci ometis B ; dasi W | 4. zothici W | 5. gagi B | 6. cum BW | 8. milib ; W ; *add.* et BW | 10. ãff E | 12. *om.* W | 13. matheri BW | 14. disei W ; *add.* et W | 17. bithĩn E ; bethinie B ; bittiniae W | 18. afrigis BW | 21. p(ro)culi B | 24. *om.* W | 28. numerum W | 29. ducentorũ septuaginta duo B | 30. poteoli W | 31. campanię W | 32. p(ro)culi BW | 33. euticis W | 34-35. *om.* W | 36. lugdũn E | 37. *om.* E ; gałł BW | 39. *om.* EWB¹ ; *add.* B² | 41. victoris EB | 43-46. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia nat. Dasci Cometis Zotici Gai et XII milia. — Taml. : Dasciometis cum XII m. Dasi Euteci Zomei Gagi Modesti Desei Maceri Macarii Diciei Iusti Iohannis Beati Zefani Pueri Guergii. — Mon. : Gagi Eutici Modesti cum aliis CCLXX Lugduni Iusti et aliorum XIIII (*et add. m. rec.:* in Colonia XI milium). — Rich. : In Nicomedia Dassi Cometis Zotici et in Affrica Modesti Eutici et in Nicea Macharii Neapoli Festi Lugduno Galliae Iusti et beati Victoris.

## OCT. 21

*1.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum: Δάσιος καὶ Γάϊος καὶ Ζωτικὸς οἱ μάρτυρες. Horum Passio habetur, cuius haec clausula est: Ἐμαρτύρησαν δὲ οἱ ἅγιοι καὶ ἐνδοξότατοι μάρτυρες Δάσιος, Γάϊος καὶ Ζωτικὸς μηνὶ ὀκτωβρίῳ ιθ' ἐν τῇ Νικομηδέων πόλει* [1]. *Eodem die in synaxariis memorantur* [2]. *His adiungit martyrologium* m i l i t e s X I I, *de quibus alte silent tum Passio tum breviarium, quosque proinde aliunde adductos arbitramur. Mire corruptum est* D a s i i *nomen in* D a s c i o m e t i s, *al.* D a s c i C o m e t i s *(cod. Cambr.);* D a s s i C o m e t i s *(cod. Rich.). Vocem* c o m i t i s *cum martyris nomine coaluisse vix crediderim. Corruptelae causam potius suspicor errantia elementa vocis* n i C O M E D I a *nomini* D a s s i *male agglutinata; quae deleantur oportet.*

**in Nicomedia Dasii, Zotici, Gaii.**

*7.* XII MILITUM] *Hos a Dasio cum sociis duobus segregandos esse modo dictum est. Consideranda est varia lectio codicis W: cum XII* m i l i b u s, *et codicis Cambr.:* X I I m i l i a. *Si hagiographos audiamus, Nicomediae innumerabiles paene martyres trucidati sunt. Ita, v. gr., in synaxariis memorantur Nicomedienses μάρτυρες διακόσιοι* [3], *δισμύριοι* [4], *ἑκατὸν τριάκοντα γυναῖκες* [5], *μάρτυρες ἑξακισχίλιοι ἑξακόσιοι εἴκοσι ὀκτώ* [6], *πεντακόσιοι* [7], *τριακόσιοι ἑξήκοντα* [8], *τρισχίλιοι* [9], *χίλιοι τρεῖς* [10]. *Tot milia martyrum hodiernae Nicomediensium memoriae consociare voluerit interpolator.*

*10.* IN AFRICA] *Martyres quattuor in Africa die 21 oct. passos memorat lapis non ita pridem repertus* [11]:

MEMORIA BEATISSIMO
RVM MARTYRVM ID EST
ROGATA MAIENTI NASS
EI MAXIMAE QVEM PRI
MOSVS CAMBVS GENITO
RES DEDICAVERVNT PAS
SI XII KAL. NOVM. CCXC PROV.

*Quosdam ex iis in martyrologio commemorari quondam opinatus est Duchesne* [12]. *Quid post editam eiusdem tituli emendatiorem lectionem censuerit, ignoramus. Unum* N a s s e i *nomen cum* D i s s e i *(n. 14, 20) quandam similitudinem praebet.* M a c e r i *(n. 13) autem non tam* M a i e n t i *quam* M a c h a r i *(n. 19, 35) variatio esse videtur. Rem adeo incertam in medio relinquere praestat.*

*11.* MODESTI] *Solo nomine notus.*

*12.* EUTICI] *Vel Eutices Nicomediensis, oct. 20, n. 12, vel Puteolanus, infra, n. 33.*

*13.* MACERI] *Cf. n. 19, 35:* M a c h a r i i.

*14.* DISSEI] *Infra, n. 20:* D i c e i. *An legendum* N a s s e i, *ut est in titulo ad n. 10 allato?*

[1] *BHG²*. 492, c. 4. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 154. — [3] Ibid., p. 129. — [4] Ibid., p. 349. — [5] Ibid., p. 333. — [6] Ibid., p. 8. — [7] Ibid., p. 333. — [8] Ibid., p. 940. — [9] Ibid., p. 9. — [10] Ibid., p. 459. Cf. *BHG²*. 1219. — [11] Monceaux, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 328. — [12] *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. V, p. 148. — Cf. St. Gsell, *Le christianisme en Oranie avant la conquête arabe* (Oran, 1928), p. 2.

*16.* NICEA] *In martyrologio connectitur cum* A p r i c i s, *n. 18, corrupto, ni fallor, nomine, cuius emendatio in promptu non est.*

*19.* MACHARI] *Infra, n. 35. Cf. supra, n. 13:* M a c e r i.

*20.* DICEI] *Supra, n. 14:* D i s s e i.

*21.* PROCULI] *Infra, n. 32.*

*22.* NEAPOLI] *Oct. 19, n. 7, 10, iam scriptum:*

**Neapoli Festi.**

*25.* MODESTI] *Supra, n. 11.*

*27.* ALIORUM] *Sintne alicuius ex praemissis martyribus comites illi CCLXXII, non liquet.*

*30.* PUTEOLI] *Martyres Puteolani* E u t i c e s, *oct. 18, n. 52, et* P r o c u l u s, *oct. 19, n 15, signati sunt. Hos hodie una comprehendit memoria:*

**Puteolis <in> Campania Proculi, Euticis.**

*35.* MACHARII] *Supra, n. 19. Hunc Puteolanis sociandum esse, nulla suadet ratio.*

*38.* IUSTI] I u s t u s *Lugdunensis episcopus, concilio Aquileiensi interfuit anno 381, itemque, ut videtur, concilio Valentino, anno 374* [1]. *Martyrologium nostrum eum memorat locis non minus quinque. Antequam horum festorum multiplicem varietatem explicare ingredimur, breviter attingenda est vitae illius historia. Iustus igitur, post Aquileiense concilium, solitudinis amore captus, in Aegyptum secessit, dimissis omnibus sociis,* praeter Viatorem egregiae indolis puerum, qui officium tunc in ecclesia lectoris gerebat [2]. *Morti proximus, cum eum Viator de orbitate sua sollicitus interrogaret:* Cui me, domine, relinquas? respondisse dicitur ne turbaretur quasi destitutus solatio, quia brevi se illo quoque sequeretur [3]. *Cives Lugdunenses* illa reverenda sancti senis ossa a remotis terrae partibus cum alacritate et religione exhibuerunt, cum lacrymis et gaudio susceperunt atque laboraverunt ut, qui cum ipsis iam spiritu erat, cum ipsis etiam in corpore esset [4]. *Ado, qui Lugduni inquilinus fuit, ad diem 2 sept. de Iusto episcopo exponens, refert eius corpus conditum fuisse* in basilica septem fratrum Machabaeorum et martyrum gloriosissimorum, *quae deinde Sancti Iusti basilica dicta fuit* [5]. *In ea Sidonius Apollinaris († 479) sancti festo interfuit. Haec eius verba ad Eriphium scribentis:* Conveneramus ad sancti Iusti sepulchrum (sed tibi infirmitas impedimento, ne tunc adesses); processio fuerat antelucana, sollemnitas anniversaria, populus ingens sexu ex utroque, quem capacissima basilica non caperet quamlibet cincta diffusis cryptoporticibus. Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique psalmicines concelebraverant, quisque in diversa secessimus, non procul tamen, utpote ad tertiam praesto futuri, cum sacerdotibus res divina facienda; de loci sane turbarumque compressu deque numerosis luminibus inlatis nimis anheli; simul et aestati nox adhuc proxima tecto clausos vapore torruerat, etsi iam primo frigore tamen autumnalis aurorae detepescebat [6]. *In martyrologio nostro S. Iusti commemorationes incidunt in dies iul. 14, aug. 4, sept. 2, oct. 14 et 21. Ex his redundat prima, quae ex die 14 oct. geminata est, propter notationum similitudinem:* p r i d. i d. i u l. *et* p r i d. i d. o c t. *Festo diei 4 aug. quid proprie recolatur, diserte indicant elogii verba:* a d v e n t u s c o r p o r i s s a n c t i I u s t i e p i s c o p i d e h e r e m o. *Ad 2 septembris, codex noster E haec tantum fert:* L u g d u n o G a l l i a e b e a t i I u s t i e p i s c o p i, *secunda autem recensio:* d e p o s i t i o s a n c t i I u s t i, *consonantibus breviariis Cambr., Rich., Mon. Die 14 oct., ubi codices E et B simpliciter habent:* I u s t i e p i s c o p i, *in W annuntiatur:* t r a n s l a t i o c o r p o r i s s a n c t i I u s t i. *Tandem die 21 oct., codices vix inter se dissentiunt nisi de nomine sodalis S. Iusti, qui aliis appellatur* V i c t o r, *aliis* V i a t o r, *et quidem traditae formae congruentius. Scribatur ergo hodie:*

**Lugduno Galliae Iusti et beati Viatoris pueri disciputi sancti Iusti episcopi.**

*Age vero hoc elogium, in quo S. Iustus cum Viatore sociatur, ex Vita fictum est, in qua dumtaxat refertur Viator non multo post S. Iustum obiisse. Nempe, hebdomada una computata est a die 14 octobris, qui dies emortualis S. Iusti fuisse credebatur, qua cum specie veri, alii viderint. Nostro iudicio, praecipuum festum S. Iusti agi solebat die 14 octobris. In hunc enim diem aptius quadrant quae Sidonius Apollinaris de tempestate obiter attingit. Lugdunenses porro non obitum episcopi, qui in Aegypto, procul a grege suo, mortuus erat, sed, ritu ecclesiastico, eius depositionem recoluisse censendi sunt. Hanc haud scio an recte* t r a n s l a t i o n e m *appellet cod. W.; neque illi refragatur mentio quae ad diem 4 aug. inscripta est. Nempe rerum naturae consentaneum est post adventum corporis sancti Iusti aliquantum tempus effluxisse antequam in basilica idonea sepultura ei parata esset. Superest explicandum quomodo ad diem 2 sept. indicetur:* d e p o s i t i o b e a t i I u s t i; *haec enim fuit littera codicum. Eam defendant qui possunt neque suspiciosum iudicant in codice E mentionem:* L u g d u n o G a l l i a e b e a t i I u s t i, *ambiguam et quasi intercisam videri. Neque nodum solverunt qui coniecerunt die 2 septembris celebratam fuisse dedicationem basilicae S. Iusti et codices antestantur erraticos, in quibus reapse ad hunc diem legitur additamentum:* e t d e d i c a t i o b a s i l i c a e i p s i u s. *Ipsi enim senserunt explicari non posse quomodo, si Maccabaeorum ecclesia pristinum titulum mutavisset, Ado, Lugduni saeculo nono vivens, novum illius vocabulum ignoraverit* [7]. *Praestat igitur in re ambigua a decretoria sententia abstinere.*

*Iamdudum ratio quaesita est cur uni S. Iusto tot festa indicta essent. Omissis recentiorum eruditorum*

[1] J. B. MARTIN, *Conciles et bullaire du diocèse de Lyon*, n. 15, 16. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 162. — [2] *BHL.* 4599, c. 2. — [3] Ibid., c. 5. — [4] Ibid., c. 6. — [5] COVILLE, *Recherches sur l'histoire de Lyon du Ve au IXe siècle* (Paris, 1928), p. 441-44. — [6] *Epist.* V, 17, *M. G.*, Auct. antiq., t. VIII, p. 89-90. — [7] COVILLE, t. c., p. 445.

*ditorum*

*ditorum coniecturis* [1], *iuvat audire concinnatorem martyrologii Lugdunensis, in codice Parisiensi Lat. 3879, ad diem 2 sept.:* Natale Iusti episcopi Lugdunensis, mirae sanctitatis et prophetici spiritus viri : qui apud Aegyptum quidem obiit, sed corpus eius cum ossibus beati Viatoris ministri eius a religiosis civibus Lugdunum relata et condigno cultu in basilica condita sunt [2]. *Hanc igitur iudicavit esse praecipuam S. Iusti sollemnitatem, indictam in eum diem, quo in basilica Maccabaeorum et Martyrum depositus fuerit. Die 14 oct. idem consarcinator scribit:* Transitus S. Iusti in eremo, *quasi constaret S. Iustum eo die mortuum esse in Aegypto. Die 21 oct. obitum nuntiat sodalis S. Iusti:* Transitus sancti Viatoris in eremo comitis sancti Iusti [3]. *Ad diem 4 aug. de Iusto silet, sicut siluerat et Ado. Contra, ad diem 2 sept. longiusculum elogium promit, historico stilo, in quo festi causam et rationem sibi videtur explicare:* in basilica beatorum septem Machabaeorum et martyrum gloriosissimorum conditum est quarto nonas septembris. *Die 14 oct., consueto elogio:* Transitus, *cet., subdit commentariolum historicum. Tandem, ad diem 28 oct. decessoris sui verba recinit. Ne quid omisisse videamur, notare iuvat metricum epitaphium S. Iusti:* Hic patris antiqui condigno nomine Iusti, *cet., peritorum iudicio, diuturno tempore post sancti mortem conceptum fuisse* [4]. *Inter testimonia sequioris aetatis suus etiam locus esse debet instrumento quod de recognitione reliquiarum in ecclesia Sancti Iusti die 29 augusti an. 1288, confectum est. In quo, praeter alios sanctos, comparet S.* V i c t o r, *qui certe est ipse noster S. Viator:* In primo tumulo reperimus corpus beati Arigii, confessoris et Lugdunensis archiepiscopi, et iuxta ipsum in eodem tumulo corpus beati Victoris, confessoris et comitis sancti Iusti, cum scriptis vel chartis antiquis de iis facientibus expressam mentionem [5].

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* *Z o m e i = Zotici, n. 4?*

*B e a t i ... P u e r i = beati <Viatoris> pueri n. 40-42.*

[1] De his tractarunt nostri *Act. SS.*, Sept. t. I, p. 365-68. — [2] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 177. — [3] Ibid., p. 178.— [4] LEBLANT, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, n. 27. — [5] GUIGUE, in *Bulletin de la Société des Antiquaires de France*, 1879, p. 116.

---

# XI KAL. NOV.

**I** | **II**

**In Adrianopoli Traciae Philippi episcopi**

**Severi** | **Eusebii**

**et Hermae**

**discipuli eius** |

**Severi**

**Eusebi** | **in Tracia**

**item Severi. et alibi passio sancti Leogathi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. *om.* E ; atrianopuli B ; atrianopoli W | 3. tracia EB ; *add.* nāt E | 4. phylippi W | 7. eusebi W | 9. hermetis BW | 16-17. *om.* W | 22. leogadi B ; leugati W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Tracia nat. Philippi episcopi Severi et Hermedis et nat. sancti Severini episcopi et confessoris. — TAML. : Mattei apostoli Pilippi episcopi Eusebii Hermetis Severi Leugadi episcopi Hermae Bermae et aliorum V Eugathi Tomae. — MON. : Adrianopoli Traciae natalis sanctorum Philippi episcopi Eusebii Coloniae Severini episcopi et confessoris. — RICH. : In Tracia Philippi episcopi et sancti Severi martyris et Hermae discipuli eius et Eusebii et alibi passio sancti Leucadii.

## OCT. 22

*1.* IN ADRIANOPOLI] *Breviarium Syriacum : ἐν Ἀδρια(νου)πόλει τῆς Θρᾴκης Φίλιππος ὁ ἐπίσκοπος μάρτυς καὶ Ἑρμῆς τῆς αὐτῆς πόλεως. Passio S. Philippi:* Beatus itaque Philippus, diaconus primum, mox presbyter... consensu omnium tandem decus episcopale suscepit, *nempe Heracleae* [1], *ubi cum Severo presbytero et Herma seu Hermete diacono torquetur; dein transfertur Adrianopolim. Philippus cum Hermete uno die vivicomburium patitur. Severus autem in car-*

[1] *BHL.* 6834-6836. c. 1, 4.

*cere*

*cere relictus, orat ut iis societur:* Hac itaque oratione completa, tantum fidelia verba potuerunt, ut postero die id quod postulabat acciperet [1]. *Et reapse, in breviario Syriaco, ad diem 23 oct., signatur Σεύηρος ὁ πρεσβύτερος, nostris codicibus consonantibus. Una tamen memoria iam hodie Severus (n. 6, 12, 17) comprehenditur. In Actis sanctorum Edessenorum inter martyres clarissimos eiusdem aetatis numeratur Φίλιππος ἐν Ἀδριανουπόλει* [2].

**in Adrianopoli Thraciae Philippi episcopi et Hermae discipuli eius, item Severi.**

*7.* EUSEBII] *Infra, n. 13. Casu et nullo iure cum martyribus Adrianopolitanis coniunctus est E u s e b i u s iste, nemini notus.*

*22.* LEOGATHI] *Quis ille sit, quo loco vixerit et passus sit frustra nostri iam resciscere conati sunt* [3]. *Neque nobis quicquam occurrit addendum.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: S e v e r i n i episcopi Coloniensis, cuius festum agitur postridie, Acta edita sunt* [4].

*Cod. Taml.: H e r m e t i s, B e r m a e = Hermae, n. 9.*

*L e u g a d i, E u g a t h i = Leogathi, n. 22.*

[1] Ibid., c. 23, 24. — [2] O. v. Gebhardt - E. v. Dobschütz, *Die Akten der Edessenischen Bekenner Gurjas, Samonas und Abibos*, in *Texte und Untersuchungen*, t. XXXVII, p. 6. — [3] *Act. SS.*, Oct. t. IX, p. 536. — [4] *BHL.* 7647-7654.

---

# X KAL. NOV.

**In Adrianopoli Severi et Dorothei. et in Cesarea Cappadociae Longini Seversi [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et mettis anghilramnus f... aca... lo et in cathedra ipso die honorifice elevatus B² *in marg.*; magni iusti in gallia depositio sancti gratiani martyris C.

*Var. lect. codd.* EBW. — 2. atrianopuli B ; atrianopoli W | 4. *om.* BW | 8. cēss E ; caesaria W | 9. cap̄p E ; cappadotie B ; cappād W | 10. *om.* W | 11. *om.* B ; sevresi W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Adrianopoli nat. Severi et Dorothei et in Cesaria Capodochia Longuini. — Taml.: Passio Longini martiris qui Christum pupugit in latus suum qui etiam predicavit post precisam lingam suam Ciciliae virginis Severi Seusepi Dorothei Seversi. — Mon.: In Cesarea Cappadociae natalis sancti Severini Dorothei Seuresi Longini. — Rich.: In Andrianopoli Severi et Dorothei et in Caesarea Capadociae Longini.

## OCT. 23

*1.* IN ADRIANOPOLI] *Breviarium Syriacum: Σεύηρος ὁ πρεσβύτερος καὶ Δωρόθεος. Severus presbyter procul dubio martyrium passus est Adrianopoli, uno die post Philippum, ut ad diem 22 oct. ex huius Actis ostendimus. Quare certa est lectio:*

**in Adrianopoli Severi.**

*Quamquam eidem adhaerere D o r o t h e u m suadent nostri codices, donec certis monumentis constabit hunc quoque Adrianopolitanum esse, a Severo segregandus est. Severi palaestram praetermittit breviarium; intercidit et Dorothei patria, quam nonnisi divinando assequi possumus.*

*8* IN CESAREA] *De S. L o n g i n o diximus ad diem 15 mart., ubi iam scripta sunt quae hodie iterantur, quam ob causam nescio:*

**in Caesarea Cappadociae Longini.**

*11.* SEVERSI] *Supra, n. 3: S e v e r i.*

ADDITAMENTA] *M a g n i, in solo codice C, plane ignotus est.*

*I u s t i, episcopi Lugdunensis, de quo oct. 21, n. 45.*

*G r a t i a n i, martyris in agro Ambianensi, monumenta venerationis qualiacumque collegerunt nostri* [1].

**in Gallia depositio sancti Gratiani martyris.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: S e v e r i n i, episcopi Coloniensis, hodie memoria agitur* [2].

[1] *Act. SS.*, Oct. t. X, p. 18-22. — [2] *Act. SS.*, t. c., p. 50-64.

# IX KAL. NOV.

I | II
---|---

**In Nicomedia Severi Vitalis Felicis Rogati Papiri Victoriae**

| **Flaviani Victoris.**

**et in Hierapoli Frigiae Claudiani Eugari**

**Flaviani Victori.** |

**et alibi Flaviani Iusti et Victoris.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. *om.* E | 2. nicōm E | 7. paperi BW | 8. victuri//ae W | 11-12. *om.* BW | 13. erapoli E | 14. frig̃ E | 16. eucarię B ; eutheri W | 19. *om.* BW | 20. *om.* W | 21. flavini W | 23. *om.* EW | 24. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Nicomedia nat. Vitalis Felicis Rogati Papiri et Victoriae et in Hyeropoli Frigiae Claudiani et Evagri. — Taml. : Severi et aliorum XII Vitalis Iohannis Felicis Rogati Paperi Securi Flaviani Zefani Victoris Securi Kari Epolei Flavianae Iuliae Mariae Frigiae Iulitae Ciciliae Evagri Herapoli Iusti Claudiani Victoris. — Mon. : In Nicomedia natalis sanctorum Severi Vitalis Felicis et aliorum IIII. — Rich. : In Nicomedia Severi Vitalis Felicis Rogati Papiri et Victurini et Flaviani et Ierapol Claudiani Theocharii.

## OCT. 24

*1.* in nicomedia] *Erraticum apparet loci indicium, cui nullum e sequentibus martyrum nominibus aptatur. Forsitan a die 26 oct., n. 2, huc delatum est.*

*3.* severi] *Martyr Adrianopoli, oct. 23, n. 3.*

*4.* vitalis] *Afr cae, cum* Victoria *(n. 8) ascribendos crediderim hos martyres, qui et die 25 oct. recurrunt et partim die 25 nov.*

*4.* Vitalis *oct. 25, n. 58 ; nov. 25, n. 9.*
*5.* Felicis *oct. 25, n. 57 ; nov. 25, n. 8.*
*6.* Rogati *oct. 25, n. 55.*
*7.* Papiri *oct. 25, n. 56.*

*8.* victoriae] *Kalendarium Carthaginiense, post XV kal. nov. :* <VIIII> kal. nov. sanctae Victuriae.

**<in Africa> Victoriae.**

*9.* flaviani] *Infra, n. 17, 21. Notus solo nomine, quod* Claudiani *(n. 15) aliqua ratione resonare videtur.*

*10.* victoris] *Infra, n. 18. Cum* Vitalis *et* Felicis *ad diem 25 nov., n. 11, transiisse videtur. Cf. n. 8 :* Victoriae.

*13.* in hierapoli] *Breviarium Syriacum, ad diem 25 oct. :* ἐν Ἱεραπόλει Φρυγίας ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Κυριακὸς καὶ Κλαυδιανός. Claudiani *nomen recte exprimitur n. 15;* Cyriaci, *alibi latitare, vel in* Eugari, *al.* Eucariae, *n. 16, vel in* Chari, *oct. 25, n. 46, non negaverim. Quicquid id est,* Cyriaci *vel* Quiriaci *in hodierno laterculo olim rite scriptum erat, siquidem inde, cum* Claudiani, *transierit ad diem 25 nov., n. 3, 14.*

**in Hierapoli Frigiae Claudiani <et> Cyriaci.**

*16* eugari] *Al.* Eucariae, Eutheri. *An corruptum e* Cyriaci*? Supra, ad n. 13.*

*17.* flaviani] *Supra, n. 9.*

*18.* victori] *Supra, n. 10.*

*21.* flaviani] *Supra, n. 9.*

*22.* iusti] *Oct. 21, n. 38, 41 :* Iusti *et* Viatoris.

# VIII KAL. NOV.

| I | II |
|---|---|
| **Romae natale Maximi. et in Sardinia in Turribus Gavini. item Romae CXX militum.** | **Romae via Salaria Maximi et aliorum CXX militum quorum nomina soli Deo cognita sunt et positi sunt in cimiterio Trasone [a].** |

**in Africa sanctorum Saturnini Claudiani Primi Flaviani**

| | |
|---|---|
| | **in Sardinia Savini Saturi** |

**Asteri Chari. in Galliis civitate Sessionis Crispini et Crispiniani Claudiani Rogati Papiri Felicis Vitalis [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) in gavalis depositio beati hilarii episcopi et confessoris C. — b) et sanctonis translatio corporis (*om.* W) sancti vibiani (iubiani CKLV) episcopi et confessoris CWKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 6. sardīn E | 8. turrib; E | 11. rōm E | 14. rome B ; rōm W | 20. c vinginti B | 24-27. ds̄ scit W | 25. dō B | 28-33. *om.* W | 35. āff E | 36. *om.* E | 37. sātnini B | 47. *om.* E | 48. gałł EBW | 49. *om.* E | 50. *add.* scōrum W | 56. *add.* et B | 57. *add.* et W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. Maximi et aliorum CXX militum in Sardinia Turribus Gabeni. — Taml. : Maximi et aliorum Saturnini Claudiani Primi Flavani Gavani Savini Saturi Vitalis Felicis Paperi Rogati Claudiani Asteri Neonis Eucharisti Sapiri Crispiani Quinti Bonifati. — Mon. : Sessionis civitate natalis sanctorum Chrispini et Crispiniani (*et add. p. m. :* Chrisanti Mauri et Dariae).— Rich. : Rome Maximi et in Sardinia Gavini et in Affrica Saturnni Claudiani Primi Suessionis civitate sanctorum Crispini et Crispiniani.

## OCT. 25

*1.* ROMAE] *Si via Salaria hic intellegenda est via Salaria vetus, vere dicitur illic, in coemeterio Basillae, celebratus fuisse sanctus aliquis, nomine Maximus, cuius tamen festum agebatur die 26 augusti. Neque si idem iste Maximus est qui hodie commemoratur, quidpiam habet commune cum militibus CXX : nullus enim coetus maior martyrum in coemeterio Basillae congregatus fuit. Aliunde autem constat in via Salaria nova situm fuisse coemeterium Maximi, de quo sermo iam fuit die 24 ianuarii, n. 23, et iterum futurus est die 23 novembris. Lectio plane perspicua foret : via Salaria in cimiterio Maximi, dummodo adiunctum esset nomen martyrum qui illic quiescere dicantur ; nam coemeterium Maximi aliud erat atque coemeterium Trasonis* [1], *ubi conditi fuerunt milites CXX. De his primum agemus, ut quaestio reliqua expeditior fiat. Reapse isti suum locum habent in catalogo martyrum quibus Trasonis coemeterium gloriari, ad diem 12 aug. rettulimus. Horum militum martyrium narratur in Passione SS. Chrysanthi et Dariae, ubi tamen non CXX sed LXX numero computantur :* crediderunt omnes illi septuaginta milites cum suis, iisque caput praecisum fuit. Erat autem in loco ubi decollati sunt tumulus antiquus. Hunc emundantes, per noctem christiani simul in unum omnia corpora sepelierunt non longe ab Urbe via quae Salaria nuncupatur [2]. *Utcumque discrepant numeri, existimamus tamen mentionem hodiernam e Passione depromptam esse, eosque martyres Damasum carmine prosecutum esse, quod in coemeterio Trasonis olim legebatur* [3] *:*

TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
SEXAGINTA DVO CAPTI FERITATE TYRANNI
EXTEMPLO DVCIBVS MISSIS TVNC COLLA DEDERE
CONFESSI CHRISTVM SVPERATO PRINCIPE MVNDI
AETHERIAM PETIERE DOMVM REGNAQVE PIORVM

*Enucleand etiam sunt, pro re nata, numeri, qui, ut in nostris documentis plerumque accidit, pessime mulcati sunt. Milites, qui in Passionem Chrysanthi et Dariae inducti sunt, quater in martyrologio, cum aliis sanctis e coemeterio Trasonis commemorantur :*

| | |
|---|---|
| *aug. 12 :* | *LXX* |
| *oct. 25 :* | *CXX* |
| *nov. 29 :* | *LX (codd. E ; Cambr. die 28)* |
| | *LXXII (cod. Rich.)* |
| | *LXXXII (cod. W)* |
| *dec. 10 :* | *LXXII.* |

[1] De Rossi, *Bullettino*, 1873, p. 6-9. — [2] *BHL.* 1787, c. 20. — [3] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, pp. 84, 87, 101 ; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 43.

*Hi*

*Hi numeri, quibus profecto caterva eadem recensetur, varias formas exhibent, quae omnes revolvuntur sive ad martyres LXX de quibus Passio (aug. 12, oct. 25, nov. 29, codd. E, Cambr.) sive ad LXII, quos computat Damasus (dec. 10, nov. 29, cod. W, Rich.). Eadem cohors inducitur quoque in Passionem SS. Marii et Marthae. Claudius imperator* tenuit ducentos sexaginta duos christianos via Salaria... quos iussit ut in Figlina foras muros portae Salariae ducerentur et in eodem loco clausi in civitatis amphitheatro per milites iussit interfici [1]. *Sepulti feruntur* in cripta via Salaria in Clivo Cucumeris. *Qui animadverterit hic nominatam esse viam Salariam* (veterem, *non* novam) *et numerum CCLXII contulerit cum LXII qui legitur in Damasi carmine, is perspicue discernet unde sit haec turma eamque coemeterio Trasonis restituet. Comparet etiam haec eadem in Passione Hippolyti, ubi Claudius item imperator milites trucidari iubet* foris muros portae Salariae, *qui deinde sepeliuntur* in via Salaria vetere, in Clivo Cucumeris, octavo kalendas novembres... cum aliis centum viginti uno martyribus. *Scilicet haec tria perpende: in utroque documento nominari viam Salariam, et veterem quidem pro nova; eandem diem indicari 25 octobris et martyres computari CXX, uno superaddito; neque dubium tibi videbitur quin utrimque sanctos eosdem obvios habeas. Quod autem martyres LXX qui in Passione numerantur hic ad CXX aucti sunt, exigua elementorum differentia fecit. Ceterum isti numeri et illi quos supra recitavimus, alii aliter depravati sunt. Genuinum numerum servavit Damasus, quo auctore, indubitanter rescribimus:*

**Romae via Salaria LXII militum quorum nomina soli Deo cognita sunt et positi sunt in cimiterio Trasonis.**

*Age vero regrediamur nunc ad mentionem* M a x i m i*: quis non suspicetur eam huc intrusam fuisse ab interpolatore quopiam, qui cum legisset viam* S a l a r i a m, *e via* S a l a r i a v e t e r e *arcessivit Maximum martyrem* (cf. *26 aug., ad n. 20) eumque intersita formula:* e t a l i o r u m *cum turma CXX militum coniunxerit? Cum in Passione SS. Chrysanthi et Dariae, unde hoc elogium depromptum est, depositionis dies nullus indicatus sit, neque liturgicum documentum qualecumque nobis suppetias veniat, decernere non possumus num milites CXX (lege: LXII) hic proprio die commemorati sint. Accidere namque potuit ut ad diem 25 octobris recolerentur, hanc unam ob causam quod in Passione SS. Chrysanthi et Dariae partes agant. Licet enim hi sancti ambo ad diem 25 octobris in martyrologio nostro non iam comparent, interrogari tamen potest num hic dies festus eorum olim fuerit. De qua quaestione dicendi locus erit ad diem 20 decembris.*

*6.* IN SARDINIA] *Geminatur S.* G a v i n i *seu* G a b i n i *memoria, quae die 30 maii iisdem enuntiabatur verbis:*

**in Sardinia in Turribus Gavini.**

*11.* ROMAE] *Supra, n. 1.*

*35.* IN AFRICA] *Nomina Afrorum haec esse verisimile videtur:*

*37.* S a t u r n i n i, *n. 44:* S a t u r i.
*39.* P r i m i.
*44.* S a t u r i, *n. 37:* S a t u r n i n i.
*55.* R o g a t i, *oct. 24, n. 6.*
*56.* P a p i r i, *oct. 24, n. 7.*
*57.* F e l i c i s, *oct. 24, n. 5; nov. 25, n. 8.*
*58.* V i t a l i s, *oct. 24, n. 4; nov. 25, n. 9.*

*38.* CLAUDIANI] *Infra, n. 54. Martyr Hierapolitanus, cuius memoria die 24 oct. liquido signata est in nostris codicibus, in Syriaco autem hodie.*

*40.* FLAVIANI] *Oct. 24, n. 9.*

*43.* SAVINI] *Supra, n. 9:* G a v i n i.

*45.* ASTERI] *An martyr Ostiensis, de quo 19 oct., n. 4?*

*46.* CHARI] *Oct. 24, n. 16:* E u g a r i, *forsitan corruptum ex* C y r i a c i.

*48.* IN GALLIIS] *Passio SS.* C r i s p i n i *et* C r i s p i n i a n i, *qui Suessione coluntur, edita est* [2].

**in Galliis civitate Sessionis Crispini et Crispiniani.**

*54.* CLAUDIANI] *Supra, n. 38.*

*55.* ROGATI] *Cum reliquis, supra, ad n. 35.*

ADDITAMENTA] H i l a r i i. *Scribatur* H i l a r i [3]. *S. Hilari, episcopi Gabalitani (Gévaudan, Mende), Vita edita est* [4].

**in Gavalis depositio beati Hilari episcopi et confessoris.**

V i b i a n i, *seu* V i v i a n i, *episcopi Sanctonensis (Saintes) depositio celebrata est die 28 aug. Hodierna commemoratio videtur esse primae corporis elevationis in basilica eius nomini dicata* [5].

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* G a v a n i, S a v i n i *= Gavini, n. 9.*

P a p e r i ... S a p i r i *= Papiri, n. 56.*

[1] *BHL.* 5543. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 510-13. — [2] *BHL.* 1990-1993. — [3] C. BRUNEL, *Saint-Chély. Étude de toponymie*, in *Mélanges d'histoire du moyen âge offerts à M. Ferdinand Lot* (Paris, 1925), p. 83-101. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLVIII, p. 53. — [4] *BHL.* 3910, 3911. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 54. — [5] *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 387.

# VII KAL. NOV.

**In Nicomedia sanctorum Luciani Marciani [5] Flori et Heraclidae Titi item [10] Flori [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in territurio beturico monasterio longoreto translatio siggerāni et deditio basilice ipsius B ; et (metis B[3]) transitus domni sigobaldi episcopi et anghilramni archiepiscopi B[2] ; obiit anghilramnus archiepi W[2].

*Var. lect. codd.* EBW. — 1. *om.* E | 2. nicom̄ E ; nicomēd B | 3. *om.* E | 7. *om.* BW | 8. eraclide B ; eracli W | 9. tuti BW | 10. et W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Luciani Filorii et Heraclidae Marciani. — TAML. : Luciani Marciani Cedi episcopi Romae et aliorum VI Titi Eraclidae Martini Zefani Danielis cum suis omnibus. — MON. : In Nicomedia natalis sanctorum Luciani Martiani Flori ipso die natalis sancti Amandi episcopi. — RICH. : In Nicomedia Luciani Marciani Flori et Eracliae Tuti item Flori.

## OCT. 26

*1.* IN NICOMEDIA] *Latine et syriace servata est Passio SS. Luciani et Marciani* [1] *; graeca videtur periisse. Haec antiqua certe fuit; quandoquidem syriaca versio, quam edidit Evodius Assemanus, in codice Vaticano Syr. 160 descripta est, qui a saeculo sexto vel etiam quinto repetitur* [2]. *De die emortuali dissentiunt interpretes latinus et syrus. Latinus quidem :* Passi sunt autem beatissimi martyres Lucianus et Marcianus VII kal. nov. sub Decio imperatore et Sabino proconsule [3]. *Syrus autem, nisi Tesrin priorem cum posteriore commutavit, diem indicat 26 novembris* [4]. *De martyrii loco silet latinus. Syrus vero interpres res gestas contigisse narrat* in urbe quam illi, *i. e. sancti ambo,* incolebant [5]. *Codices nostri : in Nicomedia. Aliter breviarium Syriacum : ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Σιλβανὸς καὶ Μαρκιανός. Utique mentio nonnihil discrepat, cum pro Luciano inducatur Σιλβανός. Sed iure mireris eodem die utrobique inscriptum fuisse par martyrum in quo locum habeat Marcianus. Difficultatis exitum nullum videmus, nisi dicatur versio syriaca hic ut alibi etiam intercisa fuisse, eaque igitur restituta, legatur : ἐν Ἀντιοχείᾳ Σιλβανὸς καὶ <ἐν Νικομηδείᾳ> Μαρκιανός. Cum hac exceptione, codicum nobis littera servanda est :*

**in Nicomedia sanctorum Luciani <et> Marciani.**

*His non adiungimus nomina quae in codicibus subsequuntur, quamquam haec omnia, si eximas Heraclidae, martyres Nicomedienses sunt. Nempe praeterquam quod in Passione SS. Luciani et Marciani non comparent, status eis dies est in mense ianuario, uti modo demonstrabitur. Itaque videntur otiosa illa iteratione, quam alias totiens notavimus, addita fuisse, ut SS. Lucianus et Marcianus sanctis stiparentur ex eadem ecclesia.*

*6.* FLORI] *Ambo nomina Flori et Titi (n. 9) in breviario Syriaco recurrunt ad diem 25 ianuarii : ἐν Νικομηδείᾳ Τίτος καὶ Φλῶρος, iidem fortasse, qui iam die 20 eiusdem mensis ἐν Νικομηδείᾳ item nuntiati sunt, Βίτιος καὶ Φλῶρος. Codex Ottobon. Vat. lat. 38 variam lectionem praebet : Viti pro Titi.*

*8.* HERACLIDAE] *Solo nomine notus.*

ADDITAMENTA] *S. Siggeramni seu Sigiranni, abbatis Longoretensis, festum agitur die 4 dec. Eius Vita edita est* [6]. *Longoretum, nunc Saint-Ciran-du Jambot (dép. Indre).*

**In territorio Beturico, monasterio Longoreto, translatio Siggeramni et dedi<ca>tio basilicae ipsius.**

*Metis, recte, etsi manu recentiore additum. Sunt enim Mettenses episcopi Sigobaldus et Anghilramnus* [7]. *Anghilramni in codice B mentio quoque est die 25 sept., quo episcopus consecratus est, et 23 oct., quo in cathedram evectus.*

**Metis transitus domni Sigobaldi episcopi et Anghilramni archiepiscopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Filorii = Flori, n. 6.*

*Cod. Mon. : Amandi, episcopi Argentoratensis* [8].

[1] *BHL.* 5015 ; *BHO.* 572. — [2] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 412, n. 2. — [3] *BHL.* 5015, c. 10. — [4] *BHO.* 572 ; ASSEMANI, p. 49. — [5] ASSEMANI, p. 51. — [6] *BHL.* 7715, 7716. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 57. — [8] *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 827-45 ; DUCHESNE, t. c., p. 170.

# VI KAL. NOV.

I | II

**Sardinia in Turribus Proti et Ianuari. et in Frigia Eomeni Canonis Diodori et Metrobi. item**

**[a] in Frigia Tarsi Policarpi Gagi Noconi Longi**

| **Diodori Metropi Cuminie.**

**Romae Marciani Luci Vieti.**

| **et in Sardinia Proti Ianuarii**

**Tarrei Comini. et alibi Florenti [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) in africa sanctorum saturnini flavii C. — b) et vigilia apostolorum simonis et iudae B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. sardinī E | 9. frīg E | 17. frīg E | 21. cumini chononis B | 22. logi E | 23. deodori $B^1$ | 24. metrobi W | 25. euminie W | 26. rōm E ; rome B | 27. mariae W | 33. p(ro)ti $B^2$ ; poti W | 34. ianuarii $B^2$ | 36. cōm ini E ; commini BW | 38. *om.* W ; *add.* sc̄i BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Sardinia in Torribus nat. Proti et Ianuarii et in Frigia Eumini Cononis Diodori et Metrui. — TAML. : Tarsi Policarpi Gaii Eumini Noconi Leogi Metrobi Diodori Marciani Lucii Euminiae Eulaliae Insolae Anastasiae Victi Proti Gaii Silini Ianuarii Cerionis Longi Medroti Petri Tarrei Comini Florentii Celsii. — MON. : Vigilia sanctorum apostolorum Simonis et Taddei in Africa natalis sanctorum Tarsi Policarpi Gagi et aliorum CCXL. — RICH. : In Sardinia Proti et Ianuarii et in Frigia Eumenii Diodori et Metropi Rome Mariani Lucii alibi Florentii Rome Mariniani Crisanti Dariae ///////////.

## OCT. 27

*1.* SARDINIA] *Nulla in antiquis Sardiniae historiis mentio fit sanctorum P r o t i et I a n u a r i i, et suspicio est loci indicium a proximo die, ubi S. Gavinus Turribus in Sardinia nuntiatur, huc delapsum esse. Nec omittendum est I a n u a r i i diebus 30, 31 oct. recurrere, ibique aliis locis assignari. Dictis minime obstat Passio SS. Gavini, Proti et Ianuarii* [1], *quae recentissima est et ope martyrologii concinnata.*

*4.* PROTI] *Infra, n. 33. Solo nomine notus.*

*6.* IANUARI] *Infra, n. 34. Cf. oct. 30, n. 34, 48; 31, n. 49.*

*9.* IN FRIGIA] *Infra, n. 17. Breviarium Syriacum:* ἐν Εὐμενείᾳ πόλει τῶν Φρυγῶν Τάρσος καὶ Πολύκαρπος καὶ Γάϊος καὶ ὀκτὼ ἕτεροι. *Polycrates episcopus Ephesiorum:* καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται... (Ἰωάννης) ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται, ἔτι δὲ Πολύκαρπος ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται [2]. *Thraseas quoque memoratur ab Apollonio, adversus Montanistas scribente:* καὶ Θρασέα δέ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει [3], *et a pseudo-Pionio, qui Polycarpi Vitam conscripsit:* ἀγαγόντες δὲ τὸ σῶμα τοῦ μακαρίου Βουκόλου εἰς Σμύρναν εἰς τὸ πρὸ τῆς Ἐφεσιακῆς βασιλείας κοιμητήριον, καὶ καταθέμενοι ἔνθα νῦν μυρσίνη ἀνεβλάστησεν μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τοῦ σώματος Θρασέου τοῦ μάρτυρος... [4]. *Auctor librorum adversus Montanistas:* καὶ ὅτι τοῦτ' ἀληθές, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασι πρόδηλον [5]. *Martyrologii nostri litteram confirmat Syrus interpres. E o m e n i, n. 10, profecto nihil differt ab E u m e n i a, et, n. 18, iteratur scriptio perversa: T a r s i (inferius, n. 35: T a r r e i) pro T h r a s e a. E martyribus octo innominatis, quos numerat Syrus, aliquos in laterculo recensitos esse, certum indicium nullum suadet. Ceterum praeter nomina C a n o n i s (C o n o n i s ?), D i o d o r i, M e t r o b i (n. 11-14), L o n g i (n. 22), de reliquis omnibus satis probabiliter constat. Itaque de illis solis quaestio moveri potest neque multa cum spe. Praestat simpliciter scribere:*

**Eumeniae in Frigia Thraseae, Polycarpi, Gaii.**

*Elogium notatu dignissimum. Martyres recoli dicuntur in E u m e n i a, cum tamen nullus eorum in hac urbe passus sit. Atqui duo ex eo numero in civitate E u m e n i a nati referuntur: T h r a s e a s et G a i u s, quorum ille Smyrnae, hic Apameae obierunt. His, mirabile dictu, adiunctus fuit P o l y c a r p u s, qui cum Eumenia nihil commune habuit. Nempe Polycratis testimo-*

[1] Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 176 ; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 674-76. — [2] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, V, 24, 2-4. — [3] EUSEBIUS, *Hist. eccl.*, V, 18, 13. — [4] *BHG*[2]. 1561, c. 20, LIGHTFOOT, p. 1033. — [5] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, V, 16, 22.

*nium*

*nium ab Eusebio relatum dubitare non sinit quominus hic nominetur Polycarpus Smyrnae episcopus. Unde etiam constat breviarii Syriaci mentionem non e kalendario sumptam esse, sed ex Eusebio. Thraseae diem emortualem reapse fuisse 27 oct. non constat. G a i u s autem, num una cum Alexandro, die 10 martii, in martyrologii nostri laterculo compareat, ad hunc diem disquisitum fuit.*

*11.* CANONIS] *Infra, n. 21: N o c o n i, al. C h o n o n i s (B), C o n o n i s (Cambr.), ceterum ignotus.*

*12.* DIODORI] *Infra, n. 23. Solo nomine notus.*

*14.* METROBI] *Infra, n. 24: M e t r o p i, solo nomine notus.*

*18.* TARSI] *Infra, n. 35: T a r r e i. Lege: T h r a s e a e. Cf. supra ad n. 9.*

*19.* POLICARPI] *Non alius a Polycarpo Smyrnensi. Supra, ad n. 9.*

*20.* GAGI] *Supra, ad n. 9. Cf. mart. 10, n. 39.*

*21.* NOCONI] *Supra, n. 11: C a n o n i s, seu C o n o n i s.*

*22.* LONGI] *Solo nomine notus.*

*25.* CUMINIE] *Infra, n. 36: C o m i n i, id est E o m e n i, seu E u m e n i a e, n. 10.*

*26.* ROMAE] *Romani non sunt M a r c i a n i et L u c i (lege: L u c i a n i), quos heri Nicomediae vindicavimus. Silentio praetermittenda non est opinio Rossii* [1], *qui in hodierno laterculo vestigia reperire sibi visus est N e o n i s et M a r i a e, qui Romae passi feruntur VI kal. nov.* [2]. *Horum quippe nomina corrupta latent, Mariae quidem in M a r c i a n i, Neonis vero in N o c o n i (n. 21); et adducitur lectio ex uno ex codicibus a Sollerio editis:* Policarpi, Neonii, Euminii, *cet.* [3]. *Poterat et pro M a r i a afferri codex W: R o m a e M a r i a e, L u c i. His, quantumvis docte et perite excogitatis, vix assentiri possumus. Certa enim videtur duplicatio M a r c i a n i e die 26 oct., ita ut M a r i a e (cod. W) et M a r i a n i (cod. Rich.) huius nominis variationes habendae sint; N e o n i i vero cum N o c o n i a C o n o n i s potius fluxisse videtur. Non ideo tamen negaverim Neonis et Mariae memoriam in nostris codicibus olim inscriptam fuisse. Nomina quidem martyrum plane evanuerunt; solum remansit nomen Urbis.*

*28.* LUCI] *Oct. 26, n. 4: L u c i a n i.*

*29.* VIETI] *Legendum crediderim, V i t i, cum codice Ottoboniano lat. 38, ubi ceteri habebant: T i t i; in breviario Syriaco Τίτος, al. Βίτιος, ut heri notatum est, ad n. 6.*

*32* IN SARDINIA] *Supra, n. 1.*

*35.* TARREI] *Supra, n. 18: T a r s i, id est T h r a s e a e.*

*36.* COMINI] *Supra, n. 25: C u m i n i e.*

*39.* FLORENTI] *Codicum nostrorum tenuem memoriam exscripserat Florus Lugdunensis* [4], *quam ampliavit Ado:* apud Tyle castrum natale sancti Florentii martyris. *Locus est Tile-Châtel (dép. Côte-d'Or), ad viam inter Lingones et Divionem, a qua distat 24 chiliometris* [5]. *Affertur excerptum ex instrumento anni 1033:* Tile castrum... ecclesia... ad... sancto martiri Florentio... venerationem exhibendam clericos canonice viventes aggregare procurarem et abbatie Sancti Stephani Divionensis castri ecclesiam cum clericis perpetuo deditam esse constituerem. *Haec Hugo, episcopus Lingonensis* [6].

ADDITAMENTA] *S a t u r n i n i, F l a v i i, oct. 25, n. 37, 40.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: M e t r u i = Metrobi, n. 14.*

*Cod. Rich. M a r i a n i, M a r i n i a n i = Marciani, n. 27.*

[1] *Roma sott.*, t. III, p. 199-200. — [2] *BHL.* 3970. Cf. *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 93-99. — [3] Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 183. — [4] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 342.— [5] *Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 186, n. 3-6; A. ROSEROT, *Dictionnaire topographique du département de la Côte-d'Or*, p. 392. — [6] Ita ROSEROT, l. c., e chartulario Sancti Stephani Divionensis.

V

# V KAL. NOV.

| I | II |
| --- | --- |

**In Antiochia Syriae Zmaragdi**

| | |
| --- | --- |
| | **Marianae Arcelladi.** |

**et in Cartagine sancti Sofrori.**

| I | II |
| --- | --- |
| **et in Suanis civitate Persarum Simonis et Iudae apostolorum Marianae Archeladi. Carthagine** | **et in Siani natale apostolorum Simonis Cananei et Iudae Zelotis** |

**Amaranti Quinti et Luci.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 2. antiōc E ; anthiocia W | 3. *om.* E ; sirie B ; *add.* n̄t E | 4. smaracdi B ; marandi W | 7. *om.* E | 9. cartāg E ; carthagīn B ; cartaginae W | 10. *om.* E | 11. suffroni B ; suffronisiani W | 16. persār E | 23. kartāg E | 25-26. *om.* W | 26. *add.* et B² | 27. *add.* scōrum W | 28. apostulorū B | 32. simonis B¹ *abrasum.*

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Smaragdi et in Kartagine Persarum in Suffroni et in Suanis civitate nat. Simon Channanei apostoli et Iudas frater Iacobi apostoli de passione. — Taml. : Simonis Cannanei et Tathei apostolorum Samaridi Sufroni Cinti Amantii Suffroniani Marandi Archilai Infiani Ammaranti Cinti Iohannis Pauli Zefani Luci Cirillae Hirundinis Marinae Bonifatii Cartatae et aliorum martirum. — Mon. : (Natalis sanctorum apostolorum Simonis et Taddei) cognomento Iudas in Suanis civitate provinciae Persidis a templi pontificibus occisi sunt. — Rich. : In Antiochia Smaragdi Mariani et in Cartagine Sofronii et in Suanis civitate Persarum natale apostolorum Symonis et Iudae.

## OCT. 28

*1.* IN ANTIOCHIA] *De martyre Antiocheno Z m a r a g d o, seu S m a r a g d o nihil scripti antiquitas reliquit, praeter haec, quae non ideo expungenda sunt:*

**in Antiochia Syriae Smaragdi.**

*5.* MARIANAE] *Infra, n. 21. Proximis diebus 26 oct., n. 5, 27, n. 27 habuimus M a r c i a n i, qui est martyr Nicomediensis; mox, die 30, n. 6, erit et M a r c i a n i qui cognominis esse videtur, commemoratio. M a r i a n a e nullum in monumentis vestigium est.*

*6.* ARCELLADI] *Infra, n. 22: A r c h e l a d i. Solo nomine notus.*

*9.* IN CARTAGINE] *Infra, n. 23. In Africa parum usitatum est nomen S o p h r o n i; quo praetermisso, unum remanet A m a r a n t i, n. 34, quod et die 8 nov., n. 17, Africae ascribitur. Utrum eiusdem martyris an cognominis cuiusdam, non liquet.*

*11.* SOFRORI] *Al. S u f f r o n i, S u f f r o n i s i a n i, nudum nomen. Sophronii cuiusdam mentio est in epistula XLII inter Cyprianicas, non quidem martyris sed schismatici* [1].

*14.* IN SUANIS] *Al. S i a n i, n. 26. Passio SS. Simonis et Iudae:* Factum est autem ut postquam peragrassent universas provincias venirent ad Suanyr civitatem magnam [2]. *Epiphanius monachus, in Vita S. Andreae, Simonem Zelotam Bospori in urbe maritima Sogdianae tumulatum fuisse asserit:* Ἔδειξαν δὲ ἡμῖν λάρνακα ἐπιγραφὴν ἔχουσαν Σίμωνος ἀποστόλου εἰς θεμέλια κεχωσμένην ναοῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων πάνυ μεγάλου ἔχουσαν λείψανα. *Subditque de altero eiusdem sepulcro:* Ἔστιν δὲ καὶ ἕτερος τάφος εἰς Νίκοψιν τῆς Ζηκχίας ἐπιγραφὴν ἔχων Σίμωνος Κανανίτου, καὶ αὐτὸς ἔχων λείψανα [3]. *De tumulo in civitate Nicopsi mentio est et in Vita S. Georgii Hagioritae* [4]. *Kalendis iulii passi leguntur Simon et Iudas* [5], *eoque die, n. 67, in hisce fastis iam inscripti sunt. In libellis martyrologio praefixis eorum natalis dies signatur V kal. nov. Ita et in sacramentarii Gregoriani codice Ottoboniano* [6] *et in sacramentarii Gelasiani codice Sangallensi* [7]. *Ad diem 1 iul., n. 77, monuimus cognomen Z e l o t i s (n. 33) non ad Iudam sed ad Simonem referri, quippe quod idem sonet ac C a n a n e i (n. 30). Sequenda tamen codicum littera:*

**in Suanis civitate Persarum natale apostolorum Simonis Cananei et Iudae Zelotis.**

*21.* MARIANAE] *Supra, n. 5.*

*22.* ARCHELADI] *Supra, n. 6: A r c e l l a d i.*

*34.* AMARANTI] *Forsitan i n C a r t a g i n e (n. 9) collocandus. Eiusdem vel cognominis memoria die 8 nov., n. 17.*

[1] Hartel, p. 590. — [2] *BHL.* 7749-7750, c. 21. Cf. A. von Gutschmid, *Kleine Schriften,* t. II, p. 368-69. — [3] *BHG*³. 102, *P.G.*, t. CXX, p. 244. Ad haec lege commentarium in *Anal. Boll.*, t. XXXVI-XXXVII, p. 116. — [4] *Anal. Boll.*, t. c., pp. 116, 132-33. — [5] *BHL.* 7749-7750, n. 23. — [6] Wilson, p. 290 : « VI kalendas novembris vigilia apostolorum Symonis et Iudae... Item in die. » — [7] Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum,* p. 198.

35. QUINTI] *Oct. 29, n. 6, ubi est pro* Iacinti.

37. LUCI] *Oct. 27, n. 28; 29, n. 11; oct. 26, n. 4 et 30, n. 28:* Luciani.

EXCERPTA] *Cod. Taml.:* Tathei *= Taddei, seu Iudae, n. 19.*

Cinti *= Quinti, n. 35.*

Marandi *= Amaranti, n. 34.*

---

# IV KAL. NOV.

| I | II |
|---|---|
| **In Lucania natale** | |
| | **sancti Sacinti** |
| **Quinti martyris** | |
| **Sacinoti** | |
| **Feliciani et Lucii.** | |

*Var. lect. codd.* (I) E (II) BW. — 1. *om.* E | 2. lucān E | 3. *om.* BW | 7. *om.* BW | 11. lucini W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Lucania nat. Quinti martiris. — TAML.: Quinti martiris Sacinti Victoris Luci Vitalis Feliciani et aliorum Taimthinae virginis Luciani. — MON.: In Lucania natalis sanctorum Iacinthi et aliorum martyrum Quinti Feliciani et Luci. — RICH.: In Lucania Quinti martyris Iacincti Feliciani et Lucii Sacinoti et Lucini.

## OCT. 29

1. IN LUCANIA] *In quo Lucaniae oppido martyres passi sint et quinam illi sint, iampridem frustra quaesitum est* [1]. *Fuit qui propter* Felicianum, *martyrem Afrum, emendandum esse censeret* in Africa [2]; *vel librarios in errorem inductos esse nomine* Lucii *(n. 11), id est* Luciani *(oct. 26, n. 4), unde facilis est lapsus ad* Lucania [3]. *Promatur obiter quidem et alia coniectura, qua* Lucania *ad laterculum diei 30 oct. reiciatur, ut cum indicio* in Comsa *(n. 13) copuletur.*

5. SACINTI] *Unius martyris nomina sunt* Sacinti, Quinti *(=* Iaquinti*),* Sacinoti. *Iacinthum aliquem seu Hyacinthum ter in fastis nostris obviam habuimus: aug. 4, n. 22; sept. 11, n. 4; sept. 9, n. 18. Quisnam ex tribus hodie commemoretur, nisi quartus accessisse dicendus est, non liquet.*

6. QUINTI] *Tum alias tum Ravennae, in basilica S. Martini in Caelo Aureo scriptum est:*

IAQVINTVS [4]

*unde per aphaeresim* Quintus.

9. FELICIANI] *Kalendarium Carthaginiense:* IIII kal. nov. sancti Feliciani et Vagensium. *De S. Feliciano praeter nomen nihil traditum est. Recurrit die 30 oct., n. 42:* sancti Feliciani cum sociis suis. *Martyres Vagenses Feliciani socios esse crediderit martyrologus, non recte, si quid video. Aperte enim martyr ille a ceteris segregatur, et in kalendario solent martyrum catervae (sanctorum Timidensium, 31 maii, Scillitanorum, 17 iul., Maxulitanorum, 22 iul., cet.) communi patriae nomine designari, nulla antesignani addita mentione.*

**<in Africa> Feliciani.**

[1] *Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 795-96. — [2] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 320. — [3] ID., ibid. — [4] *C.I.L.* XI. 281.

# III KAL. NOV.

I | II

**In Nicomedia natale Ianuari Calendionis [5] Marciani**

| **Maximi** (II)

**Germani Marci Theofili [10]**

**et in Comsa Maximi** (I) |

**Eusebi [15]. et in Africa passi sunt [20] martyres numero CCXX. item Felicis [25] Quinti Luciae Luciani Victoris Vitalis [30] Donati Petri Mari Ianuari Firmae [35] Hermetis Urbani Attici et**

| **passio [40] sancti** (II)

**Feliciani cum sociis suis [45]. in Antiochia Ianuari Marciani Nazari [50] Gerbasi Protasi et Celsi pueri [55]. in Tolosa civitate translatio corporis [60] sancti Saturnini episcopi et [64] martyris [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et in gal. vico leudio dēp. hugoƀti episcopi et confessoris B[2].

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. *om.* EW | 2. nicōm E; nicom̄d Ḃ | 3. *om.* BW | 4. ianuarii BW | 5. calendini E | 6. marcialis W | 10. tiofili BW | 15. eusebii B | 17. *om.* E | 18. ā̄ff E | 19-20. pās E | 22. *om.* E | 23. ducenti XXX B | 24. *om.* W | 27. lucae BW | 34. ianuarii BW | 37. orbani B | 39. *om.* B[1]; *add.* B[2] | 44. socis E | 47. antiōc E; anthiocia W | 48. ianuarii B | 51. gervasi BW | 56. *om.* EW | 58. *om.* E | 60-61. *om.* E | 62. sat̄nini B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Nicomedia nat. Ianuarii Calendini et Marciani Germani Marci et Theofoli.— Taml.: Ianuarii Calendionis Marcialis Germani Marciali Teophili Eusebii et aliorum CCXX Felicis Quinti Luciani Vitalis Donati Petri Marii Lucae Ianuarii Orbani Atici Lucae Romulae Mariae Emilianae Firmae Feliciani cum suis Ianuarii Marci Gerbassi Protassi Celsi Pueri Marcelli Eusebii Mundani Butini Saturnini episcopi. — Mon.: Nicomediae natalis sanctorum Ianuarii Calendionis Eusebii et aliorum CCXX martyrum. — Rich.: In Nicomedia Ianuarii Caledini et in Africa Felicis Quinti Luciani Victoris et in Antiochia Ianuarii Marciani Nazarii.

## OCT. 30

*1.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Νικομηδείᾳ Καλανδίων ὁ μάρτυς. *Ianuarius, n. 4, Nicomediensis non est, sed Calendion, et etiam Marcianus, n. 6, dummodo ille sit cuius memoria occurrit die 26 oct., n. 5. Solius Calendionis hodie anniversaria dies est.*

**in Nicomedia Calendionis.**

*4.* IANUARI] *Infra, n. 34, et iterum n. 48, ubi Antiochiae ascribitur, sed perperam. Antequam ad reliqua gradum facimus, monendum est nomina saltem sex hodierni laterculi diebus 19 et 20 nov. redire. Ea singula homonymorum esse, quae casu concurrerint, nemo crediderit.*

| | |
|---|---|
| *4. Ianuari* | *nov. 19, n. 8.* |
| *5. Calendionis* | *nov. 20, n. 26.* |
| *6. Marciani al. Marci* | *nov. 19, n. 12; nov. 20, n. 27: Marci.* |
| *7. Maximi* | *nov. 19, n. 4; nov. 20, n. 24.* |
| *25. Felicis* | *nov. 20, n. 29.* |
| *29. Victoris* | *nov. 20, n. 28.* |

*6.* MARCIANI] *Infra, n. 49, in Antiochia. Ad diem 26 oct., n. 1, observatum est Marcianum cum Luciano Nicomedienses esse, non levem tamen difficultatem enasci ex illa breviarii Syriaci memoria:* ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Σιλβανὸς καὶ Μαρκιανός. *Lege quae ad hunc locum scripsimus. Sed et aliud hodie oritur dubium. Proxima est, videlicet die 31, in libris Graecorum, commemoratio alterius Marciani, et quidem celeberrimi episcopi Syracusani [1]. Quominus hunc in alterutro ex duobus Marcianis (vel etiam tribus, n. 9: Marci) agnoscamus certa ratio nulla prohibet. In kalendario marmoreo Neapolitano inscriptus est hodie Marcianus cum Maximo [2]:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) MAX(*IMI*) ET S(*ANCTI*) MAR[CIA(*NI*)

*Lege quae annotata sunt ad n. 4.*

*7.* MAXIMI] *Infra, n. 14.*

*8.* GERMANI] *Breviarium Syriacum ad diem 3 nov.:* ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Γερμανὸς καὶ Θεόφιλος καὶ Κύριλλος. *Praelibatur ergo commemoratio Germani et Theophili, Caesariensium martyrum.*

*9.* MARCI] *Supra, n. 6: Marciani.*

*13.* IN COMSA] *Multis in locis Inferioris Italiae colitur hodie S. Maximus [3], praecipue Cumis, ubi pro Christo occubuisse narratur in Actis*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 179. — [2] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 338. — [3] *Act. SS.*, Oct. t. XIII, p. 308-27; Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 208-209.

*Actis ceteroquin commenticiis* [1]. *Inscriptus est kalendario Neapolitano, ut notatum est supra, ad n. 6. Maximum illum Compsanum alium non esse a Cumano* [2] *equidem non negaverim; non ideo tamen* in Cumis *pro* in Comsa *scribendum censeo* [3]. *Compsa (nunc Conza) oppidum est in Samnio, in finibus Lucaniae. Hinc subiit cogitatio voces* in Lucania *ab hesterno laterculo, n. 1, ad hodiernum transferendas esse. Id tamen nequaquam certum est, proindeque satis erit scripsisse:*

in Comsa Maximi.

*Legantur etiam quae annotata sunt ad n. 4.*

*15.* EUSEBI] *Solo nomine notus, nisi forte* Eusebium *illum dicemus de quo in Actis S. Caesarii. Cf. nov. 1, ad n. 35.*

*18.* IN AFRICA] *Meminisse iuverit* sancti Feliciani et Vagensium, *e kalendario Carthaginiensi ad diem 29 oct., et* Feliciani, *qui solus heri (n. 9), hodie* cum sociis suis *(n. 42-45) prodit. Hosce socios Vagenses esse sanctos dubium videri iam monuimus. Neque certum credatur eandem esse turmam martyrum CCXX, vel iis annumerandos Felicem, Quintum, ceteros, quorum nomina hodie et proximis diebus recensentur. De his nunc singillatim, quos omnes et singulos Afros esse non ponimus.*

*25.* FELICIS] *Oct. 31, n. 40; nov. 1, n. 7.*

*26.* QUINTI] *Oct. 28, n. 35; 29, n. 6, id est* Iacinthi.

*27.* LUCIAE] *Duplicatur, ni fallor, nomen* Luciani, *n. 28, quod huc allatum est e die 26 oct., n. 4.*

*29.* VICTORIS] *Nov. 1, n. 6.*

*30.* VITALIS] *Oct. 31, n. 52; nov. 1, n. 65; 2, n. 20; 16, n. 8.*

*31.* DONATI] *Nov. 1, n. 41, et alias saepius.*

*32.* PETRI] *Oct. 31, n. 53; nov. 1, n. 21.*

*33.* MARI] *Lege:* Mammari, *oct. 31, n. 60; nov. 1, n. 22. Hunc cum Petro sociatum non semel obvium habuimus, v. gr. mart. 14, n. 21, 22; iul. 14, n. 14, 15. Rursum, nov. 1, n. 21.*

*34.* IANUARI] *Supra, n. 4.*

*35.* FIRMAE] *Nudum nomen.*

*36.* HERMETIS] *Nov. 2, n. 18; nov. 3, n. 10.*

*37.* URBANI] *Nudum nomen.*

*38.* ATTICI] *Nov. 6, n. 35, ubi alia nonnulla hodierni laterculi nomina recurrunt.*

*42.* FELICIANI] *Oct. 29, n. 9. Cf. supra, ad n. 18.*

*47.* IN ANTIOCHIA] *Male cum Antiochia copulatur* Ianuari.

*49.* MARCIANI] *Supra, n. 6.*

*50.* NAZARI] *Quattuor memorantur hodie, qua de causa nescio, martyres Mediolanenses:* Gerbasi, Protasi, *qui die 19 iun.,* Nazari et Celsi pueri, *qui 28 iul. coluntur.*

*57.* IN TOLOSA] *Natalis S. Saturnini agitur die 29 nov.; hodie procul dubio translatio in novam basilicam* [4]. *Huius translationis memoriam recolunt kalendaria mozarabica die 1 novembris* [5].

**in Tolosa civitate translatio corporis sancti Saturnini episcopi et martyris.**

ADDITAMENTA] Huguberti *seu Huberti memoria, quae solet 30 maii vel 3 nov. recoli* [6], *ad diem 30 oct. relata est, forsan errore solito legentis* III kal. nov. *loco* III kal. iun.

[1] *BHL.* 5846. — [2] *Act. SS.*, t. c., p. 234; LANZONI, t. c., p. 267. — [3] Multo minus placet commutare in Comsa cum Nicomedia, H. J. LAWLOR, *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, t. I, p. 103. — [4] *Les origines du culte des martyrs*, pp. 80, 393. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 484-85. Cf. P. BATIFFOL, *Études de liturgie et d'archéologie chrétienne* (Paris, 1919), p. 180-92. — [6] *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 895.

PRID.

# PRID. KAL. NOV.

| I | II |
|---|---|

**In Africa Rogatiani**

| I | II |
|---|---|
| **presbyteri Vincenti diaconi Rusticiani Agapitae Victoriae et aliorum VIII. in Affrica Dogoni** | **diaconi** |

**Iuliani Furtunati Silviani**

| I | II |
|---|---|
| | **Vincenti diaconi** |

**Kalendionis Bonaefaciae Castae Secundae Gallicae Agapini Victoriae. et alibi Felicissimi Donati**

| I | II |
|---|---|
| **Rusticiani Fortunati** | |

**Romani Silvani Mimi Angelafi Nundinis Felicis Donati et aliorum XXIX Valeri Vincenti [a]. in Spanis Ianuari. in Macidonia Vitalis Petri Criscentis Alterni Victorini**

| I | II |
|---|---|
| | **item Petri** |

**Macracoti Mammari Saturnini**

| I | II |
|---|---|
| | **Vigilanti Nundini.** |

**in Nicomedia Philippi et Kalendionis [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) in territurio ambienensium sancti quintini martyris B. — b) agusta veromandorū sancti quintini mār E ; et vigilia sancti benigni B ; augusta viromandorum in gallia passio sancti quintini martyris C ; in gall passio sancti quintini martyris W ; in italia passio sancti quirini martyris KLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. āff E | 3. *om.* W | 14. āff E | 19. silvani BW | 20-21. *om.* W | 22. calendionis W | 23. bonefacie B ; bonifaciae W | 24. caste B | 26. sallicae E ; gallice B | 27. agapie B ; agapi W | 28. victorie B | 29. *om.* W | 31. felicissime B ; felicissimae W | 33. rustiani W | 34. furtunati W | 37. mimmii BW | 39. nundini BW | 44. XXXVIIII B ; XXVIII W | 48. spaniis B ; hispaniis W | 49. ianuarii BW | 51. macid E ; machedonia BW | 52. *add.* it B | 54-58. *om.* W | 54. criscenti B | 59. marcoti BW | 61. satnini B | 62. vigelanti B | 64. *om.* E | 65. nicōm E ; nicomēd B | 66. philipi E | 68. calendionis W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Rogatiani patris Vincentii diaconi Rusticiani Agaptae Victoriae et aliorum IX et Vermentinse nat. Quintini martiris. — TAML. : Quintini Rogati presbiteri Vincentii diaconi Dagoni Iuliani Silvani bis Calendionis Felicissimi Donati Rusticiani Fortunati Mammi Angelari Nundini bis Zefani Felicis Donati Valerii Castae Secundae Mariae Gallae Celsi Agapi Failani martiris fratris Fursu Vitalis Petri Crescentis Saturnini Vigilanti Pilippi Germani Teophili Marci Felicis Cirilli Quinti Commiani abbatis et aliorum LXVIII Gallicae (*exciso folio, cetera desunt usque ad diem 17 decembris acephalum*). — MON. : Gavini martyris. — RICH. : In Africa Rogatiani presbyteri Vencentii diaconi Rusticiani Iuliani Furtunati Castae (lingnum Domini cum cruce in cellam sancti Georgii venit *uncis inclusa manu secunda*) in Macedonia Vitalis et in Nicomedia Philippi et in Gallia Augusta Vermandorum passio sancti Quintini.

## OCT. 31

*1.* IN AFRICA] *Africam olent pleraque huius laterculi nomina, ignotorum fere martyrum, non unius, ut videtur, societatis, sed undequaque collectorum. Partim proximis diebus, et etiam remotioribus, v. gr. die 12 aprilis, recoluntur. Cum* R o g a t i a n i *(n. 3) et* F e l i c i s s i m i *(n. 31) nomina in Africa usitatissima sint, non facile asseram hosce martyres designari quos ita laudat Cyprianus:* Sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum gloriosum senem viam vobis ad gloriam temporis nostri religiosa virtute et divina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper et sobrio excipiens ferocientis populi impetum primum hospitium vobis in carcere praeparavit et metator quodammodo vester nunc quoque vos antecedit [1]. *Quod scribit codex Cambrensis:* R o g a t i a n i p a t r i s V i n c e n t i i *neglegi potest. Vox enim* p (a t) r i s *lectio prava est vocis* p r e s b y t e r i.

*5.* VINCENTI] *Si idem censebitur qui infra n. 46 signatur cum Valerio, non Afer sed diaconus Caesaraugustanus dicendus erit.*

*7.* RUSTICIANI] *Solo nomine notus.*

[1] *Epist. VI*, 4, HARTEL, p. 484.

8. AGAPITAE] *Infra, n. 27: A g a p i n i, al. A g a p i a e, A g a p i. Si vera est coniectura quae sponte oboritur, scribendum erit A g a p i t i. Celeberrimum quippe est par diaconorum Romanorum Felicissimus et Agapitus (aug. 6, n. 13, 14), quorum unum F e l i c i s s i m u m (n. 31) se in hoc laterculo repperisse visus est interpolator, qui more suo alterum addidit.*

9. VICTORIAE] *Infra, n. 28. In nostris codicibus eius natalis est die 24 oct., n. 8, et in kalendario Carthaginiensi.*

12. ALIORUM VIII] *Quorsum pertineant non video.*

15. DOGONI] *Lectio corrupta videtur. Vix dissimilis illius quae habetur die 14 iul., n. 9: D a g i o n i.*

17. IULIANI] *Nov. 1, n. 5, 39.*

18. FURTUNATI] *Infra, n. 34. Solo nomine notus.*

19 SILVIANI] *Infra, n. 36: S i l v a n i.*

20. VINCENTI] *Supra, n. 5.*

22. KALENDIONIS] *Infra, n. 68.*

23. BONAEFACIAE] *Nuda nomina sunt:*

23. *B o n a e f a c i a e*
24. *C a s t a e*
25. *S e c u n d a e*
26. *G a l l i c a e.*

27. AGAPINI] *Supra, n. 8: A g a p i t a e.*

28. VICTORIAE] *Supra, n. 9.*

31. FELICISSIMI] *Supra, ad n. 1. Cf. n. 8.*

32. DONATI] *Infra, n. 41; oct. 30, n. 31.*

33. RUSTICIANI] *Supra, n. 7.*

35. ROMANI] *Solo nomine notus.*

36. SILVANI] *Supra, n. 19: S i l v i a n i.*

37. MIMI] *Al. M i m m i i. Nudum nomen.*

38. ANGELAFI] *Nomen corruptum. Infra, n. 62: V i g e l a n t i.*

39. NUNDINIS] *Infra, n. 63: N u n d i n i; nov. 1, 27. An pro N u n d i n a r i, de quo feb. 16, n. 19?*

40. FELICIS] *Oct. 30, n. 25; nov. 1, n. 7, 41.*

41. DONATI] *Supra, n. 32.*

45. VALERI] *Episcopus Caesaraugustanus, cum diacono V i n c e n t i o, n. 46, quorum natalis dies est ian. 22, n. 1. Hodiernae memoriae ratio nos fugit.*

**in Spanis Valerii Vincentii.**

49. IANUARI] *Oct. 30, n. 4; nov. 1, n. 64.*

51. IN MACIDONIA] *Quae sequuntur nomina non sunt Macedonum, uno forsitan excepto S a t u r n i n o (n. 61). Quaestio aptius differetur ad diem 1 nov., n. 4, 25.*

52. VITALIS] *Oct. 30, n. 30; nov. 1, n. 65.*

53. PETRI] *Infra, n. 58; oct. 30, n. 32; nov. 1, n. 66.*

54. CRISCENTIS] *Nov. 1, n. 42, 67.*

55. ALTERNI] *Lege A m i t e r n i, qui est locus venerationis S. V i c t o r i n i. Hic colitur iul. 24, n. 2. Quam ob causam eius hodie iteretur memoria, non perspicio.*

**Amiterni Victorini.**

58. PETRI] *Supra, n. 53.*

59. MACRACOTI] *Nov. 1, n. 69: M a r c o t i.*

60. MAMMARI] *Nov. 1, n. 22: M a m m e r i; oct. 30, n. 33: M a r i, et alias non semel sive cum Petro (cf. oct. 30, ad n. 33), sive solus, ut nov. 6, n. 37; 24, n. 30; dec. 1, n. 14.*

61. SATURNINI] *Fuit S a t u r n i n u s martyr in Macedonia (n. 51) cultus, de quo dicemus ad diem 1 nov., n. 23. Sed hodie potius iterari videtur memoria S a t u r n i n i Tolosani, oct. 30, n. 62.*

62. VIGILANTI] *Nov. 1, n. 26. Cf. supra, n. 38: A n g e l a f i?*

63. NUNDINI] *Supra, n. 39.*

65. IN NICOMEDIA] *P h i l i p p u s et K a l e n d i o n ambo sunt martyres Nicomedienses, qui in fastis singillatim suis diebus inscripti sunt: P h i l i p p u s enim in breviario Syriaco signatur die 1 et 15 aug.; K a l e n d i o n, 30 oct. Et huius quidem memoria hodie duplicatur. Adiectus autem est P h i l i p p u s, utpote ad eamdem ecclesiam pertinens.*

ADDITAMENTA] *Q u i n t i n i. Augustae Veromanduorum, quae nunc ab eo dicitur Saint-Quentin (dép. Aisne), colitur S. Quintinus, cuius Acta edita sunt* [1]. *Scribimus cum codice E:*

**Augusta Veromanduorum sancti Quintini martyris.**

*I n I t a l i a. S. Quirinum in Italia hodie cultum nullum repperit Florentinius, « neque Ferrarius, alioquin caelitum Italicorum diligens scrutator, meminit* [2]. »

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: R o g a t i a n i p a t r i s, lege: presbyteri.*

*Cod. Taml.: F a i l a n i seu Foillani, fratris S. Fursei, Vita edita est* [3].

*Cod. Rich.: i n M a c e d o n i a, nov. 1, n. 25.*

[1] *BHL.* 6999-7015. — [2] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 941. — [3] *BHL.* 3070-3077.

---

**NOVEMBER**

# NOVEMBER

**Mensis November habet dies XXX**

## KAL. NOV.

**Laetanias indicendas**

**I**

**In Assia natale Macedonis Iuliani Victoris Felicis. et in Melitia Cristatis**

**II**

**[a] Pictavis civitate dedicatio basilicae sancti Helari episcopi et confessoris**

**Petri Mammeri Saturnini [b]. in Macidonia**

**Vigilanti Nundini.**

**dedicatio basilicae Iacobi et Iohannis apostolorum.**

**in Terracina natale sanctorum Meldacasi Iuliani Victoris Felicis Crescentis item Felicis Satti Perseveranti Octaviae Cassiae Maximae Faustae Saturninae Donatae Simpliciae Primae. in Caesarea Cappadociae natale sancti Macedoni. et alibi sanctorum Ianuari Vitalis Petri Crescentis Victorini Marcoti. in Gallia Rotenus sancti Amanti episcopi. in Gallia territurio Beturico nuncupato Dolos vico depositio sancti Lusoris pueri et confessoris. et Lingonica civitate castro Divione Benigni presbyteri et martyris. et alibi sanctae Mariae**

**| mārt. [c]**

**et sancti Melanti. Agustoduno Pimini episcopi [d].**

*Addunt codices pleniores :* a) festivitas omnium sanctorum C ; lugduno gałł civitate depositio sancti genesi episcopi et confessoris KLV. — b) magni et passio eustachii martyris cum uxore et filiis C. — c) in beturio gortonis castro depositio rumoli presbyteri B. — d) et festivitas omnium sanctorum $B^2$ ; baiocas civitate sancti vigoris episcopi et confessoris C ; in sidio (sitio C) monasterio depositio sancti audomari (*add.* episcopi et C) confessoris CW.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — *Lemma :* noimber dies XXX (lit. ind. *om.*) E | 12. petavis W | 15. festivitatis W | 17. hilari $B^2$ | 25. macidō E ; machedōn B ; machedonia W | 33. apostoli W | 35. terraci E ; tarracina BW | 36-37. *om.* E | 38. meltagasi B ; meldagasi W | 42. criscentis BW | 46. *om.* W | 47. octavie B | 48. cessie B ; cessiae W | 49. maxim B | 50. rifthe B ; ristae W | 51. saturnini B | 52. donate BW | 53. simplicie B | 54. prime B | 55. *om.* BW | 56. ceśsa E ; cesari BW ; *add.* et in B ; et in caesaria W | 57. cap̄p̄ E | 58-59. *om.* E | 60. machedoni B | 63. *om.* E | 64. ianuarii B | 67. criscentis BW | 69. martyris B ; mār W | 70-88. *om.* W | 70-71. *om.* E | 71. gałł B | 72. roten B ; *add.* gałł. E ; depōs B | 74. amantini E | 76-78. *om.* E | 77. gałł B | 79. betoricas E ; beturio $B^1$ ; beturico $B^2$ | 80. noncupante B | 80-84. *om.* E | 86-87. *om.* E | 89-90. *om.* E | 90. lingonice BW ; *add.* gałł E | 92. *om.* E | 93. lengoni E ; dioni W | 96. *om.* W | 99 *om.* W | 101. marie B | 102. et marte B | 105. *add.* in gałł B | 106. agustudūn E ; agustiduno B ; agusteduno W ; *add.* gałł W ; dep̄ sc̄i W | 107. primini B ; primi W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. sancti Cessari in Asia nat. Macedonis Iuliani Victoris Felicis et in Melita Crescentis et in Pectavis sancti Helarii episcopi et confessoris. — Rich. : In Asia Macedonis Iuliani Rome Caesarii Augustiduno sancti Pinminii episcopi Parisius depositio sancti Marcelli episcopi et festivitas omnium sanctorum.

## NOV. 1

*1.* IN ASSIA] *Ex hodiernis sanctis unus i n A s i a collocari potest M a c e d o n i s, modo tamen hoc nomen sit hominis.*

*4.* MACEDONIS] *Trium elogiorum quae huc hodie concurrunt ratio habenda est:*

*1. in Assia M a c e d o n i s.*
*25. in M a c i d o n i a ... (vide etiam oct. 31, n. 51).*
*60. in Caesarea Cappadociae natale sancti M a c e d o n i.*

*Age vero, M a c e d o n i u s quidam, martyr in Phrygia, cum sodalibus suis nobis obvius fuit die 19 iulii, n. 5. Is, non invita proprietate loquendi, i n A s i a passus dicatur. Sed quorsum, die 1 novembris, a sociis suis seiunctus prodeat, non perspicitur. De mentione tandem: i n C a e s a r e a*

*sarea Cappadociae Macedonis, fatendum est nullo eam niti documentorum testimonio. Itaque nomen Caesarea ab erroris suspicione aegre defenditur. Superest igitur ut Macedo sive Macedonius hic pro Macedonia stare dicatur. Si porro quaeratur nomen quod ad Macedoniam apposite referri possit, satis idoneum videtur Saturnini, quod cum hoc indicio loci coniunctum est, n. 23-25: Saturnini in Macidonia. Et re quidem vera, inter sanctos medendi virtute insignes noverat Victricius Rothomagensis Saturninum quemdam in Macedonia celebratum*: Curat Saturninus Traianus in Macedonia [1]. *Hanc personae restitutionem fidentius proponeremus, nisi paucis ante diebus, die 30 oct., n. 62, nobis occurrisset Saturninus alter, Tolosanus, qui in hesterno (31 oct., n. 61) et in hodierno laterculo duplicari potuit. Huius autem translatio die 1 nov. in libris Mozarabum recolitur* [2]. *Quod si ita est, pendula remanet formula: in Macidonia.*

5. IULIANI] *Infra, n. 39. Cum Terracina, n. 35, coniungendum.*

6. VICTORIS] *Infra, n. 40; oct. 30, n. 29.*

7. FELICIS] *Infra, n. 41. In Terracina item collocandum, n. 35.*

10. IN MELITIA] *Et loci et Cristatis martyris nomina glossemata sunt perobscura.*

12. PICTAVIS] *Elogium ita certum est ut describi possit:*

**Pictavis civitate dedicatio basilicae sancti Helari episcopi et confessoris.**

21. PETRI] *Oct. 30, n. 32; 31, n. 53. His etiam diebus nuntiatus fuit Mammeri vel Mammari, n. 22. Uti notatum est ad diem 14 iul., n. 12, haec nomina crebro inter Africana recinuntur.*

23. SATURNINI] *De formula: Saturnini in Macedonia, dictum est supra, ad n. 4.*

26. VIGILANTI] *Una cum Nundini, oct. 31, n. 38-39, 62-63.*

28. DEDICATIO] *Iacobus et Iohannes apostoli esse ne credantur neque ecclesiae eorum encaenia commemorari. Nomen dedicatio iteratum est ex elogio praecedenti, n. 14. Iohannes autem et Iacobus martyres sunt Persae, quorum Acta syriaca servata sunt* [3]. *Hos commemorant graeca synaxaria ad diem 1 nov.: τῶν ἁγίων ἱερομαρτύρων Ἰωάννου ἐπισκόπου καὶ Ἰακώβου πρεσβυτέρου τοῦ λεγομένου Ζηλωτοῦ. Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Σαβωρίου βασιλέως Περσῶν κτλ.* [4].

35. IN TERRACINA] *Exstat S. Caesarii Passio, in qua is cum Iuliano presbytero martyrium fecisse narratur* [5]. Quorum corpora sanctorum martyrum collegit quidam servus Dei, qui cum ipso habitaverat et sepelivit nocte iuxta Terracinam civitatem sub die kal. nov. [6]. *Neque multo post Terracinae item passi sunt Felix presbyter et Eusebius monachus* [7]. *Sacramentarium Gregorianum:* Kalendis novembribus natale sancti Caesarii. Collecta ad sanctos Cosmam et Damianum [8]. *Non aliter Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis* [9]. *Kalendarium Neapolitanum:*

NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) CESARII [10]

*De commemoratione S. Caesarii 21 aprilis celebrari solita, ad illum diem diximus.*

*Sodales quidem S. Caesarii, Iulianus et Felix, comparent in nostro laterculo (n. 39, 41). Sed eo loco quem obtinere debebat martyr praecipuus, obtruditur nomen portentosum: Meldacasi (n. 38). Prorsus tamen abesse Caesarius non videtur: latet enim in Caesarea (n. 56); ex quo nomine ficta deinde est Caesarea Cappadociae. Itaque scribere liceat:*

**in Terracina natale sanctorum Caesarii, Iuliani, Felicis.**

38. MELDACASI] *Monstrum, cuius membra compacta videntur ex* MELITIA, *n. 10,* et CASSIAE, *n. 48.*

39. IULIANI] *Supra, n. 5. Cf. n. 35.*

40. VICTORIS] *Supra, n. 6.*

41. FELICIS] *Supra, n. 7. Iterum n. 44. Cf. n. 35.*

45. SATTI] *Ignotus, incerta lectione.*

46. PERSEVERANTI] *In kalendario Carthaginiensi nuntiatur quidem festum* sancti Perseveranti martyris, *sed ad diem 3 iun.*

47. OCTAVIAE] *Kalendarium Carthaginiense:* Kal. nov. sancti Octavi. *Itaque legendum:*

**<in Africa> Octavii.**

48. CASSIAE] *Al. Cessiae. Nudum nomen.*

49. MAXIMAE] *Al. Maximi, item.*

50. FAUSTAE] *Al. Rifthe, Ristae, item.*

51. SATURNINAE] *Al. Saturnini, supra, n. 23.*

52. DONATAE] *Oct. 31, n. 32: Donati.*

53. SIMPLICIAE] *Nudum nomen.*

54. PRIMAE] *Item.*

56. CAESAREA] *Seu potius Caesarii, supra ad n. 35. Cappadociae addidit qui hominem cum civitate commutavit.*

60. MACEDONI] *Lege annotata ad n. 4.*

64. IANUARI] *Iam in laterculo hesterno signata sunt nomina haec:*

| | |
|---|---|
| *64. Ianuari* | *oct. 31, n. 49.* |
| *65. Vitalis* | *oct. 31, n. 52.* |
| *66. Petri* | *oct. 31, n. 53.* |
| *67. Crescentis* | *oct. 31, n. 54.* |
| *68. Victorini* | *oct. 31, n. 56.* |
| *69. Marcoti* | *oct. 31, n. 59: Macracoti.* |

71. IN GALLIA] *Rotenus, Rutenus civitas* [11], *nunc Rodez (dép. Aveyron), episcopalis sedes*

[1] *De laude sanctorum*, XI, *P.L.*, t. XX, p. 354. Cf. *Les origines du culte des martyrs*, p. 277-78. — [2] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 484-85. — [3] *BHO.* 500. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 186-87. — [5] *BHL.* 1511, c. 28. Cf. LANZONI, *A proposito della Passione di San Cesario di Terracina*, in *Rivista di archeologia cristiana*, t. I, p. 146-48. — [6] Ibid., c. 31. — [7] Ibid., c. 35-37. — [8] WILSON, p. 107. — [9] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 199. — [10] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [11] HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. II, p. 1252-56.

*sedes S. A m a n t i i, cuius Vita edita est*[1]. *Die 13 nov., n. 40: d e p o s i t i o s a n c t i A m a n d i memoratur.*

**in Gallia Rotenus sancti Amantii episcopi.**

*81.* DOLOS] *Seu Dolus, nunc Déols (département de l'Indre). Gregorius Turonensis:* In Dolense autem Biturigi terminum vico beatus Lusor, Leucadi quondam senatoris filius, requiescit [2].

**in Gallia territorio Biturico nuncupato Dolos vico depositio sancti Lusoris pueri et confessoris.**

*94.* BENIGNI] *Gregorius Turonensis:* Benignus autem ac dominici nominis testis apud Divionensim castrum martyrio consummatus est... Post pridie, quod erit in kalendis novembris, passio Benigni celebrabitur [3]. *Eius Passio conscripta est plane commenticia* [4].

**Lingonica civitate castro Divione Benigni presbyteri et martyris.**

*101.* MARIAE] *Scribendum videtur M a r i a e m a r t (y r i s). A librario codicis B lectum est: M a r t (e). Martyrologii Lugdunensis codicis Parisini 3879 collector* [5] *Mariae nomini aptavit excerptum Passionis Mariae ancillae* [6]. *Quem secuti sunt Ado, Usuardus, unde Maria haec in martyrologium Romanum transiit.*

*105.* MELANTI] *Solo nomine notus.*

*107.* PIMINI] *Al. P r i m i n i, P r i m i. Quicquid elegeris, nullum huius simile nomen reperies in fastis episcoporum Augustodunensium.*

ADDITAMENTA] *L u g d u n o. In Actis nostris, de G e n e s i i episcopi gestis quaecumque reperiri potuerunt collecta sunt* [7]. *Obiit anno 678* [8].

**Lugduno Galliae civitate depositio sancti Genesii episcopi et confessoris.**

*M a g n i. Solo nomine notus est.*

*E u s t a c h i i. Passio S. Eustachii et sociorum:* Christiani tollentes corpora sanctorum deposuerunt in celeberrimo loco, et postquam sedata est persecutio, ibidem oratorium construxerunt et deposuerunt eos celebrantes memoriam reliquiarum sanctorum kal. novemb. [9]. *Ut notat P. Cleus, ita manuscripta latina omnia cum fastis non paucis* [10].

**Passio Eustachii martyris cum uxore et filiis.**

*R u m o l i gesta parum nota sunt* [11]. *G o r y t o n i s seu Gordonis Castrum* [12] *nunc est Sancerre (département du Cher).*

*V i g o r i s episcopi Baiocensis Vita edita est* [13].

**Baiocas civitate sancti Vigoris episcopi et confessoris.**

*A u d o m a r i, episcopi Tarvannensis, cuius Vita edita est* [14], *depositio in Sithiu monasterio celebrabatur die 1 nov. Dein, ob concurrentem Sanctorum omnium commemorationem, paulatim inductam, festum eius ad diem 9 sept. translatum est* [15].

**in Sitio monasterio depositio sancti Audomari episcopi et confessoris.**

[1] *BHL.* 351. — [2] *In gloria conf.*, XC. — [3] *In gloria mart.*, L. — [4] *BHL.* 1153-1155. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 51-62. — [5] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 180. — [6] *BHL.* 5422-5424. — [7] *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 352-56. — [8] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 170. — [9] *BHL.* 2760, c. 22. — [10] *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 137. — [11] *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 278-79. — [12] HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. I, p. 2032. — [13] *BHL.* 8608-8613. — [14] *BHL.* 763-772. — [15] Cf. *M.G.*, Script. rer. merov., t. V, p. 730.

# IV NON. NOV.

| I | II |
|---|---|
| | **Dedicatio basilicae sanctorum Syxti Yppoliti et Laurentii.** |

**in Affrica Pupliani Victoris**

**et Pupliae Syxti Ippoliti et Laurenti**

**Hermetis Iusti Vitalis papae.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 4. sixti W | 5. eppoliti W | 7. laurenti W ; *add.* et W | 9. aff̄ E ; *add.* scōrū B ; nāt scōrum W | 10. popliani W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Publiani Victoris et Pupiae. — MON. : In Africa natalis sanctorum Pupliani Victoris Iusti Vitalis Hermetis. — RICH. : In Africa Publiani Victoris Hermetis Iusti Vitalis (Eustochii et soc. eius ed mrz *uncis inclusa manu secunda*).

## NOV. 2

*1.* DEDICATIO] *Basilicae S. Laurentii via Tiburtina dedicationem hodie recoli opinati sunt viri doctissimi* [1], *non attendentes memoriam, quae sub indicio: F o r o S e m p r o n i profertur I V n o n. f e b., ad diem I V n o n. n o v. incaute relatam esse. Lege quae ad rem observata sunt ad 2 feb. et 6 aug. Nomina sanctorum quibus ecclesia sacra erat melius hodiernus quam ceteri laterculi servaverunt* [2].

**Dedicatio basilicae sanctorum Syxti, Ippoliti et Laurentii.**

*9.* IN AFFRICA] *Nomina martyrum huius laterculi pleraque saltem ad Africam referenda videntur, nec hodie tantum in his fastis memorantur.*

*10.* PUPLIANI] *Infra, n. 13: P u p l i a e, et cf. n. 21; ian. 24, n. 20; 25, n. 19; 27, n. 16; nov. 4, n. 2: P u b l i i.*

*11.* VICTORIS] *Oct. 30, n. 4; nov. 4, n. 17. Loco huius V i c t o r i s a Floro Lugdunensi refertur Victorinus Petabionensis, quem proprio marte in fastos induxisse videtur* [3].

*13.* PUPLIAE] *Supra, n. 10: P u p l i a n i.*

*18.* HERMETIS] *Oct. 30, n. 36; nov. 3, n. 10.*

*19.* IUSTI] *Nov. 3, n. 8; 16, n. 10, 30.*

*20.* VITALIS] *Oct. 30, n. 30; 31, n. 52; nov. 1, n. 65; 3, n. 7; 16, n. 8.*

*21.* PAPAE] *Lectio certe improbanda. Ad rectam scriptionem accedere videtur cod. Cambr.: P u p i a e, unde P u p l i a e, supra, n. 13.*

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 36; *Bullettino*, 1881, p. 92; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 236; ID., in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXIX, p. 19. — [2] H. DELEHAYE, *La dédicace de la basilique de Fossombrone*, in *Rendiconti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia*, t. VI (1930), p. 109-111. — [3] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, pp. 310, 380.

---

# III NON. NOV.

| I | II |
|---|---|

**[a] In Cesarea Cappadociae natale Germani [5] Theofili**

**Vitalis Iusti et Hermetis [10] Gobbani Germani Teofili** |

**Cessari Egrili [15] Vitalis. et alibi passio [19] Agricoli [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) dedicatio basilicae sancti andreae CKLV (apostoli *add.* C). — b) et depositio domni pminii (priminii B²) episcopi bone memorie B; (agricule) virginis et martyris (item felicis crescenti *erasum*) C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. *om.* E | 2. cess E; africa W | 3. cappõd E; cappād W; cappadocie B | 4. *om.* B; *add.* scõrum W | 6. thiofili B; tiofili W | 14. cesari B; caesari W | 19. *add.* scāe W | 20. agriculi B; agricolae W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Cesaria Capodochiae nat. Germani Domnini Theofoli Vitalis Iusti et Heremetis — MON.: In Cesarea Cappadociae natalis sanctorum Germani Theophili Cesarii. — RICH.: In Caesarea Capadociae Germani Theophili Iusti et Ermetis Agriculae Casarii alibi depositio sancti Pirminii episcopi.

## NOV. 3

*1.* IN CESAREA] *Breviarium Syriacum: ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Γερμανὸς καὶ Θεόφιλος καὶ Κύριλλος ὁ πρεσβύτερος. Consonat martyrologium. Non enim deest nomen Cyrilli, a librariis luxatum: E g r i l i, n. 15.*

**in Caesarea Cappadociae natale Germani, Theophili, Cyrilli.**

*G e r m a n u s et T h e o p h i l u s die 30 oct., n. 8, 10; 12 nov., n. 13, 14, memorantur.*

*7.* VITALIS] *Infra, n. 16; oct. 30, n. 30; 31, n. 52; nov. 1, n. 65; 2, n. 20; 16, n. 8.*

*8.* IUSTI] *Nov. 2, n. 19; 16, n. 10, 30.*

*10.* HERMETIS] *Oct. 30, n. 36; nov. 2, n. 18.*

*11.* GOBBANI] *Lectio corrupta videtur. Num ex G e r m a n i, n. 5, 12?*

*12.* GERMANI] *Supra, n. 5.*

*13.* TEOFILI] *Supra, n. 6.*

*14.* CESSARI] *Supra, n. 2: C e s a r e a.*

*15.* EGRILI] *Lege C y r i l l i. Supra, ad n. 1.*

*16.* VITALIS] *Utrum V i t a l i s, ille qui iam nobis occurrit, n. 7, idem sit martyr, Africanus, ut videtur, qui inde a die 30 oct. cottidie huc intromissus est, an martyr Bononiensis Vitalis, A g r i c o l a e compar, difficile dictu est. Inferius quippe, n. 20, et Agricolam habemus, sed a Vitali seiunctum, interiecta formula e t a l i b i. Et re quidem vera accidere potuit ut hodie V i t a l i s geminatus fuerit, et Africano Vitali Bononiensis adiunctus, quem deinde corrector expulerit, ut adventicium. Certe hic deprehenditur correctoris manus; nam die 3 decembris, n. 22-25, iterum legitur: i n B o n o n i a I t a l i a e A g r i c o l a e*

*Agricolae. Itaque a III non. nov. ad III non. dec., librarius in peccatum relapsus elogium transtulit, simulque truncavit. Scilicet languidum istud: et alibi minus definite dictum est quam: in Bononia Italiae. Non nenimi in mentem veniet in vocabulo Italiae latere nomen Vitalis quocum pleraque elementa communia habet. Verum, ad diem 27 nov., ambo martyres diserte in Italia civitate Bononia memorantur. Par nobile martyrum Vitalis et Agricola crebro in fastis nostris comparet. Mirum est inter tot commemorationes, de quibus una simul agetur die 27 nov., nullam incidere in diem 4 nov., qui sanctis martyribus iamdudum proprius est. In antiquissimo kalendario Bononiensi, quod a saeculo circiter IX repetitur, festum inscriptum est:* II non. nov. n(atale) sanctorum Agricolae et Vitalis a mane usque ad VIª [1]. *Fuerit ergo sollemnitas proprio die 4 nov. primum in hieronymianis quoque inscripta, dein pridie, ut alias totiens accidit, anticipata; tandem vero, casu quopiam, mentio nativa interciderit, remanente eius anticipatione. Utcumque res facta est, si traditionem Bononiensem et geminatum elogium e die 3 dec. conferimus, satis prudenter scribere possumus:*

**in Bononia Italiae Vitalis et Agricolae.**

ADDITAMENTA] *Basilicae S. Andreae in Esquiliis* [2] *dedicatio facta est a Simplicio p. (468-483):* Hic dedicavit... basilicam beati apostoli Andreae iuxta basilicam Sanctae Mariae [3]. *In abside legebatur carmen epigraphicum cuius initium referre placet:*

HAEC TIBI MENS VALILAE DEVOVIT PRAEDIA CHRISTE
CVI TESTATOR OPES DETVLIT ILLE SVAS
SIMPLICIVS QVE PAPA SACRIS CAELESTIBVS APTANS
EFFECIT VERE MVNERIS ESSE TVI... [4]

*Priminii. Edita sunt Acta S. Priminii, vulgo Pirminii* [5] *episcopi* [6].

**Depositio domni Priminii episcopi bonae memoriae.**

*Agricule virginis et martyris, id est Agricolae Bononiensis, n. 20.*

[1] G. MORIN, in *Revue bénédictine*, 1902, p. 355; A. TESTI RASPONI, in *Atti e memorie della R. deputazione di storia patria per le provincie di Romagna*, S. IV, t. II, p. 240. — [2] DE ROSSI, *Bullettino*, 1871, p. 5-29; HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 179-81.— [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 249. — [4] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 436. — [5] G. MORIN, *D'où est venu Saint Pirmin?* in *Revue Charlemagne*, t. I (1911), p. 1-9; ID., *Encore la forme primitive du nom de S. Pirmin*, ibid., p. 87-89. — [6] *BHL.* 6855-6858. Cf. J. PÉREZ, *De patrologia española. San Pirminio* in *Boletin de la Real Academia de la Historia*, t. LXXVII (1920), p. 132-150; ID., *La patria de San Pirminio apóstol de los Alamanos*, ibid., t. XCIII (1928), p. 314-17; G. JECKER, *Die Heimat des hl. Pirmin des Apostels der Alamannen*, in *Beiträge zur Geschichte des alten Mönchtums*, Heft 13; P. LEHMANN, *Dicta Pirminii*, in *Studien und Mitteilungen zur Geschichte des Benediktiner-Ordens*, t. XLVII (1929), p. 45-51.

---

# PRID. NON. NOV.

I | II

**In Africa Primi Cessari Grigori Porfyri Amanti**

| **Publii**

**Saturi**

**Cessari** | **Secunde**

**Victurinae et Perpetuae**

**Subli Secundae** |

**Victoris Quarti. in Nicea Domnini. Agustiduno Proculi episcopi** [a].

*Addunt codices pleniores:* a) roteñ gall (rotenus civitate C; roteri galliae KLV) depositio sancti amandi (amantii C; amanti KLV) episcopi (*add.* et confessoris C) in gall civitate (*om.* C) beturicas (bituricas C) depositio sancti lusoris pueri et confessoris CWKLV.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. ãff E; afreca W; *add.* ñt E; nãt scõrū W | 4. cesarii B; caesari W | 5. gregorii B; gregori W | 6. *om.* B¹; *add.* B² *in marg.* | 8. publi W | 9. *om* B¹ W; *add.* B² | 11. secundę B | 12. victorinę B | 13. *om.* BW | 14. perpetue E; perpetuę B | 18. *add.* et BW | 20. *add.* nãtl scl W | 21. *add.* martyris + B | 22. agustūd E; agusteduno W; *add.* gall depositio beati W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Affrica nat. Primi Cesarii Grigorii Porsirii Aniantis Saturi Victurinae Perpetuae. — MON: In Africa natalis sanctorum Cesarii Gregorii Porfirii Secundae Perpetuae et aliorum CCCXC ipso die natalis sancti Valentini confessoris. — RICH.: In Africa Primi Gregorii Amantii Saturi Augustiduno Proculi episcopi et in Nicea Domnini alibi Victurinae Perpetuae.

## NOV. 4

1. IN AFRICA] *Seligenda sunt nomina quae Afrorum esse probabiliora indicia ostendunt. Praeter* P r i m i, *quod vulgatissimum est, et* P u b l i i, *seu* P u b l i a n i *(nov. 2, n. 10), notanda sunt ex Passione Perpetuae et Felicitatis* [1] *et laterculo diei 7 mart.:*

| | |
|---|---|
| *9. S a t u r i* | *7 mart., n. 3.* |
| *11. S e c u n d e* | *7 mart., n. 21: S e c u n d o l i, al. S e c u n d i.* |
| *14. P e r p e t u a e* | *7 mart., n. 29.* |

*Ab eo die, n. 12, simul huc allatum est* V i c t u r i n a e, *n. 12, reapse* V i c t u r i n i, *martyris Nicomediensis.*

4. CESSARI] *Infra, n. 10; nov. 3, n. 2, et nov. 5, n. 2:* C e s a r e a. *Sed nota proximum esse, n. 6, martyrem qui Caesareae passus fuisse traditur.*

5. GRIGORI] *Nov. 5, n. 18.*

6. PORFYRI] *In synaxariis hodie commemoratur* ἄθλησις τοῦ ἁγίου Πορφυρίου τοῦ ἐκ μίμων [2], *cuius Passio edita est* [3]. *Nomen civitatis* C a e s a r e a *(n. 4, 10) ad diem nov. 3, n. 2, vel ad nov. 5, n. 2, pertinere videtur, quamquam* P o r p h y r i o *non male aptatur.*

7. AMANTI] *Nov. 5, n. 21. Alius esse videtur ab* A m a n t i o, *episcopo Ruteno, de quo infra, inter Additamenta.*

8. PUBLII] *Infra, n. 15:* S u b l i; *nov. 5, n. 22. Cf. nov. 2, n. 10:* P u p l i a n i.

9. SATURI] *Supra, ad n. 1.*

10. CESSARI] *Supra, n. 4.*

11. SECUNDE] *Infra, n. 16. Cf. supra ad n, 1. reapse* S e c u n d o l i.

12. VICTURINAE] *Alios nonnullos (n. 9, 11, 14) a die 7 mart., n. 12, advectos, comitatur, proindeque legatur* V i c t u r i n i, *martyris Nicomediensis.*

14. PERPETUAE] *Supra, ad n. 1.*

15. SUBLI] *Supra, n. 8:* P u b l i i.

16. SECUNDAE] *Supra, n. 11.*

17. VICTORIS] *Nov. 2, n. 11.*

18. QUARTI] *Nov. 5, n. 7.*

20. IN NICEA] *Nicaenum martyrem hodie et proximis diebus frustra requiro.* D o m n i n u s *enim Caesariensis est.*

21. DOMNINI] *Nov. 5, n. 4.*

22. AGUSTIDUNO] *Neque de gestis Proculi, neque de tempore quo ecclesiae Augustodunensi praefuerit, quicquam traditum est* [4].

**Augustoduno Proculi episcopi.**

ADDITAMENTA] A m a n d i *seu* A m a n t i i *episcopi Rutenae civitatis (Rodez, dép. Aveyron) Vita edita est* [5]. *In codicibus nostris quotquot habemus, inscriptus est et die 13 nov. Usus tamen invaluit ut 4 nov. coleretur, quod testantur libri liturgici recentioris aevi* [6].

**Rotenus Galliae civitate depositio sancti Amantii episcopi.**

L u s o r i s, *nov. 1, n. 85.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* V a l e n t i n i. *In nonnullis kalendariis hodie inscripti sunt Valentinus et Hilarius, quorum Passio edita est* [7].

[1] *BHL.* 6633. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 193. — [3] *BHG*². 1569. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 258-75. — [4] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 176. — [5] *BHL.* 351. — [6] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 274. — [7] *BHL.* 8469.

---

## NON. NOV.

| I | II |
|---|---|

**In Cesarea Cappadociae Domnini.**

| I | II |
|---|---|
| **in Capua Quarti confessoris. in Ecas Marci episcopi.** | |

**Cessari Antonini. et alibi Epifani Gregorii Appimi Saturnini Amanti Pupli. in Campania civitate Capua Marci et Secundae.**

| I | II |
|---|---|
| | **Capua civitate natale sanctorum Euras et** |

**Quarti** [a].

*Addunt codices pleniores:* a) et vigilia sancti melani et transitus uvini ramni B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. *om.* E | 2. cessār E ; caesaria W | 3. cappō E ; cappād W ; cappadocie B ; *add.* nāt scōrum W | 13. cesarii B ; caesari W | 15-16. *om.* W | 17. epefani BW | 18. gregori BW | 19. appini BW | 22. publii B ; publi W | 23. *om.* E | 24. cam̄p E | 26. *om.* BW ; *add.* nāt scōrum W | 27. marciae W ; *add.* ep̄i B | 30. cappua B | 32-33. *om.* B | 34. *om.* B¹ ; eoras B² | 36. *add.* con̄f B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Cesaria Capodochiae nat. Domnini et in Capua Quarti confessoris et in Necas Marci episcopi. — RICH.: In Caesarea Capadociae Domnini Caesarii Antonini in Campania Marci episcopi et Secundi in Capua Quarti confessor s.

# NOV. 5

*1.* IN CESAREA] *Eusebii De martyribus Palaestinae VII, 3, 4: ἐπὶ τούτοις, Δίου μηνὸς πέμπτῃ, κατὰ δὲ Ῥωμαίους νώναις Νοεμβρίαις ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως τοὺς ἀμφὶ Σιλβανὸν... συνέβη τελειωθῆναι... ἅμα δὲ τῇ κατὰ τούτων ἀποφάσει ἄνδρα μυρίαις ἄλλαις ὁμολογίαις διαπρέψαντα. Δομνῖνος ἦν οὗτος, ὁ διὰ περιττὴν ἐλευθερίαν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην ἅπασι γνωριμώτατος, τῇ διὰ πυρὸς ἐκδίδωσιν κολάσει* [1]. *Eusebium excerpserunt synaxariorum compilatores* [2]. *In errore perseverat martyrologus Caesaream Cappadociae pro Caesarea Palaestinae scribens.*

**in Caesarea Domnini.**

*6.* IN CAPUA] *Infra, n. 24, 30. In codice Epternacensi hoc loco Marcus rite seiungitur a Capua; non ita infra, ad n. 27: Capua Marci, quae est omnium codicum lectio, sed perversa.*

*7.* QUARTI] *Infra, n. 36. Quartum una cum Quinto in abside basilicae Sancti Prisci, utrumque sub pueruli specie lapillis delineatum fuisse dictum est ad diem 10 maii, n. 9. Licet igitur de eius gestis nihil traditum sit* [3], *de veneratione Capuanorum in sanctum martyrem dubitari nequit. Martyrem dico, non confessorem, quippe qui in musivo martyribus sociatus cerneretur. Vocabulum confessoris (n. 8) ad Marcum (n. 11) referendum est.*

**in Campania civitate Capua Quarti.**

*Quam ob causam Quartus die 7 oct., n. 15 memoretur, suo loco, pro re nata demonstravimus.*

*10.* IN ECAS] *Infra, n. 34: Euras, inter nomina sanctorum. Aecae civitas erat in Apulia, eo fere loco ubi nunc Troja est* [4]. *Locos e Passione Duodecim fratrum* [5] *et Vita Marci Lucerini episcopi* [6], *quem unum eundem esse cum Marco Aecarum episcopo opinamur, in Actis Sanctorum attulimus* [7]. *Michael Monachus: « In kalend. ms. Longobardo notatur Marcus confessor die decimo tertio [iunii]; in meo martyrologio ms. habeo:* Nonis octobris civitate Ecanae S. Marci episcopi et confessoris [8]. » *Ad diem 7 oct. S. Marci memoriam ab hodierno laterculo quondam errore translatam fuisse, in ancipiti relictum est. Vox confessoris (n. 8), quae Quarto male aptatur, Marco adiungere non dubitamus.*

**in Aecas Marci episcopi <et> confessoris.**

*13.* CESSARI] *Supra, n. 2: Cesarea.*

*14.* ANTONINI] *Antonini, martyris Apamiensis, memoria ad diem 2 sept., n. 22, signata, recurrit hodie: namque vocabulum Appimi, n. 19, legendum esse Apamea suadet proxima in libris Graecorum ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντωνίνου Apamiensis, ad diem 9, al. 7 novembris inscripta* [9].

**Apameae Antonini.**

*17.* EPIFANI] *Inter martyres XXXIII, Melitenae in Armenia passos, qui die 7 novembris coluntur* [10], *est aliquis Ἐπιφάνιος* [11]. *Si ille noster Epiphanius est, hunc solum ex hac turma, cuius ipse dux non erat, sed Hieron, selectum esse, nulloque adiecto patriae indicio, prolatum nemo non mirabitur.*

*18.* GREGORII] *Nov. 4, n. 5. In Menaeis Graecorum hodie recolitur memoria Γρηγορίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας* [12]. *Additur elogium quod Gregorio nostro nullo pacto applicari potest et ab otioso hagiographo confictum videtur. Retinendum tamen nomen Γρηγορίου, quod casu cum Gregorio uno die concurrere vix credideris.*

*19.* APPIMI] *Lege: Apameae. Supra, ad n. 14.*

*20.* SATURNINI] *Cf. nov, 4, n. 9: Saturi.*

*21.* AMANTI] *Nov. 4, n. 7.*

*22.* PUPLI] *Nov. 4, n. 8.*

*24.* IN CAMPANIA] *Supra, ad n. 6, 7.*

*27.* MARCI] *Supra, ad n. 10.*

*29.* SECUNDAE] *Nov. 4, n. 11.*

*33.* SANCTORUM] *Lege sancti; refertur enim ad Quarti, n. 36, non vero ad Euras, quo civitas designatur.*

*34.* EURAS] *Supra, n. 10: Ecas.*

*36.* QUARTI] *Supra, n. 7.*

[1] Ita libellus brevior. De prolixiore, cf. B. VIOLET, *Die Palästinischen Märtyrer des Eusebius*, p. 58-60; *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 46-52. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 195. — [3] Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, pp. 192, 197. — [4] *C.I.L.* IX, p. 85; Chr. HUELSEN, ap. PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie der klassischen Altertumswissenschaft*, t. I, p. 443. — [5] *BHL.* 2297. — [6] *BHL.* 5301. — [7] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 54. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 271-72. — [8] *Sanctuarium Capuanum*, p. 70. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 208, 201. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 199. — [11] *BHG*². 749, n. 8. — [12] *Synax. Eccl. CP.*, p. 195. Cf. p. 963.

# VIII ID. NOV.

I | II

**In Nicomedia natale**

| **Adriani Iuliae et**

**Eusebi**

**Iuliae. et in Adriopoli Eustasi et Eusebi.** |

**in Africa Donati Pauli Balsami Domnini Primae Duliae Furtunati Ianuari et Quartae. et in Toniza Africae Felicis. in Frigia Ianuari Attici Barici Mamari Verecini et Veneriae. Redonis civitate Galliae depositio Menelai episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 1. *om.* E | 2. nicõm E | 3. *om.* B ; *add.* scõrum W | 5. iulie B | 7. eusebii B | 16. āf E | 21. prime B | 22. dulie B | 23. furtunate B ; furtunatę W | 24. ianuarie B ; ianuariae W | 25. *om.* W | 26. quartę B | 28-29. intoniza E | 30. ãff E ; africe B ; *add.* nāt. scāe W | 31. *add.* et EW | 33. frīg E ; *add.* nāt scõrum W | 34. ianuar BW | 37. mammari BW | 38. vevericini BW | 40. venerie B ; *add.* in civīt W | 42. *om.* BW | 43. gałł EBW | 44. *add.* sc̄ W | 45. melani B ; miliani W | 46. *add.* et coñf BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Eusepi et Iuliae et in Adrianopoli Eustasi. — MON. : In Galleis depositio sancti Melanii episcopi et confessoris Romae Deusdedit papae alibi Donati memoria monachorum. — RICH. : slat(io) sanguinis Domini in Augia (m) ipso die sancti Willibrordi episcopi et confessoris (*haec fortasse pertinent ad diem* 5) in Nicomedia Eusebii et Iuliae et in Africa Donati Pauli Balsami Domnini Felicis Redonis Galliae depositio sancti Melani episcopi (in Equitania sancti Leonardi confessoris *uncis inclusa manu secunda*).

## NOV. 6

*1.* IN NICOMEDIA] *Hodie, et postridie quoque habetur anticipatio e die nov. 8, n. 24:*

**in Nicomedia natale Eusebi.**

*4.* ADRIANI] *Infra, n. 11:* A d r i o p o l i, *procul dubio pro* A d r i a n o p o l i; *nov. 7, n. 21:* A n d r i a n i.

*5.* IULIE] *Infra, n. 8; nov. 7, n. 17. Cf. n. 22:* D u l i a e. *Nuda nomina.*

*11.* ADRIOPOLI] *Supra, n. 4:* A d r i a n i. *De supponenda lectione* A d r i a n o p o l i, *quis dubitet? Sed de martyre Adrianopolitano reperiendo ancipites sumus; nulla enim documenta* E u s t a s i o *(n. 12) favent. Nisi coniecturis parum certis parcere consultum esset, utrumque nomen, martyris et civitatis, nonnihil luxatum esse crederem. Ponamus enim pro* E u s t a s i *scribendum esse* E u s t a t i. *Fuit Eustathius, celeberrimus Antiochensis episcopus, qui exsul obiit in Thracia, teste S. Iohanne Chrysostomo:* τοῦ σώματος αὐτοῦ ταφέντος ἐν Θράκῃ... τὸν μὲν τάφον εἶναι ἐν ἐκείνῳ τῷ βαρβαρικῷ χωρίῳ [1]. *Locus autem sepulturae distinctius indicatur a S. Hieronymo:* pulsus est in exsilium Traianopolim Thraciarum, ubi et usque hodie conditus est [2]. *Sancto doctori hac in re diffidere non licet. Utinam tam certum esset martyrologum non legisse* ADR i a n o p o l i s, *ubi* TRA i a n o p o l i s *scriptum erat. In ambobus utique vocabulis errare potuit; sed de errore reapse non constat. Alia etiam de causa prohiberi videmur ab emendatione* T r a i a n o p o l i E u s t a t i. *Namque die 16 iul., nuntiatur* i n A n t i o c h i a T h e o d o t i E u s t a t i, *praeeunte breviario Syriaco, et Eustatius ille vulgo episcopus Antiochenus habetur. Verum id primus asseruit Florus Lugdunensis, ut ad hunc diem, n. 10, notatum est, remque videtur divinando assecutus. Quicquid id est, Chrysostomi aetate hoc mense novembri agebatur commemoratio S. Eustathii. Postquam enim arduum se tractasse argumentum de controversia inter Petrum et Paulum Antiochiae orta dixerat, ita pergit:* τῇ μετ' ἐκείνην ἡμέρᾳ πρὸς ἑτέραν εὐκολωτέραν ἐχειραγωγοῦμεν ὑπόθεσιν, τοῦ μακαρίου Εὐσταθίου τὰ ἐγκώμια διηγούμενοι, καὶ μετ' ἐκεῖνον τοῦ γενναίου μάρτυρος Ῥωμανοῦ τοὺς ἐπαίνους διεξιόντες, ὅτε δὴ καὶ λαμπρότερον ἡμῖν τὸ θέατρον γέγονε καὶ πλείων ὁ κρότος καὶ μείζων ὁ θόρυβος [3]. *Hinc patet S. Eustathii memoriam paucis diebus ante festum S. Romani celebratum fuisse. Iamvero, S. Romani natalis incidit in diem 18 nov. Haec notanda erant, ne plane inanis videretur coniectura de Eustathio Antiocheno.*

*12.* EUSTASI] *Nov. 7, n. 14. Lege quae modo dicta sunt de lectione* E u s t a t i.

*14.* EUSEBI] *Supra, n. 7.*

*16.* IN AFRICA] *Nonnullos ex iis qui nunc recensentur martyres Afros esse ipsa eorum nomina clamant; alios plurimos quibus permixti sunt, ad Africam pertinere, quamquam de his nihil praeterea traditum est, negandum non est. Partim tamen reperiuntur in laterculis proximis, etiam in remotioribus, v. gr. diei 12 aprilis.*

[1] *BHG*[2]. 644. — [2] *De viris illustribus*, LXXXV. — [3] *Homilia in locum illum Ieremiae: Domine non est in homine via eius*, 1, *P.G.*, t. LVI, p. 154.

*17.*

17. DONATI] *Nov. 7, n. 5; april. 12, n. 50.*
18. PAULI] *Nov. 7, n. 6; april. 12, n. 7.*
19. BALSAMI] *Nov. 7, n. 9: B a l s a m e.*
20. DOMNINI] *Iste non Afer est, sed Caesariensis, de quo nov. 5, n. 4.*
21. PRIMAE] *Nov 7, n. 16, et nov. 8, n. 14: P r i m i; item april. 12, n. 140.*
22. DULIAE] *Supra, n. 5: I u l i a e.*
23. FURTUNATI] *Nomen in Africa pervulgatum.*
24. IANUARI] *Nov. 7, n. 18; april. 12, n. 45. Infra, n. 34, sed i n F r i g i a.*
26. QUARTAE] *Nov. 5, n. 7 et april. 12, n. 40: Q u a r t i.*
29. IN TONIZA] *Civitas in Numidia proconsulari, nunc La Calle* [1]. *F e l i c i s nudum nomen nobis est, non ideo tamen respuenda codicum limpida enuntiatio:*

**in Toniza Africae Felicis.**

*Adoni eiusque sequacibus, non excepto Romano martyrologio, Felix ille est quem laudavit S Augustinus, in Enarratione in Psalmum CXXVII, 6* [2]. *Haec, quae temere asserta esse alias monuimus* [3], *non ab Adone sed a Floro Lugdunensi primum prolata sunt* [4].

33. IN FRIGIA] *Quaenam sint nomina martyrum huc referenda, neque si quae omnino sint, nemo dixerit. Unum fortassis meminisse iuvat nomen A t t i c i (n. 35) iam die 9 oct., n. 9, signatum esse haud longe ab indicio illo: i n F r i g i a (n. 3).*
34. IANUARI] *Supra, n. 24.*
35. ATTICI] *Saepius recurrit, v. gr. maii 11, n. 42; 9 oct., n. 9; 30 oct. n. 38. Lege quae annotata sunt ad n. 33.*
36. BARICI] *Punicum nomen variis in laterculis obvium: april. 12, n. 95; april. 17, n. 12; oct. 5, n. 12; dec. 16, n. 26.*
37. MAMARI] *Inter martyres Afros recensetur mart. 14, n. 22; iul. 14, n. 14; oct. 30, n. 33; oct. 31, n. 60; nov. 1, n. 22; nov. 6, n. 37; nov. 8, n. 27; nov. 24, n. 30; dec. 1, n. 14.*
38. VERECINI] *Lectio corrupta forsan a V e r e c u n d i in laterculo 12 april., n. 146.*
40. VENERIAE] *Crebro martyribus plerumque Afris sociatur: ian. 17, n. 11; ian. 27, n. 21; feb. 28, n. 38; maii 6, n. 72; iun. 3, n. 39.*
45. MENELAI] *Al. M e l a n i, episcopi Redonensis, cuius natalis dies ordinationis celebratur ian. 6, n. 34, Acta edita sunt* [5].

**Redonis civitate Galliae depositio Melani episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: D e u s d e d i t p a p a e (615-618). Libri pontificalis codices nonnulli:* Depositus sub die VIII mens. novemb. [6].
*Cod. Rich.: W i l l i b r o r d i. Dies obitus postridie recolitur.*
*L e o n a r d i Vita et Miracula edita sunt* [7].

[1] *C.I.L.* VIII, 1, p. 513. — [2] *P.L.*, t. XXXVI, p. 1680. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 131. — [4] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 303. — [5] *BHL.* 5887-5891. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II[2], p. 344. — [6] DUCHESNE, t. I, p. 319. — [7] *BHL.* 4862-4879.

---

# VII ID. NOV.

| I | II |
|---|---|
| [a] **In Affrica natale Rogati Donati Pauli Primae et Balsame.** | |

**in Nicomedia Eusebi Pobisi Eustasi Mari Primi Iuliae Ianuari Rogatiani Optati Andriani. et alibi natale Simfori Nicostrati Gaudi Victoris Castori Balsami.**

| | |
|---|---|
| | **in Africa Rogati Donati Prime Iuliae** [b]. |

*Addunt codices pleniores:* a) hic domnus + apostolicus vir willibrordus episcopu migravit ad xp̄m E[2] *in marg.* — b) et fu. et rufi episcopi B[2]; dedicatio oratorii sancti angeli in /// vded W[2].

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. āff E | 10. *om.* E | 11. nicomē E; *add.* nāt sc̄i W | 12. esebii B[1]; eusebii B[2] | 13. probisi B[1]; p//obisi B[2] | 18. ianuarii B | 21. adriani B; atriani W | 24. scōrū W | 25. sinfronii B; sinfroni W | 27. gaudii BW | 30. balsimi B; *add.* et W | 32. afreca W; *add.* nāt scōrum W | 35. primae W.

*Excerpta ex variis.*— CAMBR.: In Affrica nat. Rogati Donati Pauli Primae et Bassaniae. — MON.: In Nicomedia natalis sanctorum Eusebii Pobisii Rogatiani. — RICH.: In Africa Rogati Donati Pauli in Nicomedia Eusebii Provisi Marii Primi et alibi Sinfronii Nicostrati Gaudii Victoris.

## NOV. 7

1. IN AFFRICA] *Paucis exceptis, hodierni laterculi nomina iam heri signata sunt, Afrorum videlicet et aliorum.*
4. ROGATI] *Infra, n. 33. Cf. n. 19: R o g a t i a n i.*
5. DONATI] *Nov. 6, n. 17.*

6.

6. PAULI] *Nov. 6, n. 18.*

7. PRIMAE] *Nov. 6, n. 21; infra, n. 35 et n. 16; nov. 8, n. 14: Primi.*

9. BALSAME] *Infra, n. 30; nov. 6, n. 19: Balsami.*

11. IN NICOMEDIA] *Heri, hodie et rursum die sequenti:*

**in Nicomedia Eusebii.**

13. POBISI] *Vocabulum corruptum. Pobisi Eustasi conferri potest cum Adriopoli Eustasi, nov. 6, n. 11-12. Dissyllaba* POBI *ab altera* POLI *parum dissimilis est, et erratica primum, postquam ab Adrianopoli avulsa fuerat, ad normam nominis terminationem accepit. Reliquae vocabuli syllabae similem sortitae sunt tractationem: Andriani, n. 21.*

14. EUSTASI] *Nov. 6, n. 12.*

15. MARI] *Scribe: Mammari (nov. 6, n. 37). Idem nomen cum aphaeresi: oct. 30, n. 33; nov. 8, n. 27.*

16. PRIMI] *Supra n. 7: Primae.*

17. IULIAE] *Infra, n. 36; nov. 6, n. 5.*

18. IANUARI] *Nov. 6, n. 24.*

19. ROGATIANI] *Cf. supra, n. 4: Rogati.*

20. OPTATI] *Nudum nomen.*

21. ANDRIANI] *Nov. 6, n. 4, ex Adrianopoli. Cf. supra, ad n. 13.*

25. SIMFORI] *Lege: Simproni. Unus est ex martyribus qui Romae coluntur die 8 nov., n. 1.*

26. NICOSTRATI] *Nov. 8, n. 8.*

27. GAUDI] *Nov. 8, n. 6: Claudi.*

28. VICTORIS] *Nudum nomen.*

30. BALSAMI] *Supra, n. 9: Balsame.*

32. IN AFRICA] *Ut supra, n. 1-7.*

36. IULIAE] *Supra, n. 17.*

ADDITAMENTA] *Willibrordus. Eius Acta edita sunt* [1].

*Rufi episcopi Mettensis. Quaecumque de eius gestis reperiri potuerunt in Actis nostris congregata sunt* [2].

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Bassaniae = Balsame, n. 9.*

[1] *BHL.* 8935-8945. Cf. Supplem. 8939 b, 8945 b. — [2] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 383-85.

---

# VI ID. NOV.

**I** | **II**

**Romae ad Caelio monte Simforiani Claudi**

| **Castoris**

**Nicostrati** [a]

**et Castoris.** |

**et in Africa Primi Machari Iusti Amaranti et aliorum**

**XXVIII.** | **XVIII.**

**in Nicomedia Eusebi Celesini**

| **Eustasi**

**Marii.**

*Addunt codices pleniores:* a) et sanctorum IIII coronatorum severi severiani carpofori victorini C.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. rōm E | 2-4. *om.* EW | 3. celio B | 4. *add.* n̄t E, nāt scōrū W | 5. sinp(ro) niani B; synfromi W | 6. claudii B | 7. castori W | 11. *om.* W | 13. āff E; *add.* nāt scōrum W | 15. macharii B² | 21. XVII W; *add.* et W | 23. nicōm E; *add.* n̄t scōrum W | 24. eusebii B | 25. caelesti B; celesti W | 26. *add.* et W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae in Caelio monte nat. Sinproniani Claudii Nicostrati et Castoris IIII coronatorum. — RICH.: Rome sanctorum quatuor coronatorum Simfroniani Claudii Nicostrati Simplici Castorii et in Africa Primi Macharii Iusti Amaranti.

## NOV. 8

1. ROMAE] *Depositio martyrum ad diem 9 nov.:* Clementis, Semproniani, Claui, Nicostrati in comitatum. *Sacramentarium Gregorianum:* VI idus novembres id est VIII die mensis novembris natale sanctorum quattuor coronatorum, *cum hac oratione:* Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut qui gloriosos martyres Claudium, Nicostratum, Simphronianum, Castorium atque Simplicium fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus

sentiamus [1]. *Sacramentarium Gelasianum:* VI id. novembres in natali sanctorum quatuor coronatorum Costiani, Claudi, Castori, Simproniani [2], *ubi in oratione nomina martyrum non sunt expressa. In codice Sangallensi eadem legitur oratio quae in Sacramentario Gregoriano* [3]. *In Leoniano, mense novembri,* in natale sanctorum quattuor Coronatorum, *nomina omissa sunt, sed in oratione tertia missae S. Silvestri, quae proxime antecedit, loco* Silvestri *legitur* S i m p l i c i, *qui unus est ex martyrum quinque turma cui nomen Quattuor Coronatorum inditum est, in hisce fastis praetermissus* [4]. *Errore librarii factum est ut in Depositione martyrum eorumdem commemoratio procrastinaretur, et, ni fallor, eisdem* C l e m e n s *adiungeretur, sive ita scriptum sit loco* C a s t o r i i, *ut nonnullis placuit, sive ad diem 9 nov. reapse referendus sit Clemens ille qui eo die recensetur. Itinerarium Salisburgense, via Lavicana:* Ad Helenam via Campana multi martyres pausant... in uno loco in interiore spelunca XL martyres et in altero XXX martyres et in tertio IIII coronatos. *Epitome de Locis sanctorum:* Ibi sancti isti dormiunt: Petrus, Marcellinus, Tiburtius, SS. XXX milites, Gorgonius, Genuinus, Maximus, IIII Coronati id est Claudius, Nicostratus, Simpronianus, Castorius, Simplicius [5]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Ibi sunt... alii innumerabiles et non longe sancti quatuor Coronati [6]. *De Passione SS. Simproniani Claudii, Nicostrati, Castorii et Simplicii deque eorum veneratione Romae, in monte Caelio, id est in titulo Quattuor Coronatorum et via Labicana, in Actis Sanctorum prolixam edidimus commentationem* [7], *qua densas quibus tota res obvolvitur nebulas dissipatas nequaquam confidimus* [8]. *Exoriatur aliquis qui has tenebras tandem dispellat. Interim scribendum nobis est:*

**Romae ad Caelio monte Simproniani, Claudii, Nicostrati et Castoris.**

*13.* IN AFRICA] *Ite anda quae diximus heri, ad n. 1.*

*14.* PRIMI] *Nov. 7, n. 16.*

*15.* MACHARI] *Nudum nomen.*

*16.* IUSTI] *Nov. 2, n. 19; 3, n. 8; 16, n. 30.*

*17.* AMARANTI] *Sitne idem vel homonymus* A m a r a n t u s *qui memoratur oct. 28, n. 34, in medio reliquimus. Nec certior videtur illorum sententia, qui inde a Floro Lugdunensi* [9], *eiusdem elogium se legisse putaverunt apud Gregorium Turonensem* [10]. *Rem alio loco examini subiecimus* [11].

*20.* ALIORUM XXVIII] *Hos alios veluti Amaranti socios prodire, non liquet. Suspicor loco XXVIII scribendum esse XXXIII, qui est numerus martyrum Melitenensium, die 7 novembris a Graecis celebratorum* [12]. *Eo die inscripti sunt tabulis Neapolitanis* [13]:

P(ASSIO) S(ANCTORVM) TRIGINTA TRES

*Horum certamen narratur in Passione S. Hieronis* [14], *de qua fuse in Actis nostris, ubi expenditur elogium breviarii Syriaci ad diem 21 nov.:* ἐν Μελιτινῇ Πλώτινος καὶ τεσσαράκοντα ἐννέα ἕτεροι μάρτυρες [15].

*23.* IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum:* Εὐσέβιος, *omissa geographica appellatione, quam codices nostri servaverunt, tribusque continuis diebus (nov. 6, n. 1; 7, n. 11) proferunt. Eusebium episcopum Nicomediensem Arianorum fautorem designari nullo quidem documento comprobari potest; nemini tamen mirum videbitur* [16] *qui recordatus fuerit martyrologium Orientale, a quo tum martyrologium syriacum, tum hieronymianum pendent, collectum fuisse in ecclesia Nicomediensi, Athanasio infensissima* [17]. *Scribendum certe:*

**in Nicomedia Eusebii.**

*25.* CELESINI] *In promptu est emendatio:* C e l e r i n i, *nomen in Africa usitatum. Non tamen commendatur varia codicum lectione* C a e l e s t i.

*26.* EUSTASI] *Nov. 6, n. 12; 7, n. 14.*

*27.* MARII] *Nov. 7, n. 15:* M a r i, *id est* M a m m a r i.

ADDITAMENTA] S e v e r i, S e v e r i a n i, *cet. Haec nomina in Passione SS. Quattuor Coronatorum interpolata, et reapse martyrum Albanorum esse alias monuimus* [18].

[1] WILSON, p. 107. — [2] WILSON, p. 203. — [3] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 200. — [4] FELTOE, p. 148. — [5] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [6] Ibid., p. 179. — [7] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 748-84. — [8] L. DUCHESNE, *Le culte romain des Quatre Couronnés*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XXXI (1911), p. 231-46; P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *I santi quattro*, in *Studi e Testi*, t. XXIV (1912), p. 57-66; *Anal. Boll.*, t. XXXII, p. 63-71; J. P. KIRSCH, *Die Legende der hl. Vier Gekrönten in Rom*, in *Historisches Jahrbuch*, 1917, p. 72-97; cf. *Anal. Boll.*, t. XLII, p. 175; ID., *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 33-35. — [9] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 315. — [10] *In gloria martyrum*, LVI, LVII.— [11] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 323-25. — [12] *Synax. Eccl. CP.*, p. 199. — [13] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [14] *BHG*[2]. 749, 750. — [15] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 324. — [16] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 745. — [17] DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXIX].— [18] *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 759.

# V ID. NOV.

I | II

**In Nicomedia Damiani. et alibi** [5]

**Rogati | Donati**

**Restituti Victori Salutaris** [10] **Crescenti Dimetri Nemesi Georgi. Romae** [15] **Clementis et Simproni. in Spaniis** [20] **Fausti Ianuari et Marcialis** [24] **martyris** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) natale sancti teodori martyris C ; et natale sancti theodori W².

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. nicōm E ; *add.* ñt scōrū W | 3-5. *om.* W | 8. restetuti W | 9. victorini BW | 11. criscentis BW | 12. demetri BW | 14. et ex uorgi B ; et exuorgi W | 15. rōm E ; *add.* natł scōrum W | 17. *om.* EB¹ ; *add.* B² | 18. simp(ro)ni B | 20. spanis E ; *add.* nāt scōrum W | 22. ianuarii BW | 25. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Damiani et sancti Thedori. — MON. : Romae sancti Theodori martyris in Nicomedia natalis sancti Damiani martyris Romae natalis sanctorum Clementis et Simpronii. — RICH. : In Nicomedia Damiani alibi Donati Restituti Victurini Rom Theodori et Simfronii et in Spaniis Fausti Lenuarii et Martialis.

## NOV. 9

1. IN NICOMEDIA] *Cum nemini notus sit* D a m i a n u s *martyr Nicomediensis, nomen civitatis, quod inde a die 6 nov. cum* E u s e b i o *cotidie recurrit, hodie rursum e loco suo migrasse dicendum est, relicto nomine Eusebii, quod ei adhaerebat.*

6. ROGATI] *Nov. 7, n. 4.*

7. DONATI] *Nov. 7, n. 5 ; 15, n. 27, cum* R e s t i t u t i, *n. 8.*

8. RESTITUTI] *Nov. 15, n. 28, cum* D o n a t i *(n. 7), sub* A n t i o c h i a, *sed falso.*

9. VICTORI] *Al.* V i c t o r i n i. *Cf. nov. 11, n. 18.*

10. SALUTARIS] *Si quemadmodum reor, scribendum est* S o l u t o r i s, *iteranda erunt quae dicta sunt ad diem 15 mart., n. 15-17.*

11. CRESCENTI] *Solo nomine notus.*

12. DIMETRI] *Ne credideris* D i m e t r i, N e m e s i *martyres esse Alexandrinos qui die 8 sept., n. 22, 27, recensentur. Namque e prava lectione nominum* D e m e t r i a n i, E s i (c h i) *ortum duxerunt, ut ad diem 10 nov. ostendere conabimur.*

14. GEORGI] *Al.* E x u o r g i. *Haec lectio corrupta est, forsitan et altera.*

15. ROMAE] *Depositio martyrum :* V idus nov. Clementis, Semproniani, Claui, Nicostrati in comitatum. *Praeter nomina* S i m p r o n i a n i, C l a u d i, N i c o s t r a t i, *ex turma Quattuor Coronatorum, de quibus heri (hodie solus* S i m p r o n i a n u s *in martyrologio memoratur), recensetur* C l e m e n s, *nemini notus, nisi a die 23 nov. huc adductus fuerit. Nuper in coemeterio SS. Marcellini et Petri via Labicana in pariete lecta est haec precatio graphio ducta :*

+SCE CLE*mens*

*quae ad Clementem istum referri nonnulli opinati sunt* [1]. *Res omnino incerta est* [2]. *Namque a peregrinantibus qui coemeterium inter Duas Lauros lustrarunt, nulla Clementis fit mentio.*

20. IN SPANIIS] *Rursum memorantur tres sancti Cordubenses, quorum natalis celebratur die 13 octobris.*

**in Spanis Fausti, Ianuarii et Martialis.**

ADDITAMENTA] T h e o d o r i. *Natalis S.* T h e o d o r i *a Graecis celebratur mense februario. Festum huius diei Romae institutum esse videtur ob anniversarium dedicationis ecclesiae S. Theodori sub Palatino* [3].

[1] R. KANZLER, in *Studi Romani*, t. I (1913), p. 195 ; O. MARUCCHI, in *Nuovo bulletino*, t. XX, p. 80 ; t. XXI, p. 7-10. — [2] *Anal. Boll.*, t. XLIV, p. 254. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 27.

# IV ID. NOV.

I | II

[a] **In Antiochia Demetri episcopi Amesi diaconi Eustoci et sociorum eius**

| **Ianuarii**

**in Africa Saturnini**

| **Donati**

**Anniboniae et aliorum**

**XVIII.** | **XVII.**

**Romae depositio sancti Leonis episcopi. in Galliis Aurelianis civitate depositio beati Monitoris episcopi** [b].

*Addunt codices pleniores :* a) + hic translatio eiusdem sancti willibrordi E². — b) et vigilia sancti martini B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. antioč E ; antiochī B ; anthiocia W ; *add.* nāt scōrum W | 4. *om.* E | 5. anienesi W | 6. *om.* E | 7. eostosi W | 11. ianuari W | 13. āff E ; *add.* nāt scōrum W | 14. satñini B | 15. donatae W | 16. anni bonie B ; anni boniae W | 20. XVI W | 21. rōm E ; rome B | 23. *om.* E | 25. *add.* et W | 26-27. *om.* E | 27. gałł B ; *om.* W ; *add.* civit W | 28. aurilianis EW ; *add.* gałł E | 29. *om.* EW | 31. *om.* E | 32. monstoris E ; munitoris W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Demetri episcopi Amnesi Eusthoci et sociorum eius et sancti Mennae. — MON. : Romae depositio sancti Leonis episcopi Demetri Monitoris episcopi. — RICH. : In Antiochia Demetrii Aminesi in Africa Saturnini Donati Rom depositio sancti Leonis episcopi Aurelianis depositio sancti Nitoris episcopi.

## NOV. 10

1. IN ANTIOCHIA] *Inter praesules antiquae ecclesiae Antiochenae recensetur Demetrius episcopus, qui modo* Demetrianus *appellatur, modo* Demetrius, *ut v. g. in sermone de martyribus Antiochenis qui Eusebii nomine falso inscriptus est* [1]. *Demetrianum quoque eum vocant Dionysius Alexandrinus* [2], *Patres synodi Antiochenae* [3] *et Eusebius* [4], *neque dissentiunt kalendaria iacobitica ad diem 10 novembris* [5]. *Hanc formam et nos praeferendam iudicamus. Qui hodiernas codicum lectiones eliquare volet, ante omnia respiciat codicem E, in quo legitur :* in Antiochia Demetri Amesi. *Pro* Amesi, *codex W habet* Anienesi; *L et V:* Aniesi. *Unde ilico perspicitur syllabas ANI a nomine avulsas fuisse. Sed unde accesserunt extremae syllabae ESI? Profecto ex anteriore parte nominis* Esichi, *Antiocheni martyris, qui in martyrologio multis in locis comparet. Huc vero arcessitus est ad stipandum, de more, civitatis eiusdem episcopum. Nec gratuita coniectura haec est. Nempe ad diem 3 iulii, quo hodierni laterculi pars integra translata est* [6], *cum Demetriano (n. 64) reapse occurrit* Hesychius *(n. 46); et, quasi ad confirmandam eius praesentiam, diebus 1 iul., n. 26, et 2 iul., n. 37, iam praecurrit idem* Hesychius. *In secundae stirpis codicibus, terminatio ANI a* Demetri *seiuncta est, interposito titulo* episcopi. *Res sic explicari potest. In scriptione genuina prostabat* Demetri episcopi, *pro qua corrector rescribendum iudicavit usitatius* Demetriani. *Syllabae autem ANI, quas supra lineam addiderat, loco deinde non suo insertae sunt et cum nomine* Esi(chi) *cohaeserunt. Unde monstrum effectum est ANIESI. Difficultatem residuam facessit titulus* diaconi *(n. 6), qui male quadrat in* Hesychium; *quippe non clericus erat Hesychius, sed palatinus. Profecto erravit librarius quidam, qui, pro* Esichi, Esidi *sibi legere visus est, et elementa DI contracte scripta esse putavit pro* di(aconi). *Itaque nobis constat* diaconi *titulum huc casu irrupisse et ideo neglegendum esse. De Hesychio quid sentiendum, modo diximus : ex alio die huc advenit in comitatu Antiocheni praesulis. Sit igitur haec summa rei :*

in Antiochia Demetriani episcopi.

5. AMESI] *Al.* Aniesi. *Lectionem* Aniesi diaconi *corruptam esse ex* Demetriani Esichi *modo expositum est.*

7. EUSTOCI] *Al.* Eostosi. *Nov. 6, n. 12; 7, n. 14; 8, n. 26:* Eustasi.

13. IN AFRICA] *Habetur titulus, Uppennae repertus, in quo leguntur nomina XVI martyrum, qui proximo die VI idus novembres depositi sunt* [7]. *Horum est unus Donatus et quattuor Saturnini,*

[1] *BHO.* 700. — [2] Ap. EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, VI, 46 ; VII, 2, 5, 1. — [3] Ibid., VII, 30, 17. — [4] Ibid., VI, 14 ; VII, 27, 1. Cf. *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 384-91. — [5] NAU, in *Patrologia orientalis*, t. X, p. 35, 47. — [6] *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 368-375. — [7] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 238. Cf. n. 334.

*quorum nomina (n. 14, 15) in hodierno quoque laterculo recensentur. Sed quam communia haec sint in Africa, nemo ignorat.* A n n i b o n i a *(n. 16) in lapide inscripta non est. De additamento* e t  a l i o r u m  X V I I I *(al. XVII, XVI) silere praestat, quoniam rarissime in nostris libris numeri incorrupte scripti sunt.*

*14.* SATURNINI] *Nov. 11, n. 10:* S a t u r n i n a e.

*15.* DONATI] *Supra, ad n. 13.*

*16.* ANNIBONIAE] *Nov. 11, n. 12.*

*19.* ALIORUM XVIII] *Al.* X V I I, X V I. *Supra, ad n. 13.*

*21.* ROMAE] *Liber pontificalis, in Vita S. Leonis (440-461):* Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum apostolum III id. aprilis [1] : *non recte, ut cum L. Duchesne* [2] *monuimus ad diem 11 aprilis. Memoria* Λέοντος *in synaxariis Graecorum ad diem 12 nov.* [3], *sine elogio, procul dubio Leonis papae est. Huius autem festum agunt die 18 feb.* [4], *quo et Vitam eius* [5] *contractam suis libris inseruerunt.*

**Romae depositio sancti Leonis episcopi.**

*27.* IN GALLIIS] *Quam pauca praeter nomen* M o n i t o r i s *(al.* M o n s t o r i s, M u n i t o r i s) *tradita sint, alio loco ostendimus* [6].

**in Galliis Aurelianis civitate depositio beati Monitoris episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* M e n n a e. *Nov. 11, n. 45: Minatis.*

[1] DUCHESNE, t. I, p. 239. — [2] Ibid., p. 241. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 218. — [4] Ibid., p. 471. — [5] *BHG*[2]. 982. Edita est in *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 405-408. — [6] *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 482-83.

# III ID. NOV.

I | II

**Ravenna natale**

**Felicis** (I)

**Valentini Novelli Octavi**

**Felicis** (II)

**Ianuari Herundinis**

**Saturninae et Anniboniae. Galliis civitate Turonis sancti Martini** (I)

**Victorini Felicis Nisae Iuliani Vincenti item Ianuari Giddini Bonifati**

**martyris** (II)

**Miraci Domni Firmi Mariae Felicitatis Feliciae Innocentiae Fortunatae Principiae Domnicaellae Clementini Ianuariae Victuriae. in Alexandria metropoli sancti Minatis.**

**in Galliis civitate Toronis depositio sancti Martini episcopi et confessoris.** (II)

**et in Lugduno depositio Verani episcopi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in huvizumb // t/// ce + ///// mar /// $W^2$ *sub litura* (cf. *diem seq.*).

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. ravēn E | 2. *om.* B ; *add.* scōrum W | 4. valentina $B^1$ | 5. feliciani BW | 8. ianuarii B | 9. erundini BW | 13. gāll E | 18. victurini W | 20. nisi B ; nise W | 23. *om.* W | 24. ianuarii B | 25. gittini B ; ygiddini W | 26. bonefacie $B^1$ ; bonefacii $B^2$ ; bonifaciae W | 28. minaci BW | 30. firme B ; firmae W | 33. felicie B | 35. furtunatę B ; furtunatae W | 37. domne caellae W | 38. clementinę B | 39. ianuarie B | 40. vinturie B | 41. *om.* BW | 42. alāx E | 43. *om.* E ; *add.* nāt W | 45. *add.* et W | 47. gałł BW | 49. turnis W | 56-57. *om.* W | 57. *om.*B | 58. lugdūn E ; *add.* gałł BW | 59. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Depositio sancti Martini episcopi et confessoris et Ravennae nat. Felicis Valentinae Novelli Octavi Ianuarii Erundinis Saturnini. — MON. : Romae sancti Mennae martyris Ravennae natalis sanctorum Valentini Feliciani. — RICH. : Ravenna Felicis Rom. sancti Mennae Turonis dormitio sancti Martini episcopi Lugduno Galliae depositio Verani episcopi Victurini et Donni.

## NOV. 11

*1.* RAVENNA] *En igitur nomen* R a v e n n a, *et Ravennas martyr plane nullus. Si tamen coniectura designandus esset sanctus, qui hodie frustra requiritur, nobis primus in mentem veniret* M a r t i n u s, *quem Ravennatibus apprime carum fuisse testantur Fortunatus et ipsa incluta basilica S. Martini in Caelo aureo, quae hodieque exstat et S. Apollinaris Novi vocabulo appellatur.*

*Haec*

*Haec ad 20 iun., n. 15, iam notata sunt, ubi S. Martini cultum alio vestigio nobis agnoscere visi sumus. Itaque nostro indicio elogii hodierni prima forma fuit: Ravenna natale Martini, unde lapsu temporis sancti nomen intercidit, quando in eodem laterculo alius ei locus datus est in mentione: in Galliis civitate Turonis (n. 13, 46).*

3. FELICIS] *Infra, n. 7, 19; nov. 13, n. 13. Si Libro pontificali prioris formae fides haberi deberet, Felix hice idem foret atque Felix p. II. At secus se res habet. Felix enim p. II non die 11 nov., sed die 22 nov. vita functus est*[1]. *Ceterum nihil in elogio suadet hic commemorari martyrem eundemque episcopum Romanum. Inter tot Felices quos novit historia, valde sibi fidens sit qui asseveranter discernat.*

4. VALENTINI] *Valentinum Africanum annuntiat kalendarium Carthaginiense ad diem 13 nov. Errore librariorum hunc sibi hodie vindicare Ravenna videtur. Indicium loci nomini eius deinceps adhaesit, ita ut formula* Ravennae Valentinus *non modo ad diem 13 nov., sed ad dies 13 et 16 dec. recurrat. In hac ecclesia nullo vestigio suadetur illic olim cultum fuisse Valentinum. Scribatur proinde:*

**<in Africa> Valentini.**

5. NOVELLI] *Africam hic odorari licet. Novelli quippe in comitatu plane Africano iterum comparet, v. g. 12 april., n. 127, et 1 iun., n. 42, 118. Accedit quod kalendarium Carthaginiense incerto die, sed qui inter kal. et id. nov. incidit, annuntiat: sanctorum Capitanorum. Hic martyrum globus est quales in eo kalendario varii sunt. Itaque rationi consentaneum est horum martyrum nomina anquirere in catalogis qui ad Africam referri possint. Id tamen prudenter attentari non potest, nisi alia documenta adsint, quae certiora indicia praebeant. Cum haec nobis praesto non sint, in medio relinquimus num inter martyres huius diei et proxime praecedentium aut sequentium dierum Capitani adfuerint.*

6. OCTAVI] *Hunc exhibet kalendarium Carthaginiense et nostrum quoque ad diem 1 nov. Idem nomen Taurinis annuntiatur ad diem 20 nov.: Octavi, Solutoris, Adventoris (n. 41-43). Nemini fortuitum videbitur die 13 nov., n. 34, nomen Solutoris iterum Valentini coniunctum comparere. Itaque ista veluti concursione suadetur olim sive die 13 nov., sive die 20 nov. tres martyres coniunctim nominatos fuisse: Valentini, Octavi, Solutoris. Horum postremi duo ut Taurinenses martyres haberi possunt.*

7. FELICIS] *Supra, n. 3.*

8. IANUARI] *Infra, n. 24; nov. 10, n. 11. Nomine tantum notus.*

9. HERUNDINIS] *Al. Erundini. Nomen perperam scriptum.*

10. SATURNINAE] *Nov. 10, n. 14: Saturnini.*

12. ANNIBONIAE] *Nov. 10, n. 16.*

13. GALLIIS] *Infra, n. 47. Elogium S. Martini hoc loco gallicanum additamentum est. De S. Martini Vita et laudibus plurima scripta sunt*[2], *de quibus aliis locis diximus*[3].

**in Galliis civitate Turonis depositio sancti Martini episcopi et confessoris.**

18. VICTORINI] *Plane ignotus.*

19. FELICIS] *Supra, n. 3.*

20. NISAE] *Al. Nisi. Qui meminerit apud Graecos ad diem 12 nov. festum agi τοῦ ὁσίου πατρὸς Νείλου τοῦ ἀσκητοῦ*[4], *iure suspicaretur pro Nisi legendum esse Nili, si explicari posset quomodo ascetae nomen in mediam cohortem martyrum irruperit.*

21. IULIANI] *De hoc aliisque sanctis, n. 22-26, nihil rescivit historia. Cf. supra, ad n. 5.*

28. MIRACI] *Al. Minaci. Infra, n. 45: Minatis.*

29. DOMNI] *Cave credas hoc nomen hic more alias usitato scriptum esse pro sancti*[5]. *Hoc enim vocabulum a stilo martyrologii plane alienum est. Adverte potius nomen Domni, infra, n. 37, quasi partem esse vocabuli Domnicaellae.*

30. FIRMI] *Hoc nomen et sequentia, n. 31-40, ignota sunt. Cf. supra, ad n. 5.*

37. DOMNICAELLAE] *Nudum nomen. Cf. n. 29: Domni.*

38. CLEMENTINI] *Nov. 14, n. 7.*

42. IN ALEXANDRIA] *In monumentis historicis et liturgicis summa sententiarum constantia constituitur festum S. Menae*[6] *ad diem 11 nov. Audiatur Chronicon pascale ad an. 295: ἀθὺρ ιε', πρὸ γ' ἰδῶν νοεμβρίων*[7]. *In eandem diem festum indicunt synaxaria graeca*[8]. *Sacramentarium Gregorianum:* III idus novembres id est XI die mensis novembris natale sancti Mennae[9]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* III idus novembres natale sancti Mennae[10]. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum:*

XI. NAT(ALE) S(ANCTORVM) MENNE ET MARTINI[11]

*S. Menas praecipuus erat patronus Libyae, ubi exstabat celeberrimum eius sanctuarium, neque minori honore Alexandriae celebrabatur. Haec Sophronius in libro Miraculorum SS. Cyri et Iohannis: Τὸ Μηνᾶ τοῦ μάρτυρος τέμενος, καὶ τὸ πρὸ τοῦ τεμένους δωμάτιον, πάσης Λιβύης καθέστηκε φρύαγμα, ἧς οἰκήτωρ ὁ ἅγιος καὶ φύλαξ, καὶ πρὸ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίας ἐτύγχανεν καὶ μετὰ ταύτην γνωρίζεται, καὶ ἄξιον ὄντως εὐκλείας τὸ κτῆμα καὶ φρυ-*

[1] *Gesta inter Liberium et Felicem episcopos*, ap. GUENTHER, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum*, p. 2. — [2] *BHL*. 5610-5666. — [3] *Anal. Boll.*, t. VII, p. 265-320; t. XXXVIII, p. 5-136. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 217. — [5] DELEHAYE, *Sanctus*, p. 59-64. — [6] *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 117-46. — [7] DINDORF, t. I, p. 512. — [8] *Synax. Eccl. CP.*, p. 211. — [9] WILSON, p. 108. — [10] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 202. — [11] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339.

άγματος

*ἀγματος μείζονος· δι' αὐτοῦ γὰρ ὅ τε Μαρεώτης καὶ ἡ Λιβύη πᾶσα μέχρι τῆς τήμερον ἕστηκεν, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, Ἀλεξάνδρεια ἡ μεγάλη καὶ λαμπρὰ καὶ φιλόχριστος* [1]. *Epiphanius monachus testatur ad suam usque aetatem in Mareotide corpus S. Menae servatum fuisse: καὶ πρὸς δύσιν τῆς Ἀλεξανδρείας, ὡς ἀπὸ μιλίων ἐννέα, κεῖται ὁ ἅγιος Μηνᾶς* [2]. *Rudera huius basilicae aediumque cum ea coniunctarum non ita pridem ad lucem eruta sunt* [3]. *Fuit locus iste peregrinorum frequentia celebratus, qui illuc ex omnibus orbis partibus confluebant, et inde notissimas illas S. Menae ampullas seu εὐλογίας in omnes terras et ecclesias secum asportarunt* [4]. *Extra Aegyptum S. Menae cultus latissime permeavit. In Palaestina quoddam μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ab Eudocia imperatrice conditum fuit* [5]. *In Africa de eius reliquiis testimonia exstant in titulis compluribus* [6]. *Romae in via Ostiensi, dedicata fuit ecclesia S. Menae, in qua S. Gregorius homiliam XXXV in Evangelia habuit* [7]. *Neque eum ignoravit Dalmatia* [8]. *Notissimum fuit Constantinopoli μαρτυρεῖον πλησίον τῆς Ἀκροπόλεως* [9]. *De eius laudibus in nulla christiani orbis lingua hagiographi finem dicendi unquam fecerunt. Praeter historicum Romani melodi carmen* [10], *S. Menae Passiones exstant graece, latine, arabice, armenice, coptice, aethiopice, hiberice, syriace* [11]. *Miracula S. Menae concinnata sunt sermone graeco, coptico, armenio, nubico* [12]. *In tanta segete litterarum exilis est historiae fructus. Passiones communiter S. Menam Cotyae in Phrygia martyrium fecisse affirmant* [13]. *In quo id verum esse potest S. Menam ibi praecipuo cultu celebratum fuisse. Haec hagiographis ansa fuit coniciendi illam urbem olim sancti martyris palaestram fuisse. Ad diem 10 dec. commemoratur a Graecis martyrum trias, de quibus exstat Passio τῶν ἁγίων μαρτύρων Μηνᾶ, Ἑρμογένους καὶ Εὐγράφου* [14]. *Nostra quidem sententia ficticius est hic coetus* [15], *cuius antesignanus Menas non alius est ab hodierno S. Mena* [16]. *Inventas reliquias τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μηνᾶ τοῦ καλλικελάδου recolunt Graeci ad diem 17 feb.* [17]. *Qui Menas certe idem atque hodiernus est* [18]. *Nostri libri S. Menam cum Alexandria coniungunt, etsi ab urbe ad Mareotidem longum iter interiectum est. Haud aliter* R o m a e *celebrari dicuntur martyres quorum basilica in agro Romano satis procul ab Urbe posita est.*

**in Alexandria metropoli Minatis.**

*47.* IN GALLIIS] *Supra, n. 13.*

*58.* IN LUGDUNO] V e r a n u s *unus erat e filiis S. Eucherii, neque Lugdunensis sed Venciensis episcopus fuit. Quod Bollandi nostri eruditionem non fugerat* [19]. *Veranus cum Ceretio, Gratianopolitano episcopo, et Salonio, Gebennensi episcopo fratre ad Leonem papam litteras dedit* [20]. *Eius mentio occurrit semel atque iterum in epistulis ad Galliae episcopos Hilari papae (461-468)* [21]. *Idem cum fratre Salonio in catalogo episcoporum Lugdunensium male insertus est post nomen Eucherii, eorum patris* [22]. *Fuere qui ex hodierno elogio concluderent* V e r a n u m *Lugduni sepultum fuisse* [23].

**in Lugduno depositio Verani episcopi.**

[1] *BHG*². 478, c. 46. — [2] DRESSEL, *Epiphanii monachi et presbyteri edita et inedita*, p. 6.— [3] K. M. KAUFMANN, *Die Menasstadt und das Nationalheiligtum der altchristlichen Aegypter.* Leipzig, 1910; *Der Menas-Tempel und die Heiligtümer von Karm Abu Mina*, Frankfurt, 1909. — [4] ID., *Ikonographie der Menas-Ampullen*, Cairo, 1910. — [5] *Vita Euthymii* (*BHG*². 648), *Analecta Graeca*, p. 64. — [6] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 246, 274, 297. — [7] *P.L.*, t. LXXVI, p. 1259. — [8] *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 405. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 214. — [10] KRUMBACHER, *Miscellen zu Romanos* (München, 1907), p. 1. — [11] *BHG*². 1250-1254; *BHL.* 5921-5923; *BHO.* 745-747; E. W. BUDGE, *Texts relating to Saint Mena of Egypt* (London, 1909), pp. 1-13; 59-75. — [12] *BHG*². 1256-1269; *BHO.* 748-750.; cf. *Anal. Boll.*, t. XLIII, p. 46-49. — [13] *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 125-27.— [14] *BHG*². 1270-1271.— [15] *Synax. Eccl. CP.*, p.293.— [16] *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 138-45.— [17] *Synax. Eccl. CP.*, p. 470.— [18] *Anal. Boll.*, t. c., p. 142-44.— [19] *Act. SS.*, Feb. t. I, p. 360. — [20] *P.L.*, t. LIV, p. 887. — [21] JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta pontif. Rom.*, 557, 562. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 294.— [22] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II² p. 161. — [23] COVILLE, *Recherches sur l'histoire de Lyon du V*ᵉ *au IX*ᵉ *siècle*, p. 245.

# PRID. ID. NOV.

**I** | **II**

**In Africa**

**Eutici. in Cesarea Cappadociae** |
**Antonini**

**Maurili Pupli**

| **in Cesarea Cappadocie**

**Germani Theofili. et Cessari Eusebi [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) castro huvizunburg mil. uno via montana dedicatio oratorii sanctae + et sanctae mariae virginis an. DCCCIII $W^{2}$.

*Var. lect. codd* (I) E ; (II) BW. — 2. āff E ; *add.* nāt scōrum W | 5. cēs E | 6. cāp E | 8. mauroli B ; mauruli W | 9. pobli $B^{1}$ ; publi $B^{2}$W ; *add.* et W | 11. cesār B ; cesaria W | 12. cap̄p̄d W ; *add.* n̄t scōrum W | 14. tiofili B ; thiofili W | 15. *om.* W | 16. cesarii B ; caesari W ; *add.* et sc̄i BW | 17. eusebii B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica Maruli Publi. — MON. : In Africa natalis sanctorum Maurili Publi Cesarea Germani. — RICH. : In Africa Maurili Publii et in Caesarea Capadociae Germani et Theophili item in Caesarea sancti Eusebii alibi Purcharti confessoris.

## NOV. 12

*1.* IN AFRICA] *Martyres Afros hodie nullos reperimus. Indicium in Africa videtur huc male appulsum e laterculo diei 11 nov., ubi, suppressa geographica notatione, recensentur martyres quos Africa iure sibi vindicat. Quae hodie primo loco (n. 1-7) nuntiantur, anticipata sunt e die 13, n. 1-8.*

*3.* EUTICI] *Nov. 31, n. 3, 12.*

*5.* IN CESAREA] *Infra, n. 11, 16. Perperam, ut solet, pro Palaestinae scripsit martyrologus Cappadociae. Etenim Antoninus (n. 7) et Germanus (n. 13) martyres Palaestinenses sunt, quorum natalis agitur postridie, n. 20-26.*

*7.* ANTONINI] *Nov. 13, n. 23. Martyr Caesareae in Palaestina.*

*8.* MAURILI] *Baronius in Romano martyrologio, non quidem nomina Maurili, Pupli inscripsit, sed Aureli, Publi, id est episcoporum Asianorum qui epistulae Serapionis Antiochensis subscripserunt : Αὐρήλιος Κυρίνιος et Αἴλιος Πούπλιος Ἰούλιος, ut est apud Eusebium [1], eosque in Asia passos asseruit. Elegans certe coniectura, utinam et certa.*

*11.* CESAREA] *Supra, n. 5.*

*13.* GERMANI] *Nov. 13, n. 25. Martyr Caesareae in Palaestina. Cf. n. 14.*

*14.* THEOFILI] *Martyr Caesareae in Cappadocia, qui una cum Germano in breviario Syriaco et in nostris libris nuntiatus est ad diem 3 nov. Ab interpolatore revocatur hodie propter Germanum Palaestinensem (n. 13), in Cappadocia male collocatus (supra, ad n. 5).*

*16.* CESSARI] *Id est Caesarea, supra, n. 5, 11.*

*17.* EUSEBI] *Tribus continuis diebus 6, 7, 8 nov. Eusebius Nicomediensis nuntiatus est. Sitne idem ille an homonymus, incertum.*

EXCERPTA] *Cod. Rich.: Purcharti. Burchardi, episcopi Wirziburgensis Acta edita sunt [2].*

[1] *Hist. eccl.*, V, 19, 3. — [2] *BHL.* 1483-1485.

# ID. NOV.

| I | II |
|---|---|
| In Affrica Eutici. et in Cessarea Cappadociae Antonini. | |

**in Tracia Edisti Euthicis Felicis**

| **Euticis item Felicis**

**Hermoginis et Egisti**

| **in Cesarea Cappadociae Antonini**

**Zebennae Germani Mannicae Andrani cum sociis suis. Ravenna civitate Valentini Solutoris**

| **Victoris.**

**in Galliis civitate Rotenus depositio sancti Amandi episcopi. in Turonis civitate Galliae depositio sancti Brictionis episcopi et confessoris. et alibi depositio sancti Iacobi.**

*Var. lect. codd.* (I) E) (II) BW. — 2. ãff E | 6. ceſs E | 7. capõd E | 10. *add.* nł scõrū W | 11. edicti BW | 12. tecis E ; eũthecis W | 17. hermogenis BW | 18. *om.* E | 19. *om.* E¹ ; *add.* E² ; agesti B ; aggesti W ; *add.* et W | 21. cesaria W | 22. cappđ W ; *add.* ñt scõrum W | 23. antoni W | 24. gebenne W | 26. ma... W ; *add.* et BW | 27. adriani BW | 29. socis E | 31. ravẽn E | 32. *add.* nł scõrum W | 34. solitoris B | 35. *add.* et W | 36. *om.* EW | 37. gałł E ; *om.* BW | 38-39. rotenus civit W | 39. roteñ B ; *add.* in gałł W | 41. *om.* E | 42. amanti BW | 43. *add.* et coñf BW | 44. *om.* E | 45. toronis B | 46-47. *om.* E | 47. gałł BW | 49. *om.* EW | 50. briccioni B ; bricionis W | 52-53. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Eutici et in Cesaria Capodochie Antoninae et depositio sancti Amanti et Bricti episcopi. — Mon. : In Gallis civitate Turonis depositio sancti Briccionis episcopi et confessoris Romae Felicis papae et Amati episcopi. — Rich. : In Africa Euticii et in Caesarea Capadociae Felicis Turonis Brictii confessoris Rome Felicis presbyteri Rodonis depositio sancti Amanti episcopi.

## NOV. 13

*1.* IN AFFRICA] *E martyribus quos Africa sibi vindicare possit, unus hic obvius est* V a l e n t i n u s, *n. 33, certissime non* E u t i c i u s.

*3.* EUTICI] *Infra, n. 12, 14; nov. 12, n. 3. Vide quae annotata sunt ad n. 10.*

*6.* IN CESSAREA] *Infra, n. 21.*

*8.* ANTONINI] *Infra, n. 23.*

*10.* IN TRACIA] *Breviarium Syriacum: ἐν Περίνθῳ καὶ Ἡδίσιτος ὁ πρεσβύτερος. Itaque ante Ἡδίσιτος nominatus erat alius martyr, qui hodie iam non comparet. Iamvero Perinthi Thraciae notus erat martyr Εὐτύχης, cuius festum agitur die 29 septembris. Haud temere conieceris in elogio interciso breviarii Syriaci supplendum esse nomen* E u t i c e s, *qui hodie in nostris codicibus ter nominatur (n. 3, 12, 14) et iam pridie praecucurrerat, n. 3.*

**in Thracia Edisti <et> Euticis.**

*13.* FELICIS] *Infra, n. 16; nov. 11, n. 3.*

*17.* HERMOGINIS] *Solo nomine notus. Die 18 april., n. 8, et 3 maii, n. 33, memoratur* H e r m o g e n e s *martyr Melitenae.*

*19.* EGISTI] *Supra, n. 11:* E d i s t i.

*21.* IN CESAREA] *Sine ulla dubitatione nomen* C a p p a d o c i a e *adventicium est et intellegenda Caesarea* P a l e s t i n a e, *cum martyres hodie annuntientur nobis exploratissime noti ex Eusebio, qui diem quoque eorundem emortualem expresse notavit* [1]: *Τούτων ὁ μὲν πρεσβύτερος ἦν Ἀντωνῖνος ὄνομα, ὁ δὲ Ζεβινᾶς ἐκαλεῖτο, τῆς Ἐλευθεροπολιτῶν ὁρμώμενος, Γερμανὸς δὲ καὶ τῷ τρίτῳ ἦν ἡ προσηγορία· Δίου μηνὸς τρισκαιδεκάτῃ, εἴδοις Νοεμβρίαις, καὶ τὰ κατὰ τούτους ἐπράχθη· γίνεται δ' αὐτοῖς συναπόδημος ἐπ' αὐτῆς ἡμέρας Ἐνναθᾶς, τῶν ἀπὸ Σκυθοπόλεώς τις γυνή, παρθενίας στέμματι καὶ αὐτὴ κεκοσμημένη. Alias virginis nomen legitur: Μαναθᾶς* [2], *Μανεθώ* [3], *quod propius abest a littera codicum:* M a n n i c a e, *n. 26.*

**in Caesarea Antonini, Zebennae, Germani, Mannicae.**

*27.* ANDRANI] *Al.* A d r i a n i. *Martyris* A d r i a n i, *cuius passio incidat in hunc diem, nulla superest memoria. Nihilo tamen setius haec forma praeferenda videtur. Forsitan interpolatori cuidam causa nescio qua fuit hodie commemorandi alium Caesariensem martyrem, Adrianum illum qui una cum Eubulo comprehensus fuit et die*

[1] *Mart. Palaest.*, IX, 5. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 222. — [3] B. Violet, *Die palästinischen Märtyrer des Eusebius*, pp. 68, 142-44.

*5 martii morti addictus. Genuinum hoc certamen narravit et Eusebius* [1], *qui tamen alios socios his martyribus adiunctos non refert. Itaque videndum est num fortasse formula: cum sociis suis (n. 28-30) otiose addita sit.*

*31.* RAVENNA] *Valentinum, n. 33, non esse Ravennatem martyrem iam die 11 nov., ad n. 4, notavimus. Neque ex aliis sanctis qui hodie nominantur ullus est quem Ravenna sibi asciscere possit.*

*33.* VALENTINI] *In kalendario Carthaginiensi:* Idus sancti Valentini. *Casu quodam factum est ut in nostris codicibus anticipatum esset ad diem 11 novembris Valentini nomen et cum indicio loci Ravenna coniungeretur. Eius urbis nomen cum nomine Valentini ita concrevit ut, ubicumque deinceps occurrit Valentinus, recinatur illud: Ravennae Valentini.*

**<in Africa> Valentini.**

*34.* SOLUTORIS] *Hodie cum Valentini coniunctum est Solutoris. Die autem 11 nov., n. 4, 6, idem Valentinus coniunctus erat cum Octavi. Unde perspicere nobis visi sumus tria illa nomina: Valentini, Octavi, Solutoris, alterutro loco coniuncta fuisse. Aliunde enim novimus Octavium et Solutorem una martyrium fecisse. Vide ad diem 20 nov., n. 41, 42.*

*35.* VICTORIS] *Ignotus.*

*37.* IN GALLIIS] *Amandi, sive mavis Amantii, episcopi Ruteni, commemoratio iam nuntiata fuit die 1 nov. Nostra aetate sollemnitas huius sancti in diem 4 nov. celebrari solet* [2].

**in Galliis civitate Rotenus depositio sancti Amandi episcopi.**

*45.* IN TURONIS] *Brictionis (qui et Briccius, Bricius nuncupatur), S. Martini discipuli, cui in cathedra successit, gesta narrant Sulpicius Severus* [3] *et Gregorius Turonensis* [4].

**in Turonis civitate Galliae depositio sancti Brictionis episcopi et confessoris.**

*58.* IACOBI] *Apostolum hunc esse, eiusque reliquiarum translationem hodie memorari, coniectura est quae nulla ratione suadetur* [5].

[1] *Mart. Palaest.*, XI, 29-30. — [2] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 274.— [3] *BHL.* 1451. — [4] *BHL.* 1452. — [5] FIORENTINI, *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 967.

# XVIII KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|

**In Eraclea civitate Traciae natale sancti Clementini Theodoti Filomeri et aliorum multorum quorum nomina Deus scit.**

| **et Eracli in ipso die.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. eracla E ; heraclea W | 3-6. *om.* E | 4. tracia B | 7. *add.* et E | 8. theodotae W | 9. filomini B ; filommi W | 10-16. *om.* E | 15. ds BW | 20-21. ipsodiae W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Araclea nat. Clementini et Theodotii.— MON. : In Eraclea civitate Traciae natalis sanctorum Clementini Theodoti et aliorum IIII. — RICH. : In Eraclia Clementini Theodoti Filomini Eracli Varici Marcialis Donati.

## NOV. 14

*1.* IN ERACLEA] *Breviarium Syriacum: ἐν αὐτῇ τῇ πόλει [Περίνθῳ] Θεόδοτος καὶ Δημήτριος οἱ πρεσβύτεροι οἱ μάρτυρες. Unus ex hodierno laterculo cum Heraclea-Perintho connectitur Theodoti (n. 8), qui postridie Demetrio (n. 23) sociatus recurrit, dempto tamen loci indicio. Hic advocandus est, et ad normam breviarii Syriaci integranda memoriola:*

**in Eraclea civitate Traciae Theodoti <et> Demetrii.**

*7.* CLEMENTINI] *Iam repertum est die 11 nov., n. 38, nomen Clementini, cum aliis quae Africanorum esse conicimus.*

*9.* FILOMERI] *Al. Filomini. Nudum nomen.*

*18.* ERACLI] *Supra, n. 2: Eracla.*

EXCERPTA] *Cod. Rich.: Varici, Marcialis, Donati = nov. 15, n. 5, 7, 27.*

# XVII KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|

**In Africa Secundini Fidentiani Varici et Marcialis. in Africa civitate Ippone Regio sanctorum Sididini Saturnini Servi Kalendionis Galani**

**| Primi Geni**

**Secundi Theodoti Demetri Parentis Stratori. Antiochia Donati Restituti Valeriani Fructuosae**

**Matronae |**

**et aliorum**

**XIII [34]. | XII [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) firmi depositio sancti machuti episcopi C.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 2. āff E ; *add.* nāt scōrum W | 3. secundi BW | 5. varicii B | 8. *om.* W | 9. āff E ; africae W | 11-12. *om.* W | 11. ippōn E ; yppone B | 12. *add.* nāl W | 12-13. *om.* E | 14. siddini BW | 15. satñini B | 17. calendionis BW | 18. galari E ; gelani W | 23. demigri E | 25. satorę B ; satore W ; *add.* et in W | 26. antioč E ; anthiocia W ; *add.* nł scōrum W | 29. *add.* et W | 30. fructuose B | 32-33. cum aliis BW | 33. *add.* numero W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Nat. Secundi Fidentiani Varici et Marci. — Mon. : In Antiochia natalis sanctorum Donati Restituti Valeriani cum aliis numero XII. — Rich. : In Africa Secundi Fidentiani et Martialis Yppone Regio sanctorum Siddini Saturnini Servii Calendionis Gallani Secundi (et Fridolini *uncis inclusa manu secunda*).

## NOV. 15

*1.* in africa] *Infra, n. 3. S e c u n d i n u s martyr Africanus non est.*

*3.* secundini] *Infra, n. 21: S e c u n d i; nov. 16, n. 18, 48: S e c u n d i a n i; n. 56: S e c u n d i n a e. Breviarium Syriacum :* ἐν Ἀντιοχείᾳ Σεκοῦνδος καὶ Ὀρόντιος οἱ μάρτυρες ἐκ τῶν ἀρχαίων. *Indicium loci: A n t i o c h i a, legitur infra, n. 26. Deest nomen O r o n t i u s. Legamus igitur :*

**in Antiochia Secundi.**

*4.* fidentiani] *Nov. 16, n. 13: V i d e n t i a n i. Infra, ad n. 9.*

*5.* varici] *Nov. 16, n. 26: B a r i c i.*

*7.* marcialis] *Nov. 16, n. 14.*

*9.* in africa] *Africani isti XX m a r t y r e s sunt Hipponienses quos ex S. Augustino novimus :* Florentius Hipponiensis noster... ad Viginti martyres quorum memoria est apud nos celeberrima, clara voce ut vestiretur oravit [1]. *S. Augustini sermo 148 dictus est* ad sanctos martyres Viginti [2]; *sermo 325* in natale Viginti martyrum [3]; *item satis probabiliter sermo 326* [4]. *In sermone 325 tres martyres nominatim memorantur : Valeriana, Victoria et Fidentius episcopus* [5]. *Siletur quidem de die commemorationis, sed sollemnitas certe in hiemem incidebat :* Haec charitati vestrae pro exhortatione in hoc sancto loco sufficiant ; quoniam dies parvi sunt [6]. *XX martyrum quoque mentio est in sermone de S. Eulalia* [7]. *In hodierno laterculo agnoscimus Fidentium episcopum, hic F i d e n t i a n i (n. 4), et Valerianam, hic V a l e r i a n i (n. 29). Desideratur quidem nomen V i c t o r i a e. Sed videtur in crastino laterculo olim locum habuisse, etsi nunc, incerta de causa, istic iam non comparet. Et re quidem vera, in parte eiusdem laterculi, quae iterata fuit ad diem 8 maii (cf. nov. 16, ad n. 7) adest V i c t o r i a (n. 29). Alia nomina certo africanam originem produnt, v. g. V a r i c i (n. 5), S i d i d i n i (n. 14), S a t u r n i n i (n. 15). Utrum autem pertineant ad coetum XX martyrum necne non satis constat. Crebro enim accidit ut in nostris laterculis nomina martyrum Africanorum admisceantur satis incerto iure.*

**in Africa civitate Ippone Regio sanctorum Fidentiani, Valerianae...**

*14.* sididini] *Alias et veri quidem similius S i d d i n i. Cf. maii 8, n. 77.*

*15.* saturnini] *Nomen frequenter usitatum in Africa.*

*16.* servi] *Martyr ignotus.*

*17.* kalendionis] *Idem nomen nobis iam occurrit die 31 octobris, n. 68, coniunctum cum N i c o m e d i a, et rursus die 31 decembris, n. 64, in compagine parum firma. Hodie et die 1 dec., n. 19, comparet in vicinia certe Africana. Mentiones quae diebus 17 nov., n. 67, 20 nov., n. 26, 21 nov., n. 16, leguntur, ex hodierna iteratae sunt.*

[1] *De civitate Dei,* XXII, 8. — [2] *P.L.,* t. XXXVIII, p. 799. — [3] Ibid., p. 1447. — [4] Ibid., p. 1449. — [5] N. 1, ibid., p. 1448. — [6] N. 2, ibid., p. 1449.— [7] G. Morin, in *Miscellanea Agostiniana,* t. 1, p. 595.

*Ex*

*Ex titulo Thebestino satis probabiliter constat in Africa fuisse martyrem* K a l e n d i o n e m [1]:

NOMEN MARTVRIS
CALENDIONIS
AIVTES QVI BOTVM
CONPLEBERVNT
☧

*18.* GALANI] *Al.* G a l a r i, G e l a n i. *Ignotus est.*

*19.* PRIMI] *Quis ille sit, ignoramus. Idem dicendum de* G e n i *et de* P r i m i g e n i, *quod ex utroque coalescit.*

*21.* SECUNDI] *Supra, n. 3:* S e c u n d i n i.

*22.* THEODOTI] *Ambo nomina martyrum, n. 22, 23, eadem sunt quae heri cum* H e r a c l e a *coniuncta repperimus, et in breviario Syriaco cum Perintho, quod in idem recidit. Ne* P e r i n t h u s *quidem in hodierno laterculo abest. Latet enim in glossemate* P a r e n t i s, *n. 24. Itaque scribendum:*

**Perinthi Theodoti <et> Demetrii.**

*25.* STRATORI] *Al.* S a t o r a e. *Non notus est.*

*26.* ANTIOCHIA] *Hoc indicium loci ponendum est ante* S e c u n d i, *n. 21, vel* S e c u n d i n i, *n. 3.*

*27.* DONATI] *Nov. 16, n. 15.*

*28.* RESTITUTI] *Solo nomine notus.*

*29.* VALERIANI] *Nov. 16, n. 16, 38. Scribendum:* V a l e r i a n a e. *Una est e turba XX martyrum Hipponiensium. Vide supra, ad n. 9.*

*30.* FRUCTUOSAE] *Nov. 16, n. 64.*

*31.* MATRONAE] *Nov. 16, n. 65; 17, n. 17.*

ADDITAMENTA] M a c h u t i *seu* M a c l o v i i, *episcopi Aletensis, Acta edita sunt* [2].

**Depositio sancti Machuti episcopi.**

[1] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, 255. — [2] *BHL.* 5116-5123.

---

# XVI KAL. DEC.

**I** | **II**

**[a] In Capua Agustini et Felicitatis**

**in Africa**

**Vitalis Ianuari Iustae. et alibi Videntiani Marcialis Donati Valeriani Poetiani Secundiani**

**Rufiani Marci Valeri Victoris Pauli Honorati Donati Barici Vitalis item Ianuari Iusti.**

**et alibi natale sanctorum Fidenciani Marcialis Donati Valeriani Foetiani.**

**item alio loco in Africa Neri Pauli Adriani Secundiani Marcialis Victoris**

**Victuri**

**Antigonae Aureliani Marcelli Marinae Secundinae Frontoni. in Antiochia Agustini Iustae Auricae Pontiae Fructuosae Matronae Fructae Vincentiae Marcialis Picimariae Festae Formatae Felicitatis. et in Capua Vitalis Ianuari Iustae Iusti Agustini.**

**item Iusti.**

**Lugduno Galliae Eucheri episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) frumuald $E^2$ *in margine.* — b) et vigilia sancti aniani (et eodem die dedicatio ecclesiae maioris beati petri apostoli mettinš infra episcopio $B^2$) B.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW.— 7. āff E ; *add.* ntł scōrum W | 19. rufiani $B^1$ ; rufiniani $B^2$W | 29. ianuarii B | 30. iustę B | 31-39. *om.* B | 41-43. *om.* E | 44. āff E ; *add.* ntł scōrum W | 45. nerei B | 49. *om.* W | 50. victori W | 51. *om.* W | 52. anteconi BW | 53. aurelia W | 55. *add.* frontini W | 56. secundini BW | 57. *om.* W | 59. antioc̄ E | 67. vin////-centię B | 68-69. marci arispici marię B ; marci arispici mariae W | 70. fisti $B^1$ ; fiste $B^2$ ; fistae W | 71. furtunatę B ; furtunate W | 75. *add.* natł scōrum W | 77. ianuarii B | 78. *om.* B | 80. agustiani W | 81-82. *om.* W | 83. lugdū E | 84. *om.* E ; gałł BW ; *add.* dep̄ sc̄i W | 85. cessari E ; euceri W | 86. *add.* et coñf B.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Capua nat. Agusti et in Affrica Vitalis Ianuarii et Lugduno Gallis depositio sancti Euciri episcopi. — MON.: In Capua civitate Campaniae natalis sanctorum Augustini episcopi et Felicitatis et aliorum IIII. — RICH.: In Capua Augustini et Felicitatis in Africa Vitalis Ianuarii et Iusti Rufiani Marci alibi Augustini Lugduno Eucherii et Otmari confes.

## NOV. 16

1. IN CAPUA] *Martyres Capuani sunt* A u g u s t i n u s *et* F e l i c i t a s (*etiam infra, n. 75, 60, 72*), *de quibus haec habentur in Chronico anni 395:* Seculare et Donato consulibus [260] Christiani quarto persecutionem passi sunt a Decio imperatore auctore malorum. Hac persecutione Cyprianus hortatus est per epistolas suas Augustinum et Felicitatem, qui passi sunt apud civitatem Capuensem, metropolim Campaniae [1]. *Epistulae illae Cypriani desiderantur. Errorem esse in anno demonstravit Rossius* [2]. *A u g u s t i n i effigies cernebatur in utroque musivo basilicae Sancti Priscae Capuanae, F e l i c i t a t i s vero in sola abside* [3]. *Errasse dicendi sunt qui, cum R. Garrucci* [4], *Romanam Felicitatem hanc esse crediderunt, eo magis quod cum Campanis martyribus add extram non cum Romanis ad sinistram aspicientis depicta fuit. Kalendarium ecclesiae Sancti Benedicti Capuae, ad diem 16 nov.:* Sancti Augustini episcopi et Felicitatis eius matris martyrum solemne [5]. *Kalendarium monasterii Sanctae Sophiae Beneventani, ad diem 15 nov.:* Natale sancti Augustini Capuani episcopi et sanctae Felicitatis matris eius, quorum corpora hic habentur [6]. *Ad haec Michael Monachus: « Beneventum corpora translata fuisse credam ab Arichio principe; ille namque princeps, ut habet Chronicon Cass(inense), sancta corpora ex diversis Italiae partibus per tempora diversa adeptus, ibidem, id est ad ecclesiam S. Sophiae, nihilominus attulit, et per diversa altaria in circuitu maioris altaris, satis reverenter locavit* [7]. *» S. Augustinum episcopum Capuanum fuisse negandum quidem non est; nullo tamen antiquo testimonio asseritur* [8]. *Vetus coemeterium Sancti Augustini extra muros Capuae ab Augustino martyre non ab episcopo Hipponiensi, ut labentibus annis credi coeptum est, nuncupabatur* [9].

**in Capua Agustini et Felicitatis.**

3. AGUSTINI] *Infra, n. 60, 80.*

5. FELICITATIS] *Infra, n. 72.*

7. IN AFRICA] *Nomina quae subsequuntur pleraque, si martyres Capuanos et Antiochenos exceperis, ad Africam pertinere dubium non est. Sunt quae bis vel ter repetantur. Quam ob causam pars hodierni laterculi ad diem 24 feb., alia vero ad 8 maii translata sit, ignoratur.*

8. VITAL'S] *Infra, n. 27, 76:* i n C a p u a, *perperam. Maii 8, n. 92.*

9. IANUARI] *Infra, n. 29, 77; maii 8, n. 67; feb. 24, n. 47.*

10. IUSTAE] *Infra, n. 61, 78; n. 30, 79 et 82:* I u s t i.

13. VIDENTIANI] *Infra, n. 35:* F i d e n c i a n i; *nov. 15, n. 4.*

14. MARCIALIS] *Infra, n. 36, 49; maii 8, n. 47.*

15. DONATI] *Infra, n. 25, 37; nov. 15, n. 27; maii 8, n. 34:* D o n a t a e.

16. VALERIANI] *Infra, n. 38* (*n. 21:* V a l e r i); *nov. 15, n. 29. Legendum esse* V a l e r i a n a e, *ibidem ostensum est.*

17. POETIANI] *Infra, n. 39. Legendumne:* P o n t i a n i? *Cf. n. 63:* P o n t i a e.

18. SECUNDIANI] *Infra, n. 48; n. 56:* S e c u n d i n a e; *nov. 15, n. 3:* S e c u n d i n i, *al.* S e c u n d a e; *maii 8, n. 54:* S e c u n d a e; *n. 61:* S e c u n d i l a e.

19. RUFIANI] *Al.* R u f i n i a n i. *Feb. 24, n. 71; maii 8, n. 102:* R u f i.

20. MARCI] *Maii 8, n. 16:* M a r c i a e.

21. VALERI] *Supra, n. 16:* V a l e r i a n i.

22. VICTORIS] *Infra, n. 50, 51; nov. 17, n. 23; maii 8, n. 2 et passim; feb. 24, n. 68.*

23. PAULI] *Infra, n. 46.*

24. HONORATI] *Feb. 24, n. 62.*

25. DONATI] *Supra, n. 15.*

26. BARICI] *Nov. 15, n. 5; maii 8, n. 76:* B a r r a c i.

27. VITALIS] *Supra, n. 8.*

29. IANUARI] *Supra, n. 9.*

30. IUSTI] *Supra, n. 10:* I u s t a e.

35. FIDENCIANI] *N. 35-39, supra, n. 13-17.*

45. NERI] *Al.* N e r e i. *Maii 8, n. 50:* N i g r i?

46. PAULI] *Supra, n. 23.*

47. ADRIANI] *Cf. nov. 13, n. 27.*

48. SECUNDIANI] *Supra, n. 18.*

49. MARCIALIS] *Supra, n. 14.*

50. VICTORIS] *Supra, n. 22.*

52. ANTIGONAE] *Al.* A n t e c o n i, *maii 8, n. 107:* A n t i q u a e.

53. AURELIANI] *Al.* A u r e l i a. *Feb. 24, n. 73.*

54. MARCELLI] *Nudum nomen.*

55. MARINAE] *Legendum crediderim* M a r i n i, *ut maii 8, n. 25, ita ut trium* i n A n t i o c h i a (*n. 59*) *martyrum* (*n. 55-57*) *habeatur commemoratio. Marinus enim et Fronto in homilia pseudo-Eusebii inter martyres Antiochenos computantur* [10]. *Secundianus autem seu Secundus* (*supra, n. 18*) *heri* (*n. 3*) *in Antiochia memorabatur.*

**in Antiochia Marini, Secundini, Frontoni.**

60. AGUSTINI] *Supra, n. 3; maii 8, n. 99.*

61. IUSTAE] *Supra, n. 10.*

62. AURICAE] *Lectio parum tuta.*

63. PONTIAE] *Cf. supra, n. 17:* P o e t i a n i.

64. FRUCTUOSAE] *Nov. 15, n. 30. Infra, n. 66:* F r u c t a e.

65. MATRONAE] *Nov. 15, n. 31; 17, n. 17; maii 8, n. 98.*

66. FRUCTAE] *Cf. n. 64:* F r u c t u o s a e.

67. VINCENTIAE] *Nudum nomen.*

[1] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 738. — [2] *Bullettino*, 1884-1885, p. 114-22. — [3] GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV. tav. 254. 255. — [4] T. c., p. 64. — [5] Ap. DE ROSSI, t. c., p. 114. — [6] MICHAEL MONACHUS, *Sanctuarium Capuanum*, p. 135. — [7] Ibid. — [8] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 200-201. — [9] DE ROSSI, t. c., p. 121-22.— [10] *BHO*. 700.

68. MARCIALIS] *Supra, n. 14.*

69. PICIMARIAE] *Lectio corrupta. Disiungendum nomen* M a r i a e, *quod perspicue exprimitur die 24 feb., n. 69.*

70. FESTAE] *Nudum nomen.*

71. FORMATAE] *Al.* F u r t u n a t a e, *quae lectio probanda videtur. Feb. 24, n. 55.*

72. FELICITATIS] *Supra, n. 5; maii 8, n. 56:* F e l i c i a e.

75. IN CAPUA] *Supra, n. 1. Ad hanc civitatem soli referuntur* A g u s t i n u s *et* F e l i c i t a s, *n. 3, 5.*

76. VITALIS] *A n. 76 ad 82 omnia iterantur quae n. 3, 8-10, 27-30 iam scripta sunt.*

83. LUGDUNO] E u c h e r i i *episcopi*[1] *elogium breve texuit Gennadius*[2]. *Polemius Silvius Laterculum an. 448-9 dedicavit* Domino beatissimo Eucherio episcopo[3]. *Obiit anno 449*[4].

**Lugduno Galliae Eucherii episcopi.**

[1] TILLEMONT, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, t. XV, pp. 120-36; 848-57. — [2] *De viris illustribus*, c. LXIV. — [3] *C.I.L.* I², p. 254. — [4] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 163.

# XV KAL. DEC.

I | II

| **In Cappua civitate Campaniae sanctorum Agustini Eusarii et Felicitatis.**

**in Nicomedia Ammonis. et in Asia**

| **Filiae**

**Matronae et Teclae virginis. in Hierapoli Victoriae Albei et Romuli**

**Ammoni** |

**quorum gesta habentur. Romae transtibere Cecilii. in Nicomedia**

| **Ammoni. in Asia natale**

**sanctorum Diophidis Matronae Teclae**

| **virginis**

**et Didae. in Eraclia Gregoriae et Victoris. in Caesarea Theodotae Alfi Saccei Romani. Cartagine Africae Dubitati Tusci Valentini**

**et in Grati** |

**sancti Calendionis. in Galliis Aurelianis depositio sancti Aniani episcopi et confessoris.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. cappadociae W | 4. campanie B; *add.* nāt W | 11. nicōm E; nicomēd B; *add.* nāt sc̄i W | 12. ammoni BW | 13. *om.* BW | 15. assia E; *add.* nātl. scōrum W | 17. matrone B | 18. *om.* BW | 19. tecle EB | 21. *om.* E; *add.* cur̄ W | 22. hierapuli W *add.* nāt scōrum W | 23. victoris et BW | 24. alfei B; alfi W | 26. romole B; romolae W | 30. habent B | 31. rōm E; rome B | 32. transitae herabe E; trans tibere W; *add.* nāt sc̄i W | 33. cecili EW | 34. *om.* E | 35. nicōm E; nicomēd B; *add.* nāt scāe W | 36. ammonę W | 41. diobydis W | 45. *om.* E | 46. dide W; *add.* et W | 48. heraclea B; eraclea W; *add.* civit ntł scōrum W | 50. *om.* E | 53. cess E; cesarea B; cęsaria W; *add.* ntł scōrum W | 54. theodote W | 55. alfei BW | 56. zacchei B; zachei W | 58. kartāg E; cartaginae W | 59. āff E | 67. galendionis E | 69. gałł EBW | 70. auriliani E; aurilianis W | 71-73. *om.* E | 73. ananiani E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Nicomedia nat. Ammonis et in Asia Matronae et Teclae virginis et in Auriliana civitate Anniani episcopi. — MON.: Aurelianis natalis sancti Anniani episcopi confessoris Cappadocia Augustini. — RICH.: In Nicomedia Ammonis et in Asia Matronae et Teclae virginis in Eraclia Gregorii et Victoris Aureiianis Aniani confessoris.

## NOV. 17

1. IN CAPPUA] *Hodie iteratur elogium hesternum, n. 1, ubi in proprio loco erat:*

**in Capua civitate Campaniae sanctorum Agustini et Felicitatis.**

7. EUSARII] *Nomen ignotum.*

10. IN NICOMEDIA] *Breviarium Syriacum:* ἐν Νικομηδείᾳ Ἀμμώνιος καὶ Διόφιλος καὶ Ματρώνα ἡ μάρτυς. *Videntur* Ἀμμώνιος *et* Διόφιλος *in Nicomedia collocari. In nostris tamen codicibus solus* A m m o n *(n. 12, 36) martyr Nicomediensis dicitur (n. 11, 35); ceteri autem duo*

duo in Asia annuntiantur. Neque aliter se res habet ad diem 12 septembris, quo hodierni laterculi fragmentum praecucurrit (n. 19-24). Martyrologium ad normam Syriaci corrigere eo foret imprudentius, quod constat in breviario illo Syriaco locorum nomina haud raro intercidisse. Sit igitur:

**in Nicomedia Ammonis.**

15. IN ASIA] In breviario Syriaco Diophilum et Matronam coniunctos repperimus (n. 10). Abest tamen Tecla, quae ad diem 12 sept., n. 25, eosdem, ut hodie, comitatur. Neminem fugerit non uno loco, ubi occurrit Matrona, occurrere et Teclam, v. gr. ad dies 22 feb., 25 mart., 10 maii. Attamen has sanctas in passione socias fuisse minime constat. Eas igitur ultro sociavit librarius nescio quis. Itaque nos una nominandos non ducimus nisi Diophilum et Matronam, quos coniunxit Syrus. In hieronymianis, Diophilus scribitur alias Filiae (n. 16), alias Diophidis (n. 41).

**in Asia Diophili et Matronae.**

16. FILIAE] Infra, n. 41: Diophidis, Διόφιλος.

17. MATRONAE] Infra, n. 42. Cf. n. 15.

19. TECLAE] Infra, n. 43. Tecla hodierna quae sit, parum constat. Tecla comitante Matrona non raro incedit. Vide quae annotata sunt ad n. 15.

22. HIERAPOLI] Martyr qui Hierapolitanus habendus sit hodie non occurrit. De ipso urbis nomine non satis constat. Cum proxime sequatur Victoriae nomen, quaeri potest num fortassis Victoria haec sit una e XX martyribus, qui ad diem 15 novembris, n. 11, cum indicio Hippone Regio annuntiantur. Inter hos martyres fuit et Victoria, quam nostri codices ad diem 15 nov. non memorant, sed nominatim laudavit Augustinus in sermone de XX martyribus [1]. Itaque interrogari potest num fortassis Hierapoli hic pro Hippone regio subrepserit. At explicandum superest cur e XX martyribus sola Victoria, duobus post diebus, hic seorsim occurrat. Praeterea ipsum Victoriae nomen aliam quoque interpretationem habet de qua mox, ad n. 23, quae, si vera est, otiari dicendum est indicium loci Hierapoli.

23. VICTORIAE] Al. Victoris, etiam infra, n. 51. Pone Victoriam martyrem Hipponiensem non fuisse (n. 22). Quid si Cordubensis dicatur? Haec enim Cordubae cum Aciselo celebrata fuisse videtur postridie (cf. 18 nov., n. 14). Atqui in nostris codicibus ad hunc diem frustra quaeritur Victoria Cordubensis. Itaque fieri potuit ut uno ante die eius mentio aberraverit.

24. ALBEI] Infra, n. 55: Alfi, lege: Alphaei. Martyr est Caesariensis.

26. ROMULI] Infra, n. 57: Romani, recte scriptum.

27. AMMONI] Supra, n. 12.

29. GESTA] Clausula: quorum gesta habentur referri posse videtur, non certo tamen, ad martyres Caesarienses (n. 53).

31. ROMAE] Satis convenit inter auctores hoc elogium referendum esse ad titulum Sanctae Caeciliae Trans Tiberim. Inter alia etiam coniectatum est Cecilii (n. 33) conditoris tituli nomen esse [2]. Communiter tamen placuit pro Cecilii legere: Ceciliae [3]. At quae huius correctionis fuerit causa vel opportunitas, nemo satis perspicue explicavit. De his plenius ad diem 22 nov. Interea tamen codicum littera, cum sit luculenter expressa, retinenda est:

**Romae Transtibere Caecilii.**

35. IN NICOMEDIA] Quae supra, n. 10-20, legimus hic, n. 35-44, otiose iterantur.

46. DIDAE] Haec forma a Teclae descendere potuit:

Teclae,
Ticlae,
Diclae,
Didae.

Itaque valde probabiliter nomen proxime antecedens (n. 43) hic iteratum videtur.

48. IN ERACLIA] Lege: Eraclea. Conferendum cum Theodotae, n. 54; lege: Theodoti. Hic martyr est Heracleensis, de quo ad diem 14 nov., n. 8.

**in Eraclea Theodoti.**

49. GREGORIAE] Lege: Gregorii. Ad hunc diem apud Graecos fit commemoratio τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας [4], consentientibus menologiis, in quibus ad eundem diem eius Vita habetur [5]. Kalendarium marmoreum Neapolitanum [6]:

DEP(OSITIO) GREGORII THAVM(ATV)R(GI)

51. VICTORIS] Supra, n. 23: Victoriae, al. Victoris.

53. IN CAESAREA] Alio (supra, n. 48) transferendum est Theodotae nomen, n. 54. Ad Caesaream quippe spectant: Alfi (n. 55), lege: Alphaei; Saccei (n. 56), lege: Zacchaei; Romani (n. 57). De quibus exposuit Eusebius: τοῦ τῶν ἁγίων μαρτύρων κατηξιώθησαν στεφάνου Ἄλφειος καὶ Ζακχαῖος... Δίου μηνὸς ἑπτακαιδεκάτῃ, αὔτη παρὰ Ῥωμαίοις ἡ πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Δεκεμβρίων [7]. Eodem die quo Caesareae Alphaeus et Zachaeus, Antiochiae passus est Romanus, qui erat e clero ecclesiae Caesariensis: Μνήμης δ' ἄξια τυγχάνει καὶ τὰ περὶ Ῥωμανὸν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀποτελεσθέντα. Παλαιστινὸς γὰρ οὗτος ὢν διάκονός τε καὶ ἐπορκιστὴς τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας... ἐν Παλαιστινοῖς ἄξιος ἂν εἴη μάρτυσιν ἀριθμεῖσθαι [8]. Solus Romanus postridie comparet cum in breviario Syriaco tum in martyrologio

[1] Sermo CCCXXV, P. L., t. XXXVIII, p. 1448. — [2] DUFOURCQ, Les Gesta des martyrs Romains, t. I, p. 117. — [3] Cf. P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in Note agiografiche, t. IV, p. 11. — [4] Synax. Eccl. CP., p. 229. — [5] BHG[2]. 715. — [6] CAPASSO, Monumenta Neapolitani ducatus, t. I, p. 339. — [7] Mart. Palaest., I, 5. — [8] Mart. Palaest., II, 1, 5.

nostro

*nostro. Quamquam igitur non Caesareae martyrium fecit, Eusebii tamen auctoritati hoc dare possumus, ut scribamus :*

**in Caesarea Alphaei, Zacchaei, Romani.**

*58.* CARTAGINE] *Ter iam antea, diebus sept. 1 (civitate Tuniza), 2 et 10, coram nobis processit manipulus Dubitati, Tusci, Valentini. Porro si Valentinus hodiernus ipse est martyr quem ad diem 13 nov. annuntiat kalendarium Carthaginiense, et qui non uno loco in martyrologio nostro comparet, inde colligi potest triadem ex hodierno die ad alios dies evagatam esse. Attamen suspiciosum est hic Tusci legi pro Tasciae, quod videtur quasi contagione vitiatum e Tusciae, ad diem 1 sept., n. 15. Nomen loci in hodierno laterculo desideratur. Itaque de hac sicut de tot aliis Africanorum martyrum catervis, nihil satis certi pronuntiari potest.*

*65.* IN GRATI] *Forma insanabilis.*

*67.* CALENDIONIS] *Nov. 15, n. 17.*

*69.* IN GALLIIS] *S. Aniani, cuius translatio celebratur, simul cum commemoratione liberationis civitatis Aurelianensis, die 14 iun., n. 23, Vita edita est, parum antiqua* [1].

**in Galliis Aurelianis depositio sancti Aniani episcopi et confessoris.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: Cappadocia = Cappua, n. 2.*

[1] *BHL.* 473. Cf. Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 460.

# XIV KAL. DEC.

**In Antiochia natale Romani monachi Barili et Isici mart. in Spaniis Cordoba civitate Ascisclae martyris hac die rosae ibidem colleguntur. in Cesarea Benoli Victoris Maximi Luciani Cartheri et Marciani. in Heraclea item Cartheri et aliorum XL** [a].

*Addunt codices pleniores :* a) et in tuscia lucca civitate depositio sancti frigiani episcopi KL.

*Var. lect. codd.* EBW. — 2. antioc̄ E ; anthiocia W ; *add.* civit W | 3. *om.* BW | 5. *om.* E ; mona B¹ ; monachi B² | 6. barale B ; baralę W | 8. ysici B | 9. *add.* et BW | 11. spanis E | 14. asciclae E ; aciscli B ; aciscle W | 16-20. *om.* E | 20. colliguntur W ; *add.* et W | 22. ces̄s̄ E ; caesaria W | 23. bonoli BW | 24. vintoris B¹ ; victoris B² | 25. maximini B | 27. casteri B ; carteri W | 28. *om.* E | 32. *om.* B | 33. carteri W | 36. quadraginta B.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. sancti Romani. — Mon. : In Antiochia civitate natalis Romani monachi et aliorum IIII Ysici martyris Victoris Luciani. — Rich. : In Antiochia Romani monachi Barallae et Isici martyris et in Caesarea Bonuli Victoris Maximi Luciani in Eraclia Carterii et dedicatio aecclesiae sancti Georgii martyris in cella quae dicitur Hathonis.

## NOV. 18

*1.* IN ANTIOCHIA] *Proprius dies S. Romani martyris Antiochensis est 17 nov., ad quem nomen eius cum Alphaeo et Zachaeo, Caesariensibus martyribus, iam in nostris codicibus legimus (n. 57). Etenim Eusebius postquam Alphaeum et Zachaeum passos rettulit Δίου μηνὸς ἑπτακαιδεκάτῃ, αὕτη παρὰ Ῥωμαίοις ἡ πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Δεκεμβρίων* [1], *de S. Romano pergit in haec verba: Μνήμης δ' ἄξια τυγχάνει καὶ τὰ περὶ Ῥωμανὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀποτελεσθέντα* [2]. *Romanum hodie annuntiat breviarium Syriacum: ἐν Ἀντιοχείᾳ Ῥωμανός, consonantibus plerisque Syrorum kalendariis* [3]. *De laudibus S. Romani exstat oratio S. Iohannis Chrysostomi* [4]; *altera vero, quae Chrysostomi etiam nomine inscripta est, non certo habetur ut genuina* [5]. *Severus quoque, Antiochensis patriarcha, Romanum martyrem non semel oratione prosecutus est, et in huius ecclesia sedem Antiochensem capessivit* [6]. *Si Eusebii testimonium eximas, e S. Romani Passionibus primum locum obtinere videtur narratio inserta in libello* De Resurrectione, II, *qui Eusebio Caesariensi suppositus fuit* [7]. *In litteris latinis, antiquitate praecellit*

[1] *Mart. Palaest.*, I, 5. — [2] Ibid., II, 1. Cf. B. Violet, *Die palästinischen Märtyrer des Eusebius*, p. 11-15. — [3] Nau, in *Patrologia orientalis*, t. X, p. 148, i. v. *Romanus.* — [4] *BHG*². 1601. — [5] *BHG*². 1602. — [6] Homilia I, inedita, Wright, *Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum*, p. 534 (huius homiliae exstat versio coptica, quam edidit E. Porcher, in *Revue de l'Orient chrétien*, t. XIX. pp. 69-78, 135-42) ; homilia XXXV, inedita, Wright, t. c., p. 536 ; homilia LXXX, ed. Brière, in *Patrologia orientali*, t. XX, p. 324-43. — [7] *P.G.*, t. XXIV, p. 1097-1100. Cf. Tillemont, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, t. VII, p. 62 ; Wilmart, in *Anal. Boll.*, t. XXXVIII, p. 248, ann. 1.

*hymnus*

*hymnus Prudentii* [1], *in quo Romanus passus refertur cum puerulo. Huius quidem nomen reticuit Prudentius. Latini autem plerique* Barulam *sive* Baralam *vocant* [2]. *In iisdem Passionibus latinis cum S. Romani historia, S. Hesychii quoque memoriola ad extremum conferruminata est* [3]. *Itaque in una eademque Passione tria nomina simul occurrunt, quae coniuncta nobis exhibet hodiernus laterculus:* Romani, *diaconi ecclesiae Caesariensis,* Barili, *al.* Baralae *(n. 6) et* Isici *(n. 8). Ad rem quod attinet nomina* Barili, *al.* Baralae *(n. 6) et* Isici *(n. 8) cum* Romani *nullo historico nexu coniuncta sunt. Quippe in* Isici *liquido agnoscitur Hesychius, martyr Antiochensis, qui ad diem 29 maii annuntiatur cum in breviario Syriaco tum in nostris codicibus, eodem die, n. 44-45. In his quidem iteratur Hesychii nomen ad dies non paucos, quos diebus 30 maii, ad n. 1, et maii 31, ad n. 55, recensuimus.* Barili *autem alius esse non potest nisi inclutus martyr* Barlaha, *sive Barlaam* [4], *quem annuntiat breviarium Syriacum sub die 14 aug., ad quem diem de eo obiter diximus. Hunc laudavit Iohannes Chrysostomus in quadam homilia* [5]. *Exstat etiam de S. Barlaha laudatio alia, quae S. Basilii Magni nomine inscripta fuit* [6], *sed certo Antiochiae habita est* [7]. *Inter orationes cathedrales Severi Antiochensis servata est homilia 73, in qua laudes S. Barlahae peraguntur* [8]. *Nec plane praetermitti debet Passio S. Barlahae* [9]. *Ex Malala autem novimus Antiochiae celebrem fuisse basilicam S. Barlahae et XL Martyribus dedicatam:* ἐσφάγη ὁ ἐπίσκοπος Στέφανος Ἀντιοχείας εἰς καλάμια ὀξυθέντα ὑπὸ τοῦ κλήρου τοῦ ἰδίου, ἔξω τῆς αὐτῆς πόλεως εἰσελθὼν εἰς τὴν σύναξιν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα εἰς τὰ λεγόμενα Βαρλαῆ [10]. *In hac ecclesia Severus de S. Barlaha orationem habuit, cuius mentio supra incidit. Theophanes quoque de hac ecclesia inaudiit:* ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βαρλαὰμ καλάμοις ὀξυνθεῖσιν ἀποσφάξαντες [11]. *Edessae exstitit ecclesia quoque S. Barlahae, quae nominatur in Chronico Edesseno* [12]. *Nostra autem maxime interest resciscere quo die celebrari consueverit festum S. Barlahae. Inter tres dies lis est. Die 14 augusti, breviarium Syriacum S. Barlahae memoriam annuntiat; die 18 novembris, opinio communis; tandem ad diem 31 maii, « prologi » sive menaea slavica, commemorationem S. Barlahae indicunt, quam Basilius Bolotov ex antiquitate profectam existimat* [13]. *Sunt et synaxaria graeca quae ad diem 30 maii habent:* ὁ ὅσιος Βαρλαὰμ ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται [14]. *Utique hac formula martyres designari non solent; sed haec a synaxarista male usurpata esse potuit. Hac in medio relicta, unum nomen nobis retinendum est. In martyrologio nostro, in laterculo huius 30 maii, S. Barlaha aut non inscriptus fuit aut plane evanuit. Severus ipse testatur orationem suam habitam fuisse* brevi spatio aestivae noctis. *Utique nec die 14 augusti nox longula erat. Sed Iohannes Chrysostomus, postridie quam de laudibus S. Barlahae egit, in homilia de quodam dicto apostolico, ita loquitur, ac si aestas nondum adulta foret, neque hiems ex recenti hominum memoria recessisset:* οὕτω δὴ καὶ ἐγὼ ταύτην μάλιστα φιλῶ τὴν ὥραν οὐκ ἐπειδὴ χειμῶνος ἀπηλλάγμεθα, οὐδὲ ἐπειδὴ θέρους ἀπολαύομεν, ζεφύρου λιγυρὰ πνέοντος [15]. *Haec qui dimidiato mense augusto dicta credat, verba ab obvia interpretatione detorquere sane dicendus sit. Quodsi, ut laudatus vir doctus comperisse sibi visus est* [16], *oratio Severi anno 515 in die dominica habita fuit, haec dominica in alium diem incidere non potuit, nisi 31 maii. Utcumque se res habet, diem 18 nov. pariter excludunt et Severus Antiochensis et Iohannes Chrysostomus. Quo tandem casu S. Barlahae nomen huc illatum sit, nemo hactenus explicavit. Attamen non sine aliquantula specie veri conici potest a S. Romano huc quasi evocatos fuisse duos alios martyres Antiochenses, Barlaham et Hesychium, qui suum quisque diem proprium alio tempore habebant. Id eo sane facilius accidere potuit quod utrumque nomen legebatur ad diem 31 maii, unde Hesychii mentio expuncta non fuit. Haec tamen frustra adducuntur nec rem efficiunt. Etenim ad diem 18 nov., S. Barlaham annuntiant libri graeci, in quibus martyrologii hieronymiani propriam lectionem repercussam fuisse nemo prudenter crediderit. Ceterum explicatu nobis non facilius est quomodo S. Barlahae commemoratio die 14 aug. orta sit. Itaque rationi consentaneum est tres commemorationes retinere. Quippe nihil obstat quominus plures sollemnitates S. Barlahae in usu fuerint. Ex his profecto praecipua et antiquissima fuit dies 31 maii. Quod Romano nomen monachi appingitur, id quidem rerum veritati non respondet, sed libello latino qui de eius passione editus est* [17] *consonum est. Nominibus ergo in formam integram restitutis, sit hodierna mentio:*

**in Antiochia natale Romani monachi, Barlahae et Hesychii martyrum.**

6. BARILI] *Al.* Barale, *id est Barlahae.*

8. ISICI] *Id est* Hesychii, *supra ad n. 1.*

11. IN SPANIIS] *Cordubensem martyrem* Acisclum, *non* Acisclam, *novit Prudentius:*

> Corduba Acisclum dabit et Zoillum
> tresque coronas [18].

*Eundem annuntiant pleraque kalendaria mozarabica ad diem 17 nov.:* sancti Aciscli et comitum [19].

[1] *Peristeph.*, X. — [2] *BHL.* 7298-7304. Cf. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 183-85. — [3] Etiam in Passione armenia, *BHO.* 1028; non tamen in Passione syriaca cuius excerpta edidit F. NAU, in *Revue de l'Orient chrétien*, t. XX (1917), p. 13-15. — [4] Cf. *Anal. Boll.*, t. XXII, p. 129-45. — [5] *BHG*$^{2}$. 222. — [6] *BHG*$^{2}$. 223. — [7] *Anal. Boll.*, t. c., p. 132. — [8] M. BRIÈRE, in *Patrologia orientalis*, t. XII, p. 90-96. — [9] *BHG*$^{2}$. 221. — [10] DINDORF, t. I, p. 381. — [11] DE BOOR, t. I, p. 128. — [12] HALLIER, *Untersuchungen über die Edessenische Chronik* (Leipzig, 1892), pp. 106, 150; pp. 116, 152. — [13] In *Christianskoe Čtenie*, 1893, p. 177-210. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXII, p. 136-38. — [14] *Synax. Eccl. CP.*, p. 717. — [15] *Homilia in apostolicum dictum: Nolumus ignorare fratres, P.G.*, t. LI, p. 241. — [16] BOLOTOV, t. c., p. 190. — [17] *BHL.* 7298-7304. — [18] *Peristeph.*, IV, 19-20. — [19] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 486-87.

*Cum*

*Cum nostro tamen codice de die congruit kalendarium Cordubense anni 961, cuius haec verba sunt:* In ipso est christianis festum Aciscli, interfecti per manus Dionis, prefecti Cordube. Et sepultura eius est in ecclesia Carceratorum : et per illud nominatur ecclesia. Et festum eius est in ecclesia facientium pergamena in Corduba et in monasterio Armilat [1]. *Adverte neque in hoc elogio neque in hymno Prudentii memorari c o m i t e s, quos annuntiant kalendaria Mozarabum. In quibusdam libellis S. Aciscio sociatur V i c t o r i a. Praestat silere de Passione SS. Martyrum Aciscli et Victoriae* [2], *quae ne sublestae quidem fidei dici potest* [3]. *Lugdunense martyrologium* (*cod. Paris. 3879*) *ad diem 17 nov. haec habet:* Cordubae in Hispania, sanctorum martyrum Aciscli et Victoriae ; ubi ob commendationem pretiosae mortis eorum eodem die rosae ortae divinitus colliguntur [4]. *Ea assumpsit Ado. S. Victoria cum S. Aciscio primum, ni fallimur, comparet in prologo antiphonarii Legionensis, quod anno 1066 descriptum fuit, praelucente exemplo quod ad secundam partem saec. VII referendum videtur:* Principium autem huius libri ab Adventu domini nostri Ihesu Christi [5], a sanctorum videlicet Aciscli et Victorie natalicia gloriosa, que per totius anni abeuntis et redeuntis disponuntur orbita, unicuique tempora congruentia adsignans misterio, secundum quod viridica et sancta et tam synodali robore firmata nobis auctoritas tradidit Toletana [6]. *Num ad 17 nov. iam prodeat Victoria, ad illum diem, n. 23, inquisitum est.* Basilica sancti Aciscli Cordubensis *nominatur a S. Eulogio* [7]. *Anno 545, Agila, rex Gothorum,* adversus Cordubensem urbem proelium movens, dum in contemptu catholicae religionis beatissimi martyris Aciscli iniuriam inferret hostiumque ac iumentorum horrore sacrum sepulchri eius locum ut profanator pollueret, inito adversus Cordubenses cives certamine poenas dignas sanctis inferentibus meruit [8]. *Qui de cultu S. Aciscli plura doceri volet, adeat Florez* [9]. *Tandem memorandus est hic titulus saeculo VI positus in basilica quadam, qui praeter aliorum sanctorum reliquias nominat etiam reliquias* DOMNI ACISCLI [10].

**in Spaniis Cordoba civitate Aciscli martyris. Hac die rosae ibidem colliguntur.**

22. CESAREA] *Haec mentio diem sequentem (ad n. 1) praecurrit et emendatiore quidem forma.*

**in Caesarea Maximi, Luciani <et> Carterii.**

23. BENOLI] *Fortasse iterum B a r i l i, seu B a r l a h a e, quem supra, n. 6, obviam habuimus.*

24. VICTORIS] *Nov. 17, n. 51. Num pro V i c t o r i a e, ibid., n. 23 ?*

25. MAXIMI] *Nov. 19, n. 4.*

26. LUCIANI] *Nov. 19, n. 5 : M u c i a n i.*

27. CARTHERI] *Infra, n. 33, sub falso loci indicio : H e r a c l e a. Nov. 19, n. 11.*

29. MARCIANI] *M a r c i a n u m videtur evocasse H e r a c l e a, n. 31. Die 26 martii, n. 50, nobis obvius fuit M a r c i a n u s quidam, Heracleensis episcopus.*

31. HERACLEA] *Falso cum Heraclea coniunguntur C a r t e r i i et a l i o r u m. Crastina die, n. 16-22, recoluntur XL mulieres martyres Heracleenses quas hodierno die anticipatione quadam annuntiatas suspicamur.*

ADDITAMENTA] *F r i g i a n i, al. F r i g d i a n i, Fridiani, episcopi Lucensis, Vita edita est* [11].

**in Tuscia Lucca civitate depositio sancti Frigiani episcopi.**

[1] Ibid., p. 487. — [2] *BHL.* 26, 27. — [3] Z. GARCIA VILLADA, *Historia eclesiastica de España*, t. I, pp. 276, 277-78. — [4] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 215. — [5] In ritu mozarabico Adventus principium incidit circiter in 15 nov. In plerisque codicibus S. Aciscli officium primo loco occurrit in sanctorali. Cf. FÉROTIN, t. c., p. 487. — [6] FÉROTIN, *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, p. 916-17. — [7] *Memorialis sanctorum*, l. III, c. 8, *P.L.*, t. CXV, p. 805. — [8] ISIDORI *Historia Gothorum*, 45, *M.G.*, Auct. antiq., t. XI, p. 285. — [9] *España sagrada*, t. X, p. 288-303. — [10] *Inscriptiones Hispaniae christianae*, 374. — [11] *BHL.* 3173-3177.

# XIII KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|
| **In Cesarea Cappadociae Maximi Muciani** | **Neofiti Tobis Ianuari Vitalis** |
| **Ianuari** | **Cartheri Marciani** |

**Dicenti Zefori. in Heraclea sanctae mulieres cum viduis numero XL. Augustiduno Simplici episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) BW. — 1. *om.* E | 2. cess E ; caesaria W | 3. cap̄p E ; *om.* W ; cappadocie B | 5. mutiani B | 6. neofetis B ; neoferi W | 7. tubis BW | 8. ianuarii BW | 11. *om.* W | 14. zephori E | 16. eraclea E | 17. scārum B | 18. mulierū B ; mulieri W | 19-20. viduarū B | 23. austidū E ; agustiduno BW.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Cesaria Capodochiae nat. Maximi Muuani Neofiti et aliorum XL. — MON. : In Heracle sanctae mulieris cum viduis XL Augustuduno Simplicii Cesarea Maximi Ianuarii.— RICH. : In Caesarea Maximi Mucii Neoferi Muciani Ianuarii Zefori Romani Augustiduno Simplicii episcopi /////. — GELLON. : Romae Maximi.

## NOV. 19

1. IN CESAREA] *Breviarium Syriacum: Μάξιμος ὁ χωρεπίσκοπος καὶ Λουκιανὸς ὁ πρεσβύτερος καὶ Καρτέριος. Iamvero hos tres martyres in hesterno laterculo iam legimus et quidem emendatius. Nostri codices hodie inducunt* M u c i a n i, *quod profecto est pro* L u c i a n i *(nov. 18, n. 26). Videndum est num loci indicium, quod in Syriaco desideratur, accipi possit quale traditur in martyrologio nostro:* i n C e s a r e a C a p p a d o c i a e. *Nempe novimus in martyrologio Caesaream Cappadociae cum Caesarea Palestinae crebro commutari. Sed testes qui aliunde arcessiri possunt aut silent aut pugnantia loquuntur.* M a x i m u s *et* L u c i a n u s *aliunde nemini videntur noti fuisse.* C a r t e r i i *contra non pauci fuerunt, ex quibus fuit unus martyr Caesareae Palestinae, alter Caesareae Cappadociae. De isto quidem exstat Passio graeca: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Καρτερίου τοῦ Καππάδοκος* [1]. *Ex isto libello discimus Carterium passum fuisse Caesareae et die 6 aprili depositum: κατέθετο μηνὶ ἀπριλλίῳ ἕκτῃ* [2]. *Eundem memorant libri graeci die 8 ianuarii* [3] *et interdum etiam die 15 eiusdem mensis* [4]. *Mense autem novembri, synaxaria alia die 5, alia die 16, inducunt Carterium alterum* [5], *unum e Domnini sociis, qui Caesareae Palaestinae martyr fuit* [6]. *Itaque propinquitas dierum (nov. 16 et nov. 19) suadet hodiernum nostrum Carterium Palaestinensem martyrem esse. Huic dedicatum esse potuit* monasterium beati Carterii Emesae, *cuius mentio est in secunda inventione capitis Iohannis Baptistae* [7]. *Haec de Carterio. Num duo reliqui sancti cum* C e s a r e a *item connectendi sint, decernere nolumus. Haec itaque laterculi pars, donec certiora constabunt, in medio relinquenda.*

**in Caesarea Carterii.**

4. MAXIMI] *Noster* M a x i m u s *idem profecto est quem Syrus χωρεπίσκοπον appellat. Ne tamen opportunum exemplum praetermittamus in quo nostrorum codicum intricatissima perplexitas apposite ostenditur, hic conferre oportet nominum seriem, quae 30 oct. prope similiter decurrit:*

| | |
|---|---|
| 4. *M a x i m i* | *oct. 30, n. 7.* |
| 8. *I a n u a r i* | *oct. 30, n. 4.* |
| 12. *M a r c i a n i* | *oct. 30, n. 6.* |

*Idem aliquid contigisse videtur in laterculis dierum 30 oct. et 20 nov. Sed de his in crastinum diem, ad n. 24.*

5. MUCIANI] *Lege:* L u c i a n i.

6. NEOFITI] *Solo nomine notus.*

7. TOBIS] *Ad diem 2 ian. iam annuntiantur:*

| | |
|---|---|
| 7. *T o b i s* | *ian. 2, n. 21:* T o b i a e. |
| 9. *V i t a l i s* | *ian. 2, n. 19, 29.* |

8. IANUARI] *Infra, n. 10. Nomen perusitatum.*

11. CARTHERI] *Supra, ad n. 1.*

12. MARCIANI] *Nov. 18, n. 29.*

13. DICENTI] *Nomen suspicamur perperam scriptum.*

14. ZEFORI] *Nov. 21, n. 7:* Z e p h e r i. *Luxatum videtur nomen.*

16. IN HERACLEA] X L m u l i e r e s *martyres ad diem 19 nov. nuntiantur in kalendario Gothico* [8]. *In graecis autem synaxariis eaedem martyres occurrunt ad 1 sept.: μνήμη τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα γυναικῶν παρθένων ἀσκητριῶν καὶ μαρτύρων* [9]. *Idem etiam dies in Passione sanctarum martyrum inscriptus est* [10]. *In elogio nostri martyrologii:* m u l i e r e s c u m v i d u i s, *pronum est vocabulum* v i r g i n e s *inserere, ut legatur:* m u l i e r e s v i r g i n e s c u m v i d u i s. *In Passione quidem et eiusmodi narratiunculis sanctae martyres dicuntur moniales. Sed his documentis nulla fides debetur* [11].

**in Heraclea sanctae mulieres... cum viduis numero XL.**

23. AUGUSTIDUNO] *Non hodie tantum sed etiam die 24 iun., n. 43, memoratur Simplicius, Augustoduni episcopus. Fuit quidem anno 346 episcopus nomine Simplicius. Iamvero in Vita S. Amatoris, Autissiodorensis episcopi* [12], *hic sanctus fertur cum Simplicio episcopo convenisse, quod contingere debuit anno 318. Quod si ita est, alius iste Simplicius est atque episcopus Augustodunensis. De Vita Simplicii, quae nobis tradita est* [13], *digladiantur eruditi. Hanc Gregorio Turonensi* [14] *notam fuisse asseverat Vielhaber* [15], *quod inficiatur B. Krusch* [16]. *Fieri potuisse ut duo episcopi Simplicii fuerint* [17], *quorum uterque suam in martyrologio commemorationem habuerit, negandum non est, nec proinde tollenda codicum lectio perspicua:*

**Augustoduni Simplicii episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.:* M u u a n i = *Muciani, n. 5, lege: Luciani.*

*Cod. Rich.:* M u c i i = *Muciani, n. 5.*

N e o f e r i = *Neofiti, n. 6.*

*Cod. Gellon.:* R o m a e M a x i m i. *Hic profecto est commentariensis, de quo legimus in Passione Eusebii et soc.* [18]: Cuius corpus collegit beatus Eusebius presbyter et sepelivit in coemeterio Callisti via Appia sub die tertio decimo kalendarum

[1] *BHG*². 296, 297. — [2] *BHG*². 296; COMPERNASS, p. 23. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 377. — [4] Ibid., p. 393. — [5] Ibid., pp. 195, 228; cf. p. 966. — [6] VIOLET, *Die palästinischen Märtyrer des Eusebius*, pp. 59, 114. — [7] *BHL.* 4291; *Act. SS.*, Iun. t. IV, p. 726. — [8] H. ACHELIS, in *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft*, t. I, p. 309; *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 276. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 3. — [10] *Anal. Boll.*, t. c., p. 194-207; epitome, ibid., p. 207-209. — [11] *Anal. Boll.*, t. c., p. 247-49. — [12] *BHL.* 356. — [13] *BHL.* 7787-7788. — [14] *In gloria conf.*, LXXIII-LXXVI. — [15] *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 37. — [16] *Neues Archiv*, t. XXXIII, p. 18-19. — [17] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 174-78. — [18] *BHL.* 3970; *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 93-99.

lendarum decembriarum [1]. *Quae proferunt martyrologia sequioris aetatis, Romano non excepto, primus scripsisse videtur Florus Lugdunensis:* Romae, via Appia, natale sancti Maximi presbyteri et martyris qui in persecutione Maximini passus, positus est ad sanctum Xystum [2]. *Haec unde Florus hauserit, incertum est. In persecutione Maximiani passum scribit Usuardus; in persecutione Valeriani, Baronius. Operae pretium est advertere, quod presbyter Maximus fuisse dicatur, non ideo excludendam esse coniecturam eundem et commentariensem dici in Passione Eusebii. Ad arbitrium enim libidinemque solent scriptores talium Passionum, qualis est Eusebii et sociorum, munera dignitatesque immutare eorum quorum nomina in suam farraginem introducunt. Haec si animo retinere volueris, plurimum commodum afferret legere quae docte scripsit Rossius de martyre Maximo ad viam Appiam, ubi eos martyres recensuit cognomines qui cum hodierno Maximo male intricati esse potuerunt* [3]. *Rem tamen ambiguam relinquit. Tandem observandum est non consentire cl. vv. Duchesne et De Rossi in restituendo loco Libri pontificalis, ubi de papa Anterote:* propter quodam Maximino (*al.* quondam Maximo) presbitero qui martyrio coronatus est [4].

[1] *Act. SS.*, t. c., p. 96, n. 9. — [2] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 695. — [3] *Roma sott.*, t. I, p. 296; II, p. 180; III, p. 199. — [4] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, pp. 147, xcv; De Rossi, *Roma sott.*, t. II, p. 180.

# XII KAL. DEC.

**I** **II**

**In Heraclea Bassi Dionisi**

| **Orionis et Dassi.**

**et in Cesarea Cappadociae Agapiti**

**Orionis et Dassi.** |

**in Sicilia civitate Misana Ampili Gagi. in Spaniis Maximi presbyteri. Kalendionis Marci Victoris Felicis Melliani Fausti Crispini. in Antiochia Basili et Dionisi. Taurinis civitate sanctorum Octavi Solutoris**

| **Adventoris**

**et Agapiae virginis Basilisci Saturnini Emeriti Secundi.**

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 2. eracla E | 5-7. *om.* B | 8. *om.* BW | 10. ceſs̄ E; cesaria W | 11. capp̄ E; *om.* W; cappadocie B | 19. missana BW | 20. āpeli B; ampheli W; *add.* et W | 23. spanis E | 30. mellini BW | 33. *om.* E | 34. antioc̄h E; anthiocia W | 35. baseli E | 40. *om.* EW | 45. agape B; agapi W | 47. baselisci BW | 48. satñini B | 49. emereti W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr.: In Eraclia nat. Bassi Diunisi et in Cessaria Capodochiae Agapti. — Mon.: In Antiochia natalis sanctorum Basilii et Dionisii Bassi. — Rich.: In Capua Augustini Bassi Dionisii in Sicilia Ampeli et Gagi et in Taurinis Octavi Solitoris Adventoris et Agapae virginis.

## NOV. 20

*1.* in heraclea] *Si littera codicum nostrorum presse tenenda est, Heracleensis martyr hodiernus nomen habere potuit* Bassi *(n. 3),* Dassi *(n. 7, 15), quin immo et* Taxi *(18 oct., n. 20). Sed Graeci, in quorum synaxariis comparet idem martyr, eum Δάσιον appellant* [1]. *Haud aliter kalendarium marmoreum Neapolitanum* [2]*:*

xx. p(*assio*) s. dasii et procli

*Dasius ille quidem variis locis in martyrologio recurrit, modo in* Heraclea *(5 aug., 20 nov., 21 dec.), modo in* Axiopoli *(4 oct., 18 oct.). Vide quae annotata sunt ad diem 5 aug., n. 12. In Passione S. Dasii passus is fertur μηνὶ νοεμβρίῳ εἰκάδι... ἐν πόλει Δωροστόλῳ* [3]*: Durostoro etiam S. Dasii corpus Anconam translatum fuisse creditum est, sicut hactenus legitur in eius sarcophago* [4]*:*

*+ ΕΝΤΑΥΘΑ ΚΑΤΑΚΕΙ*
*ΤΑΙ Ο ΑΓΙΟΣ ΜΑΡΤΥΣ*
*ΔΑΣΙΟΣ ΕΝΕΧΘΕΙΣ*
*ΑΠΟ ΔΩΡΟΣΤΟΛΟΥ +*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 241. — [2] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [3] *BHG*[2]. 491. Cf. *Les Passions des martyrs et les genres littéraires*, p. 321-28. — [4] Edidit F. Cumont, in *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 369-72.

*Sed a quo haec inscriptio incisa sit et ad quorum testium fidem, non constat*[1]. *Neque certum est de reliquiarum origine aliud documentum exstitisse quam Passionem. Antequam igitur certiora indicia reperientur, hanc inscriptionem antestari non licet et lis quae nunc est inter Heracleam, Axiopolim et Durostorum iniudicata maneat oportet. Martyris nomen saepius Dasi, non raro etiam Dassi*[2] *legitur; Bassi autem interim tueatur librariorum auctoritas. Attamen animadvertere expedit in Passione iudicem* (legatum, *ληγᾶτον*) *nomine Βάσσος appellari. Sed nihil ostendit hoc iudicis nomen causam esse potuisse cur in martyrologio ipse martyr modo Bassus, modo Dassius nuncupetur.*

**in Heraclea Dasii.**

4. DIONISI] *Infra, n. 37. Ceterum ignotus.*

5. ORIONIS] *Infra, n. 13. Solo nomine notus, si tamen recte scriptum est, et non corruptum a Dionis, ita ut Dionisii geminetur.*

7. DASSI] *Infra, n. 15; n. 3: Bassi.*

10. IN CESAREA] *Eusebius, De martyribus Palaestinae, VI, 1-3: Τετάρτῳ γε μὴν τοῦ καθ' ἡμῶν ἔτει διωγμοῦ, πρὸ δώδεκα καλανδῶν Δεκεμβρίων, ἣ γένοιτ' ἂν μηνὸς Δίου εἰκάδι, προσαββάτου ἡμέρᾳ, κατὰ τὴν αὐτὴν Καισάρειαν, γραφῆς ὡς ἀληθῶς ἄξιον, αὐτοῦ δὴ τοῦ τυράννου Μαξιμίνου παρόντος καὶ θέας τοῖς πλήθεσι φιλοτιμουμένου κατὰ τὴν λεγομένην αὐτοῦ γενέθλιον ἡμέραν, ἀπετελέσθη τοιοῦτον... μάρτυς τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος παρήγετο εἰς μέσον, τῆς μόνης καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας ὑπεραγωνιζόμενος· Ἀγάπιος οὗτος ἦν. His lectis, statim apparet martyrologum more suo errasse scribendo Cesarea Cappadociae loco Palaestinae, nomen autem martyris Agapiti (n. 12), al. Agapiae (n. 45), in Agapii commutandum esse.*

**in Caesarea Agapii.**

13. ORIONIS] *Supra, n. 5.*

15. DASSI] *Supra, n. 7.*

17. IN SICILIA] *Audire iuvat Florentinium: «Legendum: in civitate Messana, qua etiam urbe SS. Ampelium et Caium veneratur Romanum martyrologium... Horum meminit Ferrarius in Catalogo SS. Italiae; nihil vero addit, nisi aliquos Siculos scriptores existimare sub immani Diocletiani persecutione fuisse coronatos. Maurolycius, Siculus et Messanensis, praeter nuda nomina nihil amplius cumulat*[3]. *» Die 21 april., n. 29-31, memoriam habuimus in Sicilia sancti Appelici, qui procul dubio alius non est ab hodierno Ampili al. Ampeli, qui nihil sui praeterea in monumentis reliquit.*

23. IN SPANIIS] *Unus hodie Hispanus haberi potest Crispinus (n. 32), quem kalendaria mozarabica pleraque ita nuntiant:* sancti Crispini episcopi (et martyris) Astigi; *Cordubense autem anni 961 his verbis:* In ipso [die] est Christianis festum Crispini, sepulti in monasterio quod est in sinistro civitatis Astige[4]. *Nomen civitatis, Astigi, nunc Ecija, quod hodie desideratur, in laterculo crastinae diei, n. 23: Astis quaerendum esse existimamus, et scribendum:*

**in Spaniis in civitate Astis Crispini.**

24. MAXIMI] *Qui heri, n. 4, celebrabatur Maximus, in breviario Syriaco χωρεπίσκοπος nuncupabatur. Quod heri dictum est, ad n. 4, de nominibus quae diei 19 nov. cum 30 oct. communia sunt, de die 20 nov. cum eodem 30 oct. collato, aliqua ratione iterari potest:*

| | |
|---|---|
| *24. Maximi* | *oct. 30, n. 7.* |
| *26. Kalendionis* | *oct. 30, n. 5.* |
| *27. Marci* | *oct. 30, n. 6 (Marciani).* |
| *28. Victoris* | *oct. 30, n. 29.* |
| *29. Felicis* | *oct. 30, n. 25.* |

*Rem totam, praecipue homonymorum discrimen, sapientioribus declarandam relinquimus.*

26. KALENDIONIS] *Oct. 30, n. 5. Lege quae ad n. 24 annotata sunt.*

27. MARCI] *Cf. annotata ad n. 24.*

28. VICTORIS] *Supra, ad n. 24.*

29. FELICIS] *Supra, ad n. 24.*

30. MELLIANI] *Al. Mellini. In breviario Syriaco, ad diem 21 nov., recolitur S. Plotinus et XLIX alii martyres ἐν Μελιτηνῇ. Horum nulla adhuc in martyrologio mentio est. Elogium periisse et solum nomen civitatis in martyrem commutatae remansisse, coniectura est quam iusto audaciorem alii iudicaverint. Sed nec Melliani nec Mellini martyris nomen memoriae proditum est.*

31. FAUSTI] *Nov. 22, n. 40. Ceterum ignotus.*

32. CRISPINI] *Supra, ad n. 23.*

34. IN ANTIOCHIA] *Breviarium Syriacum: ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Βασίλ(ειο)ς. Quamquam de Basilio nihil praeter haec verba, e quibus constat eum ante Diocletiani persecutionem passum esse, antiquitas scriptum reliquit, scribendum est:*

**in Antiochia Basilii.**

37. DIONISI] *Supra, n. 4.*

38. TAURINIS] *Maximi Taurinensis homilia in natali sanctorum martyrum Octavii, Adventii et Solutoris:* Cum omnium sanctorum martyrum, fratres, devotissime natalem celebrare debeamus, tum praecipue eorum solemnitas tota nobis veneratione curanda est, qui in nostris domiciliis proprium sanguinem profuderunt... Cuncti igitur martyres devotissime percolendi sunt, sed specialiter ii venerandi sunt a nobis, quorum reliquias possidemus[5]. *In carmine quod inscriptum est Itinerarium Brigantionis castelli, Ennodius memorat martyres quo-*

[1] Cf. G. MERCATI, *Per la storia dell' urna di S. Dasio martire*, in *Rendiconti della pontificia Accademia Romana di archeologia*, t. IV, p. 59-71. — [2] Cf. H. KRAHE, *Lexikon altillyrischer Personennamen* (Heidelberg, 1929), p. 37-38. — [3] *Vetustius ecclesiae occidentalis martyrologium*, p. 989. — [4] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 486-87. — [5] *P. L.*, t. LVII, p. 427-28.

*rum*

*rum reliquias veneratus est, inter quos sunt Taurinenses :*

Octavi, meritis da, Adventor, redde Solutor,
candida ne pullis vita cadat maculis [1].

*Passio sanctorum Solutoris, Adventoris et Octavii :* Beatissima Christi famula, Iuliana nomine, sanctum Solutorem... ad beatissimorum martyrum Adventoris et Octavii corpora perduxit. Quorum sanctissima membra cum omni veneratione suo pari coniungens, superna sibi imperante maiestate in alteram partem transtulit civitatis, et illic Dei iussu sepelivit, atque in eorum honorem ibidem cellulam construxit oratoriam, sibi in proximo memoriam sepulturae coniungens, quam oratoriam cellulam gloriosissimus sanctus Victor, Taurinatis ecclesiae antistes, ampliori spatio, miro opere miraque celebritate dignam decoramque basilicam cum atrio aedificavit, ubi ad ipsorum sanctorum martyrum virtutes universarum provinciarum populi gloriosissimorum natale martyrum celebrantes annue conveniunt [2].

**Taurinis civitate sanctorum Octavii, Solutoris, Adventoris.**

*45.* AGAPIAE] *Al.* *Agape, Agapi, hoc autem recte. Supra, n. 12 : Agapiti.*

*47.* BASILISCI] *Supra, n. 35 : Basili.*

*48.* SATURNINI] *Nudum nomen, ut et reliquorum Emeriti, Secundi.*

EXCERPTA] *Cod. Rich : Augustini. Nov. 16, n. 3.*

[1] *M.G.*, Auct. antiq., t. VII, p. 194. — [2] *BHL.* 85. Cf. F. Savio, *Gli antichi vescovi d'Italia,* Piemonte, p. 283-84 ; F. Alessio, in *Miscellanea Valdostana* (Pinerolo, 1903), p. 34-40.

---

# XI KAL. DEC.

| I | | II |
|---|---|---|
| | **In Antiochia natale Basili** | |
| | | **Auxilii [5] Saturnini** |
| | **Zepheri et Matronae** | |
| **Auxili [10] Saturnini** | | |
| | **Basiliscae** | |
| **Heracli** | | **Carali** |

**Eutici [15] Kalendionis. Romae natale sancti Clementis [20]. in civitate Astis Dimetri Honori [25]. et alibi Maximi Quintiani Sisinni [30] Eustasi Stefani Pioni Heracli Macedoni [35] Veri Sedoli.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) B (*usque ad verb.* 20) W. — 2. antioc̄ E | 3. *om.* BW | 4. baseli B ; basilei W ; *add.* et B | 7. zapperi B ; zepperi W | 8. *om.* E | 9. matrone B ; matroni W | 12. baselisse B | 16. calendionis W | 17. rom̄ EW ; rome B | 23. austis W | 24. dimitri W | 26-27. *om.* W | 31. stasituti W | 34. eracli W | 35. mecedoni W | 37. seodoli W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Basilii Zeferi et Matronae. — Mon. : In Antiochia natalis sanctorum Basilei et Auxilii Romae Gelasii papae Celsi. — Rich. : In Antiochia Basillae Zeferi Auxilii Rom. sancti Clementis et alibi Maximi Sisinni Stephani Pionii Eracli Macedonii.

## NOV. 21

*1.* IN ANTIOCHIA] *Iteratur memoria S. Basilii, de quo heri, n. 35.*

**in Antiochia natale Basilii**

*5.* AUXILII] *Infra, n. 10. Nullum inter sanctos Auxilium novimus. Libenter scripserim Aurilii, quod nomen est episcopi Carthaginiensis, cum aliis diebus in hos fastos illati, tum etiam die 22 iul., id est XI kal. aug., unde ex solito errore ad XI kal. dec. transcriptus sit.*

*6.* SATURNINI] *Infra, n. 11.*

*7.* ZEPHERI] *Nov. 19, n. 14 : Zefori. Lectio corrupta.*

*9.* MATRONAE] *Nov. 17, n. 17.*

*12.* BASILISCAE] *Nov. 20, n. 47 : Basilisci, non alius, ut videtur, a Basili, supra, n. 4.*

*13.* HERACLI] *Legendum Heraclea, et iteranda memoria quae iam die 29 sept., n. 1, aliisque diebus scripta est :*

**Heraclea Euticii.**

*14.* CARALI] *De martyre quopiam Caralitano*

*nec*

*nec vola hodie nec vestigium. Error librarii, ni fallor, pro* H e r a c l i, *n. 13.*

16. KALENDIONIS] *Nov. 20, n. 26.*

17. ROMAE] *Anticipata, a die 23 nov., n. 1, memoria S.* C l e m e n t i s.

23. ASTIS] *Al.* A u s t i s. *Civitatem* A s t i g i [1] *Hispaniae et S. Crispino restituimus ad diem 20 nov., n. 23.*

24. DIMETRI] D e m e t r i u s, H o n o r i o *sociatus, iam repertus est die 14 sept., n. 26, 31. Legenda quae eo loco annotata sunt.*

28. MAXIMI] *Nov. 20, n. 24.*

29. QUINTIANI] *Nuda nomina sunt quae a* Q u i n t i a n i *ad* P i o n i, *n. 29-33, leguntur.*

34. HERACLI] *Supra, n. 13, id est* H e r a c l e a.

35. MACEDONI] *Nudum nomen, ut et* V e r i, S e d o l i, *n. 36, 37.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.:* G e l a s i i p a p a e. *Liber pontificalis:* qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli XI kal. decemb. [2].

[1] Urbs Hispaniae Baeticae. PAULY, *Real-Encylopädie*, t. II. p. 1790. — [2] DUCHESNE, t. I, p. 255.

---

# X KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|
| **Romae Caeciliae. et** | **Romae Caeciliae virginis Valeriani Tyburti Maximi.** |

**in Alexandria Felicis**

| I | II |
|---|---|
| **Zeti. et in Ostea** | |

**Demetri**

| I | II |
|---|---|
| **et Honorati Valeriani Tiburti Maximi.** | **Zeti.** |

**et in Africa Crisogoni Cleti Verociani item Demetri item Zeti. in Cappadocia Longini Euticiani Leonti et Fausti. Agustiduno Galliae Pragmati episcopi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 1. rōm E | 4. rōm W | 11. alāx E ; alexañd W | 24-25. *om.* E | 26. alaxañd E | 27. grisozo E | 35. cap̄p̄ E ; cap̄p̄d W | 37. eutici nini E | 41. leodūn E | 42. gałł E ; *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. sanctae Ceciliae virginis et martiris et in Alexandria Felicis Zetietis et in Hostia Demetri et Honorati. — MON. : Eodem die natalis sancti Mauri monachi Cleti Preomaci. — RICH. : Rome Caeciliae virginis et in Africa Crisogoni Cleti Verociani in Capadocia Longini militis et martyris qui Christum lancea percussit.

## NOV. 22

1. ROMAE] *Sacramentarium Leonianum (inter IV Coronatos et S. Clementem):* in natale sanctae Caeciliae [1]. *Sacramentarium Gelasianum:* XI kl. dec. in (vigilia) sanctae Caeciliae ; X kl. dec. in natali eiusdem [2]. *Sacramentarium Gregorianum:* X kalendas decembres id est XXII die mensis novembris natale sanctae Caeciliae [3]. *Tabulae lapideae Neapolitanae* [4]:

NAT(*ALE*) S(*ANCTE*) CECILIE

*Synaxaria Graecorum: Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Κικιλίας, Βαλλεριανοῦ καὶ Τιβουρτίου* [5]. *Itinerarium Salisburgense (via Appia):* Eadem via ad S. Caeciliam ubi innumerabilis multitudo martyrum. Primus Syxtus papa et martyr, Dionisius papa et martyr [6]. *Epitome de Locis sanctorum martyrum:* Iuxta viam Appiam in orientali parte civitatis ecclesia est S. Suteris martyris, ubi ipsa cum multis martyribus iacet, et iuxta eandem viam ecclesia est S. Syxti papae ubi ipse dormit. Ibi quoque et Caecilia virgo pausat [7]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Nec longe ecclesia S. Caeciliae martyris et ibi reconditi sunt Stephanus, Sixtus [8]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas:* Sce Ceciliae [9]. *De historia et cultu S.* C a e c i l i a e *tot tamque intricatae quaestiones exsurgunt, ut qui eas excutere omnes voluerit, absoluto solido volumine vix disputandi finem fecerit. Nobis satis erit mentionibus sanctae martyris quae in nostro martyrologio*

[1] FELTOE, p. 149. — [2] WILSON, p. 203-204. — [3] WILSON, p. 109. — [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 243. Cf. *BHG*². 283. — [6] DE ROSSI, *Roma sott.*, p. 180. — [7] Ibid. — [8] Ibid., p. 181. — [9] Ibid., p. 180.

logio occurrunt lucem quantulam poterimus offudisse. Ante omnia notandum est S. Caeciliae Passionem, quae tam diu cum honore et fide lecta est [1], reapse figmentum esse nihilo solidius quam tot martyrum Romanorum Passiones; in ea quoque induci figuras et personas quae cum S. Caecilia nullum plane societatis vinculum habent. Eius modi sunt Valerianus, Tiburtius, Maximus, qui in coemeterio Praetextati quiescebant et die 14 april. recoluntur. Itaque nobis negligendus erit libellus iste, in quo ne dies quidem emortualis S. Caeciliae notatus est. Hic tamen de historia sanctae martyris fons unicus erat. Aliae virgines Romanae certis testimoniis nobis innotuerunt. Caeciliam contra ignorant Depositio martyrum, kalendarium Carthaginiense, Damasus, Prudentius, Ambrosius. Unum satis certum est, Romae exstitisse titulum Caeciliae [2], qui, inclinante saeculo V, in monumentis iam comperitur [3], et in eodem titulo, medio circiter saeculo VI, festum S. Caeciliae celebrari iam solitum esse die 22 novembris. Anno 545, Anthemus ab imperatrice Theodora Romam missus est, qui papam Vigilium arcesseret: Qui Anthemus scribon veniens Romae invenit eum in ecclesia sanctae Caeciliae X kal. decemb.: erat enim dies natalis eius [4]. Nemo ignorat titulum situm fuisse Trans Tiberim, ubi hodieque exstat. Non secus atque alii tituli presbyterales hic modo vocatur titulus Caeciliae, modo titulus sanctae Caeciliae [5]. Itaque si res e similibus exemplis aestimanda est, indicia eo vergunt ut coniciamus titulum a Caecilia quadam conditum fuisse, quae labente tempore pro virgine martyre haberi coepta sit, quemadmodum Eusebius ille qui titulum Eusebii condiderat, ipse S. Eusebius evasit; aut cum martyre cognomine commutata sit, sicuti in locum matronae, quae titulum Anastasiae condiderat, successit S. Anastasia martyr Sirmiensis. His igitur summatim praemissis, ad varios dies nos convertamus in quibus memoratur sive Caecilia sive ecclesia S. Caeciliae: 11 aug., 16 sept., 17 nov. et 22 nov.

Die 11 augusti, S. Caecilia comitata est SS. Tiburtium et Valerianum, quos in eius Passione partes agere novimus. Iamvero Tiburtius ille, qui ad dictum diem memoratur, alius est a martyre qui cum Valeriano in coemeterio Praetextati quiescebat, uti suo loco expositum fuit. Itaque die 11 aug., S. Caeciliae commemoratio nulla fuit.

Ad diem 16 septembris, n. 45-48, in martyrologio annuntiatur: Romae passio sanctae Caeciliae. Codex B addit: natale et passio sancte Cecilie virginis. Is est dies quem emortualem esse S. Caeciliae opinabatur Rossius [6]. Verum enimvero ex ipsa elogii forma plane constat istud e kalendario Romano non depromptum fuisse. Accedit quod vetusta monumenta liturgica Romana de hoc natali S. Caeciliae plane silent, qui tamen principem locum inter S. Caeciliae commemorationes obtinere debebat. Veri certe similius est huius diei Caeciliam vagulam quamdam martyrem fuisse ex Africano consortio nescio quo, in cuius deinde locum martyr Romana celebratior a librario vel interpolatore subrogata fuerit.

Die 17 novembris memorata est Romae Transtibere Cecilii. Quis hic non suspicetur hoc elogium quodammodo conecti cum titulo Caeciliae Transtiberino? In quaestione diiudicanda bifariam discesserunt viri docti. Alii coniecerunt titulum a Caecilio quodam conditum fuisse, qui deinde Caeciliae locum cesserit. Hodierna igitur mentione basilicae encaenia commemorari autumant. Alii, amandato nomine Caecilii, Transtibere Caeciliae rescribunt [7]. Quos si sequemur, mentio ista anticipata esse e die 22 nov. dicenda est. Sed quis audeat, in re tam ancipiti, sponte sua immutare litteram codicum, quae luculenter perspicua videtur, uti superius notatum est? Ne igitur una cum nodo utile quoddam indicium praescindamus, satius est a coniecturis interim temperare; meliora fortasse dies docebit.

Contra ab omni difficultate immunis est opinio eorum qui anniversariam diem dedicationis basilicae Transtiberim existimant in martyrologio annuntiari ad diem 22 nov. Quod ait Liber pontificalis: erat enim natalis eius, non adeo presse intellegendum est, ut hoc ipso die patronam basilicae depositam asseveremus.

Longum et a proposito nostro alienum est inquirere de reliquiis S. Caeciliae, quas fertur papa Paschalis (817-824) repperisse in cimiterio Praetextati... cum corpore venerabilis sponsi Valeriani [8]. Sane testimonium obscuritate non vacat. Ad quam depellendam coniectatum est incerto tempore translationem quamdam fuisse factam a coemeterio viae Appiae ad aliud. Alii autumarunt Caeciliam ad Praetextati coemeterium transportatam fuisse [9]. Alii contra maluerunt commenticios illos Caeciliae sodales ad Callisti coemeterium migrasse [10]. Neutra coniectura satis verisimilis videtur. Mentionem n. 4-9, qualis in secunda recensione legitur, e Passione S. Caeciliae sumptam fuisse, non est cur moneamus. In codice autem E, kalendarii Romani vestigium quoddam agnoscere nihil vetat.

**Romae Caeciliae.**

[1] BHL. 1495. Cf. De Rossi, Roma sott., t. II, pp. XXXII-XLIII, 52-54, 113-55; Erees, in Zeitschrift für Kirchengeschichte, 1888, p. 1-66; Dufourcq, Étude sur les Gesta des martyrs Romains (Paris, 1900), p. 293-96; J. P. Kirsch, Die heilige Cäcilia, Paderborn, 1910, 77 pp.; Quentin, in Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie, t. II, p. 2712-38; P. Franchi de' Cavalieri, Note agiografiche, t. IV, p. 3-38; Anal. Boll., t. XXII, p. 86-89; t. XXIV, p. 504; t. XXX, p. 361-62. — [2] J. P. Kirsch, Die römischen Titelkirchen im Altertum, pp. 113-116, 124-25, 155-56; Lanzoni, I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda, p. 26-30. — [3] Kirsch, t. c., p. 113. — [4] Duchesne, Le Liber pontificalis, t. I, p. 297. Cf. De Rossi, Inscriptiones christianae Urbis Romae, t. I, p. 482-83. — [5] M.G., Auct. antiq., t. XII, pp. 411, 414. — [6] Roma sott., t. II, p. 153-54. — [7] Cf. Franchi, t. c., p. 11, annot. 1. — [8] Duchesne, Le Liber pontificalis, t. II, p.56. — [9] Duchesne, t. c., p. 65. — [10] De Rossi, Roma sott., t. II, p. 131-36.

7. VALERIANI] *Adducuntur, n. 7-9* (*cf. n. 20-22*) *nomina S. Caeciliae sodalium in commenticia eius Passione. Vide supra, ad n. 1.*

11. IN ALEXANDRIA] *Iam die 14 sept. animadvertimus non certe traditum esse quo loco passi sint martyres quattuor, qui cum hodierno laterculo tum aliis locis martyrologii comparent. Locorum indicia cum quibus eorum nomina nec satis constanter nec satis discriminate coniunguntur, haec sunt:*

*12. Felicis: Tuscia (sept. 14); Alexandria (nov. 22); Ostia (nov. 22., dec. 22).*
*13. Zeti: Tuscia (sept. 14); Alexandria (nov. 22).*
*17. Demetri: Tuscia (sept. 14); Astis (nov. 21); Ostia (nov. 22, dec. 22).*
*19. Honorati (al. Honori): Tuscia (sept. 14); Astis (nov. 21); Ostia (nov. 22, dec. 22).*

*His indiciis ex hodierno laterculo adiungi possunt:*

*31. Demetri: in Africa.*
*33. Zeti: in Africa.*

*Iamvero ex his locorum nominibus certo et indubitanter excludi potest Astis (cf. nov. 20, ad n. 23). De ceteris nihil definire res sinit.*

12. FELICIS] *Felix p. II, teste libello Gestorum inter Liberium et Felicem episcopos, obiit* Valentiniano et Valente consulibus X kalendarum decembrium [1]. *Isne sit quem hodie nostri codices annuntiant, interrogari potest. Sed nullo argumento probabili colligitur sanctum Felicem, qui unus eius nominis hodie nuntiatur, Romanum martyrem fuisse. Globo enim sanctorum commixtus est qui unde convenerint, incertum est. Vide annotata ad n. 11. Attamen, ad diem 22 nov., memoriam Felicis p. II martyrologio quondam inscriptam fuisse, deinceps autem evanuisse, nulla ratione negaveris. De his ad diem 22 dec.*

13. ZETI] *Infra, n. 23, 33. Forma nominis suspiciosa. Supra, ad n. 11.*

16. IN OSTEA] *Vide supra, ad n. 11.*

17. DEMETRI] *Infra, n. 31. Supra, ad n. 11.*

19. HONORATI] *Al. Honori. Supra, ad n. 11.*

20. VALERIANI] *N. 20-22 iterata habes nomina superius memorata, n. 7-9.*

26. AFRICA] *Nomina quae certo Afrorum martyrum sint in hodierno laterculo frustra requiras.*

27. CRISOGONI] *Nov. 24, n. 7.*

28. CLETI] *Ignotus. Nomen conferendum est cum Zeti, n. 13.*

29. VEROCIANI] *Nov. 23, n. 32.*

31. DEMETRI] *Supra, n. 17.*

33. ZETI] *Supra, n. 13.*

36. LONGINI] *Commemoratus fuit die 15 martii, n. 4, et iterum die 23 oct., sive X kal. nov., n. 10. Unde hodie, quae dies est X kal. dec., denuo iterari potuit, librarium deludente numerorum similitudine, quod alias toties accidisse vidimus. Nec te fugiat in nonnullis kalendariis mozarabicis annuntiari ad diem 21 nov.:* sancti Longini militis et martyris [2].

**in Cappadocia Longini.**

37. EUTICIANI] *Al. Euticinini. Hodie iteratus videtur Eutici, quem obviam habuimus ad 21 nov., n. 15.*

38. LEONTI] *Ignotus.*

40. FAUSTI] *Nov. 20, n. 31.*

41. AGUSTIDUNO] *Concilii Epaonensis anni 517 Actis subscripsit* Pragmatius in Christi nomine episcopus civitatis Augustodunensis [3].

**Augustoduno Galliae Pragmatii episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: Mauri monachi. Apud Usuardum, ad diem 21 nov., nuntiatur* in Histria passio sancti Mauri martyris; *postridie:* Romae sancti Mauri martyris. *Neuter autem monachus est, si tamen duo sunt* [4]. *S. Mauri episcopi Parentini in Istria venerationis certissima sunt monumenta tum in basilica ab Euphrasio episcopo Parentii constructa* [5], *tum Romae in sacello Lateranensi Sancti Venantii, ubi eius reliquiae servantur et effigies opere vermiculato expressa cernitur* [6]. *Homonymi cuiusdam, qui in Africa sub Numeriano passus sit Gesta Mauro Parentino aptarunt hagiographi eiusque corpus in Istriam translatum mentiti sunt:* Gubernante Domino martyrem suum, ubi Christus voluit, ad portum securitatis perduxit: hoc est iuxta litus Hystriae civitatis Pharentinae, ubi corpus martyris requiescit usque in hodiernum diem et eius beneficiis universi salutem consequuntur. Martyrizatus est autem beatissimus Maurus Dei famulus sub Numeriano imperatore et Celerino praefecto Urbis Romae, die undecimo kalendarum decembrium [7]. *De S. Mauro alias fusiore calamo tractavimus* [8].

[1] GUENTHER, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum*, p. 2. — [2] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 488-89.— [3] MANSI, *Concilia*, t. VIII, p. 564.— [4] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, pp. 690, 693. — [5] MARUCCHI, in *Nuovo bullettino*, t. II, pp. 14-26, 122-38. — [6] DE ROSSI, *I musaici delle chiese di Roma*, Oratorio di San Venantio. — [7] *BHL*. 5787. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 851. — [8] *Anal. Boll.*, t. XVIII, p. 377-84.

# IX KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|
| **Romae Clementis episcopi. et in cimiterio Maximi Felicitatis. et in Cappadocia Niceani** | **Romae Maximi natale sancti Clementis episcopi et martyris** |

**Crisogoni**

| | |
|---|---|
| | **et sancti Felicitatis Maximi et** |

**sancti Marci episcopi. Cesarea Cappadociae Verociani Euticis. in Alexandria Petri episcopi. in Tuscia sanctae Muscolae Felicis Vitalis Marociani Bonaefacienti. Beturicas sancti Fareti presbyteri. in Italia monasterio Bobio depositio sancti Columbani abbatis [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in vilł sarchynio depositio beati trudoni presbyteri et confessoris W.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 1. rōm E | 6. cy̅m E | 11. cap̄p E | 13. rōm W | 29. *add.* in W | 30. cessā E ; caesaria W | 31. cap̄po E ; cappđ W | 32. verovani W ; *add.* et W | 34. *om.* E | 35. alaxān E ; alexā W ; *add.* nāt sc̄i W | 6. *om.* W | 40. *om.* E | 41. mus....lae $W^1$ ; mus*tio*lae *in. ras.* $W^2$ | 44. marciani W | 45. bonifaciani W | 46. betoricas EW | 47. *om.* E | 48. fateri W | 54-55. *om.* E | 56. colummani E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. sancti Clementis episcopi et martiris et sanctae Felicitas. — Rich. : Rome sancti Clementis episcopi Felicitatis et Maximi et in Capadocia Niciani in Italia monasterio Bobio depositio sancti Columbani abbatis.

## NOV. 23

*1.* romae] *Sacramentarium Leonianum :* VIIII kal. dec. nat. sanctorum Clementis et Felicitatis [1]. *Sacramentarium Gelasianum :* in natali sancti Clementis IX kal. decembres [2]. *Sacramentarium Gregorianum :* VIIII kalendas decembres id est XXIIII die mensis novembris natale sancti Clementis [3]. *Kalendarium Carthaginiense :* <...> kal. dec. sancti Clementis. *Kalendarium marmoreum Neapolitanum* [4] *:*

xxiii. nat(*ale*) s(*ancti*) clementis

*Eodem die nuntiatur in kalendariis mozarabicis* [5] *; in Graecorum vero libris, diebus 23 vel 24 vel etiam 25 novembris* [6]. *Clementis, qui die 9 nov. in Depositione martyrum cum Semproniano, Claudio, Nicostrato recolitur, solum nomen novimus, ut patet ex his quae ad hunc diem, n. 15, allata sunt. Hieronymus, De Viris illustribus, XV :* Clemens, de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens ait : Cum Clemente et ceteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitae, quartus post Petrum Romae episcopus, siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus... Obiit tertio Traiani anno et nominis eius memoriam usque hodie Romae exstructa ecclesia custodit [7]. *Liber pontificalis :* Obiit martyr Traiano III, qui etiam sepultus est in Graecias, VIII kal. decemb. [8]. *Clementem pro Christo sanguinem fudisse ab Irenaeo, Eusebio, Hieronymo ignoratum fuisse videtur. Martyrem nuncupat Rufinus :* Clemens apostolorum discipulus qui Romanae ecclesiae post apostolos et episcopus et martyr fuit [9]. *Item Zosimus papa, anno 417 :* Die cognitionis resedimus in Sancti Clementis basilica, qui inbutus beati Petri apostoli disciplinis tali magistro veteres emendasset errores tantosque profectus habuisset, ut fidem, quam didicerat, ac docuerat, etiam martyrio consecraret [10]. *In concilio Vasensi, anni 442, can. VI,* beatus martyr *praedicatur* [11]. *In basilica S. Clementis reperta sunt fragmenta tituli marmorei quae in hunc modum restituta fuerunt :*

*salvo* SIR*icio* *ep*ISC*opo* ECCL*esiae* *sanctae* GA..... PRAESBYTER *sancto* MARTYR*i* *Clementi* *h*OC VOLVIT *dedicatum* [12]

*Passioni S. Clementis, qua fertur Chersonae, ligata ad collum ancora, in mare demersus fuisse* [13] *quamque legit Gregorius Turonensis* [14], *nemo nunc est qui fidem praestet* [15]. *De scriptis apocryphis, quorum praecipua sunt Homiliae Clementinae* [16]

[1] Feltoe, p. 152. — [2] Wilson, p. 205. — [3] Wilson, p. 109. — [4] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [5] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 488. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 249, 255, 256. — [7] De S. Clemente testimonia collecta reperiuntur apud Lightfoot, *The Apostolic Fathers*, Part I, vol. I, p. 148-200. — [8] Duchesne, t. I, p. 123. — [9] *De adulteratione librorum Origenis, P.G.*, t. XVII, p. 620. — [10] Guenther, *Epistulae imperatorum pontificum aliorum*, p. 99-100. — [11] Mansi, *Concilia*, t. VI, p. 454. — [12] De Rossi, *Bullettino*, 1870, p. 147-48. — [13] *BHG*². 347-350. — [14] *In gloria martyrum*, xxxv. — [15] Cf. I. Franko, *St. Klemens in Chersonesus*, Lvóv, 1906 ; P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, t. V, p. 3-40.— [16] *BHG*². 319-341.

*et*

*et Recognitiones* [1] *nostrum non est disserere. Ecclesiam quae ab Hieronymo et Zosimo p. memoratur aliam non esse a titulo Clementis seu basilica quae etiamnum exstat, indubium est* [2]. *Eius mentio est inscripta in lamella aerea seu collari quod ad aetatem Constantinianam referunt periti:*

TENE ME QVIA FVGI ET REBOCA ME VICTORI ACOLITO A(D) DOMINICV(M) CLEMENTIS [3]

*Actis synodi Romanae anni 499 subscribunt Petrus et Urbicus, uterque* presbyter tituli Clementis [4], *et* Servusdei presbyter tituli Sancti Clementis; *presbyteri* tituli Sancti Clementis *Speciosus et Candidus synodo anni 595 interfuerunt* [5]. *Nullo argumento comprobatum est titulum Clementis ipsam esse S. Clementis domum christianorum conventibus aptatam. Tituli conditor alius videtur fuisse Clemens, cui paulatim in ore hominum subrogatus sit illustrioris famae homonymus. Vocem* m a r t y r i s *non soli codices posterioris recensionis addunt, sed et Cambrensis. Proinde retinenda est.*

**Romae natale sancti Clementis episcopi et martyris.**

7. MAXIMI] *Infra, inter sanctos, n. 14, 25, cum sit eponymus coemeterii.*

8. FELICITATIS] *Infra, n. 24. Sacramentarium Leonianum:* IX kal. dec. nat. sanctorum Clementis et Felicitatis [6]. *Sacramentarium Gelasianum:* in natali sanctae Felicitatis item IX kal. decembres [7]. *Sacramentarium Gregorianum:* item eodem die natale sanctae Felicitatis [8]. *Itinerarium Salisburgense:* Deinde venies ad S. Felicitatem altera via quae similiter Salaria dicitur, ibi illa pausat in ecclesia sursum et Bonifacius papa et martyr in altero loco et filii eius sub terra deorsum. *Epitome de Locis sanctorum:* Iuxta viam Salariam ecclesia est S. Felicitatis ubi ipsa iacet corpore; ibi et Silanus filius eius unus de VII [9]. *Notitia e Willelmo Malmesburiensi:* Deinde basilica S. Felicitatis ubi requiescit illa et Silanus filius eius. *Topographia Einsiedlensis:* In via Salaria extra civitatem ... in dextera S. Felicitatis cum septem filiis [10]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas:* Sancte Felicitatis cum septem filios suos [11]. *Index coemeteriorum:* Coemeterium Sanctae Felicitatis [12]. *Liber pontificalis:* Habitavit Bonifatius (418-422) in cymiterio sanctae Felicitatis martyris, via Salaria... Hic fecit oratorium in cymiterio sanctae Felicitatis, iuxta corpus eius et ornavit sepulchrum sanctae martyris Felicitatis et sancti Silvani ubi et posuit hoc... qui etiam sepultus est via Salaria, iuxta corpus sanctae Felicitatis martyris [13]. *Symmachus (498-514):* Hic reparavit basilicam sanctae Felicitatis quae in ruinam imminebat [14]. *Hadrianus (772-795):* Cymiterium vero sanctae Felicitatis via Salaria una cum ecclesiis sancti Silani martyris et sancti Bonifacii confessoris atque pontificis, uno coherentes solo, mirae restauravit magnitudinis [15]. *De coemeterio Maximi, via Salaria Nova, ubi quiescebat S.* F e l i c i t a s, *a qua et nomen accepit, deque oratorio sanctae martyri dicato variis locis disseruit Rossius* [16]. *S. Gregorii homilia III in Matthaeum habita est ad populum in basilica Sanctae Felicitatis, die natalis eius* [17]. *Sub lemmate* Epitaphium S. Felicitatis *hunc titulum servaverunt syllogae epigraphicae* [18]:

DISCITE QVID MERITI PRAESTET PRO REGE FERIRI
FEMINA NON TIMVIT GLADIVM CVM NATIS OBIVIT
CONFESSA CHRISTVM MERVIT PER SAECVLA NOMEN

*Carmen, a plerisque cum Damasianis collectum, recens Damaso abiudicatum est, nec immerito, ut videtur* [19]. *Inter Damasiana recipiendum non esse alterum duodecim versiculorum carmen epigraphicum, duabus constans partibus, in eadem basilica positum, quod incipit:* Intonuit metuenda dies [20], *nunc inter omnes convenit. A Leone papa III (795-816) corpus S. Felicitatis translatum est in ecclesiam Urbanam Sanctae Susannae, et in rei memoriam posita inscriptio musivo opere non amplius superstite:*

DVDVM HAEC BEATE SVSANNAE MARTYRIS AVLA COANGVSTO ET TETRO EXISTENS LOCO MARCVERAT QVAE DOMNVS LEO TERTIVS PAPA A FVNDAMENTIS ERIGENS CONDENS CORPVS BEATAE FELICITATIS MARTYRIS COMPTE EDIFICANS ORNABIT ATQVE DEDICABIT [21]

*Repertum est fragmentum epitaphii christianorum duorum qui sibi paraverant loculum bisomum* AT SANCTA FELI*c i t a t e m* [22]. *In chartis tantum legitur titulus:* PETRVS ET PANCARA BOTV POSVE(RV)NT MARTVRE FELICITATI [23]. *Antiquum sacellum S. Felicitati prope thermas Titianas dicatum, picturis ornatum, illustravit Rossius* [24]. *De gestis S. Felicitatis, quae notanda erant, producta sunt*

[1] *BHL.* 6644, 6645. — [2] DE ROSSI, *Bullettino*, 1863, p. 25-31; J. P. KIRSCH, *Die römischen Titelkirchen im Altertum*, p. 36-41; LANZONI, *I titoli presbiterali di Roma antica nella storia e nella leggenda*, p. 51-53. — [3] DE ROSSI, t. c., p. 25-26; *C.I.L.* XV. 7192. — [4] *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, p. 411-12. — [5] GREGORII I *Registrum*, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 309. — [6] FELTOE, p. 152. — [7] WILSON, p. 205. — [8] WILSON, p. 110. — [9] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176. — [10] Ibid., p. 177. — [11] Ibid., p. 176. — [12] Ibid., p. 177.— [13] DUCHESNE, t. I, p. 227. Cf. pp. 229, 521.— [14] Ibid., p. 263. — [15] Ibid., p. 509. — [16] *Bullettino*, 1863, p. 41-46; 1865, p. 1-3; 1873, p. 6-9; 1884-85, p. 149-84. — [17] *P.L.*, t. LXXVI, p. 1086-89. — [18] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 88; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 41. — [19] IHM, in *Rheinisches Museum*, N. F., t. L, p. 203. — [20] DE ROSSI, t.c., p. 88; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 86. — [21] DE ROSSI, *Bullettino*, 1884-85, p. 181.— [22] DE ROSSI, *Bullettino*, 1863, pp. 21, 46.— [23] ODERICI *Dissertationes in aliquot veterum inscriptiones*, p. 268. — [24] *Bullettino*, 1884-85, p. 157-70.

*sunt ad diem 10 iul., n. 1, 16, quo Felicitatis nomen interpolatum esse monuimus. Ad diem vero 24 ian., n. 23, ostensum est eiusdem memoriam errore scriptam esse.*

**<item> Romae in cimiterio Maximi Felicitatis.**

*11.* IN CAPPADOCIA] *Infra, n. 31.*

*12.* NICEANI] *Infra, n. 32: Verociani. In breviario Syriaco (infra, ad n. 30) Βαρνικιανός, id est filius Niciani.*

*21.* CRISOGONI] *Nov. 24, n. 7.*

*25.* MAXIMI] *Supra, n. 7.*

*28.* MARCI] *Cum omittatur quaevis appellatio geographica, nonnisi coniectura assequi possumus quis sit Marcus ille episcopus. Si tamen locum depositionis indicare voluit codex Corbeiensis, cum scribit: Cedecas sancti Marci episcopi, ad diem 5 nov., n. 27, remittimur, quo memoria agitur Marci, episcopi in Ecas. Non nego fieri potuisse ut a die 23 sept., n. 12, id est a IX kal. oct. ad IX kal. dec. errore obvio transferretur nomen Marci, cui munus episcopale tribuerit librarius, cum reapse sit evangelista.*

*30.* CESAREA] *Breviarium Syriacum, ad diem 24 nov.: ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Βαρνικιανός, Filius Niciani. Supra, n. 12: Niceani; n. 32: Verociani; n. 44: Marociani. Unde scribendum videtur:*

**Caesarea Cappadociae Veroniciani.**

*33.* EUTICIS] *Nov. 21, n. 15; 22, n. 37: Euticiani.*

*36.* PETRI] *Nov. 25, n. 7; 26, n. 20; 27, n. 4. Anticipata est hodie memoria:*

**in Alexandria Petri episcopi.**

*39.* IN TUSCIA] *Clusii in Tuscia mortem pro Christo oppetiisse fertur Mustiola, non Muscola, et primo circiter ab oppido lapide deposita in coemeterio quod ab ea nomen sortitum est* [1]. *Ibi repertum est epitaphium Iuliae Asiniae Felicissimae* EX GENERE MVSTIOLAE SANCTAE [2]. *De templo S. Mustiolae a Gregorio et Arisebuto Clusinis civibus saec. VIII excitato, lege quae a nostris allata sunt ex Ughello, ad diem 3 iul.* [3], *qui est S. Mustiolae emortualis, ut eius Passio testatur:* tradidit Deo dignum spiritum sub die quinto nonas iulias; cuius corpus collegit servus Dei nomine Marcus et sepelivit iuxta muros civitatis Clusinae [4], ubi florent orationes eius usque in hodiernum diem [5]. *Ceterum Acta illa inter sincera minime computanda sunt. Sunt et alia, adhuc inedita, neque illa ad fidem historiae exacta, quorum tamen, ne oblivioni omnino tradatur hoc qualecumque venerationis in S. Mustiolam monumentum, initium et clausulam referre iuvat.* Illud memoriae recordandum videtur ut beatissime Mustie virginis et martyris gesta ad animum revocemus, qualiter dominus noster Iesus Christus ad suam gratiam eam perduxit et per triumphum sue passionis invicta exstitit martyr. Ego igitur Felicissimus, indignus diaconus sancte ecclesie Romane, rogatus a quodam episcopo Falarensis ecclesie nomine Maximo, provida mentis intentione suscepi per Alexandrum beatissimum papam ut de eius vita vel actibus seu certamine beate Mustie virginis et martiris tractarem. Tempore illo quo Valerianus et Galienus susceperunt imperium, *cet. Ita autem desinit:* Que postea temporibus Sisebuti piissimi ac christianissimi regis recondita est in ecclesia ad honorem eiusdem gloriosissime Mustiole virginis et martyris fabricata. In quo loco multa beneficia praestantur... Amen [6].

**in Tuscia sanctae Mustiolae.**

*42.* FELICIS] *In principio Passionis S. Mustiolae narratur martyrium christiani cuiusdam nomine Felicis, in civitate Tuscana, ubi sepultus fuerit* iuxta muros civitatis sub die nono kalendarum iuliarum [7]. *Haud superfluum videtur notasse diem 23 iun. et 23 nov. eodem numero VIIII kal. exprimi.*

*43.* VITALIS] *Nov. 25, n. 9, ubi monebitur nomen Vitalis cum aliis nonnullis a die 25 oct., n. 58, allatum esse.*

*44.* MAROCIANI] *Supra, n. 32: Verociani. Lege quae notata sunt ad n. 30.*

*45.* BONAEFACIENTI] *Ni fallor nomen luxatum Bonifacii pontificis, qui fuit depositus in coemeterio Maximi ad Sanctam Felicitatem (die 4 sept., n. 32), cuius basilicam exstruxerat (supra, ad n. 8).*

*48.* FARETI] *Al. Fateri. Edita est Vita S. Phaletri* [8], *gallice: S. Phalier. Colitur Caroleriis (Chabris), in pago Biturico* [9].

**Beturicas sancti Fareti presbyteri.**

*56.* COLUMBANI] *Edita est Vita S. Columbani, abbatis Luxoviensis et Bobiensis († 615), auct. Iona* [10].

**in Italia monasterio Bobio depositio sancti Columbani abbatis.**

ADDITAMENTA] *Trudoni. Vita S. Trudonis, auct. Donato:* Devotissimo mentis affectu omnem possessionem meam, hereditatem scilicet parentum meorum, quicquid habeo in pago Hasbanio in loco qui dicitur Sarchinnio super fluvio Cysindria a praesentis articulo diei sancto Stephano rectoribusque huius sanctae ecclesiae incommutabili traditione condono [11]. *Sarchinnium hodie est Zerkingen, pars suburbii oppidi sancti Trudonis (Saint-Trond, prov. de Limbourg)* [12].

**in villa Sarchynio depositio beati Trudoni presbyteri et confessoris.**

[1] *C.I.L.* XI. 405; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 552-53. — [2] *C.I.L.* XI. 2549. — [3] *Act. SS.*, Iul. t. I, p. 639-40. — [4] Codices: Eusinae. — [5] *BHL.* 4456, c. 6. — [6] Cod. bibliothecae Bodleianae Oxoniensis Canonici misc. 244, fol. 101-106. — [7] *BHL.* 4456, c. 1, 2. — [8] *BHL.* 6790, 6790 a. — [9] *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 699. — [10] *BHL.* 1898. Cf. B. KRUSCH, *Ionae Vitae sanctorum*, p. 1-144. — [11] *BHL.* 8321, c. 10. — [12] De Vita Trudonis, cf. *Act. SS. Belgii*, t. V, p. 1-69; VAN DER ESSEN, *Étuae sur les Vies des saints mérovingiens*, p. 91-96.

# VIII KAL. DEC.

| I | | II |
|---|---|---|
| Romae natale | | In Aquileia civitate sancti |
| | Crisogoni | |
| in Africa Sirici Donati et aliorum XL. item Romae | | |
| | Eleuteri et Maximi | |
| | | et in oppido civitatis eiusdem |
| | Anthirotici episcopi. et in Africa Mammari | |
| | | Saturi |
| | Rogati | |
| Sarisi | | |
| | Donati et aliorum XXX. et in Perusio Tusciae Felicissimae [a]. | |

*Addunt codices pleniores :* a) et natale iacobi W.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 1. rōm E | 9. āff E | 16. rōm E | 18. *om.* E | 25. anthirotidi W | 29. āff E ; afreca W | 30. mammeri W | 40. perosia W | 41. tuscie E ; *add.* sc̄i W | 42. felicissimi W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Nat. sancti Grisogoni et in Affrica Siricii et sancti Ambrosii episcopi Donati et aliorum XL. — Mon. : Alibi Eleutherii Maximi. — Rich. : Rome Crisogoni Eleutherii et Maximi et in Africa Sirici Donati Saturi Rogati et aliorum XL et in Perusia Tusciae sancti Felicissimi.

## NOV. 24

*1.* ROMAE] *Sacramentarium Leonianum :* VIII kal. dec. nat. sanctorum Chrysogoni et Gregori [1]. *Sacramentarium Gregorianum :* VIII kal. decembres id est XXIIII die mensis novembris natale sancti Chrisogoni [2]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis :* VIII kal. decembres natale sancti Crisogoni [3]. *Kalendarium Carthaginiense :* <VIII> kal. dec. sancti Crysgoni. *Kalendarium lapideum Neapolitanum* [4] *:*

XXIIII. NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) CHRISOGONI

*Non in Romano tantum Canone sed et in Mediolanensi et Ravennate S.* C h r y s o g o n u s *inter martyrum nomina insertus est* [5], *eiusque effigies opere musivo depicta est Ravennae tum in ecclesia S. Martini in Caelo Aureo (S. Apollinare Nuovo) cum nomine ascripto :* SCS CRISOGONVS [6] *tum in sacello S.Petri Chrysologi :* CHRYSOGONVS [7]. *Titulus S. Chrysogoni Romanus ex notissimis est* [8]. *In synodo Romana anni 499, presbyteri Petrus, Petrus alter et Redemptus subscripserunt ceu* presbyter tituli Chrysogoni [9]. *Anno 595 :* Iohannes presbyter tituli Sancti Chrysogoni [10]. *Iam anno 521 memoratur ecclesia in lapide his verbis inscripto :*

HVNC LOCVM AVGVSTVS
ET GAVDIOSA SE VIBVS
COMPARAVERVNT A PRESVITERIS
TITVLI SANC(TI) CHRISOGONI [11]

*Anno 522, alterum par coniugum locum sibi coemit* A PETRO PRESVITERO TITVLI SANC(TI) CRISOGONI [12]. *Idem vocabulum legitur in duobus aliis titulis saec. VI positis* [13]. *Basilicam instauravit Gregorius p. III (731-741) :* Hic renovavit tectum sancti Chrysogoni martyris et cameram sive parietum picturas ; cyburium etiam de argento seu arcos quinque... construxitque monasterium erga eundem titulum sanctorum martyrum Stephani, Laurenti atque Chrysogoni [14]. *Aedes hodiernae saeculo XII antiquiores non sunt* [15]. *Tituli origo eadem est quae alias com-*

[1] Feltoe, p. 156. Cf. p. 216. — [2] Wilson, p. 110.— [3] Mohlberg, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 208. — [4] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I. p. 339. — [5] F. Savio, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 922 ; Lanzoni, in *Felix Ravenna*, 1916, p. 97. — [6] *C.I.L.* XI. 281. — [7] *C.I.L.* XI. 261. — [8] J. P. Kirsch, *Die römischen Titelkirchen*, p. 108-118. — [9] *M.G.*, Auct. antiq., t. XII, pp. 411, 412.— [10] Gregorii I *Registrum*, t. I, p. 367. — [11] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. I, n. 975. — [12] Ibid., n. 977. — [13] De Rossi, *Roma sotterranea*, t. III, pp. 519, 522. — [14] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 418. Cf. O. Marucchi, *L'antica basilica di S. Crisogono in Trastevere recentemente scoperta sotto la chiesa attuale*, in *Nuovo bullettino*, 1911, p. 5-21. — [15] G. Mancini, *Gli scavi sotto la basilica di S. Crisogono in Trastevere*, in *Rendiconti della pontificia Accademia di archeologia*, t. II, p. 137-59 ; F. Hermanica, *Nuove scoperte artistiche a S. Crisogono in Trastevere*, ibid., p. 161-68.

*peritur,*

*peritur, nempe Chrysogoni, qui titulum condiderat, memoria obsolevit et in eius locum successit S. Chrysogonus Aquileiensis, qui nobis obviam fuit diebus 31 maii, n. 6, 15 iun., n. 31 et, uti videtur, 17 feb., n. 14, sub indicio loci* A q u i l e i a. *Aquileiae item Chrysogonum occidisse refert hagiographus, qui eum in Acta S. Anastasiae induxit:* Tunc Dioclitianus, Aquilegiae partibus positus, cum interficeret christianos, relatio cucurrit de christianis omnibus praefecturae urbanae. Tunc rescripsit rex debere omnes interfici, ad se vero solum Chrysogonum destinari. Hunc prosecuta est S. Anastasia... Interea Chrysogonum nominatissimum sceleratissimus Dioclitianus sibimet repraesentari iubet... Tunc iussit eum Dioclitianus duci ad locum qui dicitur Ad Aquas Gradatas et ibidem decollari... Decollatus est autem sanctus Chrysogonus sub die nono calendarum decembrium: est conditus et in loco a sancto Zolio praesbytero quinto calendarum earumdem [1]. *Sic igitur explicari potest quomodo codices nostri loci indicium geminaverint:* R o m a e *et* A q u i l e i a. *Ex his primum certe retinendum. Etenim dies 24 nov. Romae sollemnis fuit titulo Chrysogoni.* A q u i l e i a *igitur librarii arbitratu suo addiderunt. De Chrysogono Aquileiensi martyre, nihil rescivit historia* [2]. *Interrogatum tamen fuit num is idem esset episcopus Chrysogonus qui ante Theodorum sedit et anno 314 iam mortuus erat* [3]. *Id ut pro certo asseri nequit, ita nec negari oportet. Chrysogonus in nostris codicibus, falso sub loci indicio, diebus 22 nov., n. 27, et 23, n. 21, praemissus est.*

**Romae natale Chrysogoni.**

9. IN AFRICA] *Infra, n. 29.*
10. SIRICI] *Nov. 26, n. 3. Cf. infra, n. 33:* S a r i s i. *Non Afer est, sed Romanus episcopus.*
11. DONATI] *Infra, n. 34.*
14. ALIORUM XL] *Infra, n. 37:* a l i o r u m X X X.
16. ROMAE] *Cum* S i r i c i, *n. 10, fortassis etiam cum* E l e u t e r i, *n. 17, coniungi potest. Cf. annotanda ad n. 25.*
17. ELEUTERI] *De eo aptius disquisitio fiet ad n. 25.*
19. MAXIMI] *Heri, n. 5-7, mentio erat* c i m i t e r i i M a x i m i, *via Salaria nova. Idem ille Maximus, qui inter sanctos non computatur, hodie memoratur, nec reticetur vocabulum* c i m i t e r i, *quod commutatum est in* c i v i t a t i s, *n. 23. Non semel in his fastis* c i m i (t e r i o) *pro* c i u i (t a t e) *scriptum reperitur.*
22. OPPIDO] *Quodnam sit oppidum illud, inquiretur mox ad n. 25.*
23. CIVITATIS] *Lege:* c i m i t e r i o. *Cf. supra, ad n. 19.*
25. ANTHIROTICI] *Audire iuvat Florentinium, qui, postquam quaesivit cuinam competat Romanum indicium, haec scribit: « Si vero Romae Anthirotes sive Anthiroditus episcopus sive Anthirothicus assignandus omnino est, suspicionem ingerit ne Antherus is sit Romanus episcopus in coemeterio Callisti sepultus, cuius alibi memoria non extat in martyrologio nostro vetustiori. Anteros graecis is dicitur et Anterotes, ut exemplum est apud Eusebium c. 29, lib. VI* [4]. *Neque negotium facit quod obiisse is dicatur in Libro pontificali III nonas ianuarii. » Notat deinde ex Libro pontificali incertissimum videri tempus quo supremum sacerdotium tenuerit, ex catalogo tamen Liberiano* [5] *brevissimum illud fuisse, quippe cum sedisse dicatur* mense uno dies decem. *Quod si concedatur, « iam dies natalis ordinationis non longe erit a fine novembris, quin immo si sedis eius spatium non longius quadraginta diebus fuerit... iam adnotatus dies in vetustiori martyrologio natalis ordinationis esset et reliqua plane convenirent, puta dies obitus et unica ordinatio episcopi in mense decembris* [6]. » *Haec primum Rossio non displicuisse videntur. Postea vero, re melius considerata, probabilius censuit nihil commune intercedere inter* A n t h i r o t i c i *et Anterotem, episcopum Romanum, qui utique hoc circiter die ordinatus est* [7]. *Et iure meritoque sententiam mutavit. Nam* A n t h i r o t i c i *monstrum est biforme, in quo avulsa membra a nominibus martyris et civitatis agnoscuntur. Quod ut manifestum fiat, adducendus est* E l e u t e r i u s *(n. 17), cuius meminit martyrologium die 18 april., n. 21-27:*

*R o m a e E l e u t e r i e p i s c o p i e t A n t e a e m a t r i s e i u s.*

*Item 6 sept., n. 1-6, 9, 10:*

*R o m a e v i a S a l a r i a i n c i v i t a t e R i a t e n s i n a t a l e E l e u t e r i e p i s c o p i.*

*Porro, vocabulum* A n t h i r o t i c i *ex elementis confictum est quibus fere constant nomina* A n t e a e, *seu* A n t h i a e, *et* R i a t e n s i; *ad hoc autem nomen pertinet* i n o p p i d o, *n. 21-22. Si coniecturis indulgere licet, etiam* v i a e S a l a r i a e *vestigium deprehenderim in hac coniunctione* E l e u t e r i e t M a x i m i, *n. 17-19, quippe qui ambo pertineant ad viam Salariam, cuius mentio tempore decurrente deleta sit. Colliguntur tandem n. 15-17, 21, 22, 25-26, unde efficitur:*

**item Romae <via Salaria> in oppido Riatensi Eleuterii episcopi et Antiae.**

26. EPISCOPI] *Refertur ad* E l e u t e r i, *ut modo ostensum est.*
29. IN AFRICA] *Nomina Afrorum sunt, in hisce fastis passim obvia:*

*30. M a m m a r i*
*31. S a t u r i*
*32. R o g a t i*
*34. D o n a t i.*

33. SARISI] *Supra, n. 10:* S i r i c i. *Videtur conflatum*

[1] *BHL.* 1795. — [2] *Origines du culte des martyrs,* p. 376. — [3] F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia,* p. 870. — [4] *Hist. eccl.,* VI, 29: Ποντιανὸν ἔτεσιν ἕξ ἐπισκοπεύσαντα διαδέχεται Ἀντέρως. — [5] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis,* t. I, p. 4. — [6] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium,* p. 997. Consentit TILLEMONT, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique,* t. III, p. 694. — [7] *Roma sott.,* t. II, p. 55-56.

*conflatum ex hoc nomine et* S a t u r i, *n. 31.*

*37.* ALIORUM XXX] *Supra, n. 14:* a l i o r u m X L.

*42.* FELICISSIMAE] *Al.* F e l i c i s s i m i. *Ad diem 26 maii, ubi n. 16-19 scriptum est:* i n T u d e r T u s c i a e F e l i c i s s i m a e, *summis labris delibavimus ea quae ad Felicissimae cultum reperiri potuerunt. Ad haec nihil addendum nunc praesto est, proindeque scribendum ducimus:*

**in Perusio Tusciae Felicissimae.**

*Ex his quae ad hunc locum notat Florentinius pauca exscribere iuvat:* « *Caesar Crispoltus, qui italice Perusiam Augustam descripsit testis est lib. 2, c. 5* [1], *corpus S. Felicissimi martyris requiescere in propria ecclesia a Perugia duorum miliariorum intervallo distante, prope pontem Felcinium. Non tamen alia monumenta affert, praeterquam Romanum et Usuardi martyrologium* [2]. »

ADDITAMENTA] N a t a l e I a c o b i. *Num ille, ceterum ignotus, de quo ad diem 13 nov., n. 58 ?*

[1] *Perugia Augusta* (Perugia, 1648), p. 213. — [2] *Vetustius ecclesiae occidentalis martyrologium,* p. 997. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia,* p. 419-23.

# VII KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|

**Luciani**

| **Marciani**

**Claudiani Marci Cypriani** 5 **Marcialis Petri Felicis Vitalis Iuliani** 10 **Victoris Ianuari Donati** 8 **Kyriaci.**

*Addunt codices pleniores:* a) in regensis monasterio natale sancti prosperi confessoris KLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 12. ianuarii W | 14. quiriaci W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Luciani et Claudiani. — MON. : Luciani Marciani Cipriani Donati. — RICH. : In Africa Luciani Marciani Claudiani Cypriani Marcialis Petri Felicis Vitalis Iuliani Victoris Ianuarii Donati Quiriaci (et in Alexandria s. Katherine vg. et mr. *uncis inclusa manu secunda*).

## NOV. 25

*1.* LUCIANI] *Die 26 oct., n. 1-5, commemoratio facta est in* N i c o m e d i a *sanctorum* L u c i a n i *et* M a r c i a n i. *Haec, omissa geographica appellatione, hodie iterantur et consueto errore e die* V I I k a l. d e c. *ad* V I I k a l. n o v. *translata crederes, nisi constaret interpretem syrum* [1] *proximum diem 26 nov. velut emortualem indicasse. Lege quae annotata sunt ad oct. 26, n. 1.*

*3.* CLAUDIANI] *Nominum series, a n. 3 ad 14, partim iam prodiit die 25 oct., et paene integra, die 12 april.* C l a u d i a n i, *oct. 25, n. 38, quo die et in breviario Syriaco memoratur; oct. 24, n. 15.*

*4.* MARCI] *April. 12, n. 61.*

*5.* CYPRIANI] *April. 12, n. 124.*

*6.* MARCIALIS] *Videtur geminare n. 2:* M a r c i a n i.

*7.* PETRI] *Nov. 23, n. 36; 26, n. 20; 27, n. 4, et, ut videtur, april. 12, n. 100. Breviarium Syriacum ad diem 24 nov.:* ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πόλει Πέτρος ὁ ἐπίσκοπος ὁ μάρτυς. *Error esse videtur in die. Quippe tum Graeci in synaxariis* [2] *et menologiis* [3], *tum Coptitae* [4], *cum ecclesiae Occidentis unanimi fere consensu S.* P e t r i *Alexandrini episcopi commemorationem die 25 nov. celebrant. Quod et suo modo testatur Chronicon quod dicitur Barbarus Scaligeri:* Hisdem consulibus [an. 302] venit Diocletianus in Alexandria et ecclesias exterminavit et multi martyrizaverunt, in quibus et beatus Petrus episcopus Alexandrinus capite truncatus est: martyrizavit VII kl. decem. [5]. *Kalendarium lapideum Neapolitanum* [6]:

XXV. P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) PETRI PAP(*E*) DE [ALEXA(*NDRIA*)

*Acta S. Petri quotquot exstant graeca* [7], *latina* [8]

[1] *BHO.* 572. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 25. — [3] *BHG*[2]. pp. 281, 283. — [4] *Les martyrs d'Égypte,* p. 96. — [5] *M.G.*, Auct. antiq., t. IX, p. 290. — [6] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus,* t. I, p. 339. — [7] *BHG*[2]. 1502-1503. — [8] *BHL.* 6692-6698.

*variis linguis conscripta* [1] *nullam merentur fidem* [2]. *Habentur autem veterum testimonia* [3], *quorum unum, Eusebii Caesariensis, attulisse sufficiat:* Μετὰ δὲ Θεωνᾶν ἐννεακαίδεκα ἔτεσιν ἐξυπηρετεσάμενον διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας Πέτρος, ἐν τοῖς μάλιστα καὶ αὐτὸς διαπρέψας ἐφ' ὅλοις δυοκαίδεκα ἐνιαυτοῖς, ὧν πρὸ τοῦ διωγμοῦ τρισὶν οὐδ' ὅλοις ἔτεσιν ἡγησάμενος τῆς ἐκκλησίας, τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον εὐτονωτέρᾳ τῇ συνασκήσει ἑαυτόν τε ἦγεν καὶ τῆς κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν ὠφελείας οὐκ ἀφανῶς ἐπεμέλετο. Ταύτῃ δ'οὖν ἐνάτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς τῷ τοῦ μαρτυρίου κατεκοσμήθη στεφάνῳ [4]. *In hoc laterculo solum* P e t r i *nomen servatum est. Integram memoriam e die 23 nov., n. 34-37, quo anticipata est, restituimus:*

**in Alexandria Petri episcopi.**

*8.* FELICIS] *Oct. 25, n. 57; april. 12, n. 113.*
*9.* VITALIS] *Oct. 25, n. 58; april. 12, n. 76.*
*10.* IULIANI] *April. 12, n. 31.*
*11.* VICTORIS] *April. 12, n. 71.*
*12.* IANUARI] *April. 12, n. 128.*
*13.* DONATI] *April. 12, n. 103.*
*14.* KYRIACI] *Oct. 25, in breviario Syriaco; in nostris libris, oct. 24, ad n. 13.*

ADDITAMENTA] P r o s p e r i, *qui colitur Regii Lepidi in Aemilia, Vita et Miracula edita sunt* [5].

**in Regiensi monasterio natale sancti Prosperi confessoris.**

[1] *BHO.* 929-932. — [2] TILLEMONT, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, t. V, p. 755-57. Errat tamen vir doctissimus asserens Acta antiqua a Iustiniano lecta fuisse. Hic enim affert quaedam ἐκ τοῦ πρώτου λόγου sancti martyris, non ex eius Vita seu Passione. LABBE, *Concilia*, t. V, p. 652; MANSI, t. IX, p. 504.— [3] Haec sedulo collegit R. HELM, *Eusebius Werke*, t. VII, p. 709-710. — [4] *Hist. eccl.*, VII, 32, 31. Cf. VIII, 13, 7. — [5] *BHL.* 6962-6971.

# VI KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|
| **Romae depositio Sirici episcopi** | **Romae depositio Sirici episcopi** |
| | **et Saturnini.** |
| **et in Aquileia Valentini episcopi et confessoris** [a] | |
| **Saturnini** | |

**Ammoni Sereni Heromanae. in Alexandria Petri. et in Africa Nonnae Melesi Berenae Victurinae et Marcellini. Agustiduno depositio sancti Amatoris episcopi.**

*Addunt codices pleniores:* a) et in capua nicandri cassiani et felicissimi E.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) BW. — 1. rōm E | 2. *om.* W; *add.* scōrum W | 3. syrici W | 10. valeriani W | 12-13. *om.* E | 15. *om.* W | 16. serene W | 17. romane W | 19. alāx E; alexād W | 21. *om.* W | 23. āff E | 24. monnę W | 25. melisii W | 26. bermę W | 27. victurinę W | 28. *om.* E | 30. austiduno E; agustiduno W | 34. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae depositio sancti Sirici episcopi et in Aquileia depositio Valentini episcopi et in Capua Nicanoris Cassiani et Felicissimi. — MON.: Romae depositio sanctorum Sirici episcopi et Saturnini Amatoris episcopi Cassiani. — RICH.: Rome depositio sancti Sirici episcopi et in Aquileia Valentini episcopi et in Capua Nicandri Cassiani et Felicissimi Saturnini alibi Amatoris episcopi (et sancti Chounradi episcopi *uncis inclusa manu secunda*).

## NOV. 26

*1.* ROMAE] *Teste Libro pontificali,* S i r i c i u s *(384-399)* sepultus est in cymiterio Priscillae via Salaria VIII kal. mart. [1]. *Notam temporis falsam iudicavit L. Duchesne, et ope martyrologii emendandam,* V I k a l. d e c e m b. [2]. *Itinerarium Salisburgense (Via Salaria nova):* Postea ascendens eadem via ad S. Silvestri ecclesiam, ibi multitudo sanctorum pausat: primum Silvester sanctus papa et confessor et ad pedes eius S. Sirycus papa [3]. *In sylloge Laureshamensi et in Virdunensi servatum est Siricii epitaphium metricum et quidem cum hac inscrip-*

[1] DUCHESNE, t. I, p. 216. — [2] Ibid., p. 217. — [3] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 176.

*tione*

*tione in Virdunensi* [1]: Ad sanctum Silvestrum ubi ante pausavit super illo altare [2].

LIBERIVM LECTOR MOX ET LEVITA SECVTVS
POST DAMASVM CLARVS TOTOS QVOS VIXIT IN ANNOS
FONTE SACRO MAGNVS MERVIT SEDERE SACERDOS
CVNCTVS VT POPVLVS PACEM TVNC SOLI CLAMARET
HIC PIVS HIC IVSTVS FELICIA TEMPORA FECIT
DEFENSOR MAGNVS MVLTOS VT NOBILES AVSVS
REGI SVBTRAHERET ECCLESIAE AVLA DEFENDENS
MISERICORS LARGVS MERVIT PER SAECVLA NOMEN
TER QVINOS POPVLVM QVI REXIT IN ANNOS AMORE
NVNC REQVIEM SENTIT CAELESTIA REGNA POTITVS

*Servanda est codicum lectio:*

**Romae depositio Siricii episcopi.**

*6.* SATURNINI] *Infra, n. 14; nov. 29, n. 2.*

*10.* VALENTINI] *Al. V a l e r i a n i. Haec lectio alteri praestat. Etenim Aquileiae nulla fiebat commemoratio Valentini cuiuscumque, sed V a l e r i a n i episcopi celebritas usu liturgico die 27 nov. agebatur* [3]. *Interfuit synodo Romanae sub Damaso habitae, anno 372, et iterum anno 382* [4]. *Sedisse putatur ab an. 369 ad 388* [5].

**in Aquileia Valeriani episcopi et confessoris.**

*15.* AMMONI] *Videtur Petrus Alexandrinus (n. 20) Alexandrinos martyres aliquot ad se traxisse, quorum primus est Ammon, seu A m m o n i u s. Ἄμμων unus ex illis est de quibus Dionysius Alexandrinus in epistula ad Fabium Antiochenum* [6]. *Sed est et Ἀμμώνιος, Alexandrinus, τῶν σὺν αὐτῷ (id est Πέτρῳ) πρεσβυτέρων* [7].

*16.* SERENI] *Al. S e r e n e. Duo sunt martyres S e r e n i inter Origenis discipulos* [8], *etiam Alexandriae passi.*

*17.* HEROMANAE] *Al. R o m a n e. Videtur H e r o m a n a e biforme vocabulum, forsitan ex H e r o n et R o m a n i. Alexandrinus martyr Ἥρων ex discipulis Origenis fuit* [9], *Romanus autem aliquis memoratur in Passione martyrum XXXVII Aegyptiorum* [10].

*20.* PETRI] *Iteratur memoria quae heri, proprio die, sed nimium contracta referebatur:*

**in Alexandria Petri.**

*23.* IN AFRICA] *Nomina quae hodie A f r i c a e deputantur, uno excepto sub N i c o m e d i a, in crastino laterculo prodeunt. Ceterum ignota sunt.*

*24.* NONNAE] *Al. M o n n a e, nov. 27, n. 5: N u m e r i, al. N o m e r i.*

*25.* MELESI] *Al. M e l i s i i, nov. 27, n. 7: M e l o s i a e. Est et quaedam M e l o s a in laterculo 1 iun., n. 134.*

*26.* BERENAE] *Nov. 27, n. 6: H e r e n a e.*

*27.* VICTURINAE] *Nov. 27, n. 10: V i c t o r i n i.*

*29.* MARCELLINI] *Nov. 27, n. 3: M a r c e l l i.*

*33.* AMATORIS] *Die 1 maii, n. 80-84, iisdem plane verbis, inscripta est hisce fastis depositio S. A u c t o r i s, omnino recte, siquidem ab eius Vitae scriptore* kalendarum maiarum quarta feria *obiisse asseratur* [11]. *Quare hodie haec memoria iteretur, non liquet; sed de codicum lectione dubitari nequit.*

**Augustoduno depositio sancti Amatoris episcopi.**

ADDITAMENTA] *I n C a p u a. Cum codice Epternacensi consentiunt Cambrensis et Richenoviensis. De S. N i c a n d r o, qui Marcianum socium habet, tum aliis locis, tum maxime ad diem 5 iun. disseruimus. Uterque variis in oppidis Campaniae, praecipue Atinae et Venafri colebantur* [12], *eorumque Passionem habemus ab Adenulfo, episcopo Capuano, conscriptam* [13]. *Nulla proinde ratio apparet dubitandi quominus N i c a n d r u m coluerit Capuana ecclesia. Aliter de C a s s i a n o, cuius venerationis in illa regione nullum indicium est. Erunt qui credant M a r c i a n i cum C a s s i a n i commutandum esse. Verum diei 17 iun. laterculum inspicienti et cum hodierno conferenti tota res multo intricatior videbitur.*

| IUN. 17: | NOV. 26: |
|---|---|
| *5. N i c a n d r i* | *N i c a n d r i* |
| *22. C a n t i a n i* | *C a s s i a n i* |
| *35. V a l e r i a n a e, al. V a l e r i a n i.* | *V a l e r i a n i* |

*Qua ratione nodus solvendus sit, fateor me non perspicere.*

*F e l i c i s s i m i. Non Capuanus est, sed iteratur F e l i c i s s i m a e, al. F e l i c i s s i m i, in Tuscia, nov. 24, n. 42.*

EXCERPTA] *Cod. Rich.: C h o u n r a d i, episcopi Constantiensis, qui obiit anno 976, Vita edita est* [14].

[1] De Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, pp. 102, 138; cf. p. 133; Ihm, *Damasi epigrammata*, n. 93. — [2] Legenda quae ad hunc titulum annotata sunt apud De Rossi, t. c., et Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 217. Florentinius, *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 1001-1010, amplam scripsit exercitationem *De asserta in vetustiori martyrologio nostro Siricii Romani pontificis sanctitate*. — [3] P. Paschini, *La chiesa Aquileiese*, p. 70. — [4] Mansi, *Concilia*, t. III, pp. 455-59, 640. — [5] Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 887.— [6] Ap. Eusebium, *Hist. eccl.*, VI, 41, 22-23. — [7] Eusebii *Hist. eccl.*, VIII, 13, 7. — [8] Id., ibid., VI, 4, 2, 3. — [9] Ibid., VI, 4, 3. — [10] *BHL*. 6584. — [11] *BHL*. 356, c. 31. — [12] *BHL*. 6070-6073. — [13] *BHL*. 6074. — [14] *BHL*. 1917-1919.

# V KAL. DEC.

**In Nicomedia Marcelli Petri Numeri Herenae Melosiae. et alibi Victorini. in Italia civitate Bononia Agricolae et Vitalis. in Mediolano Lucae Andreae Iohannis Severi et Euphemiae [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) in civitate regiensi depositio sancti maximi episcopi C.

*Var. lect. codd.* EW. — 1. *om.* E | 2. nicōm E | 5. nomeri W | 6. sereni W | 7. melisi W | 8-9. *om.* W | 10. victurini W | 12. itā E | 14. boniania E | 15. agroculae W | 18. *om.* E | 19. mediolān E | 24. *om.* W | 25. eufemiae W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. Marcelli Petri Numerii Hirenae et Melosae et depositio Obtati episcopi. — MON. : In Nicomedia natalis sanctorum Marcelli et Petri. — RICH. : In Nicomedia Marcelli Petri Hereni in Italia civitate Bononia Agricolae et Vitalis in Mediolanio Lucii Andreae Iohannis Severi.

## NOV. 27

*1.* IN NICOMEDIA] *Pleraque nomina quae in principio huius laterculi sub Nicomedia leguntur heri sub Africa relata sunt. Neutrum comprobatur monumentorum testimonio. Et, quod mireris, unus Victorinus, n. 10, quem Nicomediensem esse suadet memoria diei 6 mart., n. 4, hodie alibi requirendus asseritur.*

*3.* MARCELLI] *Nov. 26, n. 29: Marcellini. Reticendum non est martyrologos nonnullos ad diem 26 nov. scripsisse* in Nicomedia beati Marculi [1], *vel:* in Numidia natale S. Marculi, *die 25* [2]. *Rhabanus, ad eandem diem 25:* in Nicomedia passio beati Marculi sacerdotis et martyris, qui temporibus Constantis regis tyrannici per Macharianum et Paulum, persecutores maximos, martyrium pro Christi nomine pertulit. Nam cum variis tormentis afflictus esset, tamen a professione rectae fidei nullo modo averti potuit ; ad extremum vero per praedictum Macharianum in altissimam rupem adductus, inde praecipitatus est ; sed tamen, Christo protegente, corpus eius integrum inter asperrimos scopulos atque acutissimos servatum est ; anima vero egressa de corporis ergastulo ad vitam migravit aeternam [3]. *Hic procul dubio est Marculus, martyr Donatista, de quo Augustinus* [4] *et Optatus* [5], *et cuius Passio habetur* [6], *quae VIII kal. dec.* [7] *vel III kal. dec.* [8] *legenda proponitur. Pseudomartyrem iam agnoverat Molanus. Audiatur oportet Mabillonius:* « *Baronius id negat in notis ad Martyrologium Romanum, in quo ad eumdem diem haec leguntur:* Nicomediae sancti Marcelli presbyteri, qui Constantii tempore ab Arianis e rupe praecipitatus martyr occubuit. *Quidam vir doctus, Molani coniecturae favens, opinatur pro* Nicomediae *legendum:* in Numidia ; *deinde Marculi nomen retinendum; et pro* ab Arianis *scribendum:* a Macarianis, *quod veri simillimum est... Verisimile est Marcellum quemdam Nicomediae passum esse. Sed cum Marculum Donatistam eodem fere die necatum quidam legerent, eumdem cum Marcello esse putaverunt; adeoque Marculi genus mortis Marcello tribuerunt* [9]. »

*4.* PETRI] *Nov. 23, n. 36; 25, n. 7; 26, n. 20.*

*5.* NUMERI] *Al. Nomeri; nov. 26, n. 24: Nonnae.*

*6* HERENAE] *Nov. 26, n. 26: Berenae. In codice W: Sereni; cf. nov. 26, n. 16.*

*7.* MELOSIAE] *Al. Melisi; nov. 26, n. 25: Melesi.*

*10.* VICTORINI] *Tum in breviario Syriaco, tum in hieronymianis, die 6 mart., n. 4, Nicomediensis signatur Victorinus aliquis. Perperam igitur et alibi ascribitur, si idem ille hodie memoratur.*

*14.* BONONIA] *Quomodo exuviae sanctorum Agricolae et Vitalis repertae et translatae sint, tam certo nobis notum est ut nihil sit in historia ecclesiastica exploratius. Testes habemus S. Ambrosium, qui rebus ipsis interfuit* [10], *et Paulinum, qui vitam Ambrosii litteris mandavit* [11]. *Idem Ambrosius, qui de eorum reliquiis particulas Florentiam attulit* [12], *nobis testatus est quam late, brevi tempore, eorum cultus increbruerit. Huic item testes adsunt Paulinus Nolanus* [13], *Victricius Rotomagensis* [14], *Gregorius Turonensis* [15], *Fortunatus* [16]. *Aliunde notum est S. Vitalis nomine insignes basilicas dedicatas fuisse, Ravennae in primis, et Romae* [17]. *Encaenia Romanae basilicae die 28 april. commemorantur. In nostro quidem martyrologio ad diem 14 maii annuntiatur dedicatio ecclesiae SS. Agricolae et Vitalis in civitate*

[1] SOLLERIUS. *Martyrologium Usuardi*, p. 703. — [2] Ibid., p. 700. — [3] *P.L.*, t. CX, p. 1181-82. — [4] *Tract. in Iohannem*, XI, 15 ; *Contra litteras Petiliani*, II, 14, 32 ; *Contra Cresconium*, III, 49, 54. — [5] ib. III, 16. — [6] *BHL*. 5271. — [7] *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 165. — [8] Ibid., t. II, p. 527. — [9] *P. L.*, t. VIII, p. 760. Cf. TILLEMONT, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, t. VI, p. 711-13 : CHATELAIN, *Martyrologe universel*, p. 601. — [10] *Exhort. virgin.*, c. I, *P.L.*, t. XVI, p. 336-39. — [11] *BHL*. 377, c. XXIX. — [12] *Exhort. virgin.*, c. II, t. c., p. 339 ; cf. *Vita Ambrosii*, c. XXVIII-XXIX. Cf. LANZONI, *San Petronio*, p. 263-277. — [13] *Carmen XXVII*, 429, 432. HARTEL, p. 281. — [14] *De laude sanctorum*, XI, *P.L.*, t. XX, p. 453. — [15] *Hist. Franc.*, II, 16 ; *In gloria martyrum*, XLII. — [16] *Vita S. Martini*, IV, 682. — [17] Cf. *Anal. Boll.*, t. XLVI, p. 55-59 ; XLVIII, p. 9-11.

*tate Arvernis, et ad diem 10 dec. ibidem commemoratio utriusque. Die 29 aprilis, postridie dedicationis, par martyrum annuntiatur, addito indicio loci B o n o n i a e (n. 36-38). Rursus die 16 dec. (n. 4, 5) delitescere videntur sub mentione N o v a l i s A g r i c o l a e, quae ad Ravennam civitatem satis probabiliter referri potest. Nec sine causa mireris eos abesse a fastis nostris die 4 nov., ad quem in ecclesia Bononiensi ritu antiquissimo festum eorundem celebrari consueverat, sed pridie (vid. nov. 3, n. 16-20) eorum mentionem veluti se prorupisse, quae novo quasi errore die 3 dec. iterum occurrit. Saeculi IX martyrologii Lugdunensis scriptor codicis latini Parisiensis 3879, Ado et Usuardus hodiernam commemorationem elegerunt. Elogii verba liquido expressa sunt; vis et intentio non item. Nec certius constat quid sibi velint mentiones quae leguntur ad dies 29 april. et 10 dec.*

**in Italia civitate Bononia Agricolae et Vitalis.**

*19.* IN MEDIOLANO] *Similem habuimus commemorationem Mediolanensem die 9 maii, n. 10, et alteram Aquileiensem die 3 sept., n. 20, nempe ingressus reliquiarum ad basilicam dedicandam. Hodierna illatio vel sedente Ambrosio vel non multo post tempore facta est* [1]. *De apostolorum L u c a e, A n d r e a e, I o h a n n i s nominibus nulla disceptatio esse potest* [2], *neque de E u p h e m i a Chalcedonensi. S e v e r u m (n. 23) alii opinantur ex Oriente adductum, puta martyrem Adrianopolitanum, qui 23 oct. colitur* [3], *alii vero, cum L. Duchesne* [4], *cuius sententiae potius calculum damus, Severum Ravennatem episcopum, de quo ad diem 1 feb., n. 47.*

**in Mediolano Lucae, Andreae, Iohannis, Severi et Euphemiae.**

ADDITAMENTA] *M a x i m i episcopi Reiensis (Riez) qui c. annum 460 obiit, laudatio conscripta est a Fausto episcopo* [5] *et Vita a Dynamio patricio* [6] *saec. VI* [7].

**in civitate Regiensi depositio sancti Maximi episcopi.**

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: D e p o s i t i o O b t a t i e p i s c o p i. Locum depositionis: R o m a e supplent alia exempla contracta: Gellonense, Einsidlense e cod. 117, Viennense seu Fuldense, Treverense e cod. 1245* [8]. *Ultimo loco inter* Nomina episcoporum martyrum et confessorum qui depositi sunt in coemeterio Callisti [9], *signatus est* OPTATVS, *et in pariete cryptae S. Cornelii effigies eius delineata cernitur, cum hac inscriptione* [10]:

SCS OPTAT(*VS*) EP(*I*)SC(*OPVS*)

*Lapidis fragmenta ab eo reperta et sollerter composita Rossium docuerunt O p t a t u m fuisse Vesceritanum in Mauretania Sitifensi* [11], *qui anno 411 interfuit Collationi Carthaginiensi. Is esse videtur ad quem Augustinus epistulam De animae origine* [12] *scripsit an. 418* [13]. *Huius autem tituli reliquiae haec sunt:*

EPISCOPVS VES *c e r i r* ITANVS
REG(*IONIS*) NVMIDIAE R(*ECESSIT*) PR(*ID*)
[ID(*VS*)

*Dies igitur obitus non est V kal. dec., sed, ut videtur, depositionis in coemeterio Callisti. In tabula, quae est in porticu ecclesiae S. Silvestri in Capite, seu* NOTICIA NATALICIORVM SANCTORVM HIC REQVIESCENTIVM, *inscriptus est et natalis S. Optati:*

MENSE NOV. D(*IE*) XXVII N(*ATALE*) S. OPTATI ET POLYCHAMI [14]

*Eorundem nomina inscripta sunt in tabula quae servatur in cryptis basilicae Vaticanae:*

S(*AN*)C(*TO*)R(*VM*) OPTATI ET POLYCHAMI [15].

*Polychamus autem ex iis erat qui in coemeterio Callisti quiescebant, eiusque effigies ibidem depicta erat* [16]. *Addatur et inscriptio basilicae Sanctae Praxedis:*

ITEM NOMINA EPISCOPORVM
STRATONICI LEVCII ET OPTATI

*eorum videlicet qui a Paschali summo pontifice eo translata sunt* [17].

**<Romae> depositio Optati episcopi.**

[1] *Anal. Boll.*, t. XLVIII, p. 11-14. — [2] Quam ob causam censuerit F. SAVIO nomina apostolorum Iohannis, Andreae et Lucae interpolata esse, fateor me non perspicere. *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 822, annot. 2; ID., *I santi martiri di Milano*, p. 62. — [3] LANZONI, *San Severo vescovo di Ravenna*, t. I, p. 32; *Le diocesi d'Italia*, p. 1000. — [4] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXXIV]. — [5] *BHL.* 5852. — [6] *BHL.* 5853. — [7] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 283-84. — [8] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [147].— [9] DE ROSSI, *Roma sott.*, t.II, p. 48.— [10] WILPERT, *Le pitture delle catacombe Romane*, tav. 256; testo, pp. 153, 460-62. — [11] *Bullettino*, 1864, p. 49-54; *Roma sott.*, t. II, p. 221-25. — [12] Epist. CXC, GOLDBACHER, IV, p. 137. — [13] Cf. MORCELLI, *Africa christiana*, t. I, p. 352.— [14] MAI, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, p. 56-57. — [15] MAI, t. c., p. 44. — [16] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 119-22. — [17] DE ROSSI, t. c., p. 38.

# IV KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|
| In Oriente | In Syria |

**Trofimi [5] Theodori et Pegassi Eucheri. et [10] alibi Eusebi Iuli.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 5. tropymi W | 6. theodoli W | 7. ex W | 8. picasi W | 9. euceri W | 10-11. *om.* W | 12. *add.* et W | 13. iulii W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. sancti Saturnini in Oriente nat. Trofimi Theodori et Pegasi et sancti Crisanti Mauri et Dariae virginis et aliorum LX. — Mon. : In Oriente natalis sanctorum Eucherii Triphoni Theodori Pagassi Eusebii. — Rich. : In Oriente Trofimi Theodori et Pecasii Eucherii et alibi Eusebii et Iulii.

## NOV. 28

*1.* IN ORIENTE] *Ambae recensiones suum quaeque nomen loci proponunt, utraque pari cum iure. De sanctis quos hodiernus laterculus comprehendit, nullum nobis testimonium traditum est. Iam die 4 ianuarii, n. 10, notavimus in Oriente solos fere collocari sanctos Veteris et Novi Testamenti. Quae regula si in hodierno laterculo etiam obtinet, e duabus interpretationibus alterutra nobis eligenda erit: aut Trofimus ille erit (n. 5), de quo in Actis Apostolorum* [1], *vel alius quidam Trofimus, qui apostolorum suppar creditus sit; aut indicium loci in Oriente quoquomodo avulsum est a die 30 nov., ubi ad S. Andream apostolum referendum erat. Die 5 feb., n. 23, S. Andream apostolum annuntiant codices nostri in Oriente Patras, ut ad hunc diem notatum est. Utcumque res se habet, in hodierno elogio formula: in Oriente adventicia est.*

*4.* IN SYRIA] *Trofimum (n. 5), qui in Syria praecipue cultus sit, non repperimus. Contra ad diem 19 sept., in Sinnada Phrygiae* [2], *Trofimus quidam nobis obvius fuit. Itaque satis pronum est pro Syria hic restituere Synnada. Sed littera codicum huic coniecturae certe non favet.*

*5.* TROFIMI] *Trofimus, Τρόφιμος, martyr Synnadensis, quem modo memoravimus, non unicus est Trofimus e cuius memoria repeti possit aliqua interpretatio hodiernae mentionis. Ad 5 dec., in martyrologio procedit par martyrum: Trofimi et Eucarpionis, quorum Passio latina natalem diem statuit* nonis decembribus [3]. *Exstitit quidem eorundem Passio graeca, cuius epitome in graecis Menaeis servata est ad diem 18 mart.* [4]. *Passi feruntur isti martyres Nicomediae. Is Trofimus esse potest qui in hodierno elogio occurrit, seiunctus a compare suo et omisso nomine Nicomediae. Ipse Εὐκαρπίων, Eucarpionis, non plane abest: in Eucrepitis enim et Carionis (30 nov., n. 13, 22), haud imprudenter agnoveris disiecta membra Eucarpionis. Neque Eucheri, n. 9, ita ab Eucarpionis discrepat, ut in eo vestigium quoddam huius nominis agnosci non possit. Carionis sub Nicomedia annuntiatur. Id loci indicium est quod non sine similitudine veri retinere liceat, dum contra in Syria plane reprobandum est. Haec ad diem 30 nov. explicatius disputabuntur.*

*6.* THEODORI] *Si codices sequemur qui habent Theodoli, martyrem agnoscimus qui memoratur ad diem 30 nov., n. 51.*

*8.* PEGASSI] *Al. Picasi. Norunt Graeci Πηγάσιον martyrem, quem in Perside passum credunt* [5], *et ad diem 2 nov. recolunt* [6]. *Hunc esse nostrum Pegassi, nihil liquido suadet.*

*9.* EUCHERI] *Al. Euceri. Iam diximus, ad n. 5, in hoc nomine subodorari posse Eucarpionis.*

*12.* EUSEBI] *Cum Eusebius iste plane ignotus sit, videndum num hoc nomen sit depravata forma Eucheri, n. 9.*

*13.* IULI] *Ignotus. At hodierna series nominum quadantenus affinis est cum laterculo diei 30 nov., in quo nonnulla nomina in ULI exeunt: Castuli, n. 11, Centuli, n. 50. Itaque interrogari potest num fortasse extremae illae syllabae uli casu vel librarii artificio adiecta una litterula ortum dederint nomini Iuli.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Crisanti, Mauri, Dariae = Nov. 29, n. 3-5.*

[1] *Act.* XX, 4 ; XXI, 29. — [2] Graece : ἐν τοῖς Συννάδοις. — [3] *BHL.* 8320. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 546-48. — [5] *BHG*². 21-23. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 187.

# III KAL. DEC.

**I**

**Romae Saturnini Crisanti Mari Dariae et aliorum LX.**

**II**

**Romae Arosonis Saturnini Crisanti et Dariae Mauri et aliorum LXXII quorum nomina habentur in libro vitae.**

**in Spaniis civitate Tolosa natale sancti Saturnini episcopi et martyris [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) castro huvizunburgo miliario uno in monte dedicatio oratorii beati pauli apostoli egregii praedicatoris W[2].

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W.— 1. rōm E | 9. rōm W | 10. *add.* nām W | 21. hab̄ W | 26. galliis W | 28. nam tas W | 29. *om.* W | 33-34. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Vigilia sancti Andreae apostoli. — MON. : Vigilia sancti Andreae apostoli Romae in Salaria in cimiterio Arasonis natalis sanctorum Saturnini Crisanti et Dariae et aliorum LXXII et plurimorum nomina hi omnes in eodem loco requiescent. — RICH. : Rome Saturnini Crisanti Mauri Dariae et aliorum septuaginta duoru. et in Gallia civitate Dolosa sancti Saturnini episcopi et martyris.

## NOV. 29

*1.* ROMAE] *Depositio martyrum:* Saturnini in Trasonis. *Sacramentarium Gelasianum:* In natali sanctorum martyrum Saturnini, Crisanti, Mauri, Dariae et aliorum [1]. *Sacramentarium Gregorianum:* Natale sancti Saturnini [2]. *In codice huius sacramentarii Ottoboniano, sub lemmate* III kal. dec. natale sancti Saturnini, *legitur praefatio, e qua haec verba afferenda sunt:* Cuius gratia beatus Saturninus in sacerdotem elegit, doctrina ad praedicandum erudiit, potentia ad perseverandum confirmavit, ut per sacerdotalem infulam perveniret ad martyrii palmam [3]. *Haec ad Saturninum martyrem Romanum, quem nemo asseruit episcopum fuisse, nequaquam referri possunt, sed ad homonymum Tolosanum, qui eodem colitur die. Kalendarium lapideum Neapolitanum* [4]*:* XXIX. NAT(*ALE*) S(*ANCTI*) SATVRNINI. *Quae de sanctis in coemeterio Trasonis viae Salariae Novae proferunt Itineraria, ad diem 12 aug., n. 23 collegimus. Solus* S a t u r n i n u s *hodie propriam habet festivitatem; ceteris suus quisque dies assignatus est, 12 aug., 25 oct., 10 dec. S. Saturnini Passio nulla conscripta fuit; sed ab hagiographo, qui Acta S. Marcelli confinxit, inter dramatis personas assumptus est Saturninus senex cum Sisinnio diacono, qui primum torti,* dein deposìti de eculeo, ducti sunt via Numentana miliario secundo et ibi capite sunt truncati. Eorum autem corpora collegit Thrason cum Iohanne presbytero et sepelivit in praedio suo via Salaria sub die quarto kalendarum decemb. [5]. *Carmen epigraphicum, quod S. Saturnino posuit Damasus, e sylloge Laureshamensi damus, a Rossio emendatum* [6]*:*

INCOLA NVNC CHRISTI FVERAT CARTHAGINIS ANTE
TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS
SANGVINE MVTAVIT PATRIAM NOMENQVE GENVSQVE
ROMANVM CIVEM SANCTORVM FECIT ORIGO
MIRA FIDES RERVM DOCVIT POST EXITVS INGENS
CVM LACERAT PIA MEMBRA FREMIT GRATIANVS VT HOSTIS
POSTEAQVAM FELLIS VOMVIT CONCEPTA VENENA
COGERE NON POTVIT CHRISTVM TE SANCTE NEGARE
IPSE TVIS PRECIBVS MERVIT CONFESSVS ABIRE
SVPPLICIS HAEC DAMASI VOX EST VENERARE SEPVLCHRVM
SOLVERE VOTA LICET CASTASQVE EFFVNDERE PRECES
SANCTI SATVRNINI TVMVLVS QVIA MARTYRIS HIC EST

[1] WILSON, p. 106. — [2] WILSON, p. 110. — [3] Ibid., p. 292. — [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [5] *BHL.* 5234, c. 8. — [6] *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, p. 103. Carmini praefixum est in codice Laureshamensi lemma: *Sancti Saturnini*, quod subsequitur titulus: *[beatissi]morum martyrum cultor Damasus episcopus servus Dei.* Hunc tamen a subiecto epigrammate separandum, quippe qui non unius sed plurium martyrum honori dedicatus esset, monet Rossius. M. IHM, in *Rheinisches Museum*, t. L, p. 202, demonstrandi sibi munus assumpsit duos versiculos postremos e carmine expungendos esse. Cf. eiusdem *Damasi epigrammata*, n. 45, 46.

*Inter*

*Inter titulos viae Salariae qui collecti sunt in Sylloge Virdunensi,* item in ecclesia sancti Saturnini [1] *inscripta habetur haec epigraphe* [2]*:*

SATVRNINE TIBI MARTYR MEA VOTA RE-[PENDO

*Sedente Felice IV* (*526-530*), consumpta est incendio basilica sancti martyris Saturnini, via Salaria, quam a solo refecit [3]. *Hadrianus p.* (*772-795*) basilicam S. Saturnini in praedicta via Salaria posita una cum cymiterio sanctorum Crisanti et Dariae renovavit [4]. *Gregorius p. IV* (*827-844*) ecclesiam beati Saturnini martyris, foris portam Salariam constitutam, quae vetustate, nimia et longo iam senio a fundamentis ceciderat, novis fabricis aedificare coepit et picturis variis decoravit [5]. *Notas numerales: e t a l i o r u m L X vel L X X I I referendas esse ad martyres L X I I, quos carmine laudavit Damasus, ad diem 25 oct., sicut res ferebat, demonstravimus. Loco A r o s o n i s legendum esse T r a s o n i s vix est cur moneamus.*

**Romae <in cimiterio> Trasonis Saturnini, Crisanti, Dariae, Mauri et aliorum.**

*4.* MARI] *Infra, n. 15: M a u r i, vera lectio. Cf. dec. 10, n. 29.*
*8.* ALIORUM LX] *Infra, n. 17: a l i o r u m L X X I I. Lege annotata ad n. 1.*
*10.* AROSONIS] *Lege T r a s o n i s. Supra, ad n. 1.*
*26.* IN SPANIIS] *Passio S. Saturnini episcopi:* Decio et Grato consulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum et summum Christi Tolosa civitas sanctum Saturninum habere coeperat sacerdotem [6]. *Haec et a Gregorio Turonensi lecta fuisse constat* [7]. *Ab aequali vel suppari conscripta fuisse Acta S. Saturnini nemo contendet* [8]. *Neque annus emortualis neque natalis dies, sed nonnulla notatu digna de martyris basilica ab anonymo scriptore notata sunt:* Mansit aliquamdiu sub vili caespite, omnibus quidem inhonorum sed honoratum a Deo martyris corpus, donec sanctus Hilarius post multum temporis in Tolosana urbe episcopus ordinatus, de antecessoris sui obitu instructus et merito effossa usque ad ipsum sepulcrum ligneum terra, sanctas veritus commovere reliquias, transvolutionem desuper multo latere diligenter exstruxit, basiliculam etiam admodum parvulam vilibus lignis ad locum tantum orationis adiecit... Sanctus Silvius episcopatum supradictae urbis indeptus, pulcram et spatiosam; basilicam magnis sumptibus parans ad venerandi martyris transferendas illuc reliquias, ante consummationem coepti operis recessit e saeculo. Post cuius obitum sanctus Exsuperius in summum sacerdotium cooptatus... basilicam quam decessor suus fideliter inchoaverat, instantissime consummavit et feliciter dedicavit. *In quam, impetrata imperatoria facultate, reliquias sancti martyris intulit. Nec Hilarius nec Silvius praeterquam ex hisce Actis noti sunt. Exsuperius autem non ante annum 441 obiit* [9]. *Quoties et quando S. Saturnini basilica refecta fuerit distincte prosequi non licet. Uxorem Ragnovaldi ducis Tolosae* in basilica sancti Saturnini *resedisse narrat Gregorius Turonensis* [10]. *A Fortunato conscriptum est carmen* De Launebode qui aedificavit templum S. Saturnini [11]. *Habetur eiusdem carmen* De domno Saturnino [12], *eidemque accinit Sidonius Apollinaris in versiculis quos epistulae ad Firminum inserit* [13]. *Reliquias sancti martyris hinc inde memorat Gregorius Turonensis* [14]. *Kalendaria Mozarabum quotquot habemus S. Saturninum episcopum et martyrem recolunt* [15], *et in eorumdem sacramentariis variae de eo insertae sunt missae* [16]. *In missali Gothico habetur et* Missa sancti Saturnini episcopi et martyris [17]. *In nostris libris die 30 oct. nuntiatur translatio S. Saturnini, quam die 1 nov. celebrant Mozarabes* [18].

**in Spaniis civitate Tolosa natale sancti Saturnini episcopi et martyris.**

[1] DE ROSSI, *Bullettino*, 1873, p. 8-9. — [2] DE ROSSI, *Inscriptiones*, t. c., p. 136; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 88. — [3] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 279. — [4] Ibid., p. 509. — [5] Ibid., t. II, p. 74, — [6] *BHL.* 7495, c. 2. — [7] *Hist. Franc.*, I, 30. — [8] Cf. TILLEMONT, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, t. III, pp. 297-302, 697-98; DE VIC-VAISSETTE, *Histoire de Languedoc*, t. I (Toulouse, 1874), p.335-338. — [9] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 307. — [10] *Hist. Franc.*, VI, 12. — [11] *Carm.* II, 8. Cf. E. MABILLE in *Histoire de Languedoc*, t. c., p. 377-78. — [12] *Carm.* II, 7. — [13] Epist. IX, 16. — [14] *In gloria mart.*, XXX, XLVII, LXV; *In gloria conf.*, XX. — [15] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 488-89. — [16] ID., *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, pp. 29-33, 460-64. — [17] H. M. BANNISTER, *Missale Gothicum*, p. 39-40. — [18] De missa mozarabica in die translationis, P. BATIFFOL, *Études de liturgie et d'archéologie chrétiennes* (Paris, 1919), p. 180-92.

PRID.

# PRID. KAL. DEC.

| I | II |
|---|---|

In provincia Achaia civitate Patras natale sancti Andreae apostoli.

Romae Castuli et Eucrepitis. et in Mediolano Ambrosi episcopi.

in Nicomedia sanctorum Carionis Tirionis. et in Antiochia Domni Merolae.

in Mediolano sancti Ambrosii episcopi et de perceptione baptismi. Romae sancti Castoli et Euprepetis et Saturnini Crisanti et Mauri.

et alibi Centuli Teodoli Ianuari.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 2. *om.* E | 10. rōm E | 16. mediōl E | 19. *om.* E | 20. nicōm E | 21. *om.* E | 23. tyrionis W | 24-25. *om.* E | 26. antioč E ; anthiocia W | 27. domnini W | 28. merocli W | 38. rōm W | 48-49. *om.* W | 51. theudoli W ; *add.* et W | 52. ianuarii W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Patras in Achaia nat. Andreae apostoli et Romae Castuli et Eucrepitis et in Mediolano Ambrosi episcopi. — Mon. : Romae Castuli martyris Ambrosii episcopi Mediolanensis. — Rich. : In Achaia civitate Patras sancti Andreae apostoli et Rom. Castuli Saturnini et Euprebitis et in Mediolanio Ambrosii et in Nicomedia Carionis Turrionis.

## NOV. 30

5. PATRAS] *Quandonam Patrae civitas Achaiae*[1] *S. Andreae sepulcro gloriari coeperit non constat. Dicta S. Iohannis Chrysostomi de locis ubi apostolorum corpora condita fuerint meminisse iuvat: Τί δέ, εἰπέ μοι, τοῦ Μωϋσέως αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ οὐκ ἐν ξένῃ κεῖται; τὰ δὲ Ἀαρών, τὰ δὲ τοῦ Δανιήλ, τὰ δὲ τοῦ Ἱερεμίου, τὰ δὲ τῶν ἀποστόλων οὐδὲ ἴσμεν τῶν πολλῶν ὅπου κεῖται. Πέτρου μὲν γὰρ καὶ Παύλου, καὶ Ἰωάννου καὶ Θωμᾶ δῆλοι οἱ τάφοι· τῶν δὲ ἄλλων τοσούτων ὄντων, οὐδαμοῦ γνώριμοι γεγόνασι*[2].

8. ANDREAE] *Sacramentarium Leonianum:* Prid. kal. dec. n(atale) sancti Andreae apostoli[3]. *Sacramentarium Gelasianum:* III kal. decembres in vigilia sancti Andreae. Prid. kal. decembres item in natali eiusdem. VII id. decembres in octavas sancti Andreae apostoli[4]. *Item Sacramentarium Gregorianum, omissa octava*[5]. *Kalendarium Carthaginiense:* [II] kal. dec. sancti Andreae apostoli et martyris. *In kalendariis universim natalis dies S. Andreae inscriptus est hoc die*[6]. *Actis S. Andreae tum graecis, tum latinis et orientalibus*[7] *immorandum non est, siquidem notissima sint et apocrypha a nemine non habeantur*[8]. *Conscripta sunt etiam S. Andreae Miracula et variae reliquiarum translationes*[9], *exstantque innumera in toto orbe christiano cultus monumenta. Celebris fuit Romae basilica S. Andreae in Esquiliis, a Simplicio papa dedicata*[10] *et triginta circiter ecclesiae eidem in Urbe, saeculis currentibus, sacratae fuerunt*[11].

**in provincia Achaia civitate Patras natale sancti Andreae apostoli.**

10. ROMAE] *Infra, n. 38. Iteratur memoria* Castuli *qui via Lavicana sepultus erat, et die 26 mart., n. 3, recolitur. Quamquam geminationis causam ignoramus, amplectenda non videtur sententia viri eruditissimi, qui postquam S. Stratonicum, in eadem via Lavicana quiescentem, in hieronymianis frustra quaesierat, hunc hodie latere sibi persuasit sub nomine* Eucrepitis *(n. 13), proindeque legendum:* Romae <via Lavicana in cimiterio> Castuli Stratonici[12]. *Qua via ab* Eucrepitis *ad Stratonicum librarius lapsus fuerit, non facile perspicitur.*

13. EUCREPITIS] *Infra, n. 42:* Euprepetis. *Lege quae notanda sunt ad n. 20:* Nicomedia.

16. IN MEDIOLANO] *S.* Ambrosii *memoria enucleatior, infra, n. 30-37.*

20. IN NICOMEDIA] *Ad rem facere videntur quae ad diem 28 nov., n. 5:* Trofimi, *prolata sunt de Trofimo et Eucarpione, martyribus Nicomediensibus.* Eucarpionis *enim elementa tum* Eucrepitis *(n. 13) tum* Carionis

[1] Cf. E. Gerland, *Neue Quellen zur Geschichte des lateinischen Erzbistums Patras*, p. 3-8. — [2] *In epist. ad Hebraeos homil.* XXVI, 2, *P.G.*, t. LXIII, p. 179. — [3] Feltoe, p. 156. — [4] Wilson, p. 207-209. — [5] Wilson, p. 111. — [6] Lipsius, *Die apocryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 430. — [7] *BHG*[2]. 93-102 ; 109-110 ; *BHL.* 428-29 ; *BHO.* 48-57. — [8] De his Lipsius, op. c., t. I, p. 543-622. — [9] *BHL.* 430-442. — [10] De Rossi, *Bullettino*, 1871, p. 22-29 ; Huelsen, in *Nuovo Bullettino*, 1899, p. 171-76. — [11] Huelsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 176-95. — [12] J. P. Kirsch, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 184.

*nominibus*

*nominibus efficiendis subministrarunt, ut nec inepte agere censendus sit qui Trofimum arcessat et hanc componat memoriolam :*

**in Nicomedia Trofimi et Eucarpionis.**

*22.* CARIONIS] *Ad n. 20, scripsimus : (Eu)car(p)ionis.*

*23.* TIRIONIS] *Eiusdem nominis Carionis lectionem magis depravatam suspicamur. Est qui credat haec nomina corrupta esse ex Marathonis, quod in serie episcoporum Nicomediensium est* [1]. *Nullo tamen id comprobat argumento.*

*26.* IN ANTIOCHIA] *Die 2 ian., n. 2, lecta est memoria Domni, episcopi Antiocheni. Quam ob causam hodie iteretur, non video. Sed de lectione nulla est dubitatio.*

**in Antiochia Domni.**

*28.* MEROLAE] *Al. Merocli, quae lectio praestantior est. Catalogus episcoporum Mediolanensium :* Mirocles episcopus sedit annos XXII, obiit pridie kal. decembris, sepultus ad sanctum Victorem [2]. *De eo S. Ambrosius :* Absit ut tradam haereditatem patrum, hoc est, haereditatem Dionysii, qui in exsilio in causa fidei defunctus est, haereditatem Eustorgii confessoris, haereditatem Myroclis atque omnium retro fidelium episcoporum [3]. *Ennodius, in Vita S. Epiphanii Ticinensis :* Praefatus vir insignis Epifanius oriundo Ticinensis oppidi indigena fuit, patre Mauro generatus et matre Focaria editus, quae sancti etiam Mirocletis confessoris et episcopi tangebat prosapiem [4]. *Interfuit concilio Romano ann. 313 et Arelatensi ann. 314* [5]. *Eius natalis, qui cum festo S. Andreae et commemoratione S. Ambrosii concurrebat, ad diem 26 nov. reiectus est. Ita in kalendario Mediolanensi saec. XI :* VI kal. dep. sancti Mirocletis episcopi [6]. *Deest in kalendario Beroldi.*

**<in Mediolano> Meroclis.**

*32.* AMBROSII] *Supra, n. 17. Neque ordinatio S. Ambrosii die 7 dec., nec depositio, 4 april. in his fastis commemoratur, sed baptisma. Ita et in kalendario saec. XI :* prid. kal. sancti Andreae apostoli et baptisma sancti Ambrosii [7], *et apud Beroldum :* S. Andreae apostoli et baptisma sancti Ambrosii in eadem ecclesia [S. Ambrosii] [8].

**in Mediolano sancti Ambrosii episcopi de perceptione baptismi.**

*40.* CASTOLI] *Supra, n. 11.*

*42.* EUPREPETIS] *Supra, n. 13 : Eucrepitis, lege: Eucarpionis. In martyrologio Romano perperam sociatur cum Castulo, quocum Romae assignatur :* Romae passio sanctorum Castuli et Euprepitis.

*44.* SATURNINI] *Nov. 29, n. 2.*

*45.* CRISANTI] *Nov. 29, n. 3.*

*47.* MAURI] *Nov. 29, n. 4. Videtur Maurus Baronio ansam dedisse ut martyrologio hodie Mauram insereret :* Constantinopoli sanctae Maurae virginis et martyris, *hoc addito commentario : « De eadem agunt Graeci; eiusque nomine nobilitata est insula in mari Ionio, quae S. Maura nuncupatur. » Μαύρας συζύγου Τιμοθέου memoriam agunt Graeci die 3 maii* [9].

*50.* CENTULI] *Cf. supra, n. 11 : Castuli.*

*51.* TEODOLI] *Nov. 28, n. 6 : Theodori, al. Theodoli.*

*52.* IANUARI] *Nudum nomen.*

[1] I. FERNHOUT, *De martyrologii hieronymiani fonte quod dicitur martyrologium Syriacum*, fasc. 2, p. 9.— [2] SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, Milano, p. 30. Cf. p. 94-98. — [3] *Contra Auxentium*, 18, *P. L.*, t. XVI, p. 1012. — [4] *BHL.* 2570, n. 7. — [5] SAVIO, t. c., p. 94. — [6] MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 195. — [7] Ibid., p. 195. — [8] MAGISTRETTI, *Beroldus*, p. 13. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 649.

# DECEMBER

**Mensis December habet dies XXXI**

---

## KAL. DEC.

**Laetanias indicendas**

**Romae natale Candidae. et alibi Omboni Filadi Luci Matronae [a]. in Africa Victori Rogati Mammari Elegati Quintasi Natalici Cassiani Kalendionis Pimini Donati Saturnini Furtunati Luciani Optati [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) iustini in gallia civitate noviomo depositio sancti eligii episcopi et confessoris C. — b) in gall civitate noviomo (novione LV) depositio sancti eligii (elegi K ; eligi LV) episcopi et confessoris WKLV.

*Var. lect. codd.* EW. — *Lemma :* decimber dies XXXI (lit. ind. *om.*) E ; in letanias indic. W. — 1. rōm E | 2. *om.* W ; *add.* scāe W | 3. candide W | 4-5. *om.* W | 6. amboni W | 7. falati W | 8. lucii W | 11. āff E | 12. victuri W | 15. alequatae W | 16. quintase W | 17. nāt sc̄i W | 19. klē W | 20. pinnini E | 23. furtunatae W | 24. *add.* et sc̄i W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Candidae et aliorum XX. — MON. : In Africa natalis sanctorum Victoris Rogati Romae Candidi Lucii et aliorum III Noviomago sancti Elegii. — RICH. : Rome sanctae Candidae et in Africa Victuri Rogati Eliquati et in civitate Noviomo depositio sancti Elegii episcopi.

### DEC. 1

*1.* ROMAE] *En* C a n d i d a m *iterum cuius ad diem 3 oct., quo in martyrologio primum occurrit, natalem diem compertum esse negavimus. Neque dies 1 dec. proprius ei videtur fuisse. Hodierna enim mentio :* R o m a e n a t a l e C a n d i d a e, *anticipata est e die 2 dec., ad quem interpolator more suo Candidam ultro adiunxit* P i m e n i o, *qui in eodem coemeterio Pontiani iacebat. Accedit quod* C a n d i d a *ab hagiographis inducta fuit in Acta Pimenii :* cuius corpus collectum est a quadam matrona nomine Candida et sepultum est in cripta in cymiterio Pontiani [1]. *Iamvero cum nullam causam eius modi perspiciamus cur die 3 oct. compareat Candida, restat ut ad illum diem eam quasi in sollemnitate propria memoratam dicamus. Sed et hodie plana est lectio :*

**Romae natale Candidae.**

*6.* OMBONI] *Dec. 3, n. 8 :* U m b u c i, *dec. 4, n. 15 :* U m b o n i. *Ceterum ignotus.*

*7.* FILADI] *Martyr ignotus.*

*9.* MATRONAE] *Dec. 5, n. 26 ; nov. 17, n. 17.*

*11.* IN AFRICA] *Ut alias passim accidit, Africanus catalogus alienis nominibus commixtus est. Ex his sanctis nonnulli iam aliis diebus prodierunt, praesertim diebus 24 et 25 nov.*

*12.* VICTORI] *Nov. 25, n. 11.*

*13.* ROGATI] *Nov. 24, n. 32.*

*14.* MAMMARI] *Oct. 31, n. 60 ; nov. 24, n. 30 ; dec. 2, n. 20 :* M a m m a r i a e.

*15.* ELEGATI] *Al.* A l e q u a t a e, *utraque forma suspiciosa.*

*16.* QUINTASI] *Ad diem 10 oct. nomen legimus* Q u i n t a s i, *martyris Africani. Isne idem nobis hodie occurrit?*

*17.* NATALICI] *Nomen in martyrum Gestis inauditum. Verisimilior videtur lectio codicis W :* n a t a l e s a n c t i. *Attamen ex forma* n a t a l i c i *repeti potest enodatio quaestiunculae, quae exsurgit in mentione S. Adriani, coniugis S. Nataliae, apud Adonem, ad diem 8 sept. Nempe ad extremum haec subdit Ado :* Natalia vero... iuxta sanctorum corpora sepulta est kalendis decembris. *Iamvero in Passione S. Adriani* [2], *qua usus est Ado* [3], *nihil tale legitur. Sane pro* N a t a l i c i *legere sibi visus est* N a t a l i a. *Adonem exscripsit Usuardus :* sanctae Nataliae uxoris beati Hadriani martyris [4] *et Usuardum rursus, auctiori forma, martyrologium Romanum.*

*18.* CASSIANI] *Hic Africanus non est, sed Tingitanus martyr, dec. 3, n. 29. In martyrologio Romano cum aliis martyribus (n. 8, 13, 18, 3) perperam coniunctus est, qui omnes Romae passi asseverantur :* Ibidem passio sanctorum Lucii, Rogati, Cassiani et Candidae. *Pro testibus Baronio non fuerunt nisi « vetera manuscripta ».*

[1] *BHL.* 1322. — [2] *BHL.* 3744-3745. — [3] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 486. — [4] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 713.

19. KALENDIONIS] *Relegantur quae de Kalendione annotata sunt ad diem 15 nov., n. 17.*

20. PIMINI] *Dec. 2, n. 5, et n. 3: Pemeni.*

21. DONATI] *Nov. 25, n. 13; dec. 2, n. 22: Donatae.*

22. SATURNINI] *Cum in Africa pervulgatum nomen sit, hunc Saturninum eundem esse cum illo qui nov. 29, n. 2, recensetur asserere nolumus.*

25. OPTATI] *Nov. 27, in cod. Cambrensi.*

ADDITAMENTA] *Iustini. Ignotus, nisi dicamus Iustinum, qui in territorio Parisiensi colitur, a kal. aug. ad kal. dec. errore devectum esse. Eligii Noviomensis seu Noviomagensis*[1] *(Noyon, dép. de l'Oise) episcopi Acta habemus*[2].

**in Gallia civitate Noviomo depositio sancti Eligii episcopi et confessoris.**

[1] HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. II, p. 790. — [2] *BHL.* 2474-2477.

---

# IV NON. DEC.

**Romae natale Pemeni Pontiani Pimini. in Mauritania Veri Securi Ianuari Victurini Furtunati Meggini Debuchi item Victurini Clemeni Pontiani Candidae Mammariae Agnetis Donatae Primae Victuriae Secundae Septimae Maximae Donatae Saturninae.**

*Var. lect. codd.* EW. — 1. rōm E | 2. *om.* E | 3. primenti W | 7. mauritā E | 10. ianuarii W | 13. meggeni W | 14. debbuchi W | 15. *om.* W | 19. candide W | 22. donate W | 25. secunde W | 26. septimiae W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: Romae nat. Pemeni et Pontiani. — MON.: In Mauritania natalis sanctorum Veri Securi Ianuarii Romae Primenti Vibiani et aliorum III. — RICH.: Rome Pimenii et Pontiani Vibiani et in Mauritania Veri Securi Ianuarii Victurini Furtunati item Victuri et Pontiani.

## DEC. 2

1. ROMAE] *Itinerarium Salisburgense (via Portuensis):* Descendis in antrum et invenies ibi innumerabilem multitudinem martyrum: Pumenius martyr ibi quiescit et Milix martyr in altero loco. *Epitome de Locis sanctorum:* S. Abdon et S. Sennes sanctusque Milex et S. Vincentius, S. Polion, S. Iulius, S. Pymeon [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* prope in ecclesia sunt martyres Felix, Alexander, Abdon et Sennes, Symeon, Anastasia, Polion, Vincentius, Milex [2]. *In coemeterio Pontiani depictae sunt effigies trium martyrum quorum ascripta sunt nomina:*

SCS MILIS SCS PYMENIVS SCS POLLION [3]

*In tabula marmorea cui incisa est* NOTITIA NATALICIORVM *sanctorum, quorum reliquiae a Paulo I translatae sunt in ecclesiam S. Silvestri in Capite, inscriptum est nomen*

S̄C̄Ī PYMENII P̄B̄ ET MART.

*Passio S. Bibianae, quae quandoque inscripta est Passio Pimenii:* Collectus autem erat [Iulianus] ad erudiendum a Pigmenio Urbis Romae presbitero de titula Pastoris. Hic Pigmenius erudivit Iulianum litteris... *Et post multa:* iratus itaque Iulianus imperator iussit eum per pontem praecipitari. Cuius corpus collectum est a quadam matrona nomine Candida et sepultum est in cripta in cymiterio Pontiani ad Ursum Pilleatum duodecimo kalendas martias [4]. *Passio S. Crescentii:* Crescentius ab Epigmenio presbitero occulte baptizatus est [5]. *Passio S. Donati:* Erat quidam puer in civitate Romana nomine Donatus clericus in titulo Pastoris nutritus a Pimenio presbytero in titulo suprascripto [6]. *Varie scriptum repperimus nomen martyris.*

*Pemeni (n. 3; cf. n. 17: Clemeni)*
*Pimini (n. 5)*
*Pymenius, Pimenius*
*Pumenius*
*Pomeni, mart. 19, n. 11*
*Pymeon (male Symeon)*
*Pigmenius.*

*Subesse videtur graecum Ποιμήν, nec sine causa Pimenium seu Poemena vocari presbyterum tituli Pastoris. Nullum enim fuisse Romae titulum Pastoris nemo est qui ignoret, et hoc nomine ab hagiographis designari coepisse titulum Pudentis seu ecclesiam Pudentianam, cuius origines describuntur in ementitis epistulis Pastoris presbyteri. Praeter hodiernam memoriam, in nostris libris*

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182. — [2] Ibid., p. 183. — [3] DE ROSSI, *Bullettino*, 1891, p. 149-54; GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. II, tav. 87, n. 3; WILPERT, *Le pitture delle catacombe Romane*, t. I, p. 453-54; tav. 255. — [4] *BHL.* 1322. — [5] *BHL.* 1986. — [6] *BHL.* 2289.

*Pimenius*

*Pimenius bis inscriptus est. Die 18 feb. in solo codice Rich. occurrit, consonante Passione S. Bibianae et kalendario Neapolitano. Codices pleniores omnes die 19 mart., n. 11, nuntiant Pomeni; pridie, solus codex B: Rome Pymeni episcopi. Ita et tabula marmorea ecclesiae Sancti Silvestri in Capite:* MENSE MARTIO DIE XVIII ... SCI PYMENII PB ET MART [1]. *Sub altare maiore ecclesiae S. Salvatoris de Curte repertae sunt inscriptiones duae, quarum prior est:*

> + TITVLI PASTORIS P(*RES*)B(*ITE*)R IACET PIGMENIVS IN MAVSOLEVM FELICITER TRANSLATVS

*et haec altera:*

> + HIC REQVIESCIT CORPVS S(*ANCTI*) PIGMENII M(*ARTYRIS*) CHRISTI

*de quibus Rossius docte disseruit* [2].

**Romae <in cimiterio> Pontiani natale Pimenii.**

5. PIMINI] *Supra, n. 3: Pemeni; n. 17: Clemeni.*

7. IN MAURITANIA] *Quam incerti sint Africani laterculi ad nauseam usque repetivimus. De hodiernis martyribus quoque silent monumenta, et Mauris admixti sunt peregrini. Neque huius diei propria sunt omnia nomina quae cum aliis diebus tum die 12 aprilis recensentur.*

8. VERI] *Varia lectio codicis Corbeiensis: Severi consideranda est, quam comprobare videtur proximum vocabulum: Securi.*

9. SECURI] *Corruptum crediderim ex Severi. Cf. n. 8.*

10. IANUARI] *April. 12, n. 45.*

11. VICTURINI] *Infra, n. 16; april. 12, n. 115.*

12. FURTUNATI] *Dec. 1, n. 23.*

13. MEGGINI] *Dec. 4, n. 5; 10, n. 7: Miggini; april. 12, n. 72: Migoni; n. 153: Migginae. De nomine, quod in Africa minime inusitatum est* [3] *et saepius in hisce fastis occurrit, breviter diximus ad diem 15 iun. n. 17.*

14. DEBUCHI] *Lectio claudicans quam restituere frustra conati sumus.*

16. VICTURINI] *Supra, n. 11.*

17. CLEMENI] *Conferenda cum n. 17, 18, nomina in principio laterculi posita:*

| | |
|---|---|
| *3. Pemeni* | *17. Clemeni* |
| *4. Pontiani* | *18. Pontiani* |

*Ne tamen asseveranter dicamus unum esse Pemeni et Clemeni monet nomen Clementiae laterculo 12 april., n. 78, inscriptum.*

18. PONTIANI] *Supra, n. 4. Praemonuimus heri, ad n. 1, Candidam, quae in coemeterio Pontiani quiescit, hodie a die 3 oct. evocari ab alio eiusdem coemeterii incola. Quapropter scribatur:*

**<item in cimiterio> Pontiani Candidae.**

*Quamvis Pontianus ille sit coemeterii conditor, in martyrologio Romano scriptum est:* Romae sancti Pontiani martyris cum aliis quatuor, *quae, Baronio auctore, ex Actis SS. Hippolyti, Eusebii et sociorum, id est martyrum Graecorum* [4], *deprompta sunt. « Pontianum ab Eusebio curatum paralysi eadem Acta testantur. » Ita ille. Iamvero qui Acta illa conscripsit,* quendam nomine Pontianum *sanitatem quidem recuperasse narrat* [5], *sanguinem fudisse nequaquam.*

20. MAMMARIAE] *Dec. 1, n.14: Mammari.*

21. AGNETIS] *Si alia est ab Agnete Romana, quaenam erit illa Agnes ?*

22. DONATAE] *Infra, n. 28; april. 12, n. 157; dec. 1, n. 21: Donati.*

23. PRIMAE] *April. 12, n. 140, 164: Primi.*

24. VICTURIAE] *April. 12, n. 79.*

25. SECUNDAE] *April. 12, n. 46: Secundi.*

26. SEPTIMAE] *Al. Septimiae. Nomen Afris usitatissimum.*

27. MAXIMAE] *April. 12, n. 81.*

29. SATURNINAE] *April. 12, n. 41, 93: Saturnini.*

EXCERPTA] *Codd. Mon. et Rich.: Vibiani. Lege Bibianae, cuius gesta cum Passione Pimenii conserta esse notatum est ad n. 1.*

[1] MAI, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, p. 57. S. (Pigm)ENII nomen etiam legitur in alia tabula, de qua ibid., p. 44. — [2] *Bullettino*, 1891, p. 149-54. — [3] Cf. J. H. BAXTER, *The martyrs of Madaura*, in *Journal of Theological Studies*, t. XXVI (1925), p. 35-36. — [4] *BHL.* 3970. — [5] Ibid., c. 6. *Act. SS.*, Nov. t. IV, p. 95.

# III NON. DEC.

I II

**[a] In Oriente Merobi Laudici Felicis. in Nicomedia Umbuci item Felicis Victori et Iuli. in Africa Crispinae**

**| Magni**

**Iohannis Stefani Victoris Mattini. in Bononia Italiae Agricolae. et in Tingi Cassiani.**

*Addunt codices pleniores :* a) in aff̄ crispinae mannae martyriae E ; natale sancti ambrosi KLV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 4. claudici W ; *add.* et W | 6. *om.* E | 7. nicōm E | 8. umbici W | 9-10. *om.* W | 11. victuri W | 12. *om.* W | 13. iulii W | 15. ãff E | 16. crispini W | 21. martini W | 22. *om.* E | 24. *om.* W ; *add.* sc̄i W | 25. agriculae W | 27-28. intingi W | 29. castiani E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Affrica nat. Crispini Mannae et Martiriae. — RICH. : In Oriente Merobi Claudicii et Felicis et in Africa Crispini Magni Iohannis Stephani Victoris in Bononia Italiae Agricolae (Lucii episcopi martyris *uncis inclusa manu secunda*).

## DEC. 3

*1.* IN ORIENTE] *In Oriente a martyrologo nostro collocari non solent nisi sancti Hierosolymitani, prophetae aut sancti apostolorum suppares. Ex his unus Stefanus, n. 19, hodie comparet. Vide ad illud nomen.*

*3.* MEROBI] *Dec. 4, n. 11 : Metropi ; n. 9 : Metropoli. In martyrologio Romano idem censetur atque Mirocles :* Mediolani sancti Mirocletis episcopi et confessoris, cuius aliquando sanctus Ambrosius meminit, *antestante Baronio « tabulas ecclesiae Mediolanensis ». Sed in ecclesia Mediolanensi ad diem 30 novembris vidimus S. Mirocletis commemorationem, concurrentem cum duobus festis sollemnioribus, translatam fuisse non ad diem 3 decembris, sed ad diem 27 novembris.*

*4.* LAUDICI] *Al. Claudici. Dec. 4, n. 8 : Laodicia. Laudicius sanctus die 9 aug., n. 26, Romae recolitur. Sed cum crastino die nomen Laodiciae urbis occurrat, videndum num hodiernus Laudici hominisne nomen sit an urbis. Attamen sanctos Laodicenos qui cras vel hodie recolantur non novimus.*

*5.* FELICIS] *Infra, n. 10 ; dec. 4, n. 10 ; 5, n. 8. Martyr Africanus, die 5 dec., kalendario Carthaginiensi inscriptus.*

*7.* IN NICOMEDIA] *Dec. 4, n. 1. Quem martyrem iure Nicomedia sibi vindicari possit, inter nomina hodierna et crastina non repperimus. Sed die 5 dec., Nicomedienses occurrunt martyres Trophimus et Eucarpion sine indicio loci. Id igitur ab eorum nominibus avulsum istuc se prorupisse satis probabile est.*

*8.* UMBUCI] *Dec. 1, n. 6 : Omboni ; 4, n. 15 : Umboni. Multa nomina, nullus homo. Sed de ipsa littera codicum valde ambigi potest. Quaesitum fuit num fortasse rescribi expediret : Onesimi* [1]. *Fuit inter episcopos Nicomedienses Onesimus quidam. Sed nullo indicio constat in martyrologio eum inscriptum fuisse sive hodie sive alias.*

*10.* FELICIS] *Supra, n. 5.*

*11.* VICTORI] *Infra, n. 20 ; dec. 1, n. 12 ; 4, n. 6 ; 5, n. 13.*

*13.* IULI] *Dec. 5, n. 9. Martyrologium Romanum :* Nicomediae passio sanctorum Ambici, Victoris et Iulii. *Pro Umbuci (n. 8) scriptum est* Ambici. *Ex his tribus, nullus videtur Nicomediensis fuisse.*

*15.* IN AFRICA] *Ad fastos Africanos certe pertinent nomina Felix (n. 5) et Crispina (n. 16), et fortasse alia, quae tamen discriminari non possunt.*

*16.* CRISPINAE] *Al. Crispini, lectio reprobanda. Cf. dec. 5, n. 4.*

*17.* MAGNI] *Cod. E (Addit.) : Mannae.*

*18.* IOHANNIS] *Ignotus.*

*19.* STEFANI] *Is esse potest Stephanus protomartyr. Etenim die 3 decembris primum in viso admoneri coeptus est presbyter Lucianus de inquirendis sancti Stephani reliquiis :* Die igitur parasceve, *ita ille in epistula encyclica,* hoc est sexta feria, quae est tertio nonas decembris, consulatu Honorii decies et Theodosii sexies Augustorum *(an. 415)* ... vidi virum senem *cet.*[2]. *In Stephanum quadrat loci indicium : in Oriente, n. 1. In martyrologio Romano varia nomina in unum congesta sunt, quae non videntur nexu historico coniuncta :* in Africa sanctorum martyrum Claudii, Crispini, Maginae, Ioannis et Stephani. *Nomen Claudii ortum est ex Claudici, quae lectio aberrans est pro Laudici (n. 4). Crispini pro Crispina (n. 16) est. In Maginae satis perspicue agnoscitur*

[1] FERNHOUT, *De martyrologii hieronymiani fonte quod dicitur martyrologium syriacum,* t. II, p. 9. — [2] *BHL.* 7851, n. 2.

*Meggini, 2 dec., n. 13, vel 4 dec., n. 5. Nostra pace addit Baronius:* astipulantur vetera manuscripta.

20. VICTORIS] *Supra, n. 11.*

21. MATTINI] *Al. Martini. Ignotus.*

23. IN BONONIA] *Memoriolam SS. Vitalis et Agricolae truncatam a III non. nov. ad III non. dec. errore satis consueto translatam esse monuimus ad diem 3 nov., n. 16. Quae facile hoc modo in integrum restituitur:*

**in Bononia Italiae <Vitalis et> Agricolae.**

*In martyrologio Romano legitur:* in Pannonia sancti Agricolae martyris. *De quo Baronius auctores sibi videtur habere Bedam, codices veteres et recentes scriptores. At elogium apud Bedam frustra requires, quod ex errore legentis Pannonia pro Bononia ortum est.*

28. IN TINGI] *Cassianus Tingitanus martyr a Prudentio in hymno IV nominatur:*

Ingeret Tingis sua Cassianum [1].

*In Passione S. Cassiani* [2], *appendicis instar subnexa Actis S. Marcelli centurionis, qui Tingi passus est, haec leguntur:* venerabilis Cassianus... tertio nonas decembris die, in eodem loco in quo Marcellus fuerat auditus, introductus est [3]. *Sed cave ne credas haec Acta a teste aequali scripta fuisse* [4].

**in Tingi Cassiani.**

ADDITAMENTA] *Crispinae. Supra, n. 16.*

*Mannae, n. 17: Magni.*

*Martyriae. Cf. n. 21: Mattini, al. Martini.*

*Ambrosi. Baptismus S. Ambrosii inscriptus fuit in codicibus nostris ad diem 30 nov. Contra neque eius natale ordinationis, quod in diem 8 dec. incidit, neque eius depositionem, quae die 4 april. contigit, recepit martyrologium.*

[1] *Peristeph.*, IV, 45. Cf. *Origines du culte des martyrs*, p. 415. — [2] *Anal. Boll.*, t. XLI, p. 257-76. — [3] *BHL.* 1636, n. 2. — [4] *Anal. Boll.*, t. c., p. 276-78.

# PRID. NON DEC.

**[a] Nicomedia Eracli Cristiani Potenti Miggini [5] Victuri. in Laodicia Metropoli Felicis [10] Metropi. et alibi Filadi [14] Umboni [b].**

*Addunt codices pleniores:* a) in oriente merobi laodoci et felicis E. — b) longorito monasterio transitus sancti siramni W.

*Var. lect. codd.* EW. — 1. nicōm E; *om.* W | 2. heracli W | 4. pudenti W; *add.* et W | 8. laodič E; laudacia W | 11. merubi W | 12-13. *om.* W | 14. filachi W | 15. umbuni W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Oriente nat. Merobi Laudoci et Felicis. — MON.: In Laudicia metropoli natalis sanctorum Felicis et Meturobi Romae Barbarae virginis. — RICH.: In Oriente Eracli Laudocii Cristiani Prudentii Victurini Rome Barbarae virginis et in Laodicia Metropiae Felicis.

## DEC. 4

1. NICOMEDIA] *Legantur quae notata sunt ad 3 dec., n. 7.*

2. ERACLI] *Dec. 5, n. 11; 10, n. 4. Quaeritur sitne Heraclii cuiusdam nomen an civitatis Heracleae cuius saepe meminit martyrologium. Nullum tamen in hodierno laterculo Heracleensis martyr perspicitur.*

3. CRISTIANI] *Nudum nomen.*

4. POTENTI] *Al. Pudenti. Si in Eracli (n. 2) civitatis nomen agnoscitur, emendatio in promptu est: Perenti, id est Perinthi, quo nomine pridem vocata est Heraclea, saepe deinceps dicta Heraclea Perinthus. Die 10 dec., n. 4, 6; Eracli... Prudenti.*

5. MIGGINI] *Dec. 2, n. 13; 10, n. 7.*

6. VICTURI] *Dec. 3, n. 11; dec. 5, n. 13: Victoris.*

8. IN LAODICIA] *Al. Laudacia, Laodoci. Dec. 3, n. 4: Laudici. Iteranda non sunt quae heri attulimus.*

9. METROPOLI] *Infra, n. 11: Metropi; dec. 3, n. 3: Merobi. Nudum nomen.*

10. FELICIS] *Dec. 3, n. 5; dec. 5, n. 8.*

11. METROPI] *Supra, n. 9: Metropoli.*

14. FILADI] *Al. Filachi; in codd. L, V: Filabi. Dec. 1, n. 7; 5, n. 27: Feladi. Incerta et suspiciosa lectio.*

15. UMBONI] *Dec. 1, n. 6: Omboni; dec. 3, n. 8: Umbuci.*

ADDITAMENTA] *Siramni. Die 26 oct. commemoratio facta est S. Siggeramni seu Sigiranni. Certa est lectio:*

**Longorito monasterio transitus sancti Siggeramni.**

EXCERPTA] *Cod. Mon.: Romae Barbarae.*

*rae. Ad Romanos martyres annumeranda non est. Non desunt tamen celebritatis monumenta, eiusque effigies delineata est in pariete Sanctae Mariae Antiquae* [1]. *De fabellis quibus constat Passio S. Barbarae disserere non vacat* [2].

*Cod. Rich.: P r u d e n t i i = Potenti, n. 4.*

[1] W. DE GRÜNEISEN, *Sainte Marie Antique* (Rome, 1911), pp. 100, 220; pl. icon. XVIII. — [2] *BHG*². 213-216; *BHL*. 913-971; *BHO*. 132-134. Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 341-43; J. DAVID, ap. GRÜNEISEN, t. c., p. 511-13.

---

# NON. DEC.

I | II

[a] **In Misita** |

**natale Crispini. in Africa Humili Felicis**

| **Iuli Pontamiae**

**Eracli Misi Victoris Trofimi Serapioni et aliorum VIII Candonani**

| **Namfamon**

**Pauli Marci Sussi Privati Fulgenti Matronae Feladi sanctae Mariae. et alibi sancti Amanti episcopi.**

*Addunt codices pleniores:* a) civitate togora natale iuli potamiae crispinae et aliorum VII E.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) W. — 3. *add.* scī W | 6. āff E | 12. missi W | 15. euocarpion W | 18. VII W; *add.* scōrum W | 19. candori W | 27. filadi W | 28. sancte et W | 30-31. *om.* W | 32. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Affrica civitate Tagora nat. Iulii Potamiae Crispinae et Gnati et aliorum VII. — MON.: In Africa natalis sanctorum Humili Felicis Crispini Victoris. — RICH.: In Africa civitate Tigora Iulii Potamiae Crispini et aliorum VII item in Africa Humili Missi Victuris Trofimi.

## DEC. 5

*1.* IN MISITA] *Infra, n. 12: M i s i. Uti exponetur infra, praestat scribere i n M i s e n o, quod coniungendum est cum nomine S u s s i, n. 23.*

*4.* CRISPINI] *Iam diximus hunc Crispinum reapse esse C r i s p i n a m. Cf. dec. 3, n. 16. Audiatur kalendarium Carthaginiense: n o n a s d e c. s a n c t o r u m m a r t y r u m B i l i, F e l i c i s, P o t a m i a e, C r i s p i n a e et comitum. Codex E cum W congruit nisi quod praemittit: c i v i t a t e T o g o r a n a t a l e I u l i P o t a m i a e, C r i s p i n a e e t a l i o r u m V I I. Rursus codici Epternacensi consonat Cambrensis, qui tamen non T o g o r a sed T a g o r a exhibet, et post Crispinam: G n a t i. A Cambrensi non recedit Rhabanus, nisi in nomine G n a t i, pro quo habet G r a t i. Huius additamenti aliqua elucidatio repeti potest e Passione S. Crispinae:* Diocletiano novies et Maximiano <octies> Augustis consulibus, die nonarum decembrium, apud coloniam Thebestinam, in secretario pro tribunali adsidente Anulino proconsule, commentariense officium dixit: Thagorensis Crispina, quae legem dominorum nostrorum principum contempsit, si iusseris, audiatur [1]. *In hac Passione sola Crispina comparet. Utique iudex inducitur ita loquens:* Diu vivere desideras aut mori in poenis sicut et ceterae consortes tuae? *Sed consortes istae quidem nominatim non designantur* [2]. *Neque eas novit Augustinus, qui S. Crispinam oratione non semel prosecutus est* [3] *et ex eius historia quaedam memorat ab hagiographo ignorata* [4]. *Itaque non satis perspici potest num nomina quae hodie in kalendario Carthaginiensi inscripta sunt et alia quaedam in hodierno laterculo recepta, de sodalitio S. Crispinae intellegenda sint. Ceterum res ita intellegi potest ut isti omnes passi fuerint eodem die sin minus eodem loco. Indicium loci: i n T a g o r a ex Passione sumptum est. Quippe est haec patria sanctae martyris, non eius palaestra, quae Theveste (Tébessa) fuit. In hac urbe eruta*

[1] *BHL*. 1989 a, b. Cf. P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Nuove note agiografiche*, p. 23-31. — [2] Utique in codicibus nonnullis leguntur haec nomina: *Maxima, Donatilla et Secunda*. Sed haec interpolata esse ostendit FRANCHI, t. c., p. 27. — [3] Cf. *Origines du culte des martyrs*, p. 449; Sermo *de die S. Eulaliae* nunc editus est in *Miscellanea Agostiniana*, t. I, p. 595. — [4] FRANCHI, t. c., p. 28.

*fuerunt*

*fuerunt rudera amplae basilicae* [1], *in qua fortassis situm erat S. Crispinae sepulcrum* [2], *etsi de hoc non constat. Repertus fuit in Thevestae finibus titulus quidam in quo, praeter alia martyrum nomina, inscriptum est nomen* SCE CRISPINAE MARTIRIS [3]. *Exstant duo sermones S. Augustini in natali S. Crispinae habiti* [4], *in quibus eam celebrat quasi martyrem inter omnes inclutam:* Hanc enim, fratres, numquid est qui in Africa ignoret? Clarissima enim fuit, nobilis genere, abundans divitiis [5]. *Eius fama extra Africam increbruit. Comparet* CRISPINA *inter martyres opere tessellato depictas in basilica Ravennate S. Apollinaris Novi* [6]. *Ado, et ex eo martyrologium Romanum, postquam emendate rettulerunt:* Thebestae in Africa sanctae Crispinae nobilissimae feminae, cet., *subdunt hoce elogium:* Thagurae in Africa sanctorum martyrum Iulii, Potamiae, Crispini, Felicis, Grati et aliorum septem. *Hos tamen nullum argumentum suadet Thagorae passos esse, quae S. Crispinae incunabilis gloriatur. Ad Crispini autem quod attinet, is indebitum sibi locum Crispinae restituat* [7]. *Ceteris igitur seclusis, sit elogium:*

**in Africa Crispinae.**

7. HUMILI] *Huc convenerunt martyres qui in kalendario Carthaginiensi recensentur. Comites vero videntur ii esse ad quos pertinet, infra, n. 17-18, mentio: aliorum VIII, sive aliorum VII, uti legitur in codicibus W, Cambr. et E (Addit.) In Humili satis perspicue agnoscitur nomen Bili, quod habetur in kalendario Carthaginiensi, et in nostris codicibus aliam iterum formam: Iuli induit.*

8. FELICIS] *Item in kalendario Carthaginiensi.*

9. IULI] *Vide n. 7: Humili.*

10. PONTAMIAE] *Rescribe cum kalendario Carthaginiensi et codice E: Potamiae. Ex dictis igitur constat legendum esse:*

**<item in Africa> Iuli, Felicis, Potamiae et aliorum VIII.**

11. ERACLI] *Dec. 4, n. 2.*

12. MISI] *Supra, n. 2: Misita.*

13. VICTORIS] *Dec. 4, n. 6.*

14. TROFIMI] *Nov. 28, n. 5. Nomen cum sequenti coniungendum.*

15. SERAPIONI] *Al. Euocarpion, lege: Eucarpion, qui Εὐκαρπίων est ex sodalitio Τροφίμου καὶ Εὐκαρπίωνος, de quibus exstat Passio contractior in menologio ad diem 23 martii* [8]. *In Menaeis, ad diem 18 eiusdem mensis, exstat alia epitome alterius recensionis huius Passionis* [9]. *In Passione latina, eorum natalis est hodiernus dies 5 decembris:* Passi sunt autem beati viri famuli Dei Trophimus et Eucarpio apud provinciam Bithyniam in civitate Nicomedia nonis decembribus [10]. *Indicium loci, quod hic non comparet, aberrasse videtur in laterculum diei 3 dec., n. 7, vel 4 dec., n. 1. Iam diebus 28 nov., n. 5, et 30 nov., ad n. 20, vestigia quaedam Trophimi et Eucarpionis nobis agnoscere visi sumus.*

**in Nicomedia Trofimi <et> Eucarpionis.**

18. ALIORUM VIII] *Codices W, E (Addit.) et Cambr.: aliorum VII. Supra, ad n. 7.*

19. CANDONANI] *Al. Candori. Ignotus.*

20. NAMFAMON] *Nomen Africanum, quod variis diebus occurrit, v. g., 17 dec., n. 9; 18, n. 67; 19, n. 60.*

21. PAULI] *Ignotus.*

22. MARCI] *De nominibus Marci et Sussi seorsum agendum non est. Haec enim comparata repperimus ad 23 sept.: in Alexandria Marci, et in Miseno Sussi. Hodie quidem Marco nullum loci nomen additum est. Misenum autem, quod cum nomine Sussi coniungendum erat, ab eo divulsum et male mulcatum in principio laterculi resedit, n. 1: in Misita, n. 12: Misi. Eadem duo nomina hic fortuito casu concurrisse, nemo prudens dixerit. At qua ratione huc simul adducta, non ita liquet. Hodiernus itaque Marcus evangelista videtur esse, ut suo loco expositum fuit.*

23. SUSSI] *Uti e modo dictis constat, iteratur hic elogium diei 23 sept., ut est in codice Epternacensi:*

**in Miseno Sussi.**

24. PRIVATI] *Die 10 dec., n. 17: Privatae. Suspicatur Castellanus* [11] *Privati hic scriptum esse pro Grati, quod nomen apud Rhabanum legitur (in codice Cambr.: Gnati). Vide supra, ad n. 1. Veri quidem similis coniectura, non tamen argumento satis certo innixa.*

25. FULGENTI] *Ignotus.*

26. MATRONAE] *Dec. 1, n. 9.*

27. FELADI] *Dec. 4, n. 14; 1, n. 7: Filadi.*

29. MARIAE] *Utrum haec beatae Virginis commemoratio quaedam sit an secus, alii viderint. Mariae recurrit die 9 dec., n. 30. Die 11 dec., n. 40: alibi sanctae Mariae.*

33. AMANTI] *Ignotus.*

[1] GSELL, *Les monuments antiques de l'Algérie*, t. II, p. 265-91. — [2] *Nuovo bullettino*, 1899, p. 50-63. — [3] MONCEAUX, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, n. 337. — [4] *In Psalm. CXX*, n. 13; *in Psalm. CXXXVII*, n. 3; *P.L.*, t. XXXVII, pp. 1605-18, 1774-84. — [5] *P.L.*, t. c., p. 1616. — [6] *C.I.L.* XI. 281. — [7] Crispinum omittit Usuardus: *Civitate Thagora sanctorum Iulii et Potamiae.* SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 722. — [8] LATYŠEV, *Menologii byzantini saec. X quae supersunt*, t. I, p. 273-75. — [9] *Synax. Eccl. CP.*, p. 546-48. — [10] *BHL.* 8320. — [11] *Martyrologe universel*, p. 617.

# VIII ID. DEC.

I | II

[a] Zetuli. |

in Africa

| Zeloti

Furtunati Gatti Ermogini et Rogati [b]

Gobani. |

*Addunt codices pleniores:* a) in antiochia teguli fortunatae agathe E. — b) et dedicatio basilicę sancti michahelis et sancti iohannis baptistę W.

*Var. lect. codd.* (I) E; (II) W. — 3. ãff E | 6. gatthi W | 7. hermogeni W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. In Affrica nat. Theguli Fortunatae et Agathae virginis. — MON.: In Africa natalis sanctorum Zeitoli Furtunati Ermogenis Hierosolima Cleopae. — RICH.: In Africa Zetuli Furtunati Gathi Agathae Hermogeni et Rogati (et sancti Nicholai episcopi *uncis inclusa manu secunda*).

## DEC. 6

*1.* ZETULI] *Infra, n. 4:* Zeloti. *Lectioni communi, quam et ipse rettulit, praemittit codex E in principio laterculi:* in Antiochia Teguli, Fortunatae, Agathe, *in quo congruit cum cod. Cambr., praeterquam in indicio:* in Antiochia, *pro quo rescripsit Cambr.:* in Affrica. *Hic recolere iuvat die 28 martii, n. 1, in eodem codice E, consonantibus epitomis eiusdem familiae, annuntiari:* in Africa natale Getuli. *Sed de origine huius et hodierni elogii, nihil resciscere potuimus.*

*5.* FURTUNATI] *Al.* Fortunatae. *Nomen in Africa pervulgatum. Sed neque Aquileiae ignotum, ubi die 12 iul. annuntiatur* Fortunatus. *Lege annotata inferius, n. 6, et eundem hic obvium esse haud imprudenter suspicabere.*

*6.* GATTI] *Notanda hic varietas formarum: in E:* Gatti et Agathe; *in Cambr.:* Agathae; *in Rich.:* Gathi et Agathae. *Iamvero, cum in Cambr. legatur* Gnati *et apud Rhabanum* Grati, *interrogatum fuit num idem nomen hic* Gatti *fuerit depravata lectio* Gnati [1]. *Non inficiamur id quidem. Sed multo veri similius est* Gatti *corruptum esse ex* Agatha, *quod nomen in martyrologio nostro, nulla quam perspiciamus causa, frequentatur, aliter et aliter deturpatum* [2]. *Cum* Hermogene, *qui proxime sequitur, n. 7,* Fortunati *et* Gatti *ipsam triadem nobis referunt, quae die 12 iulii (n. 7-20) processit:* in Aquileia Furtunati et Armigeri, in Sicilia Agathae. *Ubi notandum est inter varias lectiones* Armigeri *sive Hermagorae totidem litteris expressum esse quoque nomen* Hermogenis *(cf. 23 aug., ad n. 6, 24). Utcumque de ratione et causa disputari potest, res ipsa liquet: nomen* Gatti *hic stare pro* Agatha.

*7.* ERMOGINI] *Dec. 9, n. 38; 12, n. 13. In libris graecis, ad diem 10 dec., inducitur trias:* Μηνᾶς, Ἑρμογένης, Εὔγραφος [3], *de quibus exstat Passio* [4]. *Haec etsi fabulis admixta est* [5], *ipsi tamen martyres reapse exstitisse censendi sunt. Profecto iste Hermogenes idem esse potest qui hodie annuntiatur, sed ex modo dictis non minore cum similitudine veri credideris sub nomine* Ermogeni *latere* Armigeri, *qui larvatus est Hermagoras Aquileiensis.*

*9.* ROGATI] *Multos Africa tulit Rogatos. Hunc tamen aliunde non novimus.*

*10.* GOBANI] *Inter* Rogati *et* Gobani *non tot sunt elementa dissimilia, ut interrogare non liceat num istud nomen ex illo ortum sit.*

ADDITAMENTA] Teguli. *Supra, ad n. 1:* Zetuli, *seu* Getuli.

[1] LAWLOR, *The Psalter and Martyrology of Ricemarch*, t. I, p. 109. — [2] Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 625-26. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 293. — [4] *BHG*². 1270, 1271. — [5] *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 138-41.

# VII ID. DEC.

**In Antiochia civitate Policarpi et Theodori. et alibi Sapidici [a]. et Romae Euticiani episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) severini secundini victorini elementis prime passio sancti savini episcopi C. — b) et est dedicatio basilicae sancti iohannis baptistae et sancti michahelis W² *(sub litura).*

*Var. lect. codd.* EW. — 2. antioč E ; anthiocia W | 3. *om.* E | 5. *om.* W | 8. *om.* W | 10. *om.* W | 11. rōm EW.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Policarpi et Theodorii. — Mon. : In Antiòchia natalis sanctorum Policarpi Theodori Agati Romae sancti Euticiani papae. — Rich. : In Antiochia Policarpi et Theodori et alibi Sapidici et Rome Eutaciani episcopi.

## DEC. 7

1. in antiochia] *Neuter e duobus martyribus qui hodie Antiochiae asseruntur : Polycarpus et Theodorus, nobis notus est. Utique in basilica S. Iuliani Antiochensi Theodorum solitarium depositum fuisse, satis constat* [1]. *Sed hunc in martyrologium relatum esse, nulla ratione suadetur. Martyrem vero Theodorum vel Theodoritum, mense martio, cum aliis diebus tum die 29, n. 12, annuntiant codices nostri. Argumentum postulare videtur ut hic saltem mentio fiat alterius Theodori, qui Antiochiae immania tormenta superavit. De quo unum audiamus Rufinum, testem hac in re omni exceptione maiorem. Narrat ille Iulianum iussisse ut christiani passim in carcerem truderentur et cruciatibus afficerentur. Pergit autem :* Quod Salutius praefectus eius non probans, licet esset gentilis, tamen iussus exsequitur et adprehensum unum quendam adulescentem, qui primus occurrit, Theodorum nomine a prima luce usque ad horam decimam tanta crudelitate et tot mutatis carnificibus torsit, ut nulla aetas simile factum meminerit. Cum tamen ille in eculeo sublimis et hinc inde lateribus instante tortore nihil aliud faceret nisi vultu securo et laeto psalmum, quem pridie omnis ecclesia cecinerat, iteraret, cumque se omni expensa crudelitate Salutius nihil egisse perspiceret, recepto in carcerem iuvene, abisse fertur ad imperatorem et quid egerit nuntiasse ac monuisse ne tale aliquid temptare vellet de cetero, alioquin et illis gloriam et sibi ignominiam quaereret. Hunc Theodorum ipsi nos postmodum apud Antiochiam vidimus et cum requireremus ab eo si sensum doloris habuisset ex integro, dicebat dolores se quidem parum sensisse, adstitisse autem quendam iuvenem, qui sudanti sibi linteo candidissimo et sudores abstergeret et aquam frigidam frequenter infunderet, et ita se esse delectatum, ut tunc maestior factus sit, quando deponi de eculeo iussus est [2]. *Iuvenis invictam constantiam scriptores ecclesiastici certatim laudibus efferunt* [3]. *Egregium confessorem post mortem albo martyrum ecclesiae Antiochenae inscriptum fuisse, illi quidem non asserunt ; nos tamen negare non audemus.*

9. sapidici] *Nomen ignoratum, cuius forma suspicione non caret. Credideris hanc depravatam esse ex Sabini vel Savini, quod nomen est martyris cuius festum huic diei assignatur in cod. Corbeiensi. Cf. infra, in Additamentis.*

12. euticiani] *In catalogo Liberiano sedisse dicitur Eutychianus papa* usque in diem VII idus dec. *Praestat tamen Depositionis episcoporum auctoritas, quae Eutychiani natale in diem VI idus reponit. Anticipatur ergo commemoratio :*

**Romae Euticiani episcopi.**

additamenta] *Severini, Secundini, Victorini nomina sunt martyrum Albanorum, qui coluntur die 8 aug.*

*Elementis (lege : Clementis) et Primae sola nomina nota sunt.*

*Savini. Passio S. Savini :* Eodem vero tempore tenuit sanctum Savinum episcopum et adduxit eum in civitatem Spoletanam et sine auditione tamdiu praecepit caedi quousque deficeret. Qui cum diu caederetur emisit spiritum. Cuius corpus collegit quaedam matrona nomine Serena, quae manus eius antea collegerat, et iunxit eas cum corpore et sepelivit eum miliario a civitate Spoletana plus minus secundo, sub die septimo idus decembris [4]. *Paulus diaconus :* prope Spoletium ubi basilica beati martyris Savini episcopi sita est, in qua eiusdem venerabile corpus quiescit [5]. *Huius martyris cultus in Italia media et septentrionali late increbruit* [6]. *Gregorius papa mandavit episcopo Spoletano ut sanctuaria beati martyris Savini mitteret ad episcopum Firmanum* [7]. *Idem mentionem fecit monasterii S. Savini, quod in eadem provincia situm erat* [8]. scs sabinvs *unus est e martyribus qui in pariete basilicae S. Apollinaris Novi Ravennae opere musivo depicti sunt* [9].

**Passio sancti Savini episcopi.**

[1] Theodoretus, *Hist. relig.*, X. — [2] *Hist. eccl.*, X, 37. — [3] Socrates, *Hist. eccl.*, III, 19 ; Sozomenus, *Hist. eccl.*, V, 20 ; Theodoretus, *Hist. eccl.*, III, 11, 2 ; Augustinus, *De civitate Dei*, XVIII, 52. — [4] *BHL.* 7451-7452, c. 14. Cf. Lanzoni, *La Passio S. Sabini o Savini*, in *Römische Quartalschrift*, t. XVII (1903), p. 1-26. — [5] *Hist. Langobard.*, IV, 16, *M. G.*, Script. rer. Langob., p. 121.— [6] Lanzoni, t. c., p. 21-26 ; Id., *Le diocesi d'Italia*, p. 438-40. — [7] *Registr.*, IX, 59, Hartmann, t. II, p. 82. — [8] *Registr.*, XIII, 18, ibid., p. 385. — [9] *C.I.L.* XI. 281.

# VI ID. DEC.

**[a] Eusebi episcopi et Tiranni presbiteri. et alibi Successi episcopi [b].**

*Addunt codices pleniores :* a) rom̄ /// depositio euticiani episcopi E ; romae euticiani KL. — b) et est dedicatio basilicae sancti michahelis et sancti iohannis baptistae W[2] (*sub litura*).

*Var. lect. codd.* EW. — 2-3. *om.* W | 4. urani W | 7. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae depositio Euthiciani episcopi et confessoris. — Mon. : Natalis sanctorum Eusebii episcopi Zenonis episcopi et Urani presbyteri. — Rich. : Rome in cimeterio Calisti via Appia depositio Euticiani episcopi et confessoris Eusebii et Orani Successi.

## DEC. 8

1. Eusebi] *Annua commemoratio* E u s e b i i *papae incidit in diem 26 sept. Quod praeterea 2 oct. et 8 dec. eidem assignantur repetendum videtur ex errore librariorum, qui numerorum similitudine* V I k a l. o c t., V I n o n. o c t., V I i d. d e c. *decepti fuerunt. Hodiernae tamen memoriae alia assignari poterit causa. In tabella Depositionis episcoporum proximi sunt Eusebius et Eutychianus, qui obiit die 8 dec. Alter cum altero in martyrologium assumptus fuerit.*

4. Tiranni] *Al.* U r a n i, O r a n i. *Utrumvis elegeris ignotus est.*

8. Successi] *Dec. 9, n. 4; 13, n. 19:* S u c c e n s i. *Successus quidam item in laterculis 14 ian., 4, 5, 8, 10 april. comparet.*

Additamenta] E u t i c i a n i. *Depositio episcoporum :* VI idus decemb. Eutychiani in Callisti (*† 283*). *In Catalogo Liberiano sedisse asseritur* usque in diem VII idus dec. [1]. *Liber pontificalis :* sepultus est in cimiterio Calisti VIII kl. aug. [2]. *In nostris codicibus nomen Eutychiani etiam die 25 iul., n. 36, interpositum est. Rationem discriminis in assignando die anniversario nullam satis probabilem repperit De Rossi* [3]. *In altera Libri pontificalis editione additum est, loco non suo :* et martyrio coronatur [4], *quod nullo comprobatur documento et refragatur testimonio Depositionis episcoporum, in qua soli pontifices non martyres inscripti sunt. Nec attendendus est codex Ottobonianus, Vatic. lat. 38 :* Euticiani episcopi de anticis, *id est ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Eusebii. In coemeterio Callisti ad lucem rediit S. Eutychiani epitaphium* [5] *:*

*ΕΥΤΥΧΙΑΝΟϹ + ΕΠΙϹ +*

*Locum depositionis cod. Rich. recte indicat.*

**Romae in cimiterio Callisti via Appia Euticiani episcopi.**

[1] Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 6. — [2] Ibid., pp. 70, 159. — [3] *Roma sott.*, t. II, p. 71. — [4] Duchesne, t. c., p. 159. — [5] De Rossi, t. c., p. 70, tav. III.

---

# V ID. DEC.

I — II

**In Africa Petri Successi Turni**

**Puplicani et aliorum XX** |

**Victoris Tonni Turpini Urbani Ianuariae Mizini**

| **Publiciani**

**Pascenti**

**item Urbani** |

**Bonaefaciae et aliorum XII. in Antiochia Geronti Publentiae Silvanae Valentiae Mariae Donatae Victoriae Canellae Iuventiae Rogatae. et alibi Ermoginis Felicissimi Euticiani.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W.— 1-2. *om.* E | 2. *add.* n̄t E | 5. basini W | 11. tonini W | 12. purpiri W | 20. bonifaci W | 23. XI W | 25. antioc̄ E ; anthiocia W | 27. pollentiae W | 29. valentinae W | 32. victuriae W | 33. agnillae W | 34. inventiae W | 36-37. *om.* W | 38. hermogenis W | 39. felicis W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Petri Successi Turni Puplicani et aliorum XX. — Mon. : In Africa natalis sanctorum Petri Successi Urbani. — Rich. : In Africa Petri Successi Basini Victoris Urbani Ianuarii Mizini Pascenti in Antiochia Geronti Pollentiae Silvanae.

DEC.

## DEC. 9

1. IN AFRICA] *Quae sequuntur pleraque nuda sunt nomina, variis in laterculis, et maxime 12 april., occurrentia. Intercedit indicium* in Antiochia *(n. 25), quod vacuum nobis est et inane.*

3. PETRI] *In laterculis Africanis occurrit. Cf. april. 12, n. 100.*

4. SUCCESSI] *Dec. 8, n. 8, addita* episcopi *dignitate. Dec. 13, n. 19:* Succensi. *Martyrologium Romanum:* In Africa sanctorum martyrum Petri, Successi, Bassiani, Primitivi et aliorum viginti. *Baronius Bedam appellat, vetera manuscripta et recentiores. Reapse hieronymiani expilati sunt, in quibus tamen nec Bassianus nec Primitivus hodie comparent.*

5. TURNI] *Infra, n. 11:* Tonni, *al.* Tonini. *Huius nominis loco cod. W scribit:* Basini. *Cf. april. 12, n. 67:* Pacini. *Cf. n. 12:* Turpini.

6. PUPLICANI] *Infra, n. 16:* Publiciani; *n. 27:* Publentiae. *April. 12, n. 29:* Pupli.

9. ALIORUM XX] *Infra, n. 23:* aliorum XII, *quae eiusdem enuntiati variatio est. Ceterum quibus apponendum nominibus non liquet.*

10. VICTORIS] *Dec. 5, n. 13; dec. 10, n. 1:* Victuri; *april. 12, n. 55.*

11. TONNI] *Al.* Tonini. *Supra, n. 5:* Turni.

12. TURPINI] *Al.* Purpiri. *Cf. supra, n. 5:* Turni.

13. URBANI] *Infra, n. 19; dec. 10, n. 10. Cf. april. 12, ad n. 58.*

14. IANUARIAE] *April. 12, n. 15.*

15. MIZINI] *Procul dubio:* Miggini, *dec. 2, n. 13; 4, n. 5; 10, n. 7; april. 12, n. 153:* Migginae; *n. 72:* Migoni.

16. PUBLICIANI] *Supra, n. 6:* Puplicani.

17. PASCENTI] *Nudum nomen.*

19. URBANI] *Supra, n. 13.*

20. BONAEFACIAE] *Al.* Bonifaci.

23. ALIORUM XII] *Al. XI. Supra, n. 9:* aliorum XX.

25. ANTIOCHIA] *Cum nullus in hodierno laterculo perspiciatur martyr Antiochenus, a die dec. 7, n. 2, huc advectum suspicamur.*

26. GERONTI] *Martyribus Afris sociatus comparet* Gerontius, *ian. 14, n. 22; ian. 19, n. 5.*

27. PUBLENTIAE] *Al.* Pollentiae. *Dec. 10, n. 16:* Pulenti.

28. SILVANAE] *April. 12, n. 129.*

29. VALENTIAE] *Al.* Valentinae, *nudum nomen.*

30. MARIAE] *Dec. 5, n. 29; dec. 11, n. 42:* sanctae Mariae. *Quamquam admodum ieiuna apparet enuntiatio, commemorationem beatae* Mariae *virginis hanc esse non negaverim. Hodie enim a Graecis celebratur festum conceptionis Deiparae:* Σύλληψις τῆς ἁγίας Ἄννης [1].

31. DONATAE] *April. 12, n. 157.*

32. VICTORIAE] *April. 12, n. 79.*

33. CANELLAE] *Al.* Agnillae, *utrumque incertum.*

34. IUVENTIAE] *Nudum nomen.*

35. ROGATAE] *Item.*

38. ERMOGINIS] *Dec. 12, n. 13; dec. 6, n. 7. Lege quae hoc loco annotata sunt.*

39. FELICISSIMI] *Al.* Felicis, *quod cum alibi obvium est, tum april. 12, n. 32.*

40. EUTICIANI] *Dec. 7, n. 12; dec. 8, Additam.*

EXCERPTA] *Cod. Rich.:* Basini; *etiam in cod. W. Cf. supra, ad n. 5.*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 289.

# IV ID. DEC.

I — II

[a] **Victuri Currentis Adriani Eracli Erumenti Prudenti Miggini Victoriani Pauli**

**| Orbani**

**Marci Enericia Ciliciae Orbanellae Crispinae Pulenti Privatae**

**item Orbanellae. |**

**Romae Damasi episcopi. et alibi Germani Eladii Evangeli Trasonis Mauri. in civitate Arvernis Agricolae et Vitalis martyrum. et in Spaniis civitate Almeri sanctae Eulaliae virginis et martyris.**

*Addunt codices pleniores :* a) rōm trofonis pontiani capitolini p̄textati et aliorum LXXII et in spanis eulaliae E.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 2. consenti W | 4. heracli W | 5. erumentium W | 8. victuriani W | 12. crinicae W | 13. cilīc E ; caeciliae W | 16. polentiae W | 20. rōm E ; *add.* dēp W | 23-24. *om.* W | 25. germanae W | 26. euladi W | 29. *add.* et W | 32. *add.* sc̄ae W | 33. agriculae W | 34. *om.* W | 39. spanis E ; hispaniis W | 40-42. *om.* E | 43. iuliae E | 45-46. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae nat. Trasonis Pontiani Capitulini Pretextati et aliorum LXXII et in Spanis Eulaliae virginis. — MON. : Romae Melciadis papae et aliorum LXXII. — RICH. : Rome Pontiani Trasonis Capitulini Damasi papae Germani Evangelii Mauri Avernis sancti Agriculi et Vitalis martyris.

## DEC. 10

*1.* VICTURI] *Dec. 1, n. 12 ; 5, n. 13.*

*2.* CURRENTIS] *Al.* Consenti. *Currentis elementa partim agnoscuntur in Erumenti, n. 5. Sed et cf. n. 6 : Prudenti.*

*3.* ADRIANI] *Ignotus.*

*4.* ERACLI] *Dec. 4, n. 2. Utrum legere praestet Heraclius an Heraclea, plerumque ambigitur, nec certior est optio in hodierno laterculo. Vide infra, n. 6.*

*5.* ERUMENTI] *Al. Erumentium. Forma posterior propius abest a lectione kalendarii Carthaginiensis, die 11 dec. :* III id. dec. sanctorum martyrum Eronensium. *Locus unde orti erant isti martyres in quibus finibus quaerendus sit, non liquet. Ipsa nominis forma certo testimonio non demonstratur. Itaque satius erit codicum litteram retinere. Iure mireris hodie deesse indicium loci : in Africa. E nominibus infra scriptis, nonnulla quae proximis diebus itidem leguntur certe Africana sunt, sed utrum ad globum cum quo hic occurrunt reapse pertineant, discriminari non potest.*

**<in Africa martyrum> Erumentium.**

*6.* PRUDENTI] *Ex Erumenti ad Prudenti, transitus non prorsus impervius est. Sed ad diem 4 dec., n. 4, ubi legendum videtur Perinthi, codices nostri exhibuerunt nomen Pudenti (al. Potenti). Relegantur quae dicta sunt de vocabulo Herenti ad diem 5 aug., n. 1. Quae cum ita sint, rursus scribi poterit hodie, n. 4 : Heracleae Perinthi.*

*7.* MIGGINI] *Dec. 4, n. 5 ; 2, n. 13.*

*8.* VICTORIANI] *Dec. 2, n. 11 : Victurini.*

*9.* PAULI] *Dec. 5, n. 21.*

*10.* ORBANI] *Dec. 9, n. 13. Infra, n. 14 : Orbanellae.*

*11.* MARCI] *De 5, n. 22.*

*12.* ENERICIA] *Legendum : Emerita, qui locus est passionis S. Eulaliae (n. 43). Plane corruptum, infra, n. 41 : Almeri.*

*13.* CILICIAE] *Al. Caeciliae, nudum nomen.*

*14.* ORBANELLAE] *Infra, n. 19. Cf. n. 10 : Orbani.*

*15.* CRISPINAE] *Dec. 3, n. 16 ; 5, n. 4 : Crispini.*

*16.* PULENTI] *Dec. 9, n. 27 : Publentiae, al. Pollentiae.*

*17.* PRIVATAE] *Dec. 5, n. 24 : Privati.*

*19.* ORBANELLAE] *Supra, n. 14.*

*20.* ROMAE] *Anticipatur hodie commemoratio e die 11 dec., quo Damasi depositio recolitur et suo loco annuntiatur in cod. Epternacensi et hieronymianis contractis.*

**Romae Damasi episcopi.**

*25.* GERMANI] *Nudum nomen.*

*26.* ELADII] *Nudum nomen, nisi ex Eulaliae, n. 43, corruptum.*

*27.* EVANGELI] *Nudum nomen.*

*28.* TRASONIS] *Ad diem 12 aug., n. 23, adduximus Itineraria, e quibus martyrum via Salaria nova in coemeterio Thrasonis quiescentium elenchus colligitur. Hos inter est Maurus, qui die 29 nov., n. 4, S. Saturnino veluti deductor adiunctus fuit, hodie vero propriam habet commemorationem. In Passione SS. Chrysanthi et*

*Dariae* [1], *apprime commenticia, quae gesta plerorumque sanctorum eodem in loco sepultorum complectitur, Mauro parentes assignantur Claudius tribunus et Hilaria. Antiquum et probum in S. Maurum venerationis monumentum habemus, carmen a Damaso in eius sepulcro positum* [2]*:*

MARTYRIS HIC MAVRI TVMVLVS PIA MEMBRA RETENTAT
QVEM DAMASVS RECTOR LONGO POST TEMPORE PLEBIS
ORNAVIT SVPPLEX CVLTV MELIORE DECORANS
INSONTEM PVERVM CVI POENA NVLLA DETECTI

*Carmen non optime traditum alii aliis artibus ut sanarent frustra tentarunt* [3]. *De lectione codicum nostrorum ambigendum non est:*

**<item Romae in cimiterio> Trasonis Mauri.**

*32.* ARVERNIS] *In hac civitate exstructa est basilica sanctorum* A g r i c o l a e *et* V i t a l i s, *cuius dedicatio celebratur die 14 maii, n. 49. Quam ob causam ibidem commemorentur hodie martyres Bononienses, fateor me ignorare. Sed lectio perspicua est:*

**in civitate Arvernis Agricolae et Vitalis martyrum.**

*39.* IN SPANIIS] *Memoriam S.* E u l a l i a e *seu Eolaliae hodie recolunt kalendaria Mozarabum quotquot habemus* [4]. *Kalendarium Carthaginiense:* IIII id. dec. sanctae Eulaliae. *Tabulae marmoreae Neapolitanae:*

X. NAT(*ALE*) S(*ANCTE*) EVLALIE ET S(*ANCTI*) EVSTRATI

*In nostris codicibus tum crastina die, nn. 2, 17-19, tum perendie, n. 1-9, iterum signatur, et die 12 feb., n. 35,* E u l a l i a *iam memorata est. Civitatis* A l m e r i *(n. 41) recta scriptio est ad diem 12 dec., n. 4:* E m e r i t a, *de qua Fortunatus:*

Eulalia Emerita tollit ab urbe caput [5],

*et Prudentius, in hymno de S.* E u l a l i a:

Germine nobilis Eulalia
mortis et indole nobilior
Emeritam sacra virgo suam
cuius ab ubere progenita est,
ossibus ornat, amore colit [6].

*Carmine Prudentiano nullum de passione cultuve martyris celeberrimae monumentum antiquius habemus* [7]. *Hoc lectum fuisse constat a Gregorio Turonensi, qui miraculum* Eulaliae gloriosae *narrat* [8]. *Utrum et legerit Passionem, nunc deperditam, cuius praecipua lineamenta servarunt Mozarabum libri liturgici* [9], *nunc persequi non vacat* [10]. *Passio Eulaliae quam habemus* [11] *antiqua non est, nec genuinam resipit historiam. Qui eam consarcinavit, Eulaliae in martyrio sociam adiunxit Iuliam quandam, quam neque Prudentius neque ullus alius novit. Undenam adducta sit, facile deprehendet qui varietates codicum inspexerit. Ita in codice Epternacensi nuntiatur* i n S p a n i s I u l i a e, *quae nempe corruptela est nominis* E u l a l i a e [12]. *Codice huius nostri simili usus est hagiographus, qui Eulaliam non agnovit, virginemque eodem die eodemque loco passam ipsi in martyrio sociatam fuisse putavit. Quae ab hagiographis de altera quadam Eulalia proferuntur* [13], *non est instituti nostri excutere, cum Eulaliae Barcinonensi, quae ab Emeritensi diversa sit* [14], *nullo pacto faveant hieronymiani codices, unamque eandem censeamus quae die 12 feb., n. 35, et 10 dec. recolitur* [15]. *De S. Eulaliae basilica quae Emeritae extra urbis ambitum exstructa erat, et Prudentii aetate iam splendide ornata* [16], *non semel mentio est in Vita Patrum Emeritensium* [17]. *Reliquias* DOMNE EVLALIE *variis in basilicis Hispaniae depositas fuisse testantur inscriptiones* [18]. *Eiusdem cultum in varias disseminatum fuisse ecclesias Africae, Italiae, Galliae non uno comprobatur argumento. Nuper vulgatus est sermo S. Augustini* de die sanctae Eulaliae [19]. *In musivo Ravennatis ecclesiae S. Apollinaris Novi nomen* EVLALIA *ad eiusdem effigiem ascriptum est* [20]. *Saec. V, in territorio Biterrensi (Montady, dép. Hérault), ab Othia presbytero condita est basilica* EX VOTO SVO IN HONOREM SANCTORVM MARTYRVM VINCENTI AGNETIS ET EVLALIAE [21]. *Nomen Sainte-Eulalie non paucis Galliae vicis seu oppidulis inhaerens* [22] *ecclesias S. Eulaliae his*

[1] *BHL.* 1787. — [2] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, pp. 84, 100. — [3] Quarti versiculi lectio incerta est, de quo ita Rossius: « Melius esset: *quem poena nulla deiecit*, sed codicum scripturam concordem *cui* mutare non audeo. » Ibid., p. 100. Cetera tentamina ap. IHM, *Damasi epigrammata*, p. 48. — [4] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 490-91. — [5] *Carm.*, VIII, 3, 170.— [6] *Peristeph.*, III, 1-5. — [7] Legenda sunt quae de hymno disseruit P. FRANCHI DE' CAVALIERI, in *Hagiographica*, p. 134; *S. Agnese nella tradizione e nella leggenda*, in *Römische Quartalschrift*, 10$^{es}$ Supplem., p. 11-26. — [8] *In gloria martyrum*, XC. — [9] *Missa in diem sancte Eulalie*, ap. FÉROTIN, *Le Liber mozarabicus sacramentorum*, p. 45-49. — [10] De his legendus Z. GARCIA VILLADA, *Historia eclesiástica de España*, t. I, 1, p. 283-91.— [11] *BHL.* 2700. — [12] Rem liquido exponit GARCIA VILLADA, t. c., p. 288-89. — [13] *BHL.* 2693-2696. — [14] GARCIA VILLADA, t. c., p. 291-300. — [15] *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 478-80; t. XLVIII, p. 404. — [16] *Peristeph.*, III, 196-200.— [17] *BHL.* 2530. — [18] HÜBNER, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, n. 374, 57, 175. In titulo, qui saec. VI Emeritae positus videtur, haec leguntur: *Hanc domum iuris tui placata posside martir Eulalia*... Ibid., n. 334. — [19] G. MORIN, in *Miscellanea Agostiniana*, p. 394-95. — [20] *C.I.L.* XI. 281.— [21] LEBLANT, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, n. 610; F. FITA, in *Boletín de la R. Academia de la historia*, 1903, p. 250-55, hanc esse Eulaliam Barcinonensem asseruit.— [22] P. JOANNE, *Dictionnaire géographique et administratif de la France*, t. VI, p. 4349-50. Latet et *Eulalia* in nominibus non paucis ore vulgi depravatis, ut Sainte-Aulazie, Sainte-Alauzie, Saint-Aulaye, Saint-Aulais, Saint-Aulaire, Saint-Araille, Saint-Arailles, Xaintrailles. A. LONGNON, *Les noms de lieu de la France*, p. 417, n. 1722.

*in*

*in locis dicatas fuisse ostendit. De reliquiis S. Eulaliae una cum aliis ad insulam « Bubalorum » prope Cretam primum delatis, deinde Monembasiae, in ecclesia S. Anastasiae depositis, exstat narratio arabice scripta* [1].

**in Spaniis civitate Emerita sanctae Eulaliae virginis et martyris.**

*41.* ALMERI] *Legendum: E m e r i t a, ut ostensum est ad n. 39. Cf. maii 23, ad n. 1.*

ADDITAMENTA] *R o m a e. Nomina quattuor T r o f o n i s (lege: Trasonis), P o n t i a n i, C a p i t o l i n i, P r a e t e x t a t i in omnibus codicibus recensentur die 11 dec.*

*A l i o r u m L X X I I. Legatur LXII. Sunt enim milites sexaginta duo p o s i t i i n c i m i t e r i o T r a s o n i s, de quibus ad diem 25 oct., ad n. 1.*

EXCERPTA] *Cod. Mon.: R o m a e M e l c i a d i s papae. Liber pontificalis:* Hic sepultus est in cymiterio Calisti via Appia IIII id. decemb. [2]. *Error est ita emendandus:* IIII id. ian., *quo die, n. 18, M i l t i a d e s nuntiatus fuit.*

[1] Edita in *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 301-306. — [2] DUCHESNE, t. I, p. 168.

---

# III ID. DEC.

| I | II |
|---|---|

**Romae [a] Eulaliae Trasonis Pontiani Capitulini Praetextatae et aliorum X. | sine numero multorum.**

**in Alexandria Sammonis et Emeriti. in Spanis sancti Eutici cuius gesta habentur. in Antiochia Secundi Zosimi Pauli et Cyriae. in Galliis Ambianis Victorici et Fusciani martyrum. et alibi sanctae Mariae.**

*Addunt codices pleniores:* a) depositio damasi E.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W.— 1. rōm E ; *add.* scāe W | 6. pretextati W | 14. alāx E ; alēx W | 15. sammoni W | 19. hispaniis W | 20. *om.* E | 21. entici W | 22-24. *om.* E | 26. antioc̄ E ; anthiocia W | 31. ciriaci W | 33. gāll EW | 35. victurici W | 40. *add.* nāt W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae depositio Damasi episcopi Agricolae et Vitalis. — MON. : In Hispaniis natalis sancti Eutici cuius gesta habentur Romae Damasi papae Fusciani martyris. — RICH. : Rome depositio Damasi episcopi Eulaliae Praetextati et aliorum sine numero.

## DEC. 11

*1.* ROMAE] *Solus ex plenioribus codex Epternacensis cum breviariis hodie Damasi nomen retinuit, quod heri anticipatum fuit. Liber pontificalis:* Damasus, natione Spanus, ex patre Antonio sedit ann. XVIII m. III d. XI ... Qui etiam sepultus est via Ardeatina in basilica sua III id. decemb. iuxta matrem suam et germanam suam [1]. *Itinerarium Salisburgense:* Et dimittis viam Appiam et pervenies ad S. Marcum papam et martyrem, postea ad S. Damasum papam et martyrem via Ardeatina. *Epitome de Locis sanctorum:* Prope eandem viam S. Damasus papa depositus est et soror eius Martha [2]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi:* Inter viam Appiam et Ostiensem est via Ardeatina ubi sunt Marcu et Marcellianus et ibi iacet Damasus papa in sua ecclesia [3]. *Index oleorum quae collegit Iohannes abbas (Pittacia):* Scs Damasus, scs Marcellinus, scs Marcus ; *(Index):* sci Damasi, sci Marcelliani [4]. *In Indice coemeteriorum e Notitia regionum Urbis recensetur et* coemeterium Damasi [5]. *Hieronymus:* Damasus, Romanae Urbis episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit multaque et brevia opuscula heroico metro edidit et prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est [6]. *Plurima de Damasi vita, carminibus, sepultura diligenter post Rossium collegerunt Duchesne* [7], *Ihm* [8], *alii* [9], *quae iterare lon-*

[1] DUCHESNE, t. I, p. 212. — [2] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180. — [3] Ibid., p. 181. — [4] Ibid., p. 180. — [5] Ibid. — [6] *De viris ill.*, CIII. — [7] *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 213-15. — [8] *Damasi epigrammata*, p. XXXI-XLVIII. — [9] WILPERT, *La scoperta delle basiliche cimiteriali dei santi Marco e Marcelliano e Damaso*, in *Nuovo bullettino*, 1903, p. 43-58 ; MARUCCHI, *Osservazioni sulla iscrizione recentemente scoperta della madre del papa Damaso*, ibid., pp. 59-108, 195-98 ; ID., *Discussione critica sul luogo recentemente attribuito ai sepolcri del papa Damaso e dei martiri Marco e Marcelliano*, ibid., 1905, p. 191-230 ; WILPERT, *Beiträge zur christlichen Archäologie*,

*gum*

*gum est. Neque ea carmina afferemus quae in ecclesia S. Laurentii in Damaso dicta posuit* [1], *nec elogium Irenes sororis* [2]. *Unum sit epitaphium quod sibi ipsi paravit* [3]:

QVI GRADIENS PELAGI FLVCTVS COMPRESSIT AMAROS
VIVERE QVI PRAESTAT MORIENTIA SEMINA TERRAE
SOLVERE QVI POTVIT LETALIA VINCVLA MORTIS
POST TENEBRAS FRATREM POST TERTIA LVMINA SOLIS
AD SVPEROS ITERVM MARTHAE DONARE SORORI
POST CINERES DAMASVM FACIET QVIA SVRGERE CREDO

*Haec legerat qui libellum de Locis sanctorum scripsit, intellexitque Damasi sororem esse Martham, quae reapse Lazari soror est. Laurentiae matris elogium, in calce impressum, non ita pridem in lucem rediit* [4]. *Fuit qui demonstrare conaretur Leonem episcopum, cuius epitaphium attulimus ad diem 14 mart., Damasi genitorem esse* [5]. *At vero Antonio illi nomen erat, testante Libro pontificali. Adducta hesterna memoriola, compleatur lectio:*

**Romae depositio Damasi episcopi.**

*2.* EULALIAE] *Nota geographica, n. 17-19, a nomine martyris seiuncta est. Iteratur memoria hesternae diei, n. 39-46:*

**Emeritae in Spanis Eulaliae.**

*His addendam esse sententiam: c u i u s g e s t a h a b e n t u r, n. 22-24, non negaverim.*

*3.* TRASONIS] *In hodierno laterculo quattuor ex praecipuis coemeteriis Romanis nomina hic occurrere visa sunt* [6]:

*T r a s o n i s, via Salaria nova.*
*P o n t i a n i, via Portuensi.*
*C a l e p o d i i (sit hoc pro C a p i t u l i n i), via Aurelia.*
*P r a e t e x t a t i (sit hoc pro P r a e t e x t a t a e), via Appia.*

*Quorsum autem haec nomina quattuor hic recitata sint, non liquet. Sane ea infersit interpolator quidam, cuius consilium non perspicitur. Forsitan nomen T r a s o n i s, quod ex hesterno laterculo hodie repetitum est, huic additamento ansam praebuerit. In martyrologio Romano, ex hoc coemeteriorum Romanorum catalogo, facta est martyrum turma:* item Romae passio sancti Trasonis, qui cum christianos laborantes in thermis aliisque operibus publicis fatigatos et in carcere positos de suis facultatibus aleret, iubente Maximiano tentus, cum aliis duobus, Pontiano et Praetextato, martyrio coronatus est. *Beda, cuius auctoritate se contegit Baronius, sane nihil tale dixit. Nec opportunius adducta sunt ab eodem Acta Marcelli atque Acta Susannae. Haec in Actis S. Marcelli legimus:* In illo tempore erat vir christianus nomine Thrason, vir potens et facultatibus locuples vitaque fidelis. Hic cum vidisset ad fatigationem et laborem christianos affligi, coepit de sua facultate sanctis martyribus alimoniam et victum per viros christianos Sisinnium et Cyriacum et Smaragdum et Largum ministrare... Eorum corpora collegit Thrason cum Iohanne presbytero et sepelierunt in praedio suo via Salaria quarto kalendas decembres [7]. *In Actis autem S. Susannae:* Maximus autem omni nocte venumdabat facultatem suam per quendam amicum suum Thrasonem christianissimum togatum: qui occulte assidebat publico habens in corde suo reverentiam in religione christiana; quem ante multos annos Gaius episcopus baptizaverat; qui magis gesta martyrum sanctorum colligens ornabat, et omnia nocturnis temporibus pauperibus christianis erogabat, circumiens per vicos et carceres et custodias [8]. *Hic notare iuvat neque in Actis allatis Thrasonem unquam induci ut martyrem.*

*Florus ex martyrologio hieronymiano nomina martyrum excerpsit, omisso tamen Capitolino:* Natale sanctorum martyrum Thrasonis, Pontiani, Praetextati et aliorum multorum [9]. *Ado, qui Acta S. Marcelli meminerat, sic:* Natalis SS. Pontiani, Praetextati atque Thrasonis martyrum. Qui Thraso cum esset potens et locuples, ac christianissimus, de facultatibus suis sanctis martyribus in carceribus et metallis damnatis, victum ministrabat per beatum Sisinnium et Cyriacum, quos beatus Marcellus ad hoc opus diaconos consecrarat. *Hactenus quae ex Passione deprompsit. Reliqua e penu suo addidit:* Non multo post et ipse tentus est a Maximiano, martyribusque sociatus, palmam martyrii cum duobus aliis praenominatis percipere meruit [10]. *Thrasonem more sanctorum cultum fuisse, nulla testimonia ostendunt. Attamen in inscriptione dicta Notitia nataliciorum, quae posita est in ecclesia Sancti Silvestri in Capite, legitur ad diem 19 martii:*

N(*ATALE*) SC̄OR CHRYSANTHI ET THRASONIS [11]

*Sed quomodo tota series nominum collecta fuerit, parum liquet. Certe* Chrysanthus, *qui hic cum Thrasone comparet, in Thrasonis coemeterio sepultus fuerat. Nostro igitur iudicio et ipse Thrason et sodales eius tres non martyres sunt, sed eponymi coemeteriorum ab iis conditorum.*

*8.* ALIORUM] *In codice E, martyres decem annuntiantur; in W, multitudo* sine numero. *Hi*

VIII, 6, in *Römische Quartalschrift*, 1908, p. 124-164; MARUCCHI, *Esame di un opuscolo di Mons. G. Wilpert*, Roma, 1909, 94 pp. — [1] DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, p. 151; IHM, *Damasi epigrammata*, n. 57. — [2] DE ROSSI, t. c., p. 104; IHM, n. 10. — [3] DE ROSSI, t. c., p. 252; IHM, n. 9. — [4] WILPERT, in *Nuovo bullettino*, 1903, p. 53; cf. ibid., p. 62. — [5] MARUCCHI, in *Nuovo bullettino*, t. c., p. 89-97. — [6] J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 118. — [7] *BHL*. 5234, MOMBRITIUS, fol. LXXXII^v. — [8] *BHL*. 7938, MOMBRITIUS, fol. CCCVIII^v. — [9] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 343. — [10] QUENTIN, t. c., p. 557. — [11] MAI, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, p. 57; cf. p. 44.

*videntu*

*videntur esse martyres e coemeterio Thrasonis, numero LXII, qui proprium diem habent 25 oct., et heri, in codice E, iterum memorati sunt, additis sodalibus decem :* aliorum LXXII... *Die 12 dec., n. 17, rursus comparebunt imminuto numero :* aliorum XXII.

*15.* SAMMONIS] *Tuto legi potest : In Alexandria Ammonis. Sed inter tot Ammones seu Ammonios quos Aegyptus tulit, quem hodie obviam habeamus, plane discerni nequit.*

*17.* EMERITI] *Lege : Emeritae. Supra, ad n. 2.*

*21.* EUTICI] *Ignotus. Nisi nobis 7 dec., n. 12, 8 dec. (cod. E), 9 dec., n. 40, occurrisset nomen Euticiani, fidentius interrogare liceret num hodie pro Eutici legendum sit Eulaliae, quod indicio loci : Emeritae in Spanis satis opportune evocatur. Ab EU (laliae) ad EU (tici) haud longus est lapsus. In martyrologio Romano legitur :* in Hispania S. Eutychii martyris. *Ex notis Baronii constat hunc martyrem in Hispania civitate donatum fuisse, cum tamen certe peregrinus habendus sit, undecumque tandem advenit.*

*26.* IN ANTIOCHIA] *Secundi nomen, quod proxime sequitur, in Antiochiam optime quadrat. Martyr Secundus die 15 nov. annuntiatus fuit, consonante breviario Syriaco. Verum Zosimi nullo quod ad nos pervenerit documento Antiochenae ecclesiae accensetur. Pauli nomen in sermone illo quasi-Eusebiano de Martyribus occurrit* [1]. *In eodem sermone memoratur Cyrillus, cum quo comparari potest Cyriae, al. Ciriaci. Quae comparatio si minus placet, fatendum est hodiernum martyrem nullo testimonio cum Antiochia conecti. Non tamen praetereundum est eandem turmam : Secundi, Zosimi, Pauli, Cyriaci, die 19 dec. (n. 1-10) recurrere cum indicio loci : in Nicea civitate Bithiniae. Quod elogium iterum et tertio ad dies 20 (n. 22-29) et 21 (n. 73-80) legitur. Nicaea quidem nullo documento probabili hanc martyrum coronam sibi vindicare potest ; ius tamen ecclesiae Antiochenae quadantenus labefactat.*

*34.* AMBIANIS] *Exstat Passio sanctorum Fusciani, Victorici et Gentiani, martyrum Ambianensium* [2].

**in Galliis Ambianis Victorici et Fusciani martyrum.**

*42.* MARIAE] *Dec. 5, n. 29 ; 9, n. 30.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr. : Agricolae et Vitalis. Dec. 10, n. 31-35.*

[1] *BHO.* 700. — [2] *BHL.* 3224-3228. Cf. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. III, p. 141-52.

---

# PRID. ID. DEC.

**In Spaniis civitate Emerita natale [5] Eulaliae virginis et martyris. et [10] alio loco Ermoginis Donati et [15] aliorum XXII.**

*Var. lect. codd.* EW. — 2. spanis E | 4. almerita W | 5. *om.* W | 7-9. *om.* E | 11-12. alibi W | 13. hermogenis W | 14. donate W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Spanis nat. Emeritae Eulaliae et alio loco Hermogenis Donati et aliorum XXII. — MON. : Natalis sanctorum Hermogenis Donati Emeritae et aliorum XXII. — RICH. : In Spaniis Emertiae Eulaliae et in alio loco Ermogenis Donati et aliorum XX. IIor.

## DEC. 12

*1.* IN SPANIIS] *Tertium recurrit memoria quae iam dec. 10 et 11 expressa est :*

**in Spanis civitate Emerita natale Eulaliae virginis et martyris.**

*13.* ERMOGINIS] *Dec. 9, n. 38 ; dec. 6, n. 7. Lege quae hoc loco annotata sunt.*

*14.* DONATI] *Nomen in Africa pervulgatum.*

*17.* ALIORUM XXII] *Scribendum crediderim : LXXII, cum codice Epternacensi ad diem 10 dec., quod tamen emendationem postulat, ita ut numerus ad LXII reducatur. Sunt enim martyres in coemeterio Thrasonis quiescentes de quibus etiam pridie, ad n. 8. Martyrologium Romanum cum Floro Lugdunensi, Adone, ceteris, meminit* sanctorum martyrum Hermogenis, Donati et aliorum viginti duorum, *in unum congregans manipulum sanctos qui variis locis ac aetatibus passi sunt.*

---

# ID. DEC.

**Ravenna Ursicini martyris et Leocadi confessoris et Valentinae. Siracussa civitate Siciliae natale sanctae Lucae virginis. et alibi natale Succensi Saturnini Casti Pauli Felicis Quintiliani Modesti Titori Victorini Ianuari et Gedini Feliciani Stercori Faliae Donatae Valeriae Colonicae Saturninae Urbanae Martimi Victuriae Simpliciae Securi.**

*Var. lect. codd.* EW. — 1. ravēn E | 2. ursioni W | 3. *om.* W | 5. leucati W | 8. valentini W | 9. seracusa W | 16-18. *om.* W | 18. *add.* sc̄i W | 19. sicessi W | 22. *om.* W | 28. ianuarii W | 31. *om.* W | 33. feliciae W | 39. maritimi W | 40. *om.* W | 41. *add.* et W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Romae nat. sanctae Luc(i)ae virginis Ravenna Ursicini martiris et Leocadi confessoris sive martiris. — Mon. : Ravennae Ursioni Leucadi confessoris Ursici martyris. — Rich. : Siracusa civitate Siciliae Luciae virginis Ravenna Ursicini martyris alibi Saturnini.

## DEC. 13

1. RAVENNA] *Passio S. Ursicini : Οὐρσικῖνος ὁ διαπρεπέστατος καὶ ἐξοχώτατος τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, τὸ μὲν γένος ἄγων ἐκ τῶν ἄνω Ἰλλυριῶν πόλεως Σιβεντοῦ, καταλεγόμενος δὲ ἐκ νέας ἡλικίας ἐν τῷ τάγματι τῶν λογχοφόρων... μέχρι τέλους ἀκεραίαν τὴν εἰς τὸ θεῖον πίστιν διεσώσατο* [1]*... Ἡ δούλη τοῦ Θεοῦ Σιμπλικία... ἀνείλετο τὸ τίμιον λείψανον τοῦ μάρτυρος καὶ κοσμίως ἐνταφιάσασα ἀπέθετο ἐν προαστείῳ ἰδίῳ λεγομένῳ Καλάμῳ ἀπέχοντι τῆς πόλεως σταδίους κβ'* [2]. *Haec Passio legenda proponitur die 14 aug., qua et in synaxariis eiusdem epitome inserta est* [3]. *Marcellus, archimandrita Acoemetorum, fertur sibi undique conquisivisse sanctorum reliquias, maxime e Perside et Illyrico, sibique traditas accepisse reliquias τοῦ μάρτυρος Οὐρσικίνου* [4]. *Hunc martyrem, una cum Gervasio et Protasio, celebrem habuit Ravenna. Ita Venantius Fortunatus :*

Martyris egregii tumulum Vitalis adora,
mitis et Ursicini, parili sub sorte beati ;
rursus Apollinaris pretiosi limina lambe [5].

*Inter martyres quos ad Christum producit S. Martinus in nobilissima illa pompa Ravennate musivo opere delineata, comparet et* SC̄S VRSICINVS [6]. *Ab inepto fabulatore, qui epistulam de sanctis Mediolanensibus S. Ambrosio supposuit, miles et martyr Illyricus factus est homo Ligur, arte medicus, martyrio Ravennas* [7]. *Eadem multo fusius prosequitur qui Passionem S. Ursicini, saec. XI, ut videtur, conscripsit* [8], *quam ita concludit :* Passus est Deo carus Ursicinus idibus decembris in urbe quae a ratibus vocabulum sumpsit. *In fastis nostris Ursicinus die 19 iun., n. 28, cum aliis in Mediolanensi ecclesia venerationi habitis martyribus, SS. Gervasium et Protasium deducit.*

**Ravenna Ursicini martyris.**

5. LEOCADI] *Al. Leucati. Si reapse Ravennas esset Leocadius, quemadmodum ex laterculi compage colligendum videtur, alius is esse non potest ac Eleuchadius, huius urbis episcopus, in qua et ecclesia ipsi dedicata fuit. Verum, huius natalis incidebat in 14 feb., teste Agnello in Libro pontificali ecclesiae Ravennatis :* Defunctus est autem XVI kal. mar. et sepultus est extra muros Classis, ubi usque hodie ad laudem est nominis eius ecclesia aedificata et Deo consecrata [9]. *Et sane mirum est martyrologium silere de episcopali munere. Lectio proin emendanda non erit : Eleucadi, sed, nostro iudicio : Leocadiae, martyris Toletanae, cuius memoria ab Hispanis agitur die 9 dec., qua in omnibus kalendariis mozarabicis inscripta est* [10]. *Nec obstat vocabulum confessoris eius nomini appositum, quin immo omne de re tollit dubium. Propria enim erat haec Leocadiae et nonnullarum mulierum martyrum* [11] *appellatio. Ita Patres concilii Toletani IV, an. 633 :* Dum in basilica beatissimae et sanctae confessoris Leocadiae omnium nostrorum pariter iam coetus adesset [12]. *Item patres concilii Toletani V, an. 636 :* Apud urbem Toletanam diversis ex provinciis Hispaniae sacerdotes Domini in uno pacis collegio (*al.* osculo) in basilica sanctae confessoris Leocadiae qui consedimus, gratiarum actiones omnipotenti Domino persolvimus [13]. *In kalendario anni 1072 :* Sanctae Leocadiae virginis et confessoris Christi [14]. *Hinc notanda est memoria codicis Cambrensis : Leocadi confessoris sive martyris. Basilica S. Leocadiae Toleti, iubente Sisebuto, qui,* currente aera 656 (*an. 618*), regale culmen obtinuit, *ita S. Eulogius,* miro opere... culmine alto extenditur [15]. *Huius aedis encaenia die 29 oct. facta sunt et in kalendario anni 1066 ita nuntiatur dedicationis commemoratio :* sacratio sancte Leocadie Toleto [16].

**Leocadiae confessoris.**

8. VALENTINAE] *Al. Valentini, quae*

[1] *BHG*². 1861, c. 1. — [2] Ibid., c. 11. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 891. — [4] *BHG*². 1028, c. 29. — [5] *Vita S. Martini.* IV, 682-84. Cf. *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 7-12 ; Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, p. 726-28. — [6] *C.I.L.* XI. 281. — [7] *BHL.* 3514, c. 7-8. — [8] *BHL.* 8410. — [9] A. Testi Rasponi, *Codex pontificalis ecclesiae Ravennatis*, p. 32. — [10] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 490-91. — [11] Cf. *Sanctus*, p. 95. — [12] Mansi, *Concilia*, t. X, p. 615.— [13] Ibid., p. 654. — [14] Férotin, t. c., p. 491.— [15] *Liber apologeticus martyrum*, 16, *P. L.*, t. CXV, p. 859. — [16] Férotin, t. c., p. 485.

*lectio*

*lectio probanda est.* V a l e n t i n u s *ille est, martyr Africanus, qui 13 nov. casu sub* R a v e n n a *signatus est. Hodie ille commemoratur vel quia Ravennas censetur et ideo Ursicino consociatur, vel quia solito librariorum errore ab* i d. n o v. *ad* i d. d e c. *transcriptus est. Mox redit, dec. 16, n. 3.*

*9.* SIRACUSSA] *Sacramentarium Gregorianum:* Idus decembres id est XIII die mensis decembris natale sanctae Luciae [1]. *Sacramentarii Gelasiani codex Sangallensis:* Idus decembres natale sanctae Luciae [2]. *Sanctae* L u c i a e *seu* L u c a e, *ut scribunt nonnulli codices, nomen tum in Romano tum in Ambrosiano canone recitatur. In synaxariis Graecorum hodie quoque memoria agitur* τῆς ἁγίας μάρτυρος Λουκίας τῆς παρθένου [3]. *Ita et in kalendario lapideo Neapolitano* [4]*:*

XIII. NAT(*ALE*) P(*ASSIONIS*) S(*ANCTI*) EV-
[STRATI ET LVCIA

*In kalendariis Mozarabum pridie signata est* [5]. *Venerationis sanctae martyri a Syracusanis praestitae plurima exstant monumenta. In coemeterio S. Iohannis* [6] *repertus est titulus* [7]*:*

*Εὐσκία ἡ ἄμενπτος ζήσα(σα)*
*χρηστῶς καὶ σεμνὰ ἔτη*
*πλῖο ἔλαττον κέ ἀνε*
*παύσατο τῇ ἑορτῇ τῆς κυ*
*ρίας μου Λουκίας εἰς ἣν*
*οὐκ ἔστιν ἐνκώμειον*
*εἰπεῖν χρηστειανὴ πισ*
*τὴ τέλιος οὖσα εὐχα*
*ριστοῦσα τῷ εἰδίῳ ἀν*
*δρὶ πολλὰς εὐχαρισ*
*τίας XP*

Monasterii sanctae Luciae in Syracusana civitate *mentio est in litteris S. Gregorii anno 597 datis* [8]. *Romae plurima monasteria et ecclesiae S. Luciae dicata sunt. In synodo anni 600, ab eodem Gregorio habita, conceditur petitio Probi abbatis* monasterii sanctorum Andreae et Luciae [9], *quod alio loco monasterium* Sanctae Luciae in Herenatis *seu* Renati *nuncupatur* [10]. *Honorius p.* (*625-638*) fecit ecclesiam beatae Luciae in urbe Roma iuxta sanctum Silvestrum, quem et dedicavit, et dona multa optulit [11]. *Leo III* (*795-816*) in diaconia S. Luciae in VII vias fecit vestem de fundato [12]. *De ceteris Urbis ecclesiis S. Luciae nomini sacris tum in Libro pontificali* [13], *tum aliis in monumentis sermo est, easque singulas, numero saltem decem* [14], *iis etiam additis quae per totum orbem sparsae sunt* [15], *enumerare longum est. Edita sunt S. Luciae Acta, tum graeca* [16] *tum latina* [17], *quibus nulla fides haberi potest, quicquid protulerint qui ea tuenda susceperunt* [18]. *Sitne reapse una eademque virgo Syracusana Lucia illa quorum gesta cum Geminiano habentur* [19], *Luceia quoque quae cum Auceia rege passa traditur* [20] *variisque locis huius martyrologii nuntiatur, vel etiam Lucilla, quae Floram aliosque socios habuisse fertur* [21], *hic disceptare supervacaneum est* [22]. *In codicibus E, W et in Cambrensi nondum emendato* L u c a e *nominis scriptura est.*

**Siracusa civitate Siciliae natale sanctae Luciae virginis.**

*17.* ALIBI] *Quae sequuntur nomina pleraque non huius diei propria sunt et passim requirenda, v. gr. die 12 aprilis.*

*19.* SUCCENSI] *Dec. 9, n. 4; dec. 8, n. 8:* S u c c e s s i e p i s c o p i.

*20.* SATURNINI] *April. 12, n. 41, 93.*

*21.* CASTI] *Nudum nomen.*

*22.* PAULI] *April. 12, n. 7, 33.*

*23.* FELICIS] *April. 12, n. 32.*

*24.* QUINTILIANI] *Cf. april. 12, n. 90:* Q u i n t u l a e.

*25.* MODESTI] *Solo nomine notus.*

*26.* TITORI] *April. 12, n. 53:* T i t i a n i.

*27.* VICTORINI] *April. 12, n. 115.*

*28.* IANUARI] *April. 12, n. 45, 128.*

*30.* GEDINI] *An* C i t t i n i *? April. 12, n 63.*

*31.* FELICIANI] *Infra, n. 33:* F a l i a e, *al.* F e l i c i a e.

*32.* STERCORI] *Solo nomine notus.*

*33.* FALIAE] *Al.* F e l i c i a e*: april. 12, n. 80. Supra, n. 31:* F e l i c i a n i.

*34.* DONATAE] *April. 12, n. 126, 157.*

*35.* VALERIAE] *April. 12, n. 110:* V a l e r i.

*36.* COLONICAE] *Solo nomine nota.*

*37.* SATURNINAE] *Supra, n. 20:* S a t u r n i n i.

*38.* URBANAE] *April. 12, n. 58, 60.*

*39.* MARTIMI] *Al.* M a r i t i m i. *Nudum nomen.*

*40.* VICTURIAE] *April. 12, n. 79.*

*41.* SIMPLICIAE] *Solo nomine nota.*

*42.* SECURI] *Dec. 2, n. 9. Solo nomine notus.*

[1] WILSON, p. 113.— [2] MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum*, p. 219. — [3] *Synax. Eccl. CP.*, p. 306.— [4] CAPASSO, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [5] FÉROTIN, *Le Liber ordinum*, p. 490. — [6] De quo P. ORSI, *Notizie degli scavi*, 1893, p. 277-99; J. FÜHRER, *Forschungen zur Sicilia sotterranea*, in *Abhandlungen der k. bayer. Akademie*, I. Cl., t. XX, 3 (1897), p. 13-39; J. FÜHRER - V. SCHULTZE, *Die altchristlichen Grabstätten Siziliens* (Berlin, 1907), p. 17-59. — [7] P. ORSI, *Insigne epigrafe del cimitero di S. Giovanni in Siracusa*, in *Römische Quartalschrift*, t. IX (1895), p. 299-308. — [8] *Registr.*, VII, 36, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 484. — [9] Ibid., XI, 15, t. II, p. 275. — [10] DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 11; cf. p. 39, annot. 47. — [11] DUCHESNE, op. c., t. I, p. 324. — [12] DUCHESNE, op. c., t. II, p. 11; cf. p. 40, annot. 49. — [13] DUCHESNE, t. c., p. 615. — [14] HUELSEN, *Le chiese di Roma nel medio evo*, p. 300-306. — — [15] Nonnulla collecta reperies apud C. GAETANI, *Memorie intorno al martirio e culto di S. Lucia*, Siracusa, 1879; ID., *Dissertazione storico-critica intorno alla esistenza del corpo di S. Lucia nella città di Venezia*, Palermo, 1758; A. BEAUGRAND, *Sainte Lucie, sa vie, son martyre, ses reliques, son culte*, Paris, 1882. — [16] *BHG*[2]. 995-996. — [17] *BHL.* 4992-4997. — [18] Ioannes DE IOANNE, *Acta sincera S. Luciae*, Panormi, 1758; V. RUSSO PARES, *Lettera apologetica in prova della veracita di quanto contiensi negli atti sinceri greci della vergine e martire Siracusana S. Lucia.* Napoli, 1780. — [19] *BHL.* 4985-4990. — [20] *BHL.* 4980-4982.— [21] *BHL.* 5017-5020. — [22] Cf. F. LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 632-33.

# XIX KAL. IAN.

I | II

**In Antiochia Drusinae et sociorum eius numero III Zosimi et Theodori sanctae Lucae virginis. Lugduno Galliae sancti Victoris episcopi.**

**| Vienna Lupicini episcopi.**

**Remus natale Nicati episcopi. et alibi sanctae Aspidiae et Theoduli.**

**Vienna Lupicini episcopi. |**

*Var. lect. codd.* (I) E : (II) W. — 2. antioc̄ E ; anthiocia W | 3. drusi W | 7. *om.* E | 8. trium E | 15. lugdū E | 16. gall̄ EW | 17. *om.* E | 25. nicasi W | 28. *om.* W | 29. sacrepi W | 30. aspediae W | 31. *om.* W | 32. theudoli W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Antiochia nat. Trisi et sociorum eius III. — Mon. : In Antiochia natalis sanctorum Drusi et sociorum eius numero III Ludguni Viatoris Viennae Lupicini. — Rich. : In Antiochia Drusi Zosimi et Theodori Lugduno Viatoris episcopi Vienna Lupicini episcopi Remis Nicassi episcopi alibi Theodoli.

## DEC. 14

1. in antiochia] *Quae hodie martyr* D r u s i n a *in nostris codicibus vocatur, Δρόσις apud Graecos appellatur, et apud Iohannem Malalam* [1], *Δροσινή. In Chalcidis Qennesrin kalendario, non secus atque in martyrologio nostro, inscripta est ad diem 14 dec.* [2]. *Hanc igne concrematam fuisse asserit S. Iohannes Chrysostomus, qui nullos martyres cum ea passos refert. Cetera quae de S. Droside narrantur, minus certa sunt. Eius laudes Severus patriarcha cum in duabus orationibus* [3] *prosecutus est, tum etiam in carmine quod editum fuit* [4]. *In huius inscriptione inducitur haec sancta ut filia Traiani imperatoris, quae Antiochiae passa sit coram patre suo, christianorum insectatore. In Menaeis graecis, ubi ad diem 22 martii elogium eius contractum habetur ex Passione, quae syriace servata est* [5], *sancta martyr itidem vocatur : ἡ τοῦ βασιλέως Τραϊανοῦ θυγάτηρ, Δροσὶς οὕτω καλουμένη* [6]. *Eandem fabulam legisse videtur Malalas, qui martyrem passam refert regnante Traiano : ἐμαρτύρησε δὲ τότε ἡ ἁγία Δροσινὴ καὶ ἄλλαι παρθένοι πολλαί. Etsi vero socii S. Drosidis nobis plane ignorati sunt, de littera tamen codicum ambigere non licet :*

**in Antiochia Drusinae et sociorum eius numero III.**

9. zosimi] *Idem, qui nobis obvius fuit ad diem 11 dec., n. 28,* i n A n t i o c h i a, *diebus 19, 20, 21 eiusdem mensis denuo occurrit* i n B i t h i n i a.

11. theodori] *Dec. 7, n. 6, cum indicio loci :* i n A n t i o c h i a.

13. lucae] *Dec. 13, n. 14.*

15. lugduno] *Codices E, W totidem litteris scribunt :* V i c t o r i s e p i s c o p i. *At Lugdunensis episcopus nomine Victor nullus fuit. Codices nonnulli, inter quos L, V, et epitomae Mon., Rich. nomen exhibent* V i a t o r i s. *Neque Viator ullus inter Lugdunenses episcopos occurrit. Sed Iustus episcopus, de quo ad diem 21 oct., in sua familia Viatorem quemdam clericum habet.*

20. vienna] *Infra, n. 33.* L u p i c i n u s *in serie episcoporum Viennensium recensetur inter Florentium et Simplicium (c. 400). Liber episcopalis Viennensis ecclesiae :* XVIIII kal. ian. sancti Lupicini Viennensis episcopi. Hic floruit Valeriani et Gallieni temporibus, quando sanctus Cyprianus passus est, et Claudii, sub quo Paulus heresiarches, et Aureliani temporibus [7].

**Vienna Lupicini episcopi.**

23. remus] *Inter episcopos Severum et Baruc in cathedra Remensi sedit* N i c a t i u s, *al.* N i c a s i u s, *cuius Gesta edita sunt* [8].

**Remus natale Nicatii episcopi.**

30. aspidiae] *Loco* s a n c t a e A s p i d i a e *in codice W :* S a c r e p i A s p e d i a e; *in codd. L, V :* S a c r e p i a s P e d i c e. *In exemplo suo videtur Florus Lugdunensis legisse quae ad hunc diem profert :* apud Cyprum natale sancti Spiridionis episcopi, *quorum nonnulla elementa in nostris libris remanserint.* S p i r i d i o n *seu Spyridon, episcopus Trimithuntis, vir in historia ecclesiastica celeberrimus, a Graecis colitur die 12 dec.* [9]. *Notasse iuverit nomen* ᾿Ασπίδας *inusitatum non esse* [10].

32. theoduli] *Solo nomine notus.*

excerpta] *Cod. Cambr. :* T r i s i = *Drusinae, n. 3.*

*Codd. Mon. et Rich. :* D r u s i = *Drusinae, n. 3.*

[1] *Chron.*, XI, Dindorf, p. 277. — [2] Nau, in *Patrologia orientalis*, t. X, p. 31. — [3] Wright *Catalogue of Syriac manuscripts in the British Museum*. pp. 541, 542. Cf. Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. IX, p. 750. — [4] E. W. Brooks, in *Patrologia orientalis*, t. VII, p. 621. — [5] *BHO*. 265. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 553. — [7] Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. I², p. 181 ; cf. p. 204. — [8] *BHL*. 6075-6080. — [9] *BHG*². 1647, 1648 ; *Synax. Eccl. CP.*, p. 303 ; Petit, *Bibliographie des acolouthies grecques*, p. 255-67. — [10] Preisigke, *Namenbuch*, p. 62.

# XVIII KAL. IAN.

I | II

**In Africa natale Fausti Luci Candidi Caeliani Maximi Marci Ianuari**

**et Furtunatae |**

**Victoris Caeciliani Marciae Masumiae**

**| Furtunatae**

**Machariae Victuriae Secundae Primae Saturninae Macrosae Ninnae**

**| Restitutae**

**et aliorum numero XI**

**Macrosae item Ninnae Restitutae**
**et aliorum numero XI. |**

**in civitate Aurilianis Maximi presbyteri et confessoris. in Ascalona**

**| Aeli Promodi**

**Aeliae Candidi.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 2. ãff E | 3. *om.* W | 6. candedi W | 7. *om.* W. | 8. materi W | 13. victuri W | 15-16. maximi marcię W | 18. machaoniae W | 21. primi W | 24. ninę W | 28. *om.* W | 40. aurilian̄ E | 46. ascalō E | 48. p(ro)modi W | 49. heliae W.

*Exerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Fausti Luci Candidi Celiani Marci Maximi Ianuarii et Fortunatae. — Mon. : In civitate Aurelianis depositio Maximi episcopi et confessoris Africa Fausti Luci Candidi. — Rich. : In Africa Fausti Lucii Candidi Maximi Marci Secundi Primi Saturnini Aurelianis Maximi presbyteri in Ascalona Promoti.

## DEC. 15

1. in africa] *Paucis exceptis, huius laterculi nomina ex solo martyrologio nota sunt.*

6. candidi] *Infra, n. 50.*

8. maximi] *Al.* M a t e r i, *in cod. W, ubi* M a x i m i *locum occupat* M a s u m i a e, *n. 16. Alius procul dubio est a cognomine Aurelianensi, infra, n. 41.*

16. masumiae] *In codice W:* M a x i m i, *supra, n. 8.*

24. ninnae] *Infra, n. 32. Constare videtur e syllabis extremis vocis* S a t u r n i n a e, *n. 22.*

40. aurilianis] M a x i m i *seu Maximini, abbatis Miciacensis, Vita edita est*[1].

**in civitate Aurelianis Maximi presbyteri et confessoris.**

46. in ascalona] *Eusebius, in Libro de Martyribus Palaestinae, c. X:* Τοῦ δ' ἐπιόντος μηνὸς Ἀπελλαίου τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, πρὸ δεκαεννέα καλανδῶν Ἰανουαρίων λέγοιτ' ἄν, πάλιν αὖ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου τινὲς πρὸς τῶν ἐπὶ ταῖς πύλαις τοὺς παριόντας διερευνωμένων συλληφθέντες, ἐτύγχανον δ' οὗτοι θεραπείας ἕνεκα τῶν κατὰ Κιλικίαν ὁμολογητῶν στειλάμενοι, οἱ μὲν τὴν αὐτὴν οἷς ἔτυχον ἐξυπηρετησόμενοι, κατεδέξαντο ψῆφον, ὀφθαλμοὺς καὶ πόδας ἀχρειωθέντες, τρεῖς δ' αὐτῶν ἐν Ἀσκάλωνι, ἔνθα καὶ ἐνέσχηντο, θαυμασίαν τε παράστασιν ἀνδρείας παρεσχημένοι, διάφορον ἀπηνέγκαντο μαρτυρίου τέλος, ὁ μέν τις αὐτῶν πυρὶ παραδοθείς, Ἄρης ὄνομα, οἱ δὲ τὰς κεφαλὰς ἀποτμηθέντες, Πρόμος καὶ Ἠλίας τούτοις ἦν ἡ προσηγορία. *Horum proinde martyrum natalis pridie celebrandus erat, XIX kal. ian. In synaxariis Graecorum inscripti sunt ad diem 19 dec.:* ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόμου, Ἄρεως καὶ Ἠλία[2]. *In nonnullis exemplis ad diem 18*[3]. *In kalendario lapideo Neapolitano dies est 19*[4]*:*

XVIIII P(*ASSIO*) S(*ANCTORVM*) PROBI ET ILIV

*Cum codicibus nostris convenit, qui etiam* Ἄρεως *nomen reticent.* Πρόμος, *vel* Πρόβος[5] *scriptum est:* P r o m o d i, *a librario vocabulum* C a n d i d i *(n. 50) prae oculis habente;* Ἠλίας *vero* A e l i, A e l i a e, H e l i a e.

**in Ascalona Heli, Promi.**

[1] *BHL.* 5814-5819. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 44-53. — [2] *Synax. Eccl. CP.*, p. 327. — [3] Ibid., p. 325. — [4] Capasso, *Monumenta Neapolitani ducatus*, t. I, p. 339. — [5] Violet, *Die Palästinischen Märtyrer des Eusebius*, p. 142.

# XVII KAL. IAN.

**Ravenna natale Valentini Novalis Agricolae Concordiae. Arelato dedicatio basilicae altaris sancti Genisi martyris.**

*Var. lect. codd.* EW. — 1. ravēn E | 2. *om.* W | 4. navalis W | 5. agriculae W | 6. concordi W | 7-10. *om.* E.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : Ravenna nat. Valentini et aliorum V. — Mon. : Ravenna civitate natalis sanctorum Valentini Navalis Agricolae. — Rich. : Ravenna Valentini Navalis Agricolae Concordi.

## DEC. 16

*1.* ravenna] *V a l e n t i n i (dec. 13, n. 8: V a l e n t i n a e) iam 13 nov., n. 33, Ravennae adhaeret, nullo iure: est enim martyr Africanus, ut eo loco notatum est.*

*4.* novalis] *Al. N a v a l i s. Nomen in fastis martyrum ignotum. Verisimilis est emendatio: V i t a l i s* [1]. *Vitalem cultu praecipuo prosequuntur Ravennates, quicum A g r i c o l a, n. 5, plerumque sociatur, ut nov. 3, n. 16, 20; nov. 27, n. 15-17.*

*6.* concordiae] *Al. C o n c o r d i. Nudum nomen.*

*7.* arelato] *In codice Epternacensi, multis in locis contracto, memoria dedicationis Arelatensis ita extenuata est ut solum martyris nomen remanserit. Plenior est lectio codicis W, sed emendanda, ut puta ordinem vocabulorum n. 9, 10, invertendo: a l t a r i s b a s i l i c a e. Codicem Corbeiensem, qui inserit verbulum* et, *sequi praestat.*

**Arelato dedicatio basilicae et altaris sancti Genesii martyris.**

[1] F. Savio, in *Nuovo bullettino*, t. III, p. 172 ; *Anal. Boll.*, t. XLVII, p. 19-20.

---

# XVI KAL. IAN.

I | II

**In Africa Victoris Victoriae**

(II) **Adiutoris Quarti Honorati Simplici Ampamovi Felicis Vincenti**

**et aliorum**

(I) **XXXIII.** | (II) **XIIII simul Ottori Quinti Donati Victuriae Dioscori.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 2. āff E | 4. victuriani W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In Affrica nat. Victoris Victoriae et aliorum XXXIII et depositio Iudichaili confessoris. — Taml. : //////// Victoriae et aliorum XXXIII Victoriani Adiutoris Carti Honorati Simplicis Amponii Felicis Vincentii Octori Quinti Donati Diosocri. — Mon. : In Africa natalis sanctorum Victoris Victoriani Adiutoris et aliorum XXV. — Rich. : Africa Victoris Adiutoris Quarti Honorati Simplicii Felicis Victuriani Vincentii Quinti Donati et alibi Dioscori.

## DEC. 17

*1.* in africa] *Kalendarium Carthaginiense:* XVI kal. ian. sanctorum martyrum Felicis, Clementiane, Honorate et Massariae. *Nec hodie nec proximis diebus Clementianae et Massariae nomina occurrunt. Omnia et singula quae mox sequentur in codice Epternacensi ad diem 18 dec. transcripta sunt; nonnulla etiam, in omnibus codicibus, ad diem 29 dec., sub indicio i n A f r i c a.*

*3.* victoris] *Dec. 18, n. 10; 29, n. 4.*

*4.* victoriae] *Infra, n. 20; dec. 18, n. 11: V i c t o r i a n i; 29, n. 15: V i c t u r i n a e.*

*5.* adiutoris] *Dec. 18, n. 12.*

*6.* quarti] *Dec. 18, n. 13.*

*7.*

7. HONORATI] *Dec. 18, n. 14; 29, n. 14. In kalendario Carthaginiensi: Honorate.*
8. SIMPLICI] *Dec. 18, n. 15.*
9. AMPAMOVI] *Dec. 18, n. 16. Lectio corrupta, quae emendanda videtur: Namfamonis. Vid. ad dec. 18, n. 67.*
10. FELICIS] *Kalendarium Carthaginiense; dec. 18, n. 17; 29, n. 17.*
11. VINCENTI] *Dec. 18, n. 18.*
13. ALIORUM] *Variatio est in numeris: XXXIII, XIIII; die vero sequenti, n. 21: XXVII.*
17. OTTORI] *Dec. 18, n. 22: Tuturi.*
18. QUINTI] *Dec. 18, n. 23.*
19. DONATI] *Dec. 18, n. 24.*
20. VICTURIAE] *Supra, n. 4; dec. 18, n. 25.*
21. DIOSCORI] *Dec. 18, n. 28.*
EXCERPTA] *Cod. Cambr.: Iudichaili, regis in Britannia Armorica, Vita habetur* [1].
*Cod. Taml.: Carti = Quarti, n. 6.*
*Amponii = Ampamovi, n. 9.*

[1] *BHL.* 4503.

---

# XV KAL. IAN.

I | II

**In Laodicia civitate natale Teotecni [5] et Basiliani.**

**I:** **in Africa Victoris [10] Victoriani Adiutoris Quarti Honorati Simplici [15] Ampamovi Felicis Vincenti et aliorum [20] XXVII Tuturi Quinti Donati Victuriae [25] et alibi Dioscori.**

**II:** **in Africa [30] Quinti Simplici Pompini Pauli Aritife [35] Cresti Digni Datuli Feliciani Moysitis [40] Rogatiani Marthyri Horati Evasi Victuriae [45] Privati Tinni Salvatoris Siti Teturi [50] Victurici Caeliani Semtimini Rustici Bassae [55] Lucaniae Honorati Reductulae Victuriae Felicitatis [60] Quintulae Spinae Privatulae Caeciliae Saturnini [65] Caeciliane Namfamonis Felicis Vincenti Aresti [70] Musci Siddini Adiutoris. Romae Lucae [75] virginis et Auceiae regis simul [80] et Antonini Aerenei Theudori Papeusae [85] Cussei Appolliniae Arionis Apamiae Poenecis [90] Papisci Saturii Victuris cum aliis [95] VIIII. et alibi passio sanctae [100] Afrae Victoris Victorinae Basiliani Honorati [105] cum aliis XXXI [a].**

*Addunt codices pleniores:* a) et est dedicatio... W² (*erasum*).

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 1. *om.* E | 2. laudo W | 3. *om.* E | 4. *om.* W | 5. theoni W | 6. *om.* W | 9. ãff E | 74. rõm W | 101. afre W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR.: In Lauodicia nat. Theotecni et Basiliani. — TAML.: Basiliani Tarsi Teotecti Salvatoris martiris Iuliani Teodini Cinti Celsii Simplicii Pompini Pauli Cresti Dactili Feliciani Nicositis Rogatiani Martii Euasi Privati Digni Tinni Sati Teucri Victoris Martini et aliorum XXXIII. *Post sanctos Hibernos addit:* Salutatio Mariae ab Elizabeth matre Iohannis. — MON.: In Africa natalis sanctorum Quinti Simplicii et aliorum IIII. — RICH.: In Laodicia Teocteni Baseliani in Africa Quinti Simplicii Pomponii in Lucania Honorati Reductulae Victuriae.

## DEC. 18

1. IN LAODICIA] *Dec. 19, n. 17-19, iteratur memoria S. Theotecni, quem Laodicenum martyrem fuisse ferunt. Die 4 oct. in breviario Syriaco producitur* Θεότεκνος *quidam, omni carens notatione geographica. Neque alibi eius mentio est, nisi in synaxariis graecis, ubi* ἱερομάρτυς, *id est presbyter vel episcopus martyr praedicatur* [1], *nullo addito elogio.*
7. BASILIANI] *Infra, n. 104; dec. 19, n. 94. Videtur hodie cum Theotecno illo, quisquis ille*

[1] *Synax. Eccl. CP.*, p. 107.

est

*est, Laodiceae assignari. Non ita in laterculo diei 19. Solo nomine proinde notus est.*

9. IN AFRICA] *Laterculus Africanus codicis Epternacensis, n. 10-28 totus exhibetur die 17 dec. in posteriore martyrologii recensione.*

27. ALIBI] *Ubi nunc scriptum est AL (i b i), quidni AL(e x a n d r i a), quae Dioscori martyris patria est, legamus*[1] *?*

28. DIOSCORI] *Dec. 17, n. 21. Tres S. D i o s c o r i commemorationes ad unam solam reduci, hunc elenchum intuenti ilico manifestum erit:*

*mai 18, n. 28 = XV kal. iun.*
*iun. 17, n. 26 = XV kal. iul.*
*dec. 18, n. 28 = XV kal. ian.*

*scilicet, solum kalendarum numerum, neglecto mense, festinanter inspexerunt librarii.*

30. IN AFRICA] *Omnia et singula nomina inde a n. 31: Q u i n t i, ad n. 73: A d i u t o r i s, uno excepto n. 44, E v a s i, neque mutato ordine transcripta sunt in codice Epternacensi ad diem 19 dec. n. 22-66. Nominum plerumque ignotorum hominum varias lectiones, quas, licet paucae sint et minoris momenti, afferre visum est.*

33. POMPINI] *Dec. 19, n. 24: P o m m o r i.*

35. ARITIFE] *Dec. 19, n. 26: A r i f i t i.*

36. CRESTI] *Dec. 19, n. 27: C r e s c i.*

43. HORATI] *Supra, n. 14; dec. 19, n. 34: H o n o r a t i, ut dec. 17, n. 7, et infra, n. 57.*

45. VICTURIAE] *Infra, n. 59; dec. 19, n. 35, 50. Non ea est quae colitur i n S a b i n i s, et memoratur die 19, n. 16.*

48. SALVATORIS] *Dec. 19, n. 38: S a l u t o r i s. Lege S o l u t o r i s, nomen Afris usitatum.*

50. TETURI] *Supra, n. 22: T u t u r i; dec. 19, n. 40: V i c t u r i; dec. 17, n. 17: O t t o r i.*

52. CAELIANI] *Dec. 19, n. 42: C a e c i l i a n i.*

53. SEMTIMINI] *Dec. 19, n. 43: S e p t i m i.*

55. BASSAE] *Dec. 19, n. 45: L e s s a e.*

56. LUCANIAE] *Dec. 19, n. 46: L u c a n a e.*

62. SPINAE] *Dec. 19, n. 53: P i n n a e.*

67. NAMFAMONIS] *Dec. 5, n. 20; 19, n. 60: N a n i f a m o n i s; dec. 17, n. 9: A m p a m o v i, et supra, n. 16. In epistula ad S. Augustinum, Maximus Madaurensis his verbis conqueritur quod martyres christiani diis gentilium praeferantur:* Quis enim ferat Iovi fulmina vibrantis praeferri Migginem; Iunoni, Minervae, Veneri Vestaeque Sanamem, et cunctis, pro nefas! diis immortalibus archimartyrem Namphamonem[2]? *Vocabulo a r c h i m a r t y r, de quo multum disceptatum est*[3]*, in ore Maximi non significatur p r o t o m a r t y r, sive Africae sive Numidiae, sed martyr maxima in veneratione habitus.*

74. ROMAE] *Nomina quae scripta sunt a n. 75: L u c a e ad 96: c u m a l i i s V I I I I, requirenda sunt in codice Epternacensi, ad diem 19 dec., n. 68-87.*

98. ALIBI] *Nomina quae scripta sunt inde a n. 101: A f r a e, ad 108: c u m a l i i s X X X I, in codice Epternacensi requirenda sunt ad diem 19 dec., n. 91-98.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: D a c t i l i = Reductulae, n. 58.*

*S a t i = Siti, n. 49.*
*T e u c r i = Teturi, n. 50.*
*M a r t i n i = Marthyri, n. 42.*

*Cod. Rich.: P o m p o n i i = Pompini, n. 33.*

[1] Cf. *Les martyrs d'Égypte*, p. 79. — [2] AUGUSTINI *Epist.* XVI, 2, GOLDBACHER, t. I, p. 37. — *Origines du culte des martyrs*, p. 429; J. H. BAXTER, in *Journal of Theological Studies*, t. XXVI (1925), p. 21-37.

# XIV KAL. IAN.

I | II

**In Nicea civitate Bitthiniae**

**natale Secundi |**

**Zosimi Pauli**

**| Secundi**

**Cyriaci.**

**I.** **et in Suanis civitate Triplana Victoriae. Laodacia civitate Theoticni. in Africa Quinti Simplici Pommori Pauli Arifiti Cresci Digni Datuli Feliciani Moisetis Rogatiani Martyri Honorati Victuriae Privati Tinni Salutoris Siti Victuri Victurici Caeciliani Septimi Rustici Lessae Lucanae Honorati Reductolae item Victuriae Felicitatis Quintulae Pinnae Privatolae Caeciliae Saturnini Caecilianae. et alibi Nanifamonis Felicis Vincenti Aresti Musci Siddini Adiutoris. Romae Luciae virginis et Auceiae regis Antoni Erenei Theodori Papeusi Apolloniae Apamiae Paeni Circussei Arionis Papisci Saturi Victoris cum aliis VIIII. et alibi passio Afrae Victoris Victorini Bassiliani Honorati cum aliis XL.**

**II.** **et alibi sanctorum Anastasi et Siddini ep̄or Autisiodero beati Gregorii episcopi et Crisanti et Dari.**

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 2-3. *om.* E | 4. bethūn E | 10. caeriaci W | 17. laodāc E | 21. āff E | 60. nani famonis E | 67. rōm E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Bithinia nat. Secundi Zosimi Pauli et Quiriaci et in Savinis civitate Tribulana Victoriae. — TAML. : Secundini martiris Zosimi Ciriaci Victoriae bis Iulianae Mariae Brigitoniae Marialitae Spinae Anathasii Secundini Grigorii episcopi Crisanti Zefani Celsii Teotini Cinti Simplici Pomponi Pauli Cresci Digni Datuli Feliciani Rogatiani Martirii Honorati Privati Tintii Petri Siti Victuri Ciciliani Pauli Saturnini Famonis Felicis Vincentii Aresci Musci Saturi Victoris Victorini et aliorum LXII Basiliani Honorati et aliorum XXX martirum Mariae Magdalenae et Elizabeth. — MON. : Et aliorum IIII Bithinia Zosimi Ciriaci. — RICH. : In Bithinia Secundi Zosimi Pauli Victuriae et Cyriaci Autisiodoro beati Gregorii episcopi et alibi Crisanti et Darii.

## DEC. 19

*1.* IN NICEA] *Die 11 dec., n. 25, 31, coram nobis processit in Antiochia idem agmen Secundi, Zosimi, Pauli, Cyriaci (al. Cyriae). Hodiernum elogium iterum comparebit die crastino (n. 22-29) et tertium die 21, n. 74-80.*

*13.* IN SUANIS] *Lege, cum cod. Cambrensi: in Savinis, seu Sabinis. Civitas Triplana, in eodem codice: civitate Tribulana. Haec olim dicta est Trebula Mutuesca, hodie Monteleone* [1], *in qua habetur S. Victoriae basilica non ignobilis.*

*16.* VICTORIAE] *Quaere paulo inferius in hodierno laterculo, et, n. 35, 50, bis leges: Victuriae; in codicibus alterius recensionis, ad hesternum diem, n. 45, 59, Victoria comparet in Africa. Itaque confidenter asseverare non licet unam eandemque martyrem commemorari hinc in Sabinis, inde in Africa. Sed satis notum est in Africanis catalogis peregrina nomina intermisceri, quod et nostrae Victoriae accidere sane potuit. Hodierna Victoria in martyrologio nostro, die 10 iulii, n. 21, cum Anatolia comparata fuit. Ambo nomina itidem coniuncta leguntur in opere musivo Sancti Martini in Caelo aureo Ravennate:* SCA ANATOLIA SCA VICTORIA [2]. *Hagiographi quoque eadem coniunxerunt in suis narratiunculis* [3], *quae, quantam fidem historicam*

[1] *C.I.L.* IX, p. 463. — [2] *C.I.L.* XI. 281. — [3] *BHL.* 8591-94 ; 417-420 ; Cf. P. PASCHINI, *La Passio delle martiri Sabine Vittoria ed Anatolia*, Roma, 1919, 77 pp. ; LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 347-50.

*toricam habeant, viderint alii. Saeculo X, corpus S. Victoriae e Tribulana basilica ad Montem Matenanum translatum fuit*[1]. *In agro Sabino et in Piceno ad nostram usque aetatem floret S. Victoriae memoria et cultus, et sanctae martyris nomen in multis locorum nominibus sui vestigia reliquit. Eius modi loca nota sunt:* rivus sanctae Victoriae, terra sanctae Victoriae, *et nonnullae ecclesiae eius nomine dicatae*[2]. *In quibusdam martyrologiis commemoratio eius inscripta est ad diem 23 decembris.*

**in Savinis civitate Tribulana Victoriae.**

*17.* LAODACIA] *Dec. 18, n. 1: L a o d i c i a ... T e o t e c n i.*

*21.* IN AFRICA] *Quos nobis exhibet hodiernus laterculus, n. 22-66, eosdem heri recensuerunt codices alterius recensionis, n. 31-73, paucis tamen nominibus exceptis, de quibus suo loco diximus.*

*67.* ROMAE] *Romanus catalogus martyrum qui hodie occurrit, iam et ipse die 18 dec., n. 74-96, recitatus est. Par martyrum L u c i a e et A u c e i a e r e g i s iam antea variis diebus intercurrit: iun. 1, n. 20; iun. 24, n. 34; 25, n. 16; 26, n. 17; iul. 1, n. 13. Hodie ambos martyres comitatur agmen sociorum, ex quibus plerosque recensuit Passio latina*[3]. *Eorundem lecta est olim graeca Passio, e qua non supersunt nisi synaxariorum epitomae ad diem 6 iulii: ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Λουκίας τῆς παρθένου καὶ Ῥίξου βικαρίου καὶ ἄλλων πλείστων παθόντων ἐν Καμπανίᾳ*[4]. *In hoc elogio ad extremum insertus est nominum catalogus, certissime ei affinis quem nobis servavit Passio latina. Utriusque nomina bina et bina comparamus eodem quo leguntur ordine:*

| | |
|---|---|
| *Antonius* | *Ἀντωνῖνος* |
| *Hereneus* | *Σηρῖνος* |
| *Theodorus* | *Διόδωρος* |
| *Dionysius* | *Δίων* |
| *Apollonius* | *Ἀπολλώνιος* |
| *Apamius* | *Ἄπαμος* |
| *Pronicus* | *Παπιανός* |
| *Coteus* | *Κοτύϊος* |
| *Orion* | *Ὀρωνός* |
| *Papicus* | *Πάπικος* |
| *Satyrius* | *Σάτυρος* |
| *Victor* | *Βίκτωρ* |
| *alii VIIII* | *ἕτεροι ἐννέα.* |

*In indiculo graeco inter Ἀντωνῖνος et Σηρῖνος recensentur Λυκίας, Νέας. Utrumque nomen in Passione latina et in martyrologio desideratur. Cetera fere nomina graeca et latina ad eandem formam apte reducuntur. In Παπιανῷ tamen nemo P r o n i c u m agnoverit. In nostro martyrologio catalogus martyrum haec nomina complectitur quae attentius consideranda sunt:*

*n. 76: P a p e u s i = Παπιανός*
*n. 77: A p o l l o n i a e pro Apollonio.*
*n. 78: A p a m i a e pro Apamio.*
*n. 79: P a e n i (18 dec., n. 90: P o e n e c i s) nomen in neutra Passione agnoscendum.*
*n. 80: C i r c u s s e i (18 dec., n. 86: C u s s e i) esse potest pro C o t e u s, Κοτύϊος.*
*n. 81: A r i o n i s = Orion.*

*Pronicus, qui in Passione latina inducitur, prorsus abest. Δίων, ex utraque Passione notus, hic pariter desideratur. Quae cum ita sint, utcumque nonnullorum nominum forma ambigua videri potest, haec totius catalogi summa probabilis est:*

**Romae Luciae virginis et Auceiae regis <et> Antonii, Herenaei, Theodori, Papiani, Apolloniae, Apamiae, Paeni, Cussei, Orionis, Papisci, Saturi, Victoris cum aliis VIIII.**

*91.* AFRAE] *Dec. 18, n. 101. Ex iis quae disputata sunt ad diem 17 dec., n. 1-4, 7, vel 18 dec., n. 7-11, 14, vix dubium est quominus A f r a hic sit pro A f r i c a.*

*92.* VICTORIS] *Dec. 17, n. 3; 18, n. 102.*

*93.* VICTORINI] *Dec. 17, n. 4: V i c t o r i a e; 18, n. 103: V i c t o r i n a e.*

*94.* BASSILIANI] *Dec. 18, n. 7, 104.*

*95.* HONORATI] *Dec. 17, n. 7; 18, n. 105.*

*97.* CUM ALIIS] *Haec aliorum sequela eadem videtur esse quae comparet diebus 17, 18 et 19 dec., etsi numeri, ut alias plerumque accidit, satis licenter mutati sunt:*

| | |
|---|---|
| *dec. 17, n. 14:* | *XXXIII.* |
| *dec. 17, n. 15:* | *XIIII.* |
| *dec. 18, n. 21:* | *XXVII.* |
| *dec. 18, n. 108:* | *XXXI.* |
| *dec. 19, n. 98:* | *XL.* |

*102.* ANASTASI] *Par martyrum hic exhibet codex W: A n a s t a s i et S i d d i n i e p i s c o p o r u m. In codice E, crastino die, annuntiatur primum, n. 20-21: A t h a n a s i e p i s c o p i, et paulo inferius, n. 30-32: A n a t a s i e t S i d d i n i e p i s c o p i. Huius quidem S i d d i n i mentio resecanda est. Siddinus enim pertinet ad Africanam quamdam cohortem (supra, n. 65), neque episcopus unquam fuit. Restat igitur A n a s t a s i e p i s c o p i, cui ex laterculo crastino locus assignatur R o m a e. Is est enim Anastasius papa (399-401), de quo Liber pontificalis:* qui etiam sepultus est in cymiterio suo ad Ursum piliatum V. kal. mai[5]. *Hic dies emortualis certe falsus est. Quippe L. Duchesne luculenter ostendit Anastasium mense decembri mortuum esse et, ut videtur quidem, die 19*[6]. *De loco sepulturae martyrologio nostro suffragatur Itinerarium Salisburgense (via Portuensi):* Tunc ascendis et pervenies ad S. Anastasium papam et martyrem[7]. *Ad diem 20 dec., in cod. Cambr. habetur: P o n t i a n i A n a s t a s i e p i s c o p i; in cod. Rich.: P o t e n t i a n i A n a s t a s i i*

[1] *BHL.* 8595. — [2] Cf. SCHUSTER, *Le sante Anatolia e Vittoria*, in *Bollettino diocesano per le diocesi di Sabina, Tivoli*, etc., 1917, p. 163-167.— [3] *BHL.* 4980, c. 6. — [4] *Synax. Eccl. CP.*, p. 801-802. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 218. — [6] Ibid., p. 219. — [7] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 182.

*e p.*

*e p. Unde in quibusdam martyrologiis ficta est, ad diem 20 dec., commemoratio S. Pontiani. Sed hoc loco non Pontianus pontifex memoratur, sed Pontiani coemeterium, quod situm erat* ad Ursum Pileatum. *Itaque scribamus :*

**Romae <in cimiterio> Pontiani Anastasii episcopi.**

*104.* SIDDINI] *Supra, n. 65; dec. 20, n. 32.*

*105.* EP(ISCOP)ORUM] *Lege: e p i s c o p i, ad solum enim A n a s t a s i u m, n. 102, refertur.*

*106.* AUTISIODERO] *Sedit episcopus G r e g o r i u s saec. VI, ante Theodorum et Optatum* [1].

**Autisiodoro beati Gregorii episcopi.**

*111.* CRISANTI] *Cum D a r i (a e), in codice E, die 20 dec., n. 41-43.*

[1] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II², p. 445.

---

# XIII KAL. IAN.

| I | II |
|---|---|
| **In Tracia** | **In Tracia** |
| | **civitate Gildoba** |
| **natale Iuli.** | **natale Iuli.** |
| **et in Liconio Teclae.** | |
| **et Romae depositio Zephirini episcopi** | **et Romae depositio Zephirini episcopi** |
| **et Ignati martyris et Athanasi episcopi. in Nicea civitate Bithiniae Zosimi Pauli Secundi Cyriaci Anatasi et Siddini episcopi. Autisiodero civitate beati Grigori episcopi. et alibi Crisanti et Dari.** | **in Oriente natale Teclae et sancti Liberati.** |

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W — 5. *om.* W | 12. rōm E | 13. *om.* W | 14. zefirini W | 25. bithīn E | 29-30. *om.* E¹; *add.* E² | 34. autisiodōr E.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Tracias nat. Iulii et Ini et Iconi Teclae et Romae depositio Zeferini episcopi et Ignati martiris Pontiani Anastasi episcopi. — TAML. : Ignatii martiris Iulii episcopi Antiochiae Teclae virginis Victoriae Agathae Bithaniae Ciciliae Refrini episcopi Anastasiae Anastasii episcopi Liberi episcopi Bontiani Basii Innocentii Zosimi Pauli Secundi Beati Grigorii Cinti Crisantii Darii. — MON. : Romae via Appia in cimiterio depositio sancti Zepherini episcopi Teclae virginis Anastasii episcopi. — RICH. : In Tracia Iulii et Iconio Teclae Rome depositio Caprini episcopi et Ignatii martyris Potentiani Anastasii episcopi et Liberati.

## DEC. 20

*1.* IN TRACIA] *Ad hoc nomen, in codicibus alterius stirpis, additur hodie: c i v i t a t e G i l d o b a. Integrum elogium prostabit cras in cod. E n. 12-16. Iamvero urbs G i l d o b a in Thracia hactenus reperta non fuit. Sed nomen genuinam originem sapit. Nota est enim G e l d u b a civitas in Germania Superiore, quam* castrum Rheno impositum *vocat Plinius* [1]. *Attamen in Germania martyrem nomine Iulium fuisse aliunde non novimus. Haec igitur elogii forma restituenda :*

**in Thracia civitate Gildoba Iuli.**

*In martyrologio Romano annuntiatur hodie:* Romae sanctorum Liberati et Baiuli. *Liberatus quidem ex hodierno catalogo sumptus est, n. 50; Baiulo autem nomen fictum e postrema syllaba nominis urbis G i l d o b a conferruminata cum nomine I u l i : G i l d o BA I U L I. Quod Sollerium nostrum non fugit* [2].

*9.* IN LICONIO] *Lege: I c o n i o. Haec urbs una e palaestris fuit S. Theclae, e cuius Gestis* [3] *sumpta videtur mentio :*

**in Iconio Teclae.**

*At cur haec hodie legatur, non perspicimus. In altera recensione pro I c o n i o legitur: i n O r i e n t e (n. 45). Haec formula in cod. E habetur ad diem 21 dec., n. 21-24. Quippe Thecla virgo*

[1] *Hist. nat.*, 19, 90. Cf. HOLDER, *Alt-Celtischer Sprachschatz*, t. I, p. 1994. — [2] *Martyrologium Usuardi*, p. 755. — [3] *BHG*². 1710; *BHL*. 8020; *BHO*. 1152-1154.

*discipula*

*discipula fuisse creditur Pauli apostoli. Quae causa esse potuit cur* i n O r i e n t e *annuntietur. De his ad 23 sept., n. 1.*

12. ROMAE] *Roma sibi vindicat nomina tria :* Z e p h i r i n i, *n. 14,* I g n a t i, *n. 17,* A t h a n a s i, *n. 20, lege :* A n a s t a s i.

14. ZEPHIRINI] *Dec. 21, n. 19. Itinerarium Salisburgense (via Appia) :* Geferinus papa et confessor sursum quiescit. *Epitome de Locis sanctorum :* et ibi S. Tarsicius et S. Geferinus in uno tumulo iacent [1]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* et ibi reconditi sunt Stephanus, Sixtus, Zefferinus, Eusebius ... [2]. *Liber pontificalis :* Zepherinus sepultus est in cymiterio suo, iuxta cymiterium Calisti via Appia VIII kal. septemb. [3]. *Negat L. Duchesne Zephyrinum papam mortuum esse die 25 aug. Praestat igitur retinere diem XIII kal. ian.* [4]. *De loco ubi sepultus fuerit Zephyrinus diu multumque certatum est* [5].

**Romae Zephyrini episcopi.**

17. IGNATI] *Procul dubio celeberrimus Antiochensis episcopus, qui Romae passus est. Fontes qui diem 20 dec. S. Ignatio assignant, hi sunt : synaxaria Graecorum :* ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας τῆς Συρίας [6]*; menologia graeca* [7]*; S. Willibrordi kalendarium :* Ignatii episcopi et martyris [8]*; martyrologium Oengussii* [9]*. Beda S. Ignatium nuntiat ad diem 17 dec., qui nonnemini visus est cum die 20 dec. tandem aliquando concurrere, cum ex errore legentis* X U I k a l. i a n. *loco* X I I I k a l. *oriri potuerit* [10]*. Notari tamen velim non solum Bedam considerandum esse, sed et kalendarium marmoreum Neapolitanum, in quo S. Ignatius inscriptus est die sequenti, 18 dec., non omissa perendina commemoratione, aliisque de quibus mox. Apud Graecos recurrit S. Ignatii commemoratio die 29 ian. :* μνήμη τῆς ἐπανόδου τῶν λειψάνων τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου [11]*. Breviarium autem Syriacum Ignatium annuntiat die 17 oct. :* Ἰγνάτιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐκ τῶν ἀρχαίων. *Qui dies olim eius memoriae apud Antiochenos sacer erat. Nempe paucis diebus post festum S. Pelagiae, quod in diem 8 oct. incidit, S. Iohannes Chrysostomus de S. Ignatio celeberrimam orationem habuit, quae exorditur his verbis :* Πρῴην γοῦν ἡμᾶς κόρη κομιδῇ νέα καὶ ἀπειρόγαμος, ἡ μακαρία μάρτυς Πελαγία, μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης εἱστίασε· σήμερον πάλιν τὴν ἐκείνης ἑορτὴν ὁ μακάριος οὗτος καὶ γενναῖος μάρτυς Ἰγνάτιος διεδέξατο [12]*. In kalendario Neapolitano quater occurrit Ignatius. Die 17 oct., comprobante Syriaco :*

XVII. P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) IGNATI EP(*ISCOP*)I

*et die 20 dec., quae sollemnitas Graecis etiam usitata fuit :*

XX. P(*ASSIO*) S(*ANCTI*) IGNATI DE SYRIA

*Praeterea die 29 iun., in translatione sancti martyris ; tandem die 18 dec., qui fere concurrit cum die notato apud Bedam. Inde ab Adone martyrologia occidentalia S. Ignatium annuntiant die 1 feb. Qui usus ab errore cuiusdam interpretis repetendus est. In Actis Romanis S. Ignatii, quae in Aegypto composita fuerunt, dies commemorationis, qui ibi erat 1 iul., ad extremum indicatur his verbis :* καὶ ἔστιν ἡ μνήμη τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ γενναίου μάρτυρος Ἰγνατίου μηνὶ Πανέμῳ νεομηνίᾳ [13]*. Quod latine ita redditum est :* Passus est autem... kalendis februarii, quo etiam memoria eius a fidelibus sollemniter celebratur [14], *scilicet mensem Aegyptium* Πάνεμον *(iulium) interpres latinus februarium intellexit. Ab eo deceptus, Ado commemorationem S. Ignatii ad diem 1 feb. inscripsit. Cum tamen alium diem, nempe 17 dec., apud Bedam notatum invenisset, hunc etiam retinuit et e penu suo addidit hoc die S. Ignatii translationem factam fuisse* [15]*. Severus patriarcha ter saltem in ecclesia S. Ignatii de SS. Basilio et Gregorio orationem habuit* [16].

**<item Romae> Ignatii martyris.**

20. ATHANASI] *Infra, n. 30 :* A n a t a s i *; dec. 19, n. 102 :* A n a s t a s i. *Is est Anastasius papa.*

23. IN NICEA] Z o s i m i *et aliorum trium memoria etiam dec. 19, n. 1-10 ; dec. 21, n. 74-80 signata est.*

30. ANATASI] *Supra, n. 20 :* A t h a n a s i, *immo* A n a s t a s i.

32. SIDDINI] *Dec. 19, n. 104.*

34. AUTISIODERO] G r e g o r i i *memoria iteratur e die 19, n. 106-109.*

41. CRISANTI] *Dec. 19, n. 111-113. Lectio plana est, et scribatur oportet :*

**alibi Crisanti et Dariae.**

*Hi sancti martyres Romani sunt e coemeterio Thrasonis, qui non uno die in martyrologio comparent. Eorum notitiam dedita opera scrutati sumus die 12 aug. Qua de causa hodie in codicibus nostris rursus locum sibi fecerint, non perspicimus. Neque supervacaneum erit uno quasi conspectu disputare de singulis diebus ad quos cum alibi, tum in nostro martyrologio idem par martyrum annuntiari solet.*

*12 aug. Elogium quale ad hunc diem in nostris codicibus legitur depromptum est e Passione SS.*

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 180.— [2] Ibid., p. 181. — [3] DUCHESNE, t. I, pp. 62, 139.— [4] Ibid., p. CLVIII. — [5] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. II, p. 4-9 ; WILPERT, *Beiträge zur christlichen Archaeologie*, in *Römische Quartalschrift*, 1908, p. 183-96 ; MARUCCHI, *La questione del sepolcro del papa Zefferino*, in *Nuovo bullettino*, 1910, p. 205-225. — [6] *Synax. Eccl. CP.*, p. 329. — [7] *BHG*². p. 285. — [8] WILSON, *The Calendar of St. Willibrord*, p. 14 ; cf. p. 44. — [9] W. STOKES, *The Martyrology of Oengus the Culdee*, p. 253. — [10] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 547-49. — [11] *Synax. Eccl. CP.*, p. 429. — [12] *BHG*². 816. — [13] *BHG*². 814. — [14] *BHL*. 4256. — [15] De his universim cf. LIGHTFOOT, *The Apostolic Fathers*, Part. II, vol. II, p. 418-34 ; QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 547-52 ; WILSON, *The Calendar of St. Willibrord*, p. 44. — [16] Homil. 35, 65, 84. WRIGHT, *Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum*, pp. 536, 538, 540. Homiliam 65 edidit M. BRIÈRE, in *Patrologia orientalis*, t. VIII, p. 321-30.

C h r y s a n t h i

*C h r y s a n t h i et D a r i a e* [1]. *Verum in Passione quidem nullus dies emortualis inscriptus est. Sed dies 12 aug. commendatur kalendariis mozarabicis, in quibus Chrysanthus et Daria annuntiantur modo die 12 aug., modo die 13* [2].

*25 oct. Hic dies notus est ex Translatione anni 844:* Translata sunt sanctorum corpora et ab episcopo Theganberto admodum religioso VIII kalendarum novembrium, videlicet passionis eorum die [3]; *eundem retinuit martyrologium Romanum. Eo quidem die codices nostri silent de Chrysanto et Daria, sed LXII (CXX) milites memorant, quorum mors narratur in Passione SS. Chrysanthi et Dariae. Itaque interrogari potest num fortasse duo antesignani huius catervae ibidem quondam nominati fuerint, sed deinde sive a librario quodam omissi, sive a correctore cancellati. Kalendarium Neapolitanum eosdem bis annuntiat: die 25 oct. et die 19 mart. Hanc alteram commemorationem indicat etiam Romana Notitia nataliciorum ecclesiae Sancti Silvestri in Capite* [4]. *Item synaxaria graeca, in quibus ad diem 19 mart. annuntiatur:* ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Χρυσάνθου καὶ Δαρείας, *et datur compendium eorum Passionis* [5]. *Hunc diem praetermittunt codices hieronymiani.*

*29 nov. Haec S. S a t u r n i n i, qui in coemeterio Thrasonis quiescebat, sollemnitas propria est. Huic igitur martyrologus noster more suo nonnullos socios adiunxit, in eodem loco quiescentes: C h r y s a n t h u m et D a r i a m, M a u r u m et L X I I m i l i t e s. Itaque compilatoris arbitrio huc arcessiti sunt Chrysanthus et Daria, qui die 29 nov. non recolebantur. Librarii deinde incuria sua effecerunt ut haec mentio adventicia pridie occurreret in cod. Cambrensi, postridie in codice W. Sacramentarium Gelasianum hos martyres omnes die 29 oct. uno lemmate comprehendit:* III kalendas decembres in natali sanctorum martyrum Saturnini, Crisanti, Mauri, Dariae et aliorum [6]. *Ibi autem in collectis soli Saturninus et Chrysanthus, omissis ceteris, nominantur. Sacramentarium Gregorianum unum S. Saturninum memorat ad diem 29 nov.* [7]. *In Gelasiano autem sacramentario videtur nostri martyrologii aliqua recordatio permeasse. Chrysantum et Dariam die 29 nov. annuntiant martyrologium Lugdunense e cod. Paris. 3879, Florus* [8], *kalendarium Ambrosianum saec. XI* [9]. *Ado autem, quem Usuardus secutus est, arbitratu suo diem 1 dec. elegit. Tandem synaxaria nonnulla, quibus suffragantur quaedam exempla graeca Passionis, Chrysanthum et Dariam annuntiant ad diem 17 octobris* [10].

*In hac igitur dierum varietate praeferendus videtur dies 25 oct., qui reliquos omnes testimoniorum auctoritate praeponderat.*

*45.* IN ORIENTE] *Vide supra, ad n. 9.*

*50.* LIBERATI] *Dec. 21, n. 31.*

EXCERPTA] *Cod. Cambr.: I n i et I c o n i = in Iconio, n. 9.*

*P o n t i a n i. Supple: c i m i t e r i u m Pontiani, supra, ad n. 20.*

*Cod. Taml.: B i t h a n i a e = Bithiniae, n. 25.*

*L i b e r i = Liberati, n. 50.*

*C i n t i = Crisanti, n. 41.*

*Cod. Rich.: C a p r i n i = Zephirini, n. 14.*

*P o t e n t i a n i = Pontiani. Dec. 19, n. 102.*

[1] *BHL.* 1787. — [2] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 474-75. — [3] *BHL.* 1793, n. 4. Conferantur comes Aquisgranensis ap. S. Beissel, *Entstehung der Perikopen des römischen Messbuches* (Freiburg i. Br., 1907), p. 139; capitulare Spirense et Rhenaugiense, ap. Ranke, *Das kirchliche Perikopensystem*, p. xlvi. — [4] Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, t V, p. 67-68. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, p. 547. — [6] Wilson, p. 206. — [7] Wilson, p. 110. — [8] Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 153. — [9] Magistretti, *Manuale Ambrosianum*, t. I, p. 195; t. II, p. 10. — [10] *Synax. Eccl. CP.*, p. 143; *Catal. graec. Paris.*, p. 240.

# XII KAL. IAN.

| I | II |
|---|---|
| **Passio Thomae apostoli in India. et in Tuscia Iohannis et Festi. in Tracia civitate Gildoba Iuli. et Romae Zepherini episcopi. in Oriente natale Teclae. et in Ampetia civitate Ronidi Codiae Liberatis. in Mesopotamia Zosimi Auruli.** | **In Mesopotamia civitate Edissa natale et translatio corporis sancti Thomae apostoli qui translatus est ab India cuius passio ibidem celebratur V non. iulii.** |

**et in Eraclea Bassi. et Romae depositio**

| **sancti Innocenti episcopi et passio**

**sanctorum Victoriae et Bethaniae Secundi item Zosimi**

| **Aurili**

**et Seriaci. et alibi Foci Flori. et alibi Honorati episcopi et confessoris [a].**

*Addunt codices pleniores :* a) in pennante monasterio depositio sancti saivvoldi (savivoldi V) presbyteri atque abbatis KV.

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 18. rōm E | 33. mesopōt E | 37. me sopotamia W | 64. rōm E | 72. victuriae W | 73. *om.* W | 74. bitthanę W | 75. secundae W | 76. *om.* W | 80. siriaci W | 82. *add.* pās scōrum W | 86. *om.* W.

*Excerpta ex variis.* — Cambr. : In India in aecclesia Ostroenae translatio Thomae apostoli et in Tuscia Iohannis et Festi. — Taml. : Tomae apostoli in India Iohannis Sereni episcopi Zefani Celsi Teclae Focci Flori Honorati Dimetri bis Iononati Iohannis Mathei et aliorum XXX. — Mon. : Passio Thomae apostoli in India cuius corpus translatum est Edissa in qua civitate natalis eius celebratur Romae depositio sancti Innocentii episcopi alibi Focae martyris et aliorum XXX. — Rich. : In India Thomae apostoli et Rome depositio sancti Innocenti episcopi Victuriae Zosimi Aurelli alibi Foci Florenti Honorati episcopi.

## DEC. 21

2. thomae] *Sacramentarium Gelasianum :* XII kal. ianuarias in natali sancti Thomae apostoli [1]. *Sacramentarii Gregoriani cod. Ottobonianus :* XII kalendas ianuarias natale sancti Thomae [2]. *Quater hisce in fastis inscriptus est* T h o m a s *apostolus : iun. 3, n. 24 ; iul. 3, n. 7 ; 21 dec. et 28 dec. n. 46. Errore factum esse ut die 3 iun. eius mentio haberetur opinatus est Duchesne* [3]. *Ea tamen ratione aegre declaratur haec kalendarii mozarabici Cordubensis anni 961 memoria eo die :* In ipso est christianis festum translationis corporis Tome apostoli ex sepulcro eius in India a civitate Calamina, ad civitatem Edessam, que est ex civitatibus Sirorum [4]. *Commemoratio Thomae apostoli antiquissima ea videtur esse quam unam noverat Gregorius Turonensis,* in mense quinto, *id est iulio, fieri solitam* [5] *.Hanc pleraque kalendaria Orientalia reciperunt* [6]. *Translationem corporis sancti apostoli eo die Edessae celebrari libri nostri asserunt. De commemoratione 28 dec. id unum habeo notare, eam in diem octavam post hodiernam incidere. Celebrationis diei 21 dec. origo aegre discernitur. Dum enim codex Epternacensis passionem S. Thomae in India nuntiat, in libris posterioris recensionis festum translationis signatur, cum glossa, quam vix consideratione dignam esse non est cur moneamus. E proprio enim penu eam protulit martyrologus ut duplicis commemorationis causam explicaret. De passionis die non constare nemo negabit. Testimonia afferuntur minime recentia de corporis translatione. Antiqua S. Thomae Passio, de cuius fontibus et auctoritate alio loco inquirendum erit, haec habet :* Corpus autem apostoli cum honore apostolico, cum laudibus, cum ymnis transtulerunt ad ecclesiam, condientes aromatibus pretiosis corpus, et fiebant signa magna et prodigia in loco ubi positum erat... Denique supplicantes Siri ab Alexandro imperatore romano veniente victore de Persidis proelio, Xerse rege devicto, impetrarunt hoc ut mitteret ad regulos Indorum ut redderent defunctum civibus. Sicque factum est ut translatum esset de India corpus apostoli et positum in civitate Edissa in locello argenteo quod pendit ex catenis argenteis [7]. *S. Ephrem Syrus, in carminibus Nisibenis :* Ululavit diabolus : Quem in locum nunc fugere possum iustos ? Mortem incitavi ad apostolos interficiendos, ut per mortem eorum evadam verberibus eorum. Sed nunc multo durius verberor. Apostolus, quem interfeci

[1] Wilson, p. 208. — [2] Wilson, p. 295. — [3] *Act. SS.*, Nov. t. II, 1. p. [lxxviii]. — [4] Férotin, *Le Liber ordinum*, p. 467. — [5] *In gloria martyrum*, xxxii. Supra, p. 349. — [6] Vide kalendaria a F. Nau edita, in *Patrologia orientalis*, t. X, n. ii, iii, v-vii, ix, xi, xii. — [7] *BHL.* 8136, Bonnet, p. 159. Cf. Nöldeke, ap. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. II, 2, p. 418-19.

in

in India, praevenit mihi Edessam. Hic et illic totus est : illuc profectus sum et erat illic ; hic et illic inveni eum et contristatus sum... Ossa portaverat mercator ille, vel potius illa portaverunt eum [1]. *Alterius translationis, non ab India Edessam, sed in ipsa civitate ad maiorem basilicam meminit Chronicon Edessenum. Haec tamen in hisce fastis non recolitur, si quidem die 22 augusti peracta fuit :* Anno septingentesimo quinto [*a. D. 394*] mense Ab die vigesimo secundo, adduxerunt loculum domni Thomae apostoli ad templum magnum eius, in diebus domni Cyri episcopi [2]. *Thomae apostoli sepulcrum noverat Chrysostomus, urbem tamen non indicat : Πέτρου μὲν γὰρ καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου καὶ Θωμᾶ δῆλοι οἱ τάφοι* [3]. *Rufinus Edessam designat :* Edessa namque Mesopotamiae urbs fidelium populorum est Thomae apostoli reliquiis decorata [4]. *In eadem S. Thomae basilicam collocat Socrates : ἐν δὲ τῇδε τῇ πόλει Θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου μαρτύριόν ἐστι λαμπρὸν καὶ περιφανές, συνεχεῖς τε ἐν αὐτῷ συνάξεις ἐπιτελοῦνται διὰ τὴν τοῦ τόπου ἁγιότητα* [5]. *Ita et Sozomenus* [6]. Ad martyrium sancti Thomae apostoli, ubi corpus illius integrum positum est, id est apud Edessam *se contulit Aetheria ;* ubi cum pervenissemus, *ita pergit,* statim perreximus ad ecclesiam et ad martyrium sancti Thomae. Itaque ergo iuxta consuetudinem factis orationibus et cetera, quae consuetudo erat fieri in locis sanctis, nec non etiam et aliquanta ipsius sancti Thomae ibi legimus. Ecclesia autem, ibi quae est, ingens et valde pulchra et nova dispositione, ut vere digna est esse domus Dei [7]. *Venerationis in S. Thomam saeculis currentibus et omni fere loco testimonia colligere nostri instituti non est. Unum affero ex Theodoreto, qui praecipuas suae aetatis martyrum sollemnitates Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ καὶ Σεργίου κτλ. cum gentilium festivitatibus confert, quantumque eas superent ostendit* [8]. *Acta Thomae apocrypha* [9] *notiora sunt quam ut de his quicquam addere oporteat* [10]. *Elogium S. Thomae in codice Epternacensi breviatum fuisse in eoque non tantum passionem apostoli in India memoratam, sed et translationem corporis, ostendit vox Mesopotamia (n. 33) in testimonium relicta.*

**Passio Thomae apostoli in India et in Mesopotamia civitate Edessae translatio corporis <eiusdem>.**

*8.* IN TUSCIA] *Qui martyres hodie in Tuscia annuntiantur : Iohannis et Festi, iidem nobis obvii erunt ad diem 23 dec., n. 80-82 : et alibi. Indicium loci quod hodie eorum nominibus praemittitur falsum est, cum plane ignoti sint in Tuscia* [11]. *Qui error oriri potuit ex nomine in Tracia, quod proxime sequitur, n. 13. Quicquid id est, par martyrum non ignoratum est. Ambo sancti Romani sunt et die 24 iun. iam annuntiati in via Salaria vetere. Ad hos accensendus videtur Liberatis, n. 31, cuius mentio in codicibus secundae recensionis, die 20 dec., n. 50, iam occurrit. Ex Itinerariis colligitur trium martyrum sepulcra collocata esse in coemeterio ad Septem Palumbas, ad caput S. Iohannis in Clivo Cucumeris. Itinerarium Salisburgense Iohannem et Fistum martyres tantum memorat. Epitome de Locis sanctorum :* Non longe est in Occidente ecclesia S. Iohannis martyris, ubi caput eius in alio loco sub altari ponitur, in alio corpus ; ibi S. Diogenes et S. Fistus et S. Liberatus [12]. *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* in eo loco qui dicitur Cucumeris requiescunt martyres Festus, Iohannes, Liberalis [13]. *Indices oleorum (Pittacia) :* Scs Systus (*lege : Fistus*), Scs Liberalis. *Index :* Sci Iohannis, Sci Liberalis [14]. *In hac nominum varietate, nemo non perspicit pro Liberali interdum scriptum fuisse Liberati. De Liberali quaestio iam orta est die 24 april., n. 15, ubi quidam tituli recitati sunt in quibus nominatur. Istine referantur ad eundem Liberalem qui in martyrologio annuntiatur, diximus esse incertum. Interrogatum etiam fuit num iste Liberalis idem esset atque Eleutherius, de quo ad 18 april., n. 21. Id enim ex nominis veriloquio conici potest. Idem quadantenus confirmare videtur* Translatio sanctorum martyrum Eleutherii, Pontiani atque confessoris Anastasi [15], *non admodum veridica illa quidem et originis parum exploratae. Feruntur quidem sanctorum reliquiae translatae fuisse anno 1104. Itaque ista narratiuncula martyrologio nostro pro fonte esse non potest. Sed qui laterculos dierum 19, 20 et 21 dec. una contulerit, nomina haec reperiet :*

*Anastasi episcopi, dec. 19, n. 102 ; 20, n. 20.*

*Pontiani. Hic intellegendus eponymus coemeterii, in quo papa Anastasius conditus fuit ; dec. 20, in codicibus Cambr. et Rich.*

*Liberati, dec. 20, n. 50 ; 21, n. 31.*

*In cod. Rich., die 20 dec., integra trias nominum prodit : Potentiani (lege : Pontiani), Anastasii episcopi et Liberati. Iamvero si concedamus nominibus Liberati, Liberalis et Eleutherii eundem sanctum designari, iam tres sancti agnoscuntur quorum nomina in Translatione recitantur. Haec nomina hagiographo codicibus nostris subministrata fuisse, nemo incredibile*

[1] Carmen XLII. Ex versione G. BICKELL, *S. Ephraem Syri Carmina Nisibena* (Lipsiae, 1866), p. 163. — [2] L. HALLIER, *Untersuchungen über die Edessenische Chronik*, p. 149 ; cf. p. 139. — [3] *In epist. ad Hebr.* c. XI, *Hom. XXVI*, 2, *P.G.*, t. LXIII, p. 179. — [4] *Hist. eccl.*, XI, 5. — [5] *Hist. eccl.*, IV, 18, 1. Cf. K. MEISTER, in *Rheinisches Museum*, N. F., t. LXIV (1909), p. 345-346 ; A. BAUMSTARK, in *Oriens christianus*, N. S., t. I (1911), p. 38-39. — [6] *Hist. eccl.*, VI, 18, 2. — [7] *Peregrinatio*, 17, 18, GEYER, pp. 60, 61. Cf. A. BLUDAU, *Die Pilgerreise der Aetheria*, p. 246-48. — [8] *Graecarum affectionum curatio*, VIII, 69 ; RAEDER, p. 219. — [9] *BHG*$^{2}$. 1800-1844 ; *BHL*. 8136-8149 ; *BHO*. 1186-1227. — [10] LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. I, p. 225-347 ; E. HENNECKE, *Handbuch zu den Neutestamentlichen Apokryphen* (Tübingen, 1904), p. 562-601 ; ID. *Neutestamentliche Apokryphen* (Tübingen, 1924), p. 258-89. — [11] LANZONI, *Le diocesi d'Italia*, p. 505-506. — [12] DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 176. — [13] Ibid., p. 177. — [14] Ibid., p. 176. — [15] *BHL*. 2453 b.

*bile dixerit. Quod si reapse factum fuisse demonstrabitur, quantuli haec narratio facienda sit, sine ampliori disquisitione constabit. Sed quomodocumque inquisitio concludetur, nihilo clarius nobis est cur hodie annuntientur tres illi sancti ex Clivo Cucumeris.*

*13.* IN TRACIA] *Uti dec. 20, n. 1-6:*

**in Thracia civitate Gildoba Iuli.**

*18.* ROMAE] *Hic iterantur dec. 20, n. 12-15:*

**Romae Zephirini episcopi.**

*22.* IN ORIENTE] *De formula in Oriente, importunus sit qui nos iterum interroget. Videat annotata ad 20 dec., n. 9, et sept. 23, n. 1.*

**in Oriente natale Teclae.**

*Cum hodie ultimo recurrat nomen Teclae, quod in hisce fastis toties obvium habuimus, operae pretium fuerit singulos dies obiter recognoscere ad quos quaedam Thecla recolatur. Ad Theclam illam, quae Pauli discipula habetur, referendae videntur memoriae dierum sept. 23, n. 7; sept. 12, n. 25; nov. 17, n. 19; dec. 20, n. 10; dec. 21, n. 24. Martyr Palaestinensis Thecla nuntiari censenda est mart. 25, n. 37; feb. 22, n. 16; maii 10, n. 52; iun. 13, n. 7; iun. 14 (in cod. E). Ea tandem quae in laterculis maii 31, n. 53, iun. 1, n. 8, recensetur, ad martyres Afros probabilius annumeranda est.*

*27.* IN AMPETIA] *Locus n. 27-30 ita corruptus est ut de emendatione desperandum sit.*

*31* LIBERATIS] *Dec. 20, n. 50: Liberati. Lege quae annotata sunt ad n. 8.*

*33.* IN MESOPOTAMIA] *Ad S. Thomae elogium, n. 1-5, refertur. Infra, n. 37.*

*34.* ZOSIMI] *Infra, n. 77.*

*35.* AURULI] *Infra, n. 78: Aurili.*

*37.* IN MESOPOTAMIA] *De S. Thomae elogio, n. 37-58, supra, ad n. 2.*

*61.* IN ERACLEA] *Iteratur memoria quae in capite laterculi diei 20 nov., n. 1-3, scripta est, errore legentis XII kal. dec. loco XII kal. ian.*

**in Heraclea Bassi.**

*64.* ROMAE] *Depositio Innocentii papae (401-417) commemoratur die 12 mart., n. 37. Est igitur 21 dec. dies ordinationis, melius 22 dec., quae erat dominica. Quod et hodie diserte signatur depositio, error est in nostro martyrologio non infrequens. Ita Miltiades, Liberius, Bonifatius depositi leguntur eo die quo ordinati sunt* [1].

*72.* VICTORIAE] *Dec. 19, n. 16.*

*74.* BETHANIAE] *Lege Bithiniae, ut die 19 dec., n. 4, ubi eadem martyrum nomina recensentur:*

| | |
|---|---|
| *75. Secundi,* | *dec. 19, n. 6.* |
| *77. Zosimi,* | *dec. 19, n. 7.* |
| *80. Seriaci,* | *dec. 19, n. 10: Cyriaci.* |

*Hodie quidem deest Pauli (dec. 19, n. 8), sed eius locum occupat, n. 78: Aurili, al. Auruli (n. 35), quocum pleraque communia habet elementa.*

*83.* FOCI] *Nudum nomen.*

*84.* FLORI] *Dec. 22, n. 31.*

*87.* HONORATI] *Dec. 22, n. 29: Honori. Cuius sedis episcopus fuerit ignoratur. Florentinius: « An ille Honoratus episcopus Tolosanus sit, quem Saussayus postridie recolit, proximitas venerationis suspicionem inducere potest. Secundus is est in serie Tolosanorum episcoporum apud Sammarthanos; sed felicis obitus dies penes illos non signatur* [2]. *» Hunc autem, quem inter Saturninum et Rhodanium inserunt, a serie episcoporum excludendum iudicavit L. Duchesne, quippe qui nonnisi ex Actis S. Firmini Ambianensis* [3] *apprime fabulosis notus sit* [4].

ADDITAMENTA] *Saivvoldi. De sancto quodam Sevoldo nuncupato, a nostris breviter tractatum est ad diem 16 septembris* [5], *et iterum ad diem 2 novembris, inter praetermissos* [6]. *Eius reliquias servatas fuisse Abbatisvillae in ecclesia Sancti Vulfranni Maioris asserit Castellanus* [7]. *Sitne idem ille qui hodie in paucis codicibus nuntiatur, an vero homonymus, nemo dixerit, neque quo loco situm fuerit eius monasterium* [8].

[1] DUCHESNE, *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [L]. — [2] *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, p. 1041. — [3] *BHL.* 3003, c. 8, 9. — [4] DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. $I^2$, p. 306. — [5] *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 336. — [6] *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 420. — [7] *Martyrologe universel*, pp. 556, 988. — [8] DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [XX].

# XI KAL. IAN.

**In Antiochia natale sancti Basilei. Romae via Lavicana inter duos lauros natale sanctorum XXX martyrum qui omnes una die coronati sunt. et in Ostea natale sanctorum Dimetri et Honori Felicis Flori. et in Porto Romano natale sancti Aristoni. et in oppido civitatis Romae via Portuensi depositio sancti Felicis episcopi. et alibi passio sanctae Theodosiae virginis et Didimi monachi.**

*Var. lect. codd.* EW. — 1. *om.* E | 2. antioc̄h E ; anthiocia W | 3-4. *om.* E | 5. basiliae E ; *add.* et W | 6. rōm E | 8. lavīc E | 9-13. *om.* E | 16-21. *om.* E | 23. *om.* W | 24. hostia W | 25-26. *om.* E | 27. demetri W | 29. honorati W | 35. rōm E | 36-37. *om.* E | 39-42. *om.* E | 42. *add.* it E | 43. rōm E | 44-45. *om.* E | 45. portuens̄ W | 54. the dosię W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Romae depositio Felicis episcopi. — TAML. : Felicis episcopi Fistis Apolloni Eugeni Flori Arizo et aliorum XXXV Teodosiae Eugeniae Eulaliae Decimi Honori Dimetri. — MON. : Felicis Abranni Antiochiae Basilei alibi Demetri. — RICH. : Rome depositio Felicis episcopi in Antiochia Basiliae alibi Demetrii Honorii et Flori item Rome Teudosiae virginis.

## DEC. 22

*1.* IN ANTIOCHIA] *Eandem quae nunc occurrit mentio iam exhibuerunt codices diebus 20 et 21 nov., forma tamen nominis nonnihil dissimili :*

**in Antiochia natale sancti Basilii.**

*E die 21 nov., seu* X I k a l. d e c., *ad hodiernum diem,* X I k a l. i a n., *transiit propter numerorum similitudinem.*

*6.* ROMAE] *Itinerarium Salisburgense* (*via Lavicana*) *:* In uno loco in interiore spelunca XL martyres et in altero XXX martyres et in tertio IIII coronatos et S. Helena in sua rotunda [1]. *Epitome de Locis sanctorum :* Iuxta viam vero Lavicanam ecclesia est S. Helenae, ubi ipsa corpore iacet. Ibi sancti isti dormiunt : Petrus, Marcellinus, Tiburtius, sancti XXX milites... *Notitia ex Willelmo Malmesburiensi :* ibi sunt prope Petrus, Marcellinus... et quadraginta milites et alii innumerabiles et non longe sancti quatuor coronati [2]. *Topographorum haec testimonia. Plura de his martyribus non rescivimus* [3]. *Verba :* qui omnes una die coronati sunt, *videntur una ex his tralaticiis clausulis, quae cum in aliis codicibus, tum nominatim in codice W, passim addi solent. Nobis igitur satis erit scribere :*

**Romae via Lavicana inter duos Lauros natale sanctorum XXX martyrum.**

*24.* IN OSTEA] *Iam die 14 sept.* (*n. 24*) *notatum fuit tres martyres :*

*27.* D i m e t r i
*29.* H o n o r i
*30.* F e l i c i s

*variis diebus assignari variis locorum indiciis inter quae delectus perdifficilis sit. Haec iterum dicta sunto.*

*31.* FLORI] *Dec. 21, n. 84.*

*34.* IN PORTO] *Depositio martyrum, ad diem 13 dec. :* idus decem. Ariston in Pontum. *Alia de hoc sancto testimonia non exstant. Attamen inter multa nomina quibus Passio S. Sebastiani conspersa est legitur etiam* A r i s t o n [4]. *Isne Ariston sit qui in Portu annuntiatur, nec negare nec affirmare audemus. Praeterea, die 5 sept., n. 12, in codicibus inscripta est mentio* A r i s t u s i, *in quo agnosci etiam potest hodiernus* A r i s t o n. *Nemo tamen prudens id asseveranter affirmaverit.*

**in Portu Romano natale sancti Aristoni.**

*41.* OPPIDO] *In* o p p i d o c i v i t a t i s (*n. 40-42*) *compago vocabulorum est fortuita et inanis. Neutrum ex his nominibus cum loci indicio :* R o m a e, *quod proxime sequitur, coniungi potest. In martyrologio alias accidit ut pro CIMI* (*t e r i o*) *legeretur CIVI*(*t a t e*), *quod hic etiam accidere potuit. Quod si ita est, depravatum hic fuit nomen, quod ad proxime sequentem mentionem S. Felicis referendum est.*

*43.* ROMAE] *Die 29 iulii, in martyrologio nostro inscriptum est :* v i a P o r t u e n s i S. F e l i c i s. *Qui S. Felix hoc loco episcopus non appellatur. Nihilo tamen secius cum Felice papa II commutatus fuit, ut suo loco notatum est. Felix quidem hodiernus episcopus vocatur et profecto videtur esse Felix papa, de quo Liber pontificalis in elogio Liberii papae haec habet :* Qui depositus de episcopatum habitavit in praediolo suo via Portuense ubi et requievit in pace IIII kal. aug. [5]. *Hic tamen exsurgunt difficultates. In elogio ipsius Felicis papae II, idem Liber pontificalis refert eum die 11 nov. mortuum esse et die 15 eiusdem mensis* v i a A u r e l i a *depositum* [6]. *Aliunde constat diem emortualem huius pontificis reapse fuisse 22 novembris. Ad quem diem, in martyrologio inscriptus est Felix quidam, ut videtur, ex numero Felicium qui in omnibus*

[1] DE ROSSI, *Roma sott.*, t. I, p. 178. — [2] Ibid., p. 179. — [3] J. P. KIRSCH, *Die Märtyrer der Katakombe « ad duas lauros » in Rom*, in *Ehrengabe deutscher Wissenschaft* (Freiburg im Breisgau, 1920), p. 577-601. — [4] *BHL.* 7543, c. 35. — [5] DUCHESNE, t. I, p. 207-08. — [6] Ibid., pp. 85, 211.

*fere*

*fere martyrologii angulis delitescunt. Utique non sine specie quadam veri autumari potest S. Felicis papae mentionem a die 22 nov. ad diem 22 dec. aberrasse. Coniecturam hanc libentius amplecteremur, si eodem numero uterque dies notaretur. Sed cum hinc* X kal. dec., *inde vero* XI kal. ian. *habeas, praestat a decretoria sententia temperare, etsi fatendum est in elogiis quae errore numerorum male geminata fuerint, nullum criterium plane certum astrui posse. Quicquid id est, hodiernum enuntiatum ortum est e confusione Felicis papae cum Felice martyre, neque constat titulum* e p i s c o p i *in elogio ab interpolatore non additum fuisse. Quod si reapse accidit et hodie iterata est mentio eiusdem martyris, qui annuntiatus fuit die 29 iul., inquirendum superest quo casu hic denuo occurrat. De his hactenus. Neque iuvat de sanctis Felicibus intricatissimam disquisitionem redintegrare, praesertim cum lux nova nulla ex parte affulgeat* [1]. *Haec igitur recolere sufficiat: Felicem papam II martyrio coronatum non fuisse, ei praeter nomen nihil commune esse cum martyre viae Portuensis, hunc martyrem die 29 iul. martyrologio inscriptum fuisse, papam vero Felicem non certo in nostris codicibus memorari.*

*54.* THEODOSIAE] *T h e o d o s i a virgo, quam illustri martyrio Tyri coronatam testatur Eusebius* [2], *die 3 april., n. 23, in martyrologio annuntiatur. Cum autem hodierna Theodosia martyr nulli certo loco assignetur, conicere non licet utrum eadem incluta virgo Tyria iterum hodie memoretur an alia huic cognominis, cuius aliunde nulla notitia servata sit. Cum tamen proxime sequatur nomen D i d i m i (n. 57), ansa data est interrogandi num fortasse pro Theodosia rescribendum sit T h e o d o r u s, ita ut par martyrum hic restituatur T h e o d o r a e et D i d i m i* [3], *quos martyrologia saeculi IX et posteriores auctores eadem secuti annuntiant die 28 april.* [4], *synaxaria autem graeca sive die 27 maii sive die 28 eiusdem mensis* [5]. *De his martyribus Passio graeca et latina historiam refert fabulosam* [6], *quae ex argumento ficta est eodem quod S. Ambrosius de duobus martyribus anonymis Antiochensibus persecutus est* [7]. *Hanc eandem narratiunculam imitatores alii aliter adulterarunt* [8]. *Accidere etiam potuit ut e martyrologio in Passionem nomina defluerent. Nobis quidem utrimque nihil cernere videmur praeter glossemata inania.*

EXCERPTA] *Cod. Taml.: F i s t i s = Festi, dec. 21, n. 11.*

*A r i z o = Aristoni, n. 38.*

*D e c i m i, D i m e t r i, supra, n. 27.*

[1] DUCHESNE, ibid., t. I, p. CXXIII-CXXV ; J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 186-88 ; ID. *Le memorie dei martiri sulle vie Aurelia e Cornelia*, in *Miscellanea Francesco Ehrle*, t. II, p. 76-81. — [2] *Mart. Palaest.*, VII, 1. — [3] FIORENTINI, *Vetustius occidentalis Ecclesiae martyrologium*, p. 1044.— [4] QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 190. — [5] *Synax. Eccl. CP.*, pp. 711, 713. — [6] *BHG*[2]. 1742 ; *BHL.* 8072-8073. — [7] *De virginitate*, II, 4, 5, *P.L.*, t. XVI, p. 212-16.— [8] *BHL.* 9030.

---

# X KAL. IAN.

**I**

**In Antiochia natale martyrum XXXV. et in alio loco Evaristi Victoris et aliorum DCCCXXXIII**

**II**

**a In civitate Nicomedia natale sanctorum XXX martyrum simul quorum nomina Deus scit**

**Sisti Appollinis. Romae natale sanctorum Eugeni Eleuteri Urbani Corneli Atriani Evaristi Metelli Victoris Titiani Cliti Siriani Baselini Niceti Flaviani Felicis Pulli Anicleti Sopatri Saturnini Eufrosini Cartulae**

**| et aliorum DCCCXXX simul et**

**Caelesti Euticiani et sociorum eius. item Petri apostoli Lini Telii Syxti item Syxti Solani Eutaristili Basilini Zephirini Gallini item Cornili. et alibi Iohannis et Festi.**

*Addunt codices pleniores :* a) depositio sanctae victoriae romae sub decio quae cum esset desponsata viro pagano et reliqua (*hic desinit codex*) *C.*

*Var. lect. codd.* (I) E ; (II) W. — 2. antioc̄h E | 25. ds̄ W | 27. sistis W | 28. apolloni W | 29. rōm EW | 30-31. *om.* E | 32. egeni W | 33. eleutheri W | 35. cornili W | 36. traiani W | 40. ticiani W | 41. eliti E | 43. basillini W | 47. pullii W | 48. anincliti W | 52. castulae W | 63. simul W | 65-66. apolloni W | 67. thelii W | 68. xysti W | 72. eucharis tili W | 73. basilimi W | 75. galliti W | 76. *om.* W 79. *add.* nāt scōrum W | 82. felicis W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : In Nicomedia nat. martirum XXXV et in alio loco Victoris Evaristi et aliorum DCCCXXXII. — TAML. : Felicis Romae episcopi Eurasti et aliorum XXXV Victorini passio Celsi Victoris bis et aliorum DCCXXXV Dimetri Honori Iohannis Florii Arizoni Felicis Zefani Eleutherii Urbani Cornelii Evaristi Colnilii Triani Siriani Flaviani Felicis Paulini Saturnini Transillae Cartulae Musae Romulae Mariae Abrahae Celesti Euticiani Petri Loni Teli Sicti Solani Zeferini Gallini Pauli Abilionis et aliorum martirum et magna sollemnitas omnium sanctorum totius Africae. — MON. : In civitate Nicomedia XXXV martyrum in Roma DCCCXXXII. — RICH. : In Nicomedia triginta quinque martyrum Rome Egeni Eleutherii Urbani Cornili Traiani Metelli Victoris Titiani.

DEC.

# DEC. 23

1. IN ANTIOCHIA] *Inter Antiochiam et Nicomediam ancipites haeremus. Dissentiunt enim codices de martyrum XXXV (al. XXX) patria seu potius palaestra. Neutra tamen eligenda, si verum est, quod suspicamur, martyres illos Romanos esse, quod ad n. 5 probabili argumento defendemus. Antiochia videtur iterari e laterculo diei 22, n. 2, cum Basilei, qui longe a civitatis nomine vagatur, et Baselini (n. 43), vel Basilini (n. 73) speciem assumpsit. Inde rursum scribendum esset:*

**in Antiochia Basilei.**

5. MARTYRUM XXXV] *In recensione posteriore, n. 20: sanctorum XXX. Et haec lectio potior videtur. Repetitur memoria martyrum triginta qui die 22 dec., n. 6-21, in via Lavicana recoluntur.*

10. EVARISTI] *Romani pontificis. Infra, n. 37; n. 72: Eutaristili.*

11. VICTORIS] *Romani pontificis. Infra, n. 39.*

14. DCCCXXXIII] *Infra, n. 55: aliorum DCCCXXX. Quorsum tantus martyrum numerus pertineat, ignoratur. Forsitan operae pretium sit notasse, detractis DCCC eos circiter numeros superesse de quibus ad n. 5.*

17. NICOMEDIA] *Cf. supra, ad n. 1.*

27. SISTI] *Infra, n. 68: Syxti. Ex hodierno laterculo Rossius eruit catalogum pontificum Romanorum a S. Petro incipientem ad Marcellum usque*[1]. *Decem omissa sunt nomina, nonnulla bis repetita. Scriptus fuisse videtur elenchus ad oram codicis, unde in contextum irrepsit. Similes indiculi assumpti sunt ad dies 31 dec. et 9 augusti.*

28. APPOLLINIS] *Lectio depravata, ex Petri APOstoli LINI, quod integre scriptum est infra, n. 64-66.*

32. EUGENI] *Legatur: Igini seu Hygini, nomen Romani pontificis.*

33. ELEUTERI] *Etiam pontificum Romanorum nomina sunt*

*33. Eleuteri*
*34. Urbani*
*35. Corneli.*

36. ATRIANI] *Al. Traiani. Fuit qui in Atriani, Titiani (n. 40), Siriani (n. 42), Metelli (n. 38) consulum nomina agnosceret*[2]. *Sunt et pontificum, praeter primum, cuius ipsa lectio incerta est.*

37. EVARISTI] *Supra, n. 10.*

38. METELLI] *Cum Rossio legamus: Marcelli*[3]. *Cf. annotata ad n. 27.*

39. VICTORIS] *Supra, n. 11.*

40. TITIANI] *Lege: Euticiani, seu Eutychiani papae. Infra, n. 59.*

41. CLITI] *Al. Eliti. Legendum Cleti, papae.*

42. SIRIANI] *Lege: Stefani, papae.*

43. BASELINI] *Infra, n. 73; dec. 22, n. 5: Basilei Antiocheni. Supra, ad n. 1.*

45. FLAVIANI] *Ut saepius, aliis locis, scriptum est pro Fabiani. Hic autem Romanus pontifex est.*

46. FELICIS] *Videtur esse Felix I, qui sedit ann. 269-274.*

47. PULLI] *Nudum nomen.*

48. ANICLETI] *Id est Anacleti papae.*

49. SOPATRI] *Nomina quattuor, n. 49-52, quibus interrumpitur pontificum elenchus martyrum ignotorum sunt.*

52. CARTULAE] *Al. Castulae. Haec lectio potior videtur.*

55. DCCCXXX] *Supra, n. 14: DCCCXXXIII.*

58. CAELESTI] *Infra, n. 75: Gallini. Lege Callisti papae.*

59. EUTICIANI] *Supra, n. 40: Titiani.*

61. SOCIORUM] *Inane, ut patet, additamentum, hoc saltem loco.*

64. PETRI] *Supra, ad n. 28.*

66. LINI] *Romani pontificis. Supra, ad n. 28.*

67. TELII] *Ita abbreviatum videtur nomen Telesfori papae.*

68. SYXTI] *Supra, n. 27, id est Sixti I.*

69. ITEM] *Item Syxti, id est Sixti secundi.*

71. SOLANI] *Nudum nomen.*

72. EUTARISTILI] *Supra, n. 10: Evaristi.*

73. BASILINI] *Supra, n. 43.*

74. ZEPHIRINI] *Nomen pontificis.*

75. GALLINI] *Supra, n. 58: Caelesti.*

77. CORNILI] *Supra, n. 35. Hoc loco subiungimus pontificum nomina, servato temporum ordine. Formula natale sanctorum, n. 30, 31, his male aptatur.*

**Romae Petri apostoli, Lini, Cleti, Anacleti, Evaristi, Xysti, Telesphori, Hygini, Aniceti, Eleutheri, Victoris, Zephyrini, Callisti, Urbani, Fabiani, Cornelii, Stephani, Xysti II, Felicis, Eutychiani, Marcelli.**

80. IOHANNIS] *Die 21 dec., n. 7-11, etiam Iohannis et Festi memoria recolitur, sed perperam in Tuscia. Sunt enim martyres Romani.*

ADDITAMENTA] *Victoriae. Dec. 19, n. 16.*

[1] *Roma sott.*, t. I, p. 114. — [2] E. B. Birks, in *The Academy*, t. XII (1877) p. 116. — [3] De Rossi, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [vii].

# IX KAL. IAN.

**In Tripoli civitate natale sancti Luciani. et Romae natale sanctorum Metrobi Pauli Genoti Theutini Timisti. et in Antiochia Syriae natale sanctarum virginum XL canonicarum et aliorum II simul Dusi et Donati.**

*Var. lect. codd.* EW. — 2. tropoli W | 3. *om.* E | 4. *om.* W | 5. *om.* E | 8. rōm EW | 9. *om.* E | 10. *om.* E | 13. zenoti W | 14. teutini W | 15. tomisti W | 16. *om.* E | 18. antioč E ; anthiocia W | 19. siria e W | 20. *om.* E | 22. *add.* nūm E | 24. *om.* E | 27. duo E | 28. *om.* E | 29. drusi W.

*Excerpta ex variis.* — CAMBR. : Vigilia domini nostri Iesu Christi. — TAML. : Luciani martiris Zefani Geurgii Metrobii Pauli Petri Laurentii Genoti Ciricii Celsii Teothini Timisti et aliorum XLIIII et sanctarum virginum simul numero XLII et aliorum multorum ma[illegible] Christi. — MON. : In Antiochia Siriae natalis sanctarum XL virginum canonicarum Romae Metropi Pauli L[illegible] — RICH. : In Tripoli Luciae et Rome Metropi Pauli Zenoti Timisti et alibi Drusi et Donati Tiutini Antiochia virginum quadraginta.

## DEC. 24

1. IN TRIPOLI] *Lectio limpida est, sed de* L u c i a n o *Tripolitano alte silent monumenta. Celebris erat in hac civitate veneratione christianorum ad eius basilicam adventantium martyr Leontius* [1]. *Loco* L e o n t i i *scriptum esse* L u c i a n i *coniectura est non admodum firma, quam enuntiasse sufficiat. Donec certiora afferantur, codicum littera servanda est.*

**in Tripoli civitate natale sancti Luciani.**

8. ROMAE] *Vacuum nomen est, quod videtur ex hesterno laterculo, n. 29, huc allatum. Neque enim ullus ex martyribus qui hodie memorantur Romano kalendario inscriptus est.*

11. METROBI] *Sunt qui in serie nominum quinque, n. 11-15:* M e t r o b i, P a u l i, G e n o t i, T h e u t i n i, T i m i s t i, *martyres quosdam agnoscere sibi visi sunt ex iis quos Alexandrinis annumerat Eusebius, in Historiae ecclesiasticae libro VI* [2]. *Haec argutius quam verius excogitata esse alio loco diximus* [3]. *Quinam illi sint et quam ad patriam referendi, nos ignorare fatemur.*

18. IN ANTIOCHIA] *De virginum quadraginta strage nihil referunt monumenta nec historica nec liturgica ecclesiae Antiochenae. Dictionem* v i r g i n u m c a n o n i c a r u m *ad diem 9 april., n. 22-23, iam legimus, atque subtimide coniectavimus iisdem filias S. Domninae, quae martyres sunt Antiochenses, designari. Die 19 nov., n. 16-22, recoluntur mulieres quadraginta martyres, sed Heracleae passae dicuntur.*

27. ALIORUM II] *Hi duo simul* D u s i *(al.* D r u s i) *et* D o n a t i *solo nomine noti sunt, neque ullo iure Tripolitanis martyribus annumerantur, quod fecerunt collectores martyrologii Romani:* Tripoli sanctorum martyrum Luciani, Metrobii, Pauli, Zenobii, Theotimi et Drusi. *Ad haec Baronius auctores appellat Bedam, Adonem, Usuardum. Atqui solum Lucianum solus Usuardus novit, ceteris silentibus* [4].

[1] *Origines du culte des martyrs*, p. 210-211. — [2] URBAIN, *Ein Martyrologium der christlichen Gemeinde zu Rom*, p. 210 ; J. P. KIRSCH, *Der stadtrömische christliche Festkalender*, p. 188. — [3] *Les martyrs d'Égypte*, p. 79. — [4] SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 764.

# INDEX NOMINUM

*Litterae inclinatae* commentarii locos praecipuos indicant.

A d d = Additamenta ; E x c = Excerpta.


Aaron. Iul. 1 [53].
Abacuc, Ambacu. Ian. 15 [22]; 20 [15, 3].
*Abacuc Romae. Vid. Marius.*
Abata. Mart. 24 [add].
Abbanus. Ian. 2 [10].
Abdenago. April. 24 [73].
Abdo Vid. Abdon.
Abdon, Abdo, Abdus. Iul. 29 [8, 17]; 30 [2, 12].
*Abdon et Sennen Romae.* Iul. 29, p. 402 [1], p. 403 [7], 30, p. 405 [1].
Abdus. Vid. Abdon.
Abibon. Aug. 3 [35].
Abidianus. Iun. 3 [4].
Abrincatino (in). Mai 16 [add].
*Abselamus (Petrus).* Ian. 11, p. 35 [3].
Abseodus. Iul. 29 [7, 15]. — *Abdon.*
Absolonas, Absolonus, Alsolamus, Pausalinus. Ian. 11 [9, 38]; feb. 24 [16]; mart. 2 [3].— *Abselamus.*
Abundantius. Feb. 27 [6].
Abundius, Habundius. Mart. 1 [13]; aug. 23 [30]; 26 [add].
*Abundius et Irenaeus Romae via Tiburtina.* Aug. 23, p. 460 [25].
Acacia. Mart. 29 [19].
Acacius. Iul. 3 [52].
*Acacius m. (?).* Mart. 29, p. 166 [19].
*Acacius CPoli.* Mai. 8, p. 239 [17]; 10, p. 245 [60]; iul. 3, p. 351 [52].
Acaicus, Achaicus. Mart. 30 [6]; mai. 7 [add]; 10 [60]; iun. 8 [24].
Acaunum. Vid. Agaunum.
Accadius. Iun. 7 [9].
Accidia. Mai. 29 [22].
Acculus. Mai. 27 [3]. — *Evangelius.*
Aceia. Vid. Auceia.
Acella. Aug. 3 [12].
Acelleus. Vid. Achelleus.
Acervus. Oct. 11 [11]. — *Anazarbus.*
Achaia. Ian. 12 [2]; feb. 6 [15]; mart. 29 [19]; april. 16 [2]; nov. 30 [3].
Achaicus. Vid. Acaicus.
Achelleus, Acelleus. April. 23 [43]; iul. 10 [81]; 11 [47]
*Acheolus Ambianis.* Mai. 1, p. 225 [add].
Achila. Sept. 8 [34].
Achilles. Vid. Achilleus.
Achilleus, Achilles, Achillus. Mai. 11 [27]; 12 [5, 16].
*Achilleus diac. Valentiae.* April. 23, p. 205 [35].
*Achilleus Romae. Vid. Nereus.*
Acianus. Iul. 24 [33].
Aciolus. Mai. 1 [add]. — *Acheolus.*
*Acisclus Cordubae.* Nov. 18, p. 606 [11].
*Acius Ambianis.* M[illegible], p. 225 [add].
Acontius, Arcon[illegible] Iul. 25 [18]; sept. 5 [19].
*Acontius in Portu Romano.* Iul. 25, p. 395 [1]; sept. 5, p. 489 [1].
Acripianus. Iul. 20 [16].
Acris. Mai. 13 [27].
Acti. Ian. 1 [53].
Acuta. Ian. 3 [89]; april. 15 [16]; mai. 6, [46].
Acutina. April. 12 [119, 155].
Acutio. Vid. Acutius.
Acutius, Acutio. Ian. 2 [15, 20]; 5 [11]; 6 [9]; mart. 27 [9]; sept. 7 [9].
*Acutius Beneventi et Neapoli.* Sept. 7, p. 492 [6]; oct. 19, p. 563 [11].
Adamicum. Sept. 29 [add].
*Adamnanus ab. Hiensis.* Sept. 23, p. 524 [add].
Adauctus, Adautus. Mai 13 [23]; 14 [21, 27]; aug. 30 [3, 12, add]; oct. 4 [15].
*Adauctus Romae via Ostiensi.* Aug. 29, p. 475 [42]; 30, p. 477 [1].
*Adauctus.* Mai. 14, p. 253 [4].
Adausia. Aug. 29 [49]. — *Adauctus.*
Adautus. Vid. Adauctus.
Adcenia. Aug. 31 [add].
Adelfus. Aug. 29 [add].
*Adelfus ep. Metten.* Aug. 29, p. 475 [add].
Adeodatus. Mai. 14 [28]. — *Adauctus.*
Adiutor. Iun. 2 [140]; dec. 17 [5]; 18 [12, 73]; 19 [66].
Adrastus. Mart. 1 [14].
Adravetis. Vid. Atrebatis.
Adrianitis (genit.). Iul. 21 [26].
Adrias. Oct. 13 [7].
*Adrias Chalcedone.* Oct. 13, p. 544 [7].
Adrianopolis, Adriopolis. Oct. 22 [2]; 23 [2]; nov. 6 [11].
Adrianus, Andrianus, Hadrianus. Mart. 1 [23]; 4 [82]; 5 [5, 24]; iul. 21 [21]; sept. 8 [add]; oct. 13 [14]; nov. 6 [4]; 7 [21]; 16 [47]; dec. 10 [3].
*Adrianus Caesareae in Palaestina.* Mart. 5. p. 128 [5]; iul. 21, p. 389 [20].
*Adrianus Nicomediae.* Mart. 4, p. 127 [82]; sept. 8, p. 497 [add].
Adrion. Mai. 17 [3].
*Adrion Alexandriae.* Mai. 17, p. 258 [1].
Adriopolis. Vid. Adrianopolis.
Adrumitu civitate. Feb. 21 [4]. — *Hadrumetum.*
Aducia. Sept. 27 [24]. — *Cappadocia.*
Adventius. Feb. 15 [17]; aug. 7 [add].
*Adventius ep. Metten.* Aug. 7, p. 424 [add].
Adventor. Nov. 20 [43].
*Adventor. Vid. Octavius.*

Advocatus. Feb. 14[155].
*Aedesius Alexandriae.* April. 29, p. 218[54].
Aedua civitas. Vid. Edua.
Aeduus. Ian. 4[add].
*Aegidius ab. in Occitania.* Sept. 1, p. 483[add].
Aegyptus, Egiptus. Ian. 7[add]; 12[42]; 15[2]; 17[29]; 25[22]; feb. 9[30]; 24[84]; april. 1[26]; 5[5]; 27[58]; iun. 5[2]; 8[2]; sept. 5[29]; oct. 3[8]; 4[7]; 12[12].
Aelia, Aelius. Vid. Helias.
Aemilia, -anus, -us. Vid. Emilia, -anus, -us.
*Aemilia et altera Aemilia Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
*Aemilianus in Africa.* April. 30, p. 220[52].
*Aemilianus Durostori.* Iul. 18, p. 383[32].
*Aemilius in Africa. Vid. Castus.*
*Aemilius in Apulia.* Oct. 6, p. 542[1].
Aereneus. Mart. 2[add]; dec. 18[83].
Aeri (monasterio). Aug. 20[add].
Aerulus. Mai. 10[89].
*Aetherius ep. Autissiodoren.* Iul. 27, p. 399[30].
Aethiopia. Ian. 2[25].
Aevitus. Feb. 24[82].
Afer. Aug. 5[19].
Afferis. Feb. 24[42].
Affidia. Mai. 6[41].
Affrenia. Oct. 9[35].
Affrica. Vid. Africa.
Afida. Mai. 7[113].
Afra. Iun. 14[7, 16]; aug. 6[32]; 7[34]; 10[22]; dec. 18[101]; 19[91].
*Afra Augustae.* Aug. 5, p. 419[17]; 7, p. 423[30]; oct. 9, p. 548[31].
Aframus. Mai. 14[25].
Africa, Affrica. Passim.
Afrodisius, Afrodus, Afroditus, Aprodisi. April. 28[19]; 30[46]; mai. 9[9]; 10[65]; 11[add]; 12[18]; 13[3]; iul. 11[69].
*Afrodisius. Vid. Aphrodisius.*
Afroditus. Vid. Afrodisius.
Afrodus. Vid. Afrodisius.
Agabitus. Vid. Agapitus.
Agape. Ian. 25[24]; feb. 15[18]; 17[41]; mart. 10[19]; april. 1[15]; 2[34]; 3[35]; 5[30]; iun. 1[43]; aug. 10[68].
*Agape Antiochiae.* Feb. 15, p. 97[1]; mart. 10, p. 136[18]; 11, p. 138[25].
*Agape Thessalonicae.* April. 1, p. 169[14]; 3, p. 173[35]; 5, p. 175[23]; oct. 8, p. 546[exc].
Agapetis (genit.) Vid. Agape.
Agapia. Aug. 8[57]; nov. 20[45].
*Agapia v. Nicomediae.* Aug. 8, p. 425[54].
Agapinus. Oct. 31[27].
Agapita. Oct. 31[8]. — *Agapitus.*
Agapitus. Ian. 14[add]; mart. 11[25, add]; mai. 1[41]; iun. 25[6]; 26[13]; aug. 6[14]; 18[7, 29]; oct. 31[8]; nov. 20[12].
*Agapitus Praeneste.* Mai. 1, p. 224[10]; aug. 18, p. 448[3].
*Agapitus ep. Rom.* Sept. 17, p. 514[exc].
*Agapitus diac. Romae.* Aug. 6, p. 421[1]; 9, p. 429[32]; oct. 31, p. 580[8].
Agapius. Mart. 24[6, add]; april. 12[27]; 28[26].
*Agapius m. Caesareae Palaestinae.* Mart. 24, p. 158[6]; nov. 20, p. 610[10].
*Agapius ep. in Africa.* April. 28, p. 216[26]; 30, p. 220[52].
Agardus. Iul. 17[7]. — *Nartzalus.*
Agatha. Feb. 5[6, 13]; iul. 12[19]; dec. 6[add].
*Agatha Catinae in Sicilia.* Feb. 5, p. 78[1]; iun. 25, p. 62[13]; iul. 5, p. 353[1]; 12, p. 372[14]; 25, p. 396[24]; dec. 31, p. 17[45].
Agathemerus. April. 3[19].
Agathinus. Aug. 20[18]. — *Agathonicus.*
Agathon. Feb. 9[38]; 14[62, add]; mart. 12[75]; april. 4[3]; iun. 25[10]; iul. 5[3]; 25[24].
*Agathon exorcista Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; 14, p. 95[119]; iun. 25, p. 335[9].
*Agathonice Pergami. Vid. Carpus.*
*Agathonicus.* Aug. 20, p. 453[18]; 21, p. 455[41].
Agathopidia. April. 2[23]. — *Agathopus.*
*Agathopus diac. Thessalonicae.* April. 2, p. 171[20]; 4, p. 174[1].
Agatinus. Mart. 23[16]. — *Agapius.*
Agatius. Mai. 8[18]. — *Acacius.*
Agaton. April. 12[9]. — *Agathonice.*
Agatonia. Mart. 30[14].
Agatopus. Aug. 9[32]. — *Agapitus.*
Agaunum, Acaunum, Agauni, Agaunensis. Feb. 11[add]; mai. 1[86, 93]; sept. 22[18, 31].
Agelleus, Agileus. Ian. 25[add]; dec. 25[15].
Agennum. Vid. Aginnum.
Agentius. Ian. 11[23]. — *Eugenius.*
Aggeus. Ian. 4[15]. — *Argeus.*
Aghylus. Aug. 30[add].
Agileus. Vid. Agelleus.
*Agileus Carthagine.* Ian. 24, p. 60[21]; 25, p. 62[7]; dec. 25, p. 8[15].
*Agilus ab. in Mellizano.* Aug. 30, p. 478[add].
Aginnum, Agennum civitas. Iun. 9[33]; oct. 6[44]; 20[27].
Agius, Acius. Mai. 1[add].
Agna. Vid. Agnes.
Agnati. Aug. 16[10]. — Vid. Agnes.
Agnes, Agna; genit.: Agnetis, Agnitus, Aunitis. Ian. 20[add]; 21[4, 8, add]; 27[3, 6]; 28[add]; iul. 9[17]; oct. 18[12, 44]; dec. 2[21]; 31[68]. — Vid. Agnati.
*Agnes v. Romae.* Ian. 20, p. 51[55]; 21, p. 52[1]; 28, p. 66[add]; oct. 18, p. 560[12]; dec. 31, p. 18[68]. Cf. aug. 16, p. 446[10].
Agnilla. Dec. 9[33] (W).
Agnitis. Vid. Agnes.
Agrestus. Iul. 8[62].
Agricola, Agricolus, Agriculus. Mai. 14[53]; nov. 3[20, add]; 27[15]; dec. 3[25]; 10[33]; 16[5].
*Agricola et Vitalis Bononiae.* April. 29, p. 218[36]; nov. 3, p. 584[16]; 27, p. 623[14]; dec. 3, p. 634[23]; 16, p. 650[4]. — *Arvernis.* Mai. 14, p. 254[49]; dec. 10, p. 642[32].
Agripina. Vid. Agrippina.
Agrippa. Mai. 13[4, 26].
Agrippina, Agripina. Iun. 30[18].
Agrippina (Colonia). Oct. 9[18]; 10[33, 42]; 15[4].
Agrippinus. Ian. 1[116]; iul. 15[20].
*Agrippinus ep. Augustodunen.* Ian. 1, p. 21[116].
*Agrippinus Sirmii.* Iul. 15, p. 376[19]; 20, p. 386[15].
Agusta. Vid. Augusta.
Agusta. Iul. 28[8, 27, add].
Agustalis. Vid. Augustalis.
Agustana civitas. Vid. Augusta.
Agustianus. Mai. 6[123]. — *Augustinus Capuae.*
Agustidunensium, Agustidunum civitas. Vid. Augustodunum.
Agustina. Mai. 8[99]. — *Augustinus.*
Agustinus. Vid. Augustinus.

Agustodunum

Agustodunum, Agustudunum. Vid. Augustodunum.
Agustus. April. 29 [38]; oct. 7 [30].
*Agustus presb. Bituricis.* Oct. 7, p. 545 [29].
Aioviae castellum. April. 27 [48].
*Aistulphus ep. Moguntin.* Ian. 5, p. 27 [add].
Alamachius. Ian. 1 [81]. — *Almachius.*
Alaponus, Aroponus. Sept. 10 [12]. — *Horapollon.*
Alaxander. Vid. Alexander.
Alaxandria. Vid. Alexandria.
Alba. Ian. 17 [18].
Albanum. Aug. 8 [7]; sept. 26 [14].
Albanus, Albinus. Mai. 24 [add]; iun. 21 [add]; 22 [38]; aug. 8 [18].
*Albanus in Britannia.* Iun. 21, p. 329 [add]; 22, p. 331 [38].
Albeus. Vid. Alfius.
Albia. Mart. 12 [22].
Albina. Feb. 17 [66]; iun. 2 [241]; oct. 4 [33].
*Albina Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
Albinus. Mart. 1 [39]; mai. 22 [11. 18]; iun. 22 [38]; aug. 8 [48]; sept. 21 [add].
*Albinus ep. Andegaven.* Mart. 1, p. 121 [38].
*Albinus ep. Dedicatio basilicae Corbeiae.* Sept. 21. p. 521 [add].
Albua (in). Mart. 12 [32].
Alcipiades. Iun. 2 [231].
*Alcipiades Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
*Aldegunda abb. Malbodiensis.* Ian. 30, p. 69 [exc].
Alethus. Iul. 8 [37].
Alexander, Alaxander. Feb. 9 [5]; 26 [3]; mart. 6 [41]; 10 [38]; 11 [4]; 12 [20]; 13 [67. 85]; 14 [4. 19. 29]; 15 [27]; 17 [12. 26]; 23 [17]; 24 [10]; 25 [27]; 27 [17]; 28 [5]; april. 1 [24]; 20 [33]; 24 [39. 97]; 30 [86]; mai. 1 [28]; 3 [39. 53]; 12 [27]; 14 [23]; 15 [9]; 29 [62]; iun. 2 [262]; 6 [6]; 9 [15]; 28 [13]; iul. 7 [29]; 9 [43]; 21 [37]; 28 [17]; sept. 9 [19]; 10 [9]; 16 [5. 15]; aug. 17 [20]; 27 [9]; 28 [36]; oct. 1 [13]; 17 [2].
*Alexander in Anaunia. Vid. Sisinnius.*
*Alexander et Alexander alter Caesareae in Palaestina.* Mart. 24, p. 158 [6]; 27, p. 164 [17]; 28, p. 165 [1].
*Alexander ep. CPolitan.* Aug. 28, p. 473 [35].
*Alexander Dinogetiae.* Mai. 14, p. 254 [22]; 15, p. 256 [11]; oct. 1, p. 536 [9].
*Alexander Lugduni.* April. 24, p. 208 [97]; iun. 2, p. 298 [290].
*Alexander Massiliae.* Iul. 21, p. 389 [34].
*Alexander Romae in coemeterio Maiore.* April. 20, p. 199 [27]; sept. 16, p. 511 [1].
*Alexander Romae in coemeterio Iordanorum.* Iul. 10, p. 362 [1].
*Alexander Romae via Nomentana. Vid. Eventius.*
*Alexander Thessalonicae.* Feb. 26, p. 116 [3]; 27, p. 117 [2]; mart. 13, p. 143 [84]; 14, p. 144 [1]; april. 1, p. 170 [18].
Alexandria, Alaxandria. Ian. 11 [2]; 31 [2]; feb. 9 [10]; 10 [10]; 12 [10]; 13 [7]; 14 [44. 153]; 26 [18]; 28 [2. 17]; mart. 10 [2. 35]; 12 [17. 65]; 18 [2]; 21 [2]; april. 5 [10]; 6 [45]; 7 [15]; 10 [1]; 14 [56]; 20 [2]; 21 [2]; 23 [33]; 24 [2. add]; 23 [8]; 29 [2. 45]; 30 [2]; mai. 2 [9. 26]; 4 [77]; 5 [13]; 13 [2. 25]; 17 [2]; 18 [2]; 19 [55]; 27 [2]; iun. 9 [6]; 17 [26]; 18 [28]; 22 [32]; 25 [9]; 26 [16]; 28 [37]; iul. 3 [15]; 5 [23]; 6 [2]; 7 [2]; 10 [76]; 11 [102. add]; 13 [2]; 14 [6]; 15 [2]; 19 [2]; aug. 9 [48]; 16 [5]; 17 [26]; 19 [8. 24]; 20 [6]; 21 [32]; 28 [32]; sept. 1 [add]; 2 [36]; 3 [2]; 5 [7. 22]; 8 [10]; 10 [6. 18]; 11 [38]; 13 [6]; 15 [2]; 19 [2. add]; 23 [9]; oct. 13 [22]; 17 [add]; nov. 11 [42]; 22 [11]; 23 [35]; 26 [19]; dec. 11 [14]; 30 [2].
Alexius. Mai. 7 [82].
Alfius, Albeus. Nov. 17 [24. 55]. — *Alphaeus.*
Alici. Iun. 23 [11].
Alisia locus. Sept. 7 [40].
*Almachius Romae.* Ian. 1, p. 21 [81].
Almerida. Mai. 23 [31]. — *Halmyris.*
Almeris civitas. Dec. 10 [41]. — *Emerita.*
Alodius. Sept. 28 [35].
*Alodius ep. Autissiodoren.* Sept. 28, p. 531 [34].
Alopi. Iul. 8 [47]. — *Apollonia.*
Alphaei (Iacobus). Iun. 22 [29].
*Alphaeus Caesareae Palaestinae.* Nov. 17, p. 604 [53].
*Alpinus ep. Lugdunen.* Sept. 15, p. 509 [58].
Alsolamus. Vid. Absolonas.
Alternus. Oct. 31 [55].
Altiator. Feb. 21 [37].
Alto monte. Feb. 9 [add].
Alypius praefectus. Ian. 1 [84].
Ama. Mai. 28 [31]. — *Amas.*
Amabilis. Iul. 20 [6].
Amacia, Assia civitas. Ian. 18 [35]; aug. 18 [11]; 19 [3]. — *Amasia.*
Amalarius. April. 29 [add].
Amalia. April. 15 [37].
Amandus. Feb. 6 [add]; nov. 4 [add]; 13 [42].
*Amandus ep. Argentoraten.* Oct. 26, p. 572 [exc].
Amantius, Amantus. Ian. 3 [63]; 15 [add]; feb. 10 [9. add]; 11 [11]; 14 [88]; iun. 6 [4]; 9 [13]; iul. 6 [20]; nov. 1 [74]; 4 [7. add]; 5 [21]; dec. 5 [33].
*Amantius Romae.* Feb. 11, p. 87 [10]; 13, p. 91 [9].
*Amantius ep. Ruten.* Nov. 1, p. 582 [71]; 4, p. 586 [add]; 13, p. 599 [37].
Amarantus. Oct. 28 [34]; nov. 8 [17].
*Amas Lugduni.* Mai. 28, p. 279 [31]; iun. 2, p. 298 [290].
Amasi. Iun. 3 [129]. — *Amas.*
*Amasia civitas in Ponto.* Aug. 18, p. 449 [10].
Amator. Feb. 21 [39]; mart. 21 [14]; mai. 1 [83]; 4 [99]; 5 [38]; nov. 26 [38].
*Amator ep. Augustodunen.* Nov. 26, p. 622 [33].
*Amator ep. Autissiodoren.* Mai. 1, p. 224 [80].
Amausus. Sept. 1 [57].
Ambacu. — Vid. Abacuc.
Ambeni. Iun. 28 [46]. — *Ammonarium.*
Ambianis civitas. Ian. 13 [add]; mai. 1 [add]; iun. 27 [add]; sept. 1 [add]; dec. 11 [34].
Ambienensium territorium. Oct. 31 [add].
Ambodius. Vid. Ampodus.
Ambrosius. April. 4 [add]; sept. 3 [add]; oct. 16 [add]; nov. 30 [17. 32]; dec. 3 [add].
*Ambrosius ep. Bituricen.* Oct. 15, p. 557 [exc]; 16, p. 558 [add].
*Ambrosius ep. Mediolanen.* April. 4, p. 174 [add]; nov. 30, p. 629 [32]; dec. 3, p. 634 [add].
Ameclinus. Iul. 3 [68].
Amelius. Iul. 20 [60].
Amelia, Amellia. Vid. Emilia.
Amesi. Nov. 10 [5].
Ametini. Iul. 20 [67]. — *Aurelius.*
Amfianus. Vid. Amphianus.
Amica. Feb. 22 [94].
Amicus. Iul. 14 [31].
*Amicus ep.* Iul. 14, p. 375 [31].
Amideami. Iul. 2 [38].

Amilia Vid. Emilia.
Amiternina civitas. Iul. 24[2].
*Ammas. Vid. Amas.*
Ammi. Iul. 3[71].
Ammon, Sammon. Feb. 1[55]; 7[10]; 9[6.16.22]; 12[add]; april. 6[61]; nov. 17[12]; dec. 11[15].
*Ammon Alexandriae.* Feb. 9, p. 83[5]; p. 84[63]. — *Vid. Ammonius.*
*Ammon Nicomediae.* Nov. 17, p. 603[10].
*Ammon lect. in Pentapoli.* Mart. 26, p. 163[65]; april. 6, p. 177[48].
*Ammonarium Alexandriae.* Iul. 28, p. 341[46.62].
Ammonius. Ian. 18[37]; 31[6]; feb. 11[23]; 12[19]; 13[11]; 14[72.114]; mart. 19[14]; 21[12]; 22[add]; 26[72]; april. 8[15]; iul. 3[53]; 30[30]; sept. 8[11.24]; 9[26]; 10[21.33]; 12[20]; oct. 6[39]; nov. 17[27.36]; 26[15]; dec. 31[59].
*Ammonius Alexandriae.* Ian. 18, p. 46[36]; 31, p. 69[1]; feb. 14, p. 95[119]; sept. 8, p. 495[10]. — *Vid. Ammon.*
Amonius. Vid. Ammonius.
Ampamompis. Iun. 28[19].
Ampamovi. Dec. 17[9]; 18[16].
*Ampelius in Africa.* Sept. 12, p. 503[1].
Ampetia civitas. Dec. 21[27].
Amphianus, Amfianus. April. 2[3]; 3[28]; 5[36]. — *Apphianus.*
Ampilius. Vid. Appelicus.
Ampliatus. Feb. 26[9].
Amplus. Sept. 29[43].
Ampodus, Ambodius. Sept. 29[16]; oct. 11[16]; 14[17].
Anacipolis. Mai. 18[27]. — *Anocynopolis.*
*Anacletus ep. Rom.* Iul. 6, p. 356[exc]; dec. 23, p. 663[77].
Ananus. Vid. Audefax.
Ananianus. Nov. 17[73].
Ananias, Annanias. April. 24[61.78].
*Ananias, Azarias, Misael in Babylonia.* April. 24, p. 208[59].
Ananius. Vid. Audefax.
Anastasia. Ian. 5[16]; 6[20]; 8[18]; iul. 29[51]; dec. 25[38].
*Anastasia Sirmii.* Ian. 5, p. 27[15]; 6, p. 28[20]; 8, p. 32[add]; dec. 25, p. 9[37.58].
Anastasius. Ian. 8[add]; 22[add]; aug. 26[9]; sept. 7[14]; dec. 19[102]; 20[30]; 25[60].
*Anastasius Antinoi.* Ian. 6, p. 28[22].
*Anastasius ep. Rom.* Dec. 19, p. 654[102].
*Anastasius Romae.* Ian. 22, p. 57[add].
*Anastasius Salonis.* Aug. 26, p. 467[6].
Anatholius Vid. Antholianus.
Anatolia, Anatholia. Iul. 9[34]; 10[20.59].
*Anatolia et Victoria in Sabinis.* Iul. 10, p. 364[19].
Anaunia (in). Mai. 29[60].
Anazobon (in). Oct. 11[2]. — *Anazarbus.*
Ancira Galatiae. Ian. 23[40]; iul. 22[8.18]; aug. 31[8]; sept. 4[2]; 15[16]; dec. 28[14].
Andegavis, Andicavis civitas. Mart. 1[36]; sept. 11[add]; 13[23].
Andi. Mart. 12[30.add].
Andicavis. Vid. Andegavis.
Andocius. Sept. 24[38].
*Andocius, Thyrsus et Felix Augustoduni.* Sept. 24, p. 525[31].
Andranus. Nov. 13[27]. — *Adrianus.*
Andreas. Feb. 5[28]; 7[9]; 10[48]; mai. 9[16]; 15[38.44]; iun. 6[7]; iul. 22[6.23]; sept. 3[27]; oct. 20[add]; nov. 27[21]; 30[8].
*Andreas ap.* Feb. 5, p. 78[23]; nov. 30, p. 628[8]. — *Reliquiae Mediolani.* Mai. 9, p. 241[10]; nov. 27, p. 624[19]. — *Reliquiae Aquileiae.* Sept. 3, p. 486[20]. — *Basilica in Esquiliis.* Nov. 3, p. 585[add].
*Andreas Lampsaci.* Mai. 15, p. 256[34].
Andrianus. Vid. Adrianus.
Andronicus, Andronacus. April. 5[40]; mai. 13[18]; sept. 27[19]; oct. 9[67]; 10[22]; 11[8].
*Andronicus. Vid. Tarachus.*
Anesi. Mart. 31[3].
Angelafi. Oct. 31[38].
Angeli. Nov. 7[add].
Anghilramnus Sept. 25[add]; oct. 23[add]; 26[add].
*Anghilramnus ep. Metten.* Sept. 25, p. 526[add]; oct. 26, p. 572[add].
Angi. Sept. 19[17]. — *Anicium.*
Anianus. Feb. 25[add]; iun. 14[27]; nov. 16[add].
*Anianus ep. Aurelianen.* Iun. 14, p. 318[23]; nov. 17, p. 605[69].
Anicetus. Iul. 10[88.162]; 11[60]; sept. 19[add].
*Anicetus Nicopoli.* Iul. 10, p. 367[155].
*Anicetus ep. Rom.* Dec. 23, p. 663[77].
*Anicium in Vellavo.* Sept. 19, p. 518[56].
Anicletus. Dec. 23[48]. — *Anacletus.*
Animasus. Iul. 7[21]. — *Onesimus.*
Anisola monasterium. Iul. 1[add].
Anisus fluvius. Mai. 4[60].
Annanias Vid. Ananias.
Anni. Aug. 9[23].
Annibonia. Nov. 10[16]; 11[12].
Anocetus, Anoci. Aug. 13[add].
*Anocynopolis urbs in Aegypto.* Mai. 18, p. 260[27].
Anovi. Iul. 7[9.15].
Anponi. Oct. 3[19].
Ansbertus Feb. 9[add]; mart. 9[add]; 10[add]; 31[add].
*Ansbertus ep. Rotomagen.* Feb. 9, p. 84[add]; mart. 9, p. 135[add]; mart. 10, p. 136[add]; 31, p. 168[add].
Antanus. April. 16[43].
Antea. April. 18[25].
*Antea mater S. Eleutherii Romae.* April. 18, p. 197[21]; nov. 24, p. 619[25].
Anteon. Iun. 15[32].
*Anteros ep. Rom.* Ian. 3, p. 24[add]; aug. 9, p. 428[25]; dec. 31, p. 18[48].
Anthemiasius. Vid. Antimasius.
Antherus. Ian. 3[add]; aug. 9[37.64].
Anthi. Feb. 26[12]. — *Antigonus.*
*Anthia. Vid. Antea.*
Anthimus, Antimus. Feb. 14[137]; april. 27[10.add]; mai. 11[3.36.add].
*Anthimus ep. Nicomedien.* April. 27, p. 212[9].
*Anthimus Romae.* Mai. 11, p. 247[1].
Anthineus. Aug. 31[23].
Anthiochia. Vid. Antiochia.
Anthiocus. Vid. Antiochus.
Anthiroticus. Nov. 24[25]. — *Antea.*
Antholianus, Anatholius. Feb. 6[30]; 7[8].
*Antholianus Arvernis.* Feb. 6, p. 79[30].
Anthonius. Vid. Antonius.
Anthosius. Mai. 8[22].
Anti. Feb. 13.[add]; mai. 7[33]. — *Antigona.*
Anticius. Iul. 14[7].


Antiga

Antiga. Vid. Antigona.
Antigona, Antiga, Antiqua. Feb. 22[74]; mai. 8[107]; nov. 16[52].
Antigonus. Feb. 23[5]; 26[12]; 27[5]; mart. 3[22].
Antimasius, Anthemasius. Ian. 25[33]; 26[20].
Antimus. Vid. Anthimus.
Antiochia, Anthiochia. Ian. 2[1]; 5[34. 38]; 6[22]; 7[14 add]; 14[2]; 15[16]; 24[1]; 30[2]; feb. 14[88]; 15[1]; 22[4. 10]; mart. 5[7. 22. 30]; 7[13]; 10[18]; 11[add]; 14[32]; 20[2]; 23[4]; 26[58]; 29[11]; april. 7[1]; 10[25]; 15[23]; 17[2]; 26[5 add]; 27[79]; mai. 29[44]; 30[1]; 31[55]; iun. 1[55]; 16[14]; 22[2]; iul. 1[45]; 10[116]; 11[91]; 16[10]; 19[5]; 22[4]; aug. 1[2]; 2[13]; 3[add]; 7[2]; 22[37]; 24[2]; 27[6]; 29[38]; sept. 2[39]; 8[7]; 13[10]; 18[2]; oct. 2[9]; 3[4]; 8[2]; 11[22]; 19[31]; 28[2]; 30[47]; nov. 10[2]; 15[26]; 16[59]; 18[2]; 20[34]; 21[2]; 30[26]; dec. 6[add]; 7[2]; 9[25]; 11[26]; 14[2]; 22[2]; 23[2]; 24[18]; 26[28].
Antiochus, Antiocus rex. Aug. 1[15]; 13[30].
*Antiochus ep. Lugdunen.* Aug. 13, p. 441[28].
Antiqua. Vid. Antigona.
Antiquira. Aug. 31[18]. — *Ancyra.*
Antonia. April. 12[151]; mai. 4[3]; iun. 2[290]. — Vid. Antonina.
*Antonia Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Antoniana. Feb. 22[71].
Antonina. Mai. 7[89]; iun. 2[39]. Vid. Antonia.
*Antonina Niceae.* Mai. 4, p. 229[1].
Antoninus. Ian. 6[17. add]; mart. 4[71]; mai. 4[85]; iul. 1[29]; 10[84]; aug. 9[50]; 13[26]; sept. 2[22]; 3[12]; 30[6]; nov. 5[14]; 12[7]; 13[8. 23]; dec. 18[82].
*Antoninus Apameae.* Sept. 3, p. 485[7]; nov. 5, p. 587[14].
*Antoninus Antinoi.* Ian. 6, p. 28[22].
*Antoninus Alexandriae.* Aug. 9, p. 429[48].
*Antoninus Caesareae Palaestinae.* Nov. 12, p. 597[7]; 13, p. 598[21].
*Antoninus Romae.* Iul. 1, p. 346[13].
*Antoninus Placentiae.* Sept. 30, p. 534[1].
*Antoninus Synnadis.* Aug. 13, p. 441[23].
Antonius, Anthonius. Ian. 17[32]; mart. 3[79. add]; april. 27[15]; iun. 14[15]; iul. 10[161]; 11[52. 72]; sept. 2[20]; 4[11]; dec. 19[73].
*Antonius in Aegypto.* Ian. 17, p. 44[28].
*Antonius Nicopoli.* Iul. 10, p. 367[155].
*Antonius Romae.* Dec. 19, p. 654[67].
Apamia civitas. Feb. 11[2]; sept. 2[18]; 3[11]; dec. 18[89]; 19[78].
*Aphrodisia in Caria.* April. 30, p. 220[3].
*Aphrodisius Alexandriae.* Mai. 12, p. 250[18].
*Aphrodisius Scythopoli.* April. 28, p. 216[13]; mai. 6, p. 234[119].
*Aphrodisius Tarsi.* April. 28, p. 216[13]; mai. 10, p. 245[63]; 9, p. 241[7].
Aper. Sept. 15[add].
*Aper ep. Tullen.* Sept. 15, p. 510[add].
Apion. Dec. 31[63].
Apnianus. Aug. 8[add].
Apodemus, Apodimus. Ian. 22[50]; april. 15[44].
*Apodemus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13]; april. 15, p. 192[44].
Apolia. Vid. Apulia.
Apollinaris, Apollenaris, Appolinaris, Apollonaris. Feb. 1[53]; iun. 21[8. 11]; iul. 22[2]; 23[10. 18]; aug. 23[70]; sept. 26[29]; oct. 5[20].
*Apollinaris ep. Arvernen.* Sept. 26, p. 528[28].
*Apollinaris ep. Ravennen.* Iun. 21, p. 329[8]; iul. 22, p. 390[1]; 23, p. 391[9].
*Apollinaris Remis.* Aug. 23, p. 461[65].
*Apollinaris ep. Valentin.* Oct. 5, p. 542[20].
Apollonia, Apollinia. Ian. 27[46]; dec. 18[87]; 19[77].
*Apollonia Romae.* Dec. 19, p. 654[67].
Apollonius, Appolonius, Appollonis. Feb. 10[12]; 15[7]; mart. 19[13]; april. 5[8]; 10[2]; 14[9]; 18[32]; 26[22]; mai. 1[32]; iun. 2[278]; 5[6]; 28[18]; iul. 10[114].
*Apollonius presb. Alexandriae.* April. 10, p. 181[1].
*Apollonius in Aegypto.* April. 5, p. 175[5]; iun. 5, p. 105[1].
*Apollonius Interamnae.* Feb. 15, p. 97[7]; mart. 19, p. 152[13]; april. 14, p. 190[8]; 18, p. 197[30]; mai. 1, p. 223[32].
*Apollonius Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Apori. Feb. 10[49]. — *Apostoli.*
Appelicus, Ampilius. April. 21[31]; nov. 20[20].
*Apphianus Caesareae Palaestinae.* April. 2, p. 171[3]; 3, p. 173[28]; 5, p. 175[32]; 29, p. 218[54].
Appia. Mai. 31[46]; iun. 1[39]. — *Agapia.*
Appia via. Ian. 1[75]; 16[13. 47]; feb. 10[23]; april. 14[13]; 21[18]; 22[38]; 30[104]; mai. 19[35]; iul. 2[24]; 10[45]; 20[43]; aug. 8[25]; 10[42]; 13[9]; oct. 4[31]; 7[3].
Appia civitas Bitiniae. Mart. 6[11]. — *Apamia.*
Appianus. Dec. 30[7. 11].
Appimi. Nov. 5[19]. — *Apamea.*
Appinus. Sept. 15[61]. — *Alpinus.*
Appollinaris. Vid. Apollinaris.
Appolinia. Vid. Apollonia.
Appollo. Iul. 7[7]; dec. 23[28].
Appollonaris. Vid. Apollinaris.
Appollonis. Vid. Apollonius.
Appollonius. Vid. Apollonius.
Aprelis. Vid. Aprilis.
Aprianti. Iul. 8[55]. — *Perinthus.*
Apricis. Iul. 3[28]; oct. 21[18].
Apricus, Coprica. April. 6[64]; 7[13].
Aprilis, Aprelis, Parilis. Mart. 18[8. 35]; 24[22]; aug. 22[17. 27].
Aprodisi. Vid. Afrodisius.
Aproniani cimiterium. Dec. 25[31].
Aprunculus. April. 21[39].
*Aprunculus ep.* April. 21, p. 201[39].
Aptatus. Vid. Eptatus.
Aptonius. Mai. 23[5. 13]. — *Astion.*
Apulia, Apolia (in). Aug. 26[15]; sept. 1[2. 25]; 2[32]; 11[45]; 13[2]; oct. 6[2. 35].
Aquaria via. Sept. 1[9].
Aquas Salvias (ad). Ian. 22[add].
Aquila (in). Sept. 15[48].
Aquila. Ian. 23[9]; aug. 1[37].
*Aquila Caesareae in Mauretania.* Ian. 23, p. 58[7].
Aquileia civitas. Feb. 17[13]; mart. 16[2]; 17[17]; mai. 30[add]; 31[2]; iun. 11[35]; 14[19]; 15[8]; 17[20. 33]; iul. 12[8]; aug. 14[8. 29]; 23[2]; sept. 3[20]; nov. 24[4]; 26[9].
Aquilina. Mart. 30[15].
Aquilinus. Ian. 4[3]; feb. 4[8]; mai. 15[28]; 16[3. 36]; 17[22]; iul. 17[3. 28]; 18[58]; oct. 18[add].
*Aquilinus ep. Ebroicen.* Oct. 18, p. 561[add].
*Aquilinus Scillitanus.* Iul. 17, p. 380[1].
Aquis (in). Sept. 1[add].
Araba, Ariaba, Trabia. Mart. 13[58. 74. 78].
Arabia. Ian. 12[7]; aug. 1[28].
Araci. Vid. Arator.
Araclea. Vid. Heraclea.

Aradi

Aradi, Araiaci. Vid. Arator.
Arapollio. Sept. 5 [35].
Arasi. Iun. 10 [10].
Arator, Araci, Araiaci, Aradi, Aristonicus. April. 19 [8. 18]; 20 [3. 14. 45. add]; 21 [5]; 22 [54].
*Arator Alexandriae.* April. 20, p. 199 [1].
Aratus. Feb. 9 [46].
*Aratus in Aegypto.* Feb. 9, p. 84 [63].
Araxi. Iul. 2 [8].
Arbasius. Vid. Orbasius.
*Arbasius Alexandriae.* Feb. 14, p. 95 [119].
Arboni. Mai. 3 [43. 59].
Arburius. April. 12 [87].
*Arcadius. Vid. Archadius.*
Arcanareus, Arcaneus. Aug. 10 [50. 93].
Arcas (ad) via Nomentana. Iun. 9 [21].
Arcelaus, Arceus. Vid. Archelaus.
Arcelladus. Vid. Archeladus.
Arcelleus. Vid. Archelaus.
Archadius. Aug. 1 [91].
*Archadius ep. Bituricen.* Aug. 1, p. 411 [88].
Archeladus, Arcelladus. Oct. 28 [6. 22].
Archelaus, Arcelaus, Arcilaus, Archilaus, Arcelleus, Archeleus, Artilaus, Parcilaus. Mart. 3 [74]; 4 [31]; april. 14 [49]; 15 [12. 38]; 16 [69]; mai. 5 [10]; iul. 10 [93]; 11 [65. 67]; aug. 23 [15. 48]; sept. 10 [30].
*Archelaus in Mesopotamia.* April. 15, p. 191 [11].
*Archelaus Nicomediae.* Mart. 3, p. 125 [74].
*Archelaus ad Ostia Tiberina.* Aug. 23, p. 461 [43].
Archeleus. Vid. Archelaus.
Archeon. Sept. 15 [34].
Archilaus. Vid. Archelaus.
Arci. Aug. 20 [16]. — *Tarsus.*
Arcilaus. Vid. Archelaus.
Arcontius. Vid. Acontius.
Ardeatina, Ardiatina via. Mai. 3 [57]; iun. 5 [19]; 13 [17]; 18 [14].
Arecium. Vid. Aretium.
Arelas, Ariolatum civitas. Ian. 16 [82]; mai. 5 [16]; 7 [133]; aug. 25 [2. 27]; 26 [35]; 27 [67]; sept. 7 [16]; dec. 16 [7].
Arenius. Mai. 19 [56].
*Arenius diac. Alexandriae.* Mai. 19, p. 262 [55].
Arestinus. Mai. 8 [24].
Arestus. Dec. 18 [70]; 19 [63].
Arestus. Vid. Chrestus.
Aretium, Arecium, Aritium civitas. Iun. 3 [18]; 4 [34]; aug. 7 [11]; 10 [21].
Argeus, Argirius. Ian. 1 [60]; 3 [18].
*Argeus Romae.* Ian. 1, p. 21 [79].
Ariaba Vid. Araba.
Arifiti, Aritife. Dec. 18 [35]; 19 [26].
Arilefe. Vid. Karilefus.
Ariolato (in). Vid. Arelate.
Arion, Ariusus. Feb. 23 [27]; mart. 22 [22]; iun. 28 [5. 15. 47]; sept. 8 [23]; dec. 18 [88]; 19 [81]. — Vid. Orion.
Aristeus. Iun. 2 [272].
*Aristeus Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
*Aristion (Ariston) ep. Alexandriae.* Sept. 3, p. 485 [1].
Ariston. Sept. 3 [3. 17. 41]; dec. 22 [38].
*Ariston in Portu Romano.* Dec. 22, p. 661 [34].
Aristonicus. Vid. Arator.
*Aristonicus Alexandriae.* April. 19, p. 198 [8].
Aristonippus. Vid. Ariston.
*Aristus presb. Alexandriae.* April. 21, p. 200 [1]. — Vid. april. 19, p. 198 [8].
Aristusius. Sept. 5 [12].
Aritife. Vid. Arifiti.
Aritium. Vid. Aretium.
Ariusus. Vid. Arion.
Arixi. Iul. 2 [43].
Armata. Ian. 26 [12]; feb. 11 [add]; 14 [76].
*Armata Alexandriae.* Feb. 14, p. 95 [119].
Armenia, Arminia. Feb. 8 [2]; 11 [add]; mart. 9 [2]; 26 [47]; april. 1 [2]; 19 [2. 15]; 27 [36]; mai. 2 [19]; iul. 10 [155]; 11 [7]; 24 [14].
Armigeri. Iul. 12 [12]. — *Hermagoras.*
Arminia. Vid. Armenia.
Arnesi. Mai. 7 [45].
Arnulfus. Iul. 18 [add]; aug. 16 [add]; 18 [add].
*Arnulphus ep. Metten.* Iul. 18, p. 383 [add]; aug. 18, p. 450 [add].
Arobius. April. 13 [14]. — *Acolythus.*
Arontius. Aug. 27 [16].
*Arontius Potentiae.* Aug. 27, p. 470 [12].
Aroponus. Vid. Alaponus.
Arosius, Herosius. Sept. 10 [23. 34].
Arosonis. Vid. Trasonis.
Arpotis. Vid. Artotis.
Artatis. Vid. Artaxius.
Artaxius. ian. 2 [18]; 9 [18]; 10 [39]; mart. 7 [15. 37].
*Artaxius Carthagine.* Ian. 9, p. 33 [1]; 10, p. 34 [39]; mart. 7, p. 132 [1].
Artemas, Arthemas, Artemius, Arthemius. Ian. 26 [15]; april. 28 [add]; mai. 17 [26]; iul. 8 [43].
*Artemius ep. Senonen.* April. 28, p. 217 [add].
*Artemius (Artemon) Laodiceae.* Ian. 26, p. 63 [14]; iun. 14, p. 318 [4].
Artetis. Vid. Artotis.
Arteus. Sept. 15 [46].
*Arthemas Puteolis.* Ian. 25, p. 62 [32]; 26, p. 63 [7].
Artheon. Iun. 14 [6]. — *Artemon.*
Artianus. Feb. 14 [add].
Artilaus. Vid. Archelaus.
Artivi. Aug. 21 [39]. — *Tarsus.*
Arton. Vid. Capiton.
Artotis, Artetis, Arpotis. Iul. 5 [26]; 6 [3. 21].
Arulfus. April. 5 [add].
*Arulfus ep. Catalaunen.* April. 5, p. 176 [add].
Arvernis civitate. Ian. 21 [50]; 25 [add]; mai. 14 [49]; aug. 23 [76]; 28 [52]; sept. 24 [48]; 26 [28]; dec. 10 [32].
Asabi, Arabi. Iun. 1 [153].
Ascalona civitas. Dec. 15 [46].
Ascensio Domini. Mai. 5 [add].
Asciscla. Nov. 18 [14]. — *Acisclus.*
Asclepiades, Asclipius. Mart. 3 [81]; 4 [50. 73].
Asclepiodotus. Mart. 16 [16].
Asclinus. Iun. 30 [19].
Asclipius. Vid. Asclepiades.
Asia, Assia. Feb. 23 [9. 42]; 27 [22]; mart. 12 [69]; april. 12 [2]; 13 [19]; mai. 1 [17]; 3 [28]; 11 [38]; 14 [30]; sept. 25 [2]; 25 [2]; nov. 1 [2]; 17 [15. 38].
Aspidia. Dec. 14 [30].
Assia. Ian. 18 [35]. — *Amasia.*
Assia. Vid. Asia.
Asterius, Asti. Ian. 18 [40]; mart. 3 [70]; 4 [36]; aug. 23 [55]; oct. 19 [4. 28]; 25 [45].
*Asterius Egeae.* Aug. 23, p. 461 [51].
*Asterius ad Ostia Tiberina.* Ian. 18, p. 46 [32]; oct. 19, p. 562 [1].
*Astion Halmyride. Vid. Epictetus.*
Asthephi. Iun. 28 [17].
Asti. Mai. 23 [32]. — *Astion.*

Asti. Vid. Asterius.
Astis civitas. Nov. 21[23].
Astuta. Feb. 28[15].
Atala. Mart. 10[add]. — *Attala.*
Atalus. Vid. Attalus.
Atella in Campania. Mai. 25[exc].
Ateon. Mai. 26[11].
*Athamananus. Vid. Adamnanus.*
Athanasius. Oct. 13[23]; dec. 20[20].
*Athanasius ep. Alexandrin.* Oct. 13, p. 555[23].
Atheneus. Iul. 10[99].
Atheni. Feb. 14[add]. — *Antiochia.*
*Athenogenes Sebastiae.* Iul. 24, p. 394[14].
Athenozenes. Iul. 24[37].
Athora. Feb. 23[31].
Atranus. Vid. Atrianus.
Atrebatis (in), Adravetis, Adravitis. Feb. 6[add]; oct. 1[add].
Atrianus, Atranus. Iul. 3[45]; dec. 23[36].
*Attala ab. Bobien.* Mart. 10, p. 136[add].
Attalus, Atalus. Iun. 2[261]; 4[8]; 6[16]; iul. 13[8]; dec. 31[50].
*Attalus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290]; 4, p. 302[8]; 6, p. 307[12].
Atti. April. 27[82].
Atticus. Mai. 11[42]; oct. 9[9]; 30[38]; nov. 6[35].
Atto. Mart. 5[35].
Auceia, Aucia, Aceia. Iun. 1[23]; 26[36]; iul. 1[16]; dec. 18[78]; 19[71].
*Auceia. Vid. Lucia.*
Auctor. Mart. 13[add]; aug. 10[add].
*Auctor ep. Metten.* Mart. 13, p. 143[add]; aug. 10, p. 433[add].
Audacta. Mart. 28[7].
Audefax, Ananius, Audeinus. Ian. 16[19. 54]; 20[31].
*Audifax Romae. Vid. Marius.*
Audoenus, Audoinus Aug. 24[add].
*Audoenus ep. Rotomagen.* Aug. 24, p. 463[add].
Audomarus. Nov. 1[add].
*Audomarus ep. Tarvann.* Nov. 1, p. 583[add].
Aufidius. Oct. 16[16].
Augorius. Ian 21[16. 41]; aug. 21[15].
Augulus. Feb. 7[6].
*Augurius. Vid. Fructuosus.*
Augusta, Agusta, Agustana civitas. Feb. 7[4]; aug. 5[17]; 7[33]; oct. 9[33]; 31[add].
Augusta Veromanduorum. Oct. 30[add].
Augustalis, Agustalis. Sept. 7[19].
*Augustalis ep. Arelaten.* Sept. 7, p. 493[16].
Augustinus, Agustinus. Ian. 11[25]; mai. 7[6. 9. 30]; 26[add]; aug. 29[10. 47]; nov. 16[3. 60. 80]; 17[6].
*Augustinus Capuae.* Ian. 11, p. 36[25]; mai. 7. p. 236[6]; nov. 16, p. 602[1]; 17, p. 603[1].
*Augustinus ep. Doruvernen.* Mai. 26, p. 275[add].
*Augustinus ep. Hipponien.* Aug. 28, p. 473[47].
Augustodunum, Augustidunum, Agustidunum Agustodunum, Agustidunenses. Ian. 1[113]; 8[23]; mai. 7[140]; 15[49]; iun. 24[49]; iul. 1[62]; 6[22]; 11[45]; 31[25]; aug. 3[26]; 5[20]; 22[42]; 23[71]; 27[73]; sept. 1[add]; 2[46]; 12[36]; 13[12]; 24[33]; oct. 3[add]; nov. 1[106]; 4[22]; 19[23]; 22[41]; 26[30].
Aulas Centum (ad). Mai. 10[40].
Aulus. Iul. 22[14]. — *Aurelius.*
Aunacharius Iul. 31[20].
*Aunacharius ep. Autissiodoren.* Iul. 31, p. 407[20].
Aunitis. Vid. Agnes.
Auraea, Aurea. Mai. 20[13]; aug. 22[19].
*Aurea et Iustinus (Iustina).* Iun. 16, p. 321[exc].
*Aurea ad Ostia Tiberina.* Mai. 20, p. 264[12].
Aurelia, Aurilia. Iun. 29[23]; oct. 14[30].
Aurelia (via). April. 12[19]; mai. 12[add]; 29[34]; 31[20]; iun. 8[31]; 10[5]; 12[3]; 29[24]; iul. 1[22]; 2[14]; aug. 9[85]. oct. 12[36]; 15[14].
Aurelianis, Aurilianis civitate. Feb. 2[77]; mart. 30[21]; iun. 3[131]; 14[23]; 17[39]; iul. 29[57]; sept. 7[21]; nov. 10[28]; 17[70]; dec. 15[40].
Aurelianus. Iul. 10[69]; aug. 17[17]; nov. 16[53].
Aurelianus imperator. 31 dec.[add].
Aurelius. Ian. 27[31]; feb. 24[73]; 25[8]; mart. 18[22. 48]; april. 26[3]; iun. 3[61]; 12[14]; iul. 10[106]; 11[80]; 21[29]; aug. 22[22]; oct. 14[39]; dec. 21[35. 78].
*Aurelius ep. Carthaginien.* Iul. 20, p. 387[60]; 21. p. 389[29].
*Aurelius ep. Riditionis.* Sept. 14, p. 506[exc].
Aureo monte. April. 15[3].
Aurica. Nov. 16[62].
Auriga. Ian. 2[28].
Aurilia, Aurilianus, Aurilius, Aurulius. Vid. Aurelia, Aurelianus...
Aurosi. Mai. 28[8]. — *Arausio.*
Ausentius. Aug. 7[19].
Ausi civitas. Mai. 1[66].
Ausimum civitas. Mai. 16[16].
Ausona. Iun. 2[281].
*Ausona Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Austasius. April. 2[add].
*Austasius ab. Luxovii.* April. 2, p. 171[add].
*Austreberta abb. Pauliacensis.* Feb. 10, p. 86[add].
Austrebertana. Feb. 10[add].
Austregiselus ep. Mai. 20[add].
*Austregiselus ep. Bituricen.* Mai. 20, p. 265[add].
Auti. Mart. 24[16].
Auticius. Iul. 10[97]. Vid. Euticius.
Autisiodorum, Autisioderum. April. 15[62]; 18[add]; 20[49]; mai. 1[80]; 2[30]; 3[71]; 4[86]; 5[27]; 6[133]; 8[120]; 13[39]; 21[41]; 22[33]; iun. 10[29]; iul. 17[35]; 27[30]; 30[40]; 31[10]; aug. 26[41]; 31[32]; sept. 22[53]; 28[34]; 29[45]; oct. 1[35]; 4[25]; 5[25]; 6[52]; dec. 19[106]; 20[34].
Auxentius. Iul. 10[102]; 11[74]; 28[6].
Auxilius. Nov. 21[5. 10].
Aventina. Ian. 12[47].
Avettia. Mai. 28[40]. — *Vettius.*
Avidius. Iun. 3[28].
Avitus. Ian. 21[53]; feb. 5[32]; mai. 3[82]; iun. 17[41]; 23[3].
*Avitus ep. Arvernen.* Ian. 21, p. 54[50].
*Avitus presb. Aurelianis.* Iun. 17, p. 323[38].
*Avitus diac. Autissiodoren.* Mai. 3, p. 228[71].
*Avitus ep. Viennen.* Feb. 5, p. 78[30].
Axiopolis civitas. April. 26[2]; mai. 9[2]; 10[56]; aug. 4[add]; 5[12]; oct. 4[19]; 18[2. 35].
Azarias. April. 24[62. 79].
*Azarias. Vid. Ananias.*
Azatangelus. Aug. 21[42].
Azatonice. April. 13[17]. — *Agathonice.*
Azeri. Iul. 10[98].


## B


Babilas. Ian. 24[4].
Babilonia. Feb. 17[add]; april. 24[59. 83].
*Babylas ep. Antiochen.* Ian. 24, p. 59[1].


*Bacchus*

*Bacchus.* Oct. 7, p. 545[20].
Baccirus, Barracus. Mai. 8[76, 84].
Bafroditus. Vid. Epafroditus.
Baiaco vico. Mai. 16[42].
Baianus. Iun. 1[50].
Baiac civitas. Oct. 16[2].
Bainus. Iun. 20[add].
*Bainus ep. Tarvannen.* Iun. 20, p. 328[add].
Baiocas (in). Aug. 1[add]; nov. 1[add].
Baiocassino (in). Mart. 25[add]; 27[add]; aug. 16[add].
Balbinae cimiterium. Iun. 18[12]; oct. 4[2]; 6[22].
Baldechildis, Baltildis. Ian. 30[add].
*Baldechildis regina.* Ian. 30, p. 69[add].
Baldegunda, Baldegundis. Feb. 10[add]; 11[add].
*Baldegundis abb. Pictavien.* Feb. 10, p. 86[add]; 11, p. 88[add].
Balsama, Balsamus. Nov. 6[19]; 7[9, 30].
Baltildis. Vid. Baldechildis.
Barachus, Baracus. April. 24[19, add]; mai. 8[76].
Baralus, Barilus. Feb. 15[11]; nov. 18[6]. — *Barlaha.*
Barbalabea. Mart. 5[46].
*Barbara.* Dec. 4, p. 634[exc].
Barbaria civitas. Iun. 15[20].
Barbarunus. Iun. 2[311].
*Barbarunus presb.* Iun. 2, p. 298[311].
Barcillona, Barcilona, Vuarciana civitas. Feb. 15[29]; 16[10, 35].
Bardonianus. Sept. 25[5].
Bareceus. Vid. Baricus.
Baricus, Bareceus, Barucus, Varicus. Feb. 19[6]; april. 12[51, 95]; 17[12]; iun. 1[121]; oct. 5[12]; nov. 15[5]; 6[36]; 16[26].
Barilus. Vid. Baralus.
*Barlaam (Barlaha) Antiochiae.* Feb. 15, p. 97[1]; mart. 5, p. 129[46]; aug. 14, p. 442[1]; nov. 18, p. 605[1].
Bartholomaeus. Iun. 13[10]; aug. 23[add]; 24[add]; 25[add].
*Bartholomaeus ap.* Iun. 13, p. 317[11]; aug. 25, p. 466[add].
Barracus. Vid. Baccirus.
Bartholomia. Aug. 4[33].
Barucus. Vid. Baricus.
Baselinus. Dec. 23[43].
Basia. Mai. 19[82].
Basianus. Feb. 14[47].
Basila. Vid. Basilla.
Basilea. Aug. 27[27].
Basileus. Mai. 23[33]; aug. 28[15, 27]; dec. 22[5]; 25[13].
*Basileus ep. Amasen.* April. 29, p. 218[17].
*Basileus Romae.* Dec. 25, p. 8[13].
Basilia. Feb. 28[39]; april. 16[54]; 22[56]; aug. 16[add].
*Basilia virg. in vico Basiliaco.* Aug. 16, p. 446[add].
Basiliaco vico. Aug. 16[add].
Basilianus, Bassilianus. Feb. 11[8]; dec. 18[7, 104]; 19[94].
Basilides, Basilledis. Iun. 10[2, 9]; 12[6]; 28[61].
*Basilides Alexandriae.* Iun. 28, p. 341[62].
*Basilides Romae.* Iun. 10, p. 313[1]; 12, p. 315[1].
Basilinus. Dec. 23[73].
Basilis. Iun. 12[10].
Basilisca. Nov. 21[12]. — Vid. Basiliscus.
Basiliscus. Nov. 20[47]. — Vid. Basilisca.
Basilissa. Ian. 6[27]; mart. 13[47].
*Basilissa Antinoi. Vid. Iulianus.*
*Basilissa Corinthi.* Mart. 19, p. 153[27]; april. 16, p. 193[1].
Basilius. Feb. 11[26, add]; mart. 3[73]; 4[43]; april. 29[17]; mai. 19[80]; 23[10]; nov. 20[35]; 21[4].
*Basilius Antiochiae.* Nov. 20, p. 610[34]; 21, p. 611[1]; dec. 22, p. 661[1]; 23, p. 663[1].
*Basilius ep. Caesarien. Cappad.* Mai. 23, p. 269[29].
*Basilius in insula Ratensi.* Feb. 12, p. 90[add].
Basilla civitas. Mai. 24[add].
Basilla, Basila, Bassila, Bassilla. Ian. 23[21, 32]; feb. 17[59]; mart. 12[86]; 13[21]; 19[16]; mai. 17[6]; 20[10]; iun. 11[3, 13]; aug. 29[35]; sept. 11[28]; 22[9]; oct. 17[28]. — Cimiterium: Ian. 26[23]; 27[27]; 28[25]; sept. 11[15].
*Basilla Romae.* Ian. 23, p. 58[12]; mai. 20, p. 264[6]; iun. 11, p. 314[3]; sept. 11, p. 501[1]; 22, p. 522[1].
*Basilla Sirmi.* Aug. 29, p. 475[34].
Basilledis. Vid. Basilides.
Basinus. Iul. 11[106]; dec. 9[5] (W).
*Basinus abb. Pictavien.* Iul. 11, p. 370[106].
Bassa. April. 13[15]; dec. 18[55].
*Bassa Chalcedone.* April. 13, p. 187[15].
*Bassa Nicomediae.* Mart. 6, p. 130[1].
*Bassianus in Aegypto.* Feb. 14, p. 95[119].
*Bassion in Aegypto.* Feb. 14, p. 95[119].
Bassus. Mart. 19[8]; april. 12[30]; mai. 29[23, 46]; aug. 4[add]; 5[5]; nov. 20[3]; dec. 21[62]. — Vid. Dasius.
*Bassus Alexandriae.* Mart. 19, p. 152[8]; 21, p. 154[1].
*Bassus Heracleae.* Dec. 21, p. 660[61].
Bassila. Vid. Basilla.
Bassilianus. Vid. Basilianus.
Bassilla. Vid. Basilla.
Bassion. Feb. 14[60].
Bastamius, Bastamon. Feb. 9[40, 53].
*Bastamon in Aegypto.* Feb. 9, p. 84[63].
*Bastasius in Aegypto.* Feb. 9, p. 84[63].
Battaci. Mai. 8[51].
*Baudelius Nemausi.* Mai 20, p. 264[14].
Baudilius, Baudillius. Mai. 20[15]; 21[add].
*Beatrix. Vid. Viatrix.*
Beatus. Mai. 9[39]; sept. 19[82]; oct. 10[15].
*Beatus presb. Vindocinen.* Mai. 9, p. 242[39].
Bebea. Sept. 5[add].
*Bebea. Vid. Thuthael.*
Begorra civitas. Mai. 1[97].
Belia. Iul. 21[4].
Bellius. Vid. Bellicus.
Bellicus, Bellus. Ian. 22[45, 59]; 23[16, 27]; mai. 2[6]; 4[33]; iun. 21[6, 12].
Bellovacus, Belloacus. Ian. 8[add]; 9[add].
Benedictus. Mart. 20[add]; 21[add]; iul. 11[add]; 18[add].
*Benedictus ep. Rom.* Iul. 31, p. 407[exc].
*Benedictus ab.* Mart. 21, p. 155[add]; iul. 11, p. 370[add].
Beneventum civitas. Sept. 7[6].
Benigna. April. 3[34].
Benignus. Mart. 20[add]; april. 3[6, 42]; oct. 31[add]; nov. 1[94].
*Benignus ab. Fontanellae.* Mart. 20, p. 154[add].
*Benignus presb. Lingonis.* Nov. 1, p. 583[94].
*Benignus Mevaniae.* Iun. 7, p. 309[exc].
Benolus. Nov. 18[23].

Benveri

Benveri. Iun. 28 [27].
Berena. Nov. 26 [26].
Berensi. Mai. 8 [86].
Beresi. Oct. 18 [60]. — *Veronica.*
Berinia. Aug. 14 [14].
Bermiaci. Oct. 20 [20].
*Beroea urbs in Thracia.* Mart. 8, p. 133 [1].
Beronia. Mart. 8 [12]. — *Beroea.*
*Beronice. Vid. Veronica.*
Beronicus. Oct. 19 [36]. — *Veronica.*
Bessia, Bessi, Bissia, Hesa, Hessa, Vestita. Iul. 17 [24. 32]; 18 [19. 37. 71]; 20 [65]; sept. 16 [36].
*Bessia Scillitana.* Iul. 17, p. 380 [1]; 18, p. 383 [37]; 28, p. 400 [19].
Bethania (in). Oct. 17 [add]; dec. 21 [74].
Bethleem (in). Ian. 26 [add]; feb. 10 [41]; sept. 30 [28]; dec. 25 [2]; 28 [1].
Bettausia. Sept. 1 [49].
Beturica civitas, Beturicas, Beturivae, Beturio, Bituricas. Ian. 17 [add]; april. 28 [55]; mai. 20 [add]; iul. 4 [37]; aug. 1 [88]; 19 [32]; 27 [add]; sept. 19 [73]; 22 [add]; 24 [add]; oct. 1 [add]; 7 [29]; 12 [39]; 16 [add]; 26 [add]; nov. 1 [79. add]; 4 [add]; 23 [46].
Biblis. Iun. 2 [247].
*Biblis Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
Biccae. Iun. 28 [32].
Bicciani. Ian. 12 [38].
Bigati. Iun. 25 [13]; 26 [21]. — *Byzantis titulus.*
Bion. Mart. 21 [9].
Biricus. Mai. 10 [142].
Bissia. Vid. Bessia.
Bithinia, Bithynia, Bitia. Aug. 2 [37]; mart. 6 [13]; sept. 17 [23]; oct. 21 [17].
Bitia. Vid. Bithinia.
Biticendi. Ian. 20 [43].
Bituricas. Vid. Beturica.
Biturius. Vid. Veturius.
Bitus. Vid. Vitus.
Bizantium. Vid. Byzantium.
Blandina. Iun. 2 [264].
*Blandina Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
Blasius, Basilianus, Basilius. Feb. 3 [add]; 11 [8. 26].
*Blasius ep. Sebast.* Feb. 11, p. 87 [8].
Blastus, Blastinus. Iun. 17 [3. 15].
*Blastus Romae.* Iun. 17, p. 322.
Blera civitas. Mai. 25 [9].
Bobio monasterium. Nov. 23 [53].
Bonaefacia. Mai. 6 [73]; oct. 31 [23]; dec. 9 [20].
Bonaefacienti. Nov. 23 [45].
Bonefacius. Vid. Bonifatius.
Bonifatius, Bonefacius. Mai. 14 [add]; iun. 5 [add]; 7 [add]; sept. 4 [32. add]; nov. 11 [26]; dec. 29 [26].
*Bonifatius ep. Moguntin.* Iun. 5, p. 306 [add]; 7, p. 309 [add].
*Bonifatius ep. Rom.* Sept. 4, p. 487 [26]; dec. 29, p. 14 [26].
*Bonifatius Tarsi.* Mai. 14, p. 255 [add].
Bonitta. Ian. 12 [add].
Bononia civitas in Moesia. Ian. 1 [51]; 4 [13]; dec. 31 [21].
Bononia civitas in Italia. April. 29 [36]; nov. 27 [14]; dec. 3 [23].
Bonosa. Iul. 15 [9. 65].
*Bonosa in Portu Romano.* Iul. 15, p. 376 [54].
Bonosia. Feb. 2 [64].
Bonosus. Ian. 27 [19]; mai. 10 [81].
Brictio. Nov. 13 [50].
*Brictio ep. Turonen.* Nov. 13, p. 599 [45].
Brigida. Feb. 1 [add].
*Brigida in Scotia.* Feb. 1, p. 72 [add].
Britannia, Brittania, Brittannia. Feb. 7 [2]; 16 [2]; mai. 21 [31]; 28 [add]; iun. 22 [37]; iul. 28 [add]; 30 [add]; sept. 17 [1. 25].
Brivate, Britavense, Briviade vicus. April. 15 [add]; aug. 28 [54]; sept. 19 [45].
*Brivate vicus in Gallia.* Sept. 20, p. 519 [11].
Briviade. Vid. Brivate.
Brivinsis locus. Aug. 9 [99].
Brundisium civitas. Ian. 8 [add].
Bubati. April. 30 [88].
Bublassa. Iun 1 [46].
Budens. Vid. Pudens.
Bulodus. Iun. 1 [29].
*Burchardus ep. Wirziburgen.* Nov. 12, p. 597 [exc].
Burrus. Oct. 12 [add].
Bustasius. Mai. 18 [37].
Busti. Oct. 19 [29].
Buttasius, Butti. April. 12 [66. 94. add].
Buttolus. Oct. 9 [10]. Vid. Lugdulus.
Byzantium, Bizantium. Iun. 7 [4]; sept. 27 [8].
*Byzantis titulus Romae.* Iun. 26, p. 336 [1].

# C

Caballonum. Sept. 26 [13]. — *Albanum.*
Cacinari. Ian. 19 [31].
Caecilia, Cecilia, Cicilia. Mai. 8 [93]; 31 [38]; iun. 1 [30]; 2 [169]; aug. 11 [11]; sept. 16 [48]; nov. 22 [2. 5]; dec. 10 [13]; 18 [64]; 19 [55].
*Caecilia Romae.* Aug. 11, p. 435 [9]; sept. 16, p. 512 [45]; nov. 22, p. 613 [1].
Caeciliana. Dec. 18 [66]; 19 [57].
Caecilianus. Ian. 22 [42]; dec. 15 [14]; 19 [42].
*Caecilianus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56 [13].
*Caecilius Romae.* Nov. 17, p. 604 [31].
Caelesta. April. 16 [32].
Caelestinus, Celestinus, Caelestus. Ian. 21 [77]; 27 [56]; feb. 17 [52]; mai. 2 [2. 28]; 4 [29]; 8 [65]; dec. 31 [19].
Caelestus. Ian. 15 [13]; iul. 29 [54].
Caelianus, Celianus. Ian. 21 [15. 62]; 24 [39]; 27 [add]; dec. 15 [7]; 18 [52].
Caelifloria. Ian. 5 [9].
Caelius mons. Nov. 8 [3].
Caesaraugusta civitas. April. 15 [42].
*Caesaraugustani martyres XVIII.* Ian. 22, p. 56 [13].
Caesarea, Cesarea, Cesaria, Cessaria. Feb. 6 [add]; 24 [9]; mart. 2 [5]; 19 [2]; 23 [11. 15]; 28 [2. add]; april. 1 [add]; 3 [21]; 5 [32]; mai. 4 [71]; 19 [59]; 21 [8. 21]; 22 [42]; 29 [16. 52]; iun. 2 [206]; 7 [21]; 8 [6. 36]; 21 [25]; iul. 8 [17]; 11 [99]; 12 [33]; 16 [20]; aug. 2 [46]; 17 [2]; sept. 8 [60]; 9 [22]; 10 [2]; 27 [2]; oct. 23 [8]; nov. 1 [56]; 3 [2]; 5 [2]; 12 [5. 11]; 13 [6. 21]; 17 [53]; 18 [22]; 19 [2]; 20 [10]; 23 [30].
*Caesarius ep. Arelaten.* Aug. 27, p. 471 [67].
*Caesarius Terracinae.* April. 21, p. 201 [24]; nov. 1, p. 582 [35].
Cafargamala villa. Dec. 26 [5].
Cahis. Feb. 24 [45].
Cainon castrum. Aug. 20 [add].

Caiola. Vid. Gaiosa.
Caiti, Cauti. Oct. 10[11].
Cala monasterium. Ian. 30[add].
Calagori, Calagurris civitas. Mart. 3[51].
Calanus. Feb. 27[10].
Calatheo, Salatheo (in). Ian. 25[29].
Calcedonia civitas. April. 13[2]; aug. 17[8]; sept. 16[9]; 17[22]; oct. 13[10·13].
Calendion, Calendinus, Kalendion. April. 26[21]; oct. 30[5]; 31[22·68]; nov. 15[17]; 17[67]; 20[26]; 21[16]; dec. 1[19]; 31[64].
*Calendion Nicomediae.* Oct. 30, p. 577[1]; 31, p. 580[65].
Calepodii cimiterium. April. 12[17]; oct. 14[6].
Calesti, Calisti cimiterium. Dec. 29[23]; ian. 10[15]; 10[25]; 16[16·50]; 19[36]; feb. 20[15]; mart. 4[19]; april. 21[16]; 22[26]; mai. 19[38]; iul. 2[27]; aug. 2[4]; 6[4]; 9[74]; 13[10]; sept. 14[6]; 26[6].
Calestus, Caelestus. Oct. 12[37]; 14[7]; dec. 23[58]. — *Callistus.*
Calista, Caelesta, Calistus, Talis. April. 16[5]; 16[14·32·48·52].
Calistus, Celeste. April. 25[10]; sept. 1[29].
Callidus. Mart. 13[103].
Callinicus, Galinicus, Gallinicus, Gainicus. Ian. 15[6]; 18[56]; 20[9·57]; 27[47]; 31[20].
*Callinicus. Vid. Thyrsus.*
*Callis Corinthi.* April. 16, p. 193[1].
*Callista Syracusis.* April. 25, p. 209[1]; sept. 1, p. 481[26].
*Callistus ep. Rom.* Oct. 12, p. 553[34]; 14, p. 555[1]; 15, p. 557[14]; dec. 23, p. 663[77].
Calocerus, Calorus, Galcorus, Galicurus. Feb. 11[add]; april. 18[29]; mai. 17[12·27]; 19[3·43]; iul. 20[49].
*Calocerus Romae. Vid. Parthenius.*
Calponia. Iun. 2[116].
Calpurnia. Iun. 2[187].
Calricis. Mai. 6[40].
Camari, Camas, Camasi. Vid. Cumbas.
Cameracensis civitas, Cameracum. Aug. 11[add]; aug. 16[add].
Campania (in). Ian. 13[8]; 14[30·add]; 26[8]; feb. 10[33]; 11[7]; 16[add]; mart. 18[41]; april. 21[25]; iun. 2[217]; aug. 25[16]; sept. 5[16]; oct. 7[13]; 12[19]; 14[14]; 18[47]; 21[31]; nov. 5[24].
Campellus locus. Mai. 16[55].
Candedia. Mai. 10[108].
Candedianus. Vid. Candidianus.
Candedus. Vid. Candidus.
Candi. Iun. 6[21].
Candida. Ian. 7[32·add]; iun. 5[37]; aug. 29[46]; sept. 28[11]; oct. 3[2]; dec. 1[3]; 2[19].
*Candida Romae.* Oct. 3, p. 538[1]; dec. 1, p. 630[1]; 2, p. 632[18].
Candidianus, Candedianus. Ian. 7[37]; feb. 14[106].
*Candidianus Alexandriae.* Iun. 7, p. 30[34].
Candidus, Candedus. Ian. 3[85·add]; 5[7]; feb. 2[41]; 13[30]; 14[111]; mart. 10[4]; 11[8]; iun. 15[27]; iul. 10[91]; 11[63]; sept. 22[21·36]; oct. 8[19]; dec. 15[6·50].
*Candidus in loco Agauno.* Sept. 22, p. 522[12].
*Candidus Alexandriae.* Feb. 12, p. 89[9]; mart. 10, p. 135[2].
*Candidus Heracleae.* Ian. 5, p. 26[7]; p. 30[23]; feb. 13, p. 91[28].
Candonanus. Dec. 5[19].
Canella. Dec. 9[33].
*Canion Atellae in Campania.* Mai. 25, p. 274[exc].
Canonis. Oct. 27[11].
Cantia (in). Oct. 14[add].
Cantiana. Iun. 15[12]; 17[24].
Cantianella. Vid. Cantianilla.
Cantianilla, Cantianella. Mai. 31[8]; iun. 14[17]; 15[29].
*Cantianilla Aquileiae. Vid. Cantius.*
Cantianus. Mai. 30[add]; 31[4]; iun. 15[9·28]; 17[22].
*Cantianus Aquileiae. Vid. Cantius.*
Cantius. Ian. 26[add]; 28[12]; mai. 7[add]; 31[3]; iun. 17[21]; iul. 25[3].
*Cantius, Cantianus et Cantianilla Aquileiae.* Mai. 31, p. 284[1]; iun. 14, p. 318[17]; 15, p. 319[8]; 17, p. 323[30].
Capillidius. Mart. 18[23]. — *Colluthus.*
Capitolinus, Capitulinus. Mart. 8[5]; iun. 28[6·51]; aug. 24[4]; dec. 10[add]; 11[5].
Capiton, Capton, Carton, Arton. Iun. 23[9·12]; 27[40]; iul. 24[34·38].
Capitulinus. Vid. Capitolinus.
Capitulius. Iun. 28[31].
Cappa. Vid. Capua.
Cappadocia, Cappadotia. Feb. 3[add]; mart. 15[2]; mai. 30[add]; iul. 3[40]; aug. 17[9]; sept. 6[8]; oct. 14[13]; nov. 1[57]; nov. 22[35]; 23[11].
Cappua. Vid. Capua.
Caprasius. Oct. 20[29].
*Caprasius in civitate Agenno.* Oct. 20, p. 565[25].
Caprea (ad) via Nomentana. Sept. 16[22].
Capria. April. 27[50].
Capti. April. 27[53].
Capton. Vid. Capiton.
Capua, Cappua, Cappa. Ian. 25[11]; feb. 2[44·48]; mart. 21[add]; april. 12[123·add]; aug. 25[14]; 27[2]; 27[21]; sept. 1[8]; 5[15]; 7[1]; oct. 6[10]; 7[12]; 15[11]; nov. 5[6·26·30]; 16[2·75]; 17[2]; 26[add].
Caralis, Carralis civitas. Mart. 15[add]; nov. 21[14].
Cari Lampitis. Iun. 8[20·21]. — *Charalampus.*
Carilippus. April. 28[24].
Carillus. Mai. 29[54]. — *Charalampus.*
Carinianus. Feb. 23[26].
Carion. Nov. 30[22].
Carisius, Carissius, Charistius. Mart. 1[15]; 6[14·82]; april. 16[6·26].
*Carissa Corinthi.* April. 16, p. 193[1].
Carissimus. Mart. 3[62].
Carita. April. 13[16].
Cariton. April. 16[31]; iul. 25[33].
*Cariton. Vid. Chariton.*
Carmillae provincia. Mart. 23[9].
Caroticus. Ian. 12[39]. — *Castolus Zoticus.*
Carpeforus. Vid. Carpoforus.
Carpia. Mai. 27[23].
Carpisti. Mart. 13[31].
Carpoforus, Carpeforus. Feb. 12[16]; 23[20]; aug. 7[21]; 8[4·33]; 9[42]; nov. 8[add].
*Carpophorus Albani.* Aug. 8, p. 424[2]; 9, p. 429[42].
Carpus. Mart. 12[74]; april. 12[5]; aug. 9[29].
*Carpus, Papylus et Agathonice Pergami.* Mart. 12, p. 140[69]; april. 12, p. 185[1]; 13, p. 188[18].
Carra. Iun. 1[44].
Carralis. Vid. Caralis.
Carsicius, Clasicus. Feb. 18[10·25].
Carsus. Mart. 6[55].
*Carterius Caesareae.* Nov. 18, p. 607[22]; 19, p. 608[1].

Carthago, Cartago, Kartago. Ian. 19 [44]; 24 [21]; 25 [7, add]; feb. 12 [6]; mart. 11 [1]; 15 [15]; mai. 31 [9]; iul. 15 [70]; 17 [10]; sept. 1 [41, 44]; 2 [23]; 14 [17]; oct. 4 [14]; 28 [9, 23]; nov. 17 [58]; dec. 31 [17].
Cartherius. Nov. 18 [27, 33]; 19 [11]. — *Carterius.*
Carton. Vid. Capiton.
Cartula. Dec. 23 [52]. — *Castula.*
Carus, Charus. Mart. 5 [34]; april. 12 [139]; oct. 25 [46].
Carusus, Marusus. Oct. 4 [16].
Casinum castrum. Mart. 21 [add]; iul. 20 [add]; sept. 1 [add].
Cassericus. Mai. 6 [70].
Cassia. Nov. 1 [48].
Cassianus. Ian. 19 [26]; 22 [22]; mart. 26 [55]; iun. 3 [54]; 10 [13]; aug. 5 [21]; 11 [26, 41]; 13 [22]; nov. 26 [add]; dec. 1 [18]; 3 [29].
*Cassianus ep. Augustodunen.* Aug. 5, p. 419 [20].
*Cassianus Caesaraugustae.* Ian. 19, p. 49 [26]; 22, p. 56 [13].
*Cassianus Foro Cornelii.* Aug. 11, p. 435 [26]; 13, p. 440 [20].
*Cassianus Tingi.* Dec. 1, p. 630 [18]; 3, p. 634 [28].
Cassius, Tassius. April. 30 [62]; mai. 6 [69, 115]; 18 [51]; iun. 1 [80]; iul. 20 [33, 61]; oct. 10 [29].
Casso. Mart. 16 [21].
Casta. Feb. 22 [87]; 25 [27]; iun. 1 [127]; 2 [189]; oct. 31 [24].
Castinus. Ian. 21 [75].
Castola. Vid. Castula.
Castolinus. Ian. 12 [40].
*Castolinus. Vid. Castulinus.*
Castolus. Vid. Castulus.
Castor. Mart. 16 [8]; 28 [11]; april. 27 [7]; sept. 19 [8]; 19 [add]; nov. 7 [29]; 8 [7, 10]; dec. 28 [23].
*Castor Alexandriae.* Sept. 19, p. 517 [1].
*Castor Romae.* Nov. 8, p. 590 [1].
*Castor Tarsi.* Mart. 28, p. 165 [9]; april. 27, p. 212 [3].
Castrensis. Feb. 11 [add].
*Castrensis Volturni.* Feb. 11, p. 87 [6].
Castricius. Iul. 10 [112]; 11 [84].
Castula, Castola. Ian. 25 [12]; feb. 2 [42]; 15 [21, 47]; 22 [83]; mai. 7 [93]; 28 [29, 45]; 31 [47]; iun. 1 [40, 152]; 2 [188, 301]; 5 [36].
Castulina. Iun. 2 [96].
*Castulinus Romae. Vid. Castulus.*
Castulus, Castolus. Ian. 12 [34, 45]; 23 [20, 29, 43]; mart. 24 [add]; 25 [29]; 26 [3, 12]; iun. 1 [71]; 2 [162]; nov. 30 [11, 40].
*Castulus Romae.* Ian. 11, p. 37 [add]; 12, p. 38 [33]; mart. 26, p. 162 [1]; nov. 30, p. 628 [10].
Castus, Cottus. Ian. 27 [54]; feb. 17 [37]; 24 [65]; mart. 3 [5, 82, add]; 4 [75]; april. 1 [add]; mai. 8 [39]; 22 [7, 9, 21]; iun. 1 [95]; 2 [157]; sept. 4 [22, 38]; 30 [7, 20]; oct. 1 [19]; 3 [21]; 6 [4, 14, 36]; dec. 13 [21].
*Castus et Aemilius in Africa.* Feb. 17, p. 103 [37]; mai. 22, p. 267 [1]; oct. 6, p. 542 [1].
Catalaunis civitate. Aug. 5 [23].
Catena. Vid. Catina.
Cathedra Petri Antiochiae. Feb. 22 [1]. — Romae. Ian. 18 [5].
Cathena. Vid. Catina.
Catholinus. Vid. Catulinus.
Catina, Catena, Cathena, Cathinensium civitas. Ian. 25 [23]; feb. 5 [4, 10]; iul. 12 [16]; aug. 12 [4]; sept. 12 [8]; dec. 31 [47].
Cato. Mart. 17 [23]; dec. 28 [32].
Catuinus. Vid. Cittinus.
Catula. Mart. 24 [15]; mai. 7 [83].
Catulinus, Catholinus. Mart. 19 [22]; april. 23 [3]; iun. 1 [162]; iul. 15 [73].
*Catulinus diac. Carthagine.* April. 23, p. 204 [1]; iul. 15, p. 377 [28].
Catulus. April. 13 [8].
Catus. Iun. 3 [29].
Caucoliberis, Collo Liveris civitas. April. 16 [22]; 16 [add]; 19 [33, 34].
Caudiliai (in). Sept. 3 [add].
Caudis (in). Sept. 3 [31].
Cavillonum, Cavilonis civitas. Mart. 28 [12]; sept. 4 [44]; 15 [52].
Cecilia. Vid. Caecilia.
Cecilius, Cicilius. Feb. 16 [30]; mai. 7 [61]; 10 [67]; nov. 17 [33].
Cedecesis. Mart. 9 [19].
Cedianus. Ian. 22 [39].
Celedonia. Ian. 20 [52].
Celedonius. Mart. 3 [47, 55]; sept. 29 [44]. — *Chelidonius.*
Celer. Feb. 3 [9, add]; 28 [5].
Celer (in). Mart. 26 [53].
Celerina. Feb. 3 [13]; sept. 28 [13].
*Celerina Carthagine.* Feb. 3, p. 76 [9].
Celerinus. Feb. 14 [140]; mai. 6 [116]; mai. 7 [22, 36]; sept. 24 [27].
Celesinus. Nov. 8 [25].
Celestinus. Vid. Caelestinus.
Celianus. Vid. Caelianus.
Celsa. Iul. 28 [23, 29, add].
Celsianus. Ian. 21 [13].
Celsus. Ian. 6 [30]; iun. 19 [13]; iul. 20 [47]; 28 [43]; oct. 30 [54].
*Celsus Antinoi.* Ian. 6, p. 28 [22].
*Celsus Mediolani.* Iun. 19, p. 326 [8]; iul. 28, p. 400 [35]; oct. 30, p. 578 [50].
Cendeus, Cendis, Gindeus, Vindeus. Ian. 20 [48]; 21 [20]; april. 26 [7]; mart. 9 [20]; 11 [20]; mai. 9 [4]; 10 [58].
*Cendeus. Vid. Cindeus.*
Cendinus. Iun. 16 [13].
Cendis. Vid. Cendeus.
Cenomannis, Cinomannis civitas. Mart. 1 [add]; iul. 1 [add]; sept. 1 [58].
Cenronius. Mai. 18 [14].
*Cenron Alexandriae.* Mai. 18, p. 260 [1].
Censorianus. Ian. 28 [add].
Censurius. Iun. 10 [32].
*Censurius ep. Autissiodoren.* Iun. 10, p. 313 [29].
Centulum monasterium. April. 26 [add]; oct. 9 [add]. — *Centula.*
Centulus. Nov. 30 [50].
Ceratius. Iun. 6 [25].
*Ceratus (Ceretius) ep. Gratianopolitan.* Iun. 6, p. 307 [23].
Cerbonius. Oct. 10 [add].
Cereae. Oct. 16 [8].
Ceremonia. April. 11 [35].
Cerenei. Aug. 4 [add].
Cerentia. Vid. Terentia.
Cerialis. Iul. 3 [57].
Cerilia. Iul. 8 [15]. — *Glyceria.*
Cervidunensis vicus. Aug. 24 [33].
Cesarea, Cesaria, Cessaria. Vid. Caesarea.

Cesena (in). Iul. 21[20]. — *Caesarea.*
Cessarius. April. 21[27]; aug. 27[71]; nov. 3[14]; 4[4.10]; 5[13]; 12[16].
Cessi. Iul. 10[164]; 11[62].
Cessionis. Mart. 6[add]. — *Suessionis.*
Cettinus. Vid. Cittinus.
Cetula. Feb. 17[71].
*Charalampius presb. Nicomediae.* April. 28, p. 216[24].
Charistius. Vid. Carisius.
Charistus. Vid. Chrestus.
*Chariton Nicomediae.* Aug. 8, p. 425[54].
Charus. Vid. Carus.
*Chelidonius Calagurri.* Mart. 3, p. 124[51].
Chilbertus, Childebertus. April. 19[add].
Childemarca, Childomarca. Iun. 19[add].
*Childomarca abb. in Fiscamno.* Iun. 19, p. 327[add].
Chionia. April. 1[14]; 3[26]; 5[27].
*Chionia Thessalonicae.* April. 1, p. 169[14]; 3, p. 173[35]; 5, p. 175[23]; oct. 8, p. 546[exc].
Chlodesinda. Mart. 14[add].
*Chlodesindis abb. Mettis.* Mart. 14, p. 144[add].
Chlodoaldus, Chlodovaldus, Clodoaldus. Mai. 28[add]; sept. 1[add]; 7[30].
*Chlodovaldus rex Parisiis.* Mai. 28, p. 279[add]; sept. 1, p. 483[add]; 7, p. 493[26].
Chorintus. Vid. Corinthus.
Chottia. Mai. 15[11]. — *Dinogetia.*
*Chounradus ep. Constantien.* Nov. 26, p. 622[exc].
Chrestus, Charistus, Arestus, Euristes, Crestus, Crescius, Crista. April. 3[7.8]; iun. 4[40]; 8[9.39]; aug. 10[69]; oct. 1[31]; dec. 18[36]; 19[27].
*Chrestus Tomis.* April. 3, p. 172[3]; iun. 8, p. 310[39]; oct. 1, p. 535[1].
Christiana. April. 16[10].
*Christina Tyri.* Iul. 24, p. 394[40].
Christoforus, Cristoforus. Iul. 25[44]; sept. 24[16].
*Christophorus in civitate Samon.* Iul. 25, p. 396[39].
*Chrysanthus et Daria Romae.* Aug. 12, p. 437[23]; oct. 25, p. 570[1]; nov. 29, p. 626[1]; dec. 20, p. 656[41].
*Chrysogonus Aquileiae, Romae.* Feb. 17, p. 103[13]; mai. 31, p. 284[1]; nov. 24, p. 618[1].
Chuni (barbari). Iun. 14[36].
Chusti, Christi. Iul. 3[29].
*Ciaran. Vid. Keranus.*
Ciballae, Tiballi civitas. April. 28[6]; mai. 29[10].
Cicilia. Vid. Caecilia.
Cicilius. Vid. Cecilius.
Cilicia. Feb. 14[37]; april. 5[38]; 27[4]; 28[14]; iun. 4[37]; aug. 23[51]; sept. 27[15]; oct. 9[63]; 11[2].
Cilonia. Mai. 28[37].
Ciminus. Vid. Zeminus.
*Cindeus Axiopoli.* April. 26, p. 210[1]; mai. 9, p. 241[1]; 10, p. 245[56].
*Cindeus Nicomediae.* Ian. 20, p. 51[39]; p. 53[19].
Cineri. Mai. 8[75].
Cinnamus. Iun. 23[5].
Cinomannis. Vid. Cenomannis.
Cionia. Iul. 3[62].
Cionis. Vid. Cionius.
Cionius, Cionis. Mart. 12[89]; 13[10]; iul. 3[74].
Cipri, Cypri. April. 27[add]; iun. 3[88].
Ciprianus. Vid. Cyprianus.
Ciprus. Vid. Cyprus.
*Ciratus. Vid. Ceratus.*
Circumcisio Domini. Ian. 1[4].
Circusseus, Cusseus. Dec. 18[86]; 19[80].
Ciriaca. Vid. Cyriaca.
Ciriacus. Vid. Cyriacus.
Ciricus, Cyricus. Ian. 3[5]; mart. 3[76]; mai. 14[46]; 15[23]; iun. 1[15]; 16[16]; iul. 11[51].
*Ciricus. Vid. Cirycus.*
Cirilla. Mai. 13[8.28].
Cirillus. Vid. Cyrillus.
Cirinus. Vid. Cyrinus.
Cirion. Vid. Cyrion.
*Cirycus Nicomediae.* Mart. 3, p. 125[76].
*Cirycus, Iulitta et soc. Antiochiae.* Mai. 14, p. 254[42]; iun. 16, p. 321[14].
Cistus. Iun. 1[170].
Cithinus, Citinus. Vid. Cittinus.
Cittinus, Cettinus, Catuinus, Cithinus, Citinus, Corintus, Crestinus, Quindinis. April. 12[63]; mai. 2[4]; 8[105]; 6[100]; iul. 17[5]; 18[60.62]; sept. 16[33]; oct. 17[10].
*Cittinus Scillitanus.* April. 12, p. 186[63]; iul. 17, p. 380[1]; oct. 17, p. 559[10].
Cladius. Vid. Claudius.
Claonius. Mart. 13[44. add]. — *Pionius.*
Clarina. Aug. 12[26]. — *Daria.*
Clasicus. Vid. Carsicius.
Claudia. Ian. 2[27].
Claudianus. Feb. 24[91]; 28[9]; mart. 3[63]; 6[45.49]; april. 5[3]; oct. 24[15]; 25[38.54]; nov. 25[3].
*Claudianus Alexandriae.* Feb. 24, p. 115[83]; 28, p. 118[1]; mart. 6, p. 131[1]; april. 27, p. 213[58].
*Claudianus Attaliae.* Mart. 6, p. 131[1].
*Claudianus Hierapoli.* Oct. 24, p. 569[13]; 25, p. 571[38].
*Claudianus Nicomediae.* Mart. 6, p. 130[1]; april. 5, p. 175[1].
Claudion. Ian. 3[12].
Claudius, Gaudius. Mart. 20[12]; april. 30[13]; iun. 1[189]; aug. 12[27.45]; 23[54]; nov. 7[27]; 8[6].
*Claudius in Africa.* April. 30, p. 220[13].
*Claudius Aegeae.* Aug. 23, p. 461[51].
*Claudius Romae.* Aug. 12, p. 437[23]; nov. 8, p. 590[1].
*Claudius ep. Viennen.* Iun. 1, p. 291[188].
Cleasi. Sept. 9[25].
Clecinas. Vid. Duo Clecinas.
Clematius. Vid. Clemens.
Clemeni. Dec. 2[17].
Clemens, Clematius. Ian. 20[17.37]; 22[76]; 23[45]; mart. 20[add]; april. 30[120]; iun. 15[11]; 27[32]; 27[add]; iul. 18[24.50]; 25[31]; nov. 9[16]; 21[20]; 23[2.17]; dec. 30[add].
*Clemens Ancyrae.* Ian. 22, p. 57[76]; 23, p. 58[39].
*Clemens presb. Lugduni.* Ian. 20, p. 51[16].
*Clemens ep. Rom.* Nov. 23, p. 615[1].
Clementia. April. 12[78].
Clementinus. Nov. 11[33]; 14[7].
Clementius. April. 30[15].
Clericus, Cliricus. Iul. 10[166]; aug. 27[48].
Clerus. Ian. 30[9].
Cletus, Clitus. April. 26[add]; nov. 22[28]; dec. 23[41]; 30[22].
*Cletus ep. Rom.* April. 26, p. 211[add]; dec. 23, p. 663[77]; 30, p. 15[10]; 31, p. 18[43].
Clidonius. Oct. 10[add].
Cliricus. Vid. Clericus.
Clitus. Vid. Cletus.

Clodoaldus. Vid. Chlodoaldus.
Clolo (in). Iul. 28 [add]. — *Dolo.*
Clugdius. April. 30 [47]. — *Claudius.*
Clusius. Vid. Pelusius.
Cobosa. Iul. 22 [25].
Cociacus locus. Mai. 26 [33].
Cocleus, Diocles. Iul. 16 [32].
Codia. Dec. 21 [30].
Codomanus. April. 29 [16].
Colionus. Mart. 24 [24].
Colisius. April. 30 [29].
Colla(tina) via. Iul. 23 [20].
Collecticius. Mart. 18 [3].
Collo Liveris (in). Vid. Caucoliberis.
*Colluthus diac. Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63]; mart. 18, p. 150 [1].
*Colmanus.* Iul. 8, p. 360 [exc].
Colonia Agrippina. Oct. 9 [17]; 15 [3].
Colonica vicus. Mart. 27 [add].
Colonica. Mai. 19 [50]; dec. 13 [36].
Colotus. Feb. 9 [44]; mart. 18 [5]. — *Colluthus.*
Colovi. Aug. 20 [21].
Columba. Dec. 31 [76, add].
*Columba v. Senonensis.* Dec. 31, p. 18 [73].
*Columba ab. Hien.* Iun. 9, p. 312 [exc].
Columbanus. Oct. 19 [add]; nov. 23 [56].
*Columbanus ab. Bobien.* Nov. 23, p. 617 [56].
*Columbanus presb. Turonis.* Oct. 19, p. 563 [add].
*Columcille. Vid. Columba ab. Hien.*
Comatis. April. 15 [13].
*Comgallus. Vid. Congillus.*
Cominius, Comminius, Cumminius, Decumminus, Euminius, Occominus, Hominius. Ian. 31 [9]; feb. 9 [60]; 11 [24]; 12 [20, 22]; mai. 11 [13]; 28 [35, 41]; iun. 2 [236]; oct. 27 [36].
*Comminius Lugduni.* Mai. 28, p. 279 [35]; iun. 2, p. 298 [290].
Comis. Mart. 14 [26].
Comminius. Vid. Cominius.
*Comminius Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
Commodellae cimiterium. Aug. 30 [4].
Complutum civitas. Aug. 25 [36].
Comsa (in). Oct. 30 [13].
Concessa. April. 8 [7]; 10 [7].
Concessus. Mart. 9 [23]; 12 [92]; 13 [111]; april. 8 [5, 10]; 9 [15]; 11 [7]; mai. 22 [17].
*Concessus in Africa.* April. 8, p. 179 [1]; 9, p. 180 [14].
Concordia. Ian. 5 [add]; feb. 17 [16]; 22 [8, 56]; iun. 2 [73]; dec. 16 [6].
*Concordia Romae.* Feb. 22, p. 109 [8].
Concordia civitas. Feb. 17 [8]; 18 [3].
Concordius. April. 30 [53]; mai. 6 [30].
*Concordius in Africa.* April. 30, p. 220 [52]; mai. 6, p. 233 [25].
Conexus. Vid. Concessus.
Congillus. Mai. 10 [add].
*Congillus ab. in Scotia.* Mai. 10, p. 246 [add].
Constantia. Mai. 10 [82]; sept. 17 [8]; 19 [99]; 20 [12]; 20 [19, 23].
Constantinopolis. Mai. 7 [add]; 8 [17]; 9 [28]; 18 [34]; iun. 7 [add]; 15 [13]; iul. 3 [50]; 19 [9, 15]; aug. 3 [1, 10]; 27 [28]; 28 [35]; dec. 25 [58]. — Vid. Byzantium.
Constantinus. Ian. 29 [13]; april. 12 [155].
Constantinus imperator. Mai. 3 [24]; aug. 31 [add].
Constantinus pagus. April. 16 [add].
*Constantinus Perusiae.* Ian. 29, p. 67 [8].
*Constantinus ep. Vappingen.* April. 12, p. 186 [1].
Constantius. Ian. 3 [80]; sept. 1 [add]; 15 [39]; 17 [19].
*Constantius in Casino.* Sept. 1, p. 483 [add].
*Constantius in Nuceria.* Sept. 17, p. 514 [6]; 20, p. 519 [16].
Constantius imperator. Aug. 31 [add].
Coprica. Vid. Apricus.
Corbeia monasterium. Ian. 30 [add]; mai. 8 [add]; iun. 5 [add]; iul. 15 [add]; 20 [add]; sept. 2 [add]; 21 [add]; oct. 9 [add].
*Corbinianus ep. Frisingensis.* Sept. 8, p. 497 [exc].
Corcodomus. Mai. 4 [92].
*Corcodomus diac. Autissiodori.* Mai. 4, p. 230 [86].
Corconianus. Iul. 28 [add].
Cordoba civitas. Iun. 27 [21]; oct. 13 [3]; 14 [26]; nov. 18 [12].
Cordua civitas. April. 22 [13].
Cori. Vid. Corinthus.
Corinthion. Aug. 8 [60].
Corinthus, Chorintus, Corintus civitas. April. 16 [3]; 23 [5]; iul. 20 [39].
Corintus. Sept. 16 [33]. — *Cittinus.*
Cornelia, Cornilia, Corniva (via). Ian. 16 [22, 57]; 20 [8]; iul. 10 [49].
Cornelia, Cornilia. Mart. 31 [7]; april. 14 [27, 55]; 20 [22, 25].
Cornelius, Cornilius. Ian. 15 [12]; 23 [25, 36, add]; iun. 2 [273]; sept. 14 [7]; dec. 23 [35, 77]; 31 [52].
*Cornelius Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
*Cornelius ep. Rom.* Sept. 14, p. 505 [1]; dec. 23, p. 663 [77]; 31, p. 18 [48].
Cornilanensi. Iul. 12 [37].
Cornilia, -us. Vid. Cornelia, -us.
Cornilianus. Feb. 2 [55]; iul. 8 [27].
Corniva (via). Vid. Cornelia.
Corona. Ian. 1 [9, 76]; feb. 20 [22]; april. 23 [34]; 24 [3, add]; mai. 14 [6]; iul. 21 [10].
*Corona. Vid. Victor.*
*Coronati Quattuor.* Nov. 8, p. 590 [1].
Corrolius. Vid. Cirillus.
Corsica insula. Mai. 22 [26].
Cortona civitas. Mai. 16 [28].
Cosconianus. Iul. 28 [14].
Cosconius, Crisconius, Cusconius, Quosquonius, Sconis. Ian. 13 [27]; 15 [3]; 18 [59]; feb. 23 [23, 45]; sept. 2 [15].
*Cosconius. Vid. Zenon.*
Cosmas. Sept. 27 [9, 29].
*Cosmas et Damianus Romae.* Sept. 27, p. 528 [9].
Coteussa. Iun. 1 [41].
Cotia. April. 30 [33].
Cotia. Oct. 1 [16, 24, 26]. — *Dinogetia.*
Cotta. Dec. 31 [55]. — *Agatha.*
Cottius. Vid. Castus.
Covili. Feb. 17 [74].
Credula. Mai. 13 [9, 30].
Crescens, Criscens. Iun. 3 [36]; 27 [24]; 28 [12]; oct. 31 [54]; nov. 1 [42, 67]; dec. 29 [7].
Crescens Romae. Iun. 27, p. 338 [1].
Crescentia, Criscentia. Iun. 4 [51]; 15 [40]; aug. 10 [91].
*Crescentia in Sicilia.* Iun. 15, p. 320 [36].
Crescentianus, Criscentianus, Crisentianus. Feb. 17 [14]; mai. 31 [13]; iun. 13 [4]; aug. 8 [12, 42]; 10 [16]; oct. 17 [11].
*Crescentianus Romae.* Aug. 8, p. 425 [10].
Crescentinus. Mai. 27 [30].
Crescentio. Aug. 4 [9, 30]; 9 [10]; 10 [49].
*Crescentio Romae.* Aug. 4, p. 417 [1].

Crescentius

Crescentius, Criscentius. Feb. 17[51]; 25[23]; mai. 7[70. 111]; 19[49]; oct. 1[5. 8]; 10[19]; nov. 3[add]; 9[11].
Crescius. Vid. Chrestus.
Crestinus. Vid. Cittinus.
Crestus. Vid. Chrestus.
Creta provincia. Oct. 9[31].
Crisantus, Crissantus. Feb. 17[4]; aug. 12[24. 36]; nov. 29[3. 12]; 30[45]; dec. 19[111]; 20[41].
*Crisantus. Vid. Chrysanthus.*
Criscens. Vid. Crescens.
Criscentia. Vid. Crescentia.
Criscentianus. Vid. Crescentianus.
Criscentio. Vid. Crescentio.
Criscentius. Vid. Crescentius.
Crisconina. Feb. 24[30].
Crisconius. Vid. Cosconius.
Crisentianus. Vid. Crescentianus.
Crisi. Iul. 10[90].
Crisinus. Iun. 21[14].
Crisogonus, Crissogonus. Mai. 31[6]; iun. 15[31]; nov. 22[27]; 23[21]; 24[7].
*Crisogonus. Vid. Chrysogonus.*
Crisolus. April. 22[18].
*Crisotelus presb. Cordubae.* April. 22, p. 203[13].
Crispianus. Iun. 27[7].
Crispina. April. 12[88]; aug. 10[62]; dec. 3[16. add]; 5[add]; 10[15].
*Crispina in Africa.* Dec. 5, p. 635[4].
Crispinianus. Mart. 6[add]; iun. 27[15]; oct. 25[53].
*Crispinianus. Vid. Crispus, Crispinus.*
Crispinus. Feb. 21[24]; mart. 6[add]; april. 12[97]; 12[112]; 18[34]; 30[67. 69]; mai. 6[81]; iun. 1[12]; 18[26]; 20[14]; oct. 25[51]; nov. 20[32]; dec. 5[4].
*Crispinus Astigi.* Nov. 20, p. 610[23].
*Crispinus et Crispinianus Suessionis.* Mart. 6, p. 131[add]; oct. 25, p. 571[48].
Crispion. Mai. 10[61].
Crispolus. Mai. 29[8. 14]; 30[15]; iun. 10[22]; 11[6. 23].
Crispus. Mai. 10[178]; iun. 27[14].
*Crispus et Crispinianus Romae.* Iun. 27, p. 338[7].
Crissantus. Vid. Crisantus.
Crissogonus. Vid. Crisogonus.
Crista. Vid. Chrestus.
Cristatis. Nov. 1[11].
Cristianus. Dec. 4[3].
Cristina. Iul. 24[44].
Cristinus. Vid. Crisantus.
Cristoforus. Vid. Christoforus.
Croci. Sept. 15[13. 41].
Crucis Inventio. Mai. 3[8]; 7[add]. — Exaltatio. Sept. 14[add]. — Apparitio. Aug. 19[30]. — Hierosolymis. Mart. 24[add]. — Ded. ecclesiae. Iul. 1[add]; 2[add].
*Crucis Apparitio Hierosolymis.* Aug. 19, p. 452[27].
*Crucis Inventio.* Mai. 3, p. 227[1]; 7, p. 237[add].
*Crucis Exaltatio.* Sept. 14, p. 506[add].
Crusis. Mart. 30[13].
Cucubas, Locufas, Quoquofas. Feb. 15[34]; 16[12]; 16[39]; 28[31].
*Cucufas Barcinone.* Feb. 15, p. 98[29]; 16, p. 100[8]; iul. 25, p. 396[add].
Cuddei. Mai. 10[120].
Cumbas, Camas, Camasi, Camari. Feb. 16[add]; iun. 4[10. 45]; 6[14]. — *Cumae.*
Cuminia. Oct. 27[25].
Cumminius. Vid. Cominius.
*Cumminius Lugduni. Vid. Comminius.*
Cundianus. Sept. 15[43]. — *Gordianus.*
Cupsicius. Sept. 10[10]. — *Eupsychius.*
Currenti. Mart. 18[55].
Currentis. Dec. 10[2].
*Curseus Romae.* Dec. 19, p. 654[67].
Cursicius. Iun. 30[13].
Cusa. Iul. 25[add].
Cusconius. Vid. Cosconius.
Cusseus. Vid. Circusseus.
Cutata. Iul. 17[30]. — *Laetantius.*
Cuthbertus. Mart. 20[add].
*Cuthbertus ep. Lindisfarnen.* Mart. 20, p. 154[add].
Cutidus, Cuttidus. Mai. 8[60]; sept. 6[13].
Cuturnus. Feb. 15[46].
Cyprianus, Ciprianus. April. 12[124]; 15[14]; sept. 14[20]; nov. 25[5].
*Cyprianus ep. Carthaginien.* April. 12, p. 186[123]; sept. 14, p. 506[15].
Cyprus. Feb. 9[3]; 20[2].
Cyptonis, Giptonis. Feb. 17[45].
Cyria. Dec. 11[31].
Cyriaca, Ciriaca, Cyriace. Mart. 16[12]; 17[6]; april. 2[13]; 6[13]; 7[add]; aug. 8[15]; 10[71].
*Cyriaca Nicomediae.* April. 6, p. 176[1].
Cyriace, Cyriacitis. Vid. Cyriaca.
Cyriacus, Ciriacus, Kiriacus, Kyriacus, Seriacus. Ian. 12[3]; 13[10]; 20[42. 46. 58]; 21[24]; 31[10]; feb. 1[57]; 9[62]; 11[22]; 12[18]; 13[10]; 22[96]; mart. 16[19]; april. 2[36]; 14[5]; 22[55]; mai. 12[add]; iun. 16[3]; 17[2]; 18[19]; 20[5]; 21[4]; iul. 3[75]; 20[40]; aug. 8[10. 40. 45]; 10[14]; 23[46]; nov. 25[14]; dec. 19[10]; 20[29]; 21[80]; 25[21]. — Vid. Quiriacus.
*Cyriacus in Aegypto.* Ian. 31, p. 69[1]; feb. 1, p. 71[7]; 9, p. 84[63].
*Cyriacus Hierapoli.* Oct. 24 p. 569,[13].
*Cyriacus, al. Quiriacus ep. Hierosolymitan.* Mart. 17, p. 149[add]; mai. 1, p. 224[54].
*Cyriacus Nicomediae.* Ian. 20, p. 51[39]; 21, p. 53[19]; 22, p. 56[63].
*Cyriacus conditor tituli Romae.* April. 14, p. 189[5].
*Cyriacus Romae Via Ostiensi.* Mart. 16, p. 147[12], p. 148[9]; 17, p. 148[6]; aug. 8, p. 425[10]; 23, p. 461[43].
Cyricus. Vid. Ciricus.
Cyrillus, Cirillus, Corrolus. Mart. 8[17]; 9[16]; 20[8]; april. 12[56. 141]; 26[add]; mai. 10[57. 183]; 29[18]; 30[add]; iul. 3[26]; 9[18]; 10[109. 171]; 11[83]; 22[5. 12]; aug. 1[36]; 19[19]. — Vid. Quirillus.
*Cyrillus ep. Alexandrin.* Ian. 28, p. 66[exc].
*Cyrillus ep. Antiochen.* Mart. 20, p. 154[1].
*Cyrillus Axiopoli.* Mart. 9, p. 135[16]; april. 26, p. 210[1]; mai. 9, p. 241[1]; 10, p. 245[56]; 13, p. 251[8].
*Cyrillus ep. Beroeen.* Mart. 8, p. 133[1].
*Cyrillus Caesareae Cappadociae.* Mai. 29, p. 281[16]; nov. 3, p. 584[1].
*Cyrillus Romae.* Aug. 10, p. 433[54].
*Cyrillus ep. Tomis.* April. 26, p. 210[1]; iul. 9, p. 360[5]; aug. 1, p. 410[35].
Cyrinus, Cirinus. Iun. 4[20]; 12[add]; iul. 10[94]; 11[68]; sept. 15[9. 40]. — Vid. Quirinus.
*Cyrinus Alexandriae.* Sept. 15, p. 507[1].
*Cyrinus Romae.* Mart. 24, p. 158[add].
Cyrion, Cirion. Feb. 14[22. 57]; iul. 3[18. 35]; 10[108]; 11[82]; sept. 15[20].


*Cyrion*

*Cyrion in Aegypto.* Feb. 14, p. 95 [119].
Cyrus. Mart. 24 [add].

## D

Dacia Ripensis. April. 10 [add].
Dacianus. Mai. 31 [10].
Dagari. April. 30 [115].
Dagioni. Iul. 14 [9].
Dagoleiphus. Mart. 28 [add].
Dalmatia (in). April. 11 [15. 22].
Dalmatus. Vid. Dalmatia.
*Dama Caesareae Cappadociae.* Sept. 8, p. 496 [60].
Damasco (in). Iul. 20 [13. 28]; sept. 8 [66].
Damasi cimiterium. Iul. 2 [12].
Damasus. Ian. 25 [add]; feb. 18 [13]; dec. 10 [21]; 11 [add].
*Damasus ep. Rom.* Dec. 10, p. 641 [20]; 11, p. 643 [1].
Dami. Mai. 27 [22].
Damianus. Feb. 12 [4]; sept. 27 [11. 31]; nov. 9 [3].
*Damianus Romae. Vid. Cosmas.*
Danaelus. Vid. Danihel.
Danda. Mart. 7 [34. 45].
*Daniel Nicopoli.* Iul. 10, p. 367 [155].
Danihel, Danaelus. Iul. 10 [82]; 11 [48].
Daretia. Vid. Daria.
Daria, Daretia. Iul. 19 [10. 16]; aug. 12 [38]; nov. 29 [5. 14]; dec. 19 [113]; 20 [43].
*Daria Romae. Vid. Chrysanthus.*
Dasciometis. Oct. 21 [3].
Dasius, Dassius, Taxius. Aug. 4 [add]; 5 [3. 15]; oct. 4 [20]; 18 [20. 38. 57]; 19 [23]; 20 [4]; nov. 20 [7. 15]. — Vid. Bassus.
*Dasius Axiopoli et Heracleae.* Aug. 5, p. 419 [12]; oct. 4, p. 540 [19]; 18, p. 561 [20]; nov. 20, p. 609 [1].
*Dasius Nicomediae.* Oct. 21, p. 565 [1].
Datianus. Feb. 27 [26]; mart. 8 [add]; 16 [5]; 17 [10. 24]; iun. 4 [35].
Datica. Vid. Dativa.
Datius. Vid. Datus.
Dativa, Datica. Feb. 22 [72]; mai. 8 [58. 62]; 10 [143].
Dativus. Ian. 26 [add]; 28 [3]; feb. 17 [44]; mart. 14 [15]; 30 [add]; mai. 10 [49. 70]; 18 [15. 44]; dec. 25 [24].
*Dativus in Africa.* Mart. 14, p. 144 [15].
Datula. Iun. 2 [88]. — *Donatula.*
Datulus. Dec. 18 [38]; 19 [29].
Datus, Datius. Ian. 21 [59]; 24 [35]; 27 [add]; mai. 10 [121]; iun. 2 [158].
Davalli. Iun. 10 [16].
David. Dec. 29 [add].
Davigilisus. Mart. 1 [add].
Dea civitas. Ian. 17 [45].
Debuchi. Dec. 2 [14].
Decenia. April. 14 [53].
Decimus. April. 12 [43].
Decisus. Sept. 4 [25].
Decius imperator. Mai. 19 [7. 26]; aug. 26 [add]; dec. 23 [add].
Decomedis. Vid. Diomedes.
Decroni. Mart. 22 [21].
Decummini. Vid. Cominius.
Defensor. Oct. 17 [14].
Demetria. Iun. 3 [10].
*Demetrianus ep. Antiochen.* Iul. 3, p. 351 [64]; nov. 10, p. 593 [1].
Demetrius, Dimetrius. April. 9 [12]; 12 [73]; 30 [65]; mai. 11 [41]; iul. 3 [64]; aug. 14 [7]; sept. 8 [27]; 14 [26. 32]; 19 [3. add]; nov. 9 [12]; 10 [3]; 15 [23]; 21 [24]; 22 [17. 31]; dec. 22 [27].
*Demetrius Alexandriae.* Sept. 19, p. 517 [1].
*Demetrius presb. Heracleae.* Nov. 14, p. 599 [1]; 15, p. 601 [22].
*Demetrius diac. Sirmii.* April. 9, p. 180 [1].
Democritus. Iul. 31 [6].
*Democritus Synnadis.* Iul. 31, p. 406 [1].
Demori. Mai. 6 [77]. — *Demetrius.*
Denecutia. Vid. Denegotia.
Denegotia, Denecutia, Digni Chottiae. Mai. 14 [22]; 15 [10. 11]; oct. 1 [9]. — *Dinogetia.*
Deodatus, Theodatus. Iun. 19 [add].
*Deodatus ep. Nivernen.* Iun. 19, p. 327 [add].
Desiderius. Ian. 5 [add]; feb. 11 [add]; mai. 23 [8. 21]; 25 [add]; sept. 7 [10]; 24 [add]; 30 [8. 22]; oct. 19 [11]; 19 [27].
*Desiderius Beneventi et Neapoli.* Sept. 7, p. 492 [6]; oct. 19, p. 563 [11].
*Desiderius ep. Lingonen.* Feb. 11, p. 88 [add].
*Desiderius ep. Viennen.* Feb. 11, p. 88 [add]; mai. 23, p. 268 [6].
*Deusdedit ep. Rom.* Nov. 6, p. 589 [exc].
Deuteris. Iul. 21 [38].
*Deuterius Massiliae.* Iul. 21, p. 389 [34].
Dexter. April. 12 [48]; mai. 7 [43].
Dia. Vid. Divus.
Dicei. Oct. 21 [20].
Dicenti. Feb. 13 [20]; nov. 19 [13].
Dicessus. Mai. 19 [27].
Dicianus. Feb. 24 [46].
Dida. Nov. 17 [46]. — *Thecla.*
Didalus. Ian. 18 [45].
Diddius. Feb. 24 [48].
Didimus, Dudimus. Feb. 9 [19]; 20 [6]; april. 5 [11]; sept. 8 [31]; 10 [27]; dec. 22 [57].
*Didymus Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63].
*Didymus presb. Alexandriae.* Feb. 20, p. 106 [6]; april. 5, p. 175 [10]; sept. 8, p. 495 [31].
Dieranti. Mai. 18 [42]. — *Dioscorus.*
Digna. Oct. 1 [23].
Digni Chottiae. Vid. Denegotia.
Dignus. Iun. 26 [19]; dec. 18 [37]; 19 [28].
Dimetrius. Vid. Demetrius.
Dinaris. Feb. 21 [28].
Dininse (in). Mart. 1 [add].
Dinoci. Iun. 4 [4]. — *Nivedunum.*
Diocletiani (thermae), duo clecinas (iuxta). April. 14 [6]; aug. 11 [18. 19].
*Diocletianus Ausimi.* Mai. 16, p. 257 [15].
Dioclia. Mai. 24 [33].
Dioclitianus. Mai. 16 [19].
Diodolus. Mart. 31 [5].
Diodorus, Diodrus. Feb. 23 [29]; 28 [23]; mart. 6 [44]; 6 [80]; april. 30 [90]; oct. 9 [6]; 27 [12. 23].
*Diodorus Alexandriae.* Feb. 28, p. 118 [1]; mart. 6, p. 131 [1].
*Diodorus presb. Aphrodisiae.* April. 30, p. 219 [3]; iul. 5, p. 354 [14]; 10, p. 365 [95].
*Diodorus Attaliae.* Mart. 6, p. 131 [1].
*Diodorus Laodiceae.* Mart. 26, p. 163 [58].
Diofilus. Sept. 12 [23].

Diogenes

Diogenes, Diogines. Ian. 3 [71]; mart. 26 [60]; april. 6 [43]; 7 [4]; 15 [17]; iun. 16 [6]; 17 [4. 31]; iul. 10 [122].
*Diogenes Antiochiae.* Mart. 26, p. 163 [58]; april. 6, p. 177 [42]; 7, p. 178 [1]; 8, p. 179 [3]; 15, p. 191 [17].
*Diogenes Romae.* Iun. 17, p. 322 [1].
Diomedes, Decomedis. April. 17 [add]; iun. 9 [12]; iul. 10 [66. 160]; 11 [50]; 21 [27]; aug. 8 [61]; 20 [17]; 21 [40].
*Diomedes Nicaeae.* Iun. 9, p. 311 [10]; aug. 8, p. 425 [54].
*Diomedes Tarsi.* Aug. 21, p. 455 [39]; aug. 20, p. 453 [16].
Diona. Mart. 14 [20]. — *Dionysius.*
Dionisia, Dosinia. Mai. 15 [30. 47]; iun. 28 [43].
Dionisius, Dionus, Diunisius, Diunus. Feb. 1 [8.] 1 [29. add]; 8 [5]; 9 [12]; 10 [add]; 14 [70. 78. 86]; 16 [16]; 27 [15]; mart. 13 [68. 86. 97]; 14 [3]; 16 [9]; 17 [3]; 18 [24]; 23 [20. 22]; april. 1 [22]; 2 [35. 37]; 18 [add]; 22 [add]; mai. 7 [106]; 10 [59. 184]; 25 [2. 17]; iun. 28 [22]; iul. 12 [add]; 15 [add]; 16 [13]; 18 [22. 48]; 31 [8]; aug. 9 [55. 78]; 23 [add]; sept. 14 [11]; 20 [8]; oct. 8 [7. 18]; 9 [45]; 10 [5]; nov. 20 [4. 37]; dec. 26 [22].
Dionus. Vid. Dionisius.
*Dionysia Alexandriae.* Iun. 28, p. 341 [62].
*Dionysia Lampsaci.* Mai. 15, p. 256 [34].
*Dionysius Alexandriae.* Feb. 1, p. 71 [7]; 9, p. 84 [63]; 14, p. 95 [119].
*Dionysius Caesareae Palaestinae.* Mart. 24, p. 158 [6].
*Dionysius ep. Mediolanen.* Feb. 8, p. 81 [1]; mai. 25, p. 271 [1].
*Dionysius ep. Parisien.* April. 22, p. 203 [add]; oct. 8, p. 546 [7]; 9, p. 548 [42]; 10, p. 549 [5].
*Dionysius ep. Rom.* Aug. 9, p. 428 [25]; dec. 26, p. 10 [22].
*Dionysius Synnadis.* Iul. 31, p. 406 [1]; sept. 20, p. 519 [8].
*Dionysius Thessalonicae.* Mart. 13, p. 143 [84]; 14, p. 144 [1]; 16, p. 147 [1]; 17, p. 148 [3]; april. 1, p. 170, [18. 22].
Diophides. Nov. 17 [41]. — *Diophilus.*
*Diophilus in Asia.* Nov. 17, p. 604 [15].
Diopi. Mart. 24 [11].
Dioscodus. Vid. Dioscorus.
Dioscorus, Dioscodus. Feb. 9 [56. add]; 24 [92]; april. 27 [76]; mai. 18 [10. 28]; iun. 17 [27]; 28 [30. 50]; aug. 20 [7]; dec. 17 [21]; 18 [28].
*Dioscorus in Aegypto.* Feb. 24, p. 115 [83]; april. 27, p. 213 [58].
*Dioscorus Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63].
*Dioscorus Alexandriae.* Mai. 18, p. 260 [1. 27]; iun. 17, p. 323 [25]; dec. 18, p. 652 [28].
*Dioscorus Alexandriae.* Iun. 28, p. 341 [62].
*Dioscorus Alexandriae.* Aug. 20, p. 453 [6].
Diospolis civitas. April. 25 [21]; mai. 7 [129].
Discia. Vid. Disia.
Diseus, Disseus. Aug. 14 [19]; oct. 21 [14].
Disia, Discia. Aug. 17 [36]; 18 [25].
Disseus. Vid. Diseus.
Distri. Iun. 12 [11].
Diunus, Diunisius. Vid. Dionisius.
Divione castro. Nov. 1 [93].
Divus. Iul. 12 [36]; 14 [11].
*Divus Caesareae Cappadociae.* Iul. 12, p. 372 [33].
Dogoni. Oct. 31 [15].
Dola. Mart. 24 [25].
Dola. Vid. Dulas.
Doletatuli. Sept. 10 [58].
Dolos vicus. Nov. 1 [81].
Dolum monasterium. Iul. 28 [add]; 30 [add].
Domicia. Dec. 28 [39].
Domicius, Domitius. Iun. 3 [95]; dec. 29 [5].
Domina. April. 14 [35].
Dominanda, Nominanda. Dec. 31 [5. 33. 70].
*Dominanda Romae.* Dec. 31, p. 17 [1].
Dominio. April. 11 [16]. — *Domnio.*
Domisianus. Vid. Domitianus.
Domitianus, Domisianus. Mart. 12 [80]; 13 [33.] 13 [89. 95]; aug. 1 [39]; dec. 28 [18].
*Domitianus diac. in Thracia.* Dec. 28, p. 13 [16].
Domitius. Vid. Domicius.
Domna. Iun. 2 [286].
*Domna Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
*Domna Nicomediae.* Mart. 12, p. 139 [1].
Domnicaella. Nov. 11 [37].
Domnina. Iul. 10 [120]; aug. 23 [57].
*Domnina Antiochiae. Vid. Prosdoce.*
*Domnina Egeae.* Aug. 23, p. 461 [51].
Domninus. Mart. 30 [4]; april. 11 [12]; oct. 9 [add]; nov. 4 [21]; 5 [4]; 6 [20].
*Domninus Caesareae Palaestinae.* Nov. 5, p. 587 [1]; 6, p. 589 [20].
*Domninus Thessalonicae.* Mart. 30, p. 167 [1].
*Domnio ep. Salonitan.* April. 11, p. 182 [14]; 18, p. 197 [17].
Domnus. Mart. 20 [16]; april. 18 [17]; iul. 10 [65]; 11 [39]; oct. 14 [24]; nov. 11 [29]; 30 [27].
*Domnus ep. Antiochen.* Ian. 2, p. 22 [2]; mart. 20, p. 154 [1]; nov. 30, p. 629 [26].
Donata. Ian. 26 [add]; feb. 4 [10. 14]; 12 [34]; 17 [42]; 22 [91]; mart. 3 [60]; 12 [49]; april. 8 [add]; 10 [6]; 11 [26]; 12 [126. 157]; 20 [46]; mai. 7 [62. 65. 100. 103]; 8 [34. 83. 87]; iun. 1 [119]; 2 [41. 61. 75. 111. 115. 146. 308]; 3 [51. 76]; 7 [17]; 8 [49]; iul. 17 [23]; 18 [55]; aug. 8 [21.] 8 [51]; sept. 11 [48]; 16 [35]; 28 [14]; oct. 17 [25]; nov. 1 [52]; dec. 2 [22. 28]; 9 [31]; 13 [34]; 31 [2. 30. 71].
*Donata Romae.* Dec. 31, p. 17 [1].
*Donata Scillitana.* Iun. 18, p. 383 [36]; iul. 17, p. 380 [1]; oct. 17, p. 559 [10].
Donatella. Vid. Donatilla.
Donatianus. Feb. 17 [56]; mai. 24 [39]; 31 [17]; iun. 1 [91]; aug. 6 [15].
*Donatianus in Africa.* Mai. 23, p. 268 [15].
*Donatianus Cirthae.* Mai. 31, p. 284 [16].
*Donatianus Namnetis.* Mai. 24, p. 270 [37].
Donatilla, Donatila, Donatola, Donatella, Donatula. Feb. 16 [71]; 22 [88]; 24 [33. 36]; mart. 1 [18]; april. 12 [116]; iun. 2 [103]; 12 [15]; iul. 30 [22. 39]; aug. 1 [59]; sept. 24 [28]. — *Maxima.*
Donativus. Feb. 26 [8].
Donatola. Vid. Donatilla.
Donator. Mai. 19 [68. 70].
Donatula. Vid. Donatilla.
Donatus. ian. 11 [24. 28]; 23 [42]; 25 [8]; 27 [8]; feb. 12 [29]; 16 [57. add]; 17 [11. 36. 39]; 22 [43]; 25 [4]; 28 [35]; mart. 1 [13]; 3 [32]; 4 [65]; 6 [add]; april. 2 [add]; 3 [26]; 6 [15. 33]; 7 [add]; 9 [19]; 12 [50. 98. 103]; 17 [16]; 18 [14]; 19 [21. 25]; 20 [19. add]; 21 [add]; 24 [add]; 24 [7. 26]; 28 [40]; 30 [70]; mai. 6 [85]; 7 [46. 48. 51. 94]; 10 [114. 137]; 21 [25]; 23 [41]; 31 [29]; iun. 1 [53. 85. 99]; 2 [120]; 3 [6. 30. 36]; 6 [8]; iul. 14 [4]; 18 [36]; 20 [41]; 22 [add]; aug. 7 [12]; sept. 1 [5. 20. 39. 47]; 4 [24]; 5 [20]; 9 [24]; oct. 1 [21]; 10 [17]; 12 [add]; 17 [13];

30[31]; 31[32.41]; nov. 6[17]; 7[5.34]; 9[7]; 10[15]; 15[27]; 16[15.25.37]; 24[11.34]; 25[13]; dec. 1[21]; 12[14]; 17[19]; 18[24]; 24[31]; 30[8]; 31[18].
*Donatus in Apulia.* Sept. 1, p. 480[1]; 11, p. 502[45].
*Donatus ep. Aretin.* Aug. 7, p. 422[11].
Donicus. Mai. 19[48]. — *Colonicus.*
Doromae. Sept. 20[7]. — *Dorymedon.*
Dorostolum, Dorostorum civitas. Mai 25[40]; iun. 8[11.38]; 15[2]; 17[17]; iul. 18[32]; dec. 26[27]. — *Durostorum.*
Dorota, Dorothe. Vid. Dorotheus.
Dorothea. Feb. 6[20]; 12[25].
*Dorothea Caesareae Cappadociae.* Feb. 6, p. 79[20].
Dorotheus, Dorota, Dorothe. Mart. 12[61]; 28[6]; april. 30[3]; sept. 20[10]; oct. 20[7.18]; 23[5].
*Dorotheus Nicomediae.* Mart. 12, p. 139[1].
*Dorymedon Synnadis.* Sept. 20, p. 519[1].
Dosinia. Vid. Dionisia.
Dotus. Mart. 27[15]. — *Donatus.*
Drodotus. Iul. 10[104]. — *Diodorus.*
Drogens. Aug. 3[16].
Drusina. Dec. 14[3].
*Drusina et soc. Antiochiae.* Dec. 14, p. 648[1].
Drusus. Vid. Dusus.
Duas domos (ad). Aug. 11[16].
Dubitatus. Sept. 1[37]; 2[24]; nov. 17[60].
Dudimus. Vid. Didimus.
Duisma castrum. Sept. 27[50].
Dulas, Dola. Mart. 25[22]; 29[5].
*Dulas Nicomediae.* Mart. 25, p. 160[20]; 29, p. 166[1].
Dulia. Nov. 6[22].
Dunius. Mart. 12[23]. — *Mygdonius.*
Duo Clecinas. Aug. 11[19]. — *Diocletianas.*
Duonius. Mart. 13[93]. — *Pionius.*
Dusus, Drusus. Dec. 24[29].

## E

Eatonus. Mart. 17[9].
Ebasius. Vid. Evasius.
*Ebbo ep. Senonen.* Aug. 27, p. 471[add].
Ebboppis. Aug. 27[add].
Ebentius. Vid. Eventius.
Ebotius. Vid. Evodius.
Ebrocas civitas. Aug. 11[add]; 13[add]; oct. 18[add].
Ebustius. Iun. 4[22].
Ecas civitas. Nov. 5[10]. — *Aecae.*
Eclanum oppidum. Aug. 26[17].
Edessa, Edissa civitas. Iul. 3[2.25]; dec. 21[39]; 28[42].
Edistus. Vid. Hedistus.
Editius. Feb. 24[25]. — *Euethius.*
Edua, Aedua civitas. Aug. 24[30]; sept. 7[37]; 27[47].
Efera civitas. Mai. 16[22].
Efesus. Vid. Ephesus.
Egεs. Vid. Egea.
Egatus. Vid. Epagatus.
Egdonius. Mart. 12[2].
Egea, Egas, Egia civitas. Feb. 14[145]; aug. 23[53]; sept. 27[21.26].
Egemonius. Ian. 8[26]. — *Hegemonius.*
Egena. Mai. 18[48].
Egia. Vid. Egea.
Egidius. Sept. 1[add]. — *Aegidius.*
Egiptus. Vid. Aegyptus.
Egistus. Nov. 13[19]. — *Edistus.*
Egolisma civitas. Iul. 1[78].
Egrilus. Nov. 3[15].
Eiagoni. Iun. 4[48].
Eladius. Vid. Elladius.
Elaphus. Iun. 28[9].
Elasippus. — Vid. Speusippus.
Eleazarus. Aug. 23[61].
*Eleazarus Lugduni.* Aug. 23, p. 461[58].
Elegatus. Dec. 1[15].
Elegius. Vid. Eligius.
Elementis. Dec. 7[add].
Elenti. Iul. 8[41].
Eleodorus. Vid. Heliodorus.
Eleotherius. Vid. Eleutherius.
Eleusius. April. 7[9]. — *Pelusius.*
Eleutherius, Eleuterius, Eleotherius. April. 18[22]; 22[add]; mai. 1[26]; 27[exc]; aug. 26[42]; sept. 6[5]; 27[5]; oct. 2[4]; 9[47]; nov. 24[17]; dec. 23[33].
*Eleutherius Nicomediae.* Oct. 2, p. 537[1].
*Eleutherius presb. Parisiis.* Oct. 9, p. 548[42].
*Eleutherius ep. Rom.* Mai. 27, p. 277[exc]; dec. 23, p. 663[77].
*Eleutherius et Anthea in oppido Riatensi.* April. 18, p. 197[21]; sept. 6, p. 490[1]; aug. 26, p. 468[41]; nov. 24, p. 619[25].
Elianus. Iul. 22[24].
Elias. Vid. Helias.
Eligius Dec. 1[add].
*Eligius ep. Noviomen.* Dec. 1, p. 631[add].
Elimas. April. 22[17].
*Elimas presb. Cordulae.* April. 22, p. 203[13].
Eliseus. Vid. Heliseus.
Elladius, Eladius. April. 19[27]; mai. 8[122]; iul. 8[34]; aug. 31[28]; dec. 10[26]. — *Helladius.*
Elnone monasterium. Feb. 6[add].
Elpidius. Vid. Helpidius.
Emelia. Mai. 23[29].
*Emelia nonna Basilii Caesarien.* Mai. 23, p. 269[29].
Emelianus. Vid. Emilianus.
Emelius. Vid. Emilius.
Emerenciana. Vid. Emerentiana.
Emerentia. Vid. Emerentiana.
Emerentiana, Emerentianitis (genit.), Emerenciana, Emerentia. Ian. 23[add]; sept. 16[6.27].
*Emerentiana Romae.* Ian. 23, p. 58[add]; april. 20, p. 199[27]; sept. 16, p. 511[1].
Emerentianitis. Vid. Emerentiana.
Emerentianus. Ian. 23[add].
Emereon. Iul. 3[34].
Emeria. Mai. 6[43].
Emerita. Feb. 22[70]; mai. 1[62]; iul. 24[29]; dec. 12[4]. iun. 3[126]; 25[7]; 26[14]; aug. 24[5].
*Emerita urbs in Hispania.* Dec. 10, p. 643[39].
Emeritus. April. 30[38]; iun. 3[67]; 11[36]; 23[10]; iul. 25[34]; nov. 20[49]; dec. 11[17].
Emeterius. Mart. 3[46.53].
*Emeterius Calagurri.* Mart. 3, p. 124[51].
Emetri. Ian. 24[26].
Emilia, Amelia, Amellia, Amilia. Feb. 17[58]; mai. 31[48]; iun. 2[213.283.307]. — *Aemilia.*
Emilianus, Emelianus. Ian. 26[add]; 28[14]; feb.

8 [6.9]; 9 [17]; april. 20 [43.125]; iul. 10 [70]; 11 [58]; 18 [34]; 21 [14]; aug. 22 [46]; 31 [19]. — *Aemilianus.*
Emilius, Emelius. Mai. 19 [79]; 22 [8.23]; 28 [17]; iun. 18 [4.25]; 20 [10]; iul. 20 [69]; 26 [7.14]; aug. 16 [7]; 17 [32]; sept. 28 [17]; oct. 6 [6.15.37].
Emini. Iul. 8 [35].
Enericia. Dec. 10 [12].
Ennasia. Iul. 17 [18]. — *Laetantius.*
Ennuculus, Enuculus. Vid. Eunuculus.
Enon. Ian. 13 [28]. — *Zenon.*
Entatus. Iul. 17 [34]. — *Laetantius.*
Eodomoni. Vid. Eudomi.
Eofraxius. Vid. Eufrasius.
Eofrodisi. Iul. 10 [95]. — *Aphrodisia.*
Eologius. Vid. Eulogius.
Eomeni. Oct. 27 [10]. — *Eumenia.*
Eoprepius. Oct. 1 [28].
Epafroditus, Bafroditus. Mai. 6 [122]; 7 [117]. — *Aphrodisius.*
Epagatus, Epigatus, Egatus. Mai. 28 [26.30]; iun. 1 [34.174]; 2 [306]. — Vid. Vettius.
*Eparchius reclusus Engolismae.* Iul. 1, p. 346 [78].
Eparcius, Epartius, Epasius. Iul. 1 [48.82]; sept. 14 [37].
Epasius. Vid. Eparcius.
Epepodius. April. 22 [50]. — *Epipodius.*
Eperentius. Iul. 8 [14]. — *Perinthus.*
Epetimus. Feb. 9 [51].
Epetinus. Oct. 2 [12].
Ephebus, Eufemius, Phoebus, Febus, Fevus. Feb. 15 [8]; april. 14 [10]; 18 [30]; mai. 1 [33].
*Ephebus Interamnae.* Feb. 15, p. 97 [7]; april. 14, p. 190 [8]; 18, p. 197 [30]; mai. 1, p. 223 [32].
Ephenici. Mai. 9 [add].
Ephesus, Efesus civitas. Feb. 17 [2]; mai. 25 [45]; iun. 14 [add]; 24 [10.25]; aug. 10 [add]; sept. 27 [35]; dec. 27 [6].
Epictetus, Epictitus, Epictulus. Ian. 9 [3]; 24 [18]; 25 [18]; mai. 27 [27]; 23 [3]; aug. 22 [20].
*Epictetus et Astion Halmyride.* Mai. 23, p. 268 [3].
Epifanius. April. 6 [31]; nov. 5 [17].
Epigatus. Vid. Epagatus.
*Epimachus Romae.* Mai. 10, p. 244 [1]; 11, p. 248 [28].
Epimacus, Epimenius. Mai. 10 [5.32]; 11 [28].
Epion. Feb. 26 [7.11] — *Pionius.*
Epiphania Domini. Ian. 6 [1].
*Epipodius Lugduni.* April. 22, p. 203 [50]; 24, p. 208 [97].
Epoli. Feb. 28 [13].
Eppei. April. 27 [39].
Eppodius. Mart. 13 [24]. — *Evodius.*
Eppolitus. Vid. Ippolitus.
Eptatus, Aptatus. Aug. 24 [36]; 25 [11].
*Eptatus presb. Cerviduni.* Aug. 24, p. 463 [36].
Equinus. Mart. 7 [17].
Eraclea, Eraclia. Vid. Heraclea.
Eraclius. Vid. Heraclius.
Eradius. Vid. Eraclius, Heraclius.
*Erasmus Formiis.* Iun. 2, p. 296 [217].
Erbertus. April. 30 [add].
Erbonius. Vid. Cerbonius.
Erdona villa. Dec. 31 [add].
Erembertus, Ermbertus. Ian. 3 [add]; april. 30 [add].
*Erembertus ep. Tolosan.* April. 30, p. 221 [add].
Ereme. Mart. 8 [13].
*Erendrudis abb. Iuvavensis.* Sept. 4, p. 488 [exc].
Ereneius. Dec. 19 [74]. — *Irenaeus.*
Ermbertus. Vid. Erembertus.
Ermes. Vid. Hermes.
Ermodorus. Aug. 23 [6]. — *Hermagoras.*
Ermogines. Vid. Hermogenes.
Erodi. Feb. 9 [57].
Erodius. Sept. 1 [27]. — *Evodius.*
Eroius. Mart. 7 [10].
*Erumentes martyres in Africa.* Dec. 10, p. 641 [5].
Erumenti. Dec. 10 [5].
Esidorus. Vid. Isidorus.
Estivus. Vid. Palestinus.
Esuchius. Vid. Isicius.
*Eubulus Caesareae Palaestinae.* Mart. 5, p. 128 [5].
Eucaristus. Oct. 12 [16.24].
*Eucarpion Nicomediae.* Nov. 30, p. 628 [20]; dec. 5, p. 636. [15].
Eucarpius. April. 13 [6]; sept. 25 [6. add].
Eucerius, Eucherius. Feb. 20 [add]; nov. 16 [85]; 28 [9].
*Eucherius ep. Aurelianen.* Feb. 20, p. 106 [add].
*Eucherius ep. Lugdunen.* Nov. 16, p. 603 [83].
Euchus. Mart. 11 [add].
Eucirius. Vid. Euterius.
Eucollius. Iul. 8 [40].
Eucrepitis, Euprepitis. Nov. 30 [13.42]. — *Eucarion.*
Euctus. Ian. 7 [38]; 8 [3]; mai. 21 [29]. — *Polyeuctus.*
Eudomi, Eudomoni. Iul. 7 [5.14]; 8 [44].
*Euethius Nicomediae.* Feb. 22, p. 110 [65]; 24, p. 114 [23].
Eufemia, Euphemia. April. 12 [160]; 13 [5]; iul. 3 [51]; 11 [add]; aug. 17 [12]; sept. 3 [37]; 16 [8.10]; 17 [28]; 19 [107]; nov. 27 [25].
Eufemius. Mai. 1 [33].
Eufemius. Vid. Ephebus.
Eufepia. Sept. 10 [4].
Eufrasia, Euphrate. Mart. 13 [88]; 25 [28]. — *Euphrasia.*
Eufrasius, Eufrosius, Eofraxius. Feb. 11 [5]; mart. 14 [11.30].
Eufronius. Aug. 3 [38]. — *Euphronius.*
Eufrosinus. Ian. 1 [40]; dec. 23 [51].
Eufrosius. Vid. Eufrasius.
Eugarius. Oct. 24 [16].
Eugenda. Ian. 2 [22].
Eugenes. Ian. 3 [13].
Eugenia. Ian. 3 [87]; mart. 16 [14]; sept. 11 [26]; dec. 25 [34].
*Eugenia Romae.* Sept. 11, p. 501 [1]; dec. 25, p. 9 [34].
Eugenius. Ian. 11 [16.34]; 23 [54]; 24 [14]; feb. 1 [70]; mart. 12 [60]; 20 [9]; iun. 27 [29]; aug. 10 [58]; dec. 23 [32].
*Eugenius ep. Carthaginien.* Ian. 4, p. 25 [5]; feb. p. 72 [68].
*Eugenius Nicomediae.* Ian. 24, p. 60 [12]; mart. 12, p. 139 [1].
*Eugenius ep. Rom.* Iun. 2, p. 299 [exc].
*Eugenius Romae.* Iun. 27, p. 338 [1].
*Eugenius et Macarius presbb. Antiochiae.* Ian. 23, p. 58 [54].
Eugentus. Ian. 3 [72]; 4 [5].
Eulalia. Feb. 12 [35. add]; mart. 30 [18]; dec. 10 [43]; 10 [add]; 11 [2]; 12 [6].
*Eulalia Emeritae.* Feb. 12, p. 90 [35]; mart. 30, p. 167 [18]; dec. 10, p. 642 [39]; 11, p. 644 [2]; 12, p. 645 [1].

Eulodius. Vid. Eulogius.
Eulogius, Eologius, Eulodius, Fulogius. Ian. 21[14]; 21[43]; iul. 3[19. 36. 59. 61]; aug. 21[16].
*Eulogius Vid. Fructuosus.*
*Eumenia urbs in Phrygia.* Oct. 27, p. 573[9].
Euminius. Vid. Cominius.
Eunemius. Mart. 12[47]. — *Eugenius.*
Eunuchus. Mart. 11[22]; iun. 28[11].
Eunuculus, Ennuculus. Feb. 28[29. 36]; mart. 1[31].
Euphemia. Vid. Eufemia.
*Euphemia Chalcedone.* April. 13, p. 187[1]; iul. 3, p. 351[50]; iul. 11, p. 370[add]; aug. 17, p. 447[8]; sept. 16, p. 511[8]; — *Reliquiae Mediolani.* Nov. 27, p. 624[19]; *Aquileiae.* Sept. 3, p. 486[20].
*Euphrasia Nicomediae.* Feb. 11, p. 87[5]; mart. 25, p. 160[27].
Euphrasius. Ian. 14[38].
*Euphrasius ep.* Ian. 14, p. 41[35].
Euphrate. Vid. Eufrasia.
*Euphronius ep. Augustodunen.* Aug. 3, p. 416[36].
Euplus. Aug. 12[6]; sept. 2[29]; 12[9].
*Euplus Catinae.* Aug. 12, p. 436[1]; sept. 2, p. 484[29]; 12, p. 503[6].
Eupolitis. Mai. 2[add].
Euprepitis. Vid. Eucrepitis.
*Eupsychius Caesareae Cappadociae.* Sept. 8, p. 496[60]; sept. 10, p. 499[1].
Euras. Nov. 5[34]. — *Aecae.*
Euristes. Iun. 8[9]. — *Chrestus.*
Eusarius. Nov. 17[7].
Eusebius. Mart. 5[26. 29. add]; april. 28[3. 31]; mai. 3[79]; 25[29]; iun. 21[28]; aug. 1[71]; 14[36]; sept. 4[16]; 12[30]; 26[9. add]; oct. 2[16]; 8[16]; 10[3. 30]; 22[7. 13]; 30[15]; nov. 6[7. 14]; 7[12]; 8[24]; 12[17]; 28[12]; dec. 8[1]; 28[28].
*Eusebius Autissiodori.* Mai. 3, p. 228[71].
*Eusebius ep. Caesareae Palaestinae.* Mart. 5, p. 129[26]; iun. 21, p. 329[28].
*Eusebius ep. Cibalitan.* April. 28, p. 215[3].
*Eusebius Nicomediae.* April. 28, p. 216[24].
*Eusebius Nicomediae.* Nov. 6, p. 588[1]; 7, p. 590[11]; 8, p. 591[23].
*Eusebius ep. Rom.* Sept. 26, p. 527[1]; oct. 2. p. 537[13]; dec. 8, p. 639[1].
*Eusebius tituli conditor Romae.* Aug. 14, p. 443[36]; oct. 8, p. 546[15].
*Eusebius ep. Vercellen.* Mai. 25, p. 272[29]; Aug. 1, p. 411[64].
Eusenius. Iul. 28[add].
Eusicius. April. 28[59].
*Eusicius presb. Bituricis.* April. 28, p. 216[59].
Eustachius. Nov. 1[add].
*Eustachius et soc.* Nov. 1, p. 583[add].
Eustacius. Ian. 24[41]; mart. 13[18].
Eustasia. Iul. 11[56].
Eustasius. Ian. 21[27]; 24[44]; mart. 12[84]; mai. 28[27]; iul. 10[86]; nov. 6[12]; 7[14]; 8[26]; 21[31].
*Eustathius Antiochiae.* Iul. 16, p. 378[10]. — Cf. Nov. 6, p. 588[11].
Eustatius. Iul. 16[12]; oct. 12[13].
Eustici. Iun. 4[43].
Eustocius. Sept. 4[14]; nov. 10[7].
Eustolius. Iun. 7[add]; iun. 8[53].
*Eustolius ep. Nicomedien.* Iun. 7, p. 309[add]; iun. 8, p. 310[52].
Eustorgius. April. 11[31]; sept. 18[19].
*Eustorgius ep. Mediolan.* Sept. 18, p. 515[12].
Eusucius. Vid. Isicius.
Eutaristili. Dec. 23[72].
Euterius, Eucirius. Feb. 22[41. 66]. — *Euethius.*
Euthеciae. Feb. 28[14].
Euthices. Vid. Eutices.
Euthicius. Vid. Euticius.
*Euthymius diac. Alexandriae.* Mai. 5, p. 231[1].
Euticae. Aug. 25[19].
Eutices, Euthices. Aug. 25[add]; oct. 28[52]; nov. 13[12. 14]; 23[33]; dec. 25[16]. — Vid. Euticius.
*Eutices Nicomediae.* Oct. 20, p. 564[11].
*Eutices Puteolis.* Oct. 18, p. 561[49]; 21, p. 566[30].
*Eutices Romae.* Aug. 25, p. 465[19].
Euticia. Mai. 7[84]; aug. 10[70. 74].
Euticianus, Suticianus. Iul. 25[36]; aug. 8[59]; 9[57]; 15[9]; nov. 22[37]; dec. 7[12]; 8[add]; 9[40]; 23[59]. — *Eutychianus.*
Euticius, Euthicius, Eutacius, Auticius. Feb. 17[15]; mart. 3[77]; 4[44. 48]; april. 27[23. 33]; mai. 7[16. 123]; 8[13]; 30[add]; iun. 4[9]; iul. 2[6. 29. 41]; 10[97]; 11[86. 103. add]; aug. 14[13]; sept. 4[add]; 5[8]; 29[5]; oct. 5[5]; 19[16]; 20[12]; 21[12. 33]; nov. 12[3]; 13[3]; 21[15]; dec. 11[21]; 28[6]. — Vid. Eutices.
*Euticius Alexandriae.* Iul. 11, p. 370[102]; 14, p. 374[6].
*Euticius Heracleae.* Aug. 14, p. 443[13]; sept. 29, p. 532[1]; nov. 13, p. 598[10]; 21, p. 611[13]; dec. 28, p. 13[16].
Eutimia. April. 26[add].
Eutimius. Mai. 5[1]; 30[add]. — *Euthymius.*
Eutocius. Vid. Euticius.
Eutropius. Mai. 27[27]; iul. 15[7. 62]; sept. 18[14]; oct. 1[14].
*Eutropius ep. Arausionen.* Mai. 27, p. 277[27].
*Eutychianus Nicomediae.* Aug. 8, p. 425[54]; 15, p. 445[5].
*Eutychianus ep. Rom.* Iul. 25, p. 396[36]; 26, p. 397[exc]; aug. 9, p. 428[25]; dec. 7, p. 638[12]; 8, p. 639[add]; 23, p. 663[77].
Euvolus. Mart. 5[6]. — *Eubulus.*
Evagaristus. April. 3[add].
Evagrius. April. 3[5. 30. 41]; oct. 1[7]; 12[8. 21].
*Evagrius Tauromenii.* April. 3, p. 172[5].
*Evagrius Tomis.* Oct. 1, p. 535[1].
Evancia. Vid. Evantia.
Evangelus. Mai. 27[5]; iul. 9[15]; 13[7]; dec. 10[27].
*Evangelus presb. Alexandriae.* Mai. 27, p. 276[1].
Evantia, Evancia. April. 27[73]; iun. 2[66].
Evantius. Vid. Eventius.
*Evantius ep. Augustodunen.* Sept. 12, p. 503[36].
*Evaristus ep. Rom.* Dec. 23, p. 663[77].
Evaristus. Dec. 23[10. 37].
Evasia, Evassia. April. 26[31]; iun. 2[182].
Evasius, Ebasius. Feb. 17[61]; iun. 2[176. 314]; 5[12]; 7[14]; dec. 18[44].
Evelpistus. Dec. 31[65].
Evenguli. Mart. 12[56].
Eventius, Evantius, Ebentius. Ian. 1[48]; 9[12]; april. 12[105]; sept. 12[38]; mai. 3[38. 52].
*Eventius, Alexander, Theodulus Romae via Nomentana.* Mart. 15, p. 146[27]; 17, p. 149[11]; mai. 3, p. 227[36].
Everdunum. April. 20[add].
Evodius, Ebotius. Ian. 22[38]; april. 25[7]; iun. 19[22].

*Evodius*

*Evodius Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56 [13].
*Evodius Syracusis.* April. 25, p. 209 [1]; sept. 1, p. 481 [26].
Evortius. Sept. 7 [22].
*Evortius ep. Aurelianen.* Sept. 7, p. 493 [21].
Excritatus. Mai. 10 [138].
Expeditus. April. 18 [35]; 19 [7].
Expergentius. Iun. 4 [39].
Exsuperantius, Exsuperatus, Exuperantius. Iun. 1 [16]; aug. 10 [53]; dec. 31 [66].
*Exsuperantius Romae.* Aug. 10, p. 433 [53].
Exsuperius, Exuperius. Mart. 20 [13]; aug. 1 [add]; sept. 22 [22. 35].
*Exsuperius loco Agauno.* Sept. 22, p. 522 [12].
*Exsuperius ep. Baiocassin.* Aug. 1, p. 411 [add].
Extricati. Iun. 2 [38. 117]; 3 [42].
Exuperantius. Vid. Exsuperantius.
Exuperia. Iun. 3 [106].
Exuperius. Vid. Exsuperius.
Exuppi. Feb. 24 [51].

# F

Fabeus, Falbeus. Iul. 18 [73].
Fabianus. Ian. 20 [5. 22]; 25 [25]; 26 [16]; feb. 16 [29]; mai. 25 [43]; iun. 28 [3]; dec. 31 [51].
*Fabianus ep. Rom.* Ian. 16, p. 43 [12]; 20, p. 50 [1]; 25, p. 62 [25]; 26, p. 63 [16]; feb. 16, p. 100 [29]; dec. 23, p. 663 [77]; 31, p. 18 [48].
Fabriteria (in). Aug. 19 [11].
Falbeus. Vid. Fabeus.
*Falbeus ep.* Iul. 18, p. 383 [73].
Falia. Dec. 13 [33].
Famnus. April. 12 [65].
Famosa. Mai. 8 [48].
Fappa, Iun. 5 [22].
Faretus. Nov. 23 [48].
*Faretus presb. Bituricen.* Nov. 23, p. 617 [48].
Farnulfus. Oct. 9 [add].
Faserus, Fasilus. April. 30 [63]; mai. 6 [90].
Fatius. Vid. Phocius.
Fausiana (in). Mai. 15 [add].
Fausta. Ian. 6 [add]; mart. 15 [11]; iun. 2 [37]; nov. 1 [50].
*Fausta in Aquitania.* Ian. 6, p. 29 [add].
Faustasius. Iul. 10 [105]; 11 [79].
Faustina. Mai. 6 [47]; 8 [66]; iun. 1 [116]; 3 [110]; iul. 9 [33]; sept. 24 [25].
Faustinia. Feb. 17 [65].
Faustinianus. Feb. 16 [5]; aug. 9 [88].
*Faustinianus et Iuventia Brixiae.* Feb. 16, p. 99 [1].
Faustinus. Ian. 16 [75]; april. 16 [74]; 23 [20]; 24 [35]; mai. 6 [60. 109]; 7 [120]; 8 [74. 104]; 22 [4]; iul. 29 [4. 29]; aug. 6 [16]; 7 [23]; 8 [20. 50. 52]; 28 [7]; sept. 26 [27]; 28 [7]; oct. 1 [10]; 6 [31]; 8 [10. 14]; 18 [63].
*Faustinus Brixiae. Vid. Faustinianus.*
*Faustinus Cordubae Vid. Faustus.*
*Faustinus Romae.* Iul. 29, p. 402 [1].
Faustus. Ian. 22 [27]; april. 15 [52]; 16 [64]; 24 [47]; mai. 10 [136]; 20 [26]; 23 [43]; iun. 2 [126]; iul. 21 [31]; sept. 8 [12]; oct. 5 [14]; 11 [18]; 13 [5. 18]; nov. 9 [21]; 20 [31]; 22 [40]; dec. 15 [4].
*Faustus Alexandriae.* Sept. 8, p. 495 [10].
*Faustus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56 [13]; april. 15, p. 192 [52].
*Faustus, Martialis, Ianuarius Cordubae.* Oct. 1, p. 536 [10]; 6, p. 543 [30]; 8, p. 546 [9]; 11, p. 551 [18]; 13, p. 554 [1]; 18, p. 561 [63]; nov. 592 [20].
*Faustus ep.* Mai. 20, p. 264 [24].
Febus. Vid. Ephebus.
Feceus. Oct. 12 [add].
*Feceus (al. Fiacc) ep. Slepten.* Oct. 12, p. 553 [add].
Fedelis. Vid. Fidelis.
Fedes. Oct. 6 [47].
Fedosa. Iun. 1 [68].
Feladius. Dec. 5 [27].
Felianus. Feb. 24 [39].
Felicia. April. 12 [80]; 26 [30]; 27 [70]; mai. 7 [77]; 8 [56]; 10 [147. 155]; iun. 1 [107]; 2 [172]; 20 [7]; nov. 11 [83].
Felicianus. Ian. 30 [10]; feb. 2 [39]; 17 [35]; mart. 18 [add]; mai. 28 [20]; iun. 5 [39]; 9 [4. 28]; iul. 9 [24]; 21 [39]; oct. 29 [9]; 30 [42]; dec. 13 [31]; 18 [39]; 19 [30].
*Felicianus in Africa.* Oct. 29, p. 576 [9].
*Felicianus Massiliae.* Iul. 21, p. 389 [34].
*Felicianus Romae. Vid. Primus.*
Felicion, Filion. Mai. 10 [96. 172].
Felicissima. April. 26 [24]; mai. 5 [12]; 26 [19]; iun. 2 [52]; nov. 24 [42].
*Felicissima in Tuscia.* Mai. 26, p. 275 [17]; nov. 24, p. 620 [42]; 26, p. 622 [add].
Felicissimus. Ian. 24 [29]; feb. 24 [67]; mart. 14 [14]; aug. 6 [13]; 9 [41]; 10 [46]; oct. 31 [31]; nov. 26 [add]; dec. 9 [39].
*Felicissimus diac. Romae.* Aug. 6, p. 421 [1]; 9, p. 429 [41].
Felicitas. Ian. 9 [14]; 10 [34]; 13 [6]; feb. 2 [49]; 3 [14]; 17 [55]; mart. 6 [51]; 7 [31]; 8 [14]; iun. 3 [46]; 5 [21]; iul. 9 [35]; 10 [18. 56]; sept. 4 [36]; nov. 11 [32]; 16 [5. 72]; 17 [9]; 23 [8. 24]; dec. 18 [60]; 19 [51]; 25 [53].
*Felicitas Capuae.* Ian. 11, p. 26 [35]; 13, p. 39 [6]; feb. 2, p. 74 [48]; iun. 5, p. 306 [21]; nov. 16, p. 602 [1]; 17, p. 603 [1].
*Felicitas Carthagine.* Ian. 9, p. 33 [1]; feb. 5, p. 78 [15]. *Vid. Perpetua.*
*Felicitas Romae.* Ian. 9, p. 33 [24]; 24, p. 60 [23]; iul. 9, p. 361 [35]; 10, p. 364 [16]; nov. 23, p. 616 [8].
Felicula, Felicola. Feb. 14 [13]; iun. 5 [20]; 13 [13].
*Felicula Romae.* Feb. 14, p. 93 [13]; iun. 5, p. 306 [15]; iun. 13, p. 317 [13].
Feliculus. Iun.. 13 [19].
Felix. Ian. 1 [58]; 5 [3]; 7 [24]; 8 [9]; 9 [17]; 11 [27]; 11 [add]; 13 [15]; 14 [33]; 19 [23]; 20 [51]; 21 [11. 19]; 22 [29. 35. 70]; 27 [18]; feb. 2 [53]; 3 [2. 8. 12. add]; 5 [18]; 11 [15]; 12 [13]; 14 [101]; 17 [63]; 21 [11]; 22 [add]; 23 [37]; 24 [27. 64]; 26 [19]; 28 [27]; mart. 1 [30]; 3 [4. 16. 30. 42. 49. 58. 66. add]; 4 [58]; 8 [9]; 9 [17]; 13 [109]; 24 [31]; 31 [4]; april. 12 [32. 113. 162. add]; 15 [51]; 16 [44. 61. 63]; 20 [32]; 21 [7. 36]; 23 [6. 17. 31]; 23 [39]; 24 [8. add]; 26 [14. add]; 27 [72]; 30 [25. 27]; 30 [add]; mai. 2 [3]; 4 [30]; 6 [37. 84]; 7 [68. 95]; 8 [46]; 10 [92. 117. 134]; 14 [36]; 15 [21]; 19 [47]; 22 [15]; 23 [26]; 24 [26]; 28 [18]; iun. 1 [151. add]; 2 [76. 94. 102. 118. 137]; 2 [300. add]; 3 [38. 102]; 5 [52]; 11 [46]; 18 [24]; 20 [9]; 25 [5]; 26 [12]; 27 [6. 34]; 28 [4]; iul. 9 [39]; 10 [9. 34]; 10 [134]; 12 [4. 23. 28]; 17 [29]; 18 [61]; 20 [44]; 21 [28]; 26 [8]; 27 [5]; 29 [34]; aug. 1 [83]; 2 [63]; 8 [22. 53]; 9 [56]; 14 [9. 30]; 22 [23. 29]; 27 [15]; 29 [45]; 30 [2. 5]; 30 [add]; sept. 1 [3. 19. 48]; 2 [33]; 11 [46]; 13 [3]; 14 [25. 30]; 16 [3. 14. 29]; 19 [97]; 20 [13. 17. 21]; 24 [41]; oct. 3 [18]; 24 [5]; 25 [57]; 30 [25]; 31 [40]; nov. 1 [7];

1

1[41.44]; 3[add]; 6[31]; 11[3.7.19]; 13[13.16]; 20[29]; 22[12]; 23[42]; 25[8]; dec. 3[5.10]; 4[10 add]; 5[8]; 13[23]; 17[10]; 18[17.68]; 19[61]; 22[30.48]; 23[46]; 29[17.24]; 30[add].
*Felix in Africa.* Feb. 11, p. 87[13].
*Felix in Africa.* Mai. 14, p. 254[36].
*Felix in Africa.* Dec. 5, p. 636[10].
*Felix in Africa.* Dec. 17, p. 650[1.10]; 13, p. 652[9].
*Felix in Apulia.* Sept. 2, p. 484[32]; 13, p. 504[1]; 11, p. 502[45].
*Felix Augustoduni. Vid. Andocius.*
*Felix Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13]; april. 15, p. 192[51].
*Felix Gerundae.* Aug. 1, p. 411[78]; aug. 2, p. 414[60].
*Felix Mediolani.* Mai. 6, p. 233[34]; 7, p. 237[95]; iul. 10, p. 366[132]; 12, p. 371[1].
*Felix Nicomediae.* Ian. 20, p. 51[39]; 21, p. 53[19].
*Felix Nolae.* Ian. 13, p. 39[9]; 14, p. 40[28]; iul. 26, p. 317[8]; 27, p. 398[1].
*Felix Nuceriae.* Sept. 20, p. 519[16].
*Felix Potentiae.* Aug. 27, p. 470[12].
*Felix ep. Romae.* Aug. 9, p. 428[25]; dec. 23, p. 663[77]; 29, p. 14[19]; 30, p. 15[add].
*Felix IV ep. Rom.* Oct. 12, p. 553[exc].
*Felix Romae via Nomentana.* April. 20, p. 199[27]; sept. 16, p. 511[1].
*Felix Romae via Ostiensi.* Aug. 29, p. 475[42]; 30, p. 477[1].
*Felix Romae via Portuensi.* Iul. 29, p. 403[34]; dec. 22, p. 661[43].
*Felix Romae in coemeterio Priscillae.* Iul. 10, p. 362[1]; 11, p. 36[27].
*Felix Scillitanus.* Ian. 9, p. 33[1]; 17, p. 379[1]; 20, p. 386[44].
*Felix Terracinae.* Nov. 1, p. 582[35].
*Felix Tonizae.* Nov. 6, p. 589[29].
*Felix presb. Valentiae.* April. 23, p. 205[35].
*Felix Vicetiae.* Aug. 14, p. 443[8].
Ferreolus, Ferriolus. Aug. 19[add]; sept. 5[40]; 19[28].
*Ferreolus Viennae.* Sept. 19, p. 517[25].
*Ferreolus et Ferrucio Vesontione.* Sept. 5, p. 490[37].
Ferrucio. Sept. 5[42].
Festa. Nov. 16[70].
Festus. Ian. 27[17]; 28[add]; iun. 24[42]; sept. 7[8]; oct. 19[10.26]; dec. 21[11.23]; 23[82].
*Festus Beneventi et Neapoli.* Sept. 7, p. 492[6]; oct. 19, p. 563[11]; 21, p. 566[22].
*Festus via Salaria vetere.* Iun. 24, p. 334[32].
Festiva. Iun. 14[12].
Festula. Iun. 1[177].
Fevus. Vid. Ephebus.
*Fiacc. Vid. Feceus.*
Fiacrius. Aug. 30[add].
*Fiacrius in pago Meldensi.* Aug. 30, p. 478[add].
*Ficarienses martyres in Africa.* Ian. 19, p. 48[1].
Fidelis, Fedelis. Mart. 23[3.18]; mai. 23[40].
*Fidelis in Africa.* Mart. 23, p. 156[1].
Fidentianus, Fidencianus, Videntianus. Nov. 15[4]; 16[13.35].
*Fidentianus Hippone Regio.* Nov. 15, p. 600[9].
*Fides Agenni.* Oct. 6, p. 543[44].
*Fidolus ep. Trecensis.* Mai. 16, p. 258[57].
Fidulus. Mai. 16[57].
Filadius. Dec. 1[7]; 4[14].
*Fileas. Vid. Phileas.*
Filebertus, Filibertus. Vid. Philibertus.
Filia. Nov. 17[16]. — *Diophilus.*
Filiae. Feb. 22[80].
Filion. Vid. Felicion.
Filippianus. April. 17[add].
*Filippus. Vid. Philippus.*
Filistinus. Aug. 5[32].
Filocalus, Filocarpus. Mart. 21[7.13].
Filocastus, Filocosus. April. 29[20.48].
Filomeri. Nov. 14[9].
Filominus, Fluminus. Mai. 28[39.43]; iun. 2[238]. — *Philominus.*
Filonti. April. 11[34].
Filoromus, Filoronus. Ian. 7[36]; 11[15]; 12[43]; feb. 13[29]; 14[110]. — *Philoromus.*
Finadelfina civitas. Aug. 1[30]. — *Philadelphia.*
Firma. Oct. 30[35].
Firmanus. Mart. 10[32].
Firmatus. Oct. 5[26].
*Firmatus diac. Autissiodori.* Oct. 5, p. 542[25].
Firmina. Iun. 2[175]; oct. 10[25].
Firminus, Sirminus. Ian. 13[add]; sept. 1[add].
*Firminus ep. Ambianen.* Sept. 1, p. 483[add].
Firmus. Ian. 2[13]; 3[84]; 9[31]; 10[4]; feb. 2[40]; mart. 10[16]; 11[24]; 12[72]; mai. 23[36]; aug. 9[6]; nov. 11[30]; 15[add].
*Firmus et Rusticus.* Ian. 9, p. 33[31]; 10, p. 34[4]; aug. 9, p. 427[1].
Fiscamnum monasterium. Iun. 19[add].
Fissinari. Feb. 16[76]. — *Caesarea.*
Flamminia (via). Feb. 14[136].
Flavia. Feb. 22[90]; mai. 7[39.81]; 8[36]; iun. 2[54].
Flavianus. Feb. 24[63. add]; april. 12[74]; iun. 2[32]; aug. 23[74]; oct. 24[9.17.21]; 25[40]; dec. 23[45].
*Flavianus in Africa.* Mai. 25, p. 273[43].
*Flavianus ep. Augustodunen.* Aug. 23, p. 461[71].
Flavica. Iun. 3[107].
Flavina. Oct. 5[29].
*Flavina v. Autissiodori.* Oct. 5, p. 542[25].
Flavinus. April. 12[108]; mai. 25[55].
Flavius. Feb. 24[41]; mai. 6[118]; 7[4]; iun. 1[62]; iul. 11[76]; oct. 27[add].
*Flavius ep. Nicomediae.* Mai. 7, p. 236[1].
Florentiana. Aug. 31[31].
Florentianus. Sept. 27[52].
*Florentianus in Castro Duisma.* Sept. 27, p. 530[50].
Florentina. Iun. 2[159].
Florentinus. April. 6[27]; iun. 2[48].
Florentius. Ian. 3[99]; feb. 22[84]; 24[32]; mart. 19[35]; april. 30[61]; mai. 16[17]; iul. 15[85]; aug. 31[20]; oct. 10[31]; 27[39]; dec. 30[16. add].
*Florentius Ausimi.* Mai. 16, p. 257[15].
*Florentius in Oia insula.* Dec. 30, p. 15[13]; iun. 27, p. 339[46].
*Florentius ep. Viennen.* Ian. 3, p. 24[99].
Floriacum monasterium. Iul. 11[add].
Floriana. Mai. 6[75]; iul. 9[32].
Florianus, Forianus. Mart. 3[3.31]; 4[64]; april. 24[27.45]; 30[56]; mai. 4[44]; 6[106]; 7[add]; aug. 5[30].
*Florianus Lauriaci.* Mai. 4, p. 230[39].
Florida. Ian. 14[25]; 18[69]; 19[35]; mai. 8[30.32].
Floridianus. Mai. 7[add].
Floridus. Dec. 31[54].
Florus. Ian. 6[add]; 8[15.17]; 11[30]; 20[50]; 21[22]; 22[72]; 23[17.30]; feb. 20[add]; april. 24[add]; iun. 3[74]; oct. 26[6.11]; dec. 21[84]; 22[31].

*Florus*

*Florus Nicomediae.* Ian. 20, p. 51[39]; 21, p. 53,[19]; 22, p. 56[58].
Flosculus. Feb. 2[81].
*Flosculus ep. Aurelianen.* Feb. 2, p. 74[77].
Fluminus. Vid. Filominus.
*Focas. Vid. Phocas.*
*Focius. Vid. Photius.*
*Foillanus frater S. Fursei.* Oct. 31, p. 580[exc].
Fontaci. Iun. 2[127].
Fontanella, Fontenella monasterium. Ian. 16[add]; mart. 10[add]; 20[add]; 31[add]; april. 17[add]; 19[add]; 30[add]; iun. 20[add]; iul. 22[add]; 29[add].
Fori. Ian. 6[add]. — *Telesphorus.*
Forianus. Vid. Florianus.
Formata. Nov. 16[71].
Formies (in). Iun. 2[add]. — *Formiae.*
Forosi. Feb. 2[65]. — *Forum Sempronii.*
Forti. Mart. 4[76]. — *Photius.*
Fortunata, Furtunata. Ian. 17[10]; 27[23]; feb. 22[92]; 24[55]; april. 11[25]; 20[26]; 21[4]; 24[43]; mai. 6[58]; 7[67]; 10[101]; 11[24]; 31[42]; iun. 1[35]; 1[111]; 2[59. 141]; 3[50. 105]; aug. 14[10]; nov. 11[35]; dec. 6[add]; 15[12. 17].
*Fortunata in Patria Campaniae.* Oct. 12, p. 553[add]; 15, p. 557[18].
Fortunatianus. Iun. 13[3].
Fortunatus, Furtunatus. Ian. 9[19]; 18[41]; 19[18. 55]; feb. 2[38]; 21[13]; 24[72]; 25[18. 29]; 26[13]; mart. 3[8. 19]; 4[67]; april. 9[18]; 15[54]; 16[65]; 17[8]; 18[33]; 19[19]; 20[16]; 23[41]; 25[16]; mai. 3[63. 68]; 4[add]; 6[108]; 7[110. 114]; 8[14]; 10[163]; 11[11]; 19[67]; 21[17]; 26[29]; iun. 1[47. 90]; 2[49. 105. 138. 165. 197]; 3[41]; 3[113]; 5[40. 54]; 7[6]; 11[29]; iul. 12[10]; 15[23]; aug. 14[4. 31]; 23[5]; sept. 1[42]; 9[27]; oct. 12[25]; 31[18. 34]; nov. 6[23]; dec. 1[23]; 2[12]; 6[5]; 31[60].
*Fortunatus Aquileiae.* Iun. 11, p. 314[29]; iul. 12, p. 371[8]; 15, p. 376[23]; aug. 14, p. 443[8]; 23, p. 459[1].
*Fortunatus diac. Valentiae.* April. 23, p. 205[35].
Fortunius, Furtunius. Mart. 3[33]; 4[54]; april. 24[6. 24. add]; 30[34]; mai. 7[37. 58]; 8[72]; 10[71]; 10[130]; 24[28]; iun. 4[50].
Forum Cornilii. Aug. 11[37]; 13[19].
Forum Simfroni, Simproni. Feb. 2[65]; 3[4. add]; 4[2]; aug. 6[20]. — *Forum Sempronii.*
Fraternus. Iul. 9[51]; sept. 29[47].
*Fraternus ep. Autissiodoren.* Sept. 29, p. 533[45].
Fratres tres. Mai. 7[10. 18].
*Frigdianus ep. Lucae.* Nov. 18, p. 607[add].
Frigia, Phrigia (in). Mart. 24[add]; april. 22[2]; mai. 1[14]; iun. 14[2]; iul. 23[13]; 26[3]; 28[3]; 31[2]; aug. 13[24]; oct. 9[3]; 24[14]; 27[9. 17]; nov. 6[33].
Frigianus. Nov. 18[add].
Frodiria (in). April. 30[109]. — *Aphrodisia.*
Fronimus, Frunimus. Mart. 3[80]; 4[72]; 13[102]; 14[12. 31].
Frontina. Mart. 14[16].
Frontinus. April. 14[25].
Fronto, Frontonus. Ian. 22[43]; mart. 14[27]; april. 14[51. 57]; nov. 16[57].
*Fronto Alexandriae.* April. 14, p. 190[57].
*Fronto Antiochiae.* Nov. 16, p. 602[55].
*Fronto Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13].
*Fronto Thessalonicae.* Mart. 14, p. 144[1].
Frontonus. Vid. Fronto.
Fructa. Nov. 16[66].
Fructulus. Feb. 18[12. 26].
Fructuosa. Nov. 15[30]; 16[64].
Fructuosus. Ian. 21[12. 39]; feb. 16[27].
*Fructuosus ep., Augurius et Eulogius diac. Tarraconae.* Ian. 21, p. 53[33]; aug. 21, p. 454[1].
Fructus. Iun. 3[69]; iul. 20[46].
Frumualdus. Nov. 16[add].
Frunimus. Vid. Fronimus.
Fulgentius. Ian. 1[add]; dec. 5[25].
Fulogius. Vid. Eulogius.
Furina. Aug. 29[48].
Furius. Mai. 8[41].
Furseus. Ian. 16[add]; feb. 9[add].
*Furseus ab. Latiniacensis.* Ian. 16, p. 43[add].
Furtuna. Feb. 22[44]; mai. 6[53].
Furtunata. Vid. Fortunata.
Furtunatus. Vid. Fortunatus.
Furtunio. Feb. 17[45]; 27[11]; mart. 4[74]; mai. 3[66]; 10[51]; iun. 4[16].
Furtunius. Vid. Fortunius.
Fuscianus. Iun. 27[add]; dec. 11[37].
*Fuscianus Ambianis* Dec. 11, p. 645[34].
Fuscus. April. 24[21. add].
Fustacius. Ian. 21[25].

# G

Gabianus. Mart. 3[25].
Gabinus, Gavinus. April. 30[57]; mai. 6[40]; 30[14]; oct. 25[9].
*Gabinus Turribus Sardiniae.* Mai. 30, p. 282[10]; 31, p. 284[11]; oct. 25, p. 571[6].
Gabri. April. 30[57]. — *Gabinus.*
Gadderi. Mai. 8[85]. — *Iader.*
Gaddianus. Ian. 21[61].
Gadudi. April. 30[66].
Gagelus. Vid. Gargelus.
Gagia. Vid. Gaia.
Gagianus. Vid. Gaianus.
Gagiora. Vid. Gaiosa.
Gagius. Vid. Gaius.
Gaia, Gagia. Ian. 19[24]; iun. 3[59].
Gaianus, Gagianus. April. 10[11]; 30[58]; mai. 6[56]; 6[89. 129. add]; 16[24]; iun. 1[165]; 15[21]; iul. 10[165]; aug. 31[11]; sept. 4[9. 18]; oct. 2[21]; dec. 28[38].
*Gaianus Ancyrae.* Aug. 31, p. 479[8]; dec. 28, p. 13[14].
*Gaianus Barbariae in Africa.* Mai. 16, p. 257[22]; iun. 15, p. 320[17].
*Gaianus diac. in Dacia Ripensi.* April. 10, p. 181[10].
Gainicus. Vid. Callinicus.
Gaiosa, Gagiona, Caiola. Mart. 3[37. 41]; 4[57].
Gaius, Gagius. Ian. 1[52]; 4[17]; 21[76]; 27[55. add]; 31[add]; feb. 2[46]; 20[8. 17]; 24[31]; 28[28]; mart. 3[35]; 4[60. 69]; 10[39]; 11[5]; 12[add]; 19[add]; april. 2[33]; 6[18]; 18[38]; 19[6. 20]; 22[9. 41]; mai. 1[27]; 7[32]; 8[40]; 13[32]; iun. 5[24]; iul. 1[6. 8]; 10[100]; 11[73]; aug. 9[58]; oct. 21[5]; 27[10]; nov. 20[21]; dec. 25[22]; 31[22].
*Gaius Bononiae.* Ian. 1, p. 20[51]; 4, p. 25[13]; dec. 31, p. 17[21]. — Vid. Iul. 1, p. 346[6].
*Gaius Eumeniae.* Oct. 27, p. 573[9].

*Gaius Nicomediae.* Oct. 21, p. 565[1].
*Gaius ep. Rom.* Feb. 20, p. 106[7]; april. 22, p. 202[7]; aug. 9, p. 428[25].
Galanus. Iul. 10[96]; nov. 15[18].
Galata. Vid. Galatia.
Galatia, Galata (in). Mart. 13[32]; 19[10]; april. 15[35]; dec. 28[15].
Galatius. Feb. 22[97].
Galcorus. Vid. Calocerus.
Galduni. Iun. 4[14].
Galeus. Ian. 24[22].
Galicurus. Vid. Calocerus.
Galilea (in). Mart. 25[add]; iun. 19[add].
Galinicus. Vid. Callinicus.
Galla. Mart. 3[38]; april. 16[11]; mai. 8[95].
Gallia, Gallea (in). Ian. 8[add]; 17[add]; 20[35]; april. 23[38]; mai. 6[15]; 24[35]; iun. 8[56]; 9[31]; iul. 4[18]; 21[33]; aug. 1[86]; 22[40]; 24[12]; 26[33]; 27[66]; sept. 4[42]; 5[37]; 13[17]; 19[25. 68]; 22[23. 51]; 24[31]; 28[41]; oct. 1[33]; 2[add]; 5[17. 23]; 6[42. 50]; 7[27]; 9[15]; 15[2]; 20[25]; 23[add]; 25[48]; 30[add]; 31[add]; nov. 1[71. 77]; 10[27]; 11[15. 47]; 13[37]; 17[69]; dec. 11[33].
Gallianus. Iun. 14[add].
Gallica, Gallicia. Iun. 2[63]; 3[111]; oct. 31[26].
Gallicia. Vid. Gallica.
Gallicus. Mai. 7[71].
Gallienus. April. 16[72]; mai. 31[23]. — Vid. Gallinia.
Gallinia. April. 16[37]. — Vid. Gallienus.
*Gallinia Corinthi.* April. 16, p. 193[1].
Gallinicus. Vid. Callinicus.
Gallinius. Dec. 23[75]. — *Callistus.*
Gallonis. Feb. 16[22].
Gallus. Feb. 22[12]; april. 17[19].
*Gallus ab. in Alamannia.* Oct. 16, p. 558[exc].
Gamaliel. Aug. 3[32].
Gandda. Aug. 19[22]. — *Gaza.*
Gandriena. Iun. 17[16]. — *Nicander.*
Gangalus. Iun. 22[5].
Gapargus. Oct. 3[15].
Garganus mons. Sept. 29[33].
Gargelus, Gagelus, Gorgilius, Gurgelus. Sept. 24[20]; 28[5. 18].
Gatta. Dec. 28[26].
Gattus. Dec. 6[6].
Gaudentia. Aug. 30[6].
Gaudentius. Iun. 25[4]; 26[11].
Gaudianus. Sept. 17[37].
Gaudius. Nov. 7[27]. — *Claudius.*
Gaudola. Mai. 6[78].
Gaudulus. Iun. 2[97].
*Gaugericus Cameraci.* Aug. 11, p. 435[add]; 16. p. 466[add].
Gauricus. Aug. 11[add]; 16[add].
Gausuti. Sept. 4[20].
Gavala, Gavalis, Gavalus civitas. Ian. 29[2]; aug. 20[add]; 21[52]; oct. 25[add].
Gavianus. April. 10[add].
Gavina. Mai. 6[51].
Gavinus. Vid. Gabinus.
Gedinus. Dec. 13[30].
Gegolus. Feb. 24[59].
Gelasius, Gelatus, Zelasius. Ian. 31[12]; feb. 4[6]; 5[16]; 5[20]; iun. 30[10]; aug. 19[20].
*Gelasius ep. Rom.* Nov. 21, p. 612[exc].
Gelatus. Vid. Gelasius.
Geldardus. Iun. 8[add]; aug. 24[23].
*Geldardus. Vid. Gildardus.*
Gelosus. Mart. 18[add].
Gemeliana. Feb. 24[53].
Gemelina. Vid. Gemellina.
Gemella. Feb. 15[40].
Gemellas (ad). Ian. 22[75].
Gemellianus. Feb. 15[45].
Gemellina, Gemelina, Germelina. April. 26[32]; 27[68]; iun. 1[115. 140]; aug. 29[50].
Gemellus. Ian. 22[75]; april. 12[104].
Gemina. Iun. 1[75].
Geminianus. April. 6[28]; iun. 2[279].
*Geminianus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Geminus. Ian. 4[4]; 31[11]; feb. 4[5. 12]; 18[22]; mai. 10[84]; iun. 2[239].
*Geminus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Gemma. April. 20[21. 24].
Gendara Syriae, Vindera. Aug. 14[1. 34].
Genefeva. Ian. 3[94].
Generi. April. 27[20]. — *Zenon.*
Generosa. Iul. 17[11]; 18[66]; sept. 16[37].
*Generosa Scillitana.* Iul. 17, p. 380[1].
Generosus. Feb. 15[42].
Genesius, Genisius. April. 20[add]; aug. 24[9]; 25[3. 30]; nov. 1[add]; dec. 16[12].
*Genesius Arelate.* Aug. 25, p. 464[1]; dec. 16, p. 650[7].
*Genesius ep. Lugdunen.* Nov. 1, p. 583[add].
*Gengulphus Varennensis.* Mai. 11, p. 248[add].
Geni. Nov. 15[20].
Genisius. Vid. Genesius.
Gennardus. Iul. 29[add].
*Gennardus presb. Fontanellae.* Iul. 29, p. 404[add].
Gennosius, Genosius. April. 27[26. 84].
Genotius. Dec. 24[13].
*Genoveƒa v. Parisiis.* Ian. 3, p. 24[94].
Gentianus. Mai. 8[add]; iun. 27[add].
*Gentianus Corbeiae.* Mai. 8, p. 240[add].
Gentius. Mai. 29[6. 43].
Genua civitas. Sept. 28[38].
Genuinus. Oct. 9[54].
*Genuinus Romae.* Oct. 9, p. 548[52].
Georga. April. 24[113]. — *Georgius.*
Georgi, Gorgii. Mart. 2[2]; 3[71]. — *Gordius.*
Georgius. April. 15[60]; 23[add]; 24[add]; 25[24]; 25[add]; mai. 7[132]; sept. 19[56]; 26[add]; nov. 9[14].
*Georgius ep. Anicii.* Sept. 19, p. 518[56].
*Georgius Diospoli.* April. 23, p. 205[add]; 24, p. 208[113]; 25, p. 209[19]; mai. 7, p. 237[129].
Geranus. Vid. Seranus.
Gerapulis. Vid. Hierapolis.
Gerati lacus. Mart. 13[29].
Gerbasius. Vid. Gervasius.
Gereon. Oct. 9[20].
*Gereon et soc. Coloniae Agrippinae.* Oct. 9, p. 548[15].
Geria. Iun. 17[33]. — *Cyriacus.*
Germana. Ian. 19[9]; april. 27[71]; mai. 7[86].
*Germani VII filii S. Symphorosae.* Mai. 29, p. 281[37]; iun. 27, p. 338[1].
Germanus. Feb. [9. 49]; 11[add]; 12[17]; april. 15[71]; 26[29]; 27[64. add]; 29[5. 19]; mai. 2[1. 27]; 7[112]; 28[54]; 31[24. 34]; iun. 1[27. 182]; iul. 3[47]; 18[25. 51]; 25[add]; 31[13]; sept. 22[59]; oct. 1[38. add]; 30[8]; nov. 3[5. 12]; 12[13]; 13[25]; dec. 10[25].


*Germanus*

*Germanus presb. Alexandriae.* April. 29, p. 271 [1]; mai. 2, p. 226 [26].
*Germanus Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63].
*Germanus ep. Autissiodoren.* Iul. 31, p. 406 [13]; sept. 22, p. 522 [51]. — *Basilica.* April. 15, p. 192 [62].
*Germanus Caesareae Cappadociae.* Oct. 30, p. 577 [8]; nov. 3, p. 584 [1].
*Germanus Caesareae Palaestinae.* Nov. 12, p. 597 [13]; 13, p. 598 [21].
*Germanus ep. Parisien.* Mai. 28, p. 279 [51]; iul. 25, p. 396 [add].
Germelina. Vid. Gemellina.
Germinus. Feb. 12 [17]. — *Germanus.*
Gerontius. Ian. 14 [22]; 19 [5]; feb. 23 [add]; mai. 6 [20]; dec. 9 [26].
*Gerontius presb. in Vico Iulii.* Mai. 6, p. 233 [15].
Gertrudis. Mart. 16 [add].
*Gertrudis abb. Nivialensis.* Mart. 16, p. 148 [add]; 17, p. 149 [add].
Gerunda civitas. Aug. 1 [79].
Gervasius, Gerbasius. Mai. 20 [19]; iun. 19 [5. 10]; iul. 28 [39]; oct. 30 [51].
*Gervasius et Protasius Mediolani.* Mai. 20, p. 264 [19]; iun. 19, p. 325 [1]; iul. 28, p. 401 [39]; oct. 30, p. 578 [50].
Getheus, Gitta, Gitteus. Feb. 28 [34]; mart. 1 [28]; iun. 30 [11].
Getulia (in). Mai. 19 [78].
Getulius, Zetulius, Zelotus. Mai. 28 [5]; dec. 6 [1.4].
Giddinus. Vid. Guddinus.
*Gildardus ep. Rotomagen.* Iun. 8, p. 310 [add].
*Gildardus in vico Luperciaco.* Aug. 24, p. 463 [23].
Gildoba civitas. Dec. 20 [4]; 21 [15].
Gimirus. Vid. Sirinus.
Gindeus. Vid. Cendeus.
Gitta. Vid. Getheus.
Gitteus. Vid. Getheus.
Gladiosa. Mai. 8 [91].
Glericus. Vid. Glicerius.
Glicerius, Glericus, Lucerius, Lucritius, Luricus. Ian. 7 [15]; 13 [14]; 14 [3. 23]; 15 [17]; 18 [73. 74]; iul. 11 [71]. — *Glycerius.*
Gliteria. Iul. 8 [57]. — *Glyceria.*
Glodesindis. Iul. 25 [add].
*Glodesindis abb. Mettis.* Iul. 25, p. 396 [add].
Gloriosa. Mai. 10 [157]; iul. 26 [12].
Gloriosus. Feb. 21 [36].
*Glyceria Heracleae.* Iul. 8, p. 358 [5].
*Glycerius Antiochiae.* Ian. 13, p. 39 [14]; 14, p. 40 [1]; 15, p. 41 [16]; iul. 11, p. 369 [51].
Goamali. April. 16 [68].
Goar. Iul. 6 [add].
*Goar presb. (non ep.).* Iul. 6, p. 356 [add].
Gobanus, Gobbanus. Nov. 3 [11]; dec. 6 [10].
Godditis. Ian. 27 [25].
Gogianus. Iul. 11 [70].
Golgotha mons. Mai. 3 [15].
Gordianus, Gurdianus, Turdianus. April. 22 [45]; mai. 9 [35]; 10 [3. 24]; iul. 11 [81]; sept. 15 [30. 43]; 17 [15].
*Gordianus et Epimachus Romae.* Mai. 9, p. 242 [32]; mai. 10, p. 244 [1].
*Gordianus Tomis et Niveduni.* Sept. 15, p. 508 [23]; 17, p. 514 [12].
*Gordius Caesareae Cappadociae.* Mart. 2, p. 122 [2]; 3, p. 124 [71].
Gorgilius. Vid. Gargelus.
Gorgodianus. Iul. 10 [107].
Gorgonina. Iun. 3 [44].
Gorgonius, Gurgonius, Cundianus. Feb. 22 [99]; mart. 3 [78]; 10 [14]; 11 [23]; 12 [62]; iul. 3 [add]; 10 [92]; 11 [64]; sept. 2 [8]; 9 [12].
*Gorgonius Nicomediae.* Feb. 22, p. 111 [99]; mart. 3, p. 125 [78]; 10, p. 136 [14]; 11, p. 137 [21]; 12, p. 139 [1]; sept. 2, p. 484 [8].
*Gorgonius Romae.* Sept. 9, p. 497 [1].
Gortonianus. April. 2 [40].
Gortonis castrum. Nov. 1 [add].
Gortuna civitas. Mai. 25 [23].
Gososia. Iun. 1 [67].
Gothinus. Mart. 21 [8].
Gracinopolis civitas. Iun. 6 [23]. — *Gratianopolis.*
Gradi, Gradini. Iul. 2 [7. 12. 42].
Granus. April. 10 [4].
Graphi. Iun. 22 [7]. — *Historiographi.*
Grata. Iun. 2 [242].
*Grata Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
Gratianus. Oct. 23 [add].
*Gratianus in agro Ambianensi.* Oct. 23, p. 568 [add].
Gratus. April. 29 [27]; mai. 12 [11]; iun. 3 [5]; nov. 17 [65].
*Gratus in Africa.* April. 29, p. 218 [26].
Grecia (in). Ian. 7 [29]; 8 [2]; feb. 1 [23]; 14 [104]; mart. 5 [2]; 16 [18].
Gregoria, Grigoria. Iun. 5 [23]; nov. 17 [49].
Gregorius, Grigorius. Ian. 11 [add]; feb. 2 [47]; mart. 4 [42]; 11 [add]; 12 [104. 111]; 19 [add]; mai. 5 [9]; nov. 4 [5]; 5 [18]; dec. 19 [108]; 20 [37].
*Gregorius ep. Autissiodoren.* Dec. 19, p. 655 [106].
*Gregorius ep. Nyssen.* Ian. 11, p. 36 [add].
*Gregorius ep. Rom.* Mai. 12, p. 140 [104].
*Gregorius Thaumaturgus.* Nov. 17, p. 604 [49].
Grigorius, -ia. Vid. Gregorius, -ia.
Gripfi. Mai. 13 [6]. — *Agrippa.*
Guddinus, Guddinis, Giddinus, Zeddinus. Feb. 17 [43]; mai. 8 [63]; 10 [67]; iun. 27 [33]; nov. 11 [25].
*Guddinus in Africa.* Iun. 27, p. 338 [34].
Gudodianus. Ian. 24 [38].
Gummi. Iul. 14 [16].
Gundulfus. Sept. 7 [add].
*Gundulphus ep. Metten.* Sept. 7, p. 493 [add].
Gunthramnus. Mart. 28 [15].
*Gunthramnus rex Cabillone.* Mart. 28, p. 165 [15].
Gurdiani. Vid. Gordianus.
Gurdinus. Iun. 28 [34].
Gurgelus. Vid. Gargelus.
Gurgonius. Vid. Gorgonius.
Guttam iugiter manantem (ad). Iul. 9 [26].


# H


Habundius. Vid. Abundius.
Hadrianus. Vid. Adrianus.
*Halmyris urbs in Moesia.* Mai. 23, p. 268 [3].
Hebianus. Mart. 3 [34].
Hedenti. Mai. 6 [52].
Hedistus, Edistus. Oct. 12 [3. 33]; nov. 13 [11].
*Hedistus Romae.* Oct. 12, p. 552 [1].
*Hedistus in Thracia.* Nov. 13, p. 598 [10].
*Hegemonius ep. Augustan.* Ian. 8, p. 32 [23].
Helacrius. Vid. Heraclius.

Helaria. Vid. Hilaria.
Helarius. Vid. Hilarius.
Helena. Mai. 3[11]; 22[39]; aug. 18[add].
*Helena v. Autissiodori.* Mai. 22, p. 267[33].
*Helena mater Constantini.* Aug. 18, p. 450[add].
Heli. Iul. 21[22].
Heliana. Aug. 18[17. 21].
Helias, Elias, Helius, Aelius. Mai. 27[11]; iun. 8[42]; iul. 7[6]; 8[45]; aug. 28[16. 28]; 29[7]; sept. 19[7]; dec. 15[47]; 26[26].
*Helias Ascalonae.* Dec. 15, p. 649[46].
*Helias Durostori et Tomis.* Mai. 27, p. 276[40]; iun. 8, p. 310[42]; dec. 26, p. 11[26].
*Helias in Palaestina.* Sept. 19, p. 517[4].
Helici. Iul. 10[80].
Heliodorus, Eleodorus. Mai. 6[32]; iul. 3[66].
Helion. Iul. 3[42].
Heliseus. Aug. 29[3].
*Heliseus propheta.* Aug. 29, p. 474[3].
Helisponto (in). Ian. 3[2].
Helius. Vid. Helias.
*Helladius ep. Autissiodoren.* Mai. 8, p. 240[120].
Helpidius, Elpidius, Hilpidius. April. 27[25. 32. 43]; mai. 2[22]; sept. 4[10].
*Helpidius Melitinae.* April. 27, p. 213[36]; mai. 2, p. 226[19].
*Hemmerammus ep. in Baioaria.* Sept. 22, p. 523[exc].
Heraclea, Eraclea, Eraclia, Araclea (in). Ian. 7[23]; feb. 14[98]; mart. 26[49]; april. 1[10]; iul. 8[53]; sept. 29[4. 13. 17]; nov. 14[2]; 17[48]; 18[31]; 19[16]; 20[2]; dec. 21[61].
Heraclia. Iun. 1[17].
Heraclides. Oct. 26[8].
*Heraclides Alexandriae.* Iun. 28, p. 341[62].
Heraclius, Eraclius, Eradius, Helacrius. Ian. 1[54]; feb. 12[30]; mart. 10[36]; 11[2]; mai. 15[29]; 16[10]; 17[19]; 26[4. 20]; iun. 28[59]; iul. 7[4]; 8[5. 11]; aug. 4[add]; 5[2. 14]; 14[16. 24]; sept. 12[27]; oct. 8[17]; 10[4. 26]; 11[23]; nov. 14[18]; 21[13. 34]; dec. 4[2]; 5[11]; 10[4].
*Heraclius Laodiceae.* Oct. 9, p. 547[1]; 10, p. 549[4].
*Heraclius Niveduni.* Mai. 16, p. 257[30]; 17, p. 259[18]; 26, p. 274[1].
*Herais Alexandriae.* Iun. 28, p. 341[62].
Herasmus. Iun. 2[218. add]. — *Erasmus.*
Hercelius. Mai. 16[31]. — *Heraclius.*
Herculanus. Sept. 5[5].
*Herculanus in Portu Romano.* Sept. 5, p. 489[1].
Herdona villa. Sept. 1[23].
Herefili. Mart. 4[40].
Heremitis. Sept. 19[79].
Herene. April. 1[17]; 5[28]; mai. 5[6]. — *Irene.*
Herene. Nov. 27[6]. — *Serenus.*
Hereneus, Herenus, Herentius, Irene. Mart. 26[69]; april. 5[add]; 6[3]; mai. 5[4]; 6[107. 111]; iul. 18[27]; aug. 4[add]. — *Irenaeus, Irene.*
Herenti. Aug. 5[1]. — *Perinthus.*
Hereti. Iun. 11[37].
Heribius. Mart. 5[15].
Heris. April. 24[56].
Herisus, Herissus. Ian. 2[17]; 13[13].
Hermae. Aug. 14[20].
*Hermagoras Aquileiae.* Iul. 12, p. 371[8]; aug. 23, p. 459[1]; dec. 6, p. 637[7].
Hermemphi. April. 25[15].
Hermes, Ermes. Ian. 1[49. 72]; 4[14]; 21[32. 78]; 22[53]; 24[43]; feb. 28[33]; mart. 1[28]; april. 27[38]; aug. 25[33]; 27[25]; 28[2. 26]; oct. 18[9. 36]; 22[9]; 30[36]; nov. 2[18]; 3[10]; dec. 31[41].
*Hermes Adrianopoli.* Oct. 18, p. 560[6]; oct. 22, p. 567[1].
*Hermes exorcista Bononiae et in Ratiaria.* Ian. 1, p. 20[47]; 4, p. 25[13]; dec. 31, p. 17[40].
*Hermes via Salaria vet. Romae.* Aug. 27, p. 471[24]; 28, p. 473[19].
Hermilus. Aug. 3[7].
Hermogenes, Hermogines, Ermogines. April. 16[45]; 17[5]; 18[8]; 19[5. 29]; 25[8]; 27[44]; mai. 2[24]; 3[33]; sept. 1[28]; nov. 13[17]; dec. 6[7]; 9[38]; 12[13].
*Hermogenes Melitinae.* April. 19, p. 198[1]; 27, p. 213[36]; mai. 2, p. 226[19]; 3, p. 227[28]; 18, p. 196[8].
*Hermogenes Syracusis.* April. 25, p. 209[1]; sept. 1, p. 481[26].
Hermogeratus. Aug. 23[24].
Hermon. Mai. 18[19].
*Hermon lect. Alexandriae.* Mai. 18, p. 260[1].
*Hermon Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63].
Herodes rex. Feb. 10[44]; aug. 29[22].
Herolus. Vid. Herulus.
Heromana. Nov. 26[17].
*Heron Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63].
*Heron Alexandriae.* Iun. 28, p. 341[62].
Herosius. Vid. Arosius.
Heroti. Iun. 28[58]. — *Heron.*
Herotis. Vid. Sineros.
Hertula. April. 12[35].
Herulus, Herolus. Feb. 23[44]; 24[13]; mart. 2[1]; mai. 15[25].
Herundo. Nov. 11[9].
Hesa, Hessa. Vid. Bessia.
*Hesperius Antiochiae.* Iul. 8, p. 358[1].
*Hesychius Antiochiae.* Feb. 15, p. 97[1]; mart. 4, p. 127[32]; mai. 29, p. 281[44]; 30, p. 282[1]; 31, p. 285[55]; iul. 3, p. 351[46]; iul. 10, p. 366[116]; nov. 18, p. 605[1].
*Hesychius CPoli.* Mai. 18, p. 260[34].
*Hesychius Durostori.* Mart. 9, p. 134[11]; iun. 15, p. 319[1]; 17, p. 323[18].
*Hesychius Sebastiae.* Mart. 11, p. 137[13].
Hetherius. Iul. 27[23]. — *Aetherius.*
Hibernia (in). Mart. 17[add].
Hierapi. Feb. 16[17].
Hierapolis, Gerapulis civitas. April. 22[4. 28]; mai. 1[15]; oct. 23[13]; nov. 17[22].
Hieremias. Mai. 6[117]; iun. 21[35].
Hierene. Vid. Hirenea.
Hiero insula. Aug. 20[add].
Hieronymus. Sept 30[30].
*Hieronymus presb.* Sept. 30, p. 534[30].
Hierosolima, Hierusolima, Hierusalem. Ian. 2[30]; 5[17]; 19[38]; feb. 2[add]; mart. 15[32]; 17[add]; 24[add]; 25[1]; mai. 1[54]; 3[2]; iul. 25[6]; aug. 2[22. 32]; 3[19]; 19[27]; sept. 30[25]; dec. 26[3]; 27[20]; 29[add].
Hierotis. Mart. 3[21].
Hilaria, Helaria. Aug. 12[46]; dec. 31[8].
*Hilaria Romae.* Aug. 12, p. 437[23]; dec. 31, p. 17[1]
Hilariacum monasterium. Iul. 5[add]; sept. 16[add].
Hilarianus. Mart. 4[66]; mai. 6[48].

Hilarina. Dec. 31 [34].
Hilarinus. Ian. 3 [82].
*Hilarinus ad Ostia Tiberina.* Iul. 16, p. 378 [3].
Hilarius, Hilarus, Helarius. Ian. 13 [32]; 27 [32]; feb. 1 [54]; 2 [14. 74]; mart. 12 [55. 91]; 13 [110]; 16 [3]; 17 [21]; april. 9 [14]; 10 [5]; 11 [6]; 19 [17]; mai. 5 [19]; 7 [136]; iun. 1 [150]; 2 [299]; 5 [28]; iul. 16 [5]; aug. 12 [28]; sept. 10 [47]; oct. 25 [add]; nov. 1 [17].
*Hilarius Aquileiae.* Mart. 16, p. 147 [1]; 17, p. 149 [17].
*Hilarius ep. Arelaten.* Mai. 5, p. 231 [16]; 7, p. 237 [133].
*Hilarius Nicomediae.* Mart. 12, p. 139 [1].
*Hilarius ep. Pictavien.* Ian. 13, p. 39 [32]; nov. 1, 582 [12].
*Hilarius Viterbii. Vid. Valentinus.*
*Hilarus ep. Gavalitan.* Oct. 25, p. 571 [add].
*Hilarus ep. Rom.* Sept. 10, p. 500 [44].
Hilpidus. Vid. Helpidius.
Hilpis. Iun. 2 [250].
*Hilpis Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
*Hippias Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63]; 14, p. 95 [119].
Hippolitus. Vid. Ippolitus.
*Hippolytus Antiochiae.* Ian. 29, p. 67 [16]; 30, p. 68 [1]; 31, p. 70 [13].
*Hippolytus Romae via Tiburtina.* Aug. 13, p. 439 [1]. — *Dedicatio basilicae Foro Sempronii.* Feb. 2, p. 74 [22]; aug. 6, p. 421 [19]; nov. 2, p. 584 [1]. — *Vid. Hippolytus in Portu Romano.*
*Hippolytus Romae via Appia.* Iun. 19, p. 326 [15].
*Hippolytus in Portu Romano.* Aug. 21, p. 454 [18]; 22, p. 457 [14]; 23, p. 460 [35]; sept. 11, p. 502 [7]. — *Vid. Hippolytus Romae via Tiburtina.*
Hirapulis. Vid. Hierapolis.
Hirenea, Hierene. Feb. 10 [19. 29].
Hireneus. Feb. 25 [6. 20]; april. 6 [58]; iun. 28 [58. 78]; iul. 18 [53]; aug. 5 [13]; 26 [add]. — *Irenaeus.*
Hiromei. Mart. 13 [37]. — *Nicomedia.*
Hiscla. Iul. 15 [59]. — *In Portu Romano.*
Hisicius. Vid. Isicius.
Hispalis civitas. Iul. 4 [47].
Hispania, Spania, in Spanis. Ian. 11 [22]; 19 [30. 36]; 20 [add]; 21 [34]; 22 [2]; feb. 12 [add]; 16 [9. 34]; april. 15 [41]; mai. 23 [2]; 29 [5. 42]; iun. 10 [21]; 28 [24]; iul. 19 [18]; aug. 1 [78]; 21 [2]; 25 [35]; oct. 13 [2]; 31 [48]; nov. 9 [20]; 18 [11]; 20 [23]; 29 [26]; dec. 10 [39. add]; 11 [19]; 12 [2].
Hludovvicus imperator. Iun. 20 [add].
Hlutra flumen. Oct. 5 [add].
Hominius. Vid. Cominius.
Honesta. Mai. 8 [49].
Honnulfus. Ian. 5 [add].
*Honnulphus ep. Senonen.* Ian. 5, p. 27 [add].
Honobertus. Ian. 5 [add].
*Honobertus ep. Senonen.* Ian. 5, p. 27 [add].
Honorata. Iun. 3 [80].
Honoratus. Ian. 1 [70]; 16 [83]; 18 [67]; 19 [17]; 21 [72]; 27 [51]; 29 [10]; feb. 2 [12]; 16 [46]; 24 [62]; mart. 4 [49]; april. 12 [85]; 20 [18]; 26 [13]; 30 [16. 21]; mai. 7 [76]; 10 [174]; iun. 1 [52]; 2 [209. 315]; iul. 8 [39]; nov. 16 [24]; 22 [19]; dec. 17 [7]; 18 [14. 57. 105]; 19, [34. 47. 95]; 21 [87]; 29 [14].
*Honoratus (Honorata) in Africa.* Dec. 17, p. 651 [7]; 18, p. 652 [9].
*Honoratus ep. Arelaten.* Ian. 16, p. 43 [83].
*Honoratus Potentiae.* Aug. 27, p. 470 [12].
Honoria. Mai. 10 [109]; iun. 2 [110].
Honorina. Mart. 27 [add].
*Honorina v. in Baiocassino.* Mart. 27, p. 164 [add].
Honorius. Ian. 5 [5]; 6 [13. 16]; feb. 16 [23]; april. 5 [22]; 30 [39]; mai. 31 [37]; iun. 19 [21]; aug. 27 [18]; sept. 14 [31]; nov. 21 [25]; dec. 22 [29]; 30 [9].
Horatius. Dec. 18 [43].
Horestes. Iul. 3 [27. 65]. — *Orestes.*
Horis. Mart. 13 [52].
*Horpasius Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63].
Hortinsius, Ortinsis. Ian. 11 [42]; iun. 1 [100].
Hortisianus. Ian. 17 [14].
*Horus Alexandriae.* Feb. 14, p. 95 [119].
*Horus Alexandriae.* Sept. 11, p. 502 [38]; 12, p. 503 [4].
Hospes. Iul. 30 [38].
Hugalis. Iul. 21 [15].
Hugobertus. Oct. 30 [add].
*Hugobertus, Hubertus.* Oct. 30, p. 578 [add].
Humatus. Iun. 2 [313].
Humili. Dec. 5 [7].
Huvizunburgum, Huiuzburgum. Vid. Wizenburgum.
Hyacinthus. Vid. Iacinctus.
*Hyacinthus Romae via Lavicana.* Aug. 4, p. 417 [15].
*Hyacinthus Romae via Salaria.* Sept. 11, p. 501 [1]; 12, p. 503 [13].
*Hyacinthus in Sabinis.* Sept. 9, p. 498 [15].
*Hyginus ep. Rom.* Dec. 23, p. 663 [77].
Hynus. Iun. 28 [25].
Hyppolitus. Vid. Ippolitus.
Hysicius. Vid. Isicius.

# I

Iabellus. Ian. 24 [37. 40].
Iacinctus, Iacintus, Sachintus, Sacintus, Sacinotus. Feb. 10 [add]; aug. 4 [22]; 10 [51]; sept. 9 [18]; 11 [4. 19]; oct. 29 [5. 8]. — *Hyacinthus.*
Iacobus. Mart. 15 [19. 24. 33. add]; 25 [9. 16. add]; april. 30 [55]; mai. 1 [6. 22. 49]; 6 [28]; 8 [add]; mai. 10 [167]; iun. 22 [28]; iul. 1 [76]; 15 [26]; 24 [add]; 25 [7]; 25 [12. 22]; nov. 1 [30]; 13 [58]; 24 [add]; dec. 27 [11].
*Iacobus ap.* Mai. 1, p. 223 [6]; p. 224 [47].
*Iacobus frater Domini.* Mart. 15, p. 146 [19]; 25, p. 160 [9]; dec. 29, p. 12 [8].
*Iacobus frater Iohannis.* Iul. 25, p. 395 [7].
*Iacobus in Africa.* April. 30, p. 220 [52]; mai. 6, p. 233 [25].
*Iacobus Alphaei.* Iun. 22, p. 330 [28].
*Iacobus ep. Nisiben.* Iul. 15, p. 376 [26].
*Iacobus in Perside.* Nov. 1, p. 582 [28].
Iamnica. Iun. 2 [284].
*Iamnica Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
Ianuaria. Ian. 5 [8]; 6 [10]; 22 [54]; feb. 24 [70]; 25 [25]; 28 [44]; mart. 2 [21]; mai. 8 [94]; 10 [100. 145]; 11 [15]; 23 [28]; iun. 1 [64. 110]; 2 [104. 124. 135]; 3 [9. 77. 99. 112]; 7 [16]; 8 [47]; iul. 10 [130]; 17 [12]; oct. 20 [9. 19. 23]; nov. 11 [39]; dec. 9 [14]; 25 [23]; 26 [add].
*Ianuaria Scillitana.* Ian. 9, p. 33 [1]; iul. 17, p. 380 [1]; oct. 17, p. 559 [10].
Ianuarissa. Iun. 3 [79].
Ianuarius. Ian. 7 [26]; 8 [10]; 9 [33]; 11 [18]; 13 [16];

14[24]; 19[6]; 22[36. 48. 56. 69]; feb. 11[17]; 14[102]; 14[add]; 15[add]; 17[32. 34. 50]; 18[add]; 24[47]; 27[12]; 28[30]; mart. 1[2]; 3[23]; 13[13]; 15[add]; 17[4]; 18[25]; april. 8[add]; 12[45. 128]; 13[9]; 17[17]; 18[15]; 24[48]; mai. 7[105]; 8[67]; 10[50. 78]; 10[85. 105. 107]; 11[25]; 14[18]; 15[24]; 22[16]; iun. 1[66. 97]; 2[78. 139. 152]; 3[33. 73]; 9[16]; 10[12]; 21[16]; iul. 10[12. 47]; 11[5. 12]; 15[84]; 17[21]; 18[21. 47]; 18[67. 69]; 27[22]; aug. 10[52]; sept. 7[7]; 19[15. add]; 29[42]; oct. 1[12]; 6[30]; 8[9]; 11[19]; 13[19]; 13[19]; 18[50]; 19[9]; 20[6]; 27[6. 34]; oct. 30[4. 34. 48]; 31[49]; nov. 1[64]; 6[24. 34]; 7[18]; 9[22]; 10[11]; 11[8. 24]; 16[9. 29. 77]; 19[8. 10]; 25[12]; 30[52]; dec. 2[10]; 13[28]; 15[10]; 28[30].

*Ianuarius in Africa.* Feb. 11, p. 87[13].

*Ianuarius Beneventi et Neapoli.* April. 13, p. 187[9]; sept. 7, p. 492[6]; 19, p. 517[13]; oct. 19, p. 563[11]; 20, p. 564[5].

*Ianuarius Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13].

*Ianuarius Cordubae. Vid. Faustus.*

*Ianuarius Romae.* Ian. 11, p. 36; iul. 10, p. 362.

Ianulus, Iunula. Mart. 3[68]; 6[66].

*Iaquintus. Vid. Hyacinthus.*

Iason. Iul. 11[53]; aug. 12[29. 47].

*Iason Romae.* Aug. 12, p. 437[23].

Iconium. Vid. Liconio (in).

Idoneus. Iul. 1[58]; iul. 11[42].

*Idoneus cum filiis.* Iul. 1, p. 346[58]; 11, p. 369[42].

Iemsoli. Mart. 18[17].

Iengulfus. Mai. 11[add]. — *Gengulphus.*

Iesus Christus. Ascensio. Mai. 5[add]. — Circumcisio. Ian. 1[1]. — Crucifixio. Mart. 25[4]. — Epiphania. Ian. 6[1. add]. — Eductio ex Aegypto. Ian. 7[add]. — Initium praedicationis. Mai. 1[11]. — Nativitas. Dec. 25[6]. — Praesentatio. Ian. 5[24]; feb. 2[add]. — Resurrectio. Mart. 27[4].

Ignatius. Iun. 14[add]; dec. 20[17]; 25[20].

*Ignatius ep. Antiochen.* Dec. 20, p. 656[17].

Imari. April. 6[5].

Incidi, Indidi. Mai. 10[93. 170].

India (in). Ian. 6[29]; iul. 3[13]; aug. 24[add]; 25[add]; dec. 21[5. 51].

Indici. Mai. 19[45].

Indidi. Vid. Incidi.

Infantes. Vid. Innocentes.

Ingenianus. April. 1[19].

Ingenua. Mart. 18[44].

Ingenula. Ian. 17[20]; feb. 25[11].

Ingenuus. Ian. 13[3]; feb. 2[61]; 26[10]; mart. 15[14]; april. 4[add]; iun. 5[31]; sept. 5[26]; 11[34].

Ingona. Feb. 25[17].

Inluminata. Vid. Melitana.

Innocentes, Infantes. Iul. 4[12]; aug. 23[21]; dec. 28[4].

*Innocentes martyres.* Dec. 28, p. 13[1].

Innocentia. Aug. 10[63]; nov. 11[34].

Innocentius. Mart. 12[37]; 14[8. 36]; iul. 4[13]; aug. 23[31]; sept. 22[38]; dec. 21[67].

*Innocentius ep. Rom.* Mart. 12, p. 139[37]; 14, p. 144[7]; iul. 27, p. 399[exc].

*Innocentius loco Agauno.* Sept. 22, p. 522[12].

Innulla. Vid. Iunilla.

Inportuna. Mai. 6[66].

Inquirinus. Mart. 12[57].

Inscla celli. April. 16[59].

Interamna civitas, Interrapis. Feb. 14[3. 27]; 15[15]; 18[14]; april. 14[8. 30]; mai. 1[34].

Invici. Mai. 13[22].

Ioannes. Vid. Iohannes.

Iob. Mai. 10[190].

*Iob propheta.* Mai. 10, p. 246[190].

Ioci. April. 29[add].

Iocunda. Mai. 10[156]; iul. 27[16].

Iocundianus, Iucundianus. Iul. 4[3].

*Iocundianus in Africa.* Iul. 4, p. 352[3].

Iocundus. Ian. 5[10]; 6[6]; 8[11]; 9[4. 7]; feb. 16[24]; 20[add]; 21[14. add]; mart. 6[52]; 7[5]; 18[add]; 26[add]; april. 16[add]; 18[add]; 21[add]; 25[add]; 30[36]; iul. 3[69]; oct. 10[32].

*Iocundus Carthagine.* Ian. 9, p. 32[1]; mart. 7, p. 132[1].

Iohandus. Vid. Iohannes.

Iohannes, Ioannes. Ian. 26[add]; 30[add]; feb. 15[25]; mart. 12[26. add]; 25[add]; april. 15[add]; 20[17]; 27[add]; mai. 6[add]; 8[37]; 9[15]; 11[add]; 12[15]; 12[add]; 25[26. 46]; iun. 1[88. 183]; 23[add]; 24[12. 28]; iun. 26[2. 25]; iul. 8[54]; 10[67]; 11[54]; 25[10]; aug. 27[43. 45]; sept. 3[36]; nov. 1[32]; nov. 27[22]; dec. 3[18]; 21[9]; 23[80]; 27[3]; 29[add].

Iohannes Baptista. Iun. 24[5. 21]; iul. 1[add]; aug. 29[16]; sept. 24[2. 8]; dec. 6[add]; 7[add]; 8[add].

Iohannes Chrysostomus. Ian. 27[add].

*Iohannes ap.* Mai. 9, p. 241[10]; 25, p. 272[26]; 273[45]; iun. 24, p. 333[10]; iul. 8, p. 359[54]; dec. 27, p. 11[3]. — *Dedicatio basilicae Corbeiae.* Ian. 30, p. 69[add]. — *Reliquiae Mediolani.* Nov. 27, p. 624[19]; *Aquileiae.* Sept. 3, p. 486[20].

*Iohannes Baptista.* Iun. 24, p. 333[1]; aug. 29, p. 474[16]; sept. 24, p. 525[1].

*Iohannes Chrysostomus.* Ian. 27, p. 65[add].

*Iohannes ep. in Baiocassino.* Mart. 25, p. 161[add].

*Iohannes in Perside.* Nov. 1, p. 582[28].

*Iohannes Romae via Salaria vetere.* Iun. 24, p. 333[32]; dec. 21, p. 659[8].

*Iohannes IV ep. Rom.* Oct. 12, p. 553[exc].

*Iohannes Tomis.* Aug. 27, p. 471[34].

*Iohannes et Paulus Romae.* Iun. 26, p. 336[1].

Ionas. Feb. 14[113].

*Ionas Alexandriae.* Feb. 14, p. 95[119].

Iordanorum cimiterium. Dec. 31[29].

Ioseph. Mart. 20[4]; 24[23]; sept. 2[30].

*Ioseph al. Iosippus Antiochiae.* Feb. 15, p. 97[1]; mart. 19, p. 152[12]; 20, p. 154[1]; 24, p. 158[23].

Iosippus. Feb. 15[4]; mart. 19[12]; 21[5].

Iota. Iun. 2[181].

Ioventius. Iun. 1[14].

Iovianus, Iovinus, Iuvinus. Mart. 12[90]; 25[45]; mai. 13[add]; 16[25]; iun. 2[196]; 15[22. add]; iul. 26[5]; dec. 25[11].

*Iovianus in Africa.* Mai. 16, p. 257[22]; iun. 15, p. 320[17].

*Iovianus Romae.* Dec. 25, p. 8[11].

*Iovianus Synnadis.* Iun. 26, p. 397[5].

Iovinus. Vid. Iovianus.

Ipercli. Iun. 21[32].

Ipolitus. Vid. Ippolitus.

Ippias. Feb. 9[48. 68]. — *Hippias.*

Ippo, Yppo civitas. Aug. 28[11. 43]; nov. 15[11].

Ippolitus, Ipolitus, Hippolitus, Hyppolitus, Eppolitus, Ypolitus, Yppolitus. Ian. 29[16]; 30

30 [5]; 31 [13]; feb. 2 [31]; 3 [7. 15. add]; 23 [28]; aug. 6 [24]; 13 [4]; 21 [21]; 23 [24. 38]; sept. 11 [8. 36]; 12 [18]; nov. 2 [5. 15]. — Cimiterium via Tiburtina. Iun. 19 [18]. — *Hippolytus.*

*Irenaeus Romae via Tiburtina.* Aug. 23, p. 460 [25].

*Irenaeus Romae.* Dec. 19, p. 654 [67].

*Irenaeus ep. Lugdunen.* Iun. 28, p. 341 [75].

*Irenaeus diac. in Pentapoli.* Mart. 26, p. 163 [65]; april. 6, p. 177 [48].

*Irenaeus ep. Sirmien.* April. 6, p. 177 [2]; aug. 23, p. 459 [22].

Irene. Vid. Hereneus.

*Irene Thessalonicae.* April. 1, p. 169 [14]; 5, p. 175 [23]; oct. 8, p. 546 [exc].

Irta (in). Ian. 10 [6].

Isaac, Isacius. Mart. 25 [add]; april. 12 [8]; aug. 4 [27].

Isauria (in). Mai. 16 [2].

Isicius, Isucius, Hisicius, Hysicius, Ysicius, Esuchius, Eusucius, Sici, Zoci. Mart. 3 [add]; 3 [75]; 9 [13]; 11 [13]; feb. 15 [12]; mai. 1 [add]; 18 [35]; 29 [45]; 30 [2]; 31 [58]; iun. 15 [6]; 17 [18]; iul. 1 [26]; 2 [37]; 3 [46]; 10 [126]; sept. 10 [11]; 17 [38]; nov. 18 [8]. — *Hesychius.*

Isidorus, Esidorus. Ian. 7 [add]; mai. 14 [add]; sept. 8 [35].

*Isidorus.* Mai. 14, p. 255 [add].

Isiridonus. Ian. 2 [2].

Istria (in). Mai. 24 [2]; iun. 5 [46]; aug. 12 [53].

Isucius. Vid. Isicius.

Italia (in). Feb. 12 [28]; 18 [1]; mart. 6 [63. 78]; iun. 30 [12]; iul. 28 [35]; aug. 1 [66]; 2 [58]; oct. 31 [add]; nov. 23 [51]; 27 [12]; dec. 3 [24].

Italica. Iun. 27 [38]; 30 [8]; aug. 24 [6]; 31 [17. 26]; sept. 4 [19].

Italicus. Mart. 7 [22]. — *Attalia.*

Italus. Iun. 4 [41]; 6 [12].

Iubianus. Vid. Vivianus.

Iubitana. Feb. 24 [52].

Iucundianus, Iucundus. Vid. Ioc...

Iudas. Mai. 1 [57]; iun. 29 [40]; iul. 1 [74]; oct. 27 [add]; 28, [19. 32].

*Iudas ap.* Iun. 29, p. 343 [37]; iul. 1, p. 346 [67]; oct. 28, p. 575 [14].

*Iudas Quiriacus. Vid. Cyriacus.*

*Iudicael rex in Britannia Armorica.* Dec. 17, p. 651 [exc].

Iudith. Mai. 6 [42].

Iulia, Iulica. Feb. 2 [8]; 17 [48]; 24 [54. add]; april. 12 [145]; mai. 8 [45]; 10 [160]; 19 [51]; 22 [30]; iun. 2 [47. 68. 108. 154. 240. 280]; 4 [12. 46]; iul. 15 [87]; 27 [15]; 30 [32]; aug. 31 [22]; oct. 7 [19]; nov. 6 [5. 8]; nov. 7 [17. 36].

*Iulia in Corsica.* Mai. 22, p. 267 [26].

*Iulia Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290]; iun. 4, p. 302 [12].

Iuliana. Ian. 27 [24]; feb. 2 [16]; 13 [15]; 16 [add]; mart. 29 [6]; iun. 3 [15]; 5 [42]; aug. 8 [14. 44. 56]; 10 [18].

*Iuliana Nicomediae et Cumis.* Feb. 13, p. 91 [2]; 16, p. 101 [add]; mart. 29, p. 166 [1]; iun. 3, p. 300 [15]; iul. 27, p. 398 [14]; aug. 8, p. 425 [54].

*Iuliana Romae.* Aug. 8, p. 425 [10].

Iulianus. Ian. 6 [25. 31]; 7 [add]; 26 [add]; 27 [add]; 28 [4]; feb. 12 [11. add]; 13 [5]; 14 [14. 42. 146]; 16 [83]; 19 [5. 8]; 21 [add]; mart. 5 [add]; 9 [11]; 12 [add]; 13 [108]; 16 [15. add]; 23 [12]; 26 [add]; 29 [15]; april. 2 [31]; 4 [15]; 12 [31]; 15 [add]; 17 [21]; mai. 23 [25. 38]; iun. 22 [6]; 27 [24]; iul. 3 [30. 63]; 20 [31]; 25 [32]; 26 [6]; aug. 9 [27. 40. 67]; 12 [17. 56. add]; 21 [7]; 25 [8]; 28 [57]; 31 [12]; sept. 19 [42]; 24 [15]; oct. 8 [6. 22]; 31 [17]; nov. 1 [5. 39]; 11 [21]; 25 [10]; dec. 26 [29].

*Iulianus in Africa.* Mai. 23, p. 268 [15].

*Iulianus Bellovaci.* Ian. 8, p. 32 [add].

*Iulianus Brivate.* April. 15, p. 192 [add]; aug. 28, p. 473 [52]; sept. 19, p. 517 [25]; oct. 8, p. 546 [6].

*Iulianus in Cilicia et Antiochiae.* Feb. 14, p. 94 [37]; 16, p. 101 [76]; mart. 16, p. 148 [13]; iun. 22, p. 330 [1]; aug. 12, p. 438 [53]; 25, p. 465 [5]; dec. 26, p. 11 [28].

*Iulianus ep. Romae via Appia.* Aug. 9, p. 428 [25]. — *Vid.* Mart. 4, p. 126 [1].

*Iulianus Romae via Tiburtina.* Iun. 27, p. 338 [1].

*Iulianus Terracinae.* Nov. 1, p. 582 [35].

*Iulianus, Basilissa et soc. Antinoi.* Ian. 6, p. 28 [22].

Iulica. Vid. Iulia.

Iulitta. Iun. 186 [18].

*Iulitta. Vid. Cirycus.*

Iulius. Ian. 6 [14. 15]; 19 [19]; 22 [44]; feb. 8 [add]; 9 [31]; 19 [13]; mart. 3 [27. 57]; 4 [6. 23. 61]; 12 [add]; 13 [65]; april. 2 [add]; 12 [12. 23. add]; 26 [10]; 27 [add]; 30 [37]; mai. 7 [69]; 11 [14]; 27 [21]; iun. 2 [276]; aug. 21 [5]; 25 [32]; oct. 9 [13]; nov. 28 [13]; dec. 3 [18]; 5 [9]; 20 [6]; 21 [16].

*Iulius in Africa.* Dec. 5, p. 636 [10].

*Iulius Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56 [13].

*Iulius Durostori.* Mart. 8, p. 134 [11]; mai. 27, p. 276 [21]; iun. 4, p. 304 [44]; 8, p. 310 [36].

*Iulius Gildobae.* Dec. 20, p. 655 [1]; 21, p. 660 [13].

*Iulius Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].

*Iulius ep. Rom.* April. 12, p. 185 [10].

Iunianus. Iun. 2 [90].

Iunilla. Ian. 17 [43].

Iunilla, Innulla. Feb. 16 [71]; 24 [44]. — *Donatilla.*

*Iunilla. Vid. Speusippus.*

Iunulae. Vid. Ianulus.

Iusta. Feb. 17 [17]; 22 [82]; mai. 31 [52]; iun. 2 [53]; 2 [288]; 3 [94]; iul. 15 [89]; 19 [19]; aug. 1 [62]; 31 [31]; nov. 16 [10. 61. 78].

*Iusta in Hispania.* Iul. 19, p. 384 [18].

*Iusta Lugduni.* Iul. 22, p. 522 [12].

*Iustina. Vid. Aurea.*

Iustinianus. Mai. 7 [72].

Iustinus. Mai. 1 [101]; iun. 27 [27]; aug. 1 [add]; 4 [11. 31]; dec. 1 [add].

*Iustinus Begorrae.* Mai. 1, p. 224 [97].

*Iustinus Luperae.* Aug. 1, p. 412 [add].

*Iustinus Romae via Tiburtina.* Iun. 27, p. 338 [1]; aug. 4, p. 417 [1].

*Iustinus. Vid. Aurea.*

Iustus. Feb. 21 [33. 38. add]; 25 [5. 22]; 26 [5]; 28 [8]; mart. 3 [7. 18]; 5 [33]; april. 12 [62. add]; iun. 2 [99]; 3 [108]; 27 [add]; iul. 14 [27]; 30 [31]; aug. 4 [39]; 25 [40]; sept. 2 [44]; oct. 14 [36]; 21 [38. 45]; 23 [add]; 24 [22]; nov. 2 [19]; 3 [8]; 8 [16]; 16 [30. 79. 82].

*Iustus Compluti.* Aug. 25, p. 466 [36].

*Iustus ep. Lugdunen.* Iul. 14, p. 375 [24]; aug. 4, p. 418 [34]; sept. 2, p. 484 [41]; oct. 14, p. 556 [31]; 21, p. 566 [38]; 23, p. 568 [add].

Iustinianus. Mai. 7 [72].

Iuvenalis. Mai. 3 [51].

Iuveni. Mart. 16 [add].

Iuventia. Feb. 16 [7]; dec. 9 [34].

*Iuventia. Vid. Faustinianus.*


Iuvinianus

Iuvinianus. Mai. 5 30 ; sept. 28 add.
*Iuvinianus lect. Autissiodori.* Mai. 5, p. 232.
*Iuvinianus Lemovicis.* Sept. 28, p. 531 add.
Iuvinus. Vid. Iovianus.
*Iuvinus Burgundio.* Mart. 25, p. 161 45.

## K

Kainone. Vid. Cainone.
Kalendion. Vid. Calendion.
Karilefus, Carilefus, Arilefe. Iul. 1 add.
*Karilefus presb. in Anisola monasterio.* Iul. 1, p. 347 add.
Kartago. Vid. Carthago.
Kastula. Vid. Castula.
*Keranus ab. in Clonmacnois.* Sept. 9, p. 498 exc.
*Kilianus et soc.* Iul. 8, p. 360 exc.
Kiriacus, Kyriacus. Vid. Cyriacus.

## L

Laborius. Mai. 6 68.
Ladicius. Aug. 9 39. 66.
Laecius. Vid. Leucius.
Laelius. Iun. 27 39.
*Laetantius Scillitanus.* Iul. 17, p. 380 1, p. 381 18.
Laetissima. April. 27 69.
*Lambertus. Vid. Lantdebertus.*
Lambesis. Feb. 23 35. — *Lambaesis in Numidia.*
Lamosacus. Vid. Lamsacus.
Lampadius. Iul. 19 8.
*Lampadius Synnadis.* Iul. 19, p. 384 5.
Lampasius. Feb. 19 11.
Lampitis. Vid. Cari Lampitis.
Lamsacus, Lamosacus civitas. Mai. 15 34. 39. — *Lampsacus.*
Lamtanus. Vid. Lantinus.
Landebertus, Landibertus, Lantdebertus, Lantebertus. April. 14 add ; mai. 31 add ; sept. 17 add.
*Landibertus Lugduni.* April. 14, p. 190 add.
*Lando ep. Remen.* Ian. 16, p. 43 add.
Landonus. Ian. 16 add.
Lantanus. Vid. Lantinus.
Lantdebertus. Lantebertus. Vid. Landebertus.
*Lantdebertus ep. Leodien.* Mai. 31, p. 286 add ; sept. 17, p. 514 add.
Lantinus, Lamtanus, Lantanus. Iun. 25 14 ; 26 8. 23.
Laodicia, Laodacia, Laudatia, Laudicia, Laodicia, Lauditia, Laodotia civitas. Ian. 26 14 ; iun. 14 4 ; iul. 23 12 ; 26 1. 18 ; 28 1 ; oct. 9 2 ; dec. 4 8 ; 18 2 ; 19 17.
Laodicius. Vid. Laudicius.
Largus. Mart. 17 20 ; aug. 8 11. 41 ; 9 18. 20 ; 10 15.
*Largus Romae.* Mart. 17, p. 149 20 ; aug. 8, p. 425 10 ; 9, p. 428 18.
*Lasrianus al. Molaisse ab.* April. 19, p. 198 exc.
Lassa. Feb. 9 18.
Latina. Iun. 2 199.
Latina (via). Mai. 9 34 ; 10 19 ; dec. 25 31.
Latina (porta). Mai. 6 add.
Laudacia, Laudatia. Laudicia, Lauditia, Laudotia. Vid. Laodicia.
Laudicius, Laodicius. Aug. 9 26 ; dec. 3 4 ; 4 add.
*Laudicius Romae.* Aug. 9, p. 428 25.
Laudulfus. Aug. 13 add.
*Laudulfus ep. Ebroicen.* Aug. 13, p. 441 add.
Laurentia. Sept. 28 4.
Laurentina (via). Oct. 12 30.
Laurentius. Feb. 2 30 ; 3 6 ; april. 12 86 ; iun. 3 21 ; 6 23 ; 8 add ; 9 add ; 10 2. 37 ; 17 add ; sept. 24 17 ; nov. 2 7. 17. — Cimiterium. Feb. 22 53 ; aug. 4 7 ; 10 33 ; 23 20. 29.
*Laurentius diac. Romae.* Iun. 3, p. 300 18 ; 4, p. 303 34 ; aug. 10, p. 431 1. — *Dedicatio Foro Sempronii.* Feb. 2, p. 74 22 ; 3, p. 76 9 ; aug. 6, p. 421 19 ; nov. 2, p. 584 1.
Lauriaco loco. Mai. 4 42.
Laurianus. Iul. 4 43.
*Laurianus in vico Vistino.* Iul. 4, p. 353 43.
Lauros (inter duos). Iun. 2 11 ; oct. 9 59 ; dec. 22 9.
Lauta. Mai. 31 40 ; iun. 1 32.
Lavicana (via). Ian. 13 20 ; feb. 10 6. 26 ; mai. 12 add ; iun. 2 15 ; 11 3 ; sept. 9 3 ; dec. 22 8.
Lazarus. Ian. 19 43 ; april. 12 106.
Lea. Sept. 28 15.
Leander. Feb. 27 27 ; 28 add.
Legontius. Sept. 27 add.
Leifardus. Iun. 3 137. — *Liphardus.*
Lemodice territorium. Sept. 28 add.
Lemovicas, Lemovix civitas. Iun. 30 21 ; aug. 9 96.
Lenuca. Mart. 7 35.
Leo. Mart. 1 6. 11. add ; 14 add ; april. 11 add ; 22 62 ; mai. 25 add ; iun. 30 15 ; nov. 10 24.
*Leo I ep. Rom.* Mart. 14, p. 145 add ; april. 11, p. 183 add ; iun. 28, p. 342 exc ; nov. 10, p. 594 21.
*Leo II ep. Rom.* Iul. 3, p. 351 exc.
*Leo ep. Senonen.* April. 22, p. 203 59.
*Leo mon. Trecis.* Mai. 25, p. 274 add.
*Leobardus in Maiore monasterio.* Ian. 18, p. 47 add.
*Leocadia Toleti.* Dec. 13, p. 646 5.
Leocadius. Dec. 13 5.
Leocippia. Aug. 10 65.
Leocis. Mart. 7 14.
Leodegarius, Leodecarius, Leudegarius. Feb. 12 add ; oct. 2 add ; 3 add.
*Leodegarius ab.* Feb. 12, p. 90 add.
*Leodegarius ep. Augustodunen.* Oct. 2, p. 538 add ; 3, p. 539 add.
Leodico vico, Leodiis, Leudio. Mai. 31 add ; sept. 17 add ; oct. 30 add.
Leodocius. Vid. Leudocius.
Leogathus. Oct. 22 22.
*Leonardus Nobiliaci.* Nov. 6, p. 589 exc.
Leonedes. Vid. Leonides.
Leonides. April. 16 8. 13. 70 ; 22 53 ; 26 6 ; iun. 28 64. 83 ; aug. 8 65.
*Leonides Alexandriae.* Iun. 28, p. 341 62.
*Leonides Corinthi.* April. 16, p. 193 1 ; 22, p. 203 53 ; 26, p. 211 6.
*Leonides Nicomediae.* Aug. 8, p. 425 54.
Leonilla. Ian. 17 42. add.
*Leonilla. Vid. Speusippus.*
Leontius. Ian. 20 41 ; 21 23. add ; mart. 19 25 ; iul. 1 64 ; 10 77 ; 11 37 ; aug. 19 13. 14 ; 20 4. 11 ;

21 [11. 49]; sept. 15 [12]; 27 [add]; oct. 2 [26]; nov. 22 [38].
*Leontius Alexandriae.* Sept. 15, p. 507 [1].
*Leontius ep. Augustodunen.* Iul. 1, p. 346 [64].
*Leontius in Lucania.* Aug. 20, p. 452 [1]; 21, p. 455 [44].
*Leontius ep. Lugdunen.* Sept. 12, p. 504 [exc].
*Leontius Nicomediae.* Ian. 20, p. 51 [39]; 21, p. 53 [19].
*Leontius Nicopoli.* Iul. 10, p. 367 [155].
Lessa. Dec. 19 [45].
Leucippus. Aug. 10 [73].
Leucius, Laecius. Ian. 8 [add]; 11 [6]; 15 [5]; 17 [15]; 18 [54]; 20 [49. 56]; 27 [44]; oct. 18 [58].
*Leucius Brundisii.* Ian. 8, p. 32 [add]; 11, p. 36 [6].
*Leucius et Victoricus in Africa.* Oct. 18, p. 561 [17].
*Leucius. Vid. Thyrsus.*
Leudegarius. Vid. Leodegarius.
Leudio vico. Vid. Leodico vico.
Leudocius, Leodocius. Ian. 25 [35]; 26 [22].
Leupardus. Ian. 18 [add].
*Leupardus. Vid. Leobardus.*
Leusi. Ian. 1 [71].
Leviorius. Feb. 14 [82].
Libandia. April. 27 [17].
Liberalis. April. 24 [15. add].
*Liberalis Romae.* Dec. 21, p. 659 [8].
Liberatus. Sept. 9 [32]; dec. 20 [50]; 21 [31].
Liberius. Mai. 17 [16]; sept. 23 [16]; 24 [add].
*Liberius ep. Rom.* Mai. 17, p. 259 [13]; sept. 9, p. 498 [32]; 23, p. 524 [14]; 24, p. 526 [add].
Libia superior. Mart. 26 [66]; april. 6 [54]; 7 [11].
Libius. Feb. 23 [7].
Libosa. Feb. 22 [89].
Libosus. Feb. 1 [40]; iun. 3 [66]; dec. 29 [10].
*Libosus ep. Vagensis.* Feb. 1, p. 72 [40]; dec. 29, p. 14 [1].
Libroso (loco). Sept. 22 [add].
Licia (in). Iul. 25 [39].
Liconio (in). Dec. 20 [9]. — *Iconium.*
Liganau monasterium. April. 1 [add].
Lingidonis civit. Mart. 16 [18]. — *Singidunum.*
Lingonas, Linguinas, Lingonis, Lingonica civitas. Ian. 17 [34]; feb. 11 [add]; mai. 11 [add]; 23 [24]; sept. 19 [86]; nov. 1 [90].
Linus. Dec. 23 [66].
*Linus ep. Rom.* Sept. 23, p. 524 [exc]; 24, p. 526 [exc]; dec. 23, p. 663 [77].
*Liphardus ab. Magdunen.* Iun. 3, p. 301 [131].
Litissimus. April. 26 [27].
Litorius. Sept. 13, [21. add].
*Litorius ep. Turonen.* Sept. 13, p. 504 [19].
Liurni, Liorni. April. 14 [34]. — *Veronica.*
Locanus. Mai. 18 [47].
Locufas. Vid. Cucubas.
Locus. Mart. 21 [11]. — *Lucius.*
Longa. Sept. 28 [9. 24].
Longinus. Mart. 15 [4]; iul. 20 [add]; 21 [41]; oct. 23 [10]; nov. 23 [36].
*Longinus Caesareae Cappadociae.* Mart. 15, p. 146 [1]; oct. 23, p. 569 [8]; nov. 22, p. 614 [36].
*Longinus Massiliae.* Iul. 21, p. 389 [34].
Longoretum, Longoritum monasterium. Oct. 26 [add]; dec. 4 [add].
Longus. Oct. 27 [22].
Lota. April. 16 [7].
Lovatus. Sept. 16 [38]. — *Laetantius.*
Lubercius. Vid. Lupercius.
Lucana, Lucania. Dec. 18 [56]; 19 [46].
Lucania (in). Iun. 15 [25]; aug. 20 [2. 9]; 21 [9. 44]; 27 [12]; oct. 29 [2].
Lucanus. April. 28 [42. 49].
Lucas. Mart. 13 [35. 92]; 15 [35]; sept. 3 [34]; 21 [11. 29]; oct. 16 [add]; 17 [add]; 18 [4. 26. 32]; nov. 27 [20]; dec. 13 [14]; 14 [13]; 18 [75].
Lucas castrum. Iul. 28 [add].
*Lucas ev.* Sept. 21, p. 520 [11]; oct. 17, p. 559 [add]; 18, p. 560 [4]. — *Reliquiae Aquileiae.* Sept. 3, p. 486 [20]. — *Reliquiae Mediolani.* Nov. 27, p. 624 [19].
Luca civitas. Nov. 18 [add].
Luce, Luceia. Vid. Lucia.
Lucella. Feb. 16 [62]; mart. 25 [31]; mai. 7 [75]; 10 [53. 72]; aug. 10 [60].
Lucellus. Mart. 19 [9].
Lucerius. Vid. Glicerius.
Lucernaria. Vid. Tuburbo.
Lucia, Luce. Feb. 6 [27]; april. 5 [33]; iun. 1 [20]; 3 [84]; 24 [43]; 25 [16]; 26 [33. 17]; iul. 1 [13]; oct. 30 [27]; dec. 19 [68].
*Lucia et Auceia Romae.* Iun. 1, p. 289 [13]; 24. p. 334 [34]; 26, p. 337 [33]; iul. 1, p. 346 [13]; dec. 19, p. 654 [67].
*Lucia Syracusis.* Feb. 6, p. 79 [24]; dec. 13, p. 647 [9].
Lucianus. Ian. 5 [6]; 7 [3]; 8 [add]; 9 [add]; feb. 1 [52]; 22 [93]; 23 [36]; 24 [24. 61. 78]; mart. 18 [47]; april. 15 [56]; 16 [67. 75]; 30 [28]; mai. 27 [12]; iun. 7 [23]; 8 [43]; iul. 19 [11]; 20 [4]; aug. 2 [28]; 13 [14]; oct. 14 [19]; 26 [4]; 30 [28]; nov. 18 [26]; 25 [1]; dec. 1 [24]; 24 [6].
Lucianus. Vid. Mucianus.
*Lucianus in Africa.* Feb. 1, p. 72 [52].
*Lucianus Bellovaci.* Ian. 8, p. 32 [add]; 9, p. 33 [add]; oct. 15, p. 557 [exc].
*Lucianus Caesareae.* Nov. 18, p. 607 [22]; 19, p. 608 [1].
*Lucianus presb. Nicomediae.* Ian. 5, p. 26 [6]; 7, p. 29 [3]; feb. 23, p. 112 [36]; 24, p. 114 [23]; april. 28, p. 216 [42].
*Lucianus Tomis.* Mai. 27, p. 276 [10]; iun. 7, p. 308 [23]; 8, p. 310 [42].
*Lucianus Tripoli.* Dec. 24, p. 664 [1].
*Lucianus et Marcianus Nicomediae.* Oct. 26, p. 572 [1]; nov. 25, p. 620 [1].
Lucida. Ian. 3 [88].
Lucideus. Ian. 3 [77].
Lucinus. April. 20 [121]; mai. 10 [140. 176].
Luciola. Mart. 3 [65].
Luciolus. Mart. 3 [6. 17].
Luciosa. Feb. 25 [26]; 27 [add]; mart. 2 [add]; mai. 18 [46]; iun. 2 [171]; sept. 24 [29]; 28 [17].
Lucius. Ian. 8 [8. 13]; 18 [65]; 19 [20. 33]; 21 [70]; 27 [50]; feb. 17 [13]; 8 [17]; 14 [50]; 15 [23]; 24 [14]; mart. 2 [7]; 4 [53. 56]; 15 [7]; april. 12 [57]; 22 [22]; 24 [58]; mai. 8 [33]; 13 [7]; 18 [16]; 23 [17]; iun. 2 [79. 83]; 3 [90]; 6 [5]; aug. 9 [62]; oct. 17 [9]; 18 [17. 55]; 20 [14]; 27 [28]; 28 [37]; 29 [11]; dec.1 [8]; 15 [5].
*Lucius in Aegypto.* Feb. 14, p. 95 [119].
*Lucius in Africa.* Ian. 18, p. 46 [57]; mai. 23, p. 268 [15].
*Lucius diac. Cordulae.* April. 22, p. 203 [13].
*Lucius ep. Rom.* Mart. 2, p. 122 [7]; 4, p. 126 [6]; april. 12, p. 185 [57]; aug. 9, p. 428 [25].
Lucritius. Vid. Glicerius.

Lucusa, Lucussa. Mai. 10[152]; 19[73]; 21[27].

Lugdulus, Buttolus. Oct. 9[10. 11]. — *Lupulus.*

*Lugdunenses martyres XLVIII.* Iun. 2, p. 298[290].

Lugdunum civitas. Ian. 19[61]; 20[16. 34]; feb. 3[22]; 11[add]; 13[21]; april. 2[41]; 11[36]; 14[add]; 22[46]; 24[94]; 25[25. add]; iun. 2[219. 294]; 28[76]; iul. 12[38]; 14[24]; 19[20]; 28[add]; aug. 4[34]; 13[28. add]; 23[58]; sept. 2[41]; 11[49]; 12[32]; 15[58]; 24[43]; oct. 14[31]; 21[36]; nov. 1[add]; 11[58]; 16[83]; dec. 14[15].

Lupera locus. Aug. 1[add].

Luperciacus vicus. Aug. 24[21] (S).

Lupercius, Lubercius. Ian. 22[49]; april. 15[43].

*Lupercus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13]; april. 15, p. 192[43].

Lupicinus. Feb. 3[25]; mart. 3[add]; april. 27[add]; dec. 14[21. 24].

*Lupicinus eremita.* Feb. 3, p. 76[exc].

*Lupicinus ep. Lugdunen.* Feb. 3, p. 76[22].

*Lupicinus ep. Viennen.* Dec. 14, p. 648[20].

Lupulus. Oct. 15[12].

*Lupulus Capuae.* Oct. 9, p. 547[10]; 14, p. 556[13]; 15, p. 557[11].

Lupus. Mai. 31[51]; iun. 1[158]; iul. 29[45]; sept. 1[add]; 24[46]; oct. 14[16. 25. 29].

*Lupus ep. Lugdunen.* Sept. 24, p. 525[43].

*Lupus ep. Senonen.* Sept. 1, p. 483[add].

*Lupus ep. Trecen.* Iul. 29, p. 404[41].

Luricus. Vid. Glicerius.

Lusor. Nov. 1[85]; 4[add].

*Lusor in territorio Biturico.* Nov. 1, p. 583[81]; 4, p. 586[add].

Lusus. Feb. 9[45].

*Lusus in Aegypto.* Feb. 9, p. 84[63].

Lutatius. Iul. 18[63]. — *Laetantius.*

Luxodio monte. April. 2[add].

Luxorius, Luxurius. Aug. 21[14. 26. add]; sept. 26[21].

*Luxurius in Foro Traiani.* Aug. 21, p. 454[23]; sept. 26, p. 528[18].


## M


Macarius, Macerius, Macharius, Maccarius, Maccaris, Magarius. Ian. 2[9]; feb. 27[28]; 28[25]; april. 8[4]; 12[142. 163]; iun. 7[7]; 2[230]; iul. 10[123]; 28[21]; aug. 12[16]; oct. 21[13. 19]; 21[35]; nov. 8[15].

*Macarius Antiochiae.* Mart. 26, p. 163[58]; april. 6, p. 177[42]; 7, p. 178[1]; 8, p. 179[3]; 12, p. 187[142]; iul. 10, p. 366[116].

*Macarius Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].

*Macarius. Vid. Eugenius.*

*Maccabaei septem cum matre Antiochiae.* Aug. 1, p. 409[1].

Macculus. April. 29[43].

Macedon. Iul. 19[6].

*Macedon Synnadis.* Iul. 19, p. 384[5].

Macedonia, Macidonia (in). April. 2[21]; 6[41]; oct. 30[51]; nov. 1[25].

Macedonius. Mart. 12[76]; 13[2. 90]; nov. 1[4. 60]; 21[35].

Macerius. Vid. Macarius.

Machabaei fratres. Aug. 1[5]. — *Maccabaei.*

Macharia. Mart. 26[61]; april. 6[51]; 7[5]; dec. 15[18].

Macharius. Vid. Macarius.

Macheronta castellum Sept. 24[4].

Machutus. Nov. 15[add].

*Machutus ep. Aleten.* Nov. 15, p. 601[add].

Macia. Aug. 18[26]. — *Amasia.*

Macidonia. Vid. Macedonia.

Macori. April. 17[18].

Macracoti, Marcoti. Oct. 31[59]; nov. 1[69].

Macriana. Vid. Marciana.

Macrina. Iul. 20[64].

*Macrina soror S. Basilii.* Iul. 20, p. 387[64].

Macrinus. Sept. 17[14].

Macrobius, Marobius, Marubius. Feb. 16[55. 61]; 18[21]; 19[4]; 6[119]; 7[15]; iul. 20[32]; sept. 15[28]; 17[36].

*Macrobius Scythopoli.* Mai. 6, p. 234[119].

*Macrobius Tomis et Niveduni.* Ian. 2, p. 22[8]; iul. 5, p. 354[8]; sept. 15, p. 508[23]; 17, p. 514[12].

Macrosa. Dec. 15[23. 30].

Mafrimi. Iul. 5[19].

Magarius. Vid. Macarius.

*Magdala Tripoli.* Iun. 12, p. 316[7].

Magdaletis (genit.). Iun. 12[8].

Magnoveus. Mart. 25[add].

*Magnoveus ab. in Baiocassino.* Mart. 25, p. 161[add].

Magnus. Feb. 4[7]; 14[142]; 15[22]; mart. 19[add]; 23[add]; april. 2[add]; mai. 1[add]; aug. 19[12]; 19[17]; sept. 4[21. 37]; oct. 23[add]; nov. 1[add]; dec. 3[17].

*Magnus Fabriteriae.* Aug. 19, p. 451[11].

Magulfus, Maiulfus. Mai. 26[add].

*Magulfus al. Manveus ep.* mai. 26, p. 275[add].

Maiduno vico. Iun. 3[134].

Maiola. Mai. 10[90].

Maiolus. Vid. Maiulus.

Maior. Mai. 10[34].

*Maior Romae.* Mai. 10, p. 244[7].

Maiorica. April. 30[10. 126].

Maioricus. Mai. 6[61].

Maiorius. Iun. 1[136. 172]; 2[147].

Maiosa. Iun. 1[178].

Maiulfus. Vid. Magulfus.

Maiulinus. Ian. 21[71]; april. 19[add].

Maiulus, Maiolus, Manilus, Mannillius. Ian. 18[64]; 19[15]; feb. 19[12]; mart. 7[51]; 8[20]; 12[add]; 15[add]; april. 12[99]; 28[39]; 29[40]; mai. 11[9]; 11[18. 20].

*Maiulus seu Mavilus in Africa.* Ian. 18, p. 46[57]; feb. 19, p. 105[12]; mart. 7, p. 133[47]; mai. 11, p. 248[8].

Malchus, Malcus. Iun. 1[103]; mai. 10[127].

Malina. April. 28[15. 23].

Mallusus. Oct. 10[34].

*Mallusus in oppido Bertunensi.* Oct. 10, p. 550[43].

Mamarius. Vid. Mammarius.

*Mamas. Vid. Mammes.*

Mamerius. Vid. Mammarius.

Mamertus. Mai. 11[50].

*Mamertus ep. Viennen.* Mai. 11, p. 248[48].

*Mammaeus Nicomediae.* Ian. 21, p. 54[60]; 22, p. 56[58]; 24, p. 61[36].

Mammarius, Mamarius, Mamerius, Mammerius, Mari. Mart. 14[22]; april. 12[add]; iul. 14[14]; oct. 30[33]; 31[60]; nov. 1[22]; 6[37]; 7[15]; 8[27]; 24[30]; dec. 1[14].


*Mammarius*

*Mammarius in Africa.* Iul. 14, p. 374 [12].
Mammaria. Dec. 2 [20].
Mammas, Memmas. Ian. 21 [64]; 24 [45].
Mammerius. Vid. Mammarius.
*Mammes Caesareae Cappadociae.* Iul. 16, p. 379 [27]; aug. 17, p. 447 [1]; oct. 17, p. 559 [22].
Mammes, Mammia, Memmas. Iul. 16 [27]; 17 [17]; aug. 17 [5]; 28 [37]; oct. 17 [22].
Mammia. Vid. Mammes.
Manes. Aug. 27 [39].
*Manes Tomis.* Aug. 27, p. 471 [34].
Manna. Dec. 3 [add].
*Manveus. Vid. Magulfus.*
Mannillius. Vid. Maiulus.
Mannica. Nov. 13 [26].
Manninta. Feb. 28 [47].
Manon, Manunus. Aug. 9 [63. 68].
*Manon Romae.* Aug. 9, p. 428 [25].
Mansuetus. Feb. 28 [32]; dec. 30 [4].
Manunus. Vid. Manon.
Mappalicus, Pampilicus, Pappalicus. Feb. 21 [21]; april. 17 [14]; 18 [13. 36]; mai. 6 [71. 112].
*Mappalicus in Africa.* April. 18, p. 197 [36].
Marcella, Marcilla. Feb. 17 [46]; april. 10 [24]; mai. 7 [88]; 10 [149]; iun. 2 [86]; 28 [60. 84].
*Marcella Alexandriae.* Iun. 28, p. 341 [62].
Marcellianus. Mai. 13 [45]; iun. 18 [16]; iul. 18 [20]; 18 [46]; aug. 9 [15. 90]; oct. 3 [10].
*Marcellianus ep. Autissiodoren.* Mai. 13, p. 252 [39].
*Marcellianus Romae. Vid. Marcus.*
Marcellina. Feb. 22 [86]; 24 [37]; iun. 2 [180].
Marcellinus. Ian. 3 [21]; feb. 16 [56]; mart. 30 [11]; april. 2 [10]; 20 [add]; mai. 6 [120]; 7 [14. 118]; iun. 1 [166. 180]; 2 [6. 18]; 18 [7]; 27 [32]; aug. 27 [36]; sept. 21 [add]; oct. 4 [35]; 7 [16]; 9 [53]; 20 [15]; nov. 26 [29].
*Marcellinus presb. et Petrus exorc. Romae.* Ian. 1, p. 21 [73]; iun. 2, p. 293 [1].
*Marcellinus Tomis.* Aug. 27, p. 471 [34].
*Marcellinus ep.* Iun. 2, p. 296 [202].
*Marcellinus ep. Dedicatio basilicae Corbeiae.* Sept. 21, p. 251 [add].
Marcellus. Ian. 16 [9. 41]; 17 [48]; feb. 16 [add]; 18 [20]; 19 [9]; mai. 25 [add]; 28 [36]; iun. 2 [202]; 3 [27]; 19 [26]; 27 [37]; iul. 17 [9]; aug. 22 [21]; sept. 4 [8. 4]; oct. 4 [3. 23]; 6 [7. 13]; 7 [5. 14]; 11 [21]; 13 [11. 20]; nov. 16 [54]; 27 [3].
*Marcellus Ancyrae.* Sept. 4, p.487 [1].
*Marcellus Capuae.* Oct. 6, p. 542 [1]; 7, p. 544 [12].
*Marcellus Cavillone.* Sept. 4, p. 488 [14].
*Marcellus ep. Diensis.* Ian. 17, p. 45 [45].
*Marcellus ep. Romae.* Ian. 16, p. 43 [1]; dec. 23, p. 663 [77].
*Marcellus Romae via Appia.* Iun. 19, p. 326 [15].
Marcelosa. Mai. 20 [4].
Marcia. Ian. 20 [53]; mart. 3 [12. 20]; april. 14 [26. 54]; 20 [20]; 24 [51]; mai. 8 [16]; iun. 2 [113]; 8 [40]; 16 [5]; 18 [3]; 21 [23]; dec. 15 [15].
Marcialis. Vid. Martialis.
Marciana, Macriana, Martiana. Mart. 11 [add]; april. 26 [23]; mai 28 [42. 44]; iun. 3 [155]; 8 [23]; aug 18 [19].
*Marciana Caesareae in Mauretania.* Iul. 11, p. 369 [97].
Marcianus, Martianus. Ian. 4 [6]; feb. 14 [12. 24]; 14 [138]; mart. 3 [add]; 10 [7. 22]; 11 [12]; 26 [50]; april. 5 [6]; 15 [48. 50]; 16 [41. 73]; 17 [9]; 26 [26]; 27 [63]; 29 [35. 47]; mai. 4 [34]; 10 [129]; 18 [45]; iun. 1 [48. 56. 93. 169]; 5 [3]; 8 [4]; iul. 2 [18]; 10 [64]; 11 [89. 100]; 26 [9]; aug. 19 [37]; oct. 4 [10]; 26 [5]; 27 [27]; 30 [6. 49]; nov. 18 [29]; 19 [12]; 25 [2]; dec. 26 [30]
*Marcianus Antiochiae.* Feb. 14, p. 95 [137].
*Marcianus ep. Heracleae.* Mart. 26, p. 163 [49].
*Marcianus Nicomediae. Vid. Lucianus.*
*Marcianus ep. Syracusis.* Iun. 21, p. 329 [20].
*Marcianus Tomis.* Ian. 2, p. 22 [8]; 4, p. 25 [6]; iul. 10, p. 365 [63]
*Marcianus et Nicander in Aegypto* April. 5, p. 175 [5]; iun. 5, p. 305 [1]; 8, p. 309 [1]
*Marcianus et Nicander Durostori.* Iun. 5, p. 305 [1]; 8, p. 309 [11]; 17, p. 323 [5]; dec. 26, p. 11 [26]
Marcilla. Vid. Marcella.
Marciosa. Iun. 2 [57].
Marcius Sept. 15 [33].
Marcoti. Vid. Macracoti.
Marculfus. Mai. 1 [add].
*Marculfus in Nanto monasterio.* Mai. 1, p. 225 [add].
Marcus. Ian. 5 [13]; 6 [8]; 8 [add]; feb. 16 [54. 59]; 17 [70]; mart. 5 [41]; 13 [57]; 19 [31]; april. 12 [61. 75. 84]; 25 [14. add]; mai. 10 [118]; 18 [add]; iun. 1 [74 171]; 8 [15]; 15 [add]; 18 [9. 15]; aug. 12 [add]; sept. 1 [51]; 9 [31]; 23 [12]; 24 [21]; 25 [add]; oct. 3 [9]; 4 [8]; 6 [23]; 7 [8]; 30 [9]; nov. 5 [11 27]; 16 [20]; 20 [27]; 23 [28]; 25 [4]; dec. 5 [22]; 10 [11]; 15 [9].
*Marcus evang.* April. 9, p. 181 [exc]; mai. 18, p. 260 [add]; sept. 23, p. 524 [12]; dec. 5, p. 636 [22].
*Marcus ep. Aecan.* Nov. 5, p. 587 [10].
*Marcus ep. Rom.* Oct. 4, p. 540 [1]; 6, p. 543 [8]; 7, p. 544 [1].
*Marcus et Marcellianus Romae.* Iun. 18, p. 324 [6].
Marcusus. Ian. 19 [21]; 21 [73].
*Mardonius Nicomediae.* Ian. 24, p. 60 [12]; mart, 12, p. 139 [1].
Mardunius, Mirdanius. Ian. 24 [12]; mart 12 [98].
Mareasus. Mart. 12 [58]. — *Smaragdus.*
Margaritato (vico). Aug. 12 [13].
Mari. Vid. Mammarius.
Mari. Mart. 12 [52]. — *Mardonius.*
Maria. Ian. 18 [3. 14]; 19 [41]; 20 [28]; feb. 2 [add]; 24 [69]; mart. 13 [69]; 14 [add]; 17 [8]; mart. 18 [32. 34]; 25 [add]; 28 [add]; april. 1 [add]; mai. 10 [164]; 10 [add]; 13 [add]; 16 [add]; iun. 2 [62. 80. 85. 186]; 17 [37]; aug. 5 [10]; 10 [75]; 14 [add]; 15 [3]; 16 [3]; sept. 8 [3]; nov. 1 [101]; 11 [31]; 12 [add]; dec. 5 [29]; 9 [30]; 11 [42].
*Maria Deipara.* Ian. 18, p. 46 [3]; feb. 2, p. 75 [add]; mart. 25, p. 161 [add]; mai. 3, p. 228 [exc]; aug. 15, p. 444 [1]; 16, p. 445 [1]; sept. 8, p. 494 [1]. — *Dedicatio ecclesiae Romae.* Aug. 5. p. 418 [6].
*Maria Caesareae.* April. 1, p. 170 [add]. — *Vid.* Nov. 1, p. 583 [101].
*Maria v. cum aliis VI.* Aug. 10, p. 433 [75].
*Maria et Martha sorores Lazari.* Ian. 19, p. 49 [38]; feb. 16, p. 101 [exc].
Mariana. Oct. 28 [5. 21].
Marianus, Merianus. Ian. 8 [add]; mart. 9 [21]; april. 20 [52]; 30 [54]; mai. 3 [62]; 6 [29]; iul. 11 [3]; sept. 19 [76]; oct. 17 [8].
*Marianus in Africa.* April. 30, p. 220 [52]; mai. 6, p. 233 [25].
*Marianus presb. Autissiodori.* April. 20, p. 200 [52].

*Marianus erem. in vico Evauno.* Aug. 19, p. 452[37]; sept. 19, p. 518[68].
Maricus. April. 12[68].
Marina. Ian. 27[22]; 28[add]; feb. 22[77]; april. 6[69]; mai. 6[31]; iun. 2[170]; 18[32]; iul. 1[28]; 5[add]; nov. 16[55].
Marinus, Maurinus. Ian. 21[58]; 24[34]; feb. 2[6]; mart. 3[15. 28. 59]; 18[14]; april. 27[21. 30]; 30[113]; mai. 7[52]; 8[25]; 26[26]; iun. 17[29]; iul. 10[131]; aug. 22[38]; dec. 26[add].
*Marinus Antiochiae.* Aug. 22, p. 458[37]; nov. 16, p. 602[55]; dec. 26, p. 11[28]. — *Vid.* Mart. 3, p. 124[15].
Maris. Mart. 5[16].
Marius. Ian. 16[20]; 20[13]; mart. 4[63]; april. 9[16]; mai. 28[13]; iun. 2[195]; iul. 14[8]; sept. 28[6].
*Marius, Martha, Audifax et Abacuc Romae.* Ian. 16, p. 43[12]; 20, p. 51[7].
Maro. April. 15[6].
*Maro in Piceno.* April. 15, p. 191[1].
Marobius. Vid. Macrobius.
Marocianus. Vid. Verocianus.
Marsus. Oct. 4[27].
*Marsus presb. Autissiodori.* Oct. 4, p. 540[27].
Martha. Ian. 16[53]; 19[39]; 20[30]; feb. 24[29].
*Martha. Vid. Maria, Marius.*
Marthorius. Iul. 20[55]. — *Parthenius.*
Marthyrius. Vid. Martyrius.
Martia. April. 6[52].
Martialis, Marcialis. Ian. 3[78]; 9[26]; 21[17]; 22[26]; feb. 2[54]; 16[18. 52. add]; 18[16]; mart. 13[112]; april. 15[53]; 16[19. 60]; 29[14]; mai. 7[40. 104]; 8[47]; 27[14]; iun. 1[76]; 2[136]; 5[41]; 30[24]; iul. 9[41]; 10[39]; 15[24]; aug. 22[18]; 23[23]; sept. 24[18]; 28[3]; oct. 8[2]; 6[33]; 11[20]; 13[6]; 18[64]; nov. 9[24]; 15[7]; 16[14. 36. 49. 68]; 25[6].
*Martialis Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13]; april. 15, p. 192[53].
*Martialis ep. Lemovicen.* Iun. 30, p. 344[21].
*Martialis Romae.* Iul. 10, p. 362[1]; iul. 15, p. 376[24].
Martiana. Vid. Marciana.
Martianus. Vid. Marcianus.
Martimus. Dec. 13[39].
Martinianus. Dec. 26[add]; mai. 31[22]; iun. 2[30]; iul. 2[3].
*Martinianus. Vid. Processus.*
Martinus. Ian. 1[add]; mart. 5[40]; april. 30[9]; mai. 8[118. add]; 11[52]; 13[add]; iun. 1[84. 164]; 10[15]; iul. 3[add]; 4[27]; aug. 9[98]; 18[add]; sept. 2[add]; oct. 20[add]; nov. 10[add]; 11[17. 52]; dec. 30[add].
*Martinus Brivensis.* Aug. 9, p. 430[96].
*Martinus ab. Salimonni.* Mai. 8, p. 240[115].
*Martinus ep. Turonen.* Iul. 4, p. 352[18]; nov. 11, p. 595[13].
*Martinus ep. Viennen.* Mai. 11, p. 248[48].
Martius. Mart. 18[16. 18].
*Martyres Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; 14, p. 95[119].
*Martyres VIII Caesareae Palaestinae.* Mart. 23, p. 157[6].
*Martyres Erumentes in Africa.* Dec. 10, p. 641[5].
*Martyres Ficarienses. Vid. Ficarienses.*
*Martyres Mauri. Vid. Mauri martyres.*
*Martyres Maxilitani in Africa.* Iul. 22, p 391[22].
*Martyres Melitenses.* Nov. 8, p. 591[20].
*Martyres Milicitani in Africa.* Oct. 13, p. 555[add].
*Martyres Nicopolitani.* Iul. 10, p. 367[155]; 11, p. 368[7]; aug. 11, p. 435[28].
*Martyres Nobilitani in Africa.* Oct. 17, p. 559[7].
*Martyres X in Palaestina.* Mart. 25, p. 161[34].
*Martyres CCCX in Perside.* Mai. 9, p. 242[25].
*Martyres XXX Romae via Lavicana.* Dec. 22, p. 661[6]; dec. 23, p. 663[5].
*Martyres XL Romae.* Ian. 13, p. 39[17].
*Martyres Scillitani.* Ian. 9, p. 33[1]; iul. 17, p. 379[1]; iul. 18, p. 383[57].
*Martyres XL Sebastiae.* Mart. 9, p. 134[1]; 26, p. 163[add].
*Martyres Tertullenses in Africa.* Ian. 19, p. 48[1].
Martyria. Mai. 21[add]; iun. 20[15]; dec. 3[add].
Martyrius, Marthyrius. Ian. 17[27]; mai. 29[63]; iun. 18[23]; iul. 3[70]; aug. 18[28]; dec. 18[42]; 19[33].
*Martyrius in Anaunia. Vid. Sisinnius.*
Marubius. Vid. Macrobius.
Marulus. Mai. 10[91].
Masilla. Mai. 6[87].
*Massa Candida in Africa.* Aug. 18, p. 449[23].
Massedi, Masseri. Feb. 21[32. 35. add].
Massilia. Mart. 1[26].
Massilia civitas. Iul. 21[8. 34].
Massuni. Mai. 6[63].
Mastesi. April. 2[24].
Masumia. Dec. 15[16].
Masuti. Mai. 10[126].
Materna. Iun. 2[249].
*Materna Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Maternus. Sept. 1[46].
Matheus. Mai. 1[47]; 6[5]; 21[37]; sept. 20[add]; 21[7. 20]; oct. 6[add]; 7[24]. — *Matthaeus.*
Mathias. Feb. 24[add]. — *Matthias.*
Matria. Iun. 1[113].
Matrona, Metrona. Feb 22[78]; april. 29[41]; mai. 6[99]; 8[98]; 10[55. 74. 150]; iun. 1[70. 133]; 2[36. 56]; 3[109]; sept. 12[24]; nov. 15[31]; 16[65]; 17[17. 42]; 21[9]; dec. 1[9]; 5[26].
*Matrona in Asia.* Nov. 17, p. 604[15].
*Matrona Thessalonicae.* Feb. 22, p. 110[78]; mart. 25, p. 160[29]; mai. 10, p. 246[149].
Matrosus. Ian. 27[52]
*Matthaeus ap.* Mai. 1, p. 224[47]; 6, p. 233[1]; sept. 21, p. 520[7].
*Matthias ap.* Feb. 24, p. 114[29].
Mattini. Dec. 3[21].
Matura. Vid. Maturus.
Maturus, Matura. Iun. 2[260]; 3[83].
*Maturus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Matutina. Vid. Matutinus.
Matutinus, Matutina. Ian. 22[23]; mart. 27[14]; april. 4[8].
*Matutinus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13].
Maurella. Mai. 21[8. 13].
Maurellius. Mai. 10[169].
Mauri (Sancti). Oct. 15[7].
*Mauri martyres Coloniae Agrippinae.* Oct. 10, p. 550[33]; 15, p. 557[1].
Maurianus. Feb. 1[39].
Mauricius. Feb. 2[57]; iul. 10[78]; 11[38]; sept. 22[12. 34].
*Mauricius et soc. loco Agauno.* Sept. 22, p. 522[12].
*Mauricius Nicopoli.* Iul. 10, p. 367[155].

Maurilio. Sept. 11 [add] ; 13 [25].
Maurilius. Nov. 12 [8].
*Maurilius ep. Andegaven.* Sept. 11, p. 502 [add] ; 13, p. 504 [23].
Maurinus. Vid. Marinus.
Mauritania (in). Ian. 23 [2] ; mart. 7 [24] ; 18 [54] ; 24 [28] ; april. 11 [2] ; 16 [51] ; mai. 21 [2] ; iul. 11 [97] ; aug. 2 [47] ; oct. 17 [4] ; dec. 2 [7].
Maurolius. Mart. 27 [11] ; april. 28 [41].
Maurus. Feb. 16 [47] ; mart. 18 [52] ; april. 12 [34] ; 27 [51. 81] ; iun. 5 [33] ; aug. 8 [add] ; 12 [30. 48] ; nov. 30 [47] ; dec. 10 [29].
*Maurus Romae via Nomentana.* Ian. 29, p. 67 [add].
*Maurus Romae via Salaria.* Aug. 12, p. 437 [23] ; nov. 29, p. 626 [1] ; dec. 10, p. 641 [28].
*Maurus S. Benedicti discipulus.* Ian. 15, p. 42 [exc].
Maventi. April. 24 [22. add].
*Mavilus. Vid. Maiulus.*
Maxentius. Feb. 24 [58] ; mai. 6 [94] ; 22 [13].
Maxilitani martyres. Iul. 22 [22].
Maxima. Feb. 16 [70. add] ; 22 [76] ; mart. 26 [36. 63] ; april. 6 [53] ; 7 [6] ; 8 [6] ; mai. 8 [57] ; 10 [54. 73] ; 18 [18] ; 28 [38] ; 31 [43] ; iun. 1 [36. 128. 184] ; 2 [29. 43. 173] ; iul. 10 [121] ; 26 [10] ; 30 [20. 37] ; aug. 1 [61] ; nov. 1 [49] ; dec. 2 [27].
*Maxima uxor S. Montani Sirmii.* Mart. 26, p. 162 [14].
*Maxima, Secunda et Donatilla Tuburbo Lucernariae.* Feb. 16, p. 100 [69] ; iul. 30, p. 405 [17] ; aug. 1, p. 411 [59].
Maximi cimiterium. Iul. 10 [10. 40. 117] ; sept. 4 [29] ; nov. 23 [7. 14] ; 24 [19].
Maximianus. Ian. 2 [14] ; april. 14 [4] ; aug. 26 [3].
*Maximianus Bellovaci.* Ian. 8, p. 32 [add].
Maximilianus. Aug. 26 [24].
*Maximilianus Laureaci.* Oct. 12, p. 553 [exc].
*Maximilianus Romae.* Aug. 26, p. 468 [20].
Maximinus. Mai. 14 [add] ; 29 [30].
*Maximinus ep. Treveren.* Mai. 29, p. 281 [28].
Maximus. Ian. 24 [27] ; feb. 14 [157] ; feb. 16 [32. 42. 49] ; 18 [17] ; mart. 12 [48] ; april. 11 [5] ; 21 [81] ; 14 [20. 52] ; 21 [20] ; 26 [16] ; 27 [61] ; mai. 6 [121] ; 7 [23. 35] ; 8 [20. 42] ; 10 [83] ; mai. 12 [add] ; 13 [31] ; 14 [32] ; iun. 2 [50. 92] ; iun. 9 [7] ; iul. 15 [22] ; 17 [25] ; 18 [38] ; 20 [30. 54] ; aug. 20 [add] ; aug. 31 [24] ; sept. 4 [15] ; 5 [9] ; oct. 25 [3. 17] ; 30 [7. 14] ; nov. 18 [25] ; 19 [4] ; 20 [24] ; 21 [28] ; 22 [9. 23] ; 27 [add] ; dec. 15 [8. 41].
*Maximus presb. Alexandriae.* Iun. 9, p. 311 [6].
*Maximus Antiochiae.* Mart. 26, p. 163 [58] ; april. 6, p. 177 [42] ; 7, p. 178 [1] ; 8, p. 179 [3] ; 11, p. 182 [5] ; iul. 10, p. 366 [116].
*Maximus in Asia.* Mai. 14, p. 254 [30].
*Maximus presb. Aurelianis.* Dec. 15, p. 649 [40].
*Maximus Caesareae.* Nov. 18, p. 607 [22].
*Maximus Cainone.* Aug. 20, p. 453 [add].
*Maximus in Comsa.* Oct. 30, p. 577 [13] ; nov. 608 [4].
*Maximus presb. CPoli.* Mai. 8, p. 239 [17] ; 10, p. 245 [82].
*Maximus Nicomediae.* Mart. 12, p. 139 [1].
*Maximus ep. Reien.* Nov. 27, p. 624 [add].
*Maximus Romae in coemeterio Praetextati.* April. 21, p. 200 [13].
Mecae. Mai. 10 [47]. — *Mucius.*
Meceo, Micio. April. 17 [23] ; 18 [16].
Mecus. Vid. Mochus.
Medadulus. Iul. 20 [17].
Medardus. Iun. 8 [61].
*Medardus ep. Suessionen.* Iun. 8, p. 310 [57].
Medericus. Aug. 29 [add].
*Medericus presb. Parisien.* Aug. 29, p. 475 [add].
Medetheus, Mediani. Vid. Mediolanum.
Mediolanum civitas. April. 4 [add] ; mai. 6 [34] ; 8 [1] ; 9 [10] ; 14 [19. 33] ; 15 [31] ; 25 [1. 15] ; iun. 19 [2] ; iul. 9 [1. 11] ; 10 [147] ; 12 [1. 26] ; 16 [6. 14] ; 17 [8] ; 28 [37] ; aug. 7 [22] ; sept. 18 [12. 17. 18] ; 21 [2. add] ; 30 [11] ; nov. 27 [19] ; 30 [16. 30] ; dec. 25 [52].
Mefomi. Iun. 3 [31].
Megetia, Megitia, Migetia, Migitia. Iun. 15 [16] ; 16 [8. 17] ; sept. 8 [37].
Meggin. Vid. Miggin.
Megitia. Vid. Megetia.
Melania. Ian. 6 [37. 46] ; nov. 5 [add] ; 6 [45].
*Melanippus. Vid. Zenon.*
*Melanius ep. Redonen.* Ian. 6, p. 29 [34] ; nov. 6, p. 589 [45].
Melantius. Nov. 1 [105].
Melasippus. Ian. 17 [41].
*Melasippus. Vid. Speusippus.*
Melchiades, Melciades, Vid. Militiades.
Meldacasus. Nov. 1 [38].
Meldensis pagus. Aug. 30 [add].
Melesius. Nov. 26 [25].
Melitana, Militana, Inluminata civitas. Ian. 7 [18] ; feb. 14 [92] ; april. 19 [3. 14] ; 27 [37] ; mai. 2 [21] ; 3 [29].
Melitia (in). Nov. 1 [10].
Melleus. Vid. Meneus.
Mellianus. Nov. 20 [30].
Mellitus. Vid. Milionis.
*Mellitus ep. Londinen.* April. 24, p. 208 [exc].
Mellizano (in). Aug. 30 [add].
Meloi. Iun. 28 [21].
Melosa, Melosia. Iun. 1 [134] ; nov. 27 [7].
Membras (ad). Feb. 9 [15].
Memia. Vid. Memmia.
Memmas. Vid. Mammas, Mammes.
Memmeri. April. 24 [46].
Memmia, Memia, Mennia. Aug. 8 [13. 43] ; 10 [17].
*Memmia Romae.* Aug. 8, p. 425 [10].
Memmius, Mimmius. Feb. 16 [25] ; aug. 5 [25].
*Memmius ep. Catalaunen.* Aug. 5, p. 419 [23].
Memmorius. Mai. 2 [37].
Memnon. Ian. 21 [52].
*Memorius presb. Autissiodoren.* Mai. 2, p. 226 [30].
Menalippus, Menelampus, Minelampus, Menelantus, Menelaus, Menolappus. Ian. 15 [18] ; 18 [8. 44] ; 19 [53] ; feb. 23 [30. 46] ; 27 [add] ; iul. 3 [17. 56] ; sept. 2 [9]. — *Zenon.*
Menander, Minander. Feb. 23 [25] ; aug. 1 [41. 63].
*Menas Alexandriae.* Nov. 11, p. 595 [42].
*Menedimus Niveduni.* Mai. 16, p. 257 [30] ; 17, p. 259 [18] ; 26, p. 274 [1].
Menelaus. Vid. Menalippus.
Menelampus, Menelantus, Vid. Menalippus.
Menerius, Minorgius. Mai. 16 [32. 37]. — *Menedimus.*
Menesus. Vid. Meneus.
Meneus, Melleus, Menesus. Iul. 13 [6. 11] ; 14 [10].
*Meneus presb.* Iul. 13, p. 373 [11] ; 14, p. 374 [10].
Mengenis. Vid. Miggin.
Mennia. Vid. Memmia.
Menolappus. Vid. Menalippus.
Menserimus. Mai. 16 [12]. — *Menedimus.*
Mercorius Mart. 6 [47] ; aug. 26 [18].
*Mercurius Eclani.* Aug. 26, p. 468 [17].

Meresorus

Meresorus. Sept. 10[28].
Merianus. Vid. Marianus.
Meridie. Mai. 26[22].
Merobius. Dec. 3[3]; 4[add].
*Merocles ep. Mediolanen.* Nov. 30, p. 629[28].
Meroclis, Merola. Nov. 30[28].
Merona. Iul. 5[13].
Mesoli (in). Sept. 30[19].
Mesopotamia (in). April. 15[11]; iul. 1[add]; iul. 2[35]; 3[3]; dec. 21[33, 37].
Messor. April. 15[7].
Metellus. Ian. 24[15].
Metellus. Dec. 23[38]. — *Marcellus ep. Rom.*
Metis. Vid. Mettis.
Metri. Sept. 8[45].
Metrobius, Metropius. Oct. 27[14, 24]; dec. 4[11]; 24[11].
Metrodi. Mart. 12[96]. — *Metrodorus.*
Metrodora. Aug. 8[62].
*Metrodorus presb. Smyrnae.* Mart. 12, p. 140[93].
Metrona. Vid. Matrona.
Metropius. Vid. Metrobius.
Metropolis. Aug. 3[3]; nov. 11[43]; dec. 4[9].
Mettevanus. Iun. 3[65].
Mettis, Metis civitas. Feb.16[add]; mart. 6[82] (B); 20[add]; april. 16[75] (B); mai. 16[add]; iul. 3[add]; 25[add]; aug. 16[add]; 29[add]; sept. 7[add]; 25[add]; oct. 23[add]; nov. 16[add].
Meturius. April. 24[16, add]; 30[119].
Mica. Vid. Musca.
Micae, Micea. Vid. Nicea.
Michael, Michahel. Mai. 22[add]; sept. 28[add]; 29[12, 27]; dec. 6[add]; 7[add]; 8[add].
*Michael archang. Dedicatio basilicae Romae.* Sept. 29, p. 532[12].
Micio. Vid. Meceo.
Midonis. Mai. 10[7]. — *Maior.*
Migdonius, Zonius. Mart. 12[18, 43, 46]. — *Mygdonius.*
Migeni. Vid. Miggin.
Migetia. Vid. Megetia.
Miggin, Miggenis, Miggina, Migoni, Mingin, Meggin, Mengenis, Mizini. April. 12[72, 153]; 17[add]; 29[add]; mai. 16[23]; iun. 14[add]; 15[17]; sept. 26[25]; dec. 2[13]; 4[5]; 9[15]; 10[7].
*Miggin in Africa.* Mai. 16, p. 257[22]; iun. 15, p. 320[17].
Migitia. Vid. Megetia.
Migoni. Vid. Miggin.
*Miletus ep. Treveren.* Sept. 19, p. 518[50].
Milicitani martyres. Oct. 13[add].
Milicutius. Feb. 9[22].
Milionis, Militonis, Melliti. Iul. 10[79, 159]; 11[40].
Milisa. Mart. 16[13]. — *Cilicia.*
Militana. Vid. Melitana.
*Milites LXX (LXII) Romae.* Aug. 12, p. 437[23]; oct. 25, p. 570[1].
Militi. Mai. 8[55].
Militiades, Melchiades, Melciades. Ian 10[18, 28]; iul. 2[32, 40]; aug. 9[59]; dec. 10[exc].
Militius. Sept. 19[52]. — *Miletus.*
Militonis. Vid. Milionis.
*Miltiades ep. Rom.* Ian. 10, p. 34[11]; iul. 2, p. 348[32]; aug. 9, p. 428[25]; dec. 10, p. 643[exc].
Mimius, Mimmius. Oct. 31[37].
Mimmatensis, Mimmatinsis vicus. Aug. 20[add]; 21[54].
Mimmius. Vid. Memmius, Mimius.
Minaci, Miraci. Nov. 11[28]. — *Menas.*
Minalia. April. 12[77].
Minander. Vid. Menander.
Minas. Nov. 11[45]. — *Menas.*
Mineus. Oct. 16[15].
Minelampus. Vid. Menalippus.
Minepti. Mart. 18[10].
Minerius, Minervius. Mai. 15[27]; 17[21]. — *Menedimus.*
Minervianus. Dec. 31[57].
Minervinus, Minervius. Mart. 13[add]; aug. 22[44]; 23[60].
Minervius. Vid. Minervinus.
Mingini. Vid. Miggin.
Minia. Mai. 28[14].
Minnia. Iul. 9[8].
Minorgius. Vid. Menerius.
Minucius. Ian. 23[19].
Miraci. Vid. Minaci.
Mirdanius. Vid. Mardunius.
Mirendinus. Aug. 23[32].
*Mirocles. Vid. Merocles.*
Misac. April. 24[72].
Misael, Misahel. April. 24[63, 81]. — *Ananias.*
Misana civitas. Iun. 16[11]; nov. 20[19].— *Messana.*
Miselianus. Vid. Missurianus.
Misenum, Misi, Misita urbs. Sept. 23[add]; dec. 5[2, 12].
Misi. Vid. Misenum.
Misia. Mart. 27[13]; april. 3[18].
Misita. Vid. Misenum.
Misoris. Vid. Missurianus.
Missurianus, Misurianus, Miselianus, Mistrianus. Ian. 14[21]; 17[5, 7, 16]; 27[12].
Mistheus. Mart. 13[76].
Mistrianus, Misurianus. Vid. Missurianus.
Mitosorus. Sept. 8[32].
Mittonus, Mittunus, Mai. 4[35, 84]; 8[80]; iun. 1[77]; 1[135].
Mizini. Vid. Miggin.
Mochus, Moechus, Moecus, Mecus. Iun. 7[10]; iul. 9[2, 12]; 16[7, 15].
*Mocius. Vid. Mucius.*
Moderata. April. 6[20].
Modestinus. Mart. 13[16].
Modestus. Ian. 12[37]; 13[add]; feb. 12[8, add]; mart. 12[78]; april. 6[36]; iun. 15[38]; 16[add]; oct. 14[18]; 21[11, 25]; dec. 13[25].
*Modestus diac. Beneventi.* Feb. 12, p. 89[8].
*Modestus in Sicilia.* Iun. 15, p. 320[36].
Modianus. Iun. 2[98].
Moechus, Moecus, Vid. Mochus.
Moenisi. Iul. 23[14].
Moireus. Vid. Nereus.
Moises. Vid. Moyses.
Moisitis. Mai. 12[29]. — *Nereus.*
*Molaisse. Vid. Lasrianus.*
Molendion. Ian. 19[37].
Momini. April. 30[60].
Momna, Mouna. Iun. 4[49].
Monassa (= monasterium). Sept. 19[88].
Monegunda Iul. 2[add].
Monicia. April. 16[38]. — *Nunechia.*
Monitor. Nov. 10[32].
*Monitor ep. Aurelianen.* Nov. 10, p. 594[27].
Montana. Mai. 23[27].

Montanus

Montanus. Mart. 26 [15]; mai. 11 [6]; 23 [37]; iul. 3 [44]; 21 [17].
*Montanus in Africa.* Mai. 23, p. 268 [15].
*Montanus presb. Sirmii.* Mart. 26, p. 162 [14]; mai. 11, p. 248 [5]; 23, p. 269 [36].
Mori. Mai. 29 [24].
Moseus. Vid. Moyses.
Mositis. April. 15 [9].
Moyses, Moises, Moseus. Ian. 18 [36]; feb. 14 [59. 119]; april. 6 [8]; dec. 18 [40]; 19 [31].
*Moyses Alexandriae.* Ian. 18, p. 46 [36].
*Moyses lector Alexandriae.* Feb. 14, p. 95 [119].
Muberi. Mai. 7 [57].
Mucianus, Mutianus. April. 12 [130]; iun. 8 [41]; 9 [14]; nov. 19 [5]. — *Lucianus, Mucius.*
Mucius. Ian. 22 [57]; april. 22 [24]; iun. 8 [41. 48]; 15 [15. add].
*Mucius diac. Cordulae.* April. 22, p. 203 [13].
*Mucius al. Mocius CPoli.* Mai. 10, p. 245 [47]; iun. 15, p. 319 [13].
*Mulieres XL Heracleae.* Nov. 19, p. 608 [16].
Mundinus. Mai. 26 [6]. — *Menedimus.*
Munici, Municipi. Ian. 22 [46]; 23 [28].
Munni. Mai. 10 [166].
Musca, Mica. Iun. 16 [7]; 17 [35].
Muscenti. Ian. 12 [4].
Muscius. Sept. 19 [63]; dec. 18 [71]; 19 [64].
Muscola, Muscula. Vid. Mustila.
Mustaci. Feb. 16 [67].
Musti. Vid. Mustila.
Mustila, Mustilla, Musti, Mustula, Muscola, Muscula. Feb. 2 [62]; 28 [16]; iun. 2 [81. 82]; april. 12 [82. 125. 152]; nov. 23 [41].
Mustilla, Mustula. Vid. Mustila.
Mustilus, Mustulus. Iun. 5 [30]; oct. 17 [20].
*Mustiola in Tuscia.* Nov. 23, p. 617 [39].
Mustulus. Vid. Mustilus.
Musunus. Ian. 24 [13]. — *Mygdonius.*
Mutiana. Iul. 26 [17].
Mutianus. Vid. Mucianus.
Muttacius. Mai. 10 [75]. — *Mucius.*
*Mygdonius Nicomediae.* Ian. 24, p. 60 [12]; mart. 12, p. 139 [1].

# N

Nabor, Nambor, Namor, Nabrotus. Mart. 14 [24]; april. 12 [114]; 23 [12. 25]; 24 [20. add]; mai. 14 [35]; iun. 3 [63]; 8 [32]; 11 [44]; 12 [add]; iul. 5 [add]; 10 [132]; 12 [2. 21. 30]; 14 [12]; sept. 16 [add]; 26 [26].
*Nabor Mediolani et Romae.* Iun. 8, p. 310 [29]; 11, p. 315 [44]; 12, p. 316 [add]; iul. 5, p. 354 [add]; 10, p. 366 [132]; 11, p. 315 [44].
Nabrotus. Vid. Nabor.
Naffaviani. Ian. 16 [76].
Nagesi. Iun. 12 [add].
Nambor. Vid. Nabor.
Namfamon, Nanifamon. Dec. 5 [20]; 18 [67]; 19 [60]. — *Namphamon.*
Namnetis civitas. Mai. 24 [37]; iun. 16 [28].
Namor. Vid. Nabor.
*Namphamon in Africa.* Dec. 18, p. 652 [67].
Nanifamon. Vid. Namfamon.
Nanto monasterio. Mai. 1 [add].
Nantonis castrum. Feb. 11 [add].
Nappoli. Mai. 10 [119].
Narbona civitas. Mart. 12 [add]; 22 [2. 7].
Narcissus. Ian. 1 [59]; 3 [19].
*Narcissus Romae.* Iun. 1, p. 20 [73]
*Nartzallus Scillitanus.* Iul. 17, p. 380 [1].
Nasei. Iul. 15 [13].
Nasomosi. Mai 10 [122].
Natalici. Dec. 1 [17].
Navalis. Vid. Novalis.
Navida, Navigius. Mai. 7 [53. 66].
Nazareth. Mart. 25 [add].
Nazaria. Iul. 28 [22. 30. add].
Nazarius. Ian. 11 [add]; iun. 8 [34]; 12 [add]; 19 [8. 9]; iul. 5 [add]; 17 [19]; 18 [64]; 28 [41]; 31 [31]; aug. 8 [55]; oct. 30 [50]. — *Nazarius, Nartzallus.*
*Nazarius Mediolani et Romae.* Iun. 8, p. 310 [29]; 19, p. 326 [8]; iul. 28, p. 400 [35]; oct. 30, p. 578 [50]. — *Dedicatio ecclesiae Augustoduni.* Iul. 31, p. 407 [25].
Neabdis. Iul. 30 [34]. — *Abdon.*
Neander. Dec. 26 [31].
Neapolis civitas. Ian. 13 [9]; sept. 19 [13. add]; oct. 19 [7]; 21 [22].
Nectaris. Aug. 22 [34]. — *Neocaesarea.*
Nectarius. Mai. 5 [23]; sept. 13 [14].
*Nectarius ep. Augustodunen.* Sept. 13, p. 405 [12].
*Nectarius ep. Viennen.* Mai. 5, p. 231 [21].
Negdani. Iul. 10 [169].
Nemausus civitas. Mai. 20 [14]; 21 [add].
Nemesius, Nemesinus, Nemesis, Nemosatus. Feb. 20 [5]; iun. 27 [25]; sept. 5 [32]; 8 [22]; 10 [20. 37]; nov. 9 [13].
*Nemesius Alexandriae.* Sept. 10, p. 499 [20].
*Nemesius Romae.* Iun. 27, p. 338 [1].
Nemosatus. Vid. Nemesius.
Neocaesarea, Neocessaria. Ian. 23 [3]; 24 [11]; aug. 22 [32].
Neofitus. Nov. 19 [6].
Neon. Ian. 17 [44. add]; 23 [55]; aug. 23 [56].
*Neon Aegeae.* Aug. 23, p. 461 [51].
*Neon. Vid. Speusippus.*
Neopolis. Mai. 2 [15].
Neotherius. Sept. 8 [18].
Neporis. Iun. 3 [7].
Nepotianus. Feb. 7 [12]; mai. 11 [47].
Neptulanis. Iun. 3 [85].
Neratia. Iul. 20 [45]. — *Speratus.*
Nereus, Moireus. Mai. 11 [17. 29]; 12 [3. 17. 29]; oct. 16 [18].
*Nereus et Achilleus Romae.* Mai. 11, p. 248 [26]; 12, p. 249 [1].
Neri. Nov. 16 [45].
Nero imperator. Sept. 19 [104].
Nestita. Iul. 20 [56]. — *Bessia.*
Nestor, Nistor. Feb. 25 [33]; 26 [4]; mart. 7 [16. 39]; 12 [59]; april. 11 [33]; mai. 4 [83]; iun. 8 [19].
*Nestor Pergae.* Feb. 25, p. 516 [30]; 26, p. 116 [4]; mart. 7, p. 132 [16].
Nevatianus. Vid. Novatianus.
Nevedunum. Vid. Nivedunum.
Nevernum civitas. Aug. 24 [14].
Nica, Nigia. April. 16 [36. 39]; 28 [41]; iun. 2 [166. 296]; iul. 30 [27]; oct. 19 [19].
*Nica Corinthi.* April. 16, p. 193 [1].
Nicander. Iun. 5 [4. 43]; 17 [5]; nov. 26 [add].
*Nicander. Vid. Marcianus.*

Nicanor. April. 5 [7].
Nicaoni. Iul. 11 [77].
Nicapoli. Mart. 6 [39]. — *Nicephorus.*
Nicarius. Oct. 11 [add].
*Nicasius ep. Remen.* Dec. 14, p. 648 [23].
Nicatius. Dec. 14 [25].
Nicea, Nicia, Micae, Micea civitas. Ian. 17 [3]; 18 [39]; 26 [2]; mart. 10 [13]; 13 [46]; april. 16 [71]; mai. 4 (E); iun. 9 [10]; 28 [8]; 34 [73]; iul. 8 [2. 33]; oct. 21 [16]; nov. 4 [20]; dec. 19 [2]; 20 [23].
Niceanus. Nov. 23 [12]. — *Verocianus.*
Niceforus, Nicoforus, Nicoporus. Feb. 24 [90]; 28 [22]; mart. 1 [16]; 3 [61]; 6 [61. 81]; april. 27 [75].
*Nicephorus Alexandriae.* Feb. 24, p. 115 [83]; 28, p. 118 [1]; mart. 1, p. 120 [16]; 6, p. 131 [1].
Nicetas. Iul. 29 [37]; oct. 10 [23].
Niceti. Sept. 19 [10]. — *Anicium.*
Nicetius, Nicitius. Ian. 19 [65]; april. 2 [44]; mai. 5 [25]; 6 [124]; iun. 22 [68]; iul. 29 [10. 19]; aug. 2 [68]; sept. 10 [31. 42]; dec. 23 [44].
*Nicetius ep. Lugdunen.* Ian. 19, p. 49 [61]; april. 2, p. 171 [41].
*Nicetius ep. Viennen.* Mai. 5, p. 231 [21].
Nichomedes. Vid. Nicomedes.
Nici. Aug. 29 [40].
Nicia. Mai. 23 [42].
Nicia. Vid. Nicea.
Nicitius Vid. Nicetius.
Nicodimus Aug 3 [33]; oct. 17 [add].
Nicoforus. Vid. Niceforus.
Nicomedes, Nichomedes, Nychomedes. Iun. 1 [add]; sept. 15 [add].
*Nicomedes Romae.* Iun. 1, p. 291 [exc]; sept. 15, p. 510 [add].
Nicomedia. Ian. 1 [39]; 7 [2]; 20 [40]; 21 [26]; 25 [1]; 27 [43]; feb. 13 [2. 12]; 16 [add]; 22 [27. 65]; 24 [23. 75]; mart. 4 [81]; 6 [1. 53]; 8 [1]; 10 [30]; 11 [21]; 12 [1. 42]; 13 [1. 87]; 14 [13. 33]; 15 [6]; 16 [7]; 17 [2]; 18 [33]; 25 [20]; 29 [1]; april. 1 [add]; 3 [25]; 5 [2]; 6 [1]; 7 [add]; 11 [30]; 27 [9. 59]; 29 [12]; mai. 4 [2]; 7 [2]; 30 [17]; iun. 7 [add]; 8 [17. 52]; 10 [24]; 23 [2]; iul. 1 [2]; 27 [14]; 28 [32. add]; aug. 2 [69]; 4 [24]; 8 [54]; 9 [65]; 15 [5]; sept. 2 [2]; 12 [19]; 15 [32. 45]; 18 [8]; oct. 2 [2]; 17 [1]; 18 [11. 29]; 20 [11]; 21 [2]; 24 [2]; 26 [2]; 30 [2]; 31 [65]; nov. 6 [2]; 7 [11]; 8 [23]; 9 [2]; 17 [11. 35]; 27 [2]; 30 [20]; dec. 3 [7]; 4 [1]; 23 [17].
Nicopolis civitas. Iul. 10 [158]; 11 [10]; 28 [10]; aug. 11 [28].
*Nicopolitani martyres. Vid. Martyres Nicop.*
Nicopori. Vid. Niceforus.
Nicostratus. Mart. 25 [30]; nov. 7 [26]; 8 [8].
*Nicostratus Romae.* Nov. 8, p. 590 [1].
Niderunum. Vid. Nivedunum.
Niger. Mai. 8 [50].
Nigia. Vid. Nica.
Nilus. Sept. 19 [5. 61].
*Nilus in Palaestina.* Sept. 19, p. 517 [4].
Nimfida. Sept. 5 [24].
Nimidiacus, Nimidianus. Aug. 9 [38. 65].
Nimphadoba, Nimpodora. Mart. 13 [56. 77]. — *Nymphodora.*
*Nimphidius Alexandriae.* Sept. 5, p. 489 [7].
Nimpi. Sept. 5 [10]. — *Nimphidius.*
Nimpodora. Vid. Nimphadoba.
Nina, Ninna. Feb. 24 [illegible]; mai. 6 [95]; 8 [38. 79. 109]; 10 [106. 146]; iun. 1 [146]; 2 [109]; dec. 15 [24. 32].
Nini. Oct. 17 [5].
Ninitta, Ninive. Iun. 4 [2. 15]. — *Nivedunum.*
Ninivittae. Feb. 24 [89]. — *Euethius.*
Ninna. Vid. Nina.
Nisa, Nisi. Nov. 11 [20].
Nistor. Vid. Nestor.
Nivedunum, Nividunum, Niderunum, Nevedunum civitas. Ian. 20 [54]; mai. 16 [30]; 17 [18]; iun. 4 [5]; 6 [3]; iul. 6 [18]; sept. 17 [12].
Niziba civitas. Iul. 15 [28]. — *Nisibis.*
Noae arca. April. 28 [add]; iul. 15 [37].
Nobilis. Sept. 24 [22].
Nobilitani martyres. Oct. 17 [7].
Noceria. Vid. Nuceria.
Noconi. Oct. 27 [21]. — *Conon.*
Nodi. Iul. 7 [8].
Nola civitas. Ian. 14 [28]; iun. 22 [57]; 27 [2].
Nomedia. Vid. Numidia.
Nomedianus. Aug. 9 [25]. — *Numidianus.*
Nomensis. April. 30 [93].
Nomentana (via). April. 20 [41]; mai. 3 [44]; 25 [31]; 28 [23]; iun. 9 [19]; 11 [16]; aug. 25 [24]; sept. 16 [20].
Nomentia. Iun. 2 [142].
Nominanda. Vid. Dominanda.
Nominus. Mart. 21 [10]. — *Domninus.*
Nondinarius. Vid. Nundinarius.
Nonna. Mart. 17 [5]; april. 23 [add]; mai. 23 [30]; nov. 26 [24].
Nonnicia. Iun. 28 [74].
Nonnidius. Vid. Nundinarius.
Nonnus, Nunnus. Mart. 16 [10]; mai. 28 [6]; iul. 25 [5]; aug. 23 [11. 41].
*Nonnus in Portu Romano.* Mart. 16, p. 147 [10]; 17, p. 148 [5]; iul. 25, p. 395 [1].
Noricum Ripense. Mai. 4 [39].
Nostini. Iul. 10 [110].
Novalis, Navalis. Dec. 16 [4]. — *Vitalis.*
Novasius. Iul. 8 [46].
Novati. Sept. 16 [32]. — *Nartzallus.*
Novatianus, Nevatianus. Iun. 27 [30]; 29 [19. 25].
Novegentum, Noviente. Sept. 1 [add]; 7 [28].
Novelia, Novella. April. 12 [127]; iun. 1 [42. 118].
Novellis. April. 25 [13].
Novellus. Nov. 11 [5].
Noviente. Vid. Novegentum.
Noviomum, Novione civitas. Dec. 1 [add].
Nuceria, Noceria civitas. Sept. 15 [37]; 16 [43]; 17 [6. 18]; 19 [78]; 20 [16].
Numedia. Vid. Numidia.
Numerius. Nov. 27 [5].
Numidia, Nomedia, Numedia. April. 28 [36]; mai. 29 [7. 13].
*Numidianus Romae.* Aug. 9, p. 428 [25].
Nundinarius, Nondinarius, Nonnidius. Feb. 16 [19]; iun. 2 [156. 167].
Nundinius. Oct. 31 [39. 63]; nov. 1 [27].
*Nunechia Corinthi.* April. 16, p. 193 [1].
Nunnus. Vid. Nonnus.
Nunnina. Iul. 20 [7].
Nustia, Nustua. Mai. 20 [add].
Nuvius. Oct. 9 [55]. — *Genuinus.*
Nychomedes. Vid. Nicomedes.

# O

Obraci. Iun. 3[93].
Obtata. Iun. 1[131].
Occatis. Mart. 7[43]. — *Revocatus.*
Occominus. Vid. Cominius.
*Oceanus Nicomediae.* Sept. 18, p. 515[8].
Ocianus. Sept. 18[10].
Octavia. April. 15[31]; nov. 1[47].
Octavianus. Feb. 17[64]; mai. 7[49]; iun. 27[add].
Octavius. Mart. 5[add]; 15[29]; iun. 1[3]; iul. 10[87]; 11[57]; nov. 11[6]; 20[41]; dec. 28[24].
*Octavius in Africa.* Nov. 1, p. 582[47].
*Octavius Antiochiae.* Iun. 1, p. 288[3].
*Octavius, Solutor et Adventor Taurinis.* Nov. 20, p. 610[38].
October. Mai. 29[32]; iun. 2[237].
*October Lugduni.* Mai. 28, p. 279[32]; iun. 2, p. 298[290].
Octoderus locus. Sept. 22[28]. — *Octodurum.*
*Oecumenus in Aegypto.* Ian. 31, p. 69[1]; feb. 9, p. 84[63].
Oedilvaldus. April. 21[add].
*Oedilvaldus mon.* April. 21, p. 201[add].
Offici. Iun. 28[20].
Oia insula. Iun. 27[47]; dec. 30[13, add].
Olti. Aug. 27[30].
Ombonus. Dec. 1[6].
Onellico (in). Mai. 1[add].
Opilio. Oct. 12[41].
*Opilio presb. Bituricen.* Oct. 12, p. 553[39].
Optatus, Pati. Ian. 22[40, 41]; april. 12[69, 96]; 14[22, 23, 47]; mai. 2[35]; aug. 31[35]; nov. 7[20]; dec. 1[25].
*Optatus ep. Autissiodoren.* Mai. 2, p. 226[30]; aug. 31, p. 479[32].
*Optatus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13].
*Optatus ep. Romae.* Nov. 27, p. 624[exc].
Optio. Iul. 30[29].
Or mons. Iul. 1[51].
Orasi, Orati. Iun. 2[198]; 3[130].
Orator. Iul. 6[17].
Orbana. Vid. Urbana.
Orbanella. Dec. 10[14, 19].
Orbanus. Vid. Urbanus.
Orbasius, Arbasius. Feb. 9[36]; 14[77].
*Orestes Tyanae.* Iul. 3, p. 350[37].
Orfanus. April. 24[55].
Orfasius. Feb. 14[83].
*Orfasius Alexandriae.* Feb. 14, p. 95[119].
Oriente (in). Ian. 1[37]; 4[11]; 15[11]; 17[23]; feb. 5[22]; april. 25[add]; 25[28]; aug. 9[5]; sept. 23[2]; oct. 5[add]; 18[22]; nov. 28[2]; dec. 3[2]; 4[add]; 20[45]; 21[22].
Orientius. Mai. 1[75].
*Orientius ep. Auscien.* Mai. 1, p. 224[66].
Orinion. Feb. 9[37].
Orion. Ian. 22[51, 73]; feb. 9[43]; 10[14]; 18[add]; mart. 12[66]; iun. 28[55, 61]; iul. 1[36]; 10[83]; aug. 16[6]; 17[30]; 19[9, 26]; sept. 10[22]; nov. 20[5, 13].
*Orion diac. Alexandriae.* Mart. 12, p. 139[66].
*Orion Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63].
*Orion Alexandriae.* Aug. 16, p. 446[5]; 17, p. 448[26]; p. 451[8].
*Orion Romae.* Iul. 1, p. 346[13]; dec. 19, p. 654[67].
Orispus. Iun. 27[5]. — *Crispus.*
Orobion. Sept. 8[40].
Oroseus, Orosius. Iun. 28[69]; sept. 8[38].
Ortasius. Mai. 18[5].
*Ortasius presb. Alexandriae.* Mai. 18, p. 260[1].
Ortinsis. Vid. Hortinsius.
Orus. Feb. 14[80]. — *Horus.*
Ostea, Ostensis civitas, vallis. Mai. 20[12]; iul. 16[3]; aug. 8[39]; 10[26]; 23[14, 43]; oct. 18[14]; 19[2]; nov. 22[16]; dec. 22[24].
Ostiensis (via). Iun. 29[13]; aug. 8[39]; 22[3]; 29[44].
Ostratius. Iul. 8[9]. — *Sostratus.*
Oswaldus. Aug. 5[add].
*Oswaldus rex.* Aug. 5, p. 419[add].
*Oswinus rex Deirorum.* Aug. 19, p. 452[exc].
Ottori. Dec. 17[17].

# P

Pacata. April. 29[24].
*Pachomius.* Mai. 14, p. 255[add].
Pachumius. Mai. 14[add].
Paciens. Sept. 11[51]. — *Patiens.*
Pacini. April. 12[67].
Pacta, Parta. Mart. 13[80, 100].
Padis. April. 29[51].
Paenicae, Pennicei. Ian. 3[83, 90].
Paenus, Poenecis. Dec. 18[90]; 19[79].
*Paenus Romae.* Dec. 19, p. 654[67].
*Paesis Caesareae Palaestinae.* Mart. 24, p. 158[8].
*Paisius Alexandriae.* Feb. 1, p. 71[7]; 9, p. 84[63].
Palaestina, Palestina. Mai. 13[14]; iun. 24[2, 16]; aug. 29[11].
Palamarti. Mart. 5[27].
Palatinus. Feb. 22[42, 67]; 24[81]; mart. 4[32]; 5[17]; 10[15, 31]; 14[5]; 30[7]; april. 4[16, 20].
Paldriacus locus. Mart. 9[add].
Palestinus, Estivus. Iun. 2[213, 214]. — *Palaestina.*
Pallada. Ian. 7[31].
Palladius. Feb. 14[105]; iul. 6[6, 12].
Palleus. Sept. 19[4]. — *Peleus.*
Palmi. Mai. 18[11]. — *Paulus.*
Palumbas, Balumbas (ad septem). Iun. 17[8]; 24[add].
Palus. Mart. 2[19]. — *Paulus.*
*Pambon, Pammon in Aegypto.* Iun. 28, p. 341[65].
Pambunus, Panosus. Iun. 28[65, 68].
Pamphilia, Pampili. Feb. 25[30]; mai. 28[5]; iun. 30[20].
Pamphilia. Sept. 12[2]. — *Ampelius.*
Pamphilus. Feb. 12[21]; 16[77]; 17[add]; mart. 5[25]; iun. 2[212]; aug. 20[20].
*Pamphilus Caesareae Palaestinae.* Feb. 16, p. 101[76]; iun. 2, p. 296[206].
*Pamphilus Romae.* Sept. 21, p. 521[exc].
Pampilianus. Mart. 16[20].
Pampilicus. Vid. Mappalicus.
Pampirus. Feb. 9[55]. — *Pantherus.*
Pampori. Mart. 18[7].
Pancratius, Prancatius, Prancanius. April. 3[16]; 5[16]; mai. 12[10, 32]; iul. 8[23].
*Pancratius Romae.* Mai. 12, p. 249[10].
*Pancratius ep. Tauromenitan.* April. 3, p. 172[13]; 5, p. 175[16]; iul. 8, p. 359[22].
Panemotus. Sept. 8[33]; 10[41].

Pannonnia

Pannonnia, Pannoniis (in). Feb. 23[3]; april. 28[2].
Pannus. Iun. 28[26].
Panoepsius. Sept. 10[29].
Panosus. Vid. Pambunus.
Pantaleon, Pantalimon. April. 23[49]; iul. 28[11]; 28[33. add]; oct. 2[20].
*Pantaleon Nicomediae.* April. 23, p. 205[49]; iul. 28, p. 400[11]; oct. 2, p. 537[20].
Panterus, Pantherus. April. 1[23]; mai. 18[9. 40].
*Pantherus Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; mai. 18, p. 260[1].
Panuberi, Panubri. Iun. 28[28. 67].
Papas. Vid. Papias.
Papeusa, Papeusus. Dec. 18[85]; 19[76]. — *Papianus.*
Papianus. Dec. 30[21].
*Papianus Romae.* Dec. 19, p. 654[67].
Papias, Papius, Pappias, Papas. Ian. 1[64]; 23[44]; 25[10. 20]; 28[11]; 29[add]; feb. 9[54]; 28[24]; mart. 3[64]; 6[40]; 6[60]; april. 20[34]; 21[35]; 27[78]; iul. 14[3]; aug. 8[add]; sept. 16[26. 28].
*Papias Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; 24, p. 115[83]; 28, p. 118[1]; mart. 6, p. 131[1]; april. 27, p. 213[58].
*Papias Attaliae.* Mart. 6, p. 131[1].
*Papias Romae via Nomentana.* Ian. 23, p. 58[44]; 29, p. 67[add]; april. 20, p. 199[27]; sept. 16, p. 511[1].
Papirius. Oct. 24[7]; 25[26].
Papiris. Feb. 2[59].
Papiscus. Dec. 18[91]; 19[82].
*Papiscus Romae.* Dec. 19, p. 654[67].
Papius. Vid. Papias.
Papozinici. Iun. 3[8].
Pappalicus. Vid. Mappalicus.
Pappias. Vid. Papias.
*Pappus Tomis.* Oct. 1, p. 535[1].
*Papylus Pergami. Vid. Carpus.*
Parcilaus. Vid. Archelaus.
Parenti. Iul. 8[58]; nov. 15[24]. — *Perinthus.*
Parethia civitas. Ian. 3[4].
Parilis. Vid. Aprilis.
Parimadius. Sept. 19[6]. — *Patermuthius.*
Parisiacense territorium. Ian. 30[add]; aug. 1[add]; sept. 1[add].
Parisiis, Parisius civitas. Ian. 3[91]; april. 22[add]; mai. 28[51]; iul. 25[add]; aug. 29[add]; sept. 7[26]; oct. 9[42].
Parmenius, Parni, Partemius, Partiminus. April. 22[15]; iul. 7[3. 19. 20. 30].
*Parmenius presb. Cordulae.* April. 22, p. 203[13].
Parmi. Aug. 14[18].
Parni. Vid. Parmenius.
Parrona (in). Vid. Perona.
Parta. Vid. Pacta.
Partemius. Vid. Parmenius.
Partenius, Parthenus, Partimus, Partinus. Feb. 11[add]; april. 1[5. 21]; 18[28]; 17[11]; 19[5. 83]; iul. 20[50].
Parthenius. Iul. 3[48].
*Parthenius et Calocerus Romae.* Feb. 11, p. 88[add]; april. 18, p. 197[28]; mai. 19, p. 261[1]; iul. 20, p. 387[49].
Partiminus. Vid. Parmenius.
Partimus. Vid. Partenius.
Partinius. Vid. Partenius.
Pascentius. Dec. 9[17].
*Pasicrates Durostori.* Mai. 25, p. 272[19].
Pasimi. Iun. 28[44].
Passamonas. Feb. 14[112].
*Passamonas Alexandriae.* Feb. 14, p. 95[119].
Passerius. Iul. 20[23. 63].
Passus. Oct. 1[27]. — *Pappus.*
Pastor. Mart. 29[2]; 30[24]; april. 30[48]; aug. 10[59]; 25[42]; dec. 25[12].
*Pastor Compluti.* Aug. 25, p. 466[36].
*Pastor Romae.* Dec. 25, p. 8[12].
*Patermuthius in Palaestina.* Sept. 19, p. 517[4].
Paternus. April. 12[64]; 15[add]; 16[add]; mai. 19[42]; iul. 30[26].
*Paternus ep. Abrincen.* April. 15, p. 192[add]; 16, p. 193[add].
Paterni Musci. Sept. 19[62]. — *Patermuthius.*
Pathei. Ian. 8[22].
Pati. Ian. 11[32]. — *Typasius.*
Pati. Vid. Optatus.
*Patiens ep. Lugdunen.* Sept. 11, p. 502[49].
Patra civitate. Oct. 12[add]. — *Patria.*
Patras civitate. Feb. 5[23]; nov. 30[5].
*Patria civitas in Campania.* Oct. 12, p. 553[19. add].
Patricia, Patyrrigia. Mart. 13[4. 41. 45. 91].
Patricius. Mart. 12[77]; 17[add]; april. 3[11]; mai. 16[add]; aug. 24[17].
*Patricius ab. in Abrincatino.* Mai. 16, p. 258[add].
*Patricius Hibernorum apostolus.* Mart. 17, p. 149[add].
*Patricius ab. Nivernensis.* Aug. 24, p. 463[17].
Patroclus. Ian. 21[48]; iul. 21[24].
*Patroclus Trecis.* Ian. 21, p. 54[45].
Patruina, Patruna. Iul. 29[39. 55].
Patyrrigia. Vid. Patricia.
Paula. Ian. 26[add]; feb. 22[69]; mart. 3[36]; iun. 2[46. 130. 143]; 3[49]; 20[6]; iul. 20[34].
*Paula in Bethleem.* Ian. 26, p. 64[add].
Pauliacum monasterium. Feb. 10[add].
Paulica. Vid. Paulina.
Paulina. Mai. 10[104]; 31[45]; iun. 1[38]; dec. 31[3. 69].
*Paulina Romae.* Dec. 31, p. 17[1].
Paulinus. Mart. 21[add]; 22[5]; 26[add]; mai. 16[11]; 26[5. 21]; 31[56]; iun. 22[59]; aug. 31[4]; sept. 4[add]; 15[49]; 17[34]; oct. 14[add].
*Paulinus ep. in Cantia.* Oct. 14, p. 556[add].
*Paulinus Niveduni.* Mai. 26, p. 274[1]. — *Vid. Paulus.*
*Paulinus ep. Nolan.* Iun. 22, p. 331[59].
*Paulinus ep. Treveren.* Aug. 31, p. 478[1]; sept. 4, p. 488[exc].
Pauliunis. Vid. Pollion.
Paulus. Ian. 14[17]; 18[63]; 19[3]; 22[30. 32]; 24[add]; 25[5. add]; 29[5]; feb. 8[13]; 9[11]; 14[81]; 16[21]; 16[31. 45. 51]; 18[15]; 24[5]; mart. 2[add]; 4[52]; 12[73]; 15[16]; 20[7]; 22[11]; 23[10]; april. 4[7]; 12[7. 33. 111. add]; 13[12. 22]; 26[15]; 27[62]; mai. 15[26. 37. 45]; 16[33. 35]; 17[20]; 26[10]; iun. 1[59. 78]; 2[33]; 7[5]; 18[18]; 20[4]; 26[4. 27]; 28[add]; 29[6. 10]; iul. 3[49]; 6[add]; 16[21]; 17[26]; 18[39]; 20[57]; aug. 9[28]; 14[15]; 22[10]; 29[41]; sept. 27[42]; nov. 6[18]; 7[6]; 16[23. 46]; 29[add]; dec. 5[21]; 10[9]; 11[29]; 13[22]; 18[34]; 19[8. 25]; 20[27]; 24[12]; 30[19]; 31[31].
*Paulus in Africa.* Ian. 18, p. 46[57].
*Paulus Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; 14, p. 95[119]; mai. 18, p. 260[1].
*Paulus Antiochiae.* Mart. 20, p. 154[1].


*Paulus*

*Paulus Caesareae Palaestinae.* Feb. 16 p. 101[76]. *Alter.* Iul. 16, p. 379[20]; 17, p. 381[26]; 18, p. 383[39].
*Paulus CPoli.* Iun. 7, p. 308[4].
*Paulus Lampsaci.* Mai. 15, p. 256[34].
*Paulus Narbonae.* Mart. 22, p. 156[1].
*Paulus Niveduni.* Mai. 16, p. 257[30]; 17, p. 259[18]. — *Vid. Paulinus.*
*Paulus ap. Romae.* Ian. 25, p. 61[3]; iun. 29, p. 343[1]; dec. 30, p. 15[10]; 31, p. 18[48].
*Paulus Romae. Vid. Iohannes et Paulus.*
*Paulus eremita.* Ian. 10, p. 34[add]; feb. 16, p. 101[exc].
Pausalinus. Vid. Absolonas.
Pecculi. Mart. 4[46].
Pecesidisti. Iun. 28[64].
Pectavis. Vid. Pictavis.
Peculiaris. Mai. 7[85].
Pegassius. Nov. 28[8].
Pelagia. Iul. 29[56]; oct. 8[3,23]; 19[38].
*Pelagia Antiochiae.* Oct. 8, p. 546[1]; 19, p. 563[17].
Pelagius, Pilagius. Iul. 11[13]; oct. 5[15]; 19[35].
Peleonicus. Vid. Petecon.
Pelesti. Mai. 1[40]. — *Praeneste.*
*Peleus in Palaestina.* Sept. 19, p. 517[4].
Pellianus. Ian. 30[8]. — *Felicianus.*
Pelusius, Clusius. April. 6[46]; 7[18].
*Pelusius presb. Alexandriae.* April. 6, p. 177[45]; 7, p. 178[8].
Pelvianus. Mart. 4[59].
Pemenius. Vid. Piminius.
Penestrina civitas. Aug. 18[3]. — *Praeneste.*
Penestrina (via). Vid. Praenestina.
Penni. Mart. 10[40].
Pennicei. Vid. Paenicae.
Pentapoli (in). Mart. 26[65]; april. 6[48].
Penticis (in). Sept. 9[29].
Perci. Iun. 2[87].
Perecrie. Mai. 10[87].
Peregrina, Perigrina. Feb. 22[79]; iun. 6[9].
Peregrinus. Feb. 24[56]; mai. 5[5]; 16[45]; 17[add]; iul. 28[add]; aug. 22[16].
*Peregrinus ep. vico Baiaco.* Mai. 16, p. 258[45].
Perfidus. Feb. 16[81].
Pergamum civitas. April. 12[3]; 13[18]; aug. 9[9]; dec. 25[56].
Perigrina. Vid. Peregrina.
Permante monasterium. Dec. 21[add].
Permia. Mart. 6[69].
Perona, Parrona monast. Ian. 16[add]; feb. 9[add].
Perpetua. Ian. 27[33]; 28[add]; feb. 2[7,15]; mart. 6[50]; 7[29]; nov. 4[14].
*Perpetua, Felicitas et soc. Carthagine.* Mart. 5, p. 129[exc]; 6, p. 131[43]; 7, p. 132[1].
Perpetuus. Dec. 30[add].
*Perpetuus ep. Turonen.* Dec. 30, p. 16[add].
Perseus. Iun. 21[7,13].
Perseverantius. Nov. 1[46].
Persida (in), Persae. Mart. 10[26]; april. 25[19]; mai. 6[2]; 9[25]; iun. 13[8]; 22[24]; 29[36]; iul. 1[67]; aug. 15[add]; 16[12]; sept. 21[6,15]; oct. 28[16].
Perusium civitas. Ian. 29[8]; april. 29[32]; nov. 24[40].
Pessianus. Feb. 16[20].
Petecon, Petegon, Peteglon, Peleonicus. Feb. 9[59]; 11[25]; mai. 18[12,41].
*Petegon Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; mai. 18, p. 260[1].
Petrinus. Sept. 8[25].
Petronilla. Mai. 29[add]; 31[add].
*Petronilla Romae.* Mai. 29, p. 280[1]; 31, p. 285[add].
Petrunius, Petunus. Mart. 6[79]; 11[11]; 12[70]; 13[15,105]; 15[13,31]; iun. 1[60]. — *Petronius.*
Petrus. Ian. 5[12]; 6[7]; 8[14]; 11[3]; 12[46]; 18[6,24]; 22[31,34]; 29[add]; feb. 21[26]; 22[2,19]; 23[34]; 24[26,80]; mart. 5[13,36]; 10[6]; 12[53]; 14[21]; 26[42]; april. 12[100]; 17[3,7]; mai. 4[36]; 5[14]; 6[68]; 10[48,69]; 14[add]; 15[36,42]; iun. 2[3,21,34]; 3[116]; 19[23]; 28[add]; 29[4,7]; iul. 6[add]; 14[15]; 18[19,45]; 19[13]; 20[5]; 22[add]; 29[add]; aug. 1[23]; 1[38,75,add]; 27[44,50]; sept. 1[add]; oct. 30[32]; 31[53,58]; nov. 1[21,66]; 16[add]; 23[36]; 25[7]; 26[20]; 27[4]; dec. 9[3]; 23[64]; 25[add].
*Petrus ap. Romae.* Iun. 29, p. 343[1]; dec. 23, p. 663[77]; dec. 30, p. 15[10]; 31, p. 18[48]. — *Cathedra Antiochiae.* Feb. 21, p. 108[23]; 22, p. 109[1]. — *Cathedra Romae.* Ian. 18, p. 46[5]. — *Dedicatio Romae.* Aug. 1, p. 409[17]. — *Fontanellae.* Iul. 22, p. 391[add] — *ap. Senonas.* Dec. 25, p. 9[add].
*Petrus Abselamus Caesareae Palaestinae.* Ian. 11, p. 35[3]; 12, p. 38[46].
*Petrus ep. Alexandrin.* Nov. 23, p. 617[36]; 25, p. 620[7]; 26, p. 622[20].
*Petrus Lampsaci.* Mai. 15, p. 256[34].
*Petrus Melitinae.* April. 17, p. 194[3].
*Petrus Nicomediae.* Feb. 22, p. 110[65]; 23, p. 112[43]; 24, p. 114[23]; mart. 12, p. 139[1].
*Petrus ep. Sebast.* Mart. 26, p. 162[42].
*Petrus Tomis.* Aug. 27, p. 471[34].
*Petrus exorcista Romae. Vid. Marcellinus.*
*Phaletrius. Vid. Faretus.*
Phevicis. Iun. 28[26].
Philadelphia. Aug. 8[64].
*Philadelphia Nicomediae.* Aug. 8, p. 425[54].
*Philadelphia urbs in Arabia.* Aug. 1, p. 410[28].
*Philantia Amasiae.* Aug. 18, p. 449[10]; 19, p. 451[1].
*Phileas et Philoromus Alexandriae.* Feb. 4, p. 77[15]; ian. 11, p. 35[1].
Philibertus, Filebertus, Filibertus. Aug. 20[add]; 21[add].
*Philibertus ab.* Aug. 20, p. 453[add].
Philippus, Philipus, Filipus. Mart. 4[39]; 9[18]; april. 22[5,31]; mai. 1[4,19]; 8[add]; iun. 4[42]; 6[15]; 15[23]; iul. 6[7,16]; 9[40]; 10[8,35]; 15[4]; 19[12]; 28[16]; 29[2,40,52]; aug. 15[8]; oct. 18[6]; 22[4]; 31[66].
*Philippus ep. Andrianopoli.* Oct. 18, p. 560[6]; 22, p. 567[1].
*Philippus ap. Hierapoli.* April. 22, p. 202[1]; mai. 1, p. 223[4].
*Philippus et infantes X Alexandriae.* Iul. 15, p. 375[1].
*Philippus Laodiceae.* Iul. 28, p. 399[1].
*Philippus Nicomediae.* Aug. 15, p. 445[5]; oct. 31, p. 580[65].
*Philippus Niveduno.* Iun. 4, p. 302[1]; 6, p. 307[3]; iul. 6, p. 355[7].
*Philippus Romae via Portuensi.* Iul. 29, p. 402[1].
*Philippus Romae in coemeterio Priscillae.* Iul. 9, p. 360[35]; 10, p. 362[1].
*Philominus Lugduni.* Mai. 28, p. 279[illegible]; iun. 2, p. 298[290].
Philopoli. Mart. 30[5,20].

*Philoromus*

*Philoromus Alexandriae.* Ian. 7, p. 30[34]; 11, p. 35[1]; 12, p. 38[41]; feb. 13, p. 91[28].
Phionius. Vid. Pionius.
Phocas. Feb. 1[20, add]; mart. 5[10]; iul. 14[20].
*Phocas in Ponto.* Feb. 1, p. 72[19]; mart. 5, p. 128[10]; iul. 14, p. 374[20].
Phocius, Fatius. Mart. 3[69]; 4[30]; mai. 1[add]; dec. 21[83].
*Photius Nicomediae.* Mart. 3, p. 124[69]; 4, p. 127[30].
Phoebus. Vid. Ephebus.
Phrigia. Vid. Frigia.
Pia. Ian. 19[46].
Piaton. Oct. 1[add].
*Piaton.* Oct. 1, p. 536[add].
Picaria. Ian. 19[45]. — *Ficarienses martyres.*
Picenum, Picinum provincia. April. 15[1]; mai. 16[15].
Picimaria. Nov. 16[69].
Picinum. Vid. Picenum.
Pictavis, Pectavis civitas. Ian. 13[29]; 15[add]; feb. 11[add]; aug. 13[33]; nov. 1[12].
Pictus. Feb. 1[63]; iun. 4[33].
Pigra. Oct. 1[15].
Pilagius. Vid. Pelagius.
Pilentia. Aug. 18[14, 22]. — *Philantia.*
Pilici. Mart. 4[70].
Pilomus. Mart. 11[6]. — *Philoromus.*
*Pimenius Romae.* Feb. 18, p. 104[exc]; dec. 2, p. 631[1].
Piminius, Pemenius, Pomenius, Pymenius. Feb. 18[exc]; mart. 18[add]; 19[11]; dec. 1[20]; 2[3, 5].
Pincis (in). Ian. 14[add].
Pinna. Vid. Spina.
Pinnadi. Vid. Pinnari.
Pinnari, Pinnadi. Mart. 27[10]; april. 8[13]; 10[22].
*Pinutus Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63].
Pionius, Phionius, Pion. Mart. 10[24]; 12[94]; 13[73, 101]; 14[34]; 16[add]; nov. 21[33].
*Pionius Smyrnae.* Feb. 26, p. 117[7]; mart. 10, p. 136[24]; 12, p. 140[93].
Piperion. Mart. 11[14]. — *Pionius.*
Pirali, Piralice civitas. Sept. 21[25].
Pirminius, Priminius. Nov. 1[107]; 3[add].
*Pirminius, Priminius ep.* Nov. 3, p. 585[add].
Piscina. Vid. Posinna.
Pisinio, Pissinus. Feb. 25[7, 19].
Pison. Mart. 24[9]. — *Paesis.*
Pisseus. Ian. 8[5].
Pissinus. Vid. Pisinio.
Pistus, Pristus. Aug. 20[15]; 21[33].
Pius. Iul. 8[48]; sept. 8[14, 16]; 19[58].
*Pius ep. Rom.* Iul. 5, p. 354[exc]; 11, p. 370[exc].
Placentia civitas. Sept. 30[2].
Placidus. Feb. 2[50]; mai. 7[143]; sept. 28[19]; 29[15]; oct. 5[3]; 11[17]; 14[23].
*Placidus ab. Augustoduni.* Mai. 7, p. 237[140].
Plamfagoni. Mart. 6[64, 77]. — *Paphlagonia.*
Plassus. Mai. 22[24].
Platon. Iul. 22[11, 20]; oct. 2[25].
*Platon Ancyrae.* Iul. 22, p. 390[8].
Plausus. Vid. Pleseus.
Plautus. April. 5[add].
Plautus. Sept. 29[7]. — *Placidus.*
Plebius. Vid. Pleseus.
Pledus. Iun. 1[167]. — *Petrus.*
Plenus. April. 23[14].
Pleosus. Iun. 28[16].
Pleseus, Plesius, Plebius, Plausus. Feb. 9[34]; 10[15]; 14[84]; 16[15].
*Plesius Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; 14, p. 95[119].
*Plutarchus Alexandriae.* Iun. 28, p. 341[62].
Plutarcus. Iun. 28[57, 84].
Pobisi. Nov. 7[13].
Poemi. Vid. Poenis.
Poenecis. Vid. Paenus.
Poenis, Poemi. Feb. 1[7, 13, 28, 31]; 9[20]; 11[3]; mart. 13[81]. — *Paisius.*
Poentalis. Mart. 29[14]. — *Pentapolis.*
Poetianus. Vid. Pontia.
Poliartus. Vid. Polieuctus.
Policarpus. Ian. 26[5, add]; 31[31]; feb. 1[26]; 2[5]; 23[11]; april. 13[20]; aug. 9[70]; oct. 27[19]; dec. 7[4].
Polici. Aug. 28[33]. — *Constantinopoli.*
Policlitus. Dec. 30[10]. — *Paulus, Cletus.*
Policrates. Mai. 25[19]. — *Pasicrates.*
Policronius. Feb. 17[add]; april. 30[129].
Polictus. Vid. Polieuctus.
Policutius. Vid. Polieuctus.
Polieuctus, Poliartus, Polictus, Policutius, Polieuticus, Poliuctus, Poliochus. Ian. 7[21, 30, 35]; 10[add]; feb. 13[28]; 14[96, 109]; april. 9[28]; mai. 19[61]; 21[4, 9, 23]; 22[44].
Polimaci. Iun. 12[12].
Poliochus. Vid. Polieuctus.
Poliuctus. Vid. Polieuctus.
Pollentia locus. Mai. 13[19].
Pollentia. Vid. Publentia.
*Pollio lector Cibalis.* April. 26, p. 211[19]; 28, p. 215[3]; mai. 29, p. 280[10].
Pollion, Pulion, Pauliunis, Pullienus. April. 23[add]; 24[116]; 26[19]; 28[5]; mai. 29[11, 49].
Pollutana. Iul. 15[86].
*Polycarpus Nicaeae.* Ian. 26, p. 63[1].
*Polycarpus Romae.* Aug. 9, p. 428[25].
*Polycarpus ep. Smyrnen.* Feb. 23, p. 112[8]; oct. 27, p. 573[9], p. 574[19].
*Polychronius ep. Babyloniae.* Feb. 17, p. 103[add].
*Polychronius ep. Virodunen.* April. 30, p. 221[129].
*Polyeuctus Caesareae Cappadociae.* Mai. 19, p. 262[59]; 22, p. 268[42].
*Polyeuctus Melitinae et Alexandriae.* Ian. 7, p. 30[21, 34]; 8, p. 31[3]; feb. 13, p. 91[28]. — *Dedicatio oratorii Ravennae,* april. 9, p. 180[28].
Pomenius. Vid. Piminius.
Pommori. Vid. Pompinius.
Pompanius. Vid. Pomponius.
Pompeia. Iun. 2[245, 285].
*Pompeia Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Pompeiacus locus. Iun. 9[35].
Pompinius, Pommori. Dec. 18[33]; 19[24].
Pomponius, Pompanius. Feb. 15[39]; iun. 3[87].
Pontamia. Dec. 5[10]. — *Potamia.*
Pontecus. Iun. 2[263].
Pontemi, Potomi. Aug. 18[13, 27]. — *In Ponto.*
Pontia, Poetianus. Nov. 16[17, 39, 63].
Pontiani cimiterium. Iul. 29[9, 18]; 30[7]; dec. 2[4]; 4[18].
Pontianus. Aug. 10[61]; 13[12]; 25[add]; dec. 10[add]; 11[4]; 31[49].
*Pontianus ep. Rom.* Aug. 13, p. 439[1]; dec. 31, p. 18[48].
*Ponticus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].

Ponto (in). Ian. 18 [33]; feb. 1 [19]; april. 16 [57]; aug. 10 [10. 13. 27]; 19 [2]; 22 [31].
Populonium. Oct. 10 [add].
Porfirius, Porfyrius. Iun. 2 [211]; nov. 4 [6].
Porforis. Iul. 3 [27].
Porfyrius. Vid. Porfirius.
*Porphyrius Caesareae Palaestinae.* Feb. 16, p. 101 [76]; iun. 2, p. 296 [206]. — *Alter.* Nov. 4. p. 586 [6].
Porta Romana. Mai. 9 [23]. — *Mediolani.*
Portuensis (via). Iul. 29 [22]; dec. 22 [45].
Portus Romanus. Feb. 1 [add]; 24 [3. 19]; mart. 2 [13]; april. 16 [18]; mai. 15 [18]; 24 [14]; iul. 15 [54]; iul. 25 [2. 14]; aug. 21 [19]; 22 [15]; 23 [10]; sept. 5 [3]; 11 [7. 31]; oct. 18 [41]; dec. 22 [35].
Posinna, Piscina. Iun. 2 [70. 148. 161].
Posinnus. Feb. 12 [7].
Possessor. Ian. 2 [12]; 3 [81]; 9 [32]; 10 [7]; aug. 14 [17].
Possessus. Sept. 29 [41]. — *Sossus.*
Possinus. Mai. 6 [82].
Postaphi. Iun. 28 [41].
Posto. Sept. 17 [31].
Postumius. April. 30 [59]; mai. 6 [59].
Postuniana. Iul. 29 [38]. — *Pontianus.*
Potamia. April. 15 [32]; iun. 2 [244]; 28 [86]; dec. 5 [add].
*Potamia in Africa.* Dec. 5, p. 636 [10].
*Potamia Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
*Potamiaena Alexandriae.* Iun. 28, p. 341 [62].
Potamienus. Iul. 30 [33].
Potamius. Feb. 20 [4]; april. 15 [30. 39].
Potamon. Feb. 9 [58]; mai. 18 [3. 39].
*Potamon Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63]; mai. 18, p. 260 [1].
Potentia civitas. Aug. 27 [14].
Potentianus. Dec. 31 [add].
*Potentianus ep. Senonen.* Dec. 31, p. 18 [add].
Potentius. Dec. 4 [4].
Poteoli. Vid. Puteoli.
*Pothinus ep. Lugdunen.* Iun. 2, p. 298 [290].
Potinus. Iun. 1 [58]; 2 [225].
Potomi. Vid. Pontemi.
Potomini. Iun. 28 [59]. — *Potamiaena.*
Praeconius, Praecunius. Feb. 14 [117. 156].
*Praeconius diac. Alexandriae.* Feb. 14, p. 95 [119].
*Praecordius Corbeiae.* Iun. 5, p. 306 [add].
Praeiectus. Ian. 25 [add].
*Praeiectus ep. Arvernen.* Ian. 25, p. 62 [add].
Praenestina, Penestrina (via). Iul. 10 [151]; 12 [25]; aug. 1 [51]; 26 [27].
Praetextata, Pretextata. Mai. 19 [81]; dec. 11 [6].
Praetextati, Pretextati cimiterium. April. 14 [16]; 30 [102]; mai. 10 [28]; 12 [add]; 25 [39]; iul. 10 [43]; aug. 6 [12]; dec. 10 [add].
Pragmatius. Nov. 22 [43].
*Pragmatius ep. Augustodunen.* Nov. 22, p. 614 [41].
Prancanius. Prancatius. Vid. Pancratius.
*Praxedes Romae.* Iul. 21, p. 388 [12].
Praxidis. Iul. 21 [13].
Precordii. Iun. 5 [add]. — *Praecordius.*
Preiectus. Ian. 25 [add]. — *Praeiectus.*
Presentis. Feb. 16 [68].
Prestabilis. Mai. 15 [20]. — *Presbyter.*
Pretextata. Vid. Praetextata.
Pretextatus. Vid. Praetextatus.
Priamus. Vid. Primus.
Priani. April. 27 [56].
Prima, Primia. Ian. 3 [74]; mai. 6 [55]; 10 [161]; 18 [add]; iun. 1 [114. 124]; 2 [149. 174]; 5 [38]; 21 [15]; oct. 17 [24]; nov. 1 [54]; 6 [21]; 7 [7. 35]; dec. 2 [23]; 7 [add]; 15 [21].
Primasius. Feb. 25 [10].
Primia. Vid. Prima.
Primianus. Ian. 1 [43. 65]; dec. 29 [9. add].
Primina. Oct. 9 [61].
Priminius. Vid. Pirminius.
Primitiganus. Iul. 10 [149]. — *Primitivus.*
Primitiva. Feb. 24 [22]; iul. 23 [16. 22].
Primitivus. Ian. 22 [37]; feb. 24 [7]; mart. 2 [9. 11]; 2 [18]; april. 26 [add]; iun. 27 [26]; iul. 10 [149]; 12 [6. 31].
*Primitivus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56 [13].
*Primitivus Romae et in Portu.* Mart. 2, p. 122 [9]; april. 26, p. 211 [add]; iul. 10, p. 366 [149]; 12, p. 371 [5]; 23, p. 392 [16].
*Primitivus Romae via Tiburtina.* Iun. 27, p, 338 [1].
Primola. Mai. 7 [92].
Primolus. Vid. Primulus.
Primosa. Iun. 2 [122].
Primosus. April. 30 [23. 123]; iun. 7 [8].
Primulus, Primolus. April. 22 [44]; mai. 9 [36]; 11 [16]; 19 [65]; 21 [15]; 29 [55]; iul. 8 [63].
Primus, Priamus. Ian. 3 [6]; 19 [29]; 21 [69]; 27 [30]; feb. 2 [73]; 16 [28]; april. 12 [140. 164]; mai. 6 [113]; 17 [13]; 19 [71]; 21 [19. 28]; 28 [7. 19]; 29 [21]; iun. 2 [233]; 8 [add]; 9 [2. 26]; aug. 9 [30]; 21 [30]; 26 [38]; sept. 1 [45]; oct. 1 [20]; 2 [10]; 25 [39]; nov. 4 [3]; 7 [16]; 8 [14]; 15 [19].
*Primus Lugduni.* Iun. 2, p. 298 [290].
*Primus et Felicianus Romae.* Feb. 2, p. 74 [39]; mai. 28, p. 278 [1]; iun. 5, p. 306 [38]; 9, p. 311 [1].
*Primus Titi in Campania.* Aug. 21, p. 455 [30]. — *Vid.* Aug. 20, p. 453 [1].
Principia. Nov. 11 [36].
Prisca. Ian. 18 [add]; iun. 3 [48].
*Prisca Romae.* Ian. 17, p. 45 [exc]; 18, p. 47 [add].
Priscella. Vid. Priscilla.
Priscianus. April. 18 [20]; sept. 16 [44]; oct. 12 [26].
*Priscianus (Priscus) Capuae, Nuceriae.* Sept. 1, p. 481 [8]; p. 512 [43]; oct. 1, p. 535 [1].
Priscillae, Priscellae cimiterium. Ian. 16 [6. 38]; 18 [add]; iul. 10 [25]; dec. 26 [20]; 31 [12].
Priscus. Mai. 26 [37]; iun. 1 [149]; 2 [297]; iul. 30 [25]; sept. 1 [10. add]; 28 [27]; oct. 1 [4].
*Priscus et soc. loco Cociaco.* Mai. 26, p. 275 [32].
Pristus. Vid. Pistus.
Privata. April. 15 [add]; mai. 2 [7]; iun. 5 [14]; 7 [15]; sept. 19 [105]; dec. 10 [17].
Privatianus. Mai. 7 [41].
Privatula, Privatola. Feb. 2 [17]; dec. 18 [63]; 19 [54].
Privatus. Mai. 10 [66]; aug. 20 [add]; 21 [57]; sept. 20 [11. 18]; oct. 8 [13]; dec. 5 [24]; 18 [46]; 19 [36]. — *Privatus, Brivate.*
*Privatus ep. Gabalitan.* Aug. 21, p. 455 [52].
Prividi. Iul. 7 [22].
Probata. Mai. 10 [46].
Probatus. Dec. 28 [29].
Probus. Mai. 13 [16]; sept. 27 [17]; oct. 9 [65]; 10 [21]; 11 [6].
*Probus. Vid. Tarachus.*
Processa. Mai. 6 [64]; 8 [53].
Processus. Ian. 27 [20]; mai. 7 [97]; 31 [21]; iul. 1 [27]; 2 [2. 17].
*Processus et Martinianus Romae.* Mai. 31, p. 284 [18]; iul. 1, p. 346 [21]; 2, p. 347 [1].

Proclina

Proclina. April. 15[8]. — *Prosdoce.*
Procopius. Iul. 8[19].
*Procopius Caesareae Palaestinae.* Iun. 7, p. 308[21]; 8, p. 309[6]; iul. 8, p. 359[17].
Procula. April. 2[15]; iun. 1[142]; 3[96].
Proculus. April. 2[32]; 12[101]; 14[31]; 18[31]; mai. 1[39]; 14[24. add]; iun. 1[173]; oct. 19[15]; 21[21. 32]; nov. 4[23].
*Proculus ep. Augustodunen.* Nov. 4, p. 586[22].
*Proculus Interamnae.* Feb. 15, p. 97[7]; april. 14, p. 190[8]; 18, p. 197[30]; mai. 1, p. 223[32].
*Proculus Puteolis.* Oct. 19, p. 563[14]; 21, p. 566[30].
Prodentius. Vid. Prudentius.
Proditus. Vid. Protus.
Prodocia. Vid. Prosdocia.
Profuni. Aug. 1[64].
Proiectus. Ian. 25[add].
Promaci. Oct. 20[13]. — *Veronica.*
Promodus. Dec. 15[48]. — *Promus.*
*Promus Ascalonae.* Dec. 15, p. 649[46].
Propili, Tropoli. Iul. 13[10].
Prosalami, Prospolini. Aug. 12[21. 22. 40]. — *Barlaha.*
*Prosdoce, Veronica, Domnina Antiochiae.* April. 14, p. 190, [33. 36]; 15, p. 191[23]; iul. 10, p. 366[116]; 11, p. 369[91]; oct. 19, p. 563[17].— *Vid.* April. 9, p. 180[5].
Prosdocia, Prodocia. Iul. 11[92]; oct. 19[17].
Prosdocius, Prosducius. April. 14[33]; 15[25]; 29[9].
Prosducius. Vid. Prosdocius.
Proseria. Oct. 12[10. 23].
Prosper. Iul. 29[60]; nov. 25[add].
*Prosper ep. Aurelianen.* Iul. 29, p. 404[57].
*Prosper in monasterio Regiensi.* Nov. 25, p. 621[add].
Prospolini. Vid. Prosalami.
Protasius. Mai. 20[21]; iun. 19[7. 11]; iul. 28[40]; oct. 30[52].
*Protasius. Vid. Gervasius.*
Protheus, Prothus. Vid. Protus.
Protida. Mart. 31[6].
Protidi. Feb. 14[116]. — *Proti diaconi.*
Protolici. Feb. 14[add]. — *Proti Luci.*
Protus, Prothus, Protheus, Proditus. Feb. 9[42]; 10[13]; 14[49]; mai. 28[12]; 31[5]; iun. 14[20]; 15[30. 10]; sept. 11[2. 17]; 12[16]; oct. 27[4. 33].
*Protus, Proteas Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63]; 14, p. 95[119].
*Protus Aquileiae.* Mai. 31, p. 284[1]; iun. 14, p. 318[19]; 15, p. 319[8].
*Protus et Hyacinthus Romae.* Sept. 11, p. 501[1]; 12, p. 503[13].
Prudentius, Prodentius. April. 15[33]; 29[13]; dec. 10[6].
Pruni. Feb. 2[66]. — *Forum Semproni.*
Publassius. Iun. 1[163].
Publentia, Pollentia. Dec. 9[27].
Publianus, Puplianus. Ian. 25[19]; 27[16]; april. 24[44]; nov. 2[10].
Publicianus, Puplicanus. Ian. 24[20]; dec. 9[6. 16].
Publius, Puplius, Pulvius. Ian. 19[22]; 21[81]; 22[24]; 23[add]; 31[28]; feb. 1[37]; 19[3]; april. 2[25]; 4[12]; 12[29]; iun. 3[92. 114]; iul. 7[10. 16]; nov. 4[8. 15]; 5[22]; 12[9].
*Publius Caesaraugustae.* Ian. 9, p. 49[22]; 22, p. 56[13].
Pudens, Budens. April. 29[21. 46]; iul. 28[15].
*Pudens in Africa.* April. 29, p. 217[13].
Pudentella. Mai. 7[25].
*Pudentiana Romae.* Mai. 19, p. 263[exc].
*Pudentius. Vid. Pudens.*
Pufumi, Pufuni. Aug. 1[48. 76].
Pulentius. Dec. 10[16].
Pulion, Pullienus. Vid. Pollion.
Pullus. Iun. 1[154]; dec. 23[47].
Pulveri. Mai. 7[54].
Pulvius. Vid. Publius.
Pupilli. Feb. 28[6].
Puplia. Ian. 27[13]; nov. 2[13].
Puplianus. Vid. Publianus.
Puplicanus. Vid. Publicianus.
Puplius. Vid. Publius.
Pusitimi. Feb. 21[22]. — *Postumus.*
Puteoli, Poteoli civitas. Ian. 25[32]; 26[9]; oct. 18[49]; 19[14]; 20[2. 16]; 21[30].
Pymenius. Vid. Piminius.

# Q

Quadratus. Mai. 26[12]; aug. 21[28. 36].
*Quadratus ep. in Africa.* Aug. 21, p. 455[28].
Quapili. Sept. 19[60].
Quarta. Mart. 13[75]; nov. 6[26].
Quartia. Iun. 2[248].
*Quartia Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Quartilla. Mart. 18[46]; april. 6[11].
Quartillus. Mart. 19[30].
Quartinus. Mart. 18[12].
Quartus. April. 12[40. 44. add]; mai. 10[14. 41]; 14[16]; iul. 8[20]; oct. 7[15]; nov. 4[18]; 5[7. 36]; dec. 17[6]; 18[13].
*Quartus Capuae.* Nov. 5, p. 587[7].
*Quartus et Quintus Romae.* Mai. 10, p. 244[9].
Quieti. Ian. 9[22].
Quindinis. Vid. Cittinus.
Quinta. Iun. 1[63]; 3[55].
Quintalis. Mai. 10[132].
Quintasius. Mart. 18[15]; oct. 10[12]; 17[21]; dec. 1[16].
*Quintasius in Africa.* Oct. 10, p. 550[12].
Quintianus. Feb. 17[47]; april. 1[6]; 30[61]; mai. 1[25. 53]; 6[67]; iun. 14[10]; 15[33]; nov. 21[29]; dec. 31[56].
Quintilianus. Ian. 22[21]; april. 4[11]; dec. 13[24].
*Quintilianus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56[13].
Quintillus. Ian. 27[15]; mart. 19[29].
Quintinianus. Feb. 28[31].
Quintinus. Ian. 21[57]; iun. 23[add]; aug. 26[30]; oct. 31[add].
*Quintinus Augustae Veromanduorum.* Iun. 28 p. 332[add]; oct. 31, p. 580[add].
Quintula. April. 12[90]; mai. 10[181]; dec. 18[61]; 19[52].
Quintulus. Mai. 19[64].
Quintus. Ian. 4[7]; 9[5. 10. 16]; 10[35]; 11[17. add]; 12[35]; 19[4]; mart. 7[38]; 18[42]; 19[28]; april. 5[15]; 12[47]; 17[13]; 20[add]; mai. 6[74. 92]; 7[38. 44]; 10[16. 42. 135]; 21[14. 26]; 23[16]; 27[32]; iun. 1[73. 106]; 3[64]; aug. 4[32]; 10[55]; 26[2]; sept. 5[18]; oct. 28[35]; 29[6]; 30[26]; dec. 17[18]; 18[23. 31]; 19[22].
*Quintus Capuae.* Mart. 18, p. 151[41]; sept. 5, p. 490[15].

*Quintus Carthagine.* Ian. 9, p. 32[1]; 10, p. 34[35]; 11, p. 36[17]; 12, p. 38[35]; mart. 7, p. 132[1].
*Quintus Romae via Praenestina.* Aug. 126, p. 468[26].
Quiri. Vid. Quiriacus, Quirillus.
Quiriacus. Ian. 22[63]; mart. 17[add]; april. 6[7]; 14[21]; mai. 1[59]; 12[add]; iun. 17[14]; 21[10]; aug. 10[57].
*Quiriacus. Vid. Cyriacus.*
Quirillus. Mart. 3[14. 26]; 8[2]; 11[10]; mai. 9[3]; iun. 7[19]; aug. 10[54]. — Vid. Cyrillus.
Quirina. Iun. 4[11].
Quirinus. Mart. 4[47]; april. 30[106]; iun. 3[3]; 4[29]; oct. 2[11]; 31[add].
*Quirinus ep. Romae in coemeterio Praetextati.* April. 30, p. 221[99].
*Quirinus Sabariae et Romae via Appia.* Iun. 4, p. 303[26]; 12, p. 316[add].
Quoquofas. Vid. Cucubas.
Quosquonius. Vid. Cosconius.

## R

Radegunde. Aug. 13[36].
*Radegundis abb. Pictavis.* Aug. 13, p. 441[33].
Ramnus. Nov. 5[add].
Rasi. Mart. 12[39].
Ratitis. Ian. 8[12].
Rausbace monasterium. Aug. 30[add].
Ravenna civitas. Ian. 1[108]; 24[32]; 25[31]; 26[19]; feb. 1[46]; april. 9[24]; mai. 21[add]; iun. 18[20]; iul. 22[1]; 23[9]; oct. 12[28]; nov. 11[1]; 13[31]; dec. 13[1]; 16[1].
*Reate civitas in Sabinis.* Sept. 6, p. 491[1].
Recumbus. Feb. 9[39].
*Recumbus Alexandriae.* Feb. 9, p. 84[63].
Redonis civitas. Ian. 6[34]; nov. 6[41].
Reducia. Iun. 2[42].
Reductula, Reductola. Dec. 18[58]; 19[48].
Reductus. April. 30[19]. — *Claudius.*
Reflenti. Mai. 10[94].
Regense monasterium. Nov. 25[add].
Regiensis civitas. Nov. 27[add].
Regina. Feb. 22[95]; april. 2[14]; mai. 28[add]; sept. 7[43].
*Regina Alesiae.* Mai. 28, p. 279[add]; sept. 7, p. 493[40].
*Reginsinda Laufensis.* Iul. 15, p. 377[exc].
Regolus. Vid. Regulus.
Regula. Sept. 11[add].
Regulus, Regolus, Rigulus. Mart. 15[add]; 30[add]; sept. 1[add].
*Regulus ep. in Africa.* Sept. 1, p. 483[add].
*Regulus Carralis.* Mart. 15, p. 146[add].
*Regulus ep. Silvanecten.* Mart. 30, p. 167[add].
Remaclus. Sept. 2[add].
*Remaclus ep.* Sept. 2, p. 484[add].
Remedius, Remigius. Ian. 13[add]; feb. 3[21]; oct. 1[add]; 5[add].
*Remedius ep. Remen.* Ian. 13, p. 39[add]; 15, p. 42[27]; oct. 2, p. 536[add].
Remus, Remis civitas. Ian. 13[add]; 15[24]; aug. 23[65]; oct. 1[add]; dec. 14[23].
Reotri. Ian. 26[add]; 28[6].
Reposita. Ian. 21[68].
Respecta, Respectata. Iul. 20[18]. — *Speratus.*
Restituta. Dec. 15[25. 33].
Restitutus. April. 12[91]; mai. 10[141]; 27[add]; 29[35]; iun. 11[7. 24]; oct. 4[17]; nov. 9[8]; 15[28]; dec. 28[33].
*Restitutus Carthagine.* Oct. 4, p. 540[12].
*Restitutus Romae.* Ian. 27, p. 277[add]; mai. 29, p. 281[32]; iun. 11, p. 314[7].
Retia (in). Ian. 1[47]; aug. 7[31].
Retiaria (in). Dec. 31[40]. — *Ratiaria.*
*Reticius ep. Augustodunen.* Mai. 15, p. 256[49].
Revocata. Feb. 6[18].
Revocatus. Ian. 9[30]; 10[3. add]; feb. 5[15]; 12[add]; 25[24]; mart. 6[75]; 7[4. 20. 42. 43]; april. 12[92].
*Revocatus Carthagine.* Ian. 9, p. 33[1]; 10, p. 34[3]; feb. 5, p. 78[15]; 6, p. 79[18]; mart. 7, p. 132[1].
Richarius. April. 26[add]; oct. 9[add].
*Richarius ab. Centulae.* Oct. 9, p. 548[add].
Rigulus. Vid. Regulus.
Rodacianus, Rodicianus, Rodopia, Romodianus, Ropodianus. April. 30[5. 74. 91. 110]; iul. 5[21]. — *Rodopianus.*
Rodana. Iun. 2[246].
*Rodana Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Rodi, Rodonis, Sodonis, Sidonis. Ian. 3[14. 73]; 25[30]; 26[18].
Rodicianus. Vid. Rodacianus.
Rodigi. Iul. 10[118]. — *Prosdoce.*
Rodivia. Iul. 5[14].
Rodomaginsis urbs, Rodomi territorium. Vid. Rotomagus.
Rodonis. Vid. Rodi, Sodonis.
Rodopia. Vid. Rodacianus.
*Rodopianus Aphrodisiae.* April. 30, p. 219[3]; iul. 5, p. 354[14].
Rogata. Mart. 18[45]; mai. 7[55. 87. 116]; 8[28. 97]; 10[103]; 19[74]; 31[44]; iun. 1[37]; 2[144. 215. 316]; 5[27]; dec. 9[35]; 28[27]; 31[32. 72].
*Rogata Romae.* Dec. 31, p. 17[1].
Rogatiana. Feb. 17[68]; 22[73]; iun. 1[51. 72].
Rogatianus. Ian. 3[86]; feb. 2[45]; 23[add]; mai. 7[74]; 22[12. 19]; 24[38]; iun. 3[40. 60]; oct. 31[3]; nov. 7[19]; dec. 18[41]; 19[32].
*Rogatianus Namnetis.* Mai. 24, p. 270[37].
Rogatilae. Feb. 24[34].
Rogatina. Mai. 10[158].
Rogatus. Ian. 12[36]; 13[add]; 21[66]; 27[29]; feb. 2[75]; 15[24]; mart. 7[9. 50]; 8[8. 11]; 9[22]; 11[18]; 18[11. 20. 43]; 24[14]; 28[4]; april. 30[24. 31]; mai. 6[93]; 8[73. 82. 89]; 10[165]; 22[10]; 31[32]; iun. 1[26]; 1[55. 87]; 2[24. 125. 132]; 10[11]; oct. 6[28]; 24[6]; 25[55]; nov. 7[4. 33]; 9[6]; 24[32]; dec. 1[13]; 6[9].
Roma, passim. — Coemeteria: Aproniani, ad Centum Aulas, Balbinae, Basillae, Calepodii, Callisti, Commodillae, Cyriacae, Damasi, Hippolyti, Iordanorum, Laurentii, inter duos Lauros, Maximi, ad Septem Palumbas, Pontiani, Praetextati, Priscillae, Soteris, Thrasosonis, ad Ursum Pileatum. — Viae: Appia, Ardeatina, Aurelia, Collatina, Cornelia, Latina, Laurentina, Lavicana, Nomentana, Ostiensis, Portuensis, Praenestina, Salaria Nova, Salaria Vetus, Tiburtina. — Varia loca: Ad Aquas Salvias, ad Arcas, ad Caprea, Caelius mons, ad Diocletianas, ad Duas domos, ad Guttam iugiter manantem, ad Guttas, ante Portam

Portam Latinam, ad Sextum Philippi, trans Tibere, in Vaticano, ad Vincula.
Romana. April. 6[12. 22]; iun. 1[123].
Romanae. Mai. 19[76]. — *Romae.*
Romanus. Feb. 15[9]; april. 6[9]; mai. 4[32]; 22[add]; iun. 3[115]; iul. 20[58]; aug. 9[17. add]; sept. 27[22]; oct. 6[53]; 31[35]; nov. 17[57]; 18[4].
*Romanus Antiochiae.* Feb. 15, p. 97[1]; nov. 17, p. 604[53]; 18, p. 605[1].
*Romanus ep. Autissiodoren.* Oct. 6, p. 543[52].
*Romanus Romae.* Aug. 9, p. 428[17].
*Romanus Senonen.* Mai. 22, p. 268[add].
Romidi. Dec. 21[29].
Romodianus. Vid. Rodacianus.
Romulus, Rumolus, Rumulus, Rummadius. Feb. 17[20]; 18[23]; 24[38]; mart. 24[8]; 27[8]; nov. 1[add]; 17[26].
*Romulus Caesareae Palaestinae.* Mart. 24, p. 158[6]; 27, p. 164[8].
Ronus. Feb. 9[35].
Ropodianus. Vid. Rodacianus.
Rosarius mons. Mart. 15[add].
Rosina. April. 6[19].
Rosola. Mai. 15[add].
Rotenus civitas. Nov. 1[72]; 4[add]; 13[39].
Roteri (in). Nov. 4[add].
Roteris. Vid. Soteris.
Rotilia, Rotilla. Iun. 1[61]; 2[184].
Rotilius. Iun. 1[181].
Rotomagus, Rotomagensis, Rodomaginsis urbs, Rodomi territorium. Mart. 9[add]; 20[add]; iun. 8[add]; aug. 24[add].
Rua. Mart. 13[99].
Rubentius. Ian. 17[25]. — *Rubrenses.*
*Rubrenses martyres.* Ian. 17, p. 44[25].
Rufianus. Nov. 16[19].
Rufina. April. 24[14. add]; mai. 3[65]; iun. 1[145]; 3[97]; iul. 9[14]; 10[13. 52]; aug. 25[18].
*Rufina et Secunda Romae.* Iul. 10, p. 364[13].
Rufinianus. Feb. 24[71]; oct. 17[12].
Rufinus. Feb. 15[14]; april. 6[35]; 12[109]; mai. 26[13]; iun. 14[45]; 21[21]; 22[34]; aug. 19[6]; 27[23]; 31[13]; sept. 4[6. 12].
*Rufinus (Rufus) Capuae.* Aug. 25, p. 465[14]; 470[1].
*Rufinus in territorio Suessionensi. Vid. Valerius.*
Rufunia. Feb. 28[48].
Rufus. April. 3[10]; 19[9. 16]; mai. 8[102]; iul. 29[16]; 30[24]; aug. 1[40]; 27[4]; nov. 7[add].
*Rufus (Rufinus) Caesareae.* Mai. 8, p. 240[101].
*Rufus Romae.* Iul. 29, p. 402[1].
*Rufus ep. Metten.* Nov. 7, p. 590[add].
Ruginius. Mart. 12[51]. — *Eugenius.*
Rummadius. Vid. Romulus.
Rumolus, Rumulus. Vid. Romulus.
Ruppi. Ian. 24[19].
Ruspensis civitas. Ian. 1[add].
Rustica. Mai. 8[52].
Rusticiana. Dec. 31[4].
Rusticianus. Oct. 17[15]; 31[7. 33].
Rusticus. Ian. 8[4]; 9[20]; feb. 21[30]; mart. 4[62]; 5[14]; 10[33]; 23[add]; april. 22[add]; 25[29]; mai. 14[37]; iun. 4[23]; iul. 19[22]; aug. 9[7]; oct. 9[50]; dec. 18[54]; 19[44].
*Rusticus ep. Arvernen.* Sept. 24, p. 526[48].
*Rusticus Carthagine.* Ian. 9, p. 33[1].
*Rusticus ep. Lugdun.* April. 25, p. 209[25].
*Rusticus presb. Lugdun.* Iul. 19, p. 385[20].
*Rusticus diac. Parisiis.* Oct. 9, p. 548[42].
Rustuli. Iun. 4[44].
Rutianus. Iun. 5[25].
Rutila. Ian. 2[26].
Rutilius. Feb. 17[72]; 18[8]; 24[74]; 23[6]; 25[9]; 27[add]; iun. 4[55].

## S

Sabaria civitas. Iun. 4[26. 53].
Sabastia. Vid. Sebastia.
Sabbatia. Iul. 4[10].
Sabbatius. April. 29[15]; aug. 27[7].
Sabianus, Savianus. Ian. 26[17]; mart. 3[67]; aug. 27[17].
Sabina, Savina. Mai. 7[78]; iun. 2[200]; aug. 29[add].
*Sabina Romae.* Aug. 29, p. 475[add].
*Sabina in pago Trecassino.* Aug. 29, p. 475[add].
Sabinianus, Savinianus. Mart. 3[50]; dec. 31[add].
*Sabinianus Potentiae.* Aug. 27, p. 470[12].
*Sabinianus ep. Senonen.* Dec. 31, p. 18[add].
Sabininianus. Ian. 25[26]. — *Sebastianus.*
Sabinis, Savinis (in), Safini. Iul. 10[19. 58]; sept. 9[15].
Sabinus, Savinus. Ian. 25[34]; 26[21]; mai. 13[5]; 13[29]; iul. 20[3. 14. 29]; oct. 25[43]; dec. 7[add].
*Sabinus ep. Spoletii.* Dec. 7, p. 638[add].
Sacceus. Vid. Zaccheus.
Saccus. Mai. 27[20].
Sacerdos. Sept. 12[34].
*Sacerdos ep. Lugdunen.* Sept. 12, p. 503[32].
Sachintus, Sacinotus, Sacintus. Vid. Iacinctus.
Sacri. Iun. 5[44].
Sader. Mai. 8[106]. — *Iader.*
Saeneus. Iul. 30[35]. — *Sennen.*
Saevus. Aug. 22[35].
Safini. Iul. 10[19]. — *in Sabinis.*
Sailis. Iun. 1[94].
Saiwoldus, Savivoldus. Dec. 21[add].
*Saiwoldus in Pennante monasterio.* Dec. 21, p. 660[add].
Salaria (via). Aug. 8[38].
Salaria, Salutaria (via). Ian. 16[3. 35]; 18[add]; 24[25]; mai. 11[31]; aug. 8[38]; sept. 6[3]; 29[31]; dec. 31[26].
Salaria vetus (via). Ian. 23[14]; mai. 17[9]; 20[8]; iun. 11[10]; aug. 28[21]; sept. 11[11]; 22[3].
Salatheo (in). Vid. Calatheo.
Salda. Mart. 18[57].
Saleosus. Vid. Seleucus.
Salimonnum monasterium. Mai. 13[add].
Salitor. Vid. Solutor.
Salla. Mart. 13[98].
Salona civitas. April. 11[4. 14]; 18[1]; aug. 26[6].
Salonica. Vid. Thessalonica.
Salonius. Feb. 17[21]; april. 23[21]; 24[37].
*Salonius ep. Genuae in Galliis.* Sept. 28, p. 531[44].
Salsa. Mai. 20[5]; oct. 10[8].
*Salsa in Africa.* Oct. 10, p. 549[8].
Salustianus. Mai. 27[26]; iun. 8[28].
Salustius. Feb. 2[56]; mai. 19[66]; 21[16].
Salutaria (via). Vid. Salaria.
Salutaris, Salutoris, Salvatoris. Nov. 9[10]; dec. 18[48]; 19[38].

Salvator

Salvator. Ian. 4 [add]; sept. 14 [add].
Salvianus. Feb. 17 [22]; mart. 13 [107].
*Salvianus*. Feb. 17, p. 103 [21]; iun. 3, p. 301 [122].
Salvinus. Sept. 28 [44].
Salvius. Ian. 11 [26]; 17 [6]; mart. 13 [14]; april. 21 [8]; sept. 16 [51].
*Salvius in Africa*. Ian. 11, p. 36 [26].
Sambre (super). Feb. 9 [add].
Sambucia. April. 24 [52].
Samfori, Samphoroni. Mart. 18 [28].
Samini. Mai. 10 [86].
Sammata. Vid. Sarmatia.
Sammon. Vid. Ammon.
Samon civitas. Iul. 25 [41].
Samphoroni. Vid. Samfori.
Samson, Sampson. Iul. 28 [add].
*Samson ab. et ep. in Britannia*. Iul. 28, p. 401 [add].
Sanctia. Sept. 17 [10]. — *Constantia*.
Sanctianus. Mai. 2 [40].
*Sanctianus presb. Autissiodori*. Mai. 2, p. 226 [30].
Sanctina. Mai. 2 [29].
Sanctinus. Sept. 12 [17]; 17 [21].
Sanctonas civitas. Feb. 10 [51]; aug. 28 [59]; oct. 25 [add].
Sanctonico (in). Mai. 8 [115]; 13 [add].
Sanctus. Iun. 2 [258]; dec. 31 [61].
*Sanctus diac. Lugduni*. Iun. 2, p. 298 [290].
Sandus. Iul. 20 [15]. — *Secundus*.
Saphi. Iul. 21 [16].
Sapida. Mai. 7 [99].
Sapidicus. Dec. 7 [9].
Sarchynium, Sardinium villa. Feb. 20 [add]; nov. 23 [add].
Sardinia insula. Mai. 15 [13]; 27 [25]; 28 [16]; iun. 8 [26]; aug. 21 [13, 23, add]; sept. 26 [18]; oct. 25 [6, 42]; 27 [1, 32].
Sardinium. Vid. Sarchynium.
Sarisi. Nov. 24 [33].
Sarmata. Mart. 26 [46]. — *Armenia*.
*Sarmatas in Aegypto*. Feb. 9, p. 84 [63].
Sarmatia, Sammata. Iun. 2 [69, 183].
Sata. Ian. 17 [12].
Saterus. Vid. Saturus.
Satira. Vid. Satura.
Satirus. Vid. Saturus.
Satti. Ian. 13 [5]; nov. 1 [45].
Satulus, Satullus. Mart. 30 [12]; april. 2 [11]; mai. 10 [125]. — *Saturus*.
Satura, Satira. Mai. 10 [148]; iun. 4 [13].
Saturna. Mai. 10 [180].
Saturnilla. Feb. 9 [50].
*Saturnilus in Aegypto*. Feb. 9, p. 84 [63].
Saturnina. Ian. 18 [68]; 19 [34]; mai. 1 [65]; 6 [50]; 7 [91]; 8 [90]; 24 [24]; iun. 1 [102, 141]; 2 [40, 45, 72, 106, 168]; 2 [191]; 3 [128]; 21 [33]; iul. 26 [11]; sept. 5 [25]; nov. 1 [51]; 11 [10]; dec. 2 [29]; 13 [37]; 15 [22]; 28 [34]; 31 [7].
*Saturnina Romae*. Dec. 31, p. 17 [1].
Saturninus. Ian. 1 [66, 68]; 9 [8, 34]; 11 [19]; 16 [74]; 17 [13]; 19 [7]; 21 [56]; 22 [77]; 23 [18, 31]; 24 [33]; 31 [29]; feb. 1 [38]; 2 [76]; 5 [19]; 6 [16, 31]; 7 [14]; 14 [154]; 15 [20]; 17 [53]; 19 [add]; 21 [12]; 28 [12]; mart. 5 [32, 37]; 6 [54, 74]; 7 [6, 19]; 13 [12]; 18 [49]; 19 [15]; 21 [add]; 22 [15]; 24 [18, 20, 33]; 26 [77]; 27 [19]; 29 [4]; 30 [17]; april. 1 [20]; 2 [12]; 4 [10]; 10 [8]; 12 [41, 93, add]; 14 [24, 48]; 23 [4]; 24 [10, add]; 30 [42, 45, 124, 127]; mai. 1 [29]; 2 [10]; 3 [64]; 6 [33]; 7 [63]; 8 [15, 101]; 10 [68]; 10 [110, 112]; 13 [24]; 24 [9]; 25 [48]; 26 [25, 28]; iun. 1 [49]; 1 [57, 82]; 2 [119, 163]; 3 [81]; 4 [47]; 5 [26, 50]; 16 [12]; 21 [5, 9]; iul. 29 [53]; aug. 8 [add]; 22 [25, 26]; sept. 4 [23, 39]; 5 [11, 31, 34]; oct. 1 [17]; 6 [8, 16, 29, 38]; 14 [20]; 16 [17]; 25 [37]; 27 [add]; 30 [62]; 31 [61]; nov. 1 [23]; 5 [20]; 10 [14]; 15 [15]; 20 [48]; 21 [6, 11]; 26 [6, 14]; 29 [2, 11, 31]; 30 [44]; dec. 1 [22]; 13 [20]; 18 [65]; 19 [56]; 23 [50]; 25 [18, 57]; 29 [13]; 31 [20, 67].
*Saturninus Alexandriae*. Mai. 1, p. 223 [28]; 2, p. 225 [9].
*Saturninus in Apulia*. Oct. 6, p. 542 [1].
*Saturninus Caesareae*. Mai. 8, p. 240 [101].
*Saturninus Carthagine*. Ian. 9, p. 33 [1]; 11, p. 36 [19]; feb. 5, p. 78 [15]; 6, p. 79 [16]; mart. 7, p. 132 [1].
*Saturninus in Macedonia*. Nov. 1, p. 582 [4].
*Saturninus Romae*. Nov. 29, p. 626 [1].
*Saturninus ep. Tolosan*. Oct. 30, p. 578 [57]; nov. 29, p. 627 [26].
Saturnus. Feb. 7 [16]; mai. 10 [175, add]; iun. 3 [32].
Saturus, Satirus, Saturius. Ian. 2 [11]; 8 [27, add]; 10 [32]; 12 [5]; 14 [20]; 21 [60]; 22 [58, 68]; 24 [36]; 25 [add]; 26 [add]; 27 [add]; feb. 5 [17]; 17 [60]; 24 [66]; mart. 6 [73]; 6 [add]; 7 [3, 18, 48]; 18 [13]; april. 6 [add]; 12 [add]; 20 [add]; 30 [89]; mai. 8 [add]; 10 [131]; 24 [22]; 25 [49]; 26 [23]; iun. 2 [100]; iun. 5 [48]; iul. 20 [66]; aug. 9 [64]; sept. 14 [10, 29]; 18 [22]; 19 [9]; oct. 12 [38]; 14 [11]; 14 [15, 22]; 25 [44]; nov. 4 [9]; 24 [31]; dec. 18 [92]; 19 [83]; 28 [31]; 29 [16].
*Saturus Carthagine*. Ian. 9, p. 33 [1]; 10, p. 34 [32]; feb. 5, p. 78 [15]; mart. 7, p. 132 [1].
*Saturus frater S. Ambrosii Mediolani*. Sept. 18, p. 516 [22].
*Saturus Nicomediae*. Ian. 21, p. 54 [60]; 22, p. 56 [58]; 24, p. 61 [26].
*Saturus Romae*. Dec. 19, p. 654 [67].
Savianus. Vid. Sabianus.
Savina. Vid. Sabina.
Savinianus. Vid. Sabinianus.
Savinis (in). Vid. Sabinis.
Savinus. Vid. Sabinus.
Savivoldus. Vid. Saiwoldus.
Scantae. Mai. 25 [14]. — *Sentias*.
*Scholastica soror S. Benedicti*. Feb. 10, p. 86 [add].
*Scillitani martyres*. Ian. 9, p. 33 [1]; iul. 17, p. 379 [1]; 18, p. 383 [57].
Scisciagum monasterium. April. 16 [add].
Scocia. Vid. Scotia.
Scolastica. Feb. 10 [add].
Sconis. Vid. Cosconius.
Scotia, Scocia, Scotcia, Scottia. Feb. 1 [add]; mart. 17 [add]; mai. 10 [add].
Scubilio. April. 15 [add].
*Scubilio Abrincensis*. April. 15, p. 192 [add].
Sebastia, Sabastia, Sebaste. Mart. 22 [20]; 26 [40]; iun. 24 [3, 18]; iul. 24 [17]; aug. 29 [13].
Sebastianus. Ian. 19 [59]; 20 [4, 25]; feb. 8 [8]; mart. 9 [4]; mai. 13 [35].
*Sebastianus ep*. Mai. 13, p. 252 [35].
*Sebastianus Romae*. Ian. 19, p. 49 [59]; 20, p. 51 [1]; 25, p. 62 [25]; 26, p. 63 [16].
Secunda. Ian. 27 [26]; feb. 16 [69]; 21 [40]; mai. 8 [54]; iun. 1 [137]; 2 [123, 134]; 12 [16]; iul. 10 [14, 53]; 17 [22]; 18 [35, 54]; 28 [20]; 30 [21]; sept. 16 [34, 40]; 28 [10]; oct. 10 [7]; 31 [25]; nov. 4 [11, 16]; 5 [29]; dec. 2 [25]; 15 [20].
*Secunda Romae. Vid. Rufina*.

*Secunda*

*Secunda Scillitana.* Ian. 9, p. 33 [1]; iul. 17, p. 380 [1]; 18, p. 383 [35]; 28, p. 400 [19].
*Secunda Tuburbo.* Feb. 16, p. 100 [69]; iul. 30. p. 405 [17].
Secundella. Vid. Secundilla.
Secundiana. Mai. 7 [101].
Secundianus. Feb. 2 [60]; 17 [12]; april. 30 [52. 84. add]; mai. 6 [26. 65]; iun. 5 [35]; aug. 9 [16. 91]; oct. 2 [22]; 2 [24]; nov. 16 [18. 48].
*Secundianus ep. in Africa.* April. 30, p. 220 [52]; mai. 6, p. 233 [25].
Secundilla, Secundila, Secundella. Feb. 28 [19]; mart. 1 [26]; mai. 8 [61].
Secundina. Nov. 16 [56].
Secundinus. Feb. 18 [11]; 21 [8. add]; april. 12 [42]; 30 [add]; mai. 14 [15]; iul. 5 [15]; aug. 1 [58]; 8 [31]; nov. 15 [3]; dec. 7 [add].
*Secundinus in Africa.* Mai. 14, p. 253 [12].
*Secundinus (Secundus) Antiochiae.* Nov. 15, p. 600 [3]; 16, p. 602 [55].
*Secundinus in Apulia.* Sept. 13, p. 504 [1]. — *Vid. Secundus.*
*Secundinus Romae.* Aug. 1, p. 411 [49].
Secundiolus. Feb. 21 [27]. — *Secundula.*
Secundola. Vid. Secundula.
Secundolus. Vid. Secundulus.
Secundula, Secundola. Feb. 2 [43]; 22 [81]; mart. 2 [20]; aug. 1 [60]; sept. 24 [24].
Secundulus, Secundolus. Mart. 7 [21]; 24 [29].
*Secundulus Tuburbo.* Mart. 7, p. 132 [1].
Secundus. Ian. 5 [4]; 8 [7]; 9 [6]; 13 [18]; 19 [27]; 21 [74]; 25 [9]; 26 [add]; 27 [53]; 28 [10]; feb. 12 [14]; 16 [60]; 16 [64]; 17 [62]; mart. 7 [36. 41]; 22 [4]; april. 1 [8]; 6 [23]; 12 [46]; 24 [9. 50. add]; mai. 6 [114]; 7 [60]; 10 [113]; iun. 2 [28]; 3 [71]; 5 [32]; iul. 15 [21]; 20 [15. 68. 72]; 31 [7]; aug. 1 [44]; 8 [2. 17. 47]; sept. 2 [34]; 13 [4]; oct. 10 [16]; nov. 15 [21]; 20 [50]; dec. 11 [27]; 19 [6. 9]; 20 [28]; 21 [75]; 29 [12].
*Secundus Albani.* Aug. 8, p. 424 [2].
*Secundus in Apulia.* Sept. 2, p. 494 [32]. — *Vid. Secundinus.*
*Secundus Carthagine.* Ian. 9, p. 33 [1].
*Secundus Sirmii.* Iul. 15, p. 376 [19]; 20, p. 386 [15].
*Secundus Synnadis.* Iul. 31, p. 406 [1].
Secura. Mai. 10 [79].
Securis, Securus. Feb. 21 [34. add]; 24 [49]; dec. 2 [9]; 13 [42].
Secutor. April. 13 [7].
Sedelocus vicus. Sept. 24 [35].
Sedolius. Nov. 21 [37].
Sedonensis civitas, Sidunis. Mai. 1 [93]; sept. 22 [26]. — *Sedunum.*
Segari. Feb. 14 [40]. — *Egea.*
Segestrum monasterium. Sept. 19 [89].
Seleucia civitas. Sept. 23 [4].
Seleucus, Sileucus, Saleosus. Feb. 16 [80]; mart. 24 [3]; mai. 10 [78. 173]; 19 [46]; iun. 2 [210]; sept. 15 [18]; 17 [29].
*Seleucus Ancyrae.* Sept. 15, p. 508 [16].
*Seleucus Caesareae Palaestinae.* Feb. 16, p. 101 [76]; mai. 19, p. 262 [46]; iun. 2, p. 296 [206].
*Seleucus Chalcedone.* Sept. 17, p. 514 [22].
Sellaris. Feb. 24 [50].
Sempherosa, Senferosa. Iul. 18 [6. 41].
Semtiminus. Dec. 18 [53]. — *Septimus.*
Senator. Iul. 8 [36]; sept. 26 [15].
*Senator Albani.* Sept. 26, p. 527 [14].
Senciata, Sentiata, Scanta. Mai. 25 [11. 14]. — *Sentias.*
Senerus, Senertis. Feb. 14 [151]; 22 [60]; 23 [48]. — *Syneros.*
Senesius. Mai. 4 [add].
Senetion. Iun. 2 [153].
Senferosa. Vid. Sempherosa.
Sennes. Iul. 30 [4. 14].
Senni. Vid. Sirmium.
Senonas, Senones civitas. Ian. 4 [add]; 5 [add]; mart. 20 [add]; april. 22 [59]; 28 [add]; mai. 22 [add]; iul. 13 [9]; aug. 27 [add]; sept. 1 [add]; 3 [add]; dec. 31 [73. add].
*Sentias Blerae.* Mai. 25, p. 271 [9].
*Senzius. Vid. Sentias.*
Sepace, Sepaci. Iun. 1 [147]; 2 [298].
Septima. Mai. 7 [42]; iul. 28 [7]; oct. 10 [6]; dec. 2 [26].
Septimia. Iul. 28 [26. add]; 30 [28].
*Septimia in Africa.* Mai. 25, p. 273 [43].
*Septimia altera in Africa.* Iul. 30, p. 406 [28].
Septimina. Mai. 10 [168].
Septiminus. Iun. 3 [127]; oct. 10 [13].
*Septimius diac. Salonis.* April. 18, p. 196 [1].
Septimus. Mai. 10 [139]; 11 [12]; 25 [44]; oct. 9 [12]; dec. 18 [53]; 19 [43].
Sequens. Dec. 31 [62].
Seranus al. Geranus. April. 24 [23. add].
Serapion. Feb. 9 [52]; 24 [93]; 28 [7]; mart. 20 [10]; 21 [3]; 26 [71]; april. 6 [60]; 27 [77]; mai. 18 [7. 36]; iul. 13 [3]; aug. 27 [47]; 28 [34]; sept. 8 [13. 36]; 11 [43]; 12 [11]; 15 [10]; dec. 5 [15].
*Serapion (varii) Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63]; 24, p. 115 [63]; 28, p. 118 [1]; mart. 6, p. 131 [1]; 19, p. 152 [8]; 21, p. 154 [1]; april. 27, p. 213 [58]; mai. 18, p. 260 [1]; iul. 13, p. 373 [1]; sept. 11, p. 502 [38]; 12, p. 503 [11]; 15, p. 507 [1].
*Serapion lector in Pentapoli.* Mart. 26, p. 163 [65]; april. 6, p. 177 [48].
*Serapion Thomis.* Aug. 27, p. 471 [34].
Serecianus, Sericianus, Sercianus. April. 19 [26. add].
Serena. Mai. 8 [96]; oct. 10 [18].
Serenus, Sirinus. Ian. 5 [14]; mart. 16 [11]; iun. 28 [40]; 28 [54. 85]; iul. 1 [30]; 4 [7]; nov. 26 [16]; dec. 30 [18].
*Serenus et Serenus alter Alexandriae.* Iun. 28, p. 341 [62].
*Serenus Romae.* Iul. 1, p. 346 [13].
*Serenus Sirmii. Vid. Syneros.*
Sergius. Aug. 31 [30].
*Sergius.* Oct. 7, p. 545 [20].
Seri. Vid. Siria.
Seriacus. Vid. Cyriacus.
Sermata. Feb. 9 [41].
Serotina. Dec. 31 [6].
*Serotina Romae.* Dec. 31, p. 17 [1].
Serri. Mart. 7 [42]. — *Revocatus.*
Servacius. Vid. Servatius.
Servasia. Mai. 13 [add].
Servatius, Servacius. Mai. 13 [add].
*Servatius ep. Traiecten.* Mai. 13, p. 252 [add].
Servianus. April. 20 [12].
Servilia. Feb. 28 [37. 41].
Servilianus. Feb. 27 [25]; oct. 17 [16].
Servilius. Mart. 18 [9]; mai. 24 [25]; iun. 5 [51].
Servolus. Vid. Servulus.
Servulus, Servolus. Feb. 21 [9]; mart. 18 [36]; mai. 24 [5].
Servus. Nov. 15 [16].

Sessionis civitas. Iun. 8[57]; 14[39]; oct. 25[50]. — *Suessione.*
Severa. Iun. 3[78]; oct. 17[26].
Severianus. Ian. 23[7]; feb. 12[15]; 27[8]; iul. 1[46]; aug. 8[3·32]; nov. 8[add].
*Severianus Albani.* Aug. 8, p. 424[2].
*Severianus et Aquila Caesareae in Mauretania.* Ian. 23, p. 58[7].
Severinus. Feb. 11[add]; mart. 13[104]; dec. 7[add].
*Severinus ab. Agaunen.* Feb. 11, p. 88[add].
*Severinus ep. Colonien.* Oct. 22, p. 568[exc]; 23, p. 568[exc].
Severiolus. Mai. 10[133].
Seversi. Vid. Severus.
Severus. Ian. 1[111]; 11[4]; feb. 1[47·59]; april. 30[32]; mai. 10[128]; iun. 3[70]; iul. 3[41]; 6[8·14]; 8[26·38]; 20[add]; 25[35]; aug. 8[add]; sept. 8[46·52]; oct. 22[6·12·17]; 23[3·11]; 24[3]; nov. 8[add]; 27[23]; dec. 30[5].
*Severus Adrianopoli.* Oct. 22, p. 567[1]; 23, p. 568[1]; 24, p. 569[3].
*Severus in Casino.* Iul. 20, p. 387[add].
*Severus ep. Ravennas.* Ian. 1, p. 21[108]; feb. 1, p. 72[46]. — *Reliquiae Mediolani.* Nov. 27, p. 624[19].
*Severus presb. Viennen.* Aug. 8, p. 426[add].
Sevinus. Sept. 8[26].
Sevus. Aug. 10[92]; 21[34]; 26[36].
*Sextum Philippi (ad).* Iul. 29, p. 403[1].
Sextus. Iun. 3[68].
Siagrius, Syagrius. April. 11[39]; aug. 27[76]; sept. 1[add]; 2[49].
*Siagrius ep. Augustodunen.* Aug. 27, p. 471[73]; sept. 2, p. 484[46].
*Siagrius patricius Lugduni.* April. 11, p. 183[39].
Siani. Vid. Suanis.
Sicharia. Feb. 2[85].
*Sicharia v. Aurelianis.* Feb. 2, p. 75[85].
Sici. Vid. Isicius.
Sicilia (in). Ian. 25[13]; feb. 5[2·9]; 14[144]; april. 5[19]; 21[29]; 25[4]; iun. 15[36]; 16[9]; 21[18]; iul. 5[2]; 8[22]; 9[23]; 12[14]; 27[25]; 28[13·add]; aug. 12[2]; sept. 2[28]; 12[6]; oct. 5[2]; 11[11]; nov. 20[17]; dec. 31[45].
Sicilitani martyres. Iul. 17[14]. — *Scillitani.*
Sicimodi. Mai. 29[45]. — *Isicius.*
Siddinus, Sididinus. Mai. 8[77]; nov. 15[14]; dec. 18[72]; 19[65·104]; 20[32].
Sidio (in). Vid. Sitio.
Sidona. Aug. 10[67].
Sidonis. Vid. Rodi.
Sidonius. Aug. 23[78].
*Sidonius ep. Arvernen.* Aug. 23, p. 461[76].
Sidrac. April. 24[71].
Sidunis. Vid. Sedonensis civitas.
Siggerannus, Siramnus. Oct. 26[add]; dec. 4[add].
Sigibarci. Oct. 7[20]. — *Sergius, Bacchus.*
*Sigirannus ab. Longoreti.* Oct. 26, p. 572[add]; dec. 4, p. 634[add].
Sigismundus. Mai. 1[88·95].
*Sigismundus rex loco Agauno.* Mai. 1, p. 224[86].
Sigobaldus. Oct. 26[add].
*Sigobaldus ep. Metten.* Oct. 26, p. 572[add].
Sigolena. Iul. 24[add].
*Sigolena abb. Troclarensis.* Iul. 24, p. 395[add].
*Sigon presb. in monasterio Segestro.* Sept. 19, p. 518[92].
Sigonis, Singonus. Sept. 19[92·108].
Silanus. Iul. 10[11·42].
*Silanus Romae.* Iul. 10, p. 362[1].
Sildina. Iun. 2[177].
Sileucus. Vid. Seleucus.
Sillefa, Sillira. Iun. 1[108·176].
Silli. Ian. 9[21·add]. — *Scillitani.*
Sillira. Vid. Sillefa.
Silonis, Filionis. Aug. 19[5]. — *Philantes.*
Silvana. Feb. 28[46]; iun. 1[144]; 3[91]; dec. 9[28].
Silvanectis civitas. Mart. 30[add].
Silvanianus, Silvianus. April. 20[15·add]; oct. 31[19]. — *Silvanus.*
Silvanus. Feb. 10[35]; 17[73]; 18[9]; mart. 6[67]; 7[8·49]; 8[19]; 12[33]; april. 12[129]; 15[55]; 16[66]; 20[11·44]; 24[11·13·add]; 26[add]; 29[add]; 30[14·41]; mai. 4[73]; 24[27]; 31[26·36]; iun. 1[28·104]; 3[58]; 3[101·123]; 5[53]; iul. 22[add]; 24[35]; aug. 31[15]; sept. 4[7·13]; 10[13·35]; 22[add]; oct. 31[19·36].
*Silvanus in Beturico vico Libroso.* Sept. 22, p. 522[add].
*Silvanus Caesareae Palaestinae.* Mai. 4, p. 230[71].
*Silvanus prope Terracinam.* Feb. 10, p. 86[31].
Silvester. Sept. 22[add]; dec. 31[15·38].
*Silvester in Beturico vico Libroso.* Sept. 22, p. 522[add].
*Silvester ep. Rom.* Dec. 31, p. 17[15].
Silvianus. Vid. Silvanianus.
Silvina. Feb. 18[24].
Silvinus. Feb. 15[add]; iun. 2[31]; sept. 8[39]; 10[43].
*Silvinus ep. Alciaci.* Feb. 15, p. 98[add].
Silvius. Mart. 15[12]; april. 23[15·27]; iun. 2[232].
*Silvius Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Simeon, Simion, Symeon. Ian. 5[18·35·41]; feb. 2[add]; 16[add]; iul. 27[20·27]; 30[add].
*Simeon ep. Metten.* Feb. 16, p. 101[add].
*Simetrius Romae.* Mai. 26, p. 275[add].
Simforianus, Simforius. Nov. 8[5·25]; dec. 25[17].
Simfronius. Vid. Forum Simphroni.
Simia. Vid. Timia.
Similianus. Iun. 16[31].
*Similianus ep. Namneten.* Iun. 16, p. 321[23].
Simion. Vid. Simeon.
Simmetrius. Mai. 26[add].
Simon, Symon. Iun. 29[38]; iul. 1[71]; oct. 27.[add]; 28[17·29].
*Simon ap.* Iun. 29, p. 343[37]; iul. 1, p. 346[67]; oct. 28, p. 575[14].
Simphorianus, Sinforianus, Symforianus. Aug. 3[add]; 22[52]; 23[add]; dec. 31[58].
*Simphorianus. Vid. Symphorianus.*
Simplicia. Nov. 1[53]; dec. 13[41].
Simplicius. Feb. 12[37]; 13[add]; april. 26[18]; mai. 7[80]; 15[14]; iun. 24[52]; iul. 29[3·28]; oct. 14[21]; nov. 19[24]; dec. 17[8]; 18[15·32]; 19[23].
*Simplicius ep.* Feb. 12, p. 90[37].
*Simplicius ep. Augustodunen.* Iun. 24, p. 334[43]; nov. 19, p. 608[23].
*Simplicius Romae via Portuensi.* Iul. 29, p. 402[1].
*Simplicius presb. in Sardinia.* Mai. 15, p. 256[13].
*Simpronianus Romae.* Nov. 8, p. 590[1].
Simpronius, Sinpronius. April. 14[50]; iul. 18[23·49]; nov. 9[18].
Simpronius. Vid. Forum Simphroni.
Sindofagi. Aug. 21[38]. — *Synnada.*
Sineros, Sinerci, Herotis. Feb. 23[4·19]; mart. 3[13]; iun. 3[53].

Sinforianus. Vid. Simphorianus.
Singonus. Vid. Sigonis.
Sinidus. Iun. 28 [72]. — *Synodus.*
Sinnada civitas. Iul. 31 [4]; aug. 13 [23]; 20 [13]; 21 [38]; sept. 19 [20]; 20 [2].
Sinnidia. April. 3 [9]. — *Sicilia.*
Sinon. Feb. 23 [43].
Sinotus. Sept. 7 [4].
*Sinotus Capuae.* Sept. 7, p. 492 [4].
Sinpronius. Vid. Simpronius.
Sinteri. Mai. 10 [88].
Sintinus, Satirus. Aug. 9 [37]. — *Anteros.*
Siracusa, Siracussa, Syracusa civitas. Feb. 6 [24]; april. 25 [2]; iun. 21 [20]; sept. 1 [26]; dec. 13 [9].
Siramnus. Vid. Siggerannus.
Siria. Vid. Syria.
Sirianus. Iul. 17 [33]. — *Tatianus.*
Sirianus. Dec. 23 [42]. — *Stephanus.*
Siricius. Feb. 21 [10. 41]; 23 [49]; mart. 24 [34]; april. 18 [19]; 26 [12]; mai. 8 [81]; sept. 3 [33. 38]; nov. 24 [10]; 26 [3].
*Siricius ep. Rom.* Nov. 24, p. 619 [10]; 26, p. 621 [1].
Sirilla. April. 12 [56]. — *Cyrillus.*
Sirinus. Vid. Gimirus, Serenus.
Sirmia, Sirmium, Senni, Syrmis. Ian. 6 [19]; 8 [add]; 10 [add]; 15 [15]; feb. 22 [57]; 23 [1]; mart. 26 [14]; april. 6 [2. 14]; 9 [2. 17]; mai. 11 [5]; 15 [2]; iul. 4 [9]; 8 [7]; 15 [19]; aug. 9 [2]; 23 [22]; 29 [34]; dec. 25 [37].
Sirminus. Vid. Firminus.
Sirmionis. April. 9 [17]. — *Sirmia.*
Sirtha civitas. Mai. 31 [16].
Sirti. Aug. 23 [22]. — *Sirmia.*
Sirus. Sept. 11 [41]; 12 [4].
Sisanna. Iul. 10 [168]. — *Sisinnius.*
Sisinnius. Mart. 3 [72]; 4 [38. 51]; mai. 29 [61]; iul. 10 [68. 111. 168]; 11 [55. 59]; 15 [6]; 19 [3]; aug. 8 [add]; sept. 1 [56]; oct. 20 [21]; nov. 21 [30].
*Sisinnius Alexandriae.* Iul. 19, p. 384 [1].
*Sisinnius Nicomediae.* Mart. 3, p. 125 [72]; 4, p. 127 [38].
*Sisinnius Nicopoli.* Iul. 10, p. 367 [155].
*Sisinnius, Martyrius et Alexander in Anaunia.* Mai. 29, p. 282 [58].
Sisione. Iul. 10 [101].
Sistus. Vid. Xystus.
Siti. Dec. 18 [49]; 19 [39].
Sitio, Sidio monasterio. Nov. 1 [add]. — *Sithiu.*
Situlus. Feb. 16 [65].
Siviardus. Mart. 1 [add].
*Siviardus ab. Anisolen.* Mart. 1, p. 121 [add].
Sixtus. Vid. Xystus.
Smaragdus, Zmaragdus. Mart. 12 [54. 58]; aug. 8 [16. 46]; 9 [43]; 10 [19]; oct. 28 [4].
*Smaragdus Antiochiae.* Oct. 28, p. 575 [1].
*Smaragdus Nicomediae.* Mart. 12, p. 139 [1].
*Smaragdus Romae.* Aug. 8, p. 425 [10]; 9, p. 429 [43].
Smirna, Smerna, Zmirna. Ian. 9 [29]; 26 [3]; feb. 1 [2]; 23 [16]; 27 [21]; mart. 10 [23]; 12 [93]; aug. 9 [29].
Socrates. Sept. 17 [2. 26]; oct. 17 [17].
Socrecis, Siricius. Feb. 21 [10]; mart. 24 [34].
Sodalis. April. 27 [22. 27. 85].
Sodepa. Iul. 5 [add].
Sodonis, Sidonis. Vid. Rodi.
Sofrori, Suffroni. Oct. 28 [11].
Solanus. Dec. 23 [71].
Soli, Foti. Mart. 3 [83. add]. — *Photius.*
Solutor, Salitor. Ian. 21 [31]; mart. 15 [17]; 24 [21]; 26 [78]; 27 [18]; april. 6 [6]; 8 [11]; mai. 10 [115]; nov. 13 [34]; 20 [42].
*Solutor.* Nov. 13, p. 599 [34]. — *Vid. Octavius.*
Solutus. April. 23 [13].
Sopater. Dec. 23 [49].
Sordida. Iun. 1 [143].
Sorenti. Mart. 19 [27]. — *Corinthus.*
Sorentis. Mai. 1 [71]. — *Orientius.*
Sorotedis. Vid. Soteris.
Sossus, Sussus, Sussimus. Sept. 23 [add]; oct. 16 [4]; 19 [8. 25]; 20 [8]; dec. 5 [23].
*Sossus Neapoli, Miseni et Baiis.* Sept. 23, p. 524 [add]; oct. 16, p. 558 [1]; 19, p. 563 [11]; 20, p. 564 [5]; dec. 5, p. 636 [23].
*Sostrates, Sostratus Antiochiae.* Iul. 8, p. 358 [1].
*Soter ep. Romae.* April. 22, p. 203 [exc].
Soteretis. Vid. Soteris.
Soteris, Sotiris, Soteretis, Sorotedis, Roteris. Feb. 6 [5. 12]; 10 [3. 21]; 11 [28]; mai. 12 [12. 14]. — Cimiterium. Feb. 6 [12].
*Soteris v. Romae.* Feb. 6, p. 79 [1]; 10, p. 85 [1]; 11, p. 88 [27]; mai. 12, p. 250 [12. 14].
Spania, Spaniis (in). Vid. Hispania.
Specia (in). Iun. 14 [14]. — *Phrygia.*
Speratus, Spretus. Iul. 17 [4]; 18 [59]; 20 [51]; sept. 16 [31].
*Speratus Scillitanus.* Iul. 17, p. 380 [1].
Sperius, Spirius. Iul. 8 [4. 10]. — *Hesperius.*
Spes. Oct. 1 [18].
Spetiosa. Iul. 11 [95].
Speusippus. Ian. 17 [39].
*Speusippus, Elasippus, Melasippus, Leonilla, Iunilla, Neon Lingonis.* Ian. 17, p. 44 [34].
Spici. Mai. 8 [88].
Spina, Pinna. Dec. 18 [62]; 19 [53].
Spinella. Iun. 27 [8. 16].
Spinus. April. 12 [97]. — *Crispinus.*
Spinicae. April. 30 [35].
Spirius. Vid. Sperius.
Spisina, Spisinna. Iun. 7 [18]; 8 [50].
Spolicostus. Ian. 7 [30]. — *Polyeuctus.*
Spolisium. Vid. Spolitium.
Spolitium civitas. Ian. 21 [add]; feb. 14 [7. 17. 123].
Spretus. Vid. Speratus.
Stabulense monasterium. Sept. 2 [add]. — *Stabulaus.*
Stacianus. Feb. 7 [11].
Stacteus, Statteus. Iun. 27 [29]; sept. 28 [33].
*Stacteus Romae.* Iun. 27, p. 338 [1]; sept. 28, p. 531 [29].
Staris. Vid. Straton.
Statteus. Vid. Stacteus.
Statulianus. Ian. 3 [79].
Stefana. Vid. Stephana.
Stefanus. Vid. Stephanus.
Stephana, Stefana. April. 1 [29]; mai. 8 [113].
*Stephana = Corona. Vid. Victor.*
Stephanus, Stefanus. Ian. 1 [38]; 2 [31]; 11 [36]; feb. 13 [24]; april. 27 [12]; iul. 11 [36]; 20 [add]; aug. 2 [8]; 2 [17]; 3 [17. 23. add]; 9 [60]; 27 [32]; 28 [17. 29]; sept. 17 [3. 27]; 25 [add]; oct. 1 [add]; nov. 21 [32]; dec. 3 [19]; 23 [42]; 26 [8]; 30 [20]; 31 [48].
*Stephanus protomartyr.* Ian. 2, p. 23 [31]; aug. 3, p. 415 [23]; dec. 3, p. 633 [19]; 26, p. 10 [8].
*Stephanus ep. Lugdunen.* Feb. 13, p. 91 [21].
*Stephanus ep. Rom.* Aug. 2, p. 412 [1]; 9, p. 428 [25]; dec. 23, p. 663 [77]; 30, p. 15 [20]; 31, p. 18 [48].

Stercatius. Vid. Stercorius.
Stercita. Vid. Stercola.
Stercius. Iun. 21 [34].
Stercola, Stercita. Feb. 28 [45]; mai. 7 [90]; 8 [27].
Stercorius, Stercatius. Iul. 21 [6]; 24 [36]; 25 [30]; dec. 13 [32].
Sterteus. Iul. 22 [15]; sept. 28 [add].
Stiabilis, Stiali, Stialis. Mai. 8 [71]; 25 [53]; 27 [33]; 31 [30]; april. 12 [143].
Strategius, Trategius. Iul. 3 [43, 67].
Straton, Strator, Staris. Iul. 5 [10, 11]; 8 [42, 59]; aug. 15 [7]; sept. 15 [26]; nov. 15 [25].
*Straton Nicomediae.* Aug. 15, p. 445 [5].
*Straton Tomis.* Ian. 2, p. 22 [8]; iul. 5, p. 354 [8]; sept. 15, p. 508 [23].
*Stratonicus.* Ian. 2 [8].
Strator. Vid. Straton.
Stultus. Mai. 7 [79].
Stupuris. Feb. 16 [66].
Suanis (in), Siani. Oct. 28 [14, 26]; dec. 19 [13].
Subli. Nov. 4 [15]. — *Publi.*
Succensus. Vid. Successus.
Successa. Mart. 27 [12]; april. 10 [23].
Successus. Ian. 14 [18]; 18 [60]; 19 [8]; 22 [28, 33]; mart. 27 [16]; april. 4 [14]; 5 [17]; 6 [10]; 8 [12, add]; dec. 8 [8]; 9 [4]; 13 [19].
*Successus in Africa.* Ian. 18, p. 46 [57].
*Successus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56 [13]; mart. 27, p. 164 [12, 16]; april. 5, p. 175 [17]; 6, p. 177 [10]; 8, p. 179 [12]; 10, p. 182 [23].
Sueno apud Cyprum. Feb. 9 [1].
*Suessionis. Vid. Sessionis.*
Suffroni. Aug. 7 [3]. — *Forum Sempronii.*
Sulpicius, Sulpitius. Ian. 17 [add]; 27 [57]; aug. 27 [add].
*Sulpicius ep. Bituricen.* Ian. 17, p. 45 [add]; 27, p. 65 [57]; aug. 27, p. 471 [add].
Summistae. April. 6 [63].
Superia. April. 6 [add].
Susanna. Feb. 12 [32]; aug. 11 [22].
*Susanna Romae.* Aug. 11, p. 435 [22].
Sussus, Sussimus. Vid. Sossus.
Sustratus. Iul. 3 [72]; 8 [3]. — *Sostratus.*
Suticianus. Vid. Euticianus.
Syagrius. Vid. Siagrius.
Syciana (in). April. 3 [2].
Symeon. Vid. Simeon.
*Symeon Stylita.* Ian. 5, p. 27 [add]; iul. 27, p. 398 [20].
*Symetrius. Vid. Simetrius.*
Symforianus. Vid. Simphorianus.
Symon. Vid. Simon.
*Symphorianus Augustoduni.* Aug. 22, p. 458 [52].
*Symphorosa et VII filii Romae.* Iul. 18, p. 382 [1].
*Syneros Sirmii.* Feb. 22, p. 110 [57]; 23, p. 112 [1].
*Synnada urbs in Phrygia. Vid. Sinnada.*
*Synodus martyrum Philadelfiae in Arabia.* Aug. 1, p. 410 [28].
Syracusa. Vid. Siracusa.
Syrgius. Feb. 24 [15]. — *Gordius.*
Syria, Siria, Seri. Feb. 15 [36]; mart. 20 [6]; 24 [2]; mai. 14 [2]; 24 [20, 31]; iul. 6 [10]; 27 [19]; aug. 12 [11]; 12 [add]; 14 [2, 35]; 25 [5]; sept. 3 [7]; oct. 12 [6]; nov. 28 [4].
Syricia (in). Iul. 11 [88].
Syrmis. Vid. Sirmia.
Syxtus. Vid. Xystus.

## T

Taccei. April. 20 [6]. — *Arator.*
Tadheus. Mai. 11 [43].
Taelianus, Taellianus. Ian. 26 [add].
Taesiana. Iul. 21 [25]. — *Caesarea.*
Talesfori. Vid. Telesforus.
Talianus. Sept. 3 [add]. — *Vitalianus.*
Talicus. Feb. 14 [add].
Talis. April. 16 [52]. — *Callis.*
Tampi. Mai. 8 [26].
Tanasius. Vid. Taracus.
*Tarachus, Probus, Andronicus, Anazarbi et Tarsi.* April. 5, p. 176 [38]; mai. 13, p. 251 [14]; sept. 27, p. 259 [14]; oct. 9, p. 548 [63]; 10, p. 550 [20]; 11, p. 551 [1].
Taracus. April. 5 [39]; 20 [add]; mai. 13 [15]; sept. 27 [16]; oct. 9 [64]; 10 [20]; 11 [5, 14].
Taracona civitas. Ian. 21 [36].
Tarreus, Tarsus. Oct. 27 [18, 35]. — *Thraseas.*
Tarrium civitas. Sept. 21 [17].
Tarsicius. Ian. 31 [4]. — *Thyrsus.*
Tarso (in). Iul. 3 [39]. — *Tyana Cappadociae.*
Tarsus civitas. Mart. 28 [9]; april. 27 [3]; 28 [13]; mai. 9 [7]; 10 [63]; aug. 20 [16]; 21 [39]; sept. 27 [14].
Tarsus. Vid. Tarreus.
Tascia. Sept. 1 [36].
Tasianus. Mart. 16 [4]. — *Tatianus.*
Tassia. Oct. 19 [23]. — *Dasius.*
Tassius. Vid. Cassius.
Tatiana. Aug. 18 [15].
*Tatianus Aquileiae.* Mart. 16, p. 147 [1]; 17, p. 149 [17].
*Tatianus Synnadis.* Iul. 19, p. 383 [5]; 17, p. 381 [31].
Taudia civitas. April. 15 [34]. — *Tavia.*
Taurinum civitas. Nov. 20 [38].
Taurinus. Aug. 11 [add]; sept. 5 [4, 30].
*Taurinus ep. Ebroicen.* Aug. 11, p. 435 [add].
*Taurinus in Portu Romano.* Sept. 5, p. 489 [1].
Tauromenium, Taurominium civitas. April. 3 [13]; iul. 8 [25].
*Tavia (Tavium) civitas in Galatia.* April. 15, p. 192 [34].
Taxis. Mart. 7 [15].
Taxius. Vid. Dasius.
Tebaida. Vid. Thebaida.
Tebellus. Iul. 22 [13].
Tecla. Vid. Thecla.
Teclacia. Mai. 10 [102]. — *Thecla.*
Tecussa. Vid. Thecusa.
Tegulianus. April. 6 [71].
Tegulus. Dec. 6 [add].
Telerianus. Ian. 18 [62].
Telesforus, Thelesforus, Talesforus, Telius. Ian. 6 [5]; april. 30 [22, 122]; mai. 31 [27]; dec. 23 [67].
*Telesphorus ep. Rom.* Ian. 5, p. 27 [9]; dec. 23, p. 663 [77].
Telipta, Tellypta. Ian. 26 [add]; 28 [7]. — *Thelepte.*
Telius. Vid. Telesforus.
Tella. Feb. 28 [26].
Tellianus. Ian. 28 [5].
Tellius. Mart. 13 [36].
Tellypta. Vid. Telipta.
Temedi. Dec. 25 [19].

Teodefridus. Oct. 9 [add].
Teodolus. Vid. Theodulus.
Teodorus. Vid. Theodorus.
Teofilus. Vid. Theofilus.
Teon. Vid. Theonas.
Teotecnus. Vid. Theoticnus.
Teotistus. Oct. 3 [6].
Terapi. Feb. 16 [53]. — *Interamna.*
Tercius. Vid. Tertius.
Terentia, Cerentia. Aug. 10 [64. 66].
Terentianus, Terrentianus. Sept. 1 [17].
*Terentianus ep. in Tudertina Tusciae.* Sept. p. 481 [15].
Terentius. April. 30 [8. 112].
Teriaten. civitas. Sept. 6 [10]. — *Reate.*
Teridius. Feb. 3 [19].
Terracina civitas. Feb. 10 [31]; april. 21 [24]; nov. 1 [35].
Terrentianus. Vid. Terentianus.
Tertia. April. 12 [121]; 16 [9].
Tertius, Tercius. April. 12 [89. 117]; 16 [47]; mai. 31 [31]; iun. 1 [175]; 2 [178]; iul. 20 [42].
Tertula. Ian. 19 [10]; april. 12 [150]; mai. 31 [39. 50]; iun. 1 [126]; 2 [64. 95]; 3 [89].
*Tertullianenses martyres in Africa.* Ian.19, p. 48 [1].
Tertulus. Mai. 8 [64]; iun. 1 [31]; 2 [128].
Tessalonica. Vid. Thessalonica.
Tetradius. Feb. 16 [92].
*Tetradius ep. Bituricen.* Feb. 16, p. 101 [92].
Teturius, Tuturius. Dec. 18 [22. 50].
Teudotus. Vid. Theudotus.
Teugenes. Vid. Theogenes.
Thamatus, Tomathus. Iun. 2 [23. 208].
*Thea (Theona) Caesareae Palaestinae.* Iul. 16, p. 379 [20].
Theagenes. Vid. Theogenes.
Thebaida, Tebaida (in). Ian. 17 [29] (BSW); iul. 20 [10. 25].
Thecla, Tecla. Feb. 22 [16. 30]; mart. 25 [37]; mai. 10 [52. 102]; 31 [53]; iun. 1 [8]; 13 [6]; 14 [add]; sept. 12 [25]; 23 [7]; nov. 17 [19. 43]; dec. 20 [10. 47]; 21 [24].
*Thecla Iconii et Seleuciae.* Feb. 22, p. 110 [16]; sept. 23, p. 523 [1]; dec. 20, p. 655 [9]; 21, p. 660 [22].
*Thecla in Palaestina.* Mart. 25, p. 161 [34].
Thecusa, Theocosia, Tecussa. Ian. 14 [27]; 17 [9]; 27 [24].
Thedre. Feb. 21 [23]. — *Cathedra S. Petri.*
Thelesforus. Vid. Telesforus.
Theocosia. Vid. Thecusa.
Theodatus. Vid. Deodatus.
*Theodefridus ab. Corbeiae.* Oct. 9, p. 549 [add].
Theodistia. April. 24 [53].
Theodola. Mart. 25 [37].
Theodolus. Vid. Theodulus.
Theodora, Theudora. Mart. 13 [55]; april. 17 [20]; 23 [8. 19]; 29 [49].
*Theodora Corinthi.* April. 16, p. 193 [1].
Theodorus, Teodorus, Theudorus, Tradorus. Mart. 19 [4. 20]; 23 [5]; 26 [67]; 29 [12]; april. 6 [56]; 10 [27]; iun. 28 [40]; iul. 4 [add]; 10 [89]; aug. 9 [24]; sept. 2 [37]; nov. 9 [add]; 28 [6]; dec. 7 [6]; 14 [11]; 19 [75]; 18 [84].
*Theodorus Alexandriae.* Iun. 28, p. 341 [62]; sept. 2, p. 484 [36]; 13, p. 504 [6].
*Theodorus presb. Antiochiae.* Mart. 23, p. 156 [4]; 29, p. 166 [11]; april. 10, p. 182 [25].
*Theodorus ep. in Pentapoli.* Mart. 26, p. 163 [65]; april. 6, p. 177 [48]; 7, p. 178 [11]; iul. 4, p. 353 [add].
*Theodorus ep. Rom.* Mai. 14, p. 255 [exc]; sept. 19, p. 519 [exc].
*Theodorus Romae.* Dec. 19, p. 654 [67].
*Theodorus.* Nov. 9, p. 592 [add].
Theodosia. April. 3 [23]; 16 [12]; dec. 22 [54].
*Theodosia v. Caesareae Palaestinae.* April. 3, p. 173 [21]; 29, p. 218 [49]. — *Vid.* Dec. 27, p. 662 [54].
Theodosius. Iul. 17 [26].
*Theodosius ep. Autissiodoren.* Iul. 7, p. 381 [35].
Theodota, Theuseta. Mart. 13 [50]; iul. 5 [9]; aug. 2 [39. 48]; sept. 2 [4. 10]; nov. 17 [54].
*Theodota Nicaeae.* Mart. 13, p. 142 [48]; aug. 2, p. 413 [37]; sept. 2, p. 484 [1].
Theodotus, Teudotus, Theotus. Ian. 4 [8]; iul. 5 [12]; 10 [170]; 11 [78]; 16 [11. 18]; nov. 14 [8]; 15 [22].
*Theodotus Antiochiae.* Iul. 16, p. 378 [10].
*Theodotus Heracleae.* Nov. 14, p. 599 [1]; 15, p. 601 [22]; 17, p. 604 [48].
Theodulus, Teodolus, Theolus. Mart. 15 [30]; 17 [14]; april. 2 [22]; 4 [2. add]; mai. 3 [40. 54]; iun. 14 [11]; 15 [34]; iul. 10 [163]; 11 [61]; 20 [48]; sept. 13 [7]; dec. 14 [32].
*Theodulus Caesareae Palaestinae.* Feb. 16, p. 101 [76].
*Theodulus diac. Romae. Vid. Eventius.*
*Theodulus Synnadis.* Iul. 19, p. 384 [5].
*Theodulus lect. Thessalonicae.* April. 2, p. 171 [20]; 4, p. 174 [1].
Theofilus, Teofilus. Feb. 6 [29]; 12 [26]; 16 [82]; 28 [10]; mart. 15 [28]; iul. 28 [5]; sept. 8 [17]; oct. 30 [10]; nov. 3 [6. 13]; nov. 12 [14]. — *Theophilus.*
Theogenes, Theagenes, Theugenes, Teugenes. Ian. 3 [7]; 25 [36]; 26 [23]; iul. 24 [18].
*Theogenes Cyzici.* Ian. 3, p. 23 [1].
Theolocus. Iul. 8 [56]. — *Theologus.*
Theolus. Vid. Theodulus.
Theomedi. Mai. 26 [31]. — *Timidenses.*
*Theon (Theonas) presb. Alexandriae.* Feb. 26, p. 116 [6]; april. 24, p. 207 [28].
*Theona. Vid. Thea.*
Theonas, Theon, Teon, Theunas. Feb. 9 [47]; 26 [6]; april. 23 [7]; 24 [28. 41]; iun. 28 [14]; iul. 16 [31].
*Theonas Alexandriae.* Feb. 9, p. 84 [63].
*Theophilus Caesareae Palaestinae.* Oct. 30, p. 577 [8]; nov. 3, p. 584 [1]; nov. 12, p. 597 [14].
*Theophilus Laodiceae.* Iul. 28, p. 399 [1].
*Theophilus et Dorothea Caesareae Cappadociae.* Feb. 6, p. 79 [20].
*Theotecnus Laodiceae.* Dec. 18, p. 651 [1].
Theoticnus, Teotecnus. Dec. 18 [5]; 19 [19].
Theotus. Vid. Theodotus.
Thera (in). Feb. 14 [132].
Thessalonica, Tessalonica, Salonica civitas. Feb. 27 [4]; mart. 13 [84]; 14 [2. 28]; 30 [2]; april. 1 [18]; 2 [20]; 4 [1]; 5 [23]; mai. 5 [3]; iun. 1 [2. 19]; 25 [11. 12]; 26 [7. 20].
Theudorae. Vid. Theodora.
Theudorus. Vid. Theodorus.
Theugenes. Vid. Theogenes.
Theumis. Vid. Tomis.
Theunas. Vid. Theonas.
Theuseta. Vid. Theodota.
Theutinus. Dec. 24 [14].
Thimodolus. Vid. Timolaus.

Thimoi. Feb. 4[15]. — *Thmuis.*
Thointi. Mai. 10[97].
Thomas, Tomas. Feb. 9[28]; april. 3[3]; mai. 9[18]; iun. 3[24]; 20[8]; iul. 3[7. 22. 54]; dec. 21[2. 45]; 28[46].
*Thomas ap.* Mai. 9, p. 241[10]; iun. 3, p. 300[24]; iul. 3, p. 349[1]; dec. 21, p. 658[2]; 28, p. 13[42].
Thomis. Vid. Tomis.
Thothael. Sept. 5[add]. — *Tuthael.*
*Thraseas Eumeniae.* Oct. 27, p. 573[9].
*Thyrsus, Leucius, Callinicus.* Ian. 15, p. 41[1]; 18, p. 46[50]; 20, p. 51[55]; 25, p. 62[15]; 27, p. 65[43]; 31, p. 70[15].
*Thyrsus Augustoduni. Vid. Andocius.*
Tiballi. Vid. Ciballae.
Tiberianus, Tibirianus. April. 24[18. add]; aug. 9[19. 22].
Tiberitani martyres. Ian. 19[14].
Tibirianus. Vid. Tiberianus.
Tiburtina (via). Mai. 29[39]; iun. 19[20]; 27[11]; iul. 18[3]; 23[3]; aug. 4[3]; 10[31]; 13[3]; 26[add].
Tiburtius, Tyburtius. April. 14[2. 18]; 21[21]; aug. 9[11. 21. 53]; 11[8]; sept. 9[20]; nov. 22[8. 21].
*Tiburtius Romae in coemeterio Praetextati.* April. 21, p. 200[13].
*Tiburtius Romae via Lavicana.* Aug. 11, p. 434[1].
Ticianus. Mai. 27[31]. — *Crescentianus.*
Tigrinus. Mart. 20[11].
Tilininus, Tinnus. Iun. 27[41]; 28[68]. — *Capitolinus.*
Tilis Flori. Ian. 8[16]. — *Telesforus.*
Timia, Simia. April. 26[25. 28]; 27[80]. — *Antimus.*
Timinus, Tomunus, Tyminus. Mai. 24[23]; 25[50]; 25[51]; iun. 5[49].
Timistius. Dec. 24[15].
Timocrates. Iul. 21[30].
Timolaus, Thimodolus. Mart. 23[19]; 24[7].
*Timolaus Caesareae Palaestinae.* Mart. 26, p. 163[58].
Timorius. Vid. Timotheus.
Timotheus, Timorius. Ian. 2[16]; 8[6]; 17[19]; 24[add]; feb. 4[add]; mart. 18[56]; 26[59]; april. 6[42. 49]; 7[3]; 8[3]; mai. 9[31]; 15[3]; 21[3. 32]; 22[5]; 23[44]; iun. 1[179]; 30[6]; iul. 3[73]; 10[124]; aug. 19[21]; 22[8]; 23[69]; sept. 2[40]; 8[8]; 13[11]; 27[38].
*Timotheus disc. S. Pauli.* Mai. 9, p. 242[28]; sept. 27, p. 529[35].
*Timotheus Antiochiae.* Mart. 26, p. 163[58]; april. 6, p. 177[42]; 7, p. 178[1]; 8, p. 179[3]; mai. 15, p. 256[1]; iul. 10, p. 366[116]; sept. 2, p. 484[39]; 8, p. 494[7]; 13, p. 504[10].
*Timotheus Gazae.* Aug. 19, p. 452[21].
*Timotheus diac. in Mauretania.* Mart. 18, p. 151[54]; mai. 21, p. 265[1].
*Timotheus Remis.* Aug. 23, p. 461[65].
*Timotheus Romae.* Aug. 22, p. 457[1].
Tingi (in). Dec. 3[28].
Tinni, Tunni. Mai. 10[95. 171]; dec. 18[47]; 19[37].
Tinnus. Vid. Tilinus.
Tioni. Feb. 14[139]. — *Antiochia.*
Tipeciri. Mart. 4[41].
Tirannus. Dec. 8[4].
Tirion. Nov. 30[23]. — *Eucarpion.*
Tironus. Mai. 6[98].
Tisicus. Iul. 23[17].
Titiana. Iul. 17[31]. — *Tatianus.*
Titianus, Titorius. Feb. 27[7]; mart. 17[22]; april. 12[53]; iul. 18[70]; dec. 13[26]; 23[40].
Titoria. Iun. 3[75].
Titus. Ian. 22[71]; feb. 21[29. add]; iun. 2[275]; oct. 26[9].
*Titus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
*Titus Nicomediae.* Ian. 22, p. 56[58].
Tobias, Tobis, Tubias. Ian. 2[21. add]; nov. 19[7].
Toechi. Ian. 22[47].
Togora civitas. Dec. 5[add].
Tolosa civitas. Mai. 1[73]; oct. 30[57]; nov. 29[28].
Tomas. Vid. Thomas.
Tomathus. Vid. Thamatus.
Tomis, Thomi, Thomis, Theumis civitas. Ian. 3[11]; april. 3[29. 33. 39]; mai. 27[10]; iun. 18[17]; 20[2]; iul. 5[8. 18]; 9[5]; 10[63]; aug. 1[35]; 27[34]; sept. 15[23]; oct. 1[2. 29].
Tomunus. Vid. Timinus.
Tonion. Feb. 14[48]; aug. 9[52].
*Tonion Alexandriae.* Feb. 14, p. 95[119].
Toniza, Tuniza Africae. Nov. 6[29]; sept. 1[33].
Tonnius. Dec. 9[11].
*Toriavus ep. Dolen.* Iul. 13, p. 373[exc].
Toroni, Toronis, Toronico. Vid. Turonico.
Torquatus. Iul. 19[14].
Tosa, Toga. Iun. 3[45].
Trabia. Vid. Ariaba.
Tracia (in). Mart. 7[33]; 26[45]; april. 10[10]; sept. 29[2]; oct. 22[3. 15]; nov. 13[10]; 14[4]; dec. 20[2]; 21[13]; 23[37].
Tradorus. Vid. Theodorus.
Traianus. Aug. 21[27]. — *Forum Traiani.*
Transtibere. Nov. 17[32].
Trasonis, Arosonis cimiterium. Oct. 25[23]; nov. 29[10]; dec. 10[28]; 11[3].
Trategius. Vid. Strategius.
Trecas, Tricassina civitas. Ian. 21[45]; mai. 16[52]; 25[add]; iul. 29[41].
Trecassinus pagus. Aug. 29[add].
Trecius. Mai. 15[50]. — *Reticius.*
Tredentei in Anaunia. Mai. 29[58].
Treiectum civitas, Treiectense. Mai. 13[add]; 22[add]; aug. 29[add]. — *Traiectum.*
Trenortium castrum. Sept. 15[54].
Trephon. Vid. Trifon.
Treveri civitas. Ian. 29[20]; mai. 29[28]; aug. 31[1]; sept. 4[add]; 19[50].
Tribulana. Vid. Triplana.
Tricassina civitas. Vid. Trecas.
Trifina. Iul. 5[5].
Trifon, Trephon, Trofon. Ian. 4[9]; mai. 5[add]; iul. 3[16. 33. 55]; dec. 10[add].
*Trifon. Vid. Tryphon.*
Triplana, Tribulana civitas. Dec. 19[15. exc].
Tripolis civitas. Iun. 12[7]; dec. 24[2].
Trofima. Vid. Trophima.
Trofimus. Vid. Trophimus.
Trofon. Vid. Trifon.
Troianus. Feb. 10[54].
*Troianus ep. Sanctonen.* Feb. 10, p. 86[51].
Trophima, Trofima. Iun. 2[289]; iul. 13[5. 13].
*Trophima Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Trophimus, Trofimus, Trophus. Sept. 18[5]; 19[23]; nov. 28[5]; dec. 5[14].
*Trophimus Synnadis.* Sept. 18, p. 515[1]; 19, p. 517[20].

*Trophimus*

*Trophimus et Eucarpion Nicomediae.* Nov. 30, p. 628 [20]; dec. 5, p. 636 [15].
Trophus. Sept. 19 [23].
Tropoli. Vid. Propili.
Trudo. Nov. 23 [add].
*Trudo presb. in Sarchynio.* Nov. 23, p. 617 [add].
*Tryphon in Phrygia.* Iul. 3, p. 349 [16].
Tubariani martyres. Ian. 19 [54].
Tubias. Vid. Tobias.
Tuburbo Lucernariae, Turbitanorum civitas. Mart. 7 [26]; iul. 30 [18. 19. 23].
Tuder (in), Tudertina. Mai. 26 [17]; sept. 1 [15].
Tuia. Mai. 10 [151].
Tuli. Feb. 19 [90]. — *Maiuli.*
Tulici. Feb. 11 [12]. — *Zoticus.*
Tulla. Iun. 2 [add].
Tullia, Iulia. Oct. 7 [19].
Tullianus. Feb. 13 [9]; 24 [43].
Tullo (in). Sept. 15 [add].
Tumninus. April. 24 [17].
Tumulus. Feb. 21 [31].
Tunachi. Iun. 27 [42].
Tunianus. Mai. 8 [59].
Tunidi. Mai. 7 [108].
Tuniza. Vid. Toniza.
Tunni. Vid. Tinni.
Tunninus. Iun. 2 [151].
Tuppi. Feb. 14 [115].
Turbanus, Turbonus. Iun. 28 [31. 50].
Turbitanorum civitas. Vid. Tuburbo.
Turbonus. Vid. Turbanus.
Turdianus. Vid. Gordianus.
Turimunus. April. 18 [18].
Turmenus. Iul. 11 [add].
Turnus. Dec. 9 [5].
Turonico (in), Toronico, Turonis, Turonus, Toronus. Toronis. Iul. 2 [add]; 4 [19]; 28 [add]; aug. 20 [add]; sept. 13 [19]; oct. 11 [add]; 19 [add]; nov. 11 [49]; 13 [45]; dec. 30 [add].
Turpinus. Dec. 9 [12].
Turres Sardiniae. Mai. 30 [10]; 31 [11]; oct. 25 [8]; 27 [3].
Tuscia (in). Ian. 29 [12]; feb. 14 [16]; april. 29 [33]; mai. 25 [9]; 26 [18]; aug. 7 [9]; 9 [13. 83]; sept. 1 [16]; 14 [24]; nov. 18 [add]; 23 [39]; 24 [41]; dec. 21 [8].
Tuscius. Iun. 2 [179]; sept. 2 [25]; 10 [59]; nov. 17 [61].
Tutella. Mart. 3 [24].
*Tuthael et Bebaea.* Sept. 5, p. 490 [add].
Tuturius. Vid. Teturius.
Tyburtius. Vid. Tiburtius.
Tyminus. Vid. Timinus.
*Typasius Ticavis.* Ian. 11, p. 36 [32].
Tyria. April. 6 [50]. — *Syria.*
Tyrsus, Tarsicius. Ian. 15 [4]; 18 [50]; 20 [55]; 25 [15]; 31 [4. 15. 19]; feb. 9 [33]; iul. 31 [9]; aug. 15 [add]; 16 [15]; sept. 16 [53]; 24 [39].
Tyrus. Iun. 28 [42].
Tyrus civitas. Iul. 24 [40].


## U


*Udalricus ep. Augustan.* Iul. 4, p. 353 [exc].
Udemarus. Mai. 7 [89].
Ulpius. Iun. 2 [234].
*Ulpius Lugduni.* Mai, 28, p. 279 [34]; iun. 2, p. 298 [290].
Umbonus, Umbucus. Dec. 3 [8]; 4 [15].
Urbana, Orbana. Feb 12 [33]; 22 [75]; april 12 [58]; 12 [60]; 24 [40]; mai. 19 [53. 75]; iun. 1 [122. 130. 139]; 1 [add]; 2 [150]; dec. 13 [38].
Urbanus, Orbanus. Ian. 22 [25]; feb. 2 [13]; 16 [add]; 24 [28]; mart. 8 [15]; april. 2 [30]; 4 [9]; 6 [add]; 29 [22]; mai. 2 [5]; 4 [31]; 19 [44]; 25 [35]; iun. 2 [51]; 3 [37]; aug. 9 [61]; oct. 3 [14]; 30 [37]; dec. 9 [13. 19]; 10 [10]; 23 [34].
*Urbanus Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 56 [13].
*Urbanus ep. Rom. in coemeterio Callisti.* Mai. 19, p. 262 [44]; aug. 9, p. 428 [25]; dec. 23, p. 663 [77].
*Urbanus ep. Romae in coemeterio Praetextati.* Mai. 25, p. 273 [35].
Urbicius. Feb. 2 [58]; iun. 5 [34].
Uris, Urisi. Iul. 9 [16].
Uroria, Ururia. Mai. 28 [33]; iun. 1 [45]. — *Arausica.*
Ursicinus. Iun. 19 [28]; iul. 28 [add]; sept. 30 [exc]; dec. 13 [2].
*Ursicinus Ravennae.* Dec. 13, p. 646 [1].
Ursinus. Ian. 31 [14].
Ursum pileatum (cimiterium ad). Iul. 30 [add]. — Vid. Oct. 3 [1].
Ursus. Ian. 20 [44. 47]; april. 23 [23]; iul. 30 [43].
*Ursus ep. Autissiodori.* Iul. 30, p. 406 [40].
*Ursus Saladori. Vid. Victor.*
Uruni. Mart. 4 [37].
Ururia. Vid. Uroria.
Usandi. April. 27 [55].


## V


Valens. Ian. 18 [46. 61]; feb. 16 [78]; april. 12 [add]; mai. 21 [44. add].
*Valens presb. Autissiodori.* Mai. 21, p. 266 [44].
*Valens diac. Caesareae.* Feb. 16, p. 101 [76].
Valensis locus. Sept. 22 [29].
Valenti. Vid. Valentinus.
Valentia civitas. Ian. 22 [4]; april. 23 [35]; oct. 5 [19].
Valentia. Vid. Valentina.
Valentianus. Aug. 20 [3].
Valentina, Valentia. Mai. 6 [57]; iun. 2 [58]; sept. 10 [60]; dec. 9 [29]; 13 [8].
*Valentina Caesareae.* Iul. 16, p. 379 [20].
Valentinus, Valenti. Feb. 14 [5. 130. add]; mart. 20 [15]; april. 14 [32]; 29 [34. add]; iun. 2 [77]; iul. 10 [103]; 11 [75]; 16 [30]; aug. 20 [10]; 21 [10. 48]; 29 [add]; sept. 1 [38]; 2 [26]; nov. 11 [4]; 13 [33]; 17 [62]; 26 [10]; dec. 16 [3].
*Valentinus in Africa.* Nov. 11, p. 595 [4]; 13, p. 599 [33]; dec. 16, p. 650 [1].
*Valentinus Interamnae.* Feb. 14, p. 92 [1]; 14, p. 190 [8].
*Valentinus in Lucania.* Aug. 20, p. 452 [1]; 21, p. 455 [44].
*Valentinus ep. Tungren.* Aug. 29, p. 476 [add].
*Valentinus et Hilarius Viterbii.* Nov. 4, p. 586 [exc].
*Valentio Durostori.* Mai. 25, p. 272 [19].
Valeria. Mart. 31 [8]; april. 24 [42]; mai. 6 [97]; 26 [15]; iun. 3 [47. 98]; 16 [4]; 19 [25]; sept. 24 [26]; 28 [12]; dec. 13 [35].
*Valeria Romae via Appia.* Iun. 19, p. 326 [15].

Valeriana. Iun. 17[36].
*Valeriana Hippone Regio.* Nov. 15, p. 600[9].
Valerianus. April. 14[3. 19. 44]; 21[19]; 24[54]; iul. 20[59]; aug. 9[54]; 11[9]; sept. 15[56]; 17[13]; nov. 15[29]; 16[16. 38]; 22[7. 20].
*Valerianus ep. Aquileiae.* Nov. 26, p. 622[10].
*Valerianus Cavilloni.* Sept. 15, p. 509[52].
*Valerianus Niveduni.* Sept. 17, p. 514[12].
*Valerianus Romae in coemeterio Praetextati.* April. 21, p. 200[13]; aug. 11, p. 435[9]; nov. 22, p 614[7]
Valerius. Ian. 22[7]; 29[23]; feb. 22[98]; mart. 10[5]; 11[9]; april. 2[26]; 12[28. 110]; 23[22]; 24[38]; mai. 6[136]; iun. 14[43]; sept. 15[19. 27. 42]; oct. 31[45]; nov. 16[21].
*Valerius ep. Autissiodoren.* Mai. 6, p. 234[133].
*Valerius ep. Caesaraugustan.* Ian. 22, p. 53[1]; oct. 31, p. 580[45].
*Valerius Tomis.* Sept. 15, p. 508[23].
*Valerius ep. Treveren.* Ian. 29, p. 67[20].
*Valerius et Rufinus in agro Suessionensi.* Iun. 14, p. 318[31].
Valliliacensis ecclesia. Aug. 23[add].
Vapingum, Vappingum civitas. Feb. 3[16]; april. 12[133].
Varicus. Vid. Baricus.
Vaticanum Romae. Iun. 29[9].
Vedastus. Feb. 6[add]; oct. 1[add].
*Vedastus ep. Atrebaten.* Feb. 6, p. 80[add]; oct. 2, p. 536[add].
Vegilius. Iun. 2[add].
Vellaunum, Vellanum vicus. Aug. 19[34]; sept. 19[70].
Vellesius. Mai. 20[24].
*Vellesius ep.* Mai. 20, p. 264[24].
Venantius. Oct. 11[add].
Veneria. Ian. 17[11]; 27[21]; feb. 28[28. 43]; mai. 6[72]; iun. 3[39. 103]; aug. 7[4. 35]; aug. 12[8]; nov. 6[40].
Venerius. Oct. 17[18].
Venodius, Finodus. Mai. 29[56]. — *Synodus.*
Venusta. Mai. 10[179]; iun. 2[60].
Venustina. Feb. 17[67].
Venustus. April. 12[52. 107. 144. add]; 23[10]; mai. 6[62]; 22[6]; 29[47. 57]; iun. 27[35]; 28[10]; oct. 10[14].
Veracia, Veretia. Aug. 12[7]. — *Veneria.*
Veranus. Iun. 3[117]; nov. 11[60].
*Veranus ep. Lugdunen.* Nov. 11, p. 596[58].
Vercellae civitas. Aug. 1[68].
Verecinus. Nov. 6[38].
Verecunda. April. 12[36].
Verecundus. April. 12[146].
*Verena v. Zurziaci.* Sept. 1, p. 483[exc].
Verianus. Aug. 9[14].
Verocianus, Marocianus. Nov. 22[29]; 23[32. 44].
Verona civitas. Aug. 2[60].
Veronica, Vironica, Veronia. April. 15[15. 26]; iul. 10[119]; 11[93].
*Veronica. Vid. Prosdoce.*
*Veronicianus Caesareae Cappadociae.* Nov. 23, p. 617[30].
Verricus. Iun. 1[79].
Verulus. Feb. 21[7]; mart. 24[30].
Verus. Nov. 21[36]; dec. 3[8].
Vesontio civitas. Sept. 5[39].
Vestita. Iul. 20[65]. — *Bessia.*
Vetasi. Feb. 6[add].
Vettius, Avettia, Victia. Mai. 28[28]; iun. 2[229].
*Vettius Epagathus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290]; mai. 28, p. 279[26].
Veturius, Biturius. Iul. 17[6. 20].
*Veturius Scillitanus.* Iul. 17, p 380[1]; oct. 17, p. 559[10].
Vetusa. Iul. 18[65]. — *Veturius.*
Viator. April. 30[7]; mai. 8[add]; oct. 21[41].
*Viator Lugduni.* Oct. 21, p. 566[38].
Viatrix. Iul. 29[6. 30].
*Viatrix Romae.* Iul. 29, p. 402[1].
Vibianus. Vid. Vivianus.
Vibrianus. Mart. 6[add].
Victus, Euctus. Mai. 21[12]. — *Polyeuctus.*
Victia. Vid. Vettius.
Victor. Ian. 1[57. 69]; 11[35]; 17[4]; 19[28]; 21[67]; 26[add]; 27[14. 42]; 28[13. add]; 29[9]; 31[27]; feb. 1[51]; 2[5. 52]; 11[16]; 12[12]; 15[41. 44]; 17[40. 69]; 20[21]; 22[85]; 24[68. 88]; mart. 5[23]; 6[2. 56]; 18[26. 50]; 26[76]; 30[10]; april. 1[7. 13. 27]; 2[4]; 4[13]; 6[17. 65]; 7[14]; 12[55. 118]; 18[12]; 20[30]; 21[34]; 23[11]; 24[4. 57. add]; 26[17]; 27[60]; 30[12]; mai. 6[35. 39. 45]; 7[96]; 8[2. 35. 44. 69. 103. 112]; 10[124]; 11[23]; 13[21]; 14[3. 24]; 15[22. 33]; 17[4. 23]; 18[53]; 21[24]; 23[35]; iun. 3[34. 104]; 11[39]; iul. 1[31]; 20[11. 26. 53]; 21[5. 9. 23. 35]; 24[19]; aug. 26[37. 40]; sept. 1[62]; 16[4. 13. 30]; 21[3. add]; 22[37]; 24[19]; 30[15]; oct. 3[13]; 10[41]; 17[6]; 18[19. 56]; 24[10]; 24[18. 24]; nov. 1[6. 40]; 2[11]; 4[17]; 7[28]; 9[9]; 13[35]; 16[22. 50]; 17[51]; 18[24]; 20[38]; 25[11]; dec. 1[12]; 3[11. 20]; 5[13]; 9[10]; 14[18]; 15[13]; 17[3]; 18[10. 93. 102]; 19[84. 92]; 23[11. 39]; 28[25]; 29[4. 6].
*Victor in Africa.* Feb. 11, p. 87[13].
*Victor in Africa.* Mai. 23, p. 269[15].
*Victor loco Agauno.* Sept. 22, p. 522[12].
*Victor Caesareae.* Aug. 26, p. 468[37].
*Victor Cenomannis.* Sept. 1, p. 482[58].
*Victor Massiliae.* Iul. 21, p. 389[34].
*Victor Mediolani.* Mai. 7, p. 237[95]; 8, p. 238[1]; 14, p. 254[33]; 15, p. 256[31]; sept. 21, p. 520[1]; 30, p. 534[11]. — *Dedicatio basilicae.* Ian. 27, p. 65[39].
*Victor Pollentiae.* Mai. 13, p, 251[19].
*Victor in Thebaide.* Iul. 20, p. 386[11].
*Victor ep. Romae.* Iul. 28, p. 401[exc]; dec. 23, p. 663[77].
*Victor Romae via Nomentana.* April. 20, p. 199[27]; sept. 16, p. 511[1].
*Victor Romae via Salaria vetere.* Mai. 17, p. 258[4].
*Victor Romae.* Iul. 1, p. 346[13]; dec. 19, p. 654[67].
*Victor et Corona (Stephana).* Ian. 11, p. 36[36]; feb. 19, p. 105[exc]; 20, p. 106[20]; april. 1, p. 170[26]; 23, p. 205[33]; 24, p. 206[1]; mai. 8, p. 240[111]; 14, p. 253[1].
*Victor et Ursus Saladori.* Sept. 30, p. 534[exc].
*Victor et Victorinus Alexandriae et Nicomediae* Feb. 24, p. 115[83]; 28, p. 118[1]; mart. 6, p. 130[1]; april. 27, p. 213[58]; 28, p. 215[8].
Victoria, Victuria. Ian. 17[21]; 27[add]; feb. 2[63]; 2[68]; 6[add]; 12[add]; 17[57]; mart. 13[add]; april. 12[79]; mai. 6[59. 96]; 7[add]; 8[29]; 10[80]; 11[21]; 20[3]; 25[54]; 31[41]; iun. 1[112]; 2[89. 112. 145. 160]; 3[52. 82]; iul. 10[21]; sept. 24[23]; 28[8. 26]; oct. 17[27]; 24[8]; 31[9. 28]; nov. 11[40]; 17[23]; dec. 2[24]; 9[32]; 13[40]; 15[19]; 17[4. 20]; 18[25. 45. 59]; 19[16. 35. 50]; 21[72]; 23[add].


*Victoria*

*Victoria in Africa.* Oct. 24, p. 569 [8].
*Victoria in Sabinis.* Iul. 10, p. 364 [19]; dec. 19, p. 653 [16]. — *Vid. Anatolia.*
Victoriana. Mai. 6 [49]; dec. 25 [14].
Victorianus, Victurianus. Ian. 19 [16]; iun. 2 [164]; 11 [38]; aug. 8 [19. 49]; dec. 10 [8]; 18 [11].
Victoricus, Victuricus. Ian. 17 [8]; feb. 24 [57]; mart. 20 [14]; april. 17 [15]; 18 [5]; mai. 23 [39]; iun. 27 [add]; oct. 18 [59]; dec. 11 [35]; 18 [51]; 19 [41].
*Victoricus in Africa.* Mai. 23, p. 269 [15]; oct. 18, p. 561 [17].
*Victoricus Albani.* Aug. 8, p. 424 [2].
*Victoricus Ambianis.* Dec. 11, p. 645 [34].
Victorina, Victurina. Ian. 26 [add]; feb. 22 [68]; mart. 7 [12]; april. 28 [43]; mai. 6 [76. 80]; 10 [153]; 10 [159]; iun. 1 [69]; 2 [35]; 3 [43]; aug. 8 [34]; nov. 4 [12]; 26 [27]; dec. 18 [103]; 29 [15].
Victorinus, Victurinus. Ian. 14 [19]; 18 [66]; 28 [9]; feb. 21 [20]; 22 [40]; 24 [87]; 25 [add]; 28 [11]; mart. 4 [45]; 6 [4. 65]; 13 [82]; 17 [7]; 20 [add]; 24 [17]; 25 [26]; 29 [3]; april. 12 [115]; 18 [37]; 23 [9]; 24 [36]; 26 [11]; 27 [74]; 28 [11]; 29 [39]; 30 [18]; mai. 11 [10]; 14 [17]; 16 [4]; 31 [28]; iun. 3 [57]; iul. 24 [12. 24]; aug. 8 [8]; oct. 5 [13]; dec. 2 [11. 16].
*Victorinus Alexandriae. Vid. Victor.*
*Victorinus Amiterni.* Iul. 24, p. 393 [2]; oct. 31, p. 580 [55].
*Victorinus Nicomediae.* Mart. 6, p. 130 [1]; 29, p. 166 [1]; nov. 4, p. 586 [12].
Victorius, Victurius. Feb. 28 [18]; mart. 1 [25]; april. 12 [49. 71]; mai. 7 [24. 31. 56. 59. 107]; 10 [77]; 25 [52]; 26 [24]; 27 [15]; 29 [48]; iun. 1 [33]; 5 [29]; 7 [13]; 10 [14]; iul. 10 [60]; sept. 10 [51]; nov. 16 [51]; dec. 4 [6]; 10 [1]; 19 [40].
Victrix. Oct. 18 [62].
Victur. Vid. Victor.
Victuria. Vid. Victoria.
Victurianus. Vid. Victorianus.
Victuricus. Vid. Victoricus.
Victurina. Vid. Victorina.
Victurinus. Vid. Victorinus.
Victurius. Vid. Victorius.
Vicus Iulii. Mai. 6 [16].
Videntianus. Vid. Fidentianus.
Vienna, Vigenna civitas. Ian. 3 [96]; feb. 5 [30]; mai. 5 [21]; 11 [48]; 23 [6]; 25 [add]; iun. 1 [188]; sept. 19 [27]; oct. 9 [38]; dec. 14 [20. 33].
Vietus. Oct. 27 [29].
Vigelantius. Vid. Vigilantius.
Vigenna. Vid. Vienna.
Vigilantius. Oct. 31 [62]; nov. 1 [26].
Vigor. Nov. 1 [add].
*Vigor ep. Baiocen.* Nov. 1, p. 583 [add].
Vimpialus. Mai. 28 [34]. — *Ulpius Vitalis.*
Vincentia. Ian. 17 [17]; 21 [65]; 24 [47]; 26 [add]; 27 [add]; 28 [8]; feb. 1 [41]; april. 20 [add]; aug. 14 [32]; 20 [add]; nov. 16 [67].
Vincentius. Ian. 9 [11]; 11 [20]; 13 [4]; 20 [add]; 21 [add]; 22 [10]; 27 [28]; feb. 12 [31]; 14 [35]; 16 [26. 44]; april. 16 [24. 46. add]; 19 [37]; mai. 16 [29]; 24 [18]; 25 [12. 25]; iun. 1 [148]; 2 [295]; 9 [38]; iul. 23 [2. 8]; aug. 21 [6]; 31 [14]; sept. 1 [add]; oct. 31 [5. 20. 46]; nov. 11 [22]; dec. 17 [11]; 18 [18. 69]; 19 [62].
*Vincentius in Africa.* Feb. 1, p. 72 [52].
*Vincentius Aginni.* Iun. 9, p. 312 [33].
*Vincentius Aquis.* Sept. 1, p. 483 [add].
*Vincentius diac. Caesaraugustae.* Ian. 22, p. 55 [1]; feb. 12, p. 90 [31]; mai. 24, p. 270 [14]; iul. 23, p. 391 [1]; aug. 21, p. 454 [1]; oct. 31, p. 580 [46].
*Vincentius Caucoliberi.* April. 16, p. 193 [24]; 19, p. 198 [34].
*Vincentius Mevaniae.* Feb. 14, p. 94 [35]; iun. 7, p. 309 [exc].
*Vincentius Blerae. Vid. Viventius.*
Vincula (ad) S. Petri. Aug. 1 [add].
Vindeus. Vid. Cendeus.
Vindemialis. Feb. 1 [68].
*Vindemialis ep. Capsen.* Feb. 1, p. 72 [68].
Vindera. Vid. Gendara.
*Vindeus. Vid. Cindeus.*
Virianus. Iun. 3 [35]; aug. 9 [89].
Vironica. Vid. Veronica.
Viscianus. Mart. 19 [10].
Vistinus vicus. Iul. 4 [40].
Vistulfus. Ian. 5 [add]. — *Aistulphus.*
Vitalianus. Ian. 10 [33]; feb. 14 [10]; sept. 3 [32. 39].
*Vitalianus in Caudis.* Sept. 3, p. 486 [31].
*Vitalianus ep. Rom.* Ian. 27, p. 65 [exc].
Vitalica. Iun. 2 [65].
Vitalicus. Mai. 7 [73].
Vitalis. Ian. 2 [19. 29]; 9 [9]; 19 [25]; 21 [add]; feb. 11 [18]; 14 [11. 21. 124. add]; april. 12 [76]; 19 [add]; 21 [9]; 23 [18. 29]; 28 [add]; 29 [37]; mai. 8 [92]; iun. 2 [235]; 19 [27]; 20 [13]; iul. 9 [13. 42]; 10 [38]; sept. 22 [39]; oct. 10 [24]; 24 [4]; 25 [58]; 30 [30]; 31 [52]; nov. 1 [65]; 2 [20]; 3 [7. 16]; 16 [8. 27. 76]; 19 [9]; 23 [43]; 25 [9]; 27 [17]; dec. 10 [35].
*Vitalis loco Agauno.* Sept. 22, p. 522 [12].
*Vitalis Bononiae.* April. 28, p. 216 [add]; iun. 19, p. 327 [27]; 20, p. 328 [13]. — *Vid. Agricola.*
*Vitalis Lugduni.* Mai. 28, p. 279 [34]; iun. 2, p. 298 [290].
*Vitalis Romae.* Ian. 10, p. 34 [33]; iul. 10, p. 362 [1].
*Vitalis Spoletii.* Ian. 19, p. 49 [25]; 21, p. 54 [add]; feb. 11, p. 88 [18]; 14, p. 93 [7].
Viticus. Iun. 8 [18]. — *Euethius.*
Vitus, Bitus. Ian. 20 [45]; 21 [21]; 25 [2]; 27 [9]; april. 26 [20]; iun. 15 [26. 37].
*Vitus in Lucania.* Iun. 15, p. 320 [25]. — *Vid. Vitus in Sicilia.*
*Vitus Nicomediae.* Ian. 20, p. 51 [39]; 21, p. 53 [19]; 25, p. 61 [1].
*Vitus, Modestus et Crescentia in Sicilia.* Iun. 15, p. 320 [36]. — *Vid. Vitus in Lucania.*
Viventiolus. Iul. 12 [40].
*Viventiolus ep. Lugdunen.* Iul. 12, p. 372 [38].
*Viventius (Vincentius) Blerae.* Mai. 25, p. 372 [12].
Vivianus, Vibianus, Iubianus. Aug. 28 [38. 63]; oct. 25 [add].
*Vivianus ep. Sanctonen.* Aug. 28, p. 473 [59]; oct. 25, p. 571 [add].
Vogonocti, Vonectae. Mart. 18 [27]; 19 [36]. — *Nunechia.*
Volusius. Mart. 21 [6].
Vonectae. Vid. Vogonocti.
Vuarciana. Vid. Barcillona.
Vulframnus. Mart. 20 [add]; 31 [add].
Vulturno (in). Feb. 11 [add].

## W

Walaricus. April. 1[add].
*Walaricus ab. Leuconaen.* April. 1, p. 170[add].
Wando. Mart. 31[add]; april. 17[add].
*Wando ab. Fontanellae.* Mart. 31, p. 168[add].
Wandregeselus, Wandregiselus. Iul. 22[add].
*Wandregiselus ab. Fontanellae.* Iul. 22, p. 391[add].
Warciana. Vid. Barcillona
Westrachia, Westracia (in). Iun. 7[add].
Willibrordus. Nov. 7[add]; 10[add].
*Willibrordus ep. Traiecten.* Nov. 6, p. 589[exc]; 7, p. 590[add].
Wizenburgum castrum, Huvizunburgum, Huiuzburgum. Mai. 14[add]; iul. 12[add]; sept. 14[add]; oct. 20[add]; nov. 11[add]; 12[add]; 29[add]; dec. 26[add]; 29[add].
*Wlfrannus ep. Senonen.* Mart. 20, p. 154[add]; 31, p. 168[add].

## X

Xystus, Syxtus, Sixtus, Sistus. April. 3[add]; 6[16, 34]; feb. 15[38]; aug. 6[8]; 9[31, 92, add]; sept. 18[16]; nov. 2[4, 14]; dec. 23[27, 68, 70]; 31[53].
*Xystus I ep. Rom.* April. 3, p. 173[add]; 6, p. 177[16]; dec. 23, p. 663[77].
*Xystus II ep. Rom.* Aug. 6, p. 420[1]; 9, p. 428[25]; dec. 23, p. 663[77]; 31, p. 18[48]. — *Dedicatio Foro Sempronii.* Feb. 2, p. 74[22]; aug. 6, p. 421[19]; nov. 2, p. 584[1].

## Y

Ypolitus, Yppolitus. Vid. Ippolitus.
Yppo civitas. Vid. Ippo.
Ysicius. Vid. Isicius.

## Z

Zabili. Iun. 12[13]. — *Basilides.*
Zabuli. Ian. 21[63].
*Zacchaeus Antiochiae.* Iul. 10, p. 366[116].
*Zacchaeus Caesareae.* Nov. 17, p. 604[53].
Zaccheus, Sacceus. Iul. 10[125]; nov. 17[56].
Zacharias. Iun. 2[227]; 10[27].
*Zacharias presb. Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Zasomi. Iul. 10[85].
Zebberia. Mai. 10[177].
Zebenna. Nov. 13[24].
*Zebinus Antiochiae.* Ian. 11, p. 36[31]; 13, p. 39[11].
Zeddinus. Vid. Guddinus.
Zeddonius. Mart. 13[38]. — *Macedonius.*
Zeforus. Nov. 19[14].
Zelasius. Vid. Gelasius.
Zeli. Iul. 1[32]; aug. 20[19].
Zelotes. Iul. 1[77]. — *Simon.*
Zelotus. Vid. Getulius.
Zeminus, Ciminus. Ian. 11[31]; 13[11]. — *Zebinus.*
Zemni. Aug. 10[56].
*Zenobius Antiochiae.* Aug. 24 p. 462[1].
*Zenobius in Isauria.* Iul. 13 p. 373[9].
Zenon, Zenosus. Ian. 15[7]; 18[42]; feb. 14[add]; 15[6]; 23[24, 47]; april. 27[18, 28, 31]; 30[71]; mai. 9[5]; 10[62]; iul. 9[7]; 15[5]; sept. 2[3].
*Zenon, Cosconius, Melanippus Nicaeae.* Ian. 13, p. 39[27]; 15, p. 41[3]; 18, p. 46[38]; 19, p. 49[52]; feb. 23, p. 112[23]; sept. 2, p. 484[1].
*Zenon Axiopoli et Tomis.* Mai. 9, p. 241[1]; 10, p. 245[56]; iul. 9, p. 360[5].
*Zenon Nicomediae.* April. 27, p. 213[9].
*Zenon Romae.* Feb. 15, p. 97[6].
Zenosus. Vid. Zenon.
Zenovius. Aug. 23[3]. — *Zenobius.*
Zepherinus, Zephirinus. Dec. 20[14]; 21[19]; 23[74].
Zepherus. Nov. 21[7].
*Zephyrinus ep. Rom.* Dec. 20, p. 656[14]; 21, p. 660[18]; 23, p. 663[77].
Zetae, Zeti, Zettae. Iul. 6[5, 15]; sept. 14[28, 33]; nov. 22[13, 22, 33].
Zetula. Mai. 8[70]; 10[99]; iun. 1[120]; 3[56].
Zetulius. Vid. Getulius.
Ziai, Egiae. Aug. 18[31].
Zidiarus. Oct. 17[23]. — *Rusticianus.*
Zmaragdus. Vid. Smaragdus.
Zmirna. Vid. Smirna.
Zoci. Vid. Isicius.
Zoelius, Zoillus, Zoilus. Mai. 24[4, 21, 30]; iun. 5[47]; 27[36]; 30[9]; iul. 1[3, 47].
*Zoilus Cordubae.* Iun. 27, p. 338[21]; 30, p. 344[9].
*Zoilus Lystris.* Mai. 24, p. 270[1]; iun. 5, p. 306[46].
Zonisius. Vid. Dionisius.
Zonius. Mart. 12[18]. — *Mygdonius.*
Zosima. Iul. 15[63].
*Zosima in Portu Romano.* Iul. 15, p. 376[54].
Zosimus, Zosomus. Ian. 18[43]; 19[52]; feb. 15[10]; mart. 3[add]; 10[37]; 11[3]; 12[82]; 13[17]; april. 3[add]; iun. 1[6]; 2[274]; iul. 15[8]; oct. 20[5, 17]; dec. 11[28]; 14[9]; 19[7]; 20[26]; 21[34, 77].
*Zosimus Antiochiae.* Feb. 15, p. 97[1]; iun. 1, p. 288[3].
*Zosimus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290].
Zotica. April. 24[5].
Zoticus, Zotisus. Ian. 12[33, 44]; 13[12]; 31[5]; feb. 1[56]; 9[61]; 10[7, 24]; 11[21]; april. 24[add]; 27[24, 29]; mai. 27[13]; iun. 2[277]; 4[7]; 6[13]; 8[44]; 30[7]; iul. 6[11, 19]; 28[18]; aug. 21[41]; oct. 21[4].
*Zoticus Alexandriae.* Ian. 31, p. 69[1]; feb. 1, p. 71[7]; 9, p. 84[63].
*Zoticus Lugduni.* Iun. 2, p. 298[290]; 4, p. 302[7]; 6, p. 307[13].
*Zoticus Nicomediae.* Oct. 21, p. 565[1].
*Zoticus Romae.* Ian. 12, p. 38[33]; 13, p. 39[12]; feb. 10, p. 85[5]; 11, p. 87[10]; 13, p. 91[9].
*Zoticus Tomis.* Mai. 27, p. 276[10]; iun. 8, p. 310[42].
*Zoticus.* Aug. 21, p. 455[41].
Zotisus. Vid. Zoticus.

# FACULTAS

## R. P. VICE-PRAEPOSITI PROVINCIAE BELGICAE S. I.

Ego Julius Misson, Vice-Praepositus Provincialis Societatis Jesu in Belgio, potestate ad hoc mihi facta ab Admodum Reverendo Patre Wlodimiro Ledóchowski eiusdem Societatis Praeposito Generali, facultatem concedo, ut opus cui titulus Acta Sanctorum Novembris, tomi secundi pars posterior a PP. Hippolyto Delehaye, Paulo Peeters et Mauritio Coens editum, et a deputatis censoribus rite recognitum et approbatum, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu mea subscriptas et sigillo meo munitas dedi Bruxellis, die vigesima octava novembris MCMXXXI.

L. S. J. MISSON S. J.

---

# APPROBATIO ORDINARII

Imprimatur.

Mechliniae, die 21 decembris 1931.

† J. E. card. VAN ROEY
Arch. Mechlinien.

---

# PROTESTATIO AUCTORUM

Quod olim protestati sunt decessores nostri, in hoc de Actis Sanctorum opere se servatas velle Urbani papae VIII constitutiones, neque suis aliorumve hic relatis commentariis aliud pondus tribui quam sit historiae ab hominibus errori obnoxiis scriptae, idem nos etiamnum protestamur.

11672

f
BX
4655
A2
v.65
pt.2
THEOLOGY LIBRARY
SCHOOL OF THEOLOGY AT CLAREMONT
CLAREMONT, CALIFORNIA